Digitized by Google
Распознавание текста
ABBYY FR

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Digitized by Google
Распознавание текста
АВК/FR

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Migne, Patrologiæ

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM *UNUSQUISQUE* PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS ;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSUM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXII.

THEOPHANES CERAMEUS. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

BR
60
.M38
t. 132

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII. ANNUS 1140.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΡΗΘΟΡΙΚΩΤΑΤΟΥ

ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΟΥ ΤΗΣ ΣΙΚΕΛΙΑΣ

ΤΟΥ ΕΠΙΚΛΗΝ

ΚΕΡΑΜΕΩΣ

ΟΜΙΛΙΑΙ

ΕΙΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΑ ΚΥΡΙΑΚΑ ΚΑΙ ΕΟΡΤΑΣ ΤΟΥ ΟΛΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ.

SAPIENTISSIMI ET ELOQUENTISSIMI

THEOPHANIS

ARCHIEPISCOPI TAUROMENII IN SICILIA

COGNOMENTO

CERAMEI

HOMILIÆ IN EVANGELIA DOMINICALIA ET FESTA TOTIUS ANNI

EX EDITIONE FRANCISCI SCORSI, PANORMITANI, S. J.

Ad codicem Græcum Matritensem recensita restituta, illustrata

ACCEDUNT

NILI DOXAPATRII, JOANNIS ANTIOCHENI. JOANNIS COMNENI IMP., ISAACI MAGNÆ ARMENIÆ CATHOLICI, QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII. ANNUS 1140.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXII CONTINENTUR.

THEOPHANES CERAMEUS, ARCHIEPISCOPUS TAUROMENITANUS.

PROLEGOMENA.

Monitum Editorum. col. 9

Notitia ex Fabricio 11

Joannis Yriarte recensio Codicis Græci Matrit. n° XVI notati, ex quo multa homiliarum loca emendantur vel restituuntur. 21

Francisci Scorsi Proœmia. 1. *De Tauromenitana Ecclesia*; 2. *De Theophanis Ceramei vita conjectanea*; 3. *De iis quæ ad scriptionem auctoris et interpretis spectant.* 59

Theophanis Homiliæ. 135

NILUS DOXAPATRIUS, ECCLESIÆ CPOLITANÆ SYNCELLUS.

Notitia Thronorum patriarchalium, ad Rogerium Siciliæ regem, ex Stephani Le Moine Variis Sacris. 1083

JOANNES ANTIOCHENUS EPISCOPUS.

Notitia. 1115

De disciplina monastica et de monasteriis laicis non tradendis. 1117

JOANNES COMNENUS IMP.

Novellæ constitutiones. 1149

ISAACUS MAGNÆ ARMENIÆ CATHOLICUS.

Notitia ex Gallandio. 1153

Oratio invectiva adversus Armenios hæreticos. 1155

Ejusdem adversus eosdem oratio altera. 1217

De rebus Armeniæ. 1237

Quomodo recipiendi sunt Armenii hæretici, ex Joan. Bapt. Cotelerii notis ad Constit. Apost., lib. V, *cap.* 74.

ANNEXA LIBRARY
JOHN CRERAR

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM EDITORUM.

Homiliæ quas R. P. Franc. Scorsus, Panormitanus, anno 1644 Parisiis Græce et Latine edidit, in nobilissimis codicibus Hispaniæ, Italiæ et Galliæ exstant sub nomine Gregorii Ceramei, archiepiscopi Tauromenitani. Unde nata est quæstio, hactenus pendens, utrum Theophanes Cerameus distinguendus sit an non a Gregorio Cerameo, cui eadem opera tribuuntur. Alii opinantur Theophanem olim nomen Gregorii gessisse, quod postea vel mutavit, vel dereliquit; alii contendunt Gregorium Cerameum omnino distinguendum esse a Theophane, quanquam neque hanc opinionem ullo positivo argumento confirment. Petavius, dum an. 1616 *Breviarium historicum* S. Nicephori patriarchæ CP. Græce et Latine Parisiis ederet, eidem, speciminis gratia, addidit homiliam *in Indictionis sive anni principium*, veluti opus *Gregorii cognomento Figuli, Tauromenitani in Sicilia archiepiscopi*, quam homiliam P. Scorsus veluti primam a Theophane scriptam cæteris omnibus præposuit. Porro Petavius, in notis ad S. Nicephori *Breviarium*, pag. 10, postquam dixisset Græcos Indictiones suas olim a XXIV Septembris, postea vero a Kalendis exorsos esse, illico subdit : « Quod posterius, ut alios omittam, Gregorius Κεραμεὺς, Tauromenitanus archiepiscopus, indicat in homilia *Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους*, quam nos, una cum aliis plurimis ejusdem scriptoris nondum evulgatis, accepimus a R. P. Jacobo Sirmondo, viro pererudito, qui, quia crebro a nobis earum editionem flagitat, ut ei aliqua ex parte satisfiat, velut specimen quoddam, Indictionum occasione, præmisimus. » Hactenus Petavius, qui de confusione nominum Gregorii et Theophanis ne *cogitasse* quidem videtur.

Pirrus in *Sicilia Sacra* (pag. 490 ed. Panormit. an. 1733) Gregorium a Theophane distinguit in Catalogo episcoporum Ecclesiæ Tauromenitanæ, at neutri certam ætatem ascribere audet. De Gregorio ita scribit : « *Gregorius Cerameus archiepiscopus.* Plures is scripsit homilias in Evangelia, ac de aliis argumentis, e quarum numero multæ manuscriptæ leguntur. » Deinde ex Fazello notat Tauromenium, post longam obsidionem, an. 878, fere postremam inter Siculas civitates, ab Agarenis tandem occupatam fuisse; et ex Cajetano (*Sanctorum Siculorum* l. II, p. 61). S. Procopium Tauromenitanam Ecclesiam rexisse an. 903, cum Saraceni Tauromenium expugnarent, et in direptione urbis, una cum aliis civibus, martyrio fuisse coronatum. Quibus enarratis subdit : « Cæterum post exactos a Sicilia Saracenos, nullam Tauromenitani alicujus episcopi mentionem alicubi reperi; oportuit igitur eum præsulatum inter Barbarorum tumultus exstinctum, atque Ecclesiam illam ab anno 1082, quo episcopum a Northmannis Troinæ datum dicemus, in nota 8 infra, Troinensi, post Messanensi Ecclesiæ subjectam vel unitam ad hæc usque tempora fuisse. » Ita Pirrus.

A quo prorsus dissentiunt viri eruditi qui contendunt unam alteramve homiliam, quæ sub nomine Theophanis Tauromenitani editæ sunt, recitatam fuisse coram Rogerio Normannorum duce, ad finem vergente sæculo XI, vel initio sæculi XII. Profecto ritus Græcus, fugatis Saracenis, non plane exstinctus erat, sed postea etiam in usu fuit, ut doct. Rodotà notavit in eruditissimo opere quod inscripsit : *Del rito Greco in Italia.* Fieri ergo potuit ut homiliæ illæ etiam ex parte sæculo XII scriptæ et editæ fuerint; nec prorsus certum est eas omnes, ætate Basilii Macedonis, ante finem sæculi X, et ante subactam a Saracenis Siciliam, compositas fuisse.

Obscuræ quæstioni nullam lucem attulit Leo Allatius qui, ut puto, de Gregorio nostro *Georgium* faciens, in sua Disquisitione de Georgiis ita disserit : « Georgii Ceramei Iambica in librum Symeonis Sethi *de Stephanite et Ichnilata* laudantur in manuscripto Græco : Συμεὼν Μαγίστρου διήγησις μυστικὴ τῶν κατὰ Στεφανίτην καὶ Ἰχνηλάτην μετενεχθεῖσα ἐκ τῆς Ἀράβων διαλέκτου ἐν λόγοις η'. Γεωργίου Καραμέου Ἰαμβεῖα ἐπὶ τῇ προρρηθείσῃ βίβλῳ. Id est : *Symeonis Magistri narratio arcana de Stephanite et Ichnilata ex Arabum lingua conversa, libris octo.— Georgii Ceramei Carmina iambica in prædictum librum.* (Ap. Fabric. *Bibl. Græca* ed. Harlès. t. XII, p. 43.)

1390

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Porro neque sententiam P. Scorsi, qui Theophanem ad ætatem Photii refert, neque sententiam Fabricii, qui, post alios, Theophanem sub Normannis sæculo XII tandem floruisse asserit, plane amplectitur scriptor recens inter Siculos eruditos non infimus, abbas Nicolaus Buscemi; sed mediam viam init, non sine aliqua verisimilitudine docens, homilias quæ sub nomine Theophanis circumferuntur, non ab uno auctore, sed a duobus, quorum prior tempore Saracenorum floruit, et posterior tempore Normannorum, editas fuisse. Doctam suam disquisitionem inseruit N. Buscemi in suæ *Bibliothecæ sacræ* t. I, ann. 1832, et ita inscripsit: *Teofane Cerameo. Sopra il Siciliano scrittore che va sotto tal nome, memoria del sac. N. Buscemi.* Hanc laudat Alessio Narbone, della C. di G., in *Bibliografia Sicola sistematica, o Apparato metodico alla storia letteraria della Sicilia*, t. III, p. 275. Palermo, 1855, et t. I, p. 472. Consulatur.

B..... 15 Feb. 1862.

J.-B. M.

NOTITIA IN THEOPHANEM CERAMEUM.

(FABRIC. *Biblioth Gr.* ed. Harles, tom. XI, p. 208.)

—

Theophanem Cerameum sunt qui pro Theophane *Georgium*, *Gregorium*, *Nicephorum* vel *Philippum* vocent, vel qui cum Georgio seu Gregorio Cerameo et cum Nicephoro Figulo sive Cerameo aut cum Philippo Cerameo sive Ceramita velint eumdem esse. Vide Allatium *De Georgiis*, p. 414 seq., qui Georgii Ceramei iterum meminit p. 345. Natus est Theophanes hic in Sicilia, Tauromenii vel in vicino oppido Mascalis, et ad ædem S. Andreæ ibi puer in patria educatus, ut ipse homilia L, in festo S. Andreæ apostoli habita, celebrat: factus dein de Tauromenitanus archiepiscopus, quo titulo constanter venit in codicibus mss., ut Scorsus præm. I, § 4, adnotavit, in quibus etiam σοφώτατος καὶ ῥητορικώτατος appellatur, *sapientissimus et eloquentissimus*; id. præm. II, § 2. Scripsit non sæculo nono et Photii ætate, ut Scorso persuasum (cum Theophanes monachus, ad quem scripsit Photius, ab episcopo fuerit omnino diversus); neque circa an. 1040, ad quod tempus a Caveo (*a*) refertur, quo non rex, sed comes postea a. 1063 Siciliæ Rogerius vixit; sed regnante filio illius comitis Rogerio (Siciliæ rege et Apuliæ ab a. 1129 ad 1152), quo tempore magna erat Saracenorum potentia. Hinc Deum subinde precatur, ut regem ab illorum vi tueri velit, Τῷ εὐσεβεῖ ἡμῶν βασιλεῖ σύμμαχος γενοῦ κατὰ τῶν ἀθέων τῆς Ἀγαρ υἱῶν, *Sis pio nostro regi propugnator contra impios Agar filios*, homil. XL, p. 288: et homilia IV, p. 26, Κράτυνον τῇ ἰσχύϊ σου τοὺς πιστοὺς ἡμῶν βασιλεῖς, ἐνίσχυσον αὐτοὺς κατὰ τῶν ἀθέων Ἰσμαηλιτῶν τῶν σὴν ἀθετούντων προσκύνησιν, *Corrobora virtute tua fideles nostros reges, eosque contra impios Ismaelitas tuam religionem evertentes confirma.* Regis gesta ac pietatem celebrat homilia XXVI, quam in ejus præ-

(*a*) In *Hist. lit. SS. eccl.* tom. II, p. 132 seq. ed. Basil., ad a. 1040, qui assentitur Leoni Allatio *De script. Simeon.*, p. 63, adnotatque, a Miræo in *Auctar.* c. 253, atque ex eo ab Oleario in *Abaco patrol.*, p. 450, nostrum cum Theophane confessore, *Chronographiæ* conditore, pessime confundi. Fusius de eo disputat Oudin. in *Comment. de SS. eccles.*, tom. II, p. 1185, ad a. 1140 sqq. et pag. 1320 sqq. Priore loco primum examinat refellitque Scorsi atque Allatii rationes, tum ostendit Lambecii inconstantiam in definienda Theophanis ætate (conf. infra in notitia codd. mss.). Posteriore loco, ubi de ætate Symeonis Metaphrastæ disserit, in cap. quinto iterum inquirit in tempus quo vixerit Theophanes Cerameus, et præcipue de scriptura et significatione vocabuli ῥήγου aut ῥόγου disputat. — L. Ellies Du Pin in *Biol. eccl.*, tom. VII, cap. 17, pag. 196, Theophanem censet in fine noni sæculi claruisse; at in tom. VIII, cap. 12, p. 3, eum transtulit ad undecimum sæculum. Plurium VV. DD. opiniones et judicia de ejus ætate et de ipsius ingenio scribendi vivendique ratione collegit Mongitor. in *Bibl. Sicula*, tom. II, p. 250 sqq., qui etiam citat Cajetanum in animadvers. ad tom. I *SS. Siculorum*, p. 16. — Add. Pagium in *Crit. Baron.* ad a. 1252, VIII-X; Jo. Moller. in *Homonymoscop.* sect. II, cap. 5, § 77, p. 523 seq. qui plures Theophanes enumerat, eosque docet interdum fuisse a viris doctis confusos; Jo. Laur. Moshem. in *Institut. hist. eccl. sæc.* XI, p. II, cap. 2, § 30. Sax. in *Onom. lit.* part. II, p. 249, ad a. 1152, Atque his, inquit, temporibus et vixisse et floruisse verisimiliter creditur Theoph. Ceram. — Christian. Frid. Matthæi *Progr. de Theophane Cerameo*, Dresdæ 1788, 4, in quo V. D. tres codd. Mosquensem, Lipsiensem suumque eorumque rationem in scribendo auctoris nomine ordineque homiliarum curate describit, et ex cod. Lipsiensi varias lectt. orationis XLV, p. 8-15, Scorsi enotavit. — Eodem præside M. Car. Chr. Ernesti Charitii disp. I de Theophane Ceram., pars. I, *de Theophane interprete*, et disp. II respondente J. C. G. Prædicovio, appendix part. I, *de studio allegoriarum, præcipuo rectæ interpretationis impedimento.* Wittebergæ 1792, 4. Atque ego in *Introduct.*, etc. t. II, part. I, p. 451 seq. de eo egi. — De Iriarti narratione ac sententia v. paulo infra in notitia codd., ubi etiam animadversionem Montfauconii, qui Gregorium Cerameum plane alium esse contendit a Theophane Cerameo, pluribus retuli. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

sententia habuit, ἐνώπιον τοῦ ῥηγὸς Ῥογερίου· ita enim legendum, non ῥόγου, docet Allatius *De Simeonibus*, p. 63 seq. (*b*). Exstant editæ illius homiliæ in Dominicas et festa anni præ multis aliorum recentiorum Græcorum sermonibus dignæ lectu, atque ad morem Ecclesiarum illius temporis, quem in lectionibus et homiliis sacris tenuerunt, opportunæ, et multa evangelistarum loca haud infeliciter illustrantes. Non alius est Theophanes, qui in Catena Corderiana ad Lucam citatur, quem Corderius male confundit cum Theophane confessore, auctore Chronici, notatus eo nomine a Combefisio in *Bibl. concionatoria*. Similiter in catalogo bibl. Bodleianæ in unum confunduntur Theophanes Cerameus et auctor Chronici et Nicænus episcopus, cujus est hymnus in Annuntiationem B. Virginis. Sed jam Theophanis Ceramei homilias editas recenseamus.

1. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους, *De indictione s. anni principio*, Kalend. Septembris. Incipit : Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ καταξιώσας ἡμᾶς διαδραμεῖν τὴν κυκλικὴν τοῦ χρόνου περίοδον. Pag. 1. Ediderat Græce et Lat. Dionysius Petavius ad calcem Breviarii historici Nicephori CPolitani, Paris. 1616, 8, p. 258, qui Gregorium auctorem vocat et in notis p. 10 hanc et alias plurimas ejus homilias a Sirmondo se testatur accepisse. *Qui quia crebro*, inquit, *earum editionem a nobis flagitat, ut ei aliqua parte satisfiat, has velut specimen quoddam præmisimus.* [*Paris.* in bibl. publ. cod. 562, n. 12.]

2. Περὶ τῆς παραβολῆς τῶν μυρίων ταλάντων. *De parabola decies mille talentorum*, Matth. XVIII, 24. Incipit : Οἱ παιδοτρίβαι καὶ τῶν νέων διδάσκαλοι. Pag. 7.

3. Κυριακῇ πρὸ τῆς Ὑψώσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. *Dominica die ante festum Exaltationis pretiosæ et vivificæ crucis.* Incipit : Φέρε σήμερον, ὦ θεοφιλέστατον ἄθροισμα. Pag. 13. Hanc homiliam ediderat Jacobus Gretserus cum Francisci Turriani versione in tomo II *De cruce*, pag. 124. Ingolstad. 1600, 4.

4. Εἰς τὴν Ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. *In Exaltationem pretiosæ et vivificæ crucis.* Incipit : Ὁρῶ σήμερον τοῦ μεγάλου τοῦδε ναοῦ. Pag. 16. Hanc quoque homiliam cum Turriani versione publicaverat Gretserus, tom. II *De cruce*, pag. 133. Eadem cum superiore legitur Latine in Bibliothecis Patrum recentioribus Paris., Colon. et Lugd.

5. Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν, Κυριακῇ πρώτῃ, εἰς τὸ, « Ἐστὼς ὁ Ἰησοῦς παρά, » etc. *Ex Lucæ* v, 2. *Dominica prima in illud : « Stans Jesus secundum stagnum Genesareth. »* Incipit : Ἐπειδήπερ ἀρχὴν εἰλήφει, P. 27. In hujus homiliæ exordio narrat Theophanes, patres longo usu instituisse, ut in ecclesia Joannis evangelium legeretur a festo Paschatos usque ad Pentecosten ; Matthæus a Pentecoste ad anni usque finem ; deinceps a magno Luca de magnis mysteriis edocerentur Christiani, divino præcone Marco jejuniorum tempori relicto. FABR. — Conf. cod. Bavar. 210 et cl. Hardt in *Aretini Beytr.*, etc., a. 1705, part. 5, p. 268 seq. HARL.

6. Περὶ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας. *De filio viduæ.* Luc. VII. Incipit : Ἄλλην ὑπόθεσιν ὡρμημένος. P. 31.

7. Περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ σπόρου. *De parabola sementis.* Luc. VIII. Incipit : Οἱ τὰς μακρὰς ἀποδημίας. Pag. 39.

8. Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ Λαζάρου. *De divite et Lazaro.* Luc. XVI. Incipit : Πάλιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνυπόστατος σοφία. P. 46.

9. Περὶ τοῦ, « Ἐλθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν χώραν. » In Luc. VIII, 26 seq., « *Cum venisset Jesus in regionem Gadarenorum.* » Incipit : Ἐπέχει μου τὴν γλῶσσαν ἡ νόσος τοῦ σώματος. Pag. 53.

10. Περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου καὶ περὶ τῆς αἱμορρόουσης. *De archisynagogi filia et haemorrhoissa.* Luc. VIII, 41. Incipit : Διπλῆν ἡμῖν σήμερον. P. 57.

11. Περὶ τοῦ ἐρωτήσαντος τὸν Κύριον νομικοῦ καὶ περὶ τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς. *De legisperito interrogante Dominum, et de eo qui incidit in latrones.* Luc. X. Incipit : Οὐ τοσοῦτον αὐχμώδης γῆ. Pag. 63.

12. Περὶ τῆς ἐχούσης πνεῦμα ἀσθενείας. *De muliere quæ habebat spiritum infirmitatis.* Luc. XIII, 11. Incipit : Οἱ κηφῆνες εἰδός ἐστι μελισσῶν. Pag. 69.

13. Περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ δείπνου. *De parabola cœnæ.* Luc. XIV. Incipit : Μυστικὸν ἡμῖν δεῖπνον. P. 76.

14. Κυριακῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. *Dominica ante Christi nativitatem in illud*, Matth. I, 1 : *Liber generationis Jesu Christi filii David.* Incipit : Τοῦ μὲν αἰσθητοῦ ἡλίου. Pag. 81.

15. Περὶ τοῦ ἀρχιτελώνου Ζακχαίου. *De Zacchæo, principe publicanorum.* Luc. XIX. Incipit : Τῆς μυστικῆς ἐκείνης καὶ θείας κλίμακος. Pag. 87.

(*b*) Conf. Oudin. l. c., et Lambec. V, pag. 122 seqq. Kollar., ubi a p. 117 cod. 228 recenset, complectentem triginta sex homilias Theophanis in evangelia Dominicalia et festa anniversaria. Lambec. postquam adnotarat, primam in principium novi anni inscribi, Γρηγορίου τοῦ Κερκύρας μητροπολίτου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας, ὁμιλία, etc., et Scorsi longiorem de duplici auctoris nomine reddiderat, addideratque, in Græco codice quodam Cæsareo, qui varia Georgii Calybæ opuscula idiographa continet, citari Georgium Cerameum, et, mutata pristina sententia, Theophanis ætatem alligat sæculo duodecimo sub Rogerio, rege Siciliæ, qui a. C. 1152 obiit (teste Baronio in *Annal. eccl.* tom. XII, a. 1152, n. 14), observat, quando in cod. reperitur inscriptio Græco-barbara homiliæ XXVI, in festum Palmarum diem, ἐνώπιον τοῦ ῥηγὸς Ῥόγου, nomen per compendium scriptum Ῥογερίου, idem esse atque integrum Ῥογερίου, et vocabulum ῥὴξ Græco barbare idem esse ac rex. Denique multus est de rege Rogerio, et suspicatur orationem illam habitam fuisse a. Chr. 1140. Add. Kollar. not. A, ad Lambec. IV, pag. 41 seqq. de ætate et nomine Theophanis. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

16. Περὶ τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου. *De publicano et Pharisæo*, Luc. XVIII, 10 seq. Incipit, Πάλιν ἡ εὐαγγελικὴ φωνή. Pag. 92.

17. Περὶ τοῦ ἀσώτου υἱοῦ. *De filio prodigo*, Luc. XV. Incipit, Ἔφθασεν ἡ εὐαγγελικὴ φιλοσοφία. P. 100.

18. Εἰς τὸ, « Ὅταν ἔλθῃ. » In illa verba Matth. XXV, 31, « *Cum venerit Filius hominis in gloria sua.* » Incipit, Οἷόν τι πάσχουσιν. Pag. 111.

19. Εἰς τὸ, « Ὅταν ἀφῆτε. » In illa verba Matth. VI, 15, « *Si dimiseritis hominibus peccata eorum.* » Incipit, Οἱ ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἄθλοις. Pag. 119.

20. Τῇ κυριακῇ τῆς Ὀρθοδοξίας περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων. *Dominica Orthodoxiæ* (c) (prima Jejuniorum, qua memoriam restituti cultus imaginum Græci celebrant), *de sanctis imaginibus*. Incipit, Λαμπρὰ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις ἐπέστη. Pag. 125. Hanc homiliam Latine dedit Baronius ad a. 842, n. 29, ex Francisci Turriani versione, cum qua Græce et Latine Jac. Gretserus tom. II *De cruce*, p. 1242, edit. in fol. Ingolst. 1616. (Conf. Lambec. VIII, p. 700 sqq. contra Gretser. et Scorsum.)

21. Περὶ τοῦ ἐν Καπερναοὺμ παραλυτικοῦ. *De paralytico sanato in Capharnaum*, Marc. II, 1 seq. Incipit, Ἐπειγόμενος τῆς συνήθους διδασκαλίας ἐφάψασθαι. Pag. 130.

22. Εἰς τὸ, « Ὅστις θέλει. » Ἐλέχθη Κυριακῇ τῆς σταυροπροσκυνήσεως. In illa verba Marc. VIII, 34, « *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum.* » Dicta est Dominica Adorationis S. crucis, medio Jejuniorum tempore. Incipit, Νῦν ἡμῖν ὁ τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἔφθασεν εἰς αὐτὸ τὸ μεσαίτατον. Pag. 137.

23. Εἰς τὸ, « Ἄνθρωπός τις. » In illud Matth. XVII, 14, « *Accessit ad eum homo genibus provolutus, dicens: Domine, miserere filii mei, quia lunaticus est.* Incipit, Ὀτρύνει μὲν ἵππον ἀγέρωχον. Pag. 144.

24. Εἰς τὸ, « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα. » In illud Marc. X, 33, *Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur*. Incipit, Ὁ μὲν τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἤδη προέκοψε. Pag. 149.

25. Εἰς τὴν τοῦ δικαίου Λαζάρου ἀνάστασιν. *De justi Lazari resurrectione*, Joan. XI. Incipit, Πολλὴν πανδαισίαν ἡμῖν ὁ ἐπιστήθιος εὐαγγελιστής. Pag. 158.

26. Εἰς τὴν βαϊοφόρον ἑορτήν. Ἐλέχθη δὲ ἐνώπιον τοῦ ῥηγὸς Ῥογερίου. *In solemnitatem Palmarum. Dicta est coram rege Rogerio.* Incipit, Φαιδρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ συνέλευσις. P. 185. [De qua plura scripsi in nota prima ad hoc caput.]

27. Εἰς τὸ τίμιον τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ πάθος. *In pretiosam Jesu Christi passionem.* Incipit, Ἴσως μὲν ἐπαχθὴς δόξω πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. Pag. 188. In hac homilia pag. 207 Theophanes laudat hymnum et καλλιέπειαν Andreæ Cretensis.

28-38. Ἑρμηνεία εἰς τὰ ἑνδεκα ἑωθινά. *Interpretatio in undecim evangelia matutina*, de iis quæ post resurrectionem Christi gesta sunt. Hæ undecim homiliæ mss. in codice Cæsareo, de quo Lambec. IV, p. 61 [p. 134 ed. Kollar.] — 28. α) In Matth. XXVIII, 16. Incipit, Πάλαι μὲν ὁ θεόπτης Μωσῆς. Pag. 213. — 29. β) In Marc. XVI, 1. Incipit, Τέρπει μὲν τὰς ὄψεις ἀνίσχων. Pag. 219. — 30. γ) In Marc. XVI, 9. Incipit, Οἱ ἀενάως ῥέοντες ποταμοί. Pag. 224. — 31. δ) In Luc. XXIV, 1. Incipit, Ἐπειδὴ περὶ τῆς ζωοπαρόχου. Pag. 230. — 32. ε) In Luc. XXIV, 12. Incipit, Ἡ ζωοφόρος τοῦ Κυρίου ἀνάστασις. Pag. 235. — ς) Ὁμιλία ἡ αὐτὴ εἰς τὴν σωτήριον ἀνάληψιν. *Homilia eadem, quæ in salutarem ascensionem*, infra n. 39, p. 275. — 33. ζ) In Joan. XX, 1. Incipit, Ὅτε τὴν κατὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως. Pag. 238. — 34. η) In Joan. XX, 11. Incipit, Ἀντὶ τοῦ κορυφαίου τῶν φοιτητῶν. Pag. 244. — 35. θ) In Joan. XX, 19. Incipit, Ζητητέον τοῖς τῶν ἱερῶν λογίων ἐξεταστὰῖς. Pag. 247. — 36. ι) In Joan. XXI, 3 seq. Incipit, Ἐπὶ τὴν Τιβεριάδος λίμνην. Pag. 250. — 37. ια) In Joan. XXI, 14 seq. Incipit, Τοῖς μαθηταῖς ὀφθεὶς ὁ Κύριος. Pag. 257.

38. Εἰς τὴν Σαμαρείτιδα. *De Samaritana*, Joan. IV. Incipit, Ὡς ἀπροοιμιάστως τῷ Σωτῆρι σήμερον. Pag. 262.

39. Εἰς τὴν σωτήριον ἀνάληψιν. *In salutarem ascensionem.* Incipit, Λαμπρὰ τῷ ὄντι καὶ περιφανής. Pag. 273.

40. Εἰς τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *In adventum sancti Spiritus.* Incipit, Ὁρῶν σήμερον τὸν ἁγιώτατον. Pag. 282.

41. Κυριακῇ τῶν Ἁγίων Πάντων. Pag. 282. *Dominica Omnium Sanctorum* in Matth. X, 32. Incipit, Ὁ μὲν καιρὸς πρὸς αὐτὸ τὸ τοῦ ἔαρος ἡμᾶς ἄγει ἀκροτελεύτιον. Pag. 288.

42. Εἰς τὸ « Λύχνος τοῦ σώματός ἐστι ὁ ὀφθαλμός. » *In illa verba* Matth. VI, 22, « *Lucerna corporis est oculus.* » Incipit, Καὶ χρεωφειλέτης εὐχάριστος. Pag. 296.

43. Εἰς τὰ ἐπίλοιπα. *In reliqua ejusdem dicti.* Incipit, Οἱ ἀγύρται καὶ οἱ ἀγελαῖοι πένητες. Pag. 303.

44. Περὶ ἑκατοντάρχου. *De centurione*, Matth. VIII. Incipit, Ἀντιστρατεύει τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις. Pag. 308.

45. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν. *De divite interrogante Dominum*, Matth. XIX. Incipit, Οἷόν τι συμβαίνειν εἴωθε. Pag. 313.

Festis Sanctorum diebus.

46. Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων. *De objurgatione aquarum.* Matth. VIII, Ἐλέχθη τῇ ἑορτῇ τοῦ

(c) Vide Cangii *Glossar.* in Ὀρθοδοξία, *Lambec.* VIII. p. 456. [p. 700 sqq. Koll.] *Nic. Rayæum* diss. præliminar. ad Acta Sanctor. tom. II Junii, p. 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου. *Dicta est in festo magni martyris Demetrii* (8 Octobr.). Incipit, Διττῆς προφάσεως σήμερον. Pag. 321.

47. Εἰς τὴν ἀποστολὴν τῶν δώδεκα μαθητῶν. *De missione duodecim discipulorum*, Matth. x. *In festo SS. Anargyrorum Cosmæ et Damiani* (17 Octobr.). Incipit, Εὐκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, ὦ φιλέορτοι. Pag. 324. FABR. — In cod. Mosquensi 274 (de quo postea) n. 16, legitur : —Ἀναγινώσκεται τῇ πρώτῃ τοῦ Νοεμβρίου, τῶν ἁγίων Ἀναργύρων. Συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς σήμερον · atque Matthæi in Notitia codd. Gr. Mosq., p. 173, in not. *t*, post ἀναγινώσκεται malit interponere, δὲ καί. « Bis enim, ait, hæc pericopa in ecclesia explicatur, in XII apostolos et in SS. Anargyros. Vide secundam Evangellorum editionem meam ad Matth. x, 1. Theophanes hanc homiliam dixit primo Novembris, in qua lectione omittuntur versus 2, 3 et 4, ut ipse in hac homilia monet p. 326 *b*. » Hactenus cel. Matthæi. HARL.

48. Εἰς τὴν ἀποστολὴν τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν. *De missione septuaginta discipulorum*, Luc. x, 16. Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἀρχιστρατήγου. *Dicta est in festo principis cœlestis militiæ S. Michaelis* (29 Sept.). Incipit, Οἱ μὲν αἰσθητοὶ λειμῶνες. Pag. 329.

49. Εἰς τὸ, « Ἠθέλησεν. » *In illa verba* Joan. I, 43. « *Voluit Jesus exire in Galilæam.* » Ἀναγινώσκεται ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Φιλίππου. *Legitur in festo S. Philippi* (1 Maii). Incipit, Οὐ μόνον περιπολοῦντες σωματικῶς. Pag. 336.

50. Εἰς τὸ, « Ἐστήκει ὁ Ἰωάννης. » *In illa verba* Joan. I, 35, « *Stabat Joannes, et ex discipulis ejus duo.* » Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου. *Dicta est in festo S. apostoli Andreæ* (30 Nov.). Incipit, Ἐμοὶ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ διάλεξις. Pag. 342.

51. Εἰς τοὺς μακαρισμούς. *In beatitudines*, Matth. v. Ἐλέχθη ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου. *Dicta est in memoria S. Patris nostri Nicolai* (16 Dec.). Incipit, Ὅτι (*d*) πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θείαν αὐλὴν ὁ Δεσπότης. Pag. 346. In hac homilia, pag. 350, Gregorii Nysseni homiliæ octo in beatitudines laudantur his verbis : Τὸ μὲν βάθος τῆς ἱερᾶς ταύτης διδασκαλίας μόνος τῶν πάντων ἐπέγνω κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα ὁ κατὰ τὸν μέγαν Μωσῆν εἰς τὸν γνόφον τῆς θεολογίας εἰσδὺς ὁ Νυσσαεὺς καὶ μέγας Γρηγόριος ἐν ὁμιλίαις ὀκτὼ τὸ ταύτης κάλλος ἐξηγησάμενος, καὶ ἐξέσται τῷ βουλομένῳ τὰ τῆς πανσόφου *ἐκείνης βίβλου ἁρύσασθαι νάματα καὶ μέθην μεθυσθῆναι τὴν σώφρονα. Profunditatem hujus doctrinæ unus ex omnibus optime altissimeque cognovit, qui instar magni illius Mosis in theologiæ caliginem penetravit Nyssenus ac magnus Gregorius homiliis octo, quidquid in hoc dicto boni pulchrique continetur, explanavit; et licebit cuicunque libuerit, ex illo libro omni sapientia redundante flumina haurire, et sana ac sobria ebrietate se ingurgitare.*

52. Εἰς τὰ ἅγια Νήπια. *In sanctos Innocentes* (28 Dec.). Incipit, Ἐπὶ τὴν ἱερὰν Βεθλεὲμ ἄγει σήμερον. Pag. 353.

53. Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *In Annuntiationem sanctissimæ Dei Genitricis* (25 Mart.). Incipit, Σήμερον ἡ Ἐκκλησία δῃδουχεῖται μυστικῶς. Pag. 359.

54. Εἰς τὸ, « Πάντα μοι παρεδόθη. » *In illa verba* Matth. XI, 27, « *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo.* » Ἐλέχθη δὲ ἐν τῇ πανηγύρει τοῦ ἁγίου Ὀνουφρίου. *Dicta est in panegyri S. Onuphrii* (1 Jun.). Incipit, Ἔπεστί μοι θαυμάσαι. Pag. 365.

55. Εἰς τὸ, « Ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς. « *In illa verba* Matth. XVI, 13, « *Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi.* » Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου. *Dicta est in festo SS. apostolorum Petri et Pauli* (29 Jun.). Incipit, Συνήδομαί σοι, πόλις, καί σοι, θεῖε τῶν ἀνακτόρων ναέ. Pag. 370. Antequam edita esset, citavit Turrianus contra Magdeburgenses pro canonibus apost. II, 6.

56. Εἰς τὸ, « Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν. » *In illa verba*, Joan. XV, 12, « *Hæc mando vobis.* » Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Προκοπίου. *Dicta est in festo S. Procopii* (8 Jul.). Incipit, Καὶ κιθαρῳδὸς ἀνὴρ πολλάκις. P. 378.

57. Εἰς τὸ, « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. » *In illa verba*, Joan. X, 9, « *Ego sum ostium.* » Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Παγκρατίου. *Dicta est in festo S. Pancratii* Tauromenitani, ut aiunt, episcopi, et Petri apostoli discipuli (11 Jul.). Incipit, Οὐ κατόπιν, ὡς ὁ λόγος ἤκομεν. Pag. 385. FABR. — Fragmentum homiliæ in festo die S. Pancratii typis exprimi fecit Octavius Cajetanus, ab Augustino Florito, S. J., traductum in *Vitis SS. Siculorum*, tom. I, p. 10, teste Mongitore. HARL.

58. Εἰς τὸ, « Ἰδοὺ ἐγώ. » *In illa verba*, Matth. X, 16, « *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.* » Ἐλέχθη ἐν ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παντελεήμονος. *Dicta est in festo sancti magni martyris Panteleemonis* (27 Jul.). Incipit, Οἱ πρὸς τὴν πάνδημον ταύτην ἀθροισθέντες πανήγυριν. Pag. 392.

59. Εἰς τὴν σωτήριον μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In salutarem transfigurationem Domini nostri Jesu Christi* (6 August.). Incipit, Οἷόν τι πάσχειν εἰώθει ποιμήν. Pag. 398.

60. Εἰς τὸ, « Εἰσῆλθεν. » *In illa verba*, Luc. X, 38. « *Intravit Jesus in quoddam castellum.* Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *Dicta est in festo Dormitionis sanctissimæ Virginis Deiparæ* (15 August.). Incipit, Ὡς λίαν μοι λαμπροτέρα. Pag. 402.

61. Εἰς τὴν ἀποτομὴν τοῦ Προδρόμου. *In decollationem venerabilis Præcursoris*, Joannis Baptistæ (29 August.). Incipit, Καλῶς ἐφήρμοσεν ἡ τάξις τὴν τοῦ Προδρόμου τελείωσιν εἰς αὐτὴν σχεδὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν περαίωσιν. Pag. 418.

(*d*) Ὅτι: in cod. Mosq. cit., n. 20. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

62. Εἰς τὸν γενόμενον αὐχμόν. *De siccitate quæ eo tempore contigit.* Incipit, Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ. Pag. 424.

Has Theophanis homilias ex codicibus Panormitano, Vaticano, Escurialensi et Parisiensibus recensitas Franciscus Scorsus, S. J., cum eleganti versione et eruditis atque copiosis ad calcem voluminis subjunctis notis primus edidit, Lutetiæ Paris. 1644, fol. Eædem exstant in codice Coisliniano, de quo Montfauconius, p. 391. Homiliæ LVI in codice Cæsareo, de quo Lambecius IV, p. 17 (*e*). Ineditas adhuc plures ejusdem scriptoris in bibliothecis latere non est dubium, cum Allatius, p. 415 Diatribæ de Georgiis, testetur, se in Chio insula legisse homilias ejus, Scorso haud visas, quinque, quorum titulos et initia ibi, si placet, vide. FABR.

Atqui in pluribus bibliothecis exstare Theophanis homilias mss. in his ineditas, hodie constat. Enimvero in paucis idem ordo servatur, uti interdum a catalogorum confectoribus, ad quos lectores ablegandum mihi est, demonstratum esse, paucis monebo. En codicum ejusmodi notitiam.

Venetiis in codd. Naniano 66, homil. 35 (sed duæ primæ desiderantur), et 89, homil. 41, quarum seriem et differentiam ab editis docet auctor cat. codd. Gr. Nan. p. 118 sqq. et 170 sqq.

Taurini in cod. regio 212, fol. 37-256, homiliæ, at ordine ab editis prorsus diverso; in eodemque cod. fol. 1 sqq. leguntur sub titulo, Ἐκ τῶν ζητημάτων καὶ ἐπιλύσεων Θεοφάνους Κεραμέως καὶ Ἰουστίνου φιλοσόφου. *Ex quæstionibus et solutionibus Theophanis Ceramei et Justini philosophi, sexaginta ferme quæstiones* varii argumenti in sacram Scripturam, de quibus quoniam nulla facta est mentio aut ab Oudino, aut a Fabricio, aut ab aliis qui de Theophane disserunt, confector catal. codd. Gr. Taurin., p. 311, speciminis loco primam Theophanis quæstionem Gr. cum versione Lat. in lucem protulit. — Ibid. in cod. 319, fol. 10 sqq. Theoph. homiliæ, eædem quæ editæ sunt. V. cat. cit. p. 398. — Ibid. in cod. 320, fol. 4, Joannis (*sic*) Ceramei homilia *in principium indictionis*, et fol. 185 sqq. Joannis (*sic*) Ceramei aliæ homiliæ quatuordecim; ordinem ab editis diversum comparando ostendit auctor cat. cit., p. 399 sq.

Paris. in bibl. publ. codd. decem sunt interdum singulæ, interdum plures homiliæ, e. gr. in cod. 1183, leguntur 45 homiliæ; in cod. 1184 sunt 54 homiliæ; in cod. 1206 34 homil., in cod. 1207 sub nomine *Gregorii Ceramei* 40 homiliæ. V. indic. ad cat. mss. regg. Paris., vol. II. — In cod. Coislin. bibl. 201 loca ex Theophane in Nicetæ collectione interpretationum etc. teste Montfaucon. in *Bibl. Coislin.* p. 251. — Et ib. pag. 391, eodem teste, in cod. 277 leguntur 62 homiliæ eodem, quo editæ sunt, numero. — Secundum Montfaucon. in *Bibl. bibliothecar.* mss. I, pag. 33, Romæ in Vaticano cod. n. 904 bibl. reginæ Sueciæ quædam Ceramei. — P. 231. B. Neapoli homiliæ in duobus codd. bibl. S. Joannis *de Carbonara*, etc. — P. 483. Venetiis in bibl. Justiniani, in duobus codd. — P. 505, Mediolani in duobus codd. bibl. Ambrosianæ; — tom. II, p. 1198, Theophanis Cer. opera multa in bibl. Guil. Pelliserii; — p. 1314 in cod. 64 bibl. Mazarin., Gregorii Ceramei homiliæ, etc., ubi notanda est Montfauconii animadversio, dum, « Auctor, inquit, plane alius a Theophane Cerameo, nihil amborum homiliis commune. Ipse est qui in Augustini Tarraconensis æde, et in regia Scoriali exstare notatur ab Allatio, incipiens a publicano, quem tamen is male confundit cum *Theophane* Cerameo, errorem secutus Francisci Scorsi. Sunt homiliæ omnes 54. Est prima Dominica publicani et Pharisæi, ultima Dominica Christi progenitorum. » Hactenus Montfaucon. Atque Mongitor. l. c. jam plures excitavit, qui utrumque discernerent. Add. infra ex Villois. epist. — Ibid. p. 1315, in cod. Mazarin. 66, 26, qui ita indicatur : « Ceramei, metropolitæ civitatis Rhoti (*al.* Rhegii) Calabriæ, in Zachæum, publicanorum principem : est inter homilias Theophanis Ceramei, qui non Calabriæ, sed Siciliæ episcopus erat. »

Mosquæ in cod. synod. 274, Gregorii, Tauromenii archiepiscopi, homiliæ sexaginta, quarum ordinem atque principia recenset Matthæi in Notit. codd. Gr. Mosquens., pag. 172 sqq., idemque p. 175 sq. laudat similem codicem optimæ notæ, Lipsiæ in bibl. Paulina asservatum, atque Theophanis homilias omnino dignas judicat, quæ propter textum sacrum comparentur.

In primis notandus est cod. 16 in bibl. regia Matriti, cum propter nomen auctoris, qui in hoc unico cod. *Philagathus philosophus* nuncupatur, tum propter majorem homiliarum numerum, quam qui in ullo alio codice reperitur. Continet enim homilias Theophanis septuaginta octo et habet duodetriginta quæ neque in Scorsi editione, neque inter illas occurrunt quas Leo Allatius in Diatribe de Georgiis tanquam ineditas refert. Quapropter Iriarte in Cat. codd. Gr. Matrit., p. 55-70, copiose non minus quam diligenter recensuit, et ex cod. suo singularum homiliarum, quarum quoque ordo differt ab editis, inscriptiones, iis quas Scorsus edidit, uberiores plerumque ac locupletiores reddidit, variasque memorabiles hinc inde aspersit animadversiones, in quibus etiam Scorsi editio modo explicatur atque emendatur, modo suppletur. Titulus autem est: Πόνημα Φιλαγάθου τοῦ φιλοσόφου, *opus Philagathi philosophi*, quo nomine Theo-

(*e*) Sive p. 35 sqq. ed. Kollar. De cod. Cæs. 102 n. 2. ubi v. Kollar. not. p. 41 seqq., Lambec. post quam ordinem homiliarium in hoc cod. servatum, et singularum inscriptiones initiaque indicarat, monet docetque, auctorem illarum in cod. Cæsar. 224 vocari *Gregorium Ceram.*; in cod. autem 111, olim 164, nec Theophanem, nec Gregorium nuncupari, sed solo cognomine Κεραμεὺς sive *Figulus*. De cod. Cæsar. 111, n. 8 (Lamb. IV, p. 134), in primis 228 (Lambec. V, pag. 117 seqq.), supra jam plura scripsi. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

phanem, dum vitam monasticam ageret, usum fuisse, ex subscriptione homiliæ ineditæ 77 subjecta (p. 63, n. 204) docet Iriarte. Illa enim homilia inscripta est: Φιλαγάθου πόνημα τοῦ φιλοσόφου, et in fine legitur: Ὁ Φιλάγαθος εὐτελὴς μονότροπος ὡς ἀνάξιος ταῦτα λαλεῖ καὶ γράφει. Avulsis autem quibusdam foliis, totæ deficiunt homiliæ sex, quas secundum indicem præfixum consequi oportebat, quæ vero editæ sunt. Sed nimis aberrarem a recta via, si omnia quæ ab Iriarto adnotata et memoratu digna viderentur, excerperem. Pauca tamen adhuc adnotare juvat. Pag. 65 sq. recensuit cod. Escorialensem; p. 67 subjecit Theophanis homiliarum catalogum, per alphabeti ordinem digestum, ubique addita nota qua denotatur quæ homilia vel in Scorsi editione, vel in codd. Matritensi atque Escurialensi exstat, vel ab Allatio visa est. Culpat etiam pag. 69 Fabricium nostrum et Montfaucon, qui in *Diario Italico* duo ejusdem Theophanis homiliarum mss. codd. Neapoli, totidem Venetiis a se inspectos enarravit, quod plerumque singularum titulos, nedum prima verba describere neglexerint. At brevitatis studio ii id fecisse adeoque excusandi esse videntur. Per hanc occasionem adjicere liceat mihi epistolæ, in qua Villoison. quondam plura, quæ ad litteraturam Græcam pertinent, pro ea, qua floruit, singulari humanitate non minus quam mira eruditione litterarumque copia, me amice docuit, particulam, in qua ea quæ in *Introductione*, etc., II, part. I, p. 450 sq. scripseram, ita docte supplet emendatque: « Vous pourriez ajouter ce passage important de la *Lettera intorno a' pregi dell' antica città di Taormina, scritta ad un suo amico dal sig. D. Ignazio Cartella, Taorminese*, pag. 153, tom. XV, des *Opuscoli di autori Siciliani*, in Palermo, 1774, 4. Ignace Cartella y parle des prélats de Tauromeni, qui ont eu le titre d'archevêque, et entre autres, des deux Cerameus, Grégoire et Théophane, dont nous avons, dit-il, les célèbres homélies, publiées en grec et en latin par Scorsi, qui les attribue toutes à Théophane, tandis qu'on voit évidemment en les lisant, que quelques unes d'entre elles sont de Grégoire, et d'autres de Théophane, comme le soutient le célèbre P. Francois Combefis, *Bibliothecæ concionatoriæ Patrum* tom. I, sur le mot de *Théophane Cerameus*, pag. 46, et sur celui de *Grégoire Cerameus.* » P. 14. Vous indiquez le Catalogue des mss. grecs de Madrid, de Jean Iriarte, qui p. 84, col. 2, se glorifia en ces termes de la découverte qu'il croit avoir faite du vrai nom de l'auteur de ces homélies, *Meum quidem inventum, ut ingenue fatear, mirifice sum gratulatus. Scriptoris invenire nomen, plus visum est, quam scripta. Philagathi porro nomine Theophanem, dum vitam monasticam ageret, usum fuisse plane constat.* Il se trompe. Les évêques grecs, qui sont toujours tirés du sein des couvents, de même que les laïques qui embrassent la vie monastique, changent alors de nom; mais ils ont toujours soin d'en prendre un dont la première lettre initiale est la même. C'est une règle sans exception. Maffei avait fait cette observation judicieuse dans la savante *Lettera al P. Abate Bacchine sopra i frammenti Greci dati in luce* nel tomo XVI del *Giornale de Letterati d'Italia, e restampati in Olanda col nome di S. Ireneo*, p. 301 de ses *Rime e prose, parte raccolte da vari libri, e parte non più stampate*, in Venezia, 1719, in 4. J'observerai donc, malgré l'autorité d'Iriarte, que, d'après cet usage constant, si Théophane Cerameus s'était appellé *Philagathe* dans son couvent, il n'aurait pas pu s'empêcher, en montant sur le siége de Tauromeni, de prendre un nom dont la première lettre initiale eût commencé, de même que le sien, par un *P*, tel que Pierre, Philippe, Pacôme, etc. C'est ainsi que Manuel Margunio prit le nom de *Maxime* avec l'évêché de Cérigo. » Hactenus Villoison. Quis igitur fuit ille *Philagathus?* Auctorne ignotus quarumdam homiliarum, a Theophane diversus, cujus nomen a librario codicis ipso perperam fuerit præfixum? an Theophanes ita quoque propter virtutes interdum fuit cognominatus? Cur vero nominatur philosophus? Nisi in fine homiliæ 77 appositum fuisset: Ὁ Φιλάγαθος — ταῦτα λαλεῖ καὶ γράφει, facile poterat aliquis in suspicionem incidere, id fuisse scribæ nomen. Sed mittamus hariolationes. In cod. Matritensi 33 sunt tredecim homiliæ Theophanis Ceramei, quarum ordinem et inscriptiones indicat ac partem esse codicis 16 censet Iriarte, l. c. p. 133 sq. HARL.

RECENSIO CODICIS MATRITENSIS

CUM NOTIS CRITICIS JOANNIS IRIARTE.

(*Cod. Græc. Matrit.*, p. 53.)

Codex n. XVI notatus, membraneus, in-folio, habens folia 220, bipartito exarata, titulosque omnes, perinde ac initiales litteras minio distinctas; manu quidem vetusta, quippe sæculi XIII, sed membrana vetustiori, erasis scilicet antiquioris scripturæ litteris, quarum exstant manifesta ubique vestigia, novis superinductis conscriptus: foliorum præterea extima facie et fumo et ævo multum denigrata, fumosarum imaginum ritu magnam injiciens venerationem sui; nec lucis minus ab splendidissima, cujus olim fuit, Velascana bibliotheca mutuatus.

Continentur eo *Philagathi philosophi* Homiliæ LXXVIII, quibus accedunt aliæ duæ, nimirum una

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sancti Saba Mesimeri, ejus discipuli, Εἰς τὴν βαϊοφόρον; altera S. Joannis Chrysostomi nomine ornata, Περὶ τῶν μετὰ παρατηρήσεως προσιόντων τοῖς θείοις μυστηρίοις, εἰς τοὺς ἀπολυφθέντας εἰς τὰ ἐγκαίνια.

Has autem *Philagathi* Homilias Franciscus Scorsus, Panormitanus, S. J., *Theophanis Ceramei archiepiscopi Tauromenitani* nomine inscriptas Lutetiæ Parisiorum anno 1644 Græce et Latine cum notis primus evulgavit; at non omnes, siquidem LXII tantum edidit. Noster vero codex in suis habet *duodetriginta*, quæ neque in laudata editione, neque inter illas occurrunt quas Leo Allatius in *Diatriba de Georgiis* tanquam ineditas refert. Quæ porro hujusmodi sunt, eas omnino in recensionis cursu asterisco, brevitati consulentes, prænotavimus.

Sed jam ad præstantissimum codicem recensendum accedamus.

Fol. 1. In hujus fronte litteris a cætera libri scriptura diversis, maximam partem vel deletis, vel abrasis ægerrime legitur titulus : Πόνημα Φιλαγάθου τοῦ φιλοσόφου. Id est, *Opus Philagathi philosophi* : quod nomen tribus aliis expressum locis invenias.

Statim sequitur eadem manu exaratus index omnium quotquot olim codex hic continebat homiliarum, nempe 91 titulos complectens, prætermissis tamen tribus homiliis infra memorandis, cui subjacet eadem prorsus manu talis subscriptio :

ΤΕΛΟΣ ἤληφεν
. . . . . τα . . . νοῦ
ἀδελφοῦ Ἀγγέλου.

Hoc est (si secundum versum pene obliteratum his vocibus Παρὰ τοῦ ταπεινοῦ suppleas) *Finem accepit ab humili fratre Angelo.*

2. ✠ ΦΙΛΑΓΑΘΟΥ ΠΟΝΗΜΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Λόγ. α'. Ὁμιλία ῥηθεῖσα εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου· καὶ εἰς τὸν ἅγιον Συμεῶνα Στυλίτην.

PHILAGATHI PHILOSOPHI OPUS.

Sermo 1. *Homilia dicta in principium Indictionis, et in sanctum Symeonem Stylitem.* Incipit : Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ καταξιώσας ἡμᾶς διαδραμεῖν τὴν κυκλικὴν τοῦ χρόνου περίοδον. Hæc in Theophanis editione a Scorso facta numeratur homilia 1.

4. Averso. Λόγ. β'. Ὁμιλία εἰς τὸν ὀφειλέτην τῶν μυρίων ταλάντων. Ἐλέχθη ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἀρχιεπισκοπῆς. *Sermo* 2. *Homilia in debitorem decem mille talentorum. Pronuntiata fuit in ambone*, sive suggestu *archiepiscopalis ecclesiæ.* Incipit : Οἱ παιδοτρίβαι καὶ τῶν νέων διδάσκαλοι. Hæc est ibidem 2.

7. Λόγ. γ' Ὁμιλία ῥηθεῖσα Κυριακῇ πρὸ τῆς Ὑψώσεως · « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν. » Ἐλέχθη ἐ τῷ ἄμβωνι. *Sermo* 3. *Homilia dicta Dominica ante festum Exaltationis* (*sanctæ crucis*). « *Nullus ascendit in cœlum.* » *Pronuntiata fuit in ambone.* Incipit : Φέρε σήμερον, ὦ θεοφιλέστατον ἄθροισμα, τῆς ζωηφόρου σταυροῦ Ἀνυψώσεως τὰ προσέρτια ἑορτάσωμεν. Est ibidem 3.

9. Averso. Λόγ. δ'. Ὁμιλία εἰς τὴν Ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Ἐλέχθη ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἀρχιεπισκοπῆς. *Sermo* 4. *Homilia in Exaltationem pretiosæ et salutiferæ crucis. Pronuntiata fuit in ambone archiepiscopalis ecclesiæ.* Incipit : Ὁρῶ σήμερον τοῦ μεγάλου τοῦδε ναοῦ τὸν σεβάσμιον δροφον τὴν οὐράνιον μιμούμενον ἀντυγα. Est ibidem 4.

13. Λόγ. ε'. Ὁμιλία εἰς τὸ, « Ἐθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. » Ἐλέχθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου εἰς τὴν ἑορτὴν αὐτοῦ. *Sermo* 5. *Homilia in illud*, « *Voluit Jesus proficisci in Galilæam.* » *Pronuntiata fuit in templo S. Philippi apostoli, in ejus festum.* Incipit : Οὐ μόνον περιπολοῦντες σωματικῶς ἐν τῇ γῇ τοῦ Σωτῆρος. Est ibidem 49.

15. Averso. Λόγ. ς'. Ὁμιλία περὶ τοῦ σεληνιαζομένου. Ἐλέχθη ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἀρχιεπισκοπῆς. *Sermo* 6. *Homilia de lunatico. Pronuntiata fuit in ambone archiepiscopalis ecclesiæ.* Incipit : Ὀτρύνει μὲν ἵππον ἀγέρωχον πεδιὰς ἡπλωμένη. Est ibidem 23.

17. Averso. Λόγ. ζ'. Ὁμιλία περὶ τοῦ, Ἔχοντα τὸν λεγεῶνα. Ἐλέχθη ἐν τῷ ἄμβονι τῆς ἀρχιεπισκοπῆς. *Sermo* 7. *Homilia in illud* : « *Habentem legionem.* » *Pronuntiata fuit in ambone archiepiscopalis ecclesiæ.* Incipit : Ἐπέχει μου τὴν γλῶτταν ἡ νόσος τοῦ σώματς. Est ibidem 9. At hæc prope tota, avulsis nimirum foliis, deficit; desinit enim in hæc verba : Ἀμφότερα γὰρ οἶκον προαστείων σημαίνουσι, μεταμειβομένης τῆς Ἑβραΐδος εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. Τὸ δὲ δύο τοὺς δαι... quæ in laudatæ editionis ima pag. 53 invenias.

Avulsis quoque foliis, totæ deficiunt homiliæ sex, quas consequi oportebat.

Octava videlicet, Εἰς τὸ Ἰωάν. εὐαγγέλ., « Ἐστήκει Ἰωάννης, » καὶ εἰς τὴν τοῦ ἀποστόλου Ἀνδρέου. *In illud Joannis Evangelii* : « *Stabat Joannes,* » *et in festum apostoli Andreæ* : quæ ibidem numeratur homilia 50.

Nona, cujus plane latet inscriptio, quod in priore hujus codicis homiliarum indice obliterata sit, in posteriore prætermissa.

Decima, Περὶ τῆς αἱμορῥοούσης, καὶ περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου. *De hæmorrhoissa, et de archisynagogi filia* : quæ ibidem pariter est 10.

Undecima, Εἰς τὸν πλούσιον καὶ τὸν Λάζαρον. *In divitem et Lazarum*, quæ ibidem est 8.

Duodecima, Περὶ τοῦ ἀρχιτελώνου Ζακχαίου. *De Zacchæo publicanorum principe*, quæ ibidem est 15.

Decima tertia, Περὶ τοῦ Τελώνου καὶ Φαρισαίου. *De Publicano et Pharisæo*, quæ ibidem est 16.

Singularum autem hujusmodi homiliarum inscriptiones, præter supra dictam, ex utroque indice plane constant. At vero minus incommode accidit, quod eæ tantum hic homiliæ deficiant, quæ typorum beneficio jam in tuto versantur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

18. Ὁμιλία (ιδ'.) Περὶ τοῦ ἀτώτου. *Homilia* 14, *De proaigo.* Initio mutila, ab his verbis incipit, Ποτὲ μὲν δραχμὴν εἰπὼν τῇ κόπρῳ συγχωσθεῖσαν τῶν ἡδονῶν, quæ in allegata editione pag. 101, versu 20, legas; estque ibidem 17.

22. Ὁμιλία ιε', εἰς τὸ, « Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. » Ἐλέχθη Κυριακῇ Ἀποκρέου. *Homilia* 15, *in illud :* « *Quando venerit Filius hominis in gloria sua.* » *Pronuntiata fuit Dominica Carnisprivii.* Incipit, Οἷόν τι πάσχουσιν ἀπό τινος ὑψηλῆς ἀκρωρείας. Est ibidem 18.

25. Ὁμιλία ις', εἰς τὸ, « Ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα. » Ἐλέχθη Κυριακῇ Τυροαποθέσεως. *Homilia* 16, *in illud :* « *Si dimiseritis hominibus peccata.* » *Pronuntiata fuit Dominica* Τυροαποθέσεως, id est, hebdomadæ qua Græci abstinentiam *casei* exordiuntur. Incipit, Οἱ ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἄθλοις ἀγωνιζόμενοι. Est ibidem 19.

27. Averso. Ὁμιλία ιζ', περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων. Ἐλέχθη Κυριακῇ τῆς Ὀρθοδοξίας. *Homilia* 17, *de sanctis imaginibus. Pronuntiata fuit Dominica Orthodoxiæ*, hoc est *Quadragesimæ Græcorum.* Incipit, Λαμπρὰ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις ἐπέστη. Est ibidem 20.

Πολλὴν πανδαισίαν ἡμῖν ὁ ἐπιστήθιος εὐαγγελιστὴς προτίθησι. SC. 25.

Πολυτελῆ πανδασίαν ἡμῖν, etc. M. M. Eadem, quæ superius incipit : Πολλὴν πανδαισίαν, etc.

Πρὸ γὰρ τοῦ ἑκουσίου πάθους ἐπαγγειλάμενος ὁ Σωτήρ. ALL. 2. †

Προέφθασάν με ἡμέραι πτωχείας· στένων πεπόρευμαι. M. M. 73. †

Προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου· κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν. M. M. 75. †

Προφητικαῖς πειθόμενοι ῥήσεσιν ἀποστολικοῖς τε παραινέσεσιν ἤχοντες (leg. ἀκούοντες). M. M. 70. †

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Σήμερον ἡ Ἐκκλησία ὁδοὺχεῖται μυστικῶς. SC. 55.

Σήμερον τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἡ οἰκονομία πεπλήρωται. M. M. 80. †

Συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, etc. ESC Eadem, quæ supra incipit : Εὐκαλεῖ μὲν ἡμᾶς.

Συνήδομαί σοι, πόλις, καί σοι, θεῖε τῶν ἀνακτόρων ναέ. SC. 55.

Ταύτην ἐγὼ πάσχειν ἔοικα σήμερον, ὅτοι. M. M. 56. †.

Τέρπει μὲν τὰς ὄψεις ἀνίσχων τῆς ἑῴας ὁ ἥλιος. SC. 29.

Τῆς μυστικῆς ἐκείνης καὶ θείας κλίμακος ἦν ὁ Θεὸς ὑπέδειξε. SC. 15.

Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μοῦ. SC. 62.

Τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τὸ ὑπερφυές. M. M. 55. †

Τοῦ μὲν αἰσθητοῦ ἡλίου τοῦ ὁρίζοντος ὑπερτέλλοντος. SC. 14.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ γάμος ἐγένετο, φησὶ, ἐν Κανᾷ. M. M. 59. †

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐγένετο τὰ ἐγκαίνια ἐν Ἱεροσολύμοις. M. M. 66. †

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς. SC. 37.

Φαιδρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ συνέλευσις. SC 26.

Φαιδρὰ ὑμῶν ἡ συνέλευσις σήμερον διαγείρουσα τὸν νοῦν. M. M. 67. †

Φέρε σήμερον ἐπὶ τὴν προτέραν εὐκοσμίαν. M. M. 71. †

Φέρε σήμερον, ὦ θεοφιλέστατον ἄθροισμα, τῆς ζωηφόρου σταυροῦ. SC. 3.

Ὡς λίαν καλλίστην συνῆψεν ὁ χρόνος, τὴν τοῦ πρώτου. M. M. 36. †

Ὡς λίαν μοι λαμπροτέρα τὴν σήμερον, ἡ τῆς διδασκαλίας. SC. 60.

Ὡς λίαν ὁρῶ φαιδροτέραν τὴν παροῦσαν πανήγυριν. M. M. 79. †

Admonendus hic Lector ab hoc catalogo exclusa fuisse quatuor homiliarum initia, quæ Fabricius *Biblioth. Græcæ* vol. X, cap. 42, referens a Scorso editas, adducit ex codice Cæsareo a Lambecio recensito, ubi Ἑρμηνεία εἰς τὰ ἑνδεκα ἑωθινά, h. e. *Interpretatio in undecim evangelia matutina*, continetur. At quid ita? Ideo nimirum, quod recensionem potius Lambecianam quam Scorsanam editionem amplexus, homilias maluerit acephalas, id est, verbis Evangelii præmitti solitis destitutas, quam plenas integrasque memorare, quales idem Scorsus ex optimorum exemplarium fide publicavit. Homiliarum autem quas edidit Scorsus, en habes initia apud Fabricium allata.

Ἡ ζωοφόρος τοῦ Κυρίου ἀνάστασις. Matutinum V. FAB. Ὁ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύψας. SC.

Ἀντὶ (*leg.* ἄρτι) κορυφαίου τῶν φοιτητῶν. Matutinum VIII. FAB. Μαρία εἱστήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίουσα ἔξω SC.

Ζητητέον τοῖς τῶν ἱερῶν λογίων ἐξετασταῖς. Matutinum IX. FAB. Οὔτης ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων. SC.

Τοῖς μαθηταῖς ὀφθεὶς ὁ Κύριος. Matutinum XI. FAB. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς. SC.

Cæterum longe major Theophanis sermonum sive concionum copia catalogum hunc locupletare posset, si scriptorum in primis earum verbis proferendis accuratior fuisset opera. Sed rem plerique levi brachio, seu potius calamo attingentes, de iis in universum agere satis habuere. Quod præcipue mirum in diligentissimo P. de Montfaucon accidit, qui in *Diario Italico*, id est, *Itinere litterario*, duos ejusdem Theophanis homiliarum mss. codices Neapoli, totidem Venetiis a se inspectos enarrans, singularum titulos, nedum prima verba describere neglexerit.

Quod postremo loco præstituros recepimus, tandem aggrediamur, fidemque liberemus.

Hæc præ cæteris hoc in codice reperias observatu digna. Nulla fere vox scribendi compendio vacat. Litterarum nexus passim difficiles et inextricabiles: unde alias Œdipo, alias Alexandro sit opus. Ad hoc verba tam arcte inter se aliquando cohærere, ut duo in unum coalescant; tam longe interdum a se ipsis distare, ut unum in duo prorsus abeat. Quo quid orationis sententiam gravius perturbet? Quid ingenium interpretis excruciet acerbius? In litteris vero majoribus rarum illud occurrit ac singulare, quod littera O pluribus locis, puta fol. 93, 113 et 116, piscem exprimat; adeoque animantes natura mutos mireris induci loquentes. Qua quidem de re fiet alibi mentio, et cum P. de Montfaucon sermo conferetur.

Ad codicis materiam, sive membranam quod attinet, ea crassior est ac rudis; ipse autem totus constat e complurium librorum foliis palimpsestis undique collatis, non una manu vel ætate descriptis, quorum priorem scripturam, ut novam admitterent, eradere jussit frequens illis temporibus membranæ penuria. Non tamen id omnino pervicit; siquidem multæ adhuc apparent paginæ, aliæ minutis, aliæ mediocribus, non paucæ grandioribus litteris, nunc quadratam, nunc rotundam, modo rectam, modo obliquam formam referentibus, exaratæ.

Multa denique ad exemplaris hujus laudem commendationemque sane conspirant. Homiliarum inscriptiones iis uberiores plerumque ac locupletiores sese ostendunt, quas P. Scorsus edidit. Quanta porro inde lux Theophanis rebus gestis affulget! sive locos indicent, urbes videlicet, ecclesias, ædes ubi illæ habitæ; sive dies, tempora, festa, rerum eventus, sanctos, aliosque insignes virtutibus viros significent, in quorum memoriam ac celebritatem pronuntiatæ. Quid magnam homiliarum copiam referam, quæ hoc nostro codice continentur, neque in ullis, Vaticanis, Gallicis, Germanicis hactenus inspectis exstant? Exemplo sit vel *Oratio de memo-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rabilis *Patris Bartholomæi funere*, ejus vitam complectens. Ad quas accessere cum *sancti Saba* vel *Sabæ Mesimeri*, Theophanis discipuli, concio, tum *S. Joannis Chrysostomi* homilia (de qua supra) necdum typis, quod sciam, evulgata. Præterea, si ex unius loci obiter a nobis animadversi emendatione, quam supra repræsentavimus, licet recte conjicere : quot locos in excusis ejusmodi homiliis nostri codicis beneficio emendari posse censendum est!

Quæ cum ita se habeant, quisnam æquus rerum æstimator non plane intelligat quanti sit ille pretii, quanto cæteris excellentior, quantum ad ampliorem castigationemque Theophanis scriptorum editionem conferre possit?

Hucusque recensio codicis 16 bibliothecæ Matritensis; addemus nunc descriptionem codicis 33 ejusdem bibliothecæ qui continet Theophanis homilias tredecim.

Cod. 33, membraneus folii magnitudine, in folia tantum 31 contractus, vetusta manu, quippe sæculo XIII transcriptus, membrana vero longe vetustiori, Theophanis Ceramei homilias 13 hoc ordine complectitur.

Fol. 1. Ἀρχὴ τῶν ια' Ἑωθινῶν. Ὁμιλία εἰς τὸ πρῶτον Ἑωθινόν (ad oram πα'). *Initium* XI *Matutinorum. Homilia* 81 *in primum Matutinum.* Incipit, Πάλαι μὲν ὁ θεόπτης Μωϋσῆς ἀνάγων τὸν Ἰσραηλιτικὸν λαὸν εἰς τὸ Σίναιον περιῤῥαντηρίοις.

3. Ὁμιλία εἰς τὸ β' Ἑωθινόν (ad oram πβ'). *Homilia* 82, *in* II *Matutinum.* Incipit, Τέρπει μὲν τὰς ὄψεις ἐκ τῆς ἑῴας ἀνέχων ὁ ἥλιος.

5. Averso. Ὁμιλία εἰς τὸ γ' Ἑωθινόν (ad oram πγ'). *Homilia* 83 *in* III *Matutinum.* Incipit, Οἱ ἀεννάως ῥέοντες ποταμοί.

8. Ὁμιλία εἰς τὸ δ' Ἑωθινόν· κατὰ Λουκᾶν (ad oram πδ'). *Homilia* 84, *in* IV *Matutinum, secundum Lucam.* Incipit, Ἐπειδὴ περὶ τῆς ἱερᾶς Χριστοῦ Ἀναστάσεως.

10 Ὁμιλία εἰς τὸ ε' Ἑωθινόν (ad oram πε'). *Homilia* 85 *in* V *Matutinum.* Hæc præmissis Evangelii verbis : Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὁ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τοῦ μνημείου (*leg.* τὸ μνημεῖον). Incipit : Ἡ ζωηφόρος τοῦ Κυρίου Ἀνάστασις οὐκ αὐτόθεν δέδεικται.

11. Averso. Ὁμιλία εἰς τὸ ς' Ἑωθινὸν καὶ εἰς τὴν σωτήριον Ἀνάληψιν (ad oram πς'). *Homilia* 86, *in* VI *Matutinum et in salutarem Ascensionem.* Incipit, Λαμπρὰ τῷ ὄντι καὶ παμφαὴς (*in excusis* περιφανὴς) ἡ παροῦσα πανήγυρις.

15. Ὁμιλία εἰς τὸ ζ' Ἑωθινόν (ad oram πζ'). *Homilia* 87, *in* VII *Matutinum.* Incipit, Ὅτε τὴν κατὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀρχῆθεν.

Hæc homilia fine caret, desinitque in hæc verba, τὴν τοῦ Λόγου θεότητα καὶ σῶμα, quæ optime coeunt his, τὸ λοιπὸν τὴν ἀνθρωπότητα, etc., a quibus incipit eadem homilia initio mutila in hujus nostri Catalogi *Codice* 16, Theophanis Ceramei homilias complectente, fol. 212, col. 1. Quod plane comprobatur ejusdem Theophanis editione a P. Scorso facta, ubi pag. 243, circa medium, allata modo homiliæ verba conjuncta perleguntur.

17. Col. 1 ineunte occurrit continuatio homiliæ 8, περὶ τοῦ, Ἔχοντα τὸν λεγεῶνα, nempe in illud, *Habentem legionem*, quam in memorato codice 16, fol. 17 averso, col. 1, initio quidem integram, sed serie sua destitutam, atque in hæc desinentem, τὸ δὲ δύο τοὺς δαι... quæ mirifice committuntur his verbis, μονῶντας εἰπεῖν τὸν Ματθαῖον, etc., unde eadem exorditur continuatio, ut liquido patet ex laudatæ editionis pag. 53, in cujus fine adducta verba contigua reperias.

18. Averso. Ὁμιλία εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, « Εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, » καὶ εἰς τό (*sic*). Ἐλέχθη ἐν τῷ (*leg.* τῇ) πατρίδι αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀποστόλου Ἀνδρέου (ad oram λόγ. η'). *Homilia* 8, *in illud Evangelii secundum Joannem : « Stabat Joannes, » et in illud : « Dicta est in ipsius patria in templo apostoli Andreæ.* Incipit, Ἐμοὶ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ διάλεξις.

21. Ὁμιλία περὶ τῆς Αἱμορῥούσης καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου. Ἐλέχθη ἐν τῷ ἄμβωνι (ad oram λόγ. ι'). *Homilia* 10, *de Hæmorrhoissa et archisynagogi filia. Dicta est in ambone.* Incipit, Διπλῆν ἡμῖν σήμερον ἀφηγήσατο θαυμάτων.

23. Averso. Ὁμιλία εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον (ad oram ια'). *Homilia* 11, *in divitem et Lazarum.* Incipit, Πάλιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνυπόστατος σοφία καὶ δύναμις.

26. Averso. Ὁμιλία περὶ τοῦ ἀρχιτελώνου Ζακχαίου (ad oram λόγ. ιβ') *Homilia* 12, *de Zachæo publicanorum principe.* Incipit Τῆς μυστικῆς ἐκείνης καὶ θείας κλίμακος.

29. Ὁμιλία περὶ τοῦ Τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου (ad oram ιγ'). *Homilia* 13, *de Publicano et Pharisæo.* Incipit : Πάλιν ἡμῖν ἡ εὐαγγελικὴ φωνὴ πρὸς τὴν πατρικὴν ἡμᾶς ἀνάγουσα κλίμακα.

32. Averso. Ὁμιλία περὶ τοῦ Ἀσώτου. Ἐλέχθη εἰς τ' (*sic*). (Ad oram ιδ'.) *Homilia* 14, *de Prodigo. Dicta in illud.* Incipit : Ἔφθασεν ἡ εὐαγγελικὴ φιλοσοφία.

Hæc homilia maxima sui parte deficit, desinitque in hanc vocem ἐσχημάτισαι (*leg.* ἐσχημάτισε). Cætera in supra laudato codice 16, fol. 18, sequuntur, ubi eadem exstat homilia expers initii, ab his incipiens verbis : Ποτὲ μὲν δραχμήν, etc., quæ cum voce ἐσχημάτισαι aptissime copulantur.

Omnes porro homiliæ hoc in codice contentæ *Philagathi* sunt *Philosophi*, sive *Theophanis Ceramei* archiepiscopi *Tauromenitani*, quas cum aliis ejusdem plurimis Franciscus Scorsus S. J. Græce et Latine Parisiensibus typis edidit anno 1644. Desiderantur autem omnes integræ, mutilarum vero fragmenta reperiuntur in hujus Catalogi codice 16, qui ex ejusdem Philagathi homiliis prope totus constat. Adsunt ibi quidem homiliæ in IV *posteriora Matutina*, una cum fragmento in septimum; sed

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

inde rursus absunt homiliæ in VI *Priora*, cum fragmento homiliæ in septimum, quas hic omnino invenias, atque uno verbo cæteræ homiliæ variæ, earumque fragmenta, quæ hic continentur. At unde mutuus utriusque codicis defectus? Hic nimirum codex 33 memorati codicis 16 pars est; ita esse nihil apertius, nihil manifestius. Idem enim utrique modus, eadem membranæ crassities, pariter fumosa facies; eadem manus, eadem denique scriptura vetustioribus litteris erasis superinducta. Adde homiliarum mutua supplementa, adde fragmentorum aptissimam copulationem, et quasi commissuram : adeo, ut parem alter alteri codex opem præstet, mutuisque adhibeat vulneribus medicinam. Quonam autem sortis vel ingenio, vel diligentia factum esse dixerim, ut avulsa ex uno volumine folia in alterum sine ullo detrimento aut imminutione convenerint? ut distracta unius corporis membra coagmentari potuerint, atque iterum coalescere! Nonne ambos hujusmodi codices cum illis veterum temporum *chartis per alphabetum divisis* merito compares, quæ prius decisæ, postea admotæ collatæque, omnino inter se cohærentes inveniebantur? Tanta duorum voluminum concordia, tam singularis mirificusque consensus.

Quando vero insolens hujusmodi avulsio et distractio contigerit, quis vere affirmet? Certe in homiliarum indice sæculi XV manu exarato, qui supra dicto codici 16 præmittitur, eædem prorsus homiliæ memorantur, quas hic forte fortuna continet codex : maximo sane argumento, non adeo recentem esse talem avulsionem distractionemque.

THEOPHANIS CERAMEI

HOMILIÆ

IN EVANGELIA DOMINICALIA

ET FESTA TOTIUS ANNI.

PRIMORIBUS ET POPULO TAUROMENITANO UNIVERSO

FRANCISCUS SCORSUS S.

Cum multa sint vestræ civitatis insignia, quibus sine ullo jactantiæ fastu gloriari vobis, et inter primarias Siciliæ urbes conspicuum tollere verticem licet, Tauromenitani cives, hoc certe decus ex hoc opere vobis assurgens, quod et vestro nomine simul et æternitati consecratum prodit in lucem, et honorificentissimum, si quod aliud, et amplissimum est. Etenim cætera magnarum urbium decora et monumenta, quæ ad potentiæ opulentiæque ostentationem magno molimine operosaque manu exædificata sunt, quam sint obnoxia cæli ac tempestatum injuriis, et si hæ desint, quam vetustate ipsa subsidant, fatiscant et dissolvantur, vos ipsi estis oculati testes. Habetis vestræ veteris amplitudinis, quæ vel Romanam ipsam magnitudinem æmulari voluisse visa sunt, vestigia adhuc solo exstantia, seu potius stantia adhuc integra monumenta : nam vos magis quam cæteros fortunæ petulantia videtur reverita; a vobis jus suum avidosque dentes abstinuisse Saturnus; ut et si morsus inflixerit aliquos, tamen omnia non afflixerit ac devorarit; theatrum, naumachiam, aquarum ad eam ductus, et receptacula substructionis antiquæ atque magnificæ. Sed ea quæ suapte natura caduca sunt partim subruit atque detrivit, ut dixi, vetustas ipsa; partim etiam pro sua conditione delapsa tandem posteritas ingemiscet. Cæteræ etiam vestræ civitatis prærogativæ, conditorum nobilitas, antiquitas cum plurimis Siciliæ urbibus prope coæva, libertas, civilis administratio, jura Romanæ coloniæ, cæteraque quæ a me ad suscitandam civitatis vestræ gloriam jam in hominum animis pene exstinctam in primo isagogico proœmio longius descripta sunt, quanquam litteris semper victuris sint consignata; tamen nescio quo pacto etiamnum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

delitescunt ; et si minus ab iis, certe ab hominum vel scientia, vel memoria obliterata, multoque magis ab ore ac sermone communi remota, et si paucissimis antiquariis et interiorum litterarum studiosis nota, maximæ certe hominum parti ignota sunt. Atque, ut acu propius rem attingam, quotusquisque Theophanem vestrum veterem antistitem, eloquentissimum ecclesiasten, omni doctrinarum genere insignem virum usque ad hodiernam diem vel de nomine, nedum de facie noverat? Claruit ille quidem una cum aureis vestræ reipublicæ sæculis ; sed ubi Agarenorum imperium decolorem induxit ætatem, ac ferream, eamdem prope ac vestræ civitatis decus fortunam subivit, eademque ruina prope funeratum ejus nomen et obrutum est. Veruntamen, quoniam, ut ait Callimachus ille Romanus, quæsitum ingenio nomen ab ævo non excidet,

Et cum consumat lapidem, ferrumque vetustas,
scripta tamen annos evincunt,
Solaque non norunt hæc monumenta mori,

perfugium nactus est, ubi diutius durare et vivere posset Theophanes vester Cerameus in bibliothecarum asylis : in quibus cum ad hunc diem abstrusus fuerit, en tandem aspicit lucem, et in ora hominum linguasque traducitur : cum quo equidem omnia vestra simul decora, quæ jam vetustate inobscurata et oblivione prope deleta fuerant, revivi-scere mihi videntur ; non solum quia in hujus operis proœmiis isagogicis ea vel ab ultima antiquitate repetita vel in memoriam hominum revocare vel in cognitionem adducere, tum rei ipsius dignitate permotus, tum vestro studio omnino compulsus institui ; sed etiam quia cum Theophanis archiepiscopi et scriptoris ecclesiastici nomen non modo litteratorum, sed etiam sacrorum oratorum in ore versabitur, cum referetur in commentaria, cum resonabit in templis populorumque concionibus, simul etiam Tauromenii gloria decusque resonabit. Quare vigescet hæc Theophanis vestri, unaque Tauromenitani nominis gloria ; et florescet quotidie magis : et quantum vestris manufactis operibus decerptura est ævi longinquitas, tantum arrogatura laudibus. Est enim hoc meum monumentum, quod a me magno cum studio, in magna tamen temporis inopia subcisivis propemodum horis conditum et elucubratum tandem exsistit : est, inquam, illud hujusmodi, ut pro immortali sua conditione vivere possit memoria sæculorum omnium, quod posteritas semper amplectatur, et ipsa intueatur æternitas. Sed quod meum dixi, jam muto dictum; et a me quasi mancupi rem abalieno ; vestrum volueram dicere hoc opus, quod a me vobis pro merito vestro, ac studio in alumnum atque pastorem patriæ, collatoque in id exscribendum ære publico donatum ac dedicatum volo. Vestro enim præscriptum nomini, patrocinioque devotum haud vereor, ut in ora manusque vestras et gratius venturum sit et tutius, diutiusque in pluteis doctorum hominum versaturum.

HUMANIS LECTORIBUS

FRANCISCUS SCORSUS

SOCIETATIS JESU.

—

Poetico more et ingenio usus videtur Hebræus vates tum sæpe alias, tum vero cum inanimis rebus animam affingens, cœlum enarrare gloriam Dei, et diem diei verbum eructare cecinit [1]. Perpetua scilicet est nullaque temporum intercapedine obmutescens divina laus quam rerum creatarum universitas Deo O. M. architecto suo quamvis muta decantat : et cum ea unius diei angustiis circumscribi non possit, vicem suam, et velut lampada alter alteri tradat necesse est. Quod si hoc oraculum ad mysticum sensum, quem multi, et optimæ notæ indicant Patres, traducendum sit, id etiam commode cadit in eam Dei laudem,

[1] Psal. xviii, 2, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quam sancti doctores Ecclesiæ doctrina scriptisque tradiderunt suis. Etenim perpetuo illa curriculo ab ipsius Ecclesiæ exortu progressa et pervagata est; et quam acceperunt a primo Doctore Christo apostoli, eam per Patres traditam atque transmissam non intercepto cursu excepere sæcula consequentia. Unde fit uti non modo semper eadem vigeat, sed etiam augeatur magis magisque splendescat, cum semper ad doctrinam evangelicam explicandam illuminandamque alius aliam præferat facem; præsertim vero cum aliqua hæreseon coorta tempestas, quæ candidissimis veritatis luminibus nebulis suis officeret; quas profecto radii illi cœlestes ac prævalentes ita penetrarunt atque discusserunt, ut nihil magis tenebrarum princeps ex offusa sua caligine lucratus sit, uti Theophanes noster in quadam homilia docet, quam ut magis Ecclesiæ splendor enitesceret. Ita igitur ut institutum orationis orbem conficiam, dies præcedens videtur docere sequentem; quod etiam Mimographus illo versiculo venuste expressit :

Discipulus est prioris posterior dies.

Neque vero hoc solum de Ecclesiæ Patribus dictum velim, eo quod nullum fere sæculum fluxit quin aliquem protulerit, qui ei doctrinæ luce, dum viveret, præluceret; sed etiam quod eorum opera veluti cum eorumdem vita deposita, et cum corpore jam sepulta, adeoque tam magna lux etiam intermortua post aliquot deinde revixerit sæcula, atque ab oblivionis sepulcro eruta, in lucem evenerit : quo casu plerosque vel primos, et tempore et dignitate Patres defunctos esse videmus. Quantus et quam luculentus doctor Dionysius Areopagita, qui altissima de divinis nominibus, atque omnino cœlestem de cœlesti hierarchia theologiam propius ab apostolorum fonte haustam per libros suos in posteros derivavit? Et tamen ejus libri tam insignes sexcentos prope annos in occulto fuerunt, cum nemo ante divi Gregorii tempora eorum meminisse reperiatur; cujus rei non aliam fuisse causam censuit cardinalis Bellarminus, quam quod alicubi latuerint, ut multa alia sæpe longo tempore delitescunt. S. Gregorii Nysseni libros adversus Eunomium S. Hieronymus libro *De viris illustribus* recenset, eosque sibi ab eodem Gregorio lectos testatur; hi vero nostris hisce temporibus cum tot ante sæculis in tenebris jacuissent, aspexere lucem; quos cum P. Jacobus Gretserus, de litteris, et quod est longe præclarius, de Catholica Ecclesia optime meritus, ex Bavarica bibliotheca erutos præ manibus haberet et expoliret, ut in lucem utilitatemque communem efferret, præoccupavit edere ex Nicolai Gulonii interpretatione P. Joannes a S. Francisco, monachus Fuliensis, interpretis filius, exstantque hodie tomo II Operum Nysseni. Ejus vero fratris Basilii Magni centum amplius epistolæ in nova editione operum ejus Græce simul et Latine in lucem prodiere. S. Cyrilli Commentarios in prophetas minores nuper vidimus a Jacobo Pontano publicatos : et ne ex singulis catalogum texam, longiorem sane futurum quam hæc Præfatio capere possit, qui sanctorum veterum Patrum volumina, qui bibliothecas veteres novasque versarit, quam hoc verum sit, quod hic proponimus considerandum, animadvertet : nam profecto ea quæ Coloniæ edita est anno 1618 et *Magna* appellatur, plus centum Patrum opusculis, quæ antea incognita erant, aucta et locupletata est. In quo genere magna quidem operæ pretia facere homines nostræ Societatis, et doctrina et sanctitate conspicui, jam tum ab ipsa condita Societate; quibus eam mentem, eosque non humanos, sed divinos immisisse spiritus ad gloriæ et Ecclesiæ suæ propagationem videtur Deus, ut in pervestigandis veterum Patrum, præsertim vero Græcorum, ex bibliothecarum angulis latebrisque reconditioribus, monumentis, in iisque illustrandis studium suum, linguarumque peritiam, quam sibi quæsivissent, bene collocarent; et ex blattarum esca humanorum ingeniorum pabula, et Ecclesiæ emolumenta ex illarum oblectamentis efficerent. Quod cum illi studiosius multo cupidiusque fecissent, quam qui mortales avaritia stimulati aurum ex terræ venis atque visceribus eruerunt, tum etiam utilius ac salutarius humano generi fuit; nam profecto perniciosum est aurum

Cogere humanos in usus,
Omne sacrum rapiente dextra :

contra vero

Parum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Et de ea melius Sapientia ipsa dixerit Sapientiæ abscondita, et thesaurus occultus, quæ utilitas in utrisque[a] ?

Horum insignium virorum auctoritate, quam libenter legerem, et quam esset hoc studium Societatis nostræ proprium, et quanto Christianæ Reipublicæ commodo, his præsertim temporibus, cum sanctorum Patrum auctoritas, et doctrina ab hæreticis interpretibus depravatur, vel parvipenditur, permoveor vehementer sum, ut si quid in Latinis et Græcis litteris elaborandis explendisque studii operæque posuissem, in hoc opus non parvi momenti conferrem, symbolamque meam, tenuem quamvis illam, ad tam lautum convivium ferrem, in eoque imus accumberem. Igitur simul atque ad me delatæ sunt homiliæ Theophanis Ceramei, archiepiscopi Tauromenii in Sicilia nostra, deesse mihi et rei litterariæ nolui, quin oblatam occasionem arriperem, et spartam nactus, eam ornarem : ad quam etiam multi alii majores animos natalis soli amor, et studium illustrandæ gentis nostræ, cum non modo universæ Ecclesiæ, sed et Siciliæ nostræ gloriæ splendoriqne me consulere atque servire reputarem, si scriptorem hunc ecclesiasticum in lucem proderem; quo uno certe possit Sicilia gloriari, cum alium habeat fere neminem, cujus tam magnum opus ad hanc usque diem tralatum nobis sit. Quamvis enim Paschasinus Lilybetanus episcopus sapientiæ gloria floruerit, et Ephesino concilio legatus Leonis I Pontificis Romani præfuerit, tamen ejus nonnisi paucæ quædam ad ipsum Leonem epistolæ inter illius opera exstant. Petri Siculi historiam de vana Manichæorum hæresi ex Matthæi Raderi Societatis nostræ eruditione clarissimi studio et interpretatione lucrati sumus; qui sane Petrus eodem fere tempore vixit scripsitque quo hic Noster, Basilio nimirum et filiis ejus Constantino et Leone imperatoribus, a quibus legatus missus est Tibricam Armeniæ civitatem; sed hoc brevis historiæ quam tenue lucellum est. Si quis vero alius Christianæ sapientiæ gloria superioribus claruit sæculis, ejus tamen opera nondum, quod sciam, ad lucem hominum pervenerunt. Accedebat etiam illud, quod Theophanem nostrum eo sæculo vixisse comperierim, quod ob doctorum hominum penuriam, qui illud luce doctrinæ illustrarent, obscurum appellatur a doctis, ut non minimum rei litterariæ et fidei compendium facere mihi viderer, si illi sæculo illuminando facem vel stellulam aliquam præferrem, ostenderemque neque tum defuisse in Ecclesia Christi doctorum Patrum lucem. Quibus subductis rationibus præclarum negotium suscipere existimavi, si catenæ sanctorum Patrum, qua Sponsæ collum ornatur, hunc etiam annulum conserendum afferrem. Illud vero in tanta inventi hujus thesauri lætitia dolendum mihi et omnibus bonis est, qui dolor etiam nunc animo infixus hæret, quod cum his ejus ingenii monumentis non etiam aliquid de vita ejus, seu rebus gestis vestigium impressum apud historicos reperiamus. Quod sane tum obscuritati sæculi ejus, in quo vixit, tum etiam Saracenicæ cladi tribuendum videtur, qua quidquid in omnibus Siciliæ oppidis, si Panormum excipias, boni pulchrique exstitit, deletum est, ut nec in ea tabulæ fastique superiorum temporum superstites essent, nec in tanta barbarie novorum conditores exsisterent : neque vero post octavam synodum, a quo tempore illum florere cœpisse conjicimus, ac profecto certo suademus ἐν τοῖς προλεγομένοις, alia synodus in orbe celebrata est, in qua ille interesse potuerit, ut aliquam de ipso sicut de superioribus Tauromenitanæ Ecclesiæ episcopis ex synodis notitiam possemus accipere : sed non omnino ἀνεπιστόρητος erit Theophanes noster; sed illud profecto conabor, quod plerumque pictores solent, qui cum viventis hominis vultum coloresque exprimere non licuerit, ex ipso recenti cadavere lineamenta ducunt, et ex mortuo vivum effingunt. Ita ego ex his homiliis, in quibus ipse non pauca reliquit vitæ suæ morumque vestigia ac lineas, imaginem vitæ ipsius ducam; nulla est enim profecto imago animi verior et illustrior, quam oratio ingenii et animi ipsius germanus partus, scitumque est illud Demetrii Phalerei : Σχεδὸν εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν, καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἁπλοῦ λόγου πανταχοῦ ἰδεῖν τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος. Idemque si quid aliud præse ferre mihi videntur hi Theophanis sermones, ex quibus quasi vestigiis ego omnia, quæ ad ejus patriam, sæculum quo vixit, dignitatem episcopi, peregrinationes, mores denique ac studia pertinent, pervestigabo; spero autem εὐστόχως, si Deus juverit. Ne vero uno orationis tractu omnia dicerentur, unam εἰσαγωγὴν seu προοίμιον εἰσαγωγικὸν in tria proœmia, eaque in plures etiam partes dispertiri visum est : sic enim et tædium legenti

[a] Eccli. xx, 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

levabitur, et conjectanea nostra erunt eo lucidiora quo distinctiora. Proœmia vero eo nomine appellantur, quod viam lectori muniant ad legendos hosce sermones, et docilem ad intelligendos faciant; isagogica vero, quod eum introducant, et quasi manu ducant, ut cum auctorem noverint, doctrinam libentius faciliusque percipiant. Cæterum etiam notas ad illustrandos difficiles locos auctoris adjicere optimum factu censuimus, cujus consilii rationem suo loco plenius reddemus.

Series evangeliorum, quæ Dominicis et festis per annum, ordine Romano leguntur; quibus usui sunt homiliæ Theophanis Ceramei, prout in hoc volumine ordine Græcorum disponuntur, concionatorum commodo.

Ad Dominicam primam Adventus homilia XVIII, *quæ est de Judicio.*
Ad festum S. Joannis Evangelistæ hom. XXXVII, *ex Matutin. undecima, quæ est in idem evangelium.*
Ad festum SS. Innocentium hom. LII, *quæ est de iisdem sanctis.*
Ad festum S. Thomæ Cantuarien. hom. LVII, *quæ est de S. Pancratio, in idem evangelium.*
Ad octavam Epiphaniæ hom. L, *quæ est de S. Andrea, in verba ejusdem evangelii.*
Ad Dominicam tertiam post Epiphan. hom. XLIV, *quæ est de centurione.*
Ad Dominicam quartam post Epiph. hom. XLVI, *quæ est in die S. Demetrii, in idem evangelium.*
Ad Dominicam Sexagesimæ, hom. VII, *quæ est de parabola sementis.*
Ad Dominicam Quinquagesimæ, hom. XXIV, *quæ est in evangel.* « *Ecce ascendimus Hierosolymam.* »
Ad feriam IV *Cin. in Capite jejunii. hom.* XIX, *in qua idem evangelium explicatur.*
Ad feriam V *Ciner. homil.* XLIV, *quæ est de centurione.*
Ad feriam II *post Domin.* I *Quadrag. hom.* XVIII, *quæ est de Judicio.*
Ad Sabbatum Quatuor Temporum Quadrag. et Domin. II *ejusdem hom.* LIX, *de Transfiguratione.*
Ad feriam IV *post Dom.* II *Quadrag. hom.* XXIV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad feriam V *post eamdem Dom. hom.* VIII, *quæ est de divite et Lazaro.*
Ad Sabbatum post eamdem Domin. hom. XVII, *quæ est de filio prodigo.*
Ad feriam IV *post Dom.* III *Quadrag. hom.* XXXVIII, *quæ est de Samaritana.*
Ad feriam V *post Dom.* IV *Quadrag. hom.* VI, *quæ est de filio viduæ.*
Ad feriam VI *post eamdem Domin. hom.* XXV, *quæ est de Lazaro suscitato.*
Ad Sabbatum ante Domin. Palmarum, et ad eamdem Domin. hom. XXVI, *quæ est in solemnitate Palmarum.*
Ad hebdomadam Passionis Domini hom. XXVII, *quæ est de eadem Passione, in omnia quatuor evangelia.*
Ad Domin. Resurrectionis Domini hom. XXIX, *quæ est in secundum evangelium Resurrectionis Domini, ex Matutinis Officii Dominici.*
Ad feriam II *Paschæ hom.* XXXII, *quæ est in quintum ex iisdem matutinis.*
Ad feriam III *ejusdem hom.* XXXIX, *quæ est de Ascensione in idem evangelium.*
Ad feriam IV *ejusdem hom.* XXXVI, *quæ est in decimum ex matutinis.*
Ad feriam V *ejusdem hom.* XXXIV, *quæ est in octavum ex matutinis.*
Ad feriam VI *ejusdem hom.* XXVIII, *quæ est in primum ex matutinis.*
Ad Sabbatum in Albis hom. XXXIII, *quæ est in septimum ex matutinis.*
Ad Domin. in Albis hom. XXXV, *quæ est in nonum ex matutinis.*
Ad Domin. II *post Pascha, hom.* LVII, *quæ est de S. Pancratio in idem evangelium.*
Ad diem Ascensionis Dom. hom. XXXIX, *in eamdem, et hom* XXX, *quæ est in tertium ex matutinis.*
Ad Dominicam infra octavam Ascens. hom. LVI, *quæ est de S. Procopio in idem evangelium.*
Ad Domin. Pentecostes hom. XL, *quæ est in idem festum.*
Ad feriam III *post Pentecosten hom.* LVII *de S. Pancratio in idem evangelium.*
Ad feriam V *post eamdem hom.* XXI *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum S. Trinitatis. hom. XXVIII, *quæ est in primum ex matut. et hom. de Pentecoste.*
Ad Domin. infra octavam Corporis Chr. hom. XIII, *quæ est de parabola cœnæ.*
Ad Domin. IV *post Pentecosten hom.* V, *quæ est in idem evangelium.*
Ad Domin. X *post Pentecosten hom.* XVI, *quæ est de Publicano et Pharisæo.*
Ad Domin. XII *post Pentecosten hom.* XI, *quæ est in idem evangelium.*
Ad Domin. XIV *post Pentecosten hom.* XLIII, *quæ est in idem evangelium.*
Ad Domin. XV *post Pentecosten hom.* VI, *quæ est de filio viduæ.*
Ad Domin. XVII *post Pentecosten hom.* XI, *quæ est in partem ejusdem evangelii.*
Ad feriam IV *Quatuor Temp. Septembris hom.* XXIII, *quæ est in idem evangelium.*
Ad Sabbatum Quatuor Temp. ejusdem mensis hom. XII, *quæ est de muliere curva.*
Ad Domin. XVIII *post Pentec. hom.* XXI, *quæ est in idem evangelium.*
Ad Domin. XIX *post Pentec. hom.* XIII, *quæ est in Parabola cœnæ.*
Ad Domin. XXI *post Pentec. hom.* II, *quæ est de parabola decem millium talentorum.*
Ad Domin. XXIII *post Pentec. hom.* X, *in idem evangelium.*
Ad Vigiliam S. Andreæ hom. L, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum Conceptionis B. Mariæ V. hom. XIV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum S. Thomæ apost. hom. XXXV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum S. Pauli primi eremitæ. hom. LIV, *quæ est de S. Onuphrio.*
Ad festum Cathedræ S. Petri hom. LV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum S. Matthiæ hom. LIV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum Conversionis S. Pauli hom. XLI *quæ est de omnibus sanctis.*
Ad festum Annuntiationis B. Mariæ Virg. hom. LIII *quæ est in idem festum et evangelium.*
Ad festum S. Leonis papæ hom. LV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum S. Marci evang. hom. XLVIII, *quæ est de missione duorum et septuaginta discipulorum.*
Ad festum Inventionis S. crucis. hom. LI, *quæ est prima de cruce.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ad festum S. Monicæ hom. VI, *quæ est de filio viduæ.*
Ad festum S. Barnabæ apost. hom. LVIII, *quæ est de S. Pantaleone in idem evangelium.*
Ad festum SS. Viti et Crescentiæ hom. XLVIII, *quæ est in idem evangelium.*
Ad Vigiliam Apost. Petri et Pauli hom. XXXVII *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum eorumdem apost. hom. LV, *quæ est in idem festum, et evangelium.*
Ad Commemorationem S. Pauli hom. LVIII, *quæ est in idem evangelium.*
Ad dies infra octavam eorumdem apost. hom. XLI, *quæ est de omnibus sanctis.*
Ad festum S. Alexii confessoris hom. eadem.
Ad festum S. Jacobi apost. hom. XXIV, *quæ continet idem evangelium.*
Ad festum S. Marthæ hom. LX, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum S. Petri ad Vincula hom. LV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum Transfigurationis Domini hom. LIX, *quæ est in idem festum et evangelium.*
Ad Vigiliam Assumptionis B. Mariæ Virginis hom. LX, *quæ continet ex parte idem evangelium.*
Ad festum Assumpt. ejusdem hom. eadem, quæ est in idem festum et evangelium.
Ad festum S. Bartholomæi apost. hom. LI, *quæ continet partem ejusdem evangelii.*
Ad festum Decollationis S. Jo. Baptistæ hom. LXI, *quæ est in idem festum et evangelium.*
Ad festum SS. Felicis et Adaucti martyrum hom. XLVIII, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum Nativitatis B. Virginis hom. XIV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum Exalt. S. crucis hom. IV, *quæ est in idem festum.*
Ad festum S. Francisci confessoris hom. LIV, *quæ est in idem evangelium.*
Ad festum S. Lucæ evang. hom. XLVIII, *quæ est de missione duorum et septuaginta discipulorum.*
Ad festum SS. Simonis et Judæ apost. hom. LVI, *quæ est in illa verba : Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.* »
Ad festum Omnium Sanctorum hom. LI, *quæ est de beatitudinibus.*
Ad festum S. Martini episc. hom. XLII, *quæ est in illa verba :* « *Lucerna corporis est oculus.* »
Ad festum S. Gregorii Thaumaturgi homm. XXIII, *quæ continet idem evangelium.*
Ad commune vigiliarum unius apostoli hom. LVI, *quæ est in idem evangelium.*
Ad commune unius Martyris hom. XXII, *quæ est in evang.* « *Si quis vult venire post me.* »
Ad commune plurium martyrum hom. LI, *quæ est in evang.* « *Descendens Jesus de monte,* » *et hom.* LIV *in illud :* « *Confiteor tibi, Domine Pater,* » *et* XLVIII, « *Qui vos audit me audit, etc.* »
Ad commune confess. pontif. hom. XLII, *quæ est in evang.* « *Lucerna corporis est oculus.* »
Ad commune confess. non pontif. hom. XLI, *quæ continet Evang.* « *Ecce nos reliquimus omnia.* »
Ad anniversarium Dedicationis Ecclesiæ, hom. XV, *quæ est de Zacchæo.*
Ad evangelium de S. Trinitate in missis votivis hom. LVI *quæ est in eadem verba.*
Ad evang. de angelis hom. XLIX, *quæ est in eadem verba :* « *Vidit Jesus Nathanael.*
Ad evang. de S. Cruce hom. XXIV, *quæ est in eadem verba.*
Ad evang. de Passione, hom. XXVII, *quæ est de eadem.*
Ad evang. de B. Virgine hom. LIII, *quæ est de Annuntiatione, et hom.* LX, *quæ est de Assumptione.*

PROŒMIUM PRIMUM

ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΟΝ,

DE TAUROMENITANA ECCLESIA.

§ I. *Politicus Tauromenii status.*

Cum Tauromenitanum archiepiscopum Theophanem hoc novo opere e tenebris revocemus in lucem, visum est optimum factu, si eadem opera ipsam Tauromenitanam civitatem et Ecclesiam e suis prope ruderibus ac tumulo exeitaremus. Nam profecto idem casus, sive eadem Saracenica clades, quæ sedem episcopalem convulsit, ipsam etiam civitatem afflixit, eaque cum suo Theophane prope contumulata est. Si quis enim oppidi Tauromenii substructiones Romanæ magnitudinis opera æmulantes, si quis civitatis splendorem, sedis episcopalis dignitatem, quæ vel usque ad Theophanis nostri tempora viguerant, oculis animisque contempletur, verum illud ab Ausonio dictum existimabit :

Miremur periisse homines, monumenta fatiscunt.
Mors etiam saxis nominibusque venit.

Non idem civitatis corpus nunc superesse, quod ante illa tempora vixerat, sed adhuc spirans cadaver illius : et omnino quod de veteri Roma tot incursionibus Barbarorum vastata dictum fuit, Tauromenium in Tauromenio quæritabis. Quare et suscepti operis magnitudo ad commendationem sui postulat, ut sicuti magnificarum ædium ex fronte atque vestibulis, sic ipsius vel ab ipso aditu prima cognitio et admiratio accipiantur; cum nimirum, in qua civitate floruerit, quo throno conspicuus fuerit Theophanes intelligatur : et honestissimorum civium Tauromenitanorum ac præsertim civitatis patrum munificentia, quæ huic operi impenso ære publico non parum adjumenti contulit, suo jure promeretur, ut civitas illis sua, quæ propriis pene funerata ruinis jacet, hac nostra, quæcunque tandem illa sit, opella reviviscat. Igitur a primordio eam et ab ipsis fundamentis redintegrare aggrediar. Etenim si antiquitatem Tauromenii exquiramus, illud jam inde a Dionysii Syracusarum tyranni junioris tempestate, annis ante Christum natum 468, altissimum in monte Tauro caput erexisse, et ex vetustioris oppidi Naxi ruinis, ut pleraque mortalium habentur, quorum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

unum ex alterius interitu nascitur, excitatum comperiemus. Ac parum hic ad rem pertinet nostram, utrum Naxus eo loco sita fuerit, ubi nunc castellum conspicitur vulgi appellatione *lo Schiso* dictum, quod duobus circiter millibus a Tauromenio distat, ut Thomas Fazellus ejusque asseclæ censuerunt, an aliquanto longius, quinque scilicet milliaribus dissitum fuerit, quod Philippus Cluverius, diligentissimus veteris Siciliæ pervestigator, scribit, qui et opinionem superioris scriptoris ex Itinerario Antonini refellit. Certum illud, et a probatis auctoribus, Strabone, lib. VI, Diodoro, lib. XVI, Thucydide, lib. VI, Plutarcho in *Timoleonte* : ex quo confirmatur narratio de Tauromenii origine allata a Diodoro loco jam dicto, eaque potior et verior existimatur quam quæ traditur ab eodem sui parum memore, lib. XIV, a secunda diversa. His igitur auctoribus hæc afferimus : a Theocle Atheniensi conditum Naxum, qui cum ab instituto cursu in ea littora ventis esset abreptus, cumque soli bonitatem advertisset, et Siculorum in eo colendo segnitiem, domum reversus, cum Atheniensibus, uti coloniam eo mitterent, persuadere non potuisset, ascito magno Chalcidensium Lubacam insulam incolentium numero, Ionum item et Doriensium, quorum major pars Megarenses erant, in Siciliam navigavit, et Chalcidenses quidem Naxum, Dorienses Megaram condidere, idque contigisse anno ante Christum natum 736, post Trojanum bellum 448. Cluverius scribit, cum annos 333 Naxus stetisset, tandem a Dionysio Syracusarum tyranno juniore, quod ejus tyrannidi infensa civitas ab eo descivisset, eversam esse. Igitur post Naxi excidium anno 37, Andromachus, Timæi historici, quem laudat M. Tullius lib. *De orat.*, pater, exsulum reliquias hinc inde cogens, montem Taurum, ab tauri forma dictum, illis habitandum dedit, quod a longo temporis spatio, quo ibi substiterat Tauromenium a *tauro* et *manendo*, Græce ἀπὸ τῆς ἐπὶ Ταύρου μονῆς appellatum : et cum subitis oppidum incrementis florere cœpisset, factum est ut et incolæ ingentes opes et civitas dignitatem amplissimam sibi compararet. Atque hic est Tauromenii ortus, hæc nominis origo. Quod si Plinius, *Colonia*, inquit, *Tauromenium, quæ ante fuit Naxos;* et Solinus itidem *Coloniam Tauromenium, quam prisci Naxum vocabant;* si de uno, inquam, eodemque oppido et eodem situ posito loquantur, falsi sunt; si ad hunc intellectum traducantur, ut ex Naxiorum colonia Tauromenium ortum velint, veri. Cæterum etymologia quam Fazellus refert omnino inepta est : *Tauromenium dictum*, inquit, *quasi tauri fortitudo. Nam* menos *Græce est fortitudo seu robur.* Falsus est Fazellus in verbo, sed magis in re; non est μένος proprie fortitudo mœniorum, sed animorum, vel corporum : neque ex murorum fortitudine, sed ex mansione, ut Diodorus supra relatus est auctor, deducta originatio Tauromenii; sed hic error forte condonandus esset, nisi se ipse in linguæ Græcæ spineta volens ac sciens, seu potius nesciens, induxisset. Quid illud quod ad firmamentum addit, quam leve atque ridiculum, muros mœnia appellatos quasi a μένος. Atqui hoc est etiam Latine nescire : mœnia quasi munia a *muniendo* dicta sunt prisco sermone Latinorum, qui per *æ* scribebant et efferebant, quæ postea per *u*. Plautus *Capt. : Vinclis custodiisque circumvœniti sumus.* Sic *mœri* pro *muri*, *œsus* pro *usus;* et plura id genus. Sed in nonnullis usus retinuit *æ*, ut in *mœnibus*, in plerisque repudiavit, ut in exemplis allatis. Hoc igitur etymon falsum. Et vero etiam fabulosum illud quod affert scriptor historiæ sancti Pancratii, primi Tauromenii episcopi, quasi a *Mœna* et *Tauro* dictum Tauromenium : scriptor inquam anonymus, non Evagrius, discipulus ipsius sancti Pancratii, cujus nomine supposito tota illa fabula potius quam historia emersit, vel certe fabulæ multæ in veram historiam irrepserunt, quam a Græco in Latinum traductam accepi ex monumentis P. Octavii Caetani, scriptoris historiæ sanctorum Siculorum. Igitur narratur, Taurum quemdam nomine, Chananæum, a Syris captum, et mercatori Romano venditum in Calabria, ductum ad Renaldum toparcham, cui uxor erat Mœnæa Macedonissa; sed cum Renaldus in eo bello quod gessit contra Aquilinum, in Calabria regem, cæsus esset, Mœnæa Tauro nupsit. Mox Aquilinus rex copias contra Taurum eduxit; isque cum Mœnæa conjuge in Siciliam profugit, ubi Tauromenium a conjugibus Tauro et Mœnæa conditum est. Hæc est fabella de origine Tauromenii conficta et in vulgus dedita, quæ sane proposita a me ante veritatis historicæ lucem, sine ulla argumentatione quasi nebula discussa disjectaque jam est, et a quovis mediocriter in critica exercitato dispelletur : quam et Fazellus ipse repulit; nam de Octavio Caetano non esset mirum acrioris judicii viro; sed eam huc retuli, ut a vulgi etiam Tauromenitani sensibus, in quibus, ut cæteræ aniles fabulæ hæsisse video, quantum fieri posset, extorqueretur. Ab illis igitur initiis profectum Tauromenium capere sua cœpit incrementa. De quo illud etiam antiquitatis ejus et dignitatis documentum habeo, quod a nemine, quod sciam, eorum qui res Sicilienses scripsere, litteris proditum est : ego vero ab nobilissimo æque ac studiosissimo antiquitatis et litterarum D. Martino Lofarina, Panormitano, qui hodie apud Hispaniarum regem degit capellæ regiæ addictus, illud accepi cum ex Malcho de vita Pythagoræ a Cunrado Rittershusio Græce edito exceptum ad me detulisset, quod est hujusmodi : Ἂς δ' ἐπιδημήσας Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ κατέβαλε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν, τὰς δὲ νεωστὶ φρονήματος ἐξελευθερίου πλήσας διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστην ἀκουστῶν αὐτοῦ ἠλευθέρωσε, Κρότωνα, καὶ Σύβαριν, καὶ Κατάνην, καὶ Ῥήγιον, καὶ Ἱμέραν, καὶ Ἀκράγαντα, καὶ Ταυρομένιον, καὶ ἄλλας τινάς, αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε τοῦ Καταναίου, καὶ Ζελεύκου τοῦ Λοκροῦ· δι' ὧν ἀξιοζήλωτοι τοῖς περιοίκοις ἄχρι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πολλοῦ γεγόνασι. *Civitates vero, quas in sua Italiæ Siciliæque peregrinatione Pythagoras vicinis servitute alias quidem antiquitus, alias vero recenter oppressas invenit, eas libertatis studio replens per suos auditores, quos ex unaquaque earum sectatores habebat, in pristinam asseruit libertatem, Crotonem scilicet et Sybarim, Catanam, Rhegium, Himeram, Agrigentum, et Tauromenium, et quasdam alias, quibus leges per Charondam Catanæum, et Zaleucum Locrum tulit, earumque causa dignæ apud finitimos ad longum usque tempus habitæ sunt, quarum æmularentur instituta.* Atque hæc pertinent ad Tauromenii antiquitatem, cui non minimum adjecere decoris duo nobilissima virorum paria; quorum alter in historia cum ipsa prope nascente patria floruit Timæus, Andromachi conditoris filius, de quo testimonium exstat M. Tullii, lib. II *De orat.* : *Timæus longe eruditissimus, et rerum copia, et sententiarum varietate abundantissimus, ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit.* Meminit de eodem idem Tullius lib. V, Epist. ad Lucium. Meminit Plutarchus in *Nicia*, de historiis ab eo conscriptis : testatur hæc Dionysius Halicarnasseus, lib. I *Antiquitatis.* Τιμαίου τοῦ Σικελιώτου τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱστοριῶν ἐν ταῖς κοιναῖς ἱστορίαις ἀφηγησαμένου, τοὺς δὲ πρὸς Πύρρον τὸν Ἠπειρώτην πολέμους εἰς ἰδίαν καταχωρίσαντος πραγματείαν. Hoc est interprete Dionysii Sigismundo Galeno : *Timæus Siculus res priscas complexus universali historia, Pyrrhi Epirotæ bellis privatim dicato volumine.* Sed nihil hujus insignis historici ad nostram ætatem pervenit. Alter Tauromenitanus in historiis memoratus Phileas est in re mechanica præcellens, Archimedi Syracusano σύγχρονος, de quo Athenæus, lib. V Δειπνοσ., ubi de navi Hieronis, regis Syracusarum, ipsius Archimedis molimine constructa, ejusque malo omnium maximo : Κατήγαγεν δὲ αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν Φιλέας ὁ Ταυρομενίτης μηχανικός. *Deduxit eam in mare Phileas Tauromenitanus mechanicus.* Jam vero situs Tauromenii admirabilis est, et natura magis quam arte munitus : ut non mirum esse videatur, si a Saracenis, nisi per insidias capi expugnarique potuerit, eaque postrema fuerit urbium clarissimarum clades. Est enim mons ipse in quo situm est et arduus et ascensu difficilis utroque ex latere, quod et nos ipsi oculis nostris suspeximus et peragravimus, verumque esse cognovimus quod de eo etiam Appianus tradit esse asperrimum visu et acutissimis undique præfixum præruptumque saxis. Urbs vero in illis mediis Alpibus, dicam potius quam alpestribus rupibus, et intercisis posita, et ab iisdem circummunita et obvallata est : quarum alias, qua orientem spectat, infra se habet ad mare depressas; alias, qua occidentem, cœlum ipsum contingentes, ut poetice dicam, eique minantes, in quarum vertice exstat arx et oppidulum Mola, tota Sicilia notissimum, quod eo damnati homines facinorosi deportentur, ut tradit Fazellus, cui subest arx Tauromenii inferior, ita ut molibus a mola devolutis opprimi haud difficili negotio possit. Cæterum Tauromenitanum cœlum lætum ac salubre est; prospectus ab oppido in Mamertini freti et maris Ionii latissimum æquor, oppositosque Brutiorum montes, jucundissimus : agri etiam planities amœnissima; cannæ mellitæ, et vini apud veteres, teste Plinio, celebratissimi feracissima, ut non immerito eam regionem inter cæteras elegerint Romani quo colonias deducerent, quod Julio Cæsare rerum potito, et Tauromenii amplificandi studioso factum, ut Diodorus ejusdem temporis scriptor est testis. Et sane eorum magnificentiæ opera videntur esse, quod ab initio dicebam, theatrum lateritio opere constructum, quod magna ex parte integrum exstat, quæ sors haud scio an aliis veteribus Siciliæ monumentis obvenerit : idque ego non sine animi voluptate oculis ac pedibus non semel dimensus sum doluique et questus sum apud cives, ex ea lateres ad alia nova ædificia substruenda subinde exscindi; quo fiet, ut paucis post annis, ingens illud monumentum Tauromenitanæ amplitudinis funditus concidat. Itidem ejusdem admirandæ potentiæ opera sunt stagna seu cisternæ subterraneæ duæ concameratæ, quarum altera octo quadratis cementitiis suffulta columnis; altera vero pene prostrata et afflicta temporum injuria cernitur. Aquæductus item veteres ibi visuntur; et alia demum monumentorum in primisque Achegeti templi vestigia, et sepulcra non pauca, quam vel ambitu magna (nam quota pars illius hodie restat?) vel magnificentia nobilis, vel numero civium celebris fuerit civitas, ostendunt. Atque hic ejus splendor etiam usque ad Saracenicam tyrannidem, nimirum toto imperii Græcorum tempore usque ad Leonis Sapientis ævum, sub quo expugnata fuit, mansisse videtur. Nam Constantinus Porphyrogeneta, ejus filius, qui *De thematibus imperii* libellum scripsit, lib. II, in themate Siciliæ hæc tradit, quæ primam hanc proœmii partem de Tauromenii statu politico ita claudat, et sigillum sit dictorum omnium honorificentissimum, et ipsius imperatoris annulo impressum, ne dicam digito scriptum : Ἔχει δὲ πόλεις ἐπισήμους τήν τε Συράκουσαν, καὶ τὸ καλούμενον Ταυρομένιον, καὶ αὐτὴν τὴν Ἀκράγαντα, καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις τὰς μὲν ἠρημωμένας παρὰ τῶν Σαρακηνῶν. Τὴν μὲν οὖν Συράκουσαν ἐπὶ Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως παρέλαβον οἱ Σαρακηνοί· τὸ δὲ Ταυρομένιον ἐπὶ Λέοντος τοῦ Σοφωτάτου. *Cæterum insignes urbes habet Syracusas, et Tauromenium dictum, ipsumque Agrigentum, et cæteras civitates, partim desolatas, partim Saracenis occupatas. Syracusas certe sub Basilio imperatore percelebri ceperunt Saraceni, Tauromenium vero sub Leone imperatore Sapiente.*

§ II. — *Status ecclesiasticus Tauromenii.*

Tauromenitanam Ecclesiam antiquitate et dignitate cum primis et primæ antiquitatis Ecclesiis Siciliæ componendam nemo vocarit in dubium, modo

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ejus primordia reputet; nimirum a S. Petro apostolorum principe fundatam, misso ex Oriente Tauromenium S. Pancratio, primo ejus episcopo, ab ipsomet S. Petro consecrato, extra controversiam est. Testatur Martyrologium Romanum 3 Aprilis; card. Baronius in notis; Niceph. lib. III, c. 35, et noster Theophanes hom. de S. Pancratio; quin ex fide quæ penes Simeonem Metaphrastem est, *Orat. de SS. Petro et Paulo*, ejusdem S. Petri vestigiis impressis ea ecclesia sanctitate et honore aucta et stabilita est; siquidem festum ex itinere apostolum hospitio excepit, ipso S. Pancratio illi obviam summis amoris significationibus procedente. Sed de S. Pancratio ejusque actis ac martyrio Tauromenii obitis nonnulla refert ex Gallicano Breviario excerpta D. Rocchus Pirrus in notis *Tauromenitanæ Ecclesiæ*, apud quem etiam plura ad hanc Ecclesiam spectantia leges. Nos sat habemus, ut synopsim quamdam ejus Ecclesiæ hic præmittamus, prout nostrum institutum postulat, summa perstringere capita. S. Pancratio successit Evagrius ejus discipulus; Evagrio S. Maximus, ambo a S. Petro consecrati episcopi, primus Romæ, cum esset legatus eo missus a S. Pancratio; secundus Tauromenii, cum ibi ex itinere moraretur. De priore testatur *Gallicanum Breviarium*, quod ego cum essem Tauromenii, oblatum a civibus, legi: ex quo itidem Pirrus in sua notitia secundo loco post Pancratium statuit Evagrium. Testimonium Breviarii producimus ad homiliam de S. Pancratio (*homil.* LVII), nota 13; posterioris, hoc est S. Maximi, Metaphrastem habeo auctorem loco citato. Hujus S. Maximi anniversariam Tauromenitana Ecclesia memoriam colit pridie Idus Januarii. Post Maximum Nico præfuit Tauromenio, qui cum centum nonaginta novem discipulis suis, Decio imperatore Christianæ fidei testimonium dedit morte. Post hos multi ex epistolis pontificum et synodis cum provincialibus tum œcumenicis Tauromenitani episcopi colliguntur. Nam S. Leo pontifex epistola quam ad universos Siciliæ episcopos scripsit circa annum 447, Tauromenitani mentionem facit, sed nomen non exprimit. Post Romanæ synodo sub Symmacho papa celebratæ interfuit Rogatus, Tauromenitanus episcopus; Victorini et Secundini episcoporum meminit D. Gregorius epistola ad Petrum subdiaconum, circa annum 649; Justus ad concilium Lateranense venit Martino pontifice et Constante imperatore; ad œcumenicam synodum VI Constantino tertio contra Monothelitas convenit cum cæteris Petrus episcopus Tauromenitanus; septimæ vero, quæ fuit Nicæna II, contra Iconomachos, Constantino cum Irene matre impp., Joannes interfuit. Post hos legitur Zacharias Tauromenitanus episcopus, seu potius pseudepiscopus, ut in notis Anastasii Bibliothecarii legitur ad concilium VIII, qui Photii partibus favit: sed an hic sit idem atque ille Zacharias qui cognomento Cophus sit dictus, ut Pirri scriptum reliquit, et an archiepiscopi titulo auctus a Photio fuerit pseudopatriarcha Constantinop., disputabimus infra, § III. Huic Zachariæ, jam in synodo VIII œcumenica depositio ut schismatico, nec pœnitenti, successit Theophanes Cerameus consecratus tempore ipso compositi schismatis et pacis restitutæ Ecclesiæ Orientali, quod evidenter ostendemus proœmio II, § IV et VII; nostro autem Theophani subrogatus videtur S. Procopius, qui anno Christi 903, Leonis imperat. XXVI, sub Abracheno Africano Saracenorum rege invadente et occupante Tauromenium, quod postremum fuit in Siciliensi illa clade atque pernicie captum oppidum; ille, inquam, S. Procopius martyrium passus est: quod habetur ex Vita ejusdem S. Procopii, quam Joannes diaconus Neapolitanus intexuit in ea narratione qua translationem corporis S. Severini ex Lucullano castello per occasionem timoris de eorumdem Saracenorum incursione coorti describit. Eam legi in monumentis mss. P. Octavii Caetani, quæ tamen adhuc sub incude tornantur. Hæc Ecclesia Tauromenitana de episcopali simul et politico florente statu decidit; sed profecto decuit, ut quæ fuerat martyris S. Pancratii primi pastoris sanguine initiata, ea esset et postremi itidem sanguine consignata. Nec vero inter primum et postremum pastores, qui animam suam pro ovibus profuderunt, ovium ipsarum cum lupis, vel ethnicis, vel Saracenis Christiani nominis hostibus non spectata certamina: etiam decoro civium suorum sanguine conspersa et ornata, ut aliæ multæ, Ecclesia Tauromenitana. Ostensæ mihi sunt Tauromenii plenæ ossibus capsæ duæ, quæ multis ante annis in agro Tauromenitano non sine divinis miraculorum testimoniis inventa erectaque sunt, vel recenti adhuc sanguine tincta, et ipsis etiam mortis instrumentis confixa: sed quorum martyrum, cujusve temporis illa sint nondum compertum ab ipsis, nec ab Romano pontifice sancitum. Cæterum ex historiis aliis, ac tabulis et monumentis hæc colliguntur. Sub ipsum Ecclesiæ exortum, magistri et antistitis sui Pancratii documentis instructæ, exemploque confirmatæ, SS. mulieres Æsia Susanna et Zenais, de tyranno ac sexu muliebri morti occumbentes triumpharunt. Cum S. Nicone itidem episcopo, quem quarto supra recensuimus loco, cæsi sunt, Decio exercente tyrannidem, ducenti uno minus, qui triumphanti duci suo latus stiparent, eadem laurea redimiti; quod ibi etiam attigimus. At ex Diocletiano imperatore SS. Sperus et Cornelianus cum sociis sexaginta eamdem retulere palmam. Nec vero S. Procopio postremo episcopo et martyre socios abfuisse crediderim, in illa immanissima strage, quam Saraceni, Christianæ religionis infestissimi hostes, ejusdem causa dederunt, jam capto Tauromenio, quorum fortassse sacra λείψανα sunt quæ superioribus annis inventa jam asservari dixi in majore Tauromenii templo. Demum nec virginum nec confessorum floribus sacer Tauromenitanus hortus caruit, quorum odor late pervagatus sit. Ex horum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

enim genere Iberus? Fuerunt, qui inde a S. Francisco Christi *Ecce*: Emphaticus pro quo ab eodem sacro scriptore: et ut sæculis operosius in Græcæ dimanabat. Ab eo itaque Lucas aliosque circa annum 600 monasteria [illegible] et sua ibi vitiis et sanctis [illegible] emanque secum, jungens ei Tarsicium [illegible] tempora. Dum S. Eus Ecclesia [illegible] insuper etiam [illegible] Ecclesiæ sacræ Tarsicium quam publici [illegible] [illegible] ejusdem sacræ [illegible] [illegible] [illegible]

nus Gretserus, qui et sequenti proxime paragrapho ejusdem capitis de nostro testimonium profert. *Tauromenii in Sicilia colitur antiqua imago beatæ Virginis non manufacta; qualis etiam esse videtur illa Deiparæ imago divinitus picta quæ colitur in Valle Viridi, in monte Ætna, ut scribit Octavius Constantinus* (lege *Caetanus*; Constantinus enim est nomen unius ex fratribus ejusdem Octavii, monachi et abbatis ordinis Sancti Benedicti) in *Idea operis de sanctis Siciliæ*. Atque hactenus thesim huic meæ tractationi prætexui ex relatis a Gretsero: et ex genere harum iconum universo fidem mihi munivi, ut non videretur incredibile hujuscemodi imaginem ἀχειροποίητον exstitisse Tauromenii, cum alias alibi ex certis auctoribus exstare notum sit. Quid igitur de Tauromenitana imagine divæ Virginis non manufacta dixerim? Equidem certa pro certis, conjecta pro conjectis dabo: neque enim in tanta antiquitate temporum et historiæ penuria potius faciam. Exstitisse hujusmodi imaginem ἀχειροποίητον et religiosissime Tauromenii cultam Theophanis tempore, atque etiam toto illo tempore quod Saracenicam tyrannidem antecessit, haud in dubium vertendum mihi videtur, cum tam diserte duobus in locis de ea *Theophanes* meminerit, et glorietur in sua Ecclesia et urbe. Cæterum unde et originem habuerit, qua opera effecta, et an archetypon sit ἀχειρότευκτον, an ectypon, hoc est ex prototypo expressum simulacrum, idque sive miraculo, sive pictoris opera accuratissime deductum; quod tamen idem quod archetypon nomen ἀχειροποίητον retineat, quod illius sit instar, quod in multis hujuscemodi tum Christi, tum Deiparæ contigisse idem Gretserus auctor est. Præterea quo alio miraculo, quo tempore perlata Tauromenium, idem dicam quod paulo ante Gretserus de imagine Deiparæ non manufacta Conissæ monasterii prope Cabalam, nihil alibi de Tauromenitana, quod sciam, traditum. De altero vero, quod supra proposueram agitandum, an imago beatæ Virginis, quam hodie Tauromenitani per summam pietatem colunt, quam patronam appellant, in qua eorum spes opesque in rebus afflictis sitæ, quod etiam nonnulli non vulgares viri non manufactam vocant, eamdem sit atque illa quæ Theophanis tempore exstitisset, ita ut etiam impias Saracenorum manus effugerit, et ab eorum et temporis injuriis vindicata, et usque ad hoc tempus sarta tecta servata, quod esset alteri miraculo ascribendum, equidem hæc argumenta habeo, ut eamdem credam. Primum quia vulgo eam Deiparam Græcorum appellant, unde mihi fit probabile, ex eo tempore quo Græcorum Ecclesia et ritus Tauromenii florescebat, hoc est Theophanis tempore, eam appellationem deductam, et per manus ad hæc usque tempora traditam; deinde quod eam in summa aquarum pluviarum penuria, unicum certumque perfugium Tauromenitani habent, et ad eam tanquam fontem omnium gratiarum uberem, petitum aquas accurrunt: ac vix per urbem circumagi solemni supplicatione cœpta, cum eam intermittere coguntur a pluvia obruti et madidi, qui eam sicci sitientesque inchoarant; quod ex multis Tauromenitanis fide dignis contestatum accepi, cum Tauromenii harum rerum cognoscendarum causa commorarer. Et sane ex alia parte legimus, Theophanem in homilia habita de plaga siccitatis (*hom.* LXII) ad beatam Virginem perorationem convertere, eique supplicare, ne suam civitatem destituat in ejus nomine gloriantem: quam gloriam ad imaginem non manufactam non immerito quis referat, ut ibi adnotavimus. Multa alia præterea in omni genere dona miraculo accepta, et ejus fide implorata supra humanam opem effecta opera quotidie ferunt, et contestantur non incolæ solum, sed etiam exteri: inter quos non silentio prætereundus D. Franciscus, Romanus Catanensis, sacerdos haud multo pridem in collegium canonicorum Ecclesiæ Panormitanæ merito aggregatus, concionandi munere et pietatis ardore non vulgari præditus, qui cum Tauromenii conciones tempore Quadragesimæ haberet, multa ab ea imagine non manufacta se accepisse ab aliis impetrata miracula, multa in seipso expertum esse mihi narravit, et scripto ac chirographo dicta consignavit. Cæterum illud etiam in hac re animadversum a lectoribus velim, si cui sit persuasum, imaginem Deiparæ quæ hodie exstat, eam esse ἀχειροποίητον quæ Theophanis tempore exstabat, non esse censendam ex iis quæ in aliquo linteo Virginis vultum ab ipsamet impressum ferunt: non enim ea tabula vultum Virginis solum, sed integram staturam sedentem et infantem Jesum gestantem ulnis exprimit: quare in altero genere ἀχειροποιήτων eam accensuerim, de quo etiam Gretserus, ut angelorum opera ea depicta sit, vel certe ab aliqua non manufacta pictura descripta, ut supra dicebam. Servant eam hodie in suo templo religiosi beatæ Virginis e monte Carmelo, eique diem solemnem agunt Decembris die octavo, qui dies ejusdem Virginis immaculato conceptui celebrando sacratus est. Tradit in *Idea operis de SS. Siciliæ* Octavius Caetanus, Tauromenii primo die Septembris celebrari festum imaginis Deiparæ non manufactæ; quod sane unde acceperit mihi adhuc ignotum: sed cum ille diligentissimus fuerit Siciliensium rerum ad sanctorum Siculorum cultum pertinentium indagator, id neque refellere debeo, nec tamen affirmare possum. Nam Tauromenii moranti mihi et de eo festo die sciscitanti, nihil traditum, nisi die dicto Decembris octavo festum ad imaginem Deiparæ jam memoratam, quam non manufactam esse nobis persuademus, eodem quo ejus immaculatam Conceptionem celebrari. Fortasse ex ipsius Theophanis homilia de Indictione ac anni principio id Caetanus collegerit: in qua inter cæteras celebritates primi Septembris diei

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

meminit Theophanes imaginis divæ Virginis; cujus hæc verba : Ἅπαντες οὗτοι τοῦ χρόνου τὴν ἀρχὴν ἁγιάζουσιν· ὁ μὲν Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς εὐλογεῖ τὸν στέφανον ἐνιαυτοῦ. Ἡ δὲ διὰ τῆς σεπτῆς εἰκόνος τιμωμένη πάναγνος Δέσποινα μεσίτης πρὸς Θεὸν ἡμῶν γίνεται. Quæ sic nos ibi Latine interpretati sumus : *Ab his omnibus aliquid sanctitatis in hoc anni principium redundat : nam et Salvator noster Christus Jesus benedicit coronæ anni : et venerandæ imaginis religione culta Virgo purissima inter nos et Deum sequestra intercedit.* Hæc Theophanes : qui cum non appellet imaginem Dei Genitricis ἀχειροποίητον, quam cur non expresse nominarit, si de ea sermo erat, cum in aliis homiliis tanquam insigni quodam et de quo gloriabatur elogio eam designavit, nullam causam video : et ex altera parte, cum in Menæo legam eo die celebrari σύναξιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Μιασηνῶν, hoc est, *Synaxim seu celebritatem sanctissimæ Virginis Miasenorum*, haud certe liquet, et in ancipiti res versatur de Tauromenitanane imagine Theophanes loquatur, an de Miasenensi aliqua, ad quam conventus eo die primo Septembris celebraretur, uti hic Panormi consuetum est die secundo Julii ad beatæ Virginis, quam *Gratiæ* appellamus, imaginem, et ad alias alio tempore, et oppido hujusmodi imagines venerabiles agitari dies festi solent. Equidem, ut dixi, nec refellere conjecturam Octavii Caetani, nec affirmare, sed eam hominis auctoritate fultam in medio relinquere statui.

§ IV. *Dignitas et titulus archiepiscopi.*

Cum in omnibus fere mss. exemplaribus harum homiliarum, quæ in celeberrimis Europæ bibliothecis, Vaticana, Hispaniensi, Parisiensibus tribus asservantur, ex quibus vel integras homilias, vel earum elenchum transcriptum amicorum, qui litteris et litteratis fautores esse se professi sunt, opera nancisci potui, titulus archiepiscopi, vel auctoris nomini sit ascriptus, ubi nominatur auctor, vel solum in scriptis auctor archiepiscopi Tauromenitani appellatione, in quo omnia consentiunt, cum in nomine discrepent (de quo dicam Proœmio sequenti), non temere videtur illis abroganda fides; alioquin etiam omnis fides veterum monumentorum intereat, cum tamen doctissimi scriptores eam salvam ac firmam esse voluerint, qui in monumentis suis excusis illum archiepiscopi titulum non alia quam ex mss. fide et auctoritate acceptum ediderunt : cardinalis Baronius tom. IX, Jacobus Gretserus tom. II *De cruce;* Franciscus Turrianus lib. *contra Magdeburgenses hæret. pro canon. apostol.*, cap. 6; Antonius Possevinus in *Apparatu*, et alii quorum testimonia contulimus in fine horum Proœmiorum. Est igitur asserenda potius hæc Tauromenitanæ Ecclesiæ dignitas, quæ satis ampla est, utpote ab ipso S. Petro constituta, ut § II disseruimus, et a me quæ mea pars virilis est, ab omni erit subreptitii tituli nota et arrogantiæ calumnia vindicanda. Hanc enim notam impressam seu potius inustam illi video in Notitia Ecclesiæ Tauromenitanæ, quam edidit tom. II dom. Rocchus Pirri, abbas Netinus, de Siciliæ Ecclesiis sat bene meritus : sed non tam ab ipso hæc imposita nota quam ab Alberto Piccolo, qui illi imposuit : quo auctore scribit Pirri Zachariam schismaticum episcopum Tauromenii a Photio archiepiscopi nomenclaturam, quod esset opera male ab illo collata, et defensionis partium Photianarum pretium prius repensum. Sed unde hoc accepit Piccolus? quo producto testimonio id affirmat? Primum enim, si is ponatur episcopus Tauromenii fuisse Zacharias, qui cognomento dictus est Κωφός, id est *surdus*, certe is a Photio non titulum archiepiscopi pro sua Ecclesia accepit, sed metropolita Chalcedonis creatus; quod apertissime scripsit Nicetas David in Vita S. Ignatii, contra quem Photius tam pertinaciter acerbeque depugnavit, scriptor eorum temporum, qui omnia S. Ignatii certamina diligentissime fidelis-imeque persecutus est : cujus historia initio VIII *synodi* pro causa hac S. Ignatii et Photii celebrata impressa est. De Photio itaque sic scribit : *His ille omnibus procuratis, insana et sacrilega per Zachariæ Cophi manum, qui ab ipso Chalcedonensis metropolita creatus fuerat, et Theodorum translatum a Caria ad Laodicensem episcopatum in Italiam transmisit.* Ex his sane nullum subesse dubium potest quin Zacharias ille qui Cophus cognomento dictus est, non Tauromenii episcopus ante fuerit, sed nova Chalcedonis metropolitæ dignitate donatus. Atqui, inquies, ab episcopatu Tauromenitano promotus ad Chalcedonensem. Sed non hoc verbum χειροτονεῖν quo usus David, significare potest, sed vel designare episcopum, vel consecrare; quod ex ipsa ratione et etymo nominis quod manuum impositionem manifeste denotat, et ex aliis scriptoribus, Jacobo Gretsero, Joanne de la Cerda, Petro Arcudio, presbytero Corcyrensi, qui de ritu sacramentorum Græcorum volumen integrum scripsit, ita certum esse debet cuivis mediocriter Græce scienti, ut id probare sit opera abuti; et quæso, ab sequentibus verbis, quibus Theodorum translatum a Caria Laodiceam scribit, in quo usus verbo μετατιθέναι, non id certo certius apparet? Cum enim secundum expresse dicat translatum, et proprio utatur verbo, de primo certo accipiendum est fuisse creatum, quippe cum ut diversa scriptor ea tradiderit. Deinde apud Leunclavium *De jure Græco-Rom.* exstat caput de translatione Orientalium episcoporum, in quo omnes translati episcopi enumerantur, jam inde a S. Gregorio Nanzianzeno, qui ex Sasimis Constantinopolim translatus est, usque ad Gregorium Asbestam, qui ipsius schismatis Photiani causa, Nicæam ab ipso Photio translatus eodem Niceta Davide scribente; nec ulla in eo capite mentio translati Zachariæ. Est igitur tam manifestum Zachariam illum Cophum non archiepiscopi titulum, sed rem et digni-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tatem metropolitæ recepisse a Photio, ut dubitari merito non possit. Sed tamen in hac etiam erratum est in Zacharia a Piccolo, an Pirri dicam? quod, episcopus Tauromenii Zacharias Cophus ab eo dicatur Zacharias ille qui episcopus Tauromenitanus Romam missus in causa Photii, similitudine nominis falsi sunt illi scriptores, non omnia penitus illius viii synodi acta scriptaque circumspicientes. Duo quippe Zachariæ fautores Photii fuere, duæ legationes Romam missæ. Prima est ea quæ refertur a Baronio anno 859 et in viii synodo, act. 1, in qua a legatis Romanæ Sedis interrogante senatu hæc responsa sunt : *Primitus missus est Arsabir legatus Michaelis imperat. et cum eo missi sunt quatuor episcopi (nomina eorum ignoramus), deferens secum et epistolam regiam significantem in se causam hæreseos imaginum, et in fine litterarum illarum ostendentem etiam expulsionem sanctissimi patriarchæ Ignatii.* Ad quem locum hanc notam adjunxit Anastasius Biblioth., ejus synodi scriptor et testis oculatus : *Urgente illos propositæ locutionis prosecutione, nomina episcoporum eis ad memoriam recurrere tam concite non potuerunt : quibus tamen nomina erant, Methodius metropolita Gangrensium, Samuel Conarum episcopus, Theophilus Iconii, et Zacharias Tauromenii pseudepiscopi, qui legationem et epistolas a Photio Sedi apostolicæ detulerunt.* Hæc Anastasius : ex quo vides nullo cognomine affectum Zachariam : et sane ex hac solum nota Anastasii hic Zacharias Tauromenii fuisse episcopus scitur ; et ab ea sumptum refert Baronius loco citato : nusquam vero alibi, ubi de hac legatione mentio fit, et Zacharias episcopus idem nominatur, Tauromenitanus ascribitur, ut in proœmio ejus synodi ab ipso Anastasio scripto, et in Vita S. Ignatii a Davide, qui solum meminit duorum, Theophili et Samuelis, cæteros omittit. Atque hi legati a Nicolao I pontifice Romano auditi sunt in basilica S. Mariæ ad Præsepe, sed non ad communionem admissi. Quod refert etiam Pirri ex Baronio loco jam supra memorato. Altera legatio est post illatam a Nicolao sententiam, et inflictum anathema in Photium, eumque exauctoratum Quæ causa fuit cur ira seu furore præceps Photius conciliabulum illud suum nefariorum episcoporum coegerit, quo conatus est Nicolaum pontificem excommunicare, ejusque conciliabuli acta per Zachariam Cophum in Italiam transmisit, ut diserte scribit Nicetas David loco jam supra relato. Sed adhuc evidentius discrimen inter duos Zacharias ostendam. Nam primus, qui prima legatione functus legitime ordinatus a S. Methodio patriarcha, qui S. Ignatio antecesserat : secundus a Photio illegitimo. Nam act. iv statim initio Baanes patricius retulit ad synodum his verbis : Εἰσὶν ἐπίσκοποι χειροτονείαν ἔχοντες τοῦ μακαριωτάτου Μεθοδίου Θεόφιλος, καὶ Ζαχαρίας οἱ τὸν Φώτιον ἀποδεχόμενοι · εἰ οὖν δοκεῖ εἰσελθέτωσαν εἰς τὴν ἁγίαν οἰκουμενικὴν σύνοδον. *Sunt consecrati a S. Methodio episcopi Theophilus et Zacharias qui cum Photio communicarunt : si videtur, ingrediantur ad S. œcumenicum concilium.* Exitus sessionis hujus fuit ut mendacio aperte convicti legati, affirmatique in suo schismate ejicerentur. At vero in iv sessione initio missi sunt episcopi a Photio ordinati, et eorum causa discussa, in qua semper nominatur Zacharias, ut Photianus episcopus et ab eo ordinatus. Ζαχαρίας ὁ παρὰ Φωτίου χειροτονηθεὶς Χαλκηδόνος μητροπολίτης εἶπεν, etc. *Zacharias Chalcedonensis metropolita a Photio consecratus dixit*, etc.; et infra : Τότε Μητροφάνης ὁ Σμύρνης πρὸς Ζαχαρίαν τὸν παρὰ Φωτίου χειροτονηθέντα Χαλκηδόνος μητροπολίτην εἶπε, πρὸς ἃ ἔφης ἀποκρινούμεθά σοι. Νόμοι, etc. *Deinde Metrophanes Smyrnensis metropolita Zachariam a Photio creatum Chalcedonensem metropolitam compellavit : Ad ea quæ disseruisti respondemus. Leges*, etc.; atque in his altercationibus hæc sessio protracta est. Ex quibus locis luce clarius apparet Zachariam Cophum, quem metropolitam Chalcedonensem a Photio consecratum scribit Nicetas, non esse Zachariam qui Tauromenitanus episcopus ab Anastasio appellatus est. Redeo igitur eo unde hæc est inita disputatio, unde colligit Piccolus Zachariam Tauromenitanum a Photio titulum archiepiscopi abstulisse. At fortassis ex eo quod ipse Nicetas cum de prima legatione agit, ita scribit, Ἐπιστέλλει τοίνυν Θεόφιλον ἐπίσκοπον τοῦ Ἀμορίου, καὶ Σαμουὴλ ἐπίσκοπον ἄχρις ἐκείνου τῶν Κωνῶν ὑπὸ Λαοδίκειαν τυγχάνοντα ἀρχιεπίσκοπον τετιμηκώς · hoc est : *Legat ergo Theophilum Amorii episcopum, et Samuelem qui ad illum diem Chonarum antistes Laodiceno subjectus, archiepiscopi honore dignatus est a Photio;* ergo, inquies, sicut Samuel, ita et Zacharias archiepiscopi titulo insigniri a Photio potuit. Sed quid est divinare, si hoc non est? Sane illud modo in hac disputatione contendo, nullo testimonio, nullo auctore, nulla historia, quæ scripta exstet, id affirmari ab Alberto Piccolo et ex eo a Pirri : et sane sicuti parum considerate scripsit Zachariam episcopum Tauromenitanum Cophum cognomento appellatum, ita sane temere ab eo proditum videtur archiepiscopi nomenclatura illum a Photio fuisse decoratum. Reliquum igitur est, ut ostendam, unde hic titulus episcopo Tauromenitano sit attributus. Id sane ab alio principio non deducam, et quidem satis cum ratione, quam ex quo idem Rocchus Pirri ostendit, unde archiepiscopi titulus S. Mamiliano Panormitano antistiti sit attributus jam inde a priscis temporibus, cum ab iis in marmore ejus monumenti legatur incisus. Unde, inquam, ille colligit : *Crediderim*, inquit, *eo non inepte referri posse, quod a D. Petro antistitem habuerit Panormus. Quis enim nesciat iis Ecclesiis quæ ab apostolorum temporibus suam repeterent originem, quæque Christi disciplinam tanquam parentes aliis tradidissent, peculiarem quempiam honorem habitum. Sane Rupertus abbas tom. II* De divin. Offic., *cap.* 27, : *Apostolorum, inquit, suc-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

meminit Theophanes imaginis divæ Virginis; cujus hæc verba : Ἅπαντες οὗτοι τοῦ χρόνου τὴν ἀρχὴν ἁγιάζουσιν· ὁ μὲν Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς εὐλογεῖ τὸν στέφανον ἐνιαυτοῦ. Ἡ δὲ διὰ τῆς σεπτῆς εἰκόνος τιμωμένη πάναγνος Δέσποινα μεσίτης πρὸς Θεὸν ἡμῶν γίνεται. Quæ sic nos ibi Latine interpretati sumus : *Ab his omnibus aliquid sanctitatis in hoc anni principium redundat : nam et Salvator noster Christus Jesus benedicit coronæ anni : et venerandæ imaginis religione culta Virgo purissima inter nos et Deum sequestra intercedit.* Hæc Theophanes : qui cum non appellet imaginem Dei Genitricis ἀχειροποίητον, quam cur non expresse nominarit, si de ea sermo erat, cum in aliis homiliis tanquam insigni quodam et de quo gloriabatur elogio eam designavit, nullam causam video : et ex altera parte, cum in Menæo legam eo die celebrari σύναξιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Μιασηνῶν, hoc est, *Synaxim seu celebritatem sanctissimæ Virginis Miasenorum*, haud certe liquet, et in ancipiti res versatur de Tauromenitanane imagine Theophanes loquatur, an de Miasenensi aliqua, ad quam conventus eo die primo Septembris celebraretur, uti hic Panormi consuetum est die secundo Julii ad beatæ Virginis, quam *Gratiæ* appellamus, imaginem, et ad alias alio tempore, et oppido hujusmodi imagines venerabiles agitari dies festi solent. Equidem, ut dixi, nec refellere conjecturam Octavii Caetani, nec affirmare, sed eam hominis auctoritate fultam in medio relinquere statui.

§ IV. *Dignitas et titulus archiepiscopi.*

Cum in omnibus fere mss. exemplaribus harum homiliarum, quæ in celeberrimis Europæ bibliothecis, Vaticana, Hispaniensi, Parisiensibus tribus asservantur, ex quibus vel integras homilias, vel earum elenchum transcriptum amicorum, qui litteris et litteratis fautores esse se professi sunt, opera nancisci potui, titulus archiepiscopi, vel auctoris nomini sit ascriptus, ubi nominatur auctor, vel solum in scriptis auctor archiepiscopi Tauromenitani appellatione, in quo omnia consentiunt, cum in nomine discrepent (de quo dicam Proœmio sequenti), non temere videtur illis abroganda fides; alioquin etiam omnis fides veterum monumentorum intereat, cum tamen doctissimi scriptores eam salvam ac firmam esse voluerint, qui in monumentis suis excusis illum archiepiscopi titulum non alia quam ex mss. fide et auctoritate acceptum ediderunt : cardinalis Baronius tom. IX, Jacobus Gretserus tom. II *De cruce;* Franciscus Turrianus lib. *contra Magdeburgenses hæret. pro canon. apostol.*, cap. 6; Antonius Possevinus in *Apparatu*, et alii quorum testimonia contulimus in fine horum Proœmiorum. Est igitur asserenda potius hæc Tauromenitanæ Ecclesiæ dignitas, quæ satis ampla est, utpote ab ipso S. Petro constituta, ut § II disseruimus, et a me quæ mea pars virilis est, ab omni erit subreptitii tituli nota et arrogantiæ calumnia vindicanda. Hanc enim notam impressam seu potius inustam illi video in Notitia Ecclesiæ Tauromenitanæ, quam edidit tom. II dom. Rocchus Pirri, abbas Netinus, de Siciliæ Ecclesiis sat bene meritus : sed non tam ab ipso hæc imposita nota quam ab Alberto Piccolo, qui illi imposuit : quo auctore scribit Pirri Zachariam schismaticum episcopum Tauromenii a Photio archiepiscopi nomenclaturam, quod esset opera male ab illo collata, et defensionis partium Photianarum pretium prius repensum. Sed unde hoc accepit Piccolus? quo producto testimonio id affirmat? Primum enim, si is ponatur episcopus Tauromenii fuisse Zacharias, qui cognomento dictus est Κωφός, id est *surdus*, certe is a Photio non titulum archiepiscopi pro sua Ecclesia accepit, sed metropolita Chalcedonis creatus; quod apertissime scripsit Nicetas David in Vita S. Ignatii, contra quem Photius tam pertinaciter acerbeque depugnavit, scriptor eorum temporum, qui omnia S. Ignatii certamina diligentissime fidelissimeque persecutus est : cujus historia initio *viii synodi* pro causa hac S. Ignatii et Photii celebrata impressa est. De Photio itaque sic scribit : *His ille omnibus procuratis, insana et sacrilega per Zachariæ Cophi manum, qui ab ipso Chalcedonensis metropolita creatus fuerat, et Theodorum translatum a Caria ad Laodicensem episcopatum in Italiam transmisit.* Ex his sane nullum subesse dubium potest quin Zacharias ille qui Cophus cognomento dictus est, non Tauromenii episcopus ante fuerit, sed nova Chalcedonis metropolitæ dignitate donatus. Atqui, inquies, ab episcopatu Tauromenitano promotus ad Chalcedonensem. Sed non hoc verbum χειροτονεῖν quo usus David, significare potest, sed vel designare episcopum, vel consecrare; quod ex ipsa ratione et etymo nominis quod manuum impositionem manifeste denotat, et ex aliis scriptoribus, Jacobo Gretsero, Joanne de la Cerda, Petro Arcudio, presbytero Corcyrensi, qui de ritu sacramentorum Græcorum volumen integrum scripsit, ita certum esse debet cuivis mediocriter Græce scienti, ut id probare sit opera abuti; et quæso, ab sequentibus verbis, quibus Theodorum translatum a Caria Laodiceam scribit, in quo usus verbo μετατιθέναι, non id certo certius apparet? Cum enim secundum expresse dicat translatum, et proprio utatur verbo, de primo certo accipiendum est fuisse creatum, quippe cum ut diversa scriptor ea tradiderit. Deinde apud Leunclavium *De jure Græco-Rom.* exstat caput de translatione Orientalium episcoporum, in quo omnes translati episcopi enumerantur, jam inde a S. Gregorio Nanzianzeno, qui ex Sasimis Constantinopolim translatus est, usque ad Gregorium Asbestam, qui ipsius schismatis Photiani causa, Nicæam ab ipso Photio translatus eodem Niceta Davide scribente; nec ulla in eo capite mentio translati Zachariæ. Est igitur tam manifestum Zachariam illum Cophum non archiepiscopi titulum, sed rem et digni-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tatem metropolitæ recepisse a Photio, ut dubitari merito non possit. Sed tamen in hac etiam erratum est in Zacharia a Piccolo, an Pirri dicam? quod episcopus Tauromenii Zacharias Cophus ab eo dicatur Zacharias ille qui episcopus Tauromenitanus Romam missus in causa Photii, similitudine nominis falsi sunt illi scriptores, non omnia penitus illius viii synodi acta scriptaque circumspicientes. Duo quippe Zachariæ fautores Photii fuere, duæ legationes Romam missæ. Prima est ea quæ refertur a Baronio anno 859 et in viii synodo, act. 1, in qua a legatis Romanæ Sedis interrogante senatu hæc responsa sunt : *Primitus missus est Arsabir legatus Michaelis imperat. et cum eo missi sunt quatuor episcopi* (*nomina eorum ignoramus*), *deferens secum et epistolam regiam significantem in se causam hæreseos imaginum, et in fine litterarum illarum ostendentem etiam expulsionem sanctissimi patriarchæ Ignatii.* Ad quem locum hanc notam adjunxit Anastasius Biblioth., ejus synodi scriptor et testis oculatus : *Urgente illos propositæ locutionis prosecutione, nomina episcoporum eis ad memoriam recurrere tam concite non potuerunt : quibus tamen nomina erant, Methodius metropolita Gangrensium, Samuel Conarum episcopus, Theophilus Iconii, et Zacharias Tauromenii pseudepiscopi, qui legationem et epistolas a Photio Sedi apostolicæ detulerunt.* Hæc Anastasius : ex quo vides nullo cognomine affectum Zachariam : et sane ex hac solum nota Anastasii hic Zacharias Tauromenii fuisse episcopus scitur ; et ab ea sumptum refert Baronius loco citato : nusquam vero alibi, ubi de hac legatione mentio fit, et Zacharias episcopus idem nominatur, Tauromenitanus ascribitur, ut in proœmio ejus synodi ab ipso Anastasio scripto, et in Vita S. Ignatii a Davide, qui solum meminit duorum, Theophili et Samuelis, cæteros omittit. Atque hi legati a Nicolao I pontifice Romano auditi sunt in basilica S. Mariæ ad Præsepe, sed non ad communionem admissi. Quod refert etiam Pirri ex Baronio loco jam supra memorato. Altera legatio est post illatam a Nicolao sententiam, et inflictum anathema in Photium, eumque exauctoratum Quæ causa fuit cur ira seu furore præceps Photius conciliabulum illud suum nefariorum episcoporum coegerit, quo conatus est Nicolaum pontificem excommunicare, ejusque conciliabuli acta per Zachariam Cophum in Italiam transmisit, ut diserte scribit Nicetas David loco jam supra relato. Sed adhuc evidentius discrimen inter duos Zacharias ostendam. Nam primus, qui prima legatione functus legitime ordinatus a S. Methodio patriarcha, qui S. Ignatio antecesserat : secundus a Photio illegitimo. Nam act. iv statim initio Baanes patricius retulit ad synodum his verbis : Εἰσὶν ἐπίσκοποι χειροτονείαν ἔχοντες τοῦ μακαριωτάτου Μεθοδίου Θεόφιλος, καὶ Ζαχαρίας οἱ τὸν Φώτιον ἀποδεχόμενοι · εἰ οὖν δοκεῖ εἰσελθέτωσαν εἰς τὴν ἁγίαν οἰκουμενικὴν σύνοδον. *Sunt consecrati a S. Methodio episcopi Theophilus et Zacharias qui cum Photio communicarunt : si videtur, ingrediantur ad S. œcumenicum concilium.* Exitus sessionis hujus fuit ut mendacio aperte convicti legati, affirmatique in suo schismate ejicerentur. At vero in iv sessione initio missi sunt episcopi a Photio ordinati, et eorum causa discussa, in qua semper nominatur Zacharias, ut Photianus episcopus et ab eo ordinatus. Ζαχαρίας ὁ παρὰ Φωτίου χειροτονηθεὶς Χαλκηδόνος μητροπολίτης εἶπεν, etc. *Zacharias Chalcedonensis metropolita a Photio consecratus dixit*, etc. ; et infra : Τότε Μητροφάνης ὁ Σμύρνης πρὸς Ζαχαρίαν τὸν παρὰ Φωτίου χειροτονηθέντα Χαλκηδόνος μητροπολίτην εἶπε, πρὸς ἃ ἔφης ἀποκρινούμεθά σοι. Νόμοι, etc. *Deinde Metrophanes Smyrnensis metropolita Zachariam a Photio creatum Chalcedonensem metropolitam compellavit : Ad ea quæ disseruisti respondemus. Leges*, etc. ; atque in his altercationibus hæc sessio protracta est. Ex quibus locis luce clarius apparet Zachariam Cophum, quem metropolitam Chalcedonensem a Photio consecratum scribit Nicetas, non esse Zachariam qui Tauromenitanus episcopus ab Anastasio appellatus est. Redeo igitur eo unde hæc est inita disputatio, unde colligit Piccolus Zachariam Tauromenitanum a Photio titulum archiepiscopi abstulisse. At fortassis ex eo quod ipse Nicetas cum de prima legatione agit, ita scribit, Ἐπιστέλλει τοίνυν Θεόφιλον ἐπίσκοπον τοῦ Ἀμορίου, καὶ Σαμουὴλ ἐπίσκοπον ἄχρις ἐκείνου τῶν Κωνῶν ὑπὸ Λαοδίκειαν τυγχάνοντα ἀρχιεπίσκοπον τετιμηκώς · hoc est : *Legat ergo Theophilum Amorii episcopum, et Samuelem qui ad illum diem Chonarum antistes Laodiceno subjectus, archiepiscopi honore dignatus est a Photio ;* ergo, inquies, sicut Samuel, ita et Zacharias archiepiscopi titulo insigniri a Photio potuit. Sed quid est divinare, si hoc non est? Sane illud modo in hac disputatione contendo, nullo testimonio, nullo auctore, nulla historia, quæ scripta exstet, id affirmari ab Alberto Piccolo et ex eo a Pirri : et sane sicuti parum considerate scripsit Zachariam episcopum Tauromenitanum Cophum cognomento appellatum, ita sane temere ab eo proditum videtur archiepiscopi nomenclatura illum a Photio fuisse decoratum. Reliquum igitur est, ut ostendam, unde hic titulus episcopo Tauromenitano sit attributus. Id sane ab alio principio non deducam, et quidem satis cum ratione, quam ex quo idem Rocchus Pirri ostendit, unde archiepiscopi titulus S. Mamiliano Panormitano antistiti sit attributus jam inde a priscis temporibus, cum ab iis in marmore ejus monumenti legatur incisus. Unde, inquam, ille colligit : *Crediderim*, inquit, *eo non inepte referri posse, quod a D. Petro antistitem habuerit Panormus. Quis enim nesciat iis Ecclesiis quæ ab apostolorum temporibus suam repeterent originem, quæque Christi disciplinam tanquam parentes aliis tradidissent, peculiarem quempiam honorem habitum. Sane Rupertus abbas tom. II* De divin. Offic., *cap.* 27, : *Apostolorum, inquit, suc-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cessores patriarchæ sunt dicti; Petri autem successor pro excellentia principis apostolorum, Apostolicus nominatur; qui autem ab eis (scilicet S. Petro aliisque apostolis) per provincias missi sunt, tam ipsi quam successores ejus archiepiscopi vocantur. Ita Rocchus Pirri ratiocinatur, et recte sane, nemo negarit : qua ratiocinatione quis mihi nisi sit perniquus, non concedat uti ad asserendam Tauromenitanæ Ecclesiæ archiepiscopi dignitatem, cum medio nullo intercedente à S. Petro fundata fuerit? Quin etiam quæ ipse disserit de dignitate Panormitanæ urbis, ad quam etiam referri ille titulus possit, quæque ex Baronio refert ad eam probandam, omnia facere pro Tauromenio possunt, cujus urbis dignitas quamvis Panormitanæ non par, attamen tam magna primis illis aureisque temporibus exstitit, ut ex Constantino imperatore ostensum est § I hujus Proœmii, ut merito illi hic titulus ascribi posse videatur. Advoco vero etiam ad eamdem Tauromenitanæ causam patrocinandam affines Syracusanam et Catanensem Ecclesias, quarum honorificos titulos archiepiscopi, quo Syracusanus antistes et metropolitæ, quo Catanensis ab eadem natalium suorum conditione natos esse censeo, quod altera S. Marcianum, altera S. Beryllum primos a D. Petro parentes et pastores acceperit : quanquam hos etiam venales titulos, et a Photio emptos, ob susceptam ejus in schismate adversus Ignatium et defensam causam arguit idem Piccolus citatus à Pirri part. I, cap. 26, et ex eo Pirri in Notitia Mess. Ecclesiæ tom. II, f. CCLXV; quanquam hic tom. III, in Notitia Syracusanæ et Catanensis pedem paulatim referre videatur iis pulsus argumentis quæ jam proferam. Sane non inficiar in ea tempestate naufragasse eos antistites, et Gregorium Asbestam Syracusanum facem fuisse illius belli, eumque in schismate contumacem animum obstinasse; Euthymium vero Catanensem prius quidem adhæsisse Photio, deinde pœnitentia facti compunctum, secessionem ab eo fecisse, et cum recte sentientibus in synodo, Act. 3, et aliis deinceps aggregatum. Quod vero ad titulos attinet haud scio qui hoc certo possit affirmare et scribere uterque scriptor, cum in synodo VII, quæ adversus Iconoclastas, imperantibus Constantino et Irene, sub Adriano I pontifice, celebrata est, ubi subscribuntur episcopi, expresse nominetur Stephanus Syracusanus archiepiscopus. Sic enim act. 4, in recensione episcoporum. Γαλατῶν ἐλάχιστος πρεσβύτερος, καὶ ἐκ προσώπου ἀρχιεπισκόπου Σικελίας; ἀσμένως, etc. Cui respondens Latina nominat Stephanum, quæ Græca suppressit *Gabato exiguus presbyter, et ex persona Stephani archiepiscopi Siciliæ libenter omnia*, etc. At vero 1° etiam in Græco textu, Γαλατῶνος πρεσβυτέρου καὶ τὸν τόπον ἐπέχοντος Στεφάνου ἐπισκόπου Συρακουσίων. *Galatone presbytero, et locum tenente Stephani episcopi Syracusani.* Non fugerunt hæc loca Piccolum, sed eorum vim et auctoritatem conatur effugere, et in suspicionem erroris textum adducere. Sed nugæ : quas hic non referam; refert enim Pirri, qui cum in ejus inclinet opinionem, tamen aperte fatetur non posse elevari testimonii hujus auctoritatem : nam quod est effugium Piccoli, et commentum, nimirum act. 2, Galatonem dici aperte locum tenere Rhegii; unde ipse censet archiepiscopum Siciliæ Rheginum dici veteri more, quo Calabria Sicilia nuncupata est, et cum Stephanus act. 4 legitur, substituendum pro eo Constantinum, omnino evanescit. Nam illa act. 2 non Γαλατῶν, *Galato*, ut in prima scribitur, sed Γαλάτιος, et Latine vertitur *Galata;* unde si in his minutiis aliquid momenti ponendum est, ansam habemus colligendi alium fuisse, adeoque conjecturam illius alia nostra retundimus. Et act. ipsa 4, in qua mendum suspicatur Piccolus, et substituendum pro Stephano Constantinum vellet, reperitur adesse Constantinus : quem ille locum fortasse dissimulavit, quod in Latina versione dicatur Chii, non Rhegii : atqui miror non animadvertisse in margine emendationem vocis *Chii*, et repositam *Reghii :* et hominem Græce scientem, non legisse in Græco sine ullo asterisco ad Rhegii vocem Κωνσταντῖνος ὁ ἀνάξιος ἐπίσκοπος τοῦ Ῥηγίου ἀσμένως, id est, *Constantinus indignus episcopus Regii libenter*, etc., et demum act. 7, jugulatur Piccoli conjectura cum ibi dicatur Galato vicarius Stephani episcopi Syracusani, et in eadem act. adfuisse Constantinum episcopum Rhegii constat; quod optime vidit Pirri, ideoque, ut dixi, minus assentitur Piccolo. Sed quod apertius testimonium quam epistola Nicolai I pontificis ad Photium et imperatorem Michaelem scripta, in qua cum illi Syracusanam Ecclesiam suæ ditionis in perpetuum facere, cum Gregorium divulsissent, conarentur, respondet Nicolaus : *Inter ista et superius dicta volumus, ut consecratio Syracusani archiepiscopi nostra a Sede impendatur, ut traditio ab apostolis instituta nullatenus vestris temporibus violetur.* Hæc Nicolaus : ex quo quis non videt archiepiscopi nomen Syracusano antistiti non solum a Photio non fuisse affictum, sed a Romano pontifice donatum? An enim unquam pontifex Syracusanum archiepiscopum nominaret, cum ad schismaticos scriberet, si is titulus recens, et venalis, et malis artibus ab ipso Photio et imperatore fuisset acquisitus? Credat id qui velit, mihi sane persuadere nemo poterit. Quid vero dicent ad alium locum epistolæ ejusdem Nicolai I pontif. ad Michaelem imperatorem, in qua Ignatium patriarcham Constantinopolitanum et comministrum suum appellat, in qua præcipit ut Ignatius et Photius et aliquot ex iis qui cum Gregorio Syracusano erant, ad se veniant, et præterea addit : *Mittantur etiam de parte Ignatii archiepiscopi* quidam Antonius Cyzici, Basilius Thessalonicæ, Constantinus Larissæ, Theodorus Syracusanorum, Metrophanes Smyrnæ : et fuerat hic Theodorus (quem alii eum-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dem Theodosium nominant, quod parum ad meam quæstionem interest) in locum Gregorii Asbertæ substitutus ab Ignatio patriarcha, qui ipsum Gregorium deposuerat : atqui illum inter archiepiscopos aperte recenset Nicolaus I, nunquam id facturus, nisi eam dignitatem ratam haberet, utpote antiquitate jam ipsa confirmatam, non vero ex Gregorio in successores derivatam, ut Piccolus autumat. Et quidem ex hujus epistolæ auctoritate convictus, et sua sententia cadere coactus Pirri, pedem honeste refert, et modo non expresse retractat quæ tom. II locis citatis de hac nomenclatura dixerat, Piccolum sequens. Quod idem in Catanensi episcopo ei contigit; cum enim Euthymium Catanensem modo metropolitam, modo archiepiscopum in synodo VIII, in qua Ignatius legitimus patriarcha restituitur, sub Adriano II, pontifice et Basilio Macedone imperat. celebrata, nominari, et inter metropolitas consedisse videat, non rejectos, imo approbatos eos titulos a summo pontifice, fateatur necesse est, et fatetur quidem eos antiquiores fuisse Photianis temporibus. Redeo igitur eo unde suscepta disputatio cum Syracusanum et Catanensem antistites, quos ad contestandum archiepiscopi titulum Tauromenitano advocatam, legitime etiam iis dignitatis insignibus decoratos fuisse comprobarim, in eoque suffragari mihi et veritati compulerim ipsum Pirri : neque vero initium hujus appellationis certo constet, jam inde a primordio eam illos prærogativam obtinuisse verisimile est, quod a B. Petro sint constituti : quod idem de Tauromenitano affirmaram. Cæterum enim, quod non semper eo titulo decorentur in subscriptionibus conciliorum, præsertim synodo VII contra Monothelitas, in qua primo loco inter Siculos subscribitur Syracusanus episcopus, et item in litteris B. Gregorii aliisque monumentis, id nullius est momenti, cum etiam ipsi patriarchæ, et ipse summus pontifex episcopi simpliciter sæpe appellentur. Solum enim illud contendo nunquam eos archiepiscopos, nec semel quidem appellandos fuisse, præsertim a summo pontifice, et in conciliis, ut de Syracusano et Catanensi jam ostendi, nisi eo titulo jure potirentur. Cæterum inferiori nomenclatura prout libebat scribenti sæpius sine dignitatis diminutione antiquioribus illis sæculis potuisse appellari; quod idem de Tauromenitano dictum velim. Si quis objiciat eum nunquam ante Photii tempora archiepiscopi nomine affectum fuisse; id non arguit necessario a Photio fuisse cognomen impositum. Quod si cui vero similius videatur Tauromenitanum archiepiscopum nunquam alios habuisse sibi subjectos episcopos, neque archiepiscopi aut metropolitæ legitimum jus in aliquos Siciliæ episcopos tanquam suffraganeos obtinuisse et exercuisse, quod de Syracusano contendit, et facta temporum partitione probat Pirri, censetque omnes, saltem D. Gregorii tempore, Siculos episcopos Romano pontifici et non alteri proxime fuisse subjectos, cum tamen, ut jam vidimus, archiepiscopi titulum tum Syracusano, tum Catanensi denegare non possit, id etiam libenter de Tauromenitano concesserim, modo honorarium archiepiscopi titulum ob prærogativam jam commemoratam, legitimum, non adulterinum fuisse concedant.

PROŒMIUM SECUNDUM

ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΟΝ,

COMPLECTENS DE THEOPHANIS CERAMEI VITA CONJECTANEA.

§ 1. ***Theophanes alii qui per eadem tempora vixerunt a Theophane Cerameo secernuntur.***

Quod sub finem Præfationis ad Lectores promisi, jam hoc secundo proœmio præstabo, ut ex variis harum homiliarum lineis seu lineamentis, in quibus velut in speculo auctoris imago reflexa sese objicit nobis, vitam adumbrem, si minus vivis coloribus deficiente historiarum luce possim exprimere; nec sane id sine multorum scriptorum exemplo et auctoritate præstabo. Consuetum multis fuit ex operibus scriptis auctorum ipsorum vitam ac mores exscribere; id se facturum in conscribenda Vita Gregorii Nazianzeni profitetur Gregorius presbyter: Ἔπειτα ὅτι μηδέ τις τὰ κατ' αὐτὸν ἡμῖν γεγραφὼς καταλέλοιπεν, ἀλλὰ σποράδην ἐκ τῶν αὐτοῦ συλλέξας λόγων τὰ κατ' αὐτὸν μιμοῦμαι τοὺς λιθολόγους οἳ κατὰ σμικρὸν τὰς ψηφῖδας συνηθροικότες εἰς μίαν οἴκου συμπλήρωσιν ἅπαντα συναρμόζουσιν, ἀρχὴ δὲ τῶν, etc. Hoc est, interprete Jac. Billio : *Deinde quia nec illius Vitam quisquam litteris consignatam nobis reliquit, verum ipsius vita ex ipsius scriptis sparsim collecta, latomos imitor qui posteaquam lapides paulatim aggesserunt, ita demum ad unam eamdemque domum construendam et absolvendam eos omnes accommodant.* Idem affirmat Symeon Metaphrastes efficiendum his verbis : *Magnus hic Gregorius Theologus vitam ipse suam exposuit in iis funebribus orationibus, quibus Basilium Magnum, Gregorium patrem, Cæsareum fratrem, et Gorgoniam sororem ornat. Ac proinde, qui Vitam illius con-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

scripserunt, non aliunde quam ex ipsius operibus dicendi argumentum acceperunt. Atque hæc de Gregorio. Porro S. Hieronymi Vitam Marianus Victorius ex ipsius scriptis monumentis compilavit et ut cæteros antiquiores omittam, quorum vel longum catalogum possem contexere, ex recentioribus nostræ Soc. Dionysius Petavius Synesii episcopi Ptolemaidis, cujus opera omnia in lucem luculenta sua interpretatione notisque illustrata Græce simul edidit et Latine, Vitæ ejus magnam partem ex ipsius epistolis cæterisque operibus composuit. Theophilus Raynaudus, itidem Soc. nostræ; Idiotæ, scriptoris piissimi, quem integrum postrema editione sua in lucem protulit, cum antea bona sui parte mutilatus exstaret Vitam ex ipsismet Contemplationibus pervestigavit: qui quidem vir nulla alia ex historia ac ne nomine quidem proprio, quod celare studio voluit, cognitus nobis est. Eodem igitur pacto Theophanem hunc Cerameum, hominem sane novum ex ipsiusmet sermonibus, quos in lucem prodo, nobilem conabor efficere. Ac primo quidem, quoniam multi ejusdem sæculi, ac ferme ætatis ambitu insignes qua litteris, qua sanctitate viri cognomine Theophani floruerunt, operæ pretium est nostrum ab iis distinguere, ne lectoribus minus in historiarum temporum ratione exercitatis confusio oboriatur. Atque ut eam ὁμωνυμίαν expedirem, maxime impulsus sum, ubi legissem in Bibliotheca magna Patrum edita Coloniæ hunc Theophanem scriptorem homiliarum cum Theophane historico confundi. Nam tom. IX, sæculo itidem IX, in quo duæ homiliæ Theophanis hujus Ceramei ex editione Jacobi Gretseri, tom. II, *De Cruce* translati describuntur, hæc in earum inscriptione leguntur; *Theophanes Cerameus Tauromeniæ in Sicilia episcopus scripsit: Annales a Diocletiani temporibus usque ad Michaelem imperat. qui necdum sunt editi. Diversus fuit ab auctore* Historiæ miscellæ *Pauli Diaconi, de quo plura habentur ab Henrico Canisio annotata ante prædictam historiam præcedente sæculo octavo. Scripsit præterea homilias in evangelia Dominicalia, et aliquot festa totius anni, quæ servantur mss. Venetiis, et alia necdum edita.* Distinguuntur igitur conditores illius Bibliothecæ Magnæ Theophanem historicum ab auctore *Historiæ miscellæ* Pauli Diaconi; sed deinde unum eumdemque faciunt Theophanem historicum atque Cerameum scriptorem homiliarum. Quo ad primum attinet, recte habet: nam Theophanem historicum diversum esse a Paulo Diacono sive auctore *Historiæ miscellæ*, multis comprobat Canisius tomo illo VIII, citato Biblioth., ostenditque impositum fuisse Baronio, magno in *Annalibus* conserendis viro, qui cum multa ac sæpe ex Paulo Diacono testimonia in eos confert, vult illa esse ex vero Theophane qui falso Paulus Diaconus nominetur. Sed secus habet, inquit Canisius, verus Theophanes auctor historiæ non est ille Paulus Diaconus; namque hoc nomen falso illi tributum: alia est Pauli, alia Theophanis historia, nondum quidem in lucem edita; sed eam promittit Canisius, et pluribus hunc errorem detegere pergit; cujus rationes legendæ apud ipsum, neque enim nostri negotii est eas hic prosequi. Quod autem ad nostrum Theophanem spectat, eum esse omnino alium a Theophane historico, patet ex ratione temporum quibus vixerunt scripseruntque: patet ex ratione vitæ et mortis illius historici. De hoc enim ita scribit Joan. Curopalates ipso suæ historiæ initio. *Theophanes confessor, et Agri dux* (hoc est ἡγούμενος *hegumenus*, quod idem ac abbas) *accuratius a se percursos historicos libros in compendium item redegit. Verum Georgius* (fuit hic monachus, Tarasii patriarchæ syncellus, item historicus) *ab orbe condito facto initio in tyrannos Maximianum ejusque filium Maximinum desiit: Theophanes vero illius fines sibi proprio instituto principio reliquisque temporibus breviter descriptis, cum ad Nicephori imperat. obitum pervenisset, ibi suæ finem narrationi imposuit.* Hæc Curopalates, ex quo vides Theophanem historicum, qui a Maximiano, ubi Georgius desiit (idem est autem dicere a Diocletiano, ut habet Bibliotheca Magna) fuisse abbatem, et ad Nicephorum historiam perduxisse. Anastasius Bibliothecarius, qui in Latinum vertit historiam Theophanis, hunc eumdem, quem diximus ex Curopalata, monachum et abbatem Agri miraculisque clarum extitisse his verbis scribit: *De altero* (nempe Theophane) *quid dicam, cum et ejus conscripta Vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditus crucem suam tulerit, qualiter secutus Christum abbatis in monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscarit, et circumquaque regiones, his qui prope et his qui longe sunt clament.* Hæc Anastasius de Theophane historico. Obitum autem ejus sub Leone Armeno, Iconomacho anno ejus imp. 4, ob defensionem SS. imaginum contigisse narrat Cedrenus, et ex eo Baronius ad annum Christi 814, ex quo hæc accipe: *Cum autem Proconnesum abduceretur Nicephorus* (fuit hic patriarcha C. P. qui subscribere impio edicto Leonis Armenis contra SS. imagines non sustinuit eaque causa ab eo multatus exsilio), *Theophanus confessor Magni Agri præfectus eum navigio prætervehi divino instinctu sentiens, cum in parte prædii quadam ipse ageret, suffitu et cereis prosecutus est, sed et Nicephorus intentis manibus vicissim Theophanem salutavit flexisque genibus tum eum veneratus benedixit: cum quidem neuter alterum videret, sed acie mentis se mutuo cernentes dignum invicem honorem exhibuerunt. Et cum quidam unæ navigantium quæreret quemnam manibus ita in sublime elevatis salutaret, sanctissimum Theophanem confessorem respondit: Agri præfectum, qui nos facibus et suffitu excepit. Neque multo post exitus veram Nicephori prædictionem ostendit: nam mox cum multis aliis Theophanes quoque ab Ecclesia ejectus, infinitisque vexatus modis, confessoris coronam deportavit.* Hæc Cedrenus, quæ non potui in breviorem summam colligere; fuerunt autem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

necessaria, ut liquido intelligeretur Theophanem historicum, abbatem Agri, eumdem esse qui sub Leone Armeno exsilium pro causa SS. imaginum, et in eo mortem oppetiit, atque adeo longe diversum a Theophane nostro qui, deleta penitus hæresi Iconoclastarum, adversus quos jam damnatos ipse homiliam habuit, quæ est ordine XX, sub Basilio et Leone, ut ostendam suo loco, vixit; atque adeo error in Bibliotheca illa corrigetur: itidemque in Sebastiani Corderii catena SS. Patrum in Lucam, ubi Theophanem citat eodem elogio sive inscriptione desumpta ab illa Bibliotheca, iisdemque relata verbis. Jam vero ab utroque etiam diversus est Theophanes alius præfectus monasterii Sigriani qui post dirum per biennium toleratum carcerem, deportatus in insulam Samothraciam, illic obiit mortem confessionis gloria insignis. Agit de eo Baronius ad annum Christi 816 admonetque lectorem de distinctione utriusque Theophanis, prioris illius qui primo Leonis, et posterioris qui tertio ejusdem anno obiit pro ejusdem causæ patrocinio: qui secundus etiam Isaacus dictus: eadem vero ratione patet Theophanem hunc Isaacium a nostro esse distantem. Tertius Theophanes proprior est ævo nostri Theophanis: ille, inquam, qui cum Theodoro et *sanguine et insigni virtute* germano in monasterio S. Sabæ enutritus, cum postea pro SS. imaginum cultu adversus Leonem Armenum strenue decertaret, ejus jussu verberibus cæsus in exsilium ejectus est; sed eo mortuo rursus Theophilo imperat. eadem hæresi detento constanter resistens, verberibus iterum et exsilio affectus: in quo cum Theodorus exspirasset in carcere, Theophanes, pace demum Ecclesiæ reddita, factus a S. Methodio Nicææ metropolita, in sui muneris pastoralis functione excessit e vita. Hæc ex Martyrologio Romano potissimum descripsi ad Theophanis Nicæni prodendam notitiam. Plura de iis SS. fratribus alii; scriptores rerum Orientalis imperii, Cedrenus Curopalates, Zonaras, Glycas, Manasses, Menologia Græcorum, Baronius, ex quibus etiam proditum est, eorum frontibus non sine magno cruciatu iambos inscriptos, ut tanquam litterati servi traducerentur; cruciatum atque etiam iambos referunt auctores relati. Hunc Theophanem martyrem auctorem facit epistolarum quæ sub Theophanis Nicæni episcopi nomine exstant Consalvus Ponce qui, eas Latine interpretatus, additis notis, in lucem edidit, quas nos omnes perlegimus. Ad rem igitur. Cum hic Theophanes S. Methodii tempore obierit, tunc Theophanes Cerameus, qui postea Tauromenitanus episcopus creatus est in monasterio S. Andreæ, ut jam suo loco dicam, degebat, nondum ad episcopi thronum evectus; nam ab excessu S. Methodii, qui contigit anno supra octingentesimo quadragesimo septimo, usque ad nonagesimum, quo Theophanes noster senectutem agebat, intercedunt anni quadraginta tres. Verum ex hac subducta temporum ratione, non repugnat Theophanem illum qui præsens fuit in translatione corporis S. Nicephori patriarchæ Constantinopolitani quod refert Baronius ad annum 845, nec solum spectator, sed et scriptor ejus Vitæ, et laudator pro concione in ea celebritate fuit, eumdem esse ac Theophanem Cerameum: non, inquam, ratio temporum obstat, sed obstat quod ille scriptor presbyter dicatur fuisse a Baronio, noster monachus antea exstiterit, cum episcopus fuerit: quod supra constanter requisitum a Græcis ostendi § II: deinde cognomen τοῦ Κεραμέως affixum usque nostro satis eum a quovis alio videtur discernere. Ex quo etiam certum est mihi plane alium esse Theophanem nostrum ab illo qui, ut idem Baronius refert, vixit tempore Basilii Macedonis; regius ejus clericus sapientiæ nomine eidem Charus imperatori, qui fraudes Photii promovit, cum librum de imperatoris genealogia scriptum imperatori oblatum, a solo tamen Photio intelligi posse mentitus est. Quamvis enim conveniant tempora, tamen cum clericus dicatur ille fuisse, et quidem aulicus, noster autem vel episcopus Tauromenitanus eo tempore jam initiatus esse debuerit, vel adhuc monasticam vitam in cœnobio S. Andreæ in Sicilia, sive etiam alibi, cum ex monachis apud Græcos, ut supra dixi, eligerentur episcopi, plane mihi persuasum est alium esse Theophanem illum clericum ab episcopo Nostro; et sane pietati ac virtutum perfectissimæque vitæ studio quod Noster his sermonibus præfert, quodque nos fusius explicabimus § VIII et IX, duplici illi ac versuto ingenio voluntatique decipiendi Theophanis clerici repugnant. Hæc habui, quæ partim certis temporum argumentis, partim conjecturis ex iisdem temporibus et studiis vitæ desumptis afferrem de distinctione eorum qui Theophanis nomine insignes a Nostro diversi existimandi sunt. Nihil porro eorum quæ studio adhibito comperi, elatum esse lectorem volui, ut quam sana et integra fide hæc proferam conjectanea, quivis intelligat.

§ II. *Duplex nomen auctoris homiliarum: unum cognomen*, CERAMEUS.

Distinxi hactenus ὁμωνυμίαν Theophanis, in hoc paragrapho erit περὶ διωνυμίας seu potius πολυωνυμίας conjectandum. Etenim quod in multis aliis veterum Patrum monumentis usuvenit, ut pluribus inscripta auctoribus eadem ad posteros transmissa sint, ut de sermonibus Eusebii Emiseni, et Eucherii, et Maximi, et Ambrosii, Augustini, et Fulgentii, adverterunt qui in iis perlustrandis operam posuerunt; præsertim vero eminentissimus eorum lector et censor cardinalis Bellarminus in opere *De scriptoribus eccles.*, ita et in his homiliis quas damus in lucem. Eædem enim et Theophani, et Gregorio, quin et Philippo sunt attributæ: quorum priorum cognomen idem unumque est Κεραμεύς, tertii Κεραμίτης; quod quanquam diverso flexu, idem tamen cognomen est sensu; et *Figulum* Latine interpretatum dicitur; sed de hoc tertio erit nobis sermo postre-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πολλοῦ γεγόνασι. *Civitates vero, quas in sua Italiæ Siciliæque peregrinatione Pythagoras vicinis servitute alias quidem antiquitus, alias vero recenter oppressas invenit, eas libertatis studio replens per suos auditores, quos ex unaquaque earum sectatores habebat, in pristinam asseruit libertatem, Crotonem scilicet et Sybarim, Catanam, Rhegium, Himeram, Agrigentum, et Tauromenium, et quasdam alias, quibus leges per Charondam Catanæum, et Zaleucum Locrum tulit, earumque causa dignæ apud finitimos ad longum usque tempus habitæ sunt, quarum æmularentur instituta.* Atque hæc pertinent ad Tauromenii antiquitatem, cui non minimum adjecere decoris duo nobilissima virorum paria; quorum alter in historia cum ipsa prope nascente patria floruit Timæus, Andromachi conditoris filius, de quo testimonium exstat M. Tullii, lib. II *De orat. : Timæus longe eruditissimus, et rerum copia, et sententiarum varietate abundantissimus, ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit.* Meminit de eodem idem Tullius lib. v, Epist. ad Lucium. Meminit Plutarchus in *Nicia*, de historiis ab eo conscriptis : testatur hæc Dionysius Halicarnasseus, lib. I *Antiquitatis.* Τιμαίου τοῦ Σικελιώτου τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱστοριῶν ἐν ταῖς κοιναῖς ἱστορίαις ἀφηγησαμένου, τοὺς δὲ πρὸς Πύρρον τὸν Ἠπειρώτην πολέμους εἰς ἰδίαν καταχωρίσαντος πραγματείαν. Hoc est interprete Dionysii Sigismundo Galeno : *Timæus Siculus res priscas complexus universali historia, Pyrrhi Epirotæ bellis privatim dicato volumine.* Sed nihil hujus insignis historici ad nostram ætatem pervenit. Alter Tauromenitanus in historiis memoratus Phileas est in re mechanica præcellens, Archimedi Syracusano σύγχρονος, de quo Athenæus, lib. v Δειπνοσ., ubi de navi Hieronis, regis Syracusarum, ipsius Archimedis molimine constructa, ejusque malo omnium maximo : Κατήγαγεν δὲ αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν Φιλέας ὁ Ταυρομενίτης μηχανικός. *Deduxit eam in mare Phileas Tauromenitanus mechanicus.* Jam vero situs Tauromenii admirabilis est, et natura magis quam arte munitus : ut non mirum esse videatur, si a Saracenis, nisi per insidias capi expugnarique potuerit, eaque postrema fuerit urbium clarissimarum clades. Est enim mons ipse in quo situm est et arduus et ascensu difficilis utroque ex latere, quod et nos ipsi oculis nostris suspeximus et peragravimus, verumque esse cognovimus quod de eo etiam Appianus tradit esse asperrimum visu et acutissimis undique præfixum præruptumque saxis. Urbs vero in illis mediis Alpibus, dicam potius quam alpestribus rupibus, et intercisis posita, et ab iisdem circummunita et obvallata est : quarum alias, qua orientem spectat, infra se habet ad mare depressas; alias, qua occidentem, cœlum ipsum contingentes, ut poetice dicam, eique minantes, in quarum vertice exstat arx et oppidulum Mola, tota Sicilia notissimum, quod eo damnati homines facinorosi deportentur, ut tradit Fazellus, cui subest arx Tauromenii inferior, ita ut molibus a mola devolutis opprimi haud difficili negotio possit. Cæterum Tauromenitanum cœlum lætum ac salubre est; prospectus ab oppido in Mamertini freti et maris Ionii latissimum æquor, oppositosque Brutiorum montes, jucundissimus : agri etiam planities amœnissima; cannæ mellitæ, et vini apud veteres, teste Plinio, celebratissimi feracissima, ut non immerito eam regionem inter cæteras elegerint Romani quo colonias deducerent, quod Julio Cæsare rerum potito, et Tauromenii amplificandi studioso factum, ut Diodorus ejusdem temporis scriptor est testis. Et sane eorum magnificentiæ opera videntur esse, quod ab initio dicebam, theatrum lateritio opere constructum, quod magna ex parte integrum exstat, quæ sors haud scio an aliis veteribus Siciliæ monumentis obvenerit : idque ego non sine animi voluptate oculis ac pedibus non semel dimensus sum doluique et questus sum apud cives, ex ea lateres ad alia nova ædificia substruenda subinde exscindi; quo fiet, ut paucis post annis, ingens illud monumentum Tauromenitanæ amplitudinis funditus concidat. Itidem ejusdem admirandæ potentiæ opera sunt stagna seu cisternæ subterraneæ duæ concameratæ, quarum altera octo quadratis cementitiis suffulta columnis; altera vero pene prostrata et afflicta temporum injuria cernitur. Aquæductus item veteres ibi visuntur; et alia demum monumentorum in primisque Achegeti templi vestigia, et sepulcra non pauca, quam vel ambitu magna (nam quota pars illius hodie restat?) vel magnificentia nobilis, vel numero civium celebris fuerit civitas, ostendunt. Atque hic ejus splendor etiam usque ad Saracenicam tyrannidem, nimirum toto imperii Græcorum tempore usque ad Leonis Sapientis ævum, sub quo expugnata fuit, mansisse videtur. Nam Constantinus Porphyrogeneta, ejus filius, qui *De thematibus imperii* libellum scripsit, lib. II, in themate Siciliæ hæc tradit, quæ primam hanc proœmii partem de Tauromenii statu politico ita claudat, et sigillum sit dictorum omnium honorificentissimum, et ipsius imperatoris annulo impressum, ne dicam digito scriptum : Ἔχει δὲ πόλεις ἐπισήμους τήν τε Συράκουσαν, καὶ τὸ καλούμενον Ταυρομένιον, καὶ αὐτὴν τὴν Ἀκράγαντα, καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις τὰς μὲν ἠρημωμένας παρὰ τῶν Σαρακηνῶν. Τὴν μὲν οὖν Συράκουσαν ἐπὶ Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως παρέλαβον οἱ Σαρακηνοί· τὸ δὲ Ταυρομένιον ἐπὶ Λέοντος τοῦ Σοφωτάτου. *Cæterum insignes urbes habet Syracusas, et Tauromenium dictum, ipsumque Agrigentum, et cæteras civitates, partim desolatas, partim Saracenis occupatas. Syracusas certe sub Basilio imperatore percelebri ceperunt Saraceni, Tauromenium vero sub Leone imperatore Sapiente.*

§ II. — *Status ecclesiasticus Tauromenii.*

Tauromenitanam Ecclesiam antiquitate et dignitate cum primis et primæ antiquitatis Ecclesiis Siciliæ componendam nemo vocarit in dubium, modo

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ejus primordia reputet; nimirum a S. Petro apostolorum principe fundatam, misso ex Oriente Tauromenium S. Pancratio, primo ejus episcopo, ab ipsomet S. Petro consecrato, extra controversiam est. Testatur Martyrologium Romanum 3 Aprilis; card. Baronius in notis; Niceph. lib. III, c. 35, et noster Theophanes hom. de S. Pancratio; quin ex fide quæ penes Simeonem Metaphrastem est, *Orat. de SS. Petro et Paulo*, ejusdem S. Petri vestigiis impressis ea ecclesia sanctitate et honore aucta et stabilita est; siquidem festum ex itinere apostolum hospitio excepit, ipso S. Pancratio illi obviam summis amoris significationibus procedente. Sed de S. Pancratio ejusque actis ac martyrio Tauromenii obitis nonnulla refert ex Gallicano Breviario excerpta D. Rocchus Pirrus in notis *Tauromenitanæ Ecclesiæ*, apud quem etiam plura ad hanc Ecclesiam spectantia leges. Nos sat habemus, ut synopsim quamdam ejus Ecclesiæ hic præmittamus, prout nostrum institutum postulat, summa perstringere capita. S. Pancratio successit Evagrius ejus discipulus; Evagrio S. Maximus, ambo a S. Petro consecrati episcopi, primus Romæ, cum esset legatus eo missus a S. Pancratio; secundus Tauromenii, cum ibi ex itinere moraretur. De priore testatur *Gallicanum* Breviarium, quod ego cum essem Tauromenii, oblatum a civibus, legi: ex quo itidem Pirrus in sua notitia secundo loco post Pancratium statuit Evagrium. Testimonium Breviarii producimus ad homiliam de S. Pancratio (*homil.* LVII), nota 13; posterioris, hoc est S. Maximi, Metaphrastem habeo auctorem loco citato. Hujus S. Maximi anniversariam Tauromenitana Ecclesia memoriam colit pridie Idus Januarii. Post Maximum Nico præfuit Tauromenio, qui cum centum nonaginta novem discipulis suis, Decio imperatore Christianæ fidei testimonium dedit morte. Post hos multi ex epistolis pontificum et synodis cum provincialibus tum œcumenicis Tauromenitani episcopi colliguntur. Nam S. Leo pontifex epistola quam ad universos Siciliæ episcopos scripsit circa annum 447, Tauromenitani mentionem facit, sed nomen non exprimit. Post Romanæ synodo sub Symmacho papa celebratæ interfuit Rogatus, Tauromenitanus episcopus; Victorini et Secundini episcoporum meminit D. Gregorius epistola ad Petrum subdiaconum, circa annum 649; Justus ad concilium Lateranense venit Martino pontifice et Constante imperatore; ad œcumenicam synodum VI Constantino tertio contra Monothelitas convenit cum cæteris Petrus episcopus Tauromenitanus; septimæ vero, quæ fuit Nicæna II, contra Iconomachos, Constantino cum Irene matre impp., Joannes interfuit. Post hos legitur Zacharias Tauromenitanus episcopus, seu potius pseudepiscopus, ut in notis Anastasii Bibliothecarii legitur ad concilium VIII, qui Photii partibus favit: sed an hic sit idem atque ille Zacharias qui cognomento Cophus sit dictus, ut Pirri scriptum reliquit, et an archiepiscopi titulo auctus a Photio fuerit pseudopatriarcha Constantinop., disputabimus infra, § III. Huic Zachariæ, jam in synodo VIII œcumenica depositio ut schismatico, nec pœnitenti, successit Theophanes Cerameus consecratus tempore ipso compositi schismatis et pacis restitutæ Ecclesiæ Orientali, quod evidenter ostendemus proœmio II, § IV et VII; nostro autem Theophani subrogatus videtur S. Procopius, qui anno Christi 903, Leonis imperat. XXVI, sub Abracheno Africano Saracenorum rege invadente et occupante Tauromenium, quod postremum fuit in Siciliensi illa clade atque pernicie captum oppidum; ille, inquam, S. Procopius martyrium passus est: quod habetur ex Vita ejusdem S. Procopii, quam Joannes diaconus Neapolitanus intexuit in ea narratione qua translationem corporis S. Severini ex Lucullano castello per occasionem timoris de eorumdem Saracenorum incursione coorti describit. Eam legi in monumentis mss. P. Octavii Caetani, quæ tamen adhuc sub incude tornantur. Hæc Ecclesia Tauromenitana de episcopali simul et politico florente statu decidit; sed profecto decuit, ut quæ fuerat martyris S. Pancratii primi pastoris sanguine initiata, ea esset et postremi itidem sanguine consignata. Nec vero inter primum et postremum pastores, qui animam suam pro ovibus profuderunt, ovium ipsarum cum lupis, vel ethnicis, vel Saracenis Christiani nominis hostibus non spectata certamina: etiam decoro civium suorum sanguine conspersa et ornata, ut aliæ multæ, Ecclesia Tauromenitana. Ostensæ mihi sunt Tauromenii plenæ ossibus capsæ duæ, quæ multis ante annis in agro Tauromenitano non sine divinis miraculorum testimoniis inventa erectaque sunt, vel recenti adhuc sanguine tincta, et ipsis etiam mortis instrumentis confixa: sed quorum martyrum, cujusve temporis illa sint nondum compertum ab ipsis, nec ab Romano pontifice sancitum. Cæterum ex historiis aliis, ac tabulis et monumentis hæc colliguntur. Sub ipsum Ecclesiæ exortum, magistri et antistitis sui Pancratii documentis instructæ, exemploque confirmatæ, SS. mulieres Æsia Susanna et Zenais, de tyranno ac sexu muliebri morti occumbentes triumpharunt. Cum S. Nicone itidem episcopo, quem quarto supra recensuimus loco, cæsi sunt, Decio exercente tyrannidem, ducenti uno minus, qui triumphanti duci suo latus stiparent, eadem laurea redimiti; quod ibi etiam attigimus. At ex Diocletiano imperatore SS. Sperus et Cornelianus cum sociis sexaginta eamdem retulere palmam. Nec vero S. Procopio postremo episcopo et martyre socios abfuisse crediderim, in illa immanissima strage, quam Saraceni, Christianæ religionis infestissimi hostes, ejusdem causa dederunt, jam capto Tauromenio, quorum fortasse sacra λείψανα sunt quæ superioribus annis inventa jam asservari dixi in majore Tauromenii templo. Demum nec virginum nec confessorum floribus sacer Tauromenitanus hortus caruit, quorum odor late pervagatus sit. Ex horum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

enim genere fuerunt Paulina, jam inde a S. Pancratio Christo dicata; Epaphroditus presbyter ab eodem sacris initiatus; et Christianis imperatoribus in Oriente dominantibus, Attalus itemque Lucas abbates circa annum 800 monachorum institutione et suis ipsi virtutibus et sanctitate claruerunt : eodemque sæculo, propius ad Theophanis nostri tempora, Daniel, S. Eliæ Ennensis discipulus, monasticæ etiam vitæ virtutibus floruit; sicut Theophanem ipsum publici simul et privati hominis virtutibus, episcopi scilicet et confessoris, de quibus suo loco plura dicimus, enituisse, crediderim potius quam asseruerim, dum adhuc nulla auctoritas historiæ quæ de ejus sanctitate ac morte vitæ consentanea fidem faciat, apparet. Atque hic Ecclesiæ Tauromenitanæ ortus, progressus, occasus.

§ III. *Imago beatæ Virginis manu non facta Tauromenii.*

Ad Ecclesiæ Tauromenitanæ statum et sanctitatem pertinet non modo quod apostoli signata vestigiis, martyrum sanguine decorata, sed etiam quod imagine divæ Virginis, quam ἀχειροποίητον Græci, id est *non manufactam* dicunt, fuerit dono cœlesti dotata. Ejus meminit Jacobus Gretserus in aureo opusculo *De imaginibus non manu factis*, quod attexuit libro *De officiis aulæ Constantinop.*, sed profecto nullo alio auctore, quam ex *Idea* Octavii Caetani, quam ille *Ideam* ut prodromon ad historias SS. Siculorum edidit. Sed Octavius Caetanus eam notitiam accepit ex his homiliis Theophanis Ceramei, qui de ipsa bis mentionem facit: primum hom. XI, *de eo qui incidit in latrones*, initio; deinde hom. LIX, *de Transfiguratione*, item in proœmio. Meminit etiam D. Rocchus Pirri in Notitia Tauromenitanæ Ecclesiæ, in extremo, sed ex eodem fonte. Itaque ex nostro Theophane, quod ad scriptores pertinet, illius traditionem habet Ecclesia Tauromenitana. Hic duo asserit ad hanc illustrandam dicenda: quæ origo hujus imaginis; quo miraculo facta, si opere manuque humana non picta; quo tempore; unde tantum donum advenerit; alterum an usque ad hodiernum tempus imago divæ Virginis quam Tauromenitani magna religione ac fide miraculorum venerantur, quam ego, cum illuc nullo alio quam ejus visendæ negotio me contuli, oculis lustravi animoque sum veneratus, sit eadem quæ ἀχειροποίητος Theophanis tempore. Sed de utraque plura optarem et certiora afferre quam habeo. Sed enim primo uti certa et bene disputata ea pono quæ idem Jacobus Gretserus scribit, eo, quem modo diximus, Commentario, ἀχειροποίητον, sive ἀχειρότευκτον: nam et hæc vox in usu apud Theophanem nostrum: imaginem universe sumptam esse quidquid excludat humanæ manus operam, quantum ad vim vocabuli, et vel divino vel angelico opere effectum sit. Quo sensu universalem mundum ἀχειροποίητον recte dixeris, utpote sine ullius manus ministerio, Dei voce nutuque conditum. Deinde cum imaginibus hoc epithetum apponitur, significare eas imagines, sive Christi sive Virginis ejus Matris, quas vel ille linteis seu sudariis admota sua facie imprimere dignatus est, vel Virgo aliquo miraculo et angeli opera exhibere. Christi imagines non manu effectas tres ex historiis celebrari: Edessenam missam a Christo ad Abgarum Edessæ toparcham; Camuliensem, a civitate Cappadociæ nomen sortitam, cujus synodus secunda Nicæna pro venerandis imaginibus congregata mentionem facit; tertiam, quam Veronicam, seu Christi vultum linteo seu sudario a Christo dum ad Calvariæ montem duceretur, impressum; ad hoc genus referri etiam posse eam totius corporis effigiem, quam in sindone qua in sepulcro involutus fuit Christus, expressit; easque omnes imagines et fide dignas haberi, et multorum scriptorum testimoniis, et venerationi summæ esse in ecclesiis ubi eæ servantur. Præter has Christi Domini imagines, leguntur etiam imagines beatæ Virginis ἀχειροποίητοι. Testatur Theophanes historicus ex Georgio Pisida, et Matthæus Westmonasteriensis, referente eodem Gretsero, ex quo nos accepimus, Heraclium imperatorem, anno imperii sui decimo adversus Chosdroam castra movisse, cum ferret secum sanctæ Dei Genitricis iconem, quæ apud Byzantium est, non hominis manu, sed divino miraculo pictam: cujus præsenti ope fultum Heraclium omnes hostium copias fudisse, fugavisse. Addit Gretserus non repugnare huic narrationi auctores qui ab Heraclio Christi imaginem (quam Camuliensem, ut supra diximus, fuisse oportet) circumlatam in exercitu atque acie tradunt; duplici siquidem imagine quasi gemino clypeo protectus in hostes Heraclius irruebat. Auctorum aliorum testimonia, qui fidem faciant huic imaginis miraculo, habes apud ipsum Gretserum. Alia præterea Deiparæ imago non manufacta legitur in pretio cultuque fuisse, condito in ejus honorem monasterio, ejusque cultus etiam capta a Turcis Constantinopoli permansisse. Malaxius enim Peloponnesius in *Historia patriarchica*, ubi de Dionysio patriarcha deposito patriarchatu sermo: *Cum omnibus rebus quas habebat*, inquit, *discessit Constantinopoli, et in monasterium Sanctissimæ Ἀχειροποιήτου, manu non factæ Deiparæ Conissæ prope Cabalam situm intravit.* Ad quem locum ita Gretserus subdit (quid enim ego melius adtexam?): *Vides hic etiam Deiparæ ἀχειροποίητον imaginem; undecunque hoc nomen adepta sit, sive ipsa Virgo linteo alicui faciem suam impresserit, sive ab angelo deposita fuerit, ἀχειροποίητον certe humanum penicillum excludit. Nec alibi mihi aliquod de hac imagine, quod sciam, lectum. Est autem Cabala duplex : altera urbs Thraciæ, altera castellum supra Iconium : utri hoc monasterium vicinum fuerit, dicere non habeo. Credibile est de Cabala Thraciæ id accipiendum esse.* Ilacte-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nus Gretserus, qui et sequenti proxime paragrapho ejusdem capitis de nostro testimonium profert. *Tauromenii in Sicilia colitur antiqua imago beatæ Virginis non manufacta; qualis etiam esse videtur illa Deiparæ imago divinitus picta quæ colitur in Valle Viridi, in monte Ætna, ut scribit Octavius Constantinus* (lege *Caetanus;* Constantinus enim est nomen unius ex fratribus ejusdem Octavii, monachi et abbatis ordinis Sancti Benedicti) in *Idea operis de sanctis Siciliæ.* Atque hactenus thesim huic meæ tractationi prætexui ex relatis a Gretsero: et ex genere harum iconum universo fidem mihi munivi, ut non videretur incredibile hujuscemodi imaginem ἀχειροποίητον exstitisse Tauromenii, cum alias alibi ex certis auctoribus exstare notum sit. Quid igitur de Tauromenitana imagine divæ Virginis non manufacta dixerim? Equidem certa pro certis, conjecta pro conjectis dabo: neque enim in tanta antiquitate temporum et historiæ penuria potius faciam. Exstitisse hujusmodi imaginem ἀχειροποίητον et religiosissime Tauromenii cultam Theophanis tempore, atque etiam toto illo tempore quod Saracenicam tyrannidem antecessit, haud in dubium vertendum mihi videtur, cum tam diserte duobus in locis de ea *Theophanes* meminerit, et glorietur in sua Ecclesia et urbe. Cæterum unde et originem habuerit, qua opera effecta, et an archetypon sit ἀχειρότευκτον, an ectypon, hoc est ex prototypo expressum simulacrum, idque sive miraculo, sive pictoris opera accuratissime deductum; quod tamen idem quod archetypon nomen ἀχειροποίητον retineat, quod illius sit instar, quod in multis hujuscemodi tum Christi, tum Deiparæ contigisse idem Gretserus auctor est. Præterea quo alio miraculo, quo tempore perlata Tauromenium, idem dicam quod paulo ante Gretserus de imagine Deiparæ non manufacta Conissæ monasterii prope Cabalam, nihil alibi de Tauromenitana, quod sciam, traditum. De altero vero, quod supra proposueram agitandum, an imago beatæ Virginis, quam hodie Tauromenitani per summam pietatem colunt, quam patronam appellant, in qua eorum spes opesque in rebus afflictis sitæ, quod etiam nonnulli non vulgares viri non manufactam vocant, eamdem sit atque illa quæ Theophanis tempore exstitisset, ita ut etiam impias Saracenorum manus effugerit, et ab eorum et temporis injuriis vindicata, et usque ad hoc tempus sarta tecta servata, quod esset alteri miraculo ascribendum, equidem hæc argumenta habeo, ut eamdem credam. Primum quia vulgo eam Deiparam Græcorum appellant, unde mihi fit probabile, ex eo tempore quo Græcorum Ecclesia et ritus Tauromenii florescebat, hoc est Theophanis tempore, eam appellationem deductam, et per manus ad hæc usque tempora traditam; deinde quod eam in summa aquarum pluviarum penuria, unicum certumque perfugium Tauromenitani habent, et ad eam tanquam fontem omnium gratiarum uberem, petitum aquas accurrunt: ac vix per urbem circumagi solemni supplicatione cœpta, cum eam intermittere coguntur a pluvia obruti et madidi, qui eam sicci sitientesque inchoarant; quod ex multis Tauromenitanis fide dignis contestatum accepi, cum Tauromenii harum rerum cognoscendarum causa commorarer. Et sane ex alia parte legimus, Theophanem in homilia habita de plaga siccitatis (*hom.* LXII) ad beatam Virginem perorationem convertere, eique supplicare, ne suam civitatem destituat in ejus nomine gloriantem: quam gloriam ad imaginem non manufactam non immerito quis referat, ut ibi adnotavimus. Multa alia præterea in omni genere dona miraculo accepta, et ejus fide implorata supra humanam opem effecta opera quotidie ferunt, et contestantur non incolæ solum, sed etiam exteri: inter quos non silentio prætereundus D. Franciscus, Romanus Catanensis, sacerdos haud multo pridem in collegium canonicorum Ecclesiæ Panormitanæ merito aggregatus, concionandi munere et pietatis ardore non vulgari præditus, qui cum Tauromenii conciones tempore Quadragesimæ haberet, multa ab ea imagine non manufacta se accepisse ab aliis impetrata miracula, multa in seipso expertum esse mihi narravit, et scripto ac chirographo dicta consignavit. Cæterum illud etiam in hac re animadversum a lectoribus velim, si cui sit persuasum, imaginem Deiparæ quæ hodie exstat, eam esse ἀχειροποίητον quæ Theophanis tempore exstabat, non esse censendam ex iis quæ in aliquo linteo Virginis vultum ab ipsamet impressum ferunt: non enim ea tabula vultum Virginis solum, sed integram staturam sedentem et infantem Jesum gestantem ulnis exprimit: quare in altero genere ἀχειροποιήτων eam accensuerim, de quo etiam Gretserus, ut angelorum opera ea depicta sit, vel certe ab aliqua non manufacta pictura descripta, ut supra dicebam. Servant eam hodie in suo templo religiosi beatæ Virginis e monte Carmelo, eique diem solemnem agunt Decembris die octavo, qui dies ejusdem Virginis immaculato conceptui celebrando sacratus est. Tradit in *Idea operis de SS. Siciliæ* Octavius Caetanus, Tauromenii primo die Septembris celebrari festum imaginis Deiparæ non manufactæ; quod sane unde acceperit mihi adhuc ignotum: sed cum ille diligentissimus fuerit Siciliensium rerum ad sanctorum Siculorum cultum pertinentium indagator, id neque refellere debeo, nec tamen affirmare possum. Nam Tauromenii moranti mihi et de eo festo die sciscitanti, nihil traditum, nisi die dicto Decembris octavo festum ad imaginem Deiparæ jam memoratam, quam non manufactam esse nobis persuademus, eodem quo ejus immaculatam Conceptionem celebrari. Fortasse ex ipsius Theophanis homilia de Indictione ac anni principio id Caetanus collegerit: in qua inter cæteras celebritates primi Septembris diei

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

meminit Theophanes imaginis divæ Virginis; cujus hæc verba : Ἅπαντες οὗτοι τοῦ χρόνου τὴν ἀρχὴν ἁγιάζουσιν· ὁ μὲν Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς εὐλογεῖ τὸν στέφανον ἐνιαυτοῦ. Ἡ δὲ διὰ τῆς σεπτῆς εἰκόνος τιμωμένη πάναγνος Δέσποινα μεσίτης πρὸς Θεὸν ἡμῶν γίνεται. Quæ sic nos ibi Latine interpretati sumus : *Ab his omnibus aliquid sanctitatis in hoc anni principium redundat : nam et Salvator noster Christus Jesus benedicit coronæ anni : et venerandæ imaginis religione culta Virgo purissima inter nos et Deum sequestra intercedit.* Hæc Theophanes : qui cum non appellet imaginem Dei Genitricis ἀχειροποίητον, quam cur non expresse nominarit, si de ea sermo erat, cum in aliis homiliis tanquam insigni quodam et de quo gloriabatur elogio eam designavit, nullam causam video : et ex altera parte, cum in Menæo legam eo die celebrari σύναξιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Μιασηνῶν, hoc est, *Synaxim seu celebritatem sanctissimæ Virginis Miasenorum*, haud certe liquet, et in ancipiti res versatur de Tauromenitanane imagine Theophanes loquatur, an de Miasenensi aliqua, ad quam conventus eo die primo Septembris celebraretur, uti hic Panormi consuetum est die secundo Julii ad beatæ Virginis, quam *Gratiæ* appellamus, imaginem, et ad alias alio tempore, et oppido hujusmodi imagines venerabiles agitari dies festi solent. Equidem, ut dixi, nec refellere conjecturam Octavii Caetani, nec affirmare, sed eam hominis auctoritate fultam in medio relinquere statui.

§ IV. *Dignitas et titulus archiepiscopi.*

Cum in omnibus fere mss. exemplaribus harum homiliarum, quæ in celeberrimis Europæ bibliothecis, Vaticana, Hispaniensi, Parisiensibus tribus asservantur, ex quibus vel integras homilias, vel earum elenchum transcriptum amicorum, qui litteris et litteratis fautores esse se professi sunt, opera nancisci potui, titulus archiepiscopi, vel auctoris nomini sit ascriptus, ubi nominatur auctor, vel solum in scriptis auctor archiepiscopi Tauromenitani appellatione, in quo omnia consentiunt, cum in nomine discrepent (de quo dicam Proœmio sequenti), non temere videtur illis abroganda fides; alioquin etiam omnis fides veterum monumentorum intereat, cum tamen doctissimi scriptores eam salvam ac firmam esse voluerint, qui in monumentis suis excusis illum archiepiscopi titulum non alia quam ex mss. fide et auctoritate acceptum ediderunt : cardinalis Baronius tom. IX, Jacobus Gretserus tom. II *De cruce;* Franciscus Turrianus lib. *contra Magdeburgenses hæret. pro canon. apostol.*, cap. 6; Antonius Possevinus in *Apparatu*, et alii quorum testimonia contulimus in fine horum Proœmiorum. Est igitur asserenda potius hæc Tauromenitanæ Ecclesiæ dignitas, quæ satis ampla est, utpote ab ipso S. Petro constituta, ut § II disseruimus, et a me quæ mea pars virilis est, ab omni erit subreptitii tituli nota et arrogantiæ calumnia vindicanda. Hanc enim notam impressam seu potius insitam illi video in Notitia Ecclesiæ Tauromenitanæ, quam edidit tom. II dom. Rocchus Pirri, abbas Netinus, de Siciliæ Ecclesiis sat bene meritus : sed non tam ab ipso hæc imposita nota quam ab Alberto Piccolo, qui illi imposuit : quo auctore scribit Pirri Zachariam schismaticum episcopum Tauromenii a Photio archiepiscopi nomenclaturam, quod esset opera male ab illo collata, et defensionis partium Photianarum pretium prius repensum. Sed unde hoc accepit Piccolus? quo producto testimonio id affirmat? Primum enim, si is ponatur episcopus Tauromenii fuisse Zacharias, qui cognomento dictus est Κωφός, id est *surdus*, certe is a Photio non titulum archiepiscopi pro sua Ecclesia accepit, sed metropolita Chalcedonis creatus; quod apertissime scripsit Nicetas David in Vita S. Ignatii, contra quem Photius tam pertinaciter acerbeque depugnavit, scriptor eorum temporum, qui omnia S. Ignatii certamina diligentissime fidelissimeque persecutus est : cujus historia initio VIII synodi pro causa hac S. Ignatii et Photii celebrata impressa est. De Photio itaque sic scribit : *His ille omnibus procuratis, insana et sacrilega per Zachariæ Cophi manum, qui ab ipso Chalcedonensis metropolita creatus fuerat, et Theodorum translatum a Caria ad Laodicensem episcopatum in Italiam transmisit.* Ex his sane nullum subesse dubium potest quin Zacharias ille qui Cophus cognomento dictus est, non Tauromenii episcopus ante fuerit, sed nova Chalcedonis metropolitæ dignitate donatus. Atqui, inquies, ab episcopatu Tauromenitano promotus ad Chalcedonensem. Sed non hoc verbum χειροτονεῖν quo usus David, significare potest, sed vel designare episcopum, vel consecrare; quod ex ipsa ratione et etymo nominis quod manuum impositionem manifeste denotat, et ex aliis scriptoribus, Jacobo Gretsero, Joanne de la Cerda, Petro Arcudio, presbytero Corcyrensi, qui de ritu sacramentorum Græcorum volumen integrum scripsit, ita certum esse debet cuivis mediocriter Græce scienti, ut id probare sit opera abuti; et quæso, ab sequentibus verbis, quibus Theodorum translatum a Caria Laodiceam scribit, in quo usus verbo μετατιθέναι, non id certo certius apparet? Cum enim secundum expresse dicat translatum, et proprio utatur verbo, de primo certo accipiendum est fuisse creatum, quippe cum ut diversa scriptor ea tradiderit. Deinde apud Leunclavium *De jure Græco-Rom.* exstat caput de translatione Orientalium episcoporum, in quo omnes translati episcopi enumerantur, jam inde a S. Gregorio Nanzianzeno, qui ex Sasimis Constantinopolim translatus est, usque ad Gregorium Asbestam, qui ipsius schismatis Photiani causa, Nicæam ab ipso Photio translatus eodem Niceta Davide scribente; nec ulla in eo capite mentio translati Zachariæ. Est igitur tam manifestum Zachariam illum Cophum non archiepiscopi titulum, sed rem et digni-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tatem metropolitæ recepisse a Photio, ut dubitari merito non possit. Sed tamen in hac etiam erratum est in Zacharia a Piccolo, an Pirri dicam? quod episcopus Tauromenii Zacharias Cophus ab eo dicatur Zacharias ille qui episcopus Tauromenitanus Romam missus in causa Photii, similitudine nominis falsi sunt illi scriptores, non omnia penitus illius viii synodi acta scriptaque circumspicientes. Duo quippe Zachariæ fautores Photii fuere, duæ legationes Romam missæ. Prima est ea quæ refertur a Baronio anno 859 et in viii synodo, act. 1, in qua a legatis Romanæ Sedis interrogante senatu hæc responsa sunt : *Primitus missus est Arsabir legatus Michaelis imperat. et cum eo missi sunt quatuor episcopi* (*nomina eorum ignoramus*), *deferens secum et epistolam regiam significantem in se causam hæreseos imaginum, et in fine litterarum illarum ostendentem etiam expulsionem sanctissimi patriarchæ Ignatii.* Ad quem locum hanc notam adjunxit Anastasius Biblioth., ejus synodi scriptor et testis oculatus : *Urgente illos propositæ locutionis prosecutione, nomina episcoporum eis ad memoriam recurrere tam concite non potuerunt : quibus tamen nomina erant, Methodius metropolita Gangrensium, Samuel Conarum episcopus, Theophilus Iconii, et Zacharias Tauromenii pseudepiscopi, qui legationem et epistolas a Photio Sedi apostolicæ detulerunt.* Hæc Anastasius : ex quo vides nullo cognomine affectum Zachariam : et sane ex hac solum nota Anastasii hic Zacharias Tauromenii fuisse episcopus scitur ; et ab ea sumptum refert Baronius loco citato : nusquam vero alibi, ubi de hac legatione mentio fit, et Zacharias episcopus idem nominatur, Tauromenitanus ascribitur, ut in proœmio ejus synodi ab ipso Anastasio scripto, et in Vita S. Ignatii a Davide, qui solum meminit duorum, Theophili et Samuelis, cæteros omittit. Atque hi legati a Nicolao I pontifice Romano auditi sunt in basilica S. Mariæ ad Præsepe, sed non ad communionem admissi. Quod refert etiam Pirri ex Baronio loco jam supra memorato. Altera legatio est post illatam a Nicolao sententiam, et inflictum anathema in Photium, eumque exauctoratum Quæ causa fuit cur ira seu furore præceps Photius conciliabulum illud suum nefariorum episcoporum coegerit, quo conatus est Nicolaum pontificem excommunicare, ejusque conciliabuli acta per Zachariam Cophum in Italiam transmisit, ut diserte scribit Nicetas David loco jam supra relato. Sed adhuc evidentius discrimen inter duos Zacharias ostendam. Nam primus, qui prima legatione functus legitime ordinatus a S. Methodio patriarcha, qui S. Ignatio antecesserat : secundus a Photio illegitimo. Nam act. iv statim initio Baanes patricius retulit ad synodum his verbis : Εἰσὶν ἐπίσκοποι χειροτονείαν ἔχοντες τοῦ μακαριωτάτου Μεθοδίου Θεόφιλος, καὶ Ζαχαρίας οἱ τὸν Φώτιον ἀποδεχόμενοι · εἰ οὖν δοκεῖ εἰσελθέτωσαν εἰς τὴν ἁγίαν οἰκουμενικὴν σύνοδον. *Sunt consecrati a S. Methodio episcopi Theophilus et Zacharias qui cum Photio communicarunt : si videtur, ingrediantur ad S. œcumenicum concilium.* Exitus sessionis hujus fuit ut mendacio aperte convicti legati, affirmatique in suo schismate ejicerentur. At vero in iv sessione initio missi sunt episcopi a Photio ordinati, et eorum causa discussa, in qua semper nominatur Zacharias, ut Photianus episcopus et ab eo ordinatus. Ζαχαρίας ὁ παρὰ Φωτίου χειροτονηθεὶς Χαλκηδόνος μητροπολίτης εἶπεν, etc. *Zacharias Chalcedonensis metropolita a Photio consecratus dixit*, etc. ; et infra : Τότε Μητροφάνης ὁ Σμύρνης πρὸς Ζαχαρίαν τὸν παρὰ Φωτίου χειροτονηθέντα Χαλκηδόνος μητροπολίτην εἶπε, πρὸς ἃ ἔφης ἀποκρινούμεθά σοι. Νόμοι, etc. *Deinde Metrophanes Smyrnensis metropolita Zachariam a Photio creatum Chalcedonensem metropolitam compellavit : Ad ea quæ disseruisti respondemus. Leges*, etc. ; atque in his altercationibus hæc sessio protracta est. Ex quibus locis luce clarius apparet Zachariam Cophum, quem metropolitam Chalcedonensem a Photio consecratum scribit Nicetas, non esse Zachariam qui Tauromenitanus episcopus ab Anastasio appellatus est. Redeo igitur eo unde hæc est inita disputatio, unde colligit Piccolus Zachariam Tauromenitanum a Photio titulum archiepiscopi abstulisse. At fortassis ex eo quod ipse Nicetas cum de prima legatione agit, ita scribit, Ἐπιστέλλει τοίνυν Θεόφιλον ἐπίσκοπον τοῦ Ἀμορίου, καὶ Σαμουὴλ ἐπίσκοπον ἄχρις ἐκείνου τῶν Κωνῶν ὑπὸ Λαοδίκειαν τυγχάνοντα ἀρχιεπίσκοπον τετιμηκώς · hoc est : *Legat ergo Theophilum Amorii episcopum, et Samuelem qui ad illum diem Chonarum antistes Laodiceno subjectus, archiepiscopi honore dignatus est a Photio ;* ergo, inquies, sicut Samuel, ita et Zacharias archiepiscopi titulo insigniri a Photio potuit. Sed quid est divinare, si hoc non est? Sane illud modo in hac disputatione contendo, nullo testimonio, nullo auctore, nulla historia, quæ scripta exstet, id affirmari ab Alberto Piccolo et ex eo a Pirri : et sane sicuti parum considerate scripsit Zachariam episcopum Tauromenitanum Cophum cognomento appellatum, ita sane temere ab eo proditum videtur archiepiscopi nomenclatura illum a Photio fuisse decoratum. Reliquum igitur est, ut ostendam, unde hic titulus episcopo Tauromenitano sit attributus. Id sane ab alio principio non deducam, et quidem satis cum ratione, quam ex quo idem Rocchus Pirri ostendit, unde archiepiscopi titulus S. Mamiliano Panormitano antistiti sit attributus jam inde a priscis temporibus, cum ab iis in marmore ejus monumenti legatur incisus. Unde, inquam, ille colligit : *Crediderim*, inquit, *eo non inepte referri posse, quod a D. Petro antistitem habuerit Panormus. Quis enim nesciat iis Ecclesiis quæ ab apostolorum temporibus suam repeterent originem, quæque Christi disciplinam tanquam parentes aliis tradidissent, peculiarem quempiam honorem habitum. Sane Rupertus abbas tom. II* De divin. Offic., *cap.* 27, : *Apostolorum, inquit, suc-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cessores patriarchæ sunt dicti; Petri autem successor pro excellentia principis apostolorum, Apostolicus nominatur; qui autem ab eis (scilicet S. Petro aliisque apostolis) per provincias missi sunt, tam ipsi quam successores ejus archiepiscopi vocantur. Ita Rocchus Pirri ratiocinatur, et recte sane, nemo negarit : qua ratiocinatione quis mihi nisi sit perniquus, non concedat uti ad asserendam Tauromenitanæ Ecclesiæ archiepiscopi dignitatem, cum medio nullo intercedente à S. Petro fundata fuerit? Quin etiam quæ ipse disserit de dignitate Panormitanæ urbis, ad quam etiam referri ille titulus possit, quæque ex Baronio refert ad eam probandam, omnia facere pro Tauromenio possunt, cujus urbis dignitas quamvis Panormitanæ non par, attamen tam magna primis illis aureisque temporibus exstitit, ut ex Constantino imperatore ostensum est § I hujus Proœmii, ut merito illi hic titulus ascribi posse videatur. Advoco vero etiam ad eamdem Tauromenitanæ causam patrocinandam affines Syracusanam et Catanensem Ecclesias, quarum honorificos titulos archiepiscopi, quo Syracusanus antistes et metropolitæ, quo Catanensis ab eadem natalium suorum conditione natos esse censeo, quod altera S. Marcianum, altera S. Berullum primos a D. Petro parentes et pastores acceperit : quanquam hos etiam venales titulos, et a Photio emptos, ob susceptam ejus in schismate adversus Ignatium et defensam causam arguit idem Piccolus citatus à Pirri part. I, cap. 26, et ex eo Pirri in Notitia Mess. Ecclesiæ tom. II, f. CCLXV; quanquam hic tom. III, in Notitia Syracusanæ et Catanensis pedem paulatim referre videatur iis pulsus argumentis quæ jam proferam. Sane non inficiar in ea tempestate naufragasse eos antistites, et Gregorium Asbestam Syracusanum facem fuisse illius belli, eumque in schismate contumacem animum obstinasse; Euthymium vero Catanensem prius quidem adhæsisse Photio, deinde pœnitentia facti compunctum, secessionem ab eo fecisse, et cum recte sentientibus in synodo, Act. 3, et aliis deinceps aggregatum. Quod vero ad titulos attinet haud scio qui hoc certo possit affirmare et scribere uterque scriptor, cum in synodo VII, quæ adversus Iconoclastas, imperantibus Constantino et Irene, sub Adriano I pontifice, celebrata est, ubi subscribuntur episcopi, expresse nominetur Stephanus Syracusanus archiepiscopus. Sic enim act. 4, in recensione episcoporum. Γαλατῶν ἐλάχιστος πρεσβύτερος, καὶ ἐκ προσώπου ἀρχιεπισκόπου Σικελίας ἀσμένως, etc. Cui respondens Latina nominat Stephanum, quæ Græca suppressit *Gabato exiguus presbyter, et ex persona Stephani archiepiscopi Siciliæ libenter omnia*, etc. At vero 1° etiam in Græco textu, Γαλατῶνος πρεσβυτέρου καὶ τὸν τόπον ἐπέχοντος Στεφάνου ἐπισκόπου Συρακουσίων. *Galatone presbytero, et locum tenente Stephani episcopi Syracusani.* Non fugerunt hæc loca Piccolum, sed eorum vim et auctoritatem conatur effugere, et in suspicionem erroris textum adducere. Sed nugæ : quas hic non referam; refert enim Pirri, qui cum in ejus inclinet opinionem, tamen aperte fatetur non posse elevari testimonii hujus auctoritatem : nam quod est effugium Piccoli, et commentum, nimirum act. 2, Galatonem dici aperte locum tenere Rhegii; unde ipse censet archiepiscopum Siciliæ Rheginum dici veteri more, quo Calabria Sicilia nuncupata est, et cum Stephanus act. 4 legitur, substituendum pro eo Constantinum, omnino evanescit. Nam illa act. 2 non Γαλατῶν, *Galato*, ut in prima scribitur, sed Γαλάτιος, et Latine vertitur *Galata;* unde si in his minutiis aliquid momenti ponendum est, ansam habemus colligendi alium fuisse, adeoque conjecturam illius alia nostra retundimus. Et act. ipsa 4, in qua mendum suspicatur Piccolus, et substituendum pro Stephano Constantinum vellet, reperitur adesse Constantinus : quem ille locum fortasse dissimulavit, quod in Latina versione dicatur Chii, non Rhegii : atqui miror non animadvertisse in margine emendationem vocis *Chii*, et repositam *Reghii :* et hominem Græce scientem, non legisse in Græco sine ullo asterisco ad Rhegii vocem Κωνσταντῖνος ὁ ἀνάξιος ἐπίσκοπος τοῦ Ῥηγίου ἀσμένως, id est, *Constantinus indignus episcopus Regii libenter*, etc., et demum act. 7, jugulatur Piccoli conjectura cum ibi dicatur Galato vicarius Stephani episcopi Syracusani, et in eadem act. adfuisse Constantinum episcopum Rhegii constat; quod optime vidit Pirri, ideoque, ut dixi, minus assentitur Piccolo. Sed quod apertius testimonium quam epistola Nicolai I pontificis ad Photium et imperatorem Michaelem scripta, in qua cum illi Syracusanam Ecclesiam suæ ditionis in perpetuum facere, cum Gregorium divulsissent, conarentur, respondet Nicolaus : *Inter ista et superius dicta volumus, ut consecratio Syracusani archiepiscopi nostra a Sede impendatur, ut traditio ab apostolis instituta nullatenus vestris temporibus violetur.* Hæc Nicolaus : ex quo quis non videt archiepiscopi nomen Syracusano antistiti non solum a Photio non fuisse affictum, sed a Romano pontifice donatum? An enim unquam pontifex Syracusanum archiepiscopum nominaret, cum ad schismaticos scriberet, si is titulus recens, et venalis, et malis artibus ab ipso Photio et imperatore fuisset acquisitus? Credat id qui velit, mihi sane persuadere nemo poterit. Quid vero dicent ad alium locum epistolæ ejusdem Nicolai I pontif. ad Michaelem imperatorem, in qua Ignatium patriarcham Constantinopolitanum et comministrum suum appellat, in qua præcipit ut Ignatius et Photius et aliquot ex iis qui cum Gregorio Syracusano erant, ad se veniant, et præterea addit : *Mittantur etiam de parte Ignatii archiepiscopi* quidam Antonius Cyzici, Basilius Thessalonicæ, Constantinus Larissæ, Theodorus Syracusanorum, Metrophanes Smyrnæ : et fuerat hic Theodorus (quem alii eum-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dem Theodosium nominant, quod parum ad meam quæstionem interest) in locum Gregorii Asbertæ substitutus ab Ignatio patriarcha, qui ipsum Gregorium deposuerat : atqui illum inter archiepiscopos aperte recenset Nicolaus I, nunquam id facturus, nisi eam dignitatem ratam haberet, utpote antiquitate jam ipsa confirmatam, non vero ex Gregorio in successores derivatam, ut Piccolus autumat. Et quidem ex hujus epistolæ auctoritate convictus, et sua sententia cadere coactus Pirri, pedem honeste refert, et modo non expresse retractat quæ tom. II locis citatis de hac nomenclatura dixerat, Piccolum sequens. Quod idem in Catanensi episcopo ei contigit; cum enim Euthymium Catanensem modo metropolitam, modo archiepiscopum in synodo VIII, in qua Ignatius legitimus patriarcha restituitur, sub Adriano II, pontifice et Basilio Macedone imperat. celebrata, nominari, et inter metropolitas consedisse videat, non rejectos, imo approbatos eos titulos a summo pontifice, fateatur necesse est, et fatetur quidem eos antiquiores fuisse Photianis temporibus. Redeo igitur eo unde suscepta disputatio cum Syracusanum et Catanensem antistites, quos ad contestandum archiepiscopi titulum Tauromenitano advocatam, legitime etiam iis dignitatis insignibus decoratos fuisse comprobarim, in eoque suffragari mihi et veritati compulerim ipsum Pirri : neque vero initium hujus appellationis certo constet, jam inde a primordio eam illos prærogativam obtinuisse verisimile est, quod a B. Petro sint constituti : quod idem de Tauromenitano affirmaram. Cæterum enim, quod non semper eo titulo decorentur in subscriptionibus conciliorum, præsertim synodo VII contra Monothelitas, in qua primo loco inter Siculos subscribitur Syracusanus episcopus, et item in litteris B. Gregorii aliisque monumentis, id nullius est momenti, cum etiam ipsi patriarchæ, et ipse summus pontifex episcopi simpliciter sæpe appellentur. Solum enim illud contendo nunquam eos archiepiscopos, nec semel quidem appellandos fuisse, præsertim a summo pontifice, et in conciliis, ut de Syracusano et Catanensi jam ostendi, nisi eo titulo jure potirentur. Cæterum inferiori nomenclatura prout libebat scribenti sæpius sine dignitatis diminutione antiquioribus illis sæculis potuisse appellari; quod idem de Tauromenitano dictum velim. Si quis objiciat eum nunquam ante Photii tempora archiepiscopi nomine affectum fuisse; id non arguit necessario a Photio fuisse cognomen impositum. Quod si cui vero similius videatur Tauromenitanum archiepiscopum nunquam alios habuisse sibi subjectos episcopos, neque archiepiscopi aut metropolitæ legitimum jus in aliquos Siciliæ episcopos tanquam suffraganeos obtinuisse et exercuisse, quod de Syracusano contendit, et facta temporum partitione probat Pirri, censetque omnes, saltem D. Gregorii tempore, Siculos episcopos Romano pontifici et non alteri proxime fuisse subjectos, cum tamen, ut jam vidimus, archiepiscopi titulum tum Syracusano, tum Catanensi denegare non possit, id etiam libenter de Tauromenitano concesserim, modo honorarium archiepiscopi titulum ob prærogativam jam commemoratam, legitimum, non adulterinum fuisse concedant.

PROŒMIUM SECUNDUM

ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΟΝ,

COMPLECTENS DE THEOPHANIS CERAMEI VITA CONJECTANEA.

§ 1. *Theophanes alii qui per eadem tempora vixerunt a Theophane Cerameo secernuntur.*

Quod sub finem Præfationis ad Lectores promisi, jam hoc secundo proœmio præstabo, ut ex variis harum homiliarum lineis seu lineamentis, in quibus velut in speculo auctoris imago reflexa sese objicit nobis, vitam adumbrem, si minus vivis coloribus deficiente historiarum luce possim exprimere; nec sane id sine multorum scriptorum exemplo et auctoritate præstabo. Consuetum multis fuit ex operibus scriptis auctorum ipsorum vitam ac mores exscribere; id se facturum in conscribenda Vita Gregorii Nazianzeni profitetur Gregorius presbyter: Ἔπειτα ὅτι μηδέ τις τὰ κατ' αὐτὸν ἡμῖν γεγραφὼς καταλέλοιπεν, ἀλλὰ σποράδην ἐκ τῶν αὐτοῦ συλλέξας λόγων τὰ κατ' αὐτὸν μιμοῦμαι τοὺς λιθολόγους οἳ κατὰ σμικρὸν τὰς ψηφῖδας συνηθροικότες εἰς μίαν οἴκου συμπλήρωσιν ἅπαντα συναρμόζουσιν, ἀρχὴ δὲ τῶν, etc. Hoc est, interprete Jac. Billio : *Deinde quia nec illius Vitam quisquam litteris consignatam nobis reliquit, verum ipsius vita ex ipsius scriptis sparsim collecta, latomos imitor qui posteaquam lapides paulatim aggesserunt, ita demum ad unam eamdemque domum construendam et absolvendam eos omnes accommodant.* Idem affirmat Symeon Metaphrastes efficiendum his verbis : *Magnus hic Gregorius Theologus vitam ipse suam exposuit in iis funebribus orationibus, quibus Basilium Magnum, Gregorium patrem, Cæsareum fratrem, et Gorgoniam sororem ornat. Ac proinde, qui Vitam illius con-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

scripserunt, non aliunde quam ex ipsius operibus dicendi argumentum acceperunt. Atque hæc de Gregorio. Porro S. Hieronymi Vitam Marianus Victorius ex ipsius scriptis monumentis compilavit et ut cæteros antiquiores omittam, quorum vel longum catalogum possem contexere, ex recentioribus nostræ Soc. Dionysius Petavius Synesii episcopi Ptolemaidis, cujus opera omnia in lucem luculenta sua interpretatione notisque illustrata Græce simul edidit et Latine, Vitæ ejus magnam partem ex ipsius epistolis cæterisque operibus composuit. Theophilus Raynaudus, itidem Soc. nostræ; Idiotæ, scriptoris piissimi, quem integrum postrema editione sua in lucem protulit, cum antea bona sui parte mutilatus exstaret Vitam ex ipsismet Contemplationibus pervestigavit: qui quidem vir nulla alia ex historia ac ne nomine quidem proprio, quod celare studio voluit, cognitus nobis est. Eodem igitur pacto Theophanem hunc Cerameum, hominem sane novum ex ipsiusmet sermonibus, quos in lucem prodo, nobilem conabor efficere. Ac primo quidem, quoniam multi ejusdem sæculi, ac ferme ætatis ambitu insignes qua litteris, qua sanctitate viri cognomine Theophani floruerunt, operæ pretium est nostrum ab iis distinguere, ne lectoribus minus in historiarum temporum ratione exercitatis confusio oboriatur. Atque ut eam ὁμωνυμίαν expedirem, maxime impulsus sum, ubi legissem in Bibliotheca magna Patrum edita Coloniæ hunc Theophanem scriptorem homiliarum cum Theophane historico confundi. Nam tom. IX, sæculo itidem IX, in quo duæ homiliæ Theophanis hujus Ceramei ex editione Jacobi Gretseri, tom. II, *De Cruce* translati describuntur, hæc in earum inscriptione leguntur; *Theophanes Cerameus Tauromeniæ in Sicilia episcopus scripsit: Annales a Diocletiani temporibus usque ad Michaelem imperat. qui necdum sunt editi. Diversus fuit ab auctore* Historiæ miscellæ *Pauli Diaconi, de quo plura habentur ab Henrico Canisio annotata ante prædictam historiam præcedente sæculo octavo. Scripsit præterea homilias in evangelia Dominicalia, et aliquot festa totius anni, quæ servantur mss. Venetiis, et alia necdum edita.* Distinguuntur igitur conditores illius Bibliothecæ Magnæ Theophanem historicum ab auctore *Historiæ miscellæ* Pauli Diaconi; sed deinde unum eumdemque faciunt Theophanem historicum atque Cerameum scriptorem homiliarum. Quo ad primum attinet, recte habet: nam Theophanem historicum diversum esse a Paulo Diacono sive auctore *Historiæ miscellæ*, multis comprobat Canisius tomo illo VIII, citato Biblioth., ostenditque impositum fuisse Baronio, magno in *Annalibus* conserendis viro, qui cum multa ac sæpe ex Paulo Diacono testimonia in eos confert, vult illa esse ex vero Theophane qui falso Paulus Diaconus nominetur. Sed secus habet, inquit Canisius, verus Theophanes auctor historiæ non est ille Paulus Diaconus; namque hoc nomen falso illi tributum: alia est Pauli, alia Theophanis historia, nondum quidem in lucem edita; sed eam promittit Canisius, et pluribus hunc errorem detegere pergit; cujus rationes legendæ apud ipsum, neque enim nostri negotii est eas hic prosequi. Quod autem ad nostrum Theophanem spectat, eum esse omnino alium a Theophane historico, patet ex ratione temporum quibus vixerunt scripseruntque: patet ex ratione vitæ et mortis illius historici. De hoc enim ita scribit Joan. Curopalates ipso suæ historiæ initio. *Theophanes confessor, et Agri dux* (hoc est ἡγούμενος *hegumenus*, quod idem ac abbas) *accuratius a se percursos historicos libros in compendium item redegit. Verum Georgius* (fuit hic monachus, Tarasii patriarchæ syncellus, item historicus) *ab orbe condito facto initio in tyrannos Maximianum ejusque filium Maximinum desiit: Theophanes vero illius fines sibi proprio instituto principio reliquisque temporibus breviter descriptis, cum ad Nicephori imperat. obitum pervenisset, ibi suæ finem narrationi imposuit.* Hæc Curopalates, ex quo vides Theophanem historicum, qui a Maximiano, ubi Georgius desiit (idem est autem dicere a Diocletiano, ut habet Bibliotheca Magna) fuisse abbatem, et ad Nicephorum historiam perduxisse. Anastasius Bibliothecarius, qui in Latinum vertit historiam Theophanis, hunc eumdem, quem diximus ex Curopalata, monachum et abbatem Agri miraculisque clarum extitisse his verbis scribit: *De altero* (nempe Theophane) *quid dicam, cum et ejus conscripta Vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis crucem suam tulerit, qualiter secutus Christum abbatis in monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscarit, et circumquaque regiones, his qui prope et his qui longe sunt clament.* Hæc Anastasius de Theophane historico. Obitum autem ejus sub Leone Armeno, Iconomacho anno ejus imp. 1, ob defensionem SS. imaginum contigisse narrat Cedrenus, et ex eo Baronius ad annum Christi 814, ex quo hæc accipe: *Cum autem Proconnesum abduceretur Nicephorus* (fuit hic patriarcha C. P. qui subscribere impio edicto Leonis Armenis contra SS. Imagines non sustinuit eaque causa ab eo multatus exsilio), *Theophanus confessor Magni Agri præfectus eum navigio prætervehi divino instinctu sentiens, cum in parte prædii quadam ipse ageret, suffitu et cereis prosecutus est, sed et Nicephorus intentis manibus vicissim Theophanem salutavit flexisque genibus tum eum veneratus benedixit: cum quidem neuter alterum videret, sed acie mentis se mutuo cernentes dignum invicem honorem exhibuerunt. Et cum quidam unæ navigantium quæreret quemnam manibus ita in sublime elevatis salutaret, sanctissimum Theophanem confessorem respondit: Agri præfectum, qui nos facibus et suffitu excepit. Neque multo post exitus veram Nicephori prædictionem ostendit: nam mox cum multis aliis Theophanes quoque ab Ecclesia ejectus, infinitisque vexatus modis, confessoris coronam deportavit.* Hæc Cedrenus, quæ non potui in breviorem summam colligere; fuerunt autem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

necessaria, ut liquido intelligeretur Theophanem historicum, abbatem Agri, eumdem esse qui sub Leone Armeno exsilium pro causa SS. imaginum, et in eo mortem oppetiit, atque adeo longe diversum a Theophane nostro qui, deleta penitus hæresi Iconoclastarum, adversus quos jam damnatos ipse homiliam habuit, quæ est ordine XX, sub Basilio et Leone, ut ostendam suo loco, vixit; atque adeo error in Bibliotheca illa corrigetur: itidemque in Sebastiani Corderii catena SS. Patrum in Lucam, ubi Theophanem citat eodem elogio sive inscriptione desumpta ab illa Bibliotheca, iisdemque relata verbis. Jam vero ab utroque etiam diversus est Theophanes alius præfectus monasterii Sigriani qui post dirum per biennium toleratum carcerem, deportatus in insulam Samothraciam, illic obiit mortem confessionis gloria insignis. Agit de eo Baronius ad annum Christi 816 admonetque lectorem de distinctione utriusque Theophanis, prioris illius qui primo Leonis, et posterioris qui tertio ejusdem anno obiit pro ejusdem causæ patrocinio : qui secundus etiam Isaacus dictus : eadem vero ratione patet Theophanem hunc Isaacium a nostro esse distantem. Tertius Theophanes proprior est ævo nostri Theophanis : ille, inquam, qui cum Theodoro et sanguine et insigni virtute germano in monasterio S. Sabæ enutritus, cum postea pro SS. imaginum cultu adversus Leonem Armenum strenue decertaret, ejus jussu verberibus cæsus in exsilium ejectus est; sed eo mortuo rursus Theophilo imperat. eadem hæresi detento constanter resistens, verberibus iterum et exsilio affectus : in quo cum Theodorus exspirasset in carcere, Theophanes, pace demum Ecclesiæ reddita, factus a S. Methodio Nicææ metropolita, in sui muneris pastoralis functione excessit e vita. Hæc ex Martyrologio Romano potissimum descripsi ad Theophanis Nicæni prodendam notitiam. Plura de iis SS. fratribus alii ; scriptores rerum Orientalis imperii, Cedrenus Curopalates, Zonaras, Glycas, Manasses, Menologia Græcorum, Baronius, ex quibus etiam proditum est, eorum frontibus non sine magno cruciatu iambos inscriptos, ut tanquam litterati servi traducerentur; cruciatum atque etiam iambos referunt auctores relati. Hunc Theophanem martyrem auctorem facit epistolarum quæ sub Theophanis Nicæni episcopi nomine exstant Consalvus Ponce qui, eas Latine interpretatus, additis notis, in lucem edidit, quas nos omnes perleginus. Ad rem igitur. Cum hic Theophanes S. Methodii tempore obierit, tunc Theophanes Cerameus, qui postea Tauromenitanus episcopus creatus est in monasterio S. Andreæ, ut jam suo loco dicam, degebat, nondum ad episcopi thronum evectus; nam ab excessu S. Methodii, qui contigit anno supra octingentesimo quadragesimo septimo, usque ad nonagesimum, quo Theophanes noster senectutem agebat, intercedunt anni quadraginta tres. Verum ex hac subducta temporum ratione, non repugnat Theophanem illum qui præsens fuit in translatione corporis S. Nicephori patriarchæ Constantinopolitani quod refert Baronius ad annum 845, nec solum spectator, sed et scriptor ejus Vitæ, et laudator pro concione in ea celebritate fuit, eumdem esse ac Theophanem Cerameum : non, inquam, ratio temporum obstat, sed obstat quod ille scriptor presbyter dicatur fuisse a Baronio, noster monachus antea exstiterit, cum episcopus fuerit : quod supra constanter requisitum a Græcis ostendi § II : deinde cognomen τοῦ Κεραμέως affixum usque nostro satis eum a quovis alio videtur discernere. Ex quo etiam certum est mihi plane alium esse Theophanem nostrum ab illo qui, ut idem Baronius refert, vixit tempore Basilii Macedonis ; regius ejus clericus sapientiæ nomine eidem Charus imperatori, qui fraudes Photii promovit, cum librum de imperatoris genealogia scriptum imperatori oblatum, a solo tamen Photio intelligi posse mentitus est. Quamvis enim conveniant tempora, tamen cum clericus dicatur ille fuisse, et quidem aulicus, noster autem vel episcopus Tauromenitanus eo tempore jam initiatus esse debuerit, vel adhuc monasticam vitam in cœnobio S. Andreæ in Sicilia, sive etiam alibi, cum ex monachis apud Græcos, ut supra dixi, eligerentur episcopi, plane mihi persuasum est alium esse Theophanem illum clericum ab episcopo Nostro; et sane pietati ac virtutum perfectissimæque vitæ studio quod Noster his sermonibus præfert, quodque nos fusius explicabimus § VIII et IX, duplici illi ac versuto ingenio voluntatique decipiendi Theophanis clerici repugnant. Hæc habui, quæ partim certis temporum argumentis, partim conjecturis ex iisdem temporibus et studiis vitæ desumptis afferrem de distinctione eorum qui Theophanis nomine insignes a Nostro diversi existimandi sunt. Nihil porro eorum quæ studio adhibito comperi, elatum esse lectorem volui, ut quam sana et integra fide hæc proferam conjectanea, quivis intelligat.

§ II. *Duplex nomen auctoris homiliarum : unum cognomen*, Cerameus.

Distinxi hactenus ὁμωνυμίαν Theophanis, in hoc paragrapho erit περὶ διωνυμίας seu potius πολυωνυμίας conjectandum. Etenim quod in multis aliis veterum Patrum monumentis usuvenit, ut pluribus inscripta auctoribus eadem ad posteros transmissa sint, ut de sermonibus Eusebii Emissem, et Eucherii, et Maximi, et Ambrosii, Augustini, et Fulgentii, adverterunt qui in iis perlustrandis operam posuerunt; præsertim vero eminentissimus eorum lector et censor cardinalis Bellarminus in opere *De scriptoribus eccles.*, ita et in his homiliis quas damus in lucem. Eædem enim et Theophani, et Gregorio, quin et Philippo sunt attributæ : quorum priorum cognomen idem unumque est Κεραμεύς, tertii Κεραμίτης quod quanquam diverso flexu, idem tamen cognomen est sensu; et *Figulum* Latine interpretatum dicitur; sed de hoc tertio erit nobis sermo postre-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mus. Nunc de duplici Theophanis et Gregorii nomine exponendæ in medio conjecturæ. In pluribus nobilissimis bibliothecis Europæ, Gallicana, Hispaniensi, præsertim vero Vaticana duobus distinctis codicibus in mss. eædem et contextu et numero fere pari homiliæ in altero Theophanis, in altero Gregorii præscriptum præferunt nomen. Sed in hac dissensione illud modo convenit, quod et Cerameus et archiepiscopus Tauromenitanus isque σοφώτατος, et ῥητορικώτατος, *sapientissimus* nimirum et *eloquentissimus* inscribitur. Unde aut duos episcopos Tauromenii eodem cognomine affectos, eadem sapientiæ et eloquentiæ laude insignes suspicari licet, quorum fortassis alter ab altero homilias exscripserit, vel quid aliud certius a me est afferendum. Et sane illud ita censuisse vide P. Octavium Caetanum tum in Idea operis, quam tanquam πρόδρομον præmisit in lucem, tum in aliis schedis, quas mss. reliquit; idem dom. Rocchus Pirrus, abbas Netinus, de quo supra sæpe meminimus, in *Notitia Ecclesiæ Tauromenitanæ*, in qua post Theophanem accenset Gregorium Cerameum; idem ante hos omnes Antonius Possevinus, qui in indice scriptorum libri qui inscribitur *Apparatus sacer*, alium Gregorium, alium Theophanem Cerameos utrosque auctores homiliarum facit. Sed profecto his omnibus scriptoribus, qui in opere suo edendo strenue pro se quisque elaborarunt, laus est magna tribuenda quod egerunt, venia danda si quid erraverunt. Negotium illis fuit solum colligendi viros sanctos et virtute insignes Siciliæ, ut Caetano, vel episcopos ejusdem provinciæ, ut Pirro, vel scriptores ecclesiasticos, ut Possevino; igitur ubi reperere varia nomina sanctorum, episcoporum, scriptorum, non sat bene lectis et inspectis, quin imo nec e primo limine visis ipsis sermonibus, eorum auctores tanquam diversos posuere; certo enim mihi persuadeo, nunquam eos, quod ipsorum acumen est, judicaturos duos tresve operis hujus auctores, si id penitus perspexissent. Mihi autem, qui in eo Latine vertendo notisque explicando elucubratus sum, qui eos sermones non de facie tantum novi, sed intus penitusque pernovi, fides, credo, erit a bonis omnibus habenda, si contrarium statuam atque illi scripserunt et unum eumdemque esse auctorem affirmem. Methodus est in omnibus eadem, stylus idem omnino gravis et expolitus; pietas in omnibus par elucet. Sed fortasse quis autumet unum ab altero sermones integros exscripsisse : fuit enim hæc inter sequioris sæculi Græcos nimia licentia et ἀνατσχυντία mutuo sese exscribendi et compilandi, quod adnotavit Gretserus tom. II *De cruce*, in notis Georgii Hamartoli homiliam : hæc, inquam, quæ quivis objectare possit scio. Sed de hoc opere suspicetur id qui velit, ego equidem nunquam inducar ut suspicer. Quis enim, Theophanesne a Gregorio an hic ab illo sublegit homilias? An uterque Cerameus, uterque archiepiscopus Tauromenii, uterque sapientissimus? et tamen unus ab altero furatus est? Sed ne gratis et ex amore suscepti operis id inficiari videamur, certe proœmia ipsa quorum multa non ex aliquo loco communi, sed ex tempore et loco ipso, in quo dicebantur, et ex casibus fortuitis eo tempore incidentibus sumpta, et pene extemporalia sunt, et ut tum dicebantur, excepta, et multa singularia quæ tum in ipsis, tum inter dicendum occurrunt uni eidemque contigisse credendum, duobus ut contingant fieri omnino non potest, et tamen sermones hi toti cum omnibus et singulis suis partibus utrique tribuuntur. Tangam argumenta aliqua dicis causa : de cæteris quæ possem afferre, quæque lector animadvertere per se potest, faciat quivis conjecturam. In homilia de filio viduæ (*homil.* VI) auctor aliud sibi proœmium propositum fuisse dicit, sed conjecto in partem chori dexteram oculo, et sede fratris demortui vacua conspecta, de eo et vitæ brevitate exordium facere, et animi propositum mutare, et ad lacrymandum cogi se confitetur. In homilia de S. Pancratio (*homil.* LVII) parum abfuisse dicit quin post festum venerit, cum maturaverit tamen iter ad eum diem cum suo populo celebrandum; sed quamvis fessus et infirmus ex itinere advenerit, nolle tamen sermoni deesse. In homilia de Centurione (*homil.* XLIV) mentionem facit controversiæ judiciariæ, ipso habendi sermonis articulo sibi oblatæ, ut jam ferme diaboli fraude conventus fuerit impeditus. In homilia de iis verbis : *Lucerna corporis est oculus* (*homil.* XLII), diaconum graviter increpat quod somno se opprimi inter sermonem siverit, et longiorem perorationem ex tempore de somno trahit eaque sermonem concludit. Hæc et sexcenta alia, quæ non solum in proœmium et perorationibus, sed in ipso dicendi cursu pro re nata dicuntur, ex tempore, loco et persona cæterisque circumstantiis, omnino evincunt non potuisse hos sermones plurium esse cum τῶν ἀδυνάτων sit ea posse duobus diverso tempore eadem evenire. Præterea sensus explicationesque auctoris concinunt sibi, et quod in una dictum, in alia repetitur; et ipse se ad seipsum refert, non raro quæ nos in notis singularum homiliarum tanquam concordantia annotavimus : eaque ab uno artifice hoc opus atque ab una officina exisse plane demonstrant. Cum igitur hoc certo certius ponendum sit, censeo hunc auctorem fuisse binominem, et eumdem Theophanem et Gregorium dictum, semper vero Cerameum, quod ex consensu mss. cod. constat satis, et eumdem unum hoc cognomine, sed duplici nomine archiepiscopum Tauromenii fuisse : et alterum quidem nomen ab incunabulis illi inditum, alterum postquam monachi habitum vel episcopi munus suscepisset impositum. Quam nominis commutationem una cum mutato vitæ statu fieri consuetam apud Græcos non solum ex Theophanis nostri sæculo, sed vel in antiquissimis Patribus exemplum habemus. S. Gregorius Neocæsareæ episcopus, cui Θαυματουργός cognomen ab admirandis operibus factum est, Theodorus antea, postea Gregorius est appellatus; quod testantur omnes fere

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qui de eo scripsere. S. Hieronymus in Catal. scriptorum eccles. in *Theodoro* sic ait : *Theodorus, qui postea Gregorius appellatus est, Neocæsareæ Ponti episcopus*, etc. Eusebius Pamphili Cæsariensis lib. 1 *Hist. eccl. : Ponti Ecclesias Gregorius, qui prius Theodorus est dictus, ex Origenis discipulis, cum fratre Athenodoro gubernandas suscepit.* Idem et Suidas, cujus verba eadem fere quæ superiorum. De Latinis nihil attingam, qui duobus pluribusque nominibus noti, modo uno, modo altero citati leguntur. Q. Florentius Septimius Tertullianus; Cyprianus alterum nomen Cæcilium a Cæcilio presbytero, a quo baptismo lustratus, sibi adjunxit; Fulgentius idem et Pluciades dictus : hos, inquam, et alios omitto ; solum ex Theophanis nostri vel eum consequentibus sæculis Græcorum iterum argumenta depromam. S. Ignatium patriarcham Constantinop. antequam monachi vitam iniret, Nicetam appellatum, et in aditu religiosæ vitæ id nomen in Ignatium submutasse auctor est Nicetas David in ejus Vita : Νικήτας δὲ ἀποκείρεται μὲν, καὶ αὐτὸς Ἰγνάτιος μετωνόμασται. *Nicetas tondetur quidem, et idem in Ignatium mutavit nomen.* Paulo post, ubi de eo jam monacho scribere incipit : Νικήτας, ὁ καὶ Ἰγνάτιος οἷά τις εὐγενέστατος δρπηξ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ φυτευθείς. *Nicetas, qui et Ignatius, veluti surculus quidam nobilissimus in domo Dei plantatus.* Alterum exemplum habeo ejusdem temporis ex eodem Niceta David petitum qui de ipsius sancti Ignatii fratre Theophylacto idem testatur : Τούτων Θεοφύλακτος μὲν ὁ πάντων πρωτότοκος ἅμα τοῖς πατράσιν αὐτοῦ, καὶ βασιλεῦσι τότε χειράμενος εἰς Εὐστράτιον μετωνομάσθη. *Horum Theophylactus primogenitus omnium una cum patribus suis et imperatoribus* (Michaelem Curopalatam et Procopiam utriusque parentes vocat imperatores de quibus supra dixerat) *attonsus in Eustratium nomen mutavit.* Ex temporibus posterioribus exemplum subest in Gregorio Scholario, viro inter Græcos sapientissimo, qui Gennadius antea vocatus mutavit nomen assumptus ad patriarchatum CP., quod scribit Bellarminus opere *De script. eccles.*, cujus quatuor orationes de pace pro concilio Florent. in fine ejusdem leguntur. Multa alia suppeterent exempla hujus Græcorum ritus; sed ea quæ induxi satis probabilem nostram conjecturam efficiunt, Theophanem nostrum vel suscepto monachi habitu, vel ad episcopi dignitatem evectum unum nomen cum altero commutasse, et tam Theophanem quam Gregorium ejusdem scriptoris esse nomen, quamvis ab iis qui ejus exscripsere homilias, ut apud posteros perennarent, nunc uno nunc altero vocetur; semper autem et constantissime utrique nomini *Ceramei* et archiepiscopi Tauromenii cognomen et titulus sunt affixa. Jam vero episcopum nostrum antea monachi vitam fuisse professum certum est mihi, et cuivis debet, qui Græcorum morem, eorum certe temporum, noverit, non nisi ex monachis episcopos deligendi, quod non modo in S. Ignatio vero patriarcha factum supra diximus ex Niceta David, sed et ipse Photius qui ex laico in patriarchæ thronum, deturbato per vim ipso S. Ignatio, derepente insiliit, ut tamen et legitime et ex ritu factus videretur episcopus : Πρώτῃ ἡμέρᾳ, inquit idem Nicetas, μοναχὸς ἀντὶ λαϊκοῦ, τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀναγνώστης, καὶ ὑποδιάκονος τῇ ἑξῆς, εἶτα διάκονος, εἶτα πρεσβύτερος, ἔπειτα τῇ ἕκτῃ καὶ αὐτὸς τῷ ἱερατικῷ προσβὰς θρόνῳ, etc. *Nam primo die monachus ex laico, altero lector, tum hypodiaconus, ac diaconus, et presbyter; sexto deinde et ipse sacrum conscendens tribunal*, etc. Habeo præterea epistolam ejusdem Photii in Siciliam scriptam, cujus inscriptio, Θεοφάνει μονάζοντι, quem ipsum Theophanem nostrum esse ex ratione temporum multisque astruam conjecturis, eamdemque dabo infra § sequenti. Hanc consuetudinem retinent etiam hodie Græci, ut ex monachorum cœtu episcopos deligant, et nomen in professione vitæ monasticæ submutent; quod ex ipsis egomet ore testatum accepi. Addidere vero ad consuetudinem antiquam observationem novam, ut eadem littera utrumque nomen incipiendum sit, tum vetus tum novum. Sed hunc non fuisse morem superiorum temporum jam exemplo ipsius S. Ignatii constat, cujus nomina Nicetas, et Ignatius, illud primogenium hoc ascitum. Quod et advertit Octavius Caetanus in schedis mss. quas ego legi. Non igitur ex hac nupera observatione Græcorum, vel certe non constanti consuetudine infirmabitur nostra conjectura, si Gregorii et Theophanis nomina eamdem litteram principem non habeant. De tertio nomine, cui inscriptæ hæ homiliæ, nimirum Philippo Ceramita, pauca jam dicam. Atque in primis hoc nomen in nullo codice manuscriptum legi eorum quos hactenus exstare comperi in bibliothecis Europæ, quibus potissimum fides habenda; neque vero in impressis scriptorum libris, præterquam in Idea Octavii Caetani, et in elencho harum homiliarum mss. quem reliquit. Quæ cum eædem sint omnino atque illæ quæ jam Theophani, jam Gregorio in cæteris mss. exemplaribus ascribuntur, tamen Philippum Ceramitam auctorem præferunt in quodam mss. libro qui oblatus fuit Octavio Caetano Messanæ cum esset a Meletio quodam Atheniensi monacho ex ordine S. Basilii in monte Sancto, qui ex Oriente illuc appulerat. Sed cum nulla alia auctoritate, nullo testimonio hæc inscriptio fulciatur, quam hujus libri, existimo hunc Philippum fuisse collectorem harum homiliarum, vel iis posterioribus sæculis usum, atque adeo collectoris et excriptoris nomen in auctoris germani transiisse : quod sæpe fieri assolet, ut cum collectores operum posteriores nomen suum in iis quæ collegerunt præscripserint, illud tanquam auctoriis deinde vulgo prodatur. Ita Anastasii Bibliothecarii Vitæ Pontificum esse dicuntur, quas tamen ab aliis scriptas ipse redegit in volumen. Ita Vitæ Patrum P. Hereberto Rosvidi Soc. nostræ, quas ipse ex multis variisque scriptoribus in unum contulit cor-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

pus : cognomen vero τοῦ Κεραμίτου Philippo additum, quod idem re et sensu est ac Κεραμέως, ut supra attigi, in opinionem me adducit hunc Philippum ex eadem fuisse domo ac gente ac nostrum Theophanem Κεραμέα. Nam nomen hoc esse familiæ probabilius mihi videtur quam patriæ : quod video nonnullis amicis meis eruditis ac nobilibus viris Panormitanis placere : vellent enim hi Theophanem Cerameum dictum ab oppido quod hodie Ceramis in Sicilia haud longe Troyna in valle Domini situm dicitur : de quo Fazellus unum verbum : ac nomen solum, nihil præterea prodidit ; ne in eorum opinionem accedam tres obstant rationes : prima quod ejus patria alia esse colligitur ex his quæ dicam § sequenti ; secunda quia de oppido Cerami nullam video in scriptoribus Siciliensium rerum fieri mentionem ante millesimum a Christo nato, unde Theophanis tempore, hoc est ante Sarracenorum dominatum, utrum exstiterit necne, affirmari non potest ; tertia ex ipso loquendi usu : non enim ita vocatur Theophanes Κεραμεὺς, ut Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς, et Πλούταρχος Χαιρωνεύς, absolute, sicuti in cognominibus ex patria sumptis loqui Græci consueverunt, sed Theophanes dicitur cognomento Κεραμεὺς, quasi illa voce apposita *cognomento*, signetur nomen gentis, vel familiæ, excludatur patriæ ; nemo enim dixerit : Plutarchus cognomento Chæroneus. Restat igitur ut, si familiæ vel gentis nomen : quod eo mihi fiet probabilius quod nonnullis reperio in mss. monumentis, quæ in variis bibliothecis asservantur, quorum indicem luculentum describit in *Apparatu sacro* tom. II. P. Antonius Possevinus, in bibliotheca Viennensi servari cujusdam Joanis Ceramei conciones et homilias in quatuor Evangelica ; et eodem tomo in mss. Constantinop. Biblioth. Nicephori cognomento Figuli, sive Ceramei, explicationes et sermones in sacrosanctum Evangelium. Sane cognomentum Figuli, quod idem signat ac Græcum *Cereameus*, fuisse Romanæ antiquæ familiæ patet ex Nigidio Figulo homine temporibus Ciceronis litteratissimi ad quem sunt Ciceronis ipsius epistolæ. An ab hoc originem duxerit familia nostri Ceramei nihil habeo quod affirmem, neque quod negem ; quanquam ita placere video doctissimo homini P. Jacobo Sirmondo in epistola quam ad me de hac re consultus rescripsit. Existimare quis possit hoc cognomen ex eorum esse genere quibus affecti sunt multi ejus sæculi vel episcopi vel scriptores, ita scilicet vocari Theophanem Cerameum quis dixerit sicuti Dionysium Exiguum et Petrum Sardorum episcopum, cognomento *Misericors*, leginus ; de quo Baronius anno Christi 857, qui commi-inster cum Eulapio Apameæ episcopo suit in Photii initiatione ; sicuti etiam Zachariam ejusdem factionis, qui *Cophus* est cognomento dictus : quæ ab aliqua conditione natalium, habituque corporis vel animi sui, vel suorum, apposita, vel etiam ex demissione et inductione volunt aria animi ascita esse videri possunt, ea ratione qua apud Romanos Lentulus Spenthir, Licinius Calvus, Æmilius Paulus, Cornelius Scipio dictus, de quibus cognominibus eorumque origine longius disserit Sigonius libro *De factis consularibus*, opusculo *De nominibus Romanorum* singulari : sed hoc divinare nolo, cum affirmare vel conjectare non possim. Illud ergo ex tota hac dissertatione tanquam certum conficio : hoc opus unius esse auctoris, eumque Cerameum archiepiscopum Tauromenitanum, jam Theophanem, jam Gregorium proprio utroque nomine inscribi solitum, quod ex fide omnium mss. ut modo dixi, pro comperto habendum ; retinendum vero et celebrandum censui magis Theophanis nomen, quod a scriptoribus optimæ notæ qui ex his sermonibus sumpsere testimonia, vel eos integros impressis libris suis inseruerunt, celebratum magis ac vulgatum est.

§ III. *Patria et educatio Theophanis.*

Ubi natus, ubi educatus Theophanes fuerit ex ipsius verbis et confessione liquido constaret, si de Sancti Andreæ templo, in quo homiliam festo ejus die habuit (homil. L), liqueret satis. Ponamus igitur hic primo quæ ipse in proœmio illius homiliæ prodit, ut ex eo tanquam firmo principio ac fundamento commentari et colligere ejus patriam educationemque possimus. Sic igitur loquitur : *Hodiernæ celebritatis sermo veteris debiti solutio, non sapientiæ quædam ostentatio nobis erit : neque enim huc veni ut ornatus eloquentia mea conspicerer, neque ut linguæ lepore et pompa orationis honorem patriæ aucuparer : potius enim meam, quæcunque illa sit, philosophiam occultam haberi velim, ut inanis gloriæ flatum effugiam : sed quoniam sacra hæc ædes apostoli primovocati me veluti nutrix puerum educavit, et primarum institutionum mammam præbuit sacrarumque litterarum doctrinam quasi lac instillavit* (intercidam aliqua, quæ non ad rem) *quod reliquum est huic ecclesiæ quasi altrici educationis pretium persolvo, et quod in proverbiis est, legem Pelargicam impleo : et una vobiscum, o cœtus Deo dilectissime, concelebro solemnem hunc diem, et patriam charum solum aspiciens, tam religiose sanctorum memoriam celebrantem, efferor gaudio et exsulto.* Hæc Theophanes in homilia de S. Andrea. Si quis igitur ostendat quod illud templum D. Andreæ ubi sermonem ad cives faciebat suos, jam patriam ostenderit. Sed quis in illud digitum possit intendere, ac certo demonstrare, quis ex tanta antiquitate, post tot tempestatum vices, post Sarracenorum cladem demolitionemque templorum et oppidorum possit eruere? Sed age jam afflatu non Delphico, sed, ut spero, cœlesti rem divinemus. Quatuor vero unde tota ratiocinatio pendet, anteponenda sunt : primum, locum ubi sermo habebatur fuisse nativitatis et educationis locum quod per se patet ; alterum, dedita opera venisse Theophanem ad eum suo sermone cohonestandum, quod etiam ex ipsis verbis non obscure intelligitur, tertium, talem fuisse locum in quo non sem-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

per degere ac sermocinari consuesset, hoc enim videntur innuere illa verba : *Neque enim huc veni, ut ornatus eloquentia conspicerer;* signum enim est eos auditores non admiratos ante eloquentiam fuisse Theophanis; quartum, cum antequam episcopus consecratus fuisset, monasticam vitam fuisse professum : hoc postremum non ex proœmio homiliæ, ut tria antecedentia colliguntur, sed ostenditur ex consuetudine Orientalis Ecclesiæ, in qua ex monachis episcopi deligi consueverunt. Quod supra § II ostendi ipsiusmet Photii pseudopatriarchæ exemplo, quod etiam ostendit apertissime Nicolaus papa I in epistola ad Hincmarum Galliarum episcopum, ubi refellens calumniam ab ipso Photio Latinis impositam; quod diaconus, antequam presbyter esset ordinatus, ad episcopi munus promoveretur, sic ait : *Et quia diaconus non sumpto presbyteratus officio apud nos episcopus ordinatur, cum ipsi etiam illum quem patriarcham suum nominant, a laico subito consecratum, et monachum | factum saltu ad episcopatus apicem imperiali favore et brachio provehere minime formidarint.* Quid autem necesse erat eum attendere prius, et monachum initiare, nisi ut etiam in tanta perversione et violentia facti, consuetudo non præ*termitteretur*, et ne illegitime factus videretur. Sed præter hanc consuetudinem habeo etiam in meis monumentis a P. Octavio Caetano collectis epistolam ipsius Photii missam Theophani monacho Græce scriptam, manu P. Jacobi Sirmundi, et Latine ab eodem redditam, depromptam, ut judico, ex bibliotheca cardinalis Columnæ, quæ fuit antea cardinalis Sirleti, nunc dicitur ducis Altemps, unde multas Baronius eruit et in suos *Annales* contulit quas cum multis aliis in ea bibliotheca exstare affirmat tom X. Eam igitur quoniam et ad hanc disputationem maxime facit, et ad multa alia est accommodata de quibus dicam, integram Græce simul et Latine describam. Θεοφάνῃ μονάζοντι. Εἰ σοὶ ϕίλον τὸ πρὸς ἡμῶν τῶν εὐτελῶν γράμμα, κ. τ. λ. *Theophani monacho.* « Si te humilitatis nostræ delectant, » etc. *Vide inter epistolas Photii sub num.* 202, *Operum ipsius Photii editionis nostræ tom. II*, Patrologiæ CCII, *col.* 923. Edit. Patr.

Theophani nostro missam hanc epistolam multa suadent; Sicilia ipsa cujus fit mentio in ipsa epistola; et quod cum illis una reperiatur, quæ et Gregorio Syracusano episcopo, et Euthymio Catanæ metropolitæ et Marco Siculo scriptæ sunt, et temporis ratio quam infra subtilius supputabo. Nam Photii tempore Zacharias erat episcopus Tauromenii eodemque quo Gregorius Asbesta Syracusarum et Euthymius Catanæ. Hoc igitur tempore Theophanem adhuc monasticam egisse vitam, ex qua ad episcopi dignitatem evectus, et Zachariæ successor fuerit, maxime congruit, tum sapientiæ ac doctrinæ laus ipsi tributa a Photio, quæ etiam in inscriptionibus hujus operis constanter legitur : tum datum negotium coarguendi ejus, qui hæresim disseminabat, cum diceret Christum non esse pingendum et in imagine adorandum, quod pietatem et zelum tuendæ fidei in Theophane etiam tum monacho spectatam indicant : hæc, inquam, omnia ipsi missam hanc epistolam omnino certum efficiunt. His igitur putatis, ad rem propositam accedamus. Duo S. Andreæ templa ac monasteria sunt de quorum alterutro loqui in homilia Theophanes possit : primum illud de quo S. Gregorius epist. 57 ind. XI, lib. II, ad Secundinum Tauremonii episcopum scribit his verbis : *Pridem præcepimus, ut de monasterio S. Andreæ, quod est super Mascalim, baptisterium propter monachorum insolentiam debuisset auferri, atque in eodem | loco quo fontes sunt, altare fundari.* Hæc S. Gregorius : ex quo habes antiquissimum cœnobium et templum S. Andreæ, et quidem Tauromenitanæ diœcesis ante Sarracenorum irruptionem. Oppidum autem Mascalis non longe abest a Tauromenio, passuum scilicet octo millia : nam et ager Mascalis, qui et hodie sic nominatur, Tauromenitano agro confinis est. Illud autem oppidum regium erat, et usque ad tempora Friderici secundi, Siciliæ regis, ad annum scilicet 1296 stetit, quo regnante a Rogerio Lauria perduelli, inducto illuc exercitu incensum fuit. Sed vero de æde S. Andreæ ad Mascalas exstat etiam mentio apud eumdem Thomam Fazellum : eam siquidem erectam a Joanne *Dive*, eoque, ut pestem Sicilia tota grassantem evaderet confugisse, et tamen ibidem a morte, quæ fugacem persequitur virum, eum oppressum scribit lib. IX, cap. 5; quod hæc eadem quæ tempore S. Gregorii steterat : iterum erecta a Joanne *Dive*, quæ a Sarracenis fuerit dejecta verosimile videri potest. Mihi igitur hæc conjectura ad veritatem proxime videtur accedere, Theophanem nostrum in eo monasterio S. Andreæ, de quo S. Gregorius ad Secundinum scribit, fuisse educatum; in eo litteras sacras a sene illo, de quo loquitur, puerum didicisse; progrediente deinde tempore, cum jam Tauromenii episcopus creatus esset, ad id templum die S. Andreæ sacro sua præsentia ac sermone decorandum, cum suæ diœcesis esset, nec tam longe a Tauromenio abesset, eo studio altrici patriæ pretii rependendi se contulisse. Alterum S. Andreæ templum seu potius ædicula, quam trahere ad conjecturam possimus, est Tauromenii; cujus ego visendi causa nullam aliam habens itineris faciundi, eo me contuli, ut de hoc templo, unde patria Theophanis ostendi posset, certi aliquid nancisci possem. Situm est illud in edita rupe quæ supra mare altius assurgit, undiquaque præcisa lateribus, et cum Tauromenitano solo ad occasum continenti angusta semita adhærens; atque ab ipsamet æde promontorium S. Andreæ appellatur, ab oppido ut nunc res sunt, duo milliaria dissitum. Si eam ædem contempleris, non monasterio adjunctam suspicari possis; tamen et area capax est ædificii cœnobii, et locus desertus, et ab hominum accessu semotus videtur, vitæ mo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nasticæ et contemplationi deditæ satis accommodus. Exstant et ante ædem adhuc ædificii veteris murorumque vestigia : quorum aliqua eminentia solo, aliquorum fundamenta ipsi solo æquata cernuntur : præterea columnæ quatuor palmari altitudine sibi invicem quadrato latere respondentia. Sed tamen cujusmodi ædificium fuerit, nemo est qui tradat. Possit quis augurari ibi fuisse monasterium S. Andreæ templo conjunctum, quod per ea tempora amplius aliquanto fuerit. Concursus sane populi eo loci, præsertim festo S. Andreæ die, a populo Tauromenitano fieri consuetus, suadere posset eum a priscis illis temporibus fuisse deductum, quibus Theophanes gloriatur patriæ suæ populum in celebrandis sanctorum festis esse frequentem ; sed hoc hariolari est potius quam aliquo certo fundamento conjectare. Igitur cum templi Mascalensis habeam ex epist. S. Gregorii jam relata fundamentum, ad primam conjecturam magis inclinat animus. Atque hinc colligo, Theophanis patriam vel Mascalis oppidum, vel Tauromenii fuisse. Et quidem hoc secundum potius opinarer. Nec enim impedit eo die concursum factum a populo Tauromenitano in id S. Andreæ templum, eoque etiam convenisse Theophanem, suæ in id pietatis ergo. Cum enim supra Mascalas id esse a D. Gregorio dicatur, certe inter Mascalim et Tauromenium situm fuisse facile est judicare, adeoque non tam longe a Tauromenio positum quam ipsum Mascalis oppidum erat.

§ IV. *Sæculum quo Theophanes floruerit.*

Non est ex omnibus quæ in his proœmiis disputantur, res una certior et clarior, quam sæculum quo hic auctor exstiterit ; nam et in ipsa sæculi obscuritate, ille tanquam lumen aliquod cæteris exstinctis elucet. Nec vero in hoc proœmio est mihi alicujus scriptoris secus sentientis auctoritas refellenda sed affirmanda multorum recte sentientium. Nam Jacobus Gretserus, soc. Jesu, de litteraria universaque re Christiana optime meritus, tom. II *De cruce*, in notis ad duas orationes Theophanis Ceramei, censet eum floruisse quo tempore Sicilia nondum tota a Saracenis esset subacta : quod est circa annum 900, motus ea ratione quod sub finem orationis secundæ *De cruce* imploret auctor opem et virtutem imperatoris contra impios Ismaelitas ; quod idem facit in orat. *De adventu Spiritus sancti*, in apostropha ad ipsum S. Spiritum : *Pio nostro imperatori, propugnator sis contra impios Agar filios! ejus imperium in pace et tranquillitate conserva !* Cæteri qui in idem sæculum Theophanem conjecere, ab ipso, credo, sumpsere Gretsero. Nam in Bibliotheca Patrum magna Coloniæ edita, in qua duæ illæ orationes de cruce ponuntur quæ sunt a Gretsero editæ, recensetur hic auctor cum Patribus sæculi noni. Atque inter ejusdem sæculi Patres eum annumerat Dominicus Gravina, ordinis Prædicatorum, in libro *Catholicarum præscriptionum adversus hæreticos nostri temporis*, ubi singulorum sæculorum recensionem Patrum facit. Dom. Rocchus Pirrus in Notitia Ecclesiæ Tauromenitanæ, quamvis non certo statui annum posse dicat, quo auctor hic scripserit, tamen post annum 842 vixisse tanquam necessarium colligit ex homilia dicta in festo die restitutionis SS. imaginum, quæ solemnis memoria instituta est anno dicto. Atque hæc est auctorum qui ante me scripsere sententia ; quam ego, ut dixi, non tam sequor, quam veram esse ex aliis homiliarum locis, quæ illi non legere, demonstro, et rem in angustum magis deduco certumque designo tempus. Et sane duos annorum intercurrentium constituo terminos, intra quos Theophanem vixisse certum omnino censeo. Primus est ille supra notatus annus 842 argumento jam dicto ; alter est annus quo captum a Sarracenis Tauromenium fuit, quod sub Leonis imperio contigisse tradit optimæ fidei auctor in primis Constantinus Porphyrogenneta, Leonis ipsius filius, lib. II *Them. imperii Orient.* quem locum supra relatum recole § I Proœm. I. Consentiunt Joannes Curopalates et ex eo Thomas Fazellus, et Dom. Rocchus Pirrus. Quoto vero Leonis sapientis anno Tauromenium captum a Sarracenis sit compertum habeo ex historia quam de Procopio episcopo et sociis in expugnatione Tauromenii ab hostibus illis Christianæ fidei immanissime trucidatis scripsit Joannes diaconus Ecclesiæ metropolitanæ, occasione quam dicam. Scripsit is libellum de Translatione S. Severini ex castello Luculano in urbem Neapolim, quæ translatio facta est Brachini (alii *Abrayam* nominant, sed ex hoc illud corruptum), Sarracenorum regis, metu, qui, recepta Panormo captoque Tauromenio, in Calabriam transmisit exercitum, regionem eam omnem Romam usque excursurus. Præmisit igitur scriptor expugnationem Tauromenii libello suo, cædemque factam Procopii episcopi, de qua nos etiam supra Proœm. I, § 2. Historiam ex mss. membranis monasterii SS. Severini et Sossii, ordinis S. Benedicti, in urbe Neapoli exscriptam accepit ab amicissimo suo Octavius Caetanus, in conquirendis hujusmodi rerum Sicilensium monumentis diligentissimus, et qua erat auctoritate et comitate apud amicos efficacissimus. Ad rem. Notat hic scriptor Joannes annum imperii Leonis et Alexandri XXIV. Leo autem a Patre Basilio per S. Ignatium patriarcham coronatus est solemni Theophaniorum die, anno ipsius Basilii tertio, Christi 870, eodemque Alexander alter filius Cæsar creatus. Quad prodidit Anastasius Bibliothecarius, qui ei coronationi interfuit, consentitque Curopalates, et ex iis Baronius anno dicto : et Caetanus jam citatus eodem modo numerat, probatque ulterius ex Vita S. Eliæ Ennensis, quem hoc anno obiisse statuit. Ex hoc igitur anno inita ratione efficitur expugnationis Tauromenii annus 893. Cum igitur hoc anno Procopius esset episcopus (quot vero hic annis rexerit Tauromenitanam ecclesiam nescimus), anno minimum uno alterove præcessisse Theophanem oportuit, rursus cum Zacharias

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ejusdem Ecclesiæ episcopus reperiatur usque ad Basilii annum 1, quo celebrata est synodus VIII, in qua impœnitens ille depositus itidemque cæteri schismatici cum Photio contumaces, ut etiam supra disseruimus, et certo constat, constabit etiam intra horum annorum ambitum Theophanem episcopum floruisse Tauromenii, nimirum ab anno Basilii 3, usque ad Leonis annum 16; ultra citraque quos fines egredi et evagari latius non licere nobis liquet. Sed jam hanc rationem temporis ex aliis multis indiciis, ex ipsismet homiliis earumque proœmiis deductis planius multo demonstremus. Nam præter ea loca jam superius relata, ubi contra impios Ismaelitas virtutem imperatori deprecatur a Deo (certum est autem legentibus historias, Basilii et Leonis tempore cum Sarracenis in Sicilia esse magnopere conflictatum), est etiam locus insignis ex hom. *De parabola cœnæ* (homil. XIII), in qua cum de gentilibus ageret, qui ante prædicatum Evangelium corporis voluptatibus cuncti penitus dediti exemplum etiam a Sarracenis adducit, ὁποίους ὁρῶμεν τοὺς ὁμόρους ἡμῖν ἀπογόνους τοῦ Ἰσμαὴλ, οἱ δὲ θαμινῶς ἄλλας ἀντ' ἄλλων γυναῖκας ἀμείβονται, etc., *cujusmodi videmus hos finitimos Ismaelis posteros, qui alias identidem aliis permutantes uxores*, etc. Cum finitimos Ismaelitas dicit, oportet eos nondum Tauromenii fuisse, sed in oppido aliquo vel arce ibi vicina. Neque vero verisimile est potuisse christianæ religionis cultum ita florere in urbe jam sub tyrannide Sarracenorum oppressa : atqui in his homiliis frequens fit mentio celebritatum et dierum festorum S. Pancratii, S. Philippi, S. Andreæ, S. Onuphrii et aliorum in quibus ipse sermones ad populum habuit. Præterea in hom. *De SS. apostolis Petro et Paulo* (homil. LV), in ipso proœmio magnifice exornat templum conditum ab imperatore in palatio, Συνήδομαί σοι, πόλις, καὶ σοι θεῖε τῶν ἀναχτόρων ναέ. *Gratulor tibi, civitas, et tibi sacrum in palatio templum erectum.* Hoc autem illud esse quod a Basilio Macedone conditum magnificentissime Constantinopoli (*a*) indicat Joan. Curopalates his verbis, nemo, credo, ibit inficias : *Alia multa sacra templa in palatio ædificanda curavit in nomen Eliæ prophetæ, et martyris Clementis, et Salvatoris Christi et apostoli Petri, et Principis militiæ; quorum pulchritudinem exprimere ne poetica quidem possit magniloquentia.* Qui autem legerit proœmium illius homiliæ quam graphice illud conatus sit describere, et exornare eloquentia sua Theophanes plane perspexerit. Jam Constantinopoli nonnullas ex his homiliis habitas ostendam infra § 5, quid quod in his homiliis infirmæ ætatis suæ mentionem facit, et excusat, quominus longiorem possit habere sermonem; quod signum est Leonis tempore hm fuisse septuagenarium, vel etiam octogenarium. Concludam hunc paragrapnum argumento palmari quodque rem omnem evidenter evincit. Thophanes ipse quamvis non nominet, describit tamen imperatores pro quibus in perorando precabatur Deum in hom. quidem *De ramis palmarum* (homil. XXVI) : Ἐπευχόμενοι τὸ θεοφρούρητον κράτος τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἡμῶν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ διαμένειν ἀσάλευτον, ἐντείνεσθαι, καὶ κατευοδοῦσθαι ὑπὸ Θεοῦ τοῦ κυσμήσαντος τοῦτον σοφίᾳ καὶ ἀνδρίᾳ, καὶ βασιλικῷ διαδήματι. Quæ sic nos vertimus. *Oremus etiam, ut piissimi imperatoris nostri imperium divinitus custoditum filiis etiam ejus permaneat inconcussum; ut intendat, et prospere Dei ductu procedat, qui hunc sapientia, et fortitudine, et imperatorio diademate exornavit.* Et in hom. *De SS. apostolis* (homil. XLVII) : Ἀδιαλείπτως εὐχόμενοι ἐν πολλοῖς ἐτῶν περιόδοις τὸ κράτος διαφυλάττεσθαι τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἡμῶν, ὡς εὐσεβείᾳ τῆς ἀρχῆς ἰθύνων τοὺς οἴακας, καὶ λόγοις κοσμῶν τὸ διάδημα, καὶ χρηστότητι τρόπων κοσμούμενος ἐξ ἀρετῆς γνήσιον ἔχει τὸν ἔπαινον. Hoc est : *Et sine intermissione Deum oremus, ut per multa annorum spatia pio imperatori nostro conservet potentiam, qui dum clavum imperii per pietatem dirigit, et cum morum probitate ornatus ipse sit, tum etiam diadema doctrinis exornat, veram ingenuamque obtinet laudem.* Quis autem est, obsecro, alius hic imperator qui sapientia ornatus, et diadema doctrina exornavit, nisi Leo, Basilii Macedonis filius, qui Sapiens seu Philosophus ab omnibus scriptoribus cognominatus est et inter scriptores ecclesiasticos recensetur (*b*). Mentio insuper filiorum imperatoris, quæ fit a Theophane conjecturam valde corroborat : habuit enim Basilius quidem Leonem hunc et Alexandrum, Leo Constantinum. Alia ex Baronio huc ascribere supersedeo, ne plus satis in hoc paragrapho excurram. Notetur tamen interim ex Bellarmino id quod maxime ad commendationem nostri Theophanis conducit : primum illustratum a Leone sæculum obscurum; hoc est in quo penuria doctorum hominum et scriptorum fuit. Unde etiam Theophanes merito fax illius sæculi, ut dictum est a me supra, sit existimandus eoque etiam nomine in pretio habendus.

§ V. *Quo sæculo vixerit Symeon Metaphrastes, cujus Theophanes sententiis utitur ab ipsius Theophanis ætate affirmatur* (*c*).

Si cui de Symeonis Metaphrastæ ævo adhuc non esset compertum, hic profecto de Theophanis nostri sæculo, quod a nobis est constitutum, etiamnum dubitare, omnemque dissertationem supra contextam refellere et subruere merito possit. Laudat eum auctorem Theophanes modo describens, modo nomen indigitans, in hom. *De Lazaro suscitato* (homil. XXV), et in quartum Matutinum (*homil.* XXXI), Γλυκὺν μεταφράσεων συγγραφέα vocat; in hom. in quintum itidem Matutinum (*homil.* XXXII), Συμεώ-

(*a*) His adversatur ejusdem homiliæ inscriptio in codice Matritensi, quem non vidit P. Scorsus : Ἐλέχθη ἐν τῷ ναῷ τῷ ἐν παλατίῳ ΠΑΝΟΡΜΟΥ τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Vide supra, col. 26. EDIT. PATR.

(*b*) Leonis Sapientis Opera omnia, *Patrologiæ*, tom. CVII.

(*c*) Vide *Monitum* voluminis præfixum. EDIT. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νην τὸν τὰς μεταφράσεις εὖ μάλα συνθέμενον. Itaque post illum hæc scripsisse Theophanem necesse est. Quo igitur ævo Metaphrastes scripsit? Adhuc sub judice litem esse ait Gerardus Vossius *De historicis Græcis*, lib. II, cap. 26; sed eam jam dijudicari tandem posse aio ex hoc opere in lucem edito; et quidem ita ut præstantissimorum scriptorum et chronologorum opinio pervincat; quorum familiam ducit eminentissimus Annalium scriptor et temporum supputator cardinalis Baronius, qui tom. X, ad annum Christi 859, cum de Michaele Psello, Leonis Philosophi magistro, ex Joanne Curopalata mentionem fecisset (non hic est vero Leo Philosophus idem qui Leo Sapiens dictus, Basilii Macedonis filius, qui ei associatus in imperio anno 870, sed alius, qui floruit et docuit sub Michael III Porphyrogenneta circa annum Christi 859 : sic igitur de Michaele Psello, hujus Leonis magistro, Baronius : *Ex his pariter habes, lector, quo tempore vixerit Psellus, qui fuit magister Leonis Philosophi; ex quo pariter addisces quo tempore vixerit Metaphrastes, in cujus laudem Psellus ipse orationem habuit, qua ostendit haud pridem esse defunctum, dum ait de ejus obitu audisse eos qui viderunt ejus ad Deum transitum; sunt hæc ejus verba : « Non enim eum veluti abscissum aut divisum fuisse dicunt ii qui viderunt; sed videbatur veluti a quodam vinculo liberari et hilari nutu se extendere adducentes angelos, et quodammodo seipsum tradebat illorum manibus, ut cito emergeret de corpore.* » Hactenus Baronius : exstat autem hæc oratio Pselli apud Surium die 29 Novemb. (*Græce et Latine ap. Allatium De Symeonibus*). Deinde cum monuisset lectorem de Vitis sanctorum qui post hæc vixerunt tempora, id factum aliena opera, qui suis diebus ac mensibus allegerunt sanctos singulos, et addiderunt a Metaphraste conscriptis, seu potius collectis, ne viderentur extra classem vagari, sic tandem concludit : *Ex tempore igitur Pselli melius intelliges tempora Metaphrastæ, quod et si plures Psellos fuisse dixeris, isto nullum celebriorem nec antiquiorem invenimus.* Hoc Baronii judicium secuti sunt nobiles alii scriptores nostræ Societatis. Cardinalis Bellarminus, alterum Ecclesiæ lumen et purpuræ splendor lib. *De scriptor. eccles. : Symeon Metaphrastes*, inquit, *floruit paulo ante annum Dom.* 859 (*a*), *siquidem Psellus, qui hoc anno vivebat orationem habuisse dicitur in ejus funere.* Jacobus Gretserus in opusculo addito ad Georgium Codinum *De officiis Magnæ Ecclesiæ et aulæ Constantinop.*, disputat de Metaphrastæ ævo ex sententia Baronii contra Hospinianum Calvinistam, qui eum novitium scriptorem esse blaterabat; ubi hæc habet inter cætera, cum Curopalatæ locum de Michaele Psello retulisset : *Huic igitur Psello annis longe majore cur Calvinista encomium Metaphrastæ cum Baronio non tribuat, causæ nihil habet, nisi odium Metaphrastæ, in sanctorum historias. Quod autem historiæ quædam sanctorum, qui post Metaphrastem vixerunt, in Metaphrastæ tomis inveniuntur, ne mireris : a posterioribus superadditæ sunt, ut fieri solet in hujusmodi scriptoribus et collectoribus.* Hæc Gretserus. Demum Antonius Possevinus in *Apparatu sacro : Metaphrastæ tempora melius, inquit Baronius tom. X, cognosces ex Pselli tempore.* Hæc Possevinus. Quanquam hic in Michaele Psello non satis distinxit Leonem Philosophum, cujus magister senior Psellus fuit, a Leone dicto Sapiente, imperatore; sed utrumque confudit : atqui ille tempore Michaelis CXI et Theodoræ matris florebat, circa annum 842, hic anno 870 imperare cœpit : sicuti neque duos Michaeles Psellos, sed eumdem ait et magistrum fuisse Leonis Sapientis, et librum *De fide* scripsisse ad Michaelem Ducam imperatorem : sed hic centum et quinquaginta annos post Leonem Sapientem imperavit. Nec multum ab his discrepat Horatius Torsellinus in *Epist. hist.* lib. VII; vult enim Symeonem Metaphrastem ante annum 900 vixisse, Reginoni Prumiensi abbati, et Adoni Viennensi supparem. Verum jam de duplici Psello mentione facta, controversiæ semen jecimus, quæ tamen omnino exstirpanda erit, ut spero. Gerardus Joannes Vossius Baronium et Bellarminum erroris arguit lib. XI. *De historicis Græcis*, cap. 26; nam cum de Symeone Metaphraste eorum sententiam retulisset ex Michaelis Pselli funebri oratione : *Uterque*, ait, *extra controversiam ponit Michaelem Psellum claruisse sub Michaele III, ut ante dixi. Nec negare possum iis temporibus vel paulo ante vixisse quemdam Michaelem Psellum* (*nam id aperte testatur Joannes Curopalates*), *sed nego istum esse nobilem illum philosophum cujus permulta hodieque supersunt. Neque temere, ne hac in re a summis viris dissentire, paulo post planum faciam, cum de Pselli ætate dicam.* Hæc Vossius qui deinde Michaelem Psellum floruisse vult temporibus Michaelis VI. Stratiotici, filii Isaacii Commeni, Constantini XII. Ducæ, uxoris ejus Eudoxiæ, Romani Diogenis et Michaelis VII Ducæ. Verumenimvero his de duplicis Michaelis Pselli ætate concessis; non tamen adhuc video quam satis justam habeat causam Vossius a sententia Baronii et Bellarmini discedendi; et cur juniori potius quam antiquiori Psello orationem in Metaphrastem tribui velit. Ex qua enim litterula Encomii hoc exsculpsit, ut bene contra Calvinicolam Hospinianum Gretserus, vel exsculpet? Quo inquam indicio recentiorem Psellum Encomii illius auctorem quam seniorem facit? Nullum profecto aliud indicium video, quam merum ipsius Vossii judicium, adeoque temere hoc ipsum dicit, non temere se a Baronii et Bellarmini judicio dissentire. Verum etsi nullam utriusque judicii rationem afferre possimus, neque ex aliquo loco illius Encomii colligi possit, uter Michael Psellus auctor ejus

(*a*) De Symeonis Metaphrastæ vera ætate vide Prolegomena ad tomum CXIV; de Michaele Psello, tomum CXXII. EDIT. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fuerit (neque enim, credo, ex operibus Pselli junioris id unquam ostendet Vossius; nam attulisset, si habuisset) et si igitur res pendeat adhuc in æquamento et dignus hic vindice videatur nodus, accedit jam velut ἀπὸ μηχανῆς ὁ Θεὸς, Theophanes hic, qui Baronio et Bellarmino litem adjudicet, et eorum judicio tantum ponderis addat, ut de eo, reique veritate jam non sit amplius integrum dubitare. Cum enim superiore § IV. apertissime ostensum sit, Theophanem hunc Cerameum archiepiscopum Tauromenitanum floruisse sub Basilio Macedone, et Leone ejus filio qui cum Patre cœpit imperare, ut dixi, anno 870, planissime etiam constet Symeonem Metaphrastem ante eum claruisse, adeoque Michaelem Psellum ejus encomiastem antiquiorem illum fuisse, non juniorem, uti Baronius et Bellarminus cæterique doctissimi scriptores judicarunt. Nec jam video qua ratione non modo ætatem Theophanis in dubium revocari, sed ea jam satis superque affirmata, qua ratione possit amplius de ipsa Metaphrastæ ætate controverti. Jam enim ex luce quam Theophani damus, fax itidem eadem opera prælata videtur in tanta obscuritate Symeoni Metaphrastæ. Neque vero Gilberti Genebrardi judicium in sua Chronologia movere jam debet; qui circa annum 700, vult vixisse Metaphrastem : nam hoc itidem judicium ipsius est; neque ullum ejus rei argumentum affert; quod tamen judicium eodem refellitur modo quo Vossii multo minus Hospiniani illius Calvinistæ convitium potius ac delirium in Metaphrastem, quam sanum judicium valere debet, qui illum fuisse trivialem Constantinopoli ludi magistrum, mendaciorum legendas scripsisse, nec amplius ab hinc ducentis viginti annis vixisse : eum enim satis redarguit et irridet Gretserus opusculo dicto, maxime ex eo quod in concilio Florentino sess. VII, bis magno cum honore laudetur Symeon Metaphrastes. Sic enim Andreas Rhodi præsul Græcos alloquens : *In primis igitur Symeon Metaphrastes vestris in Ecclesiis celeberrimus accedat;* et sess. eadem idem : *Legatur ille qui a vobis quotidie legitur in Ecclesiis, Symeon Metaphrastes.* Locus autem legendus erat ex Vita S. Dionysii Areopagitæ, in quo Metaphrastes Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere aperte ait. Præterea Josephus Methonensis episcopus contra Marium Ephesinum, *Symeon novus Theologus, qui et Metaphrastes.* Ex quibus auctoritatibus arguit Hospinianum Gretserus, quod qui in Ecclesiis Græcorum celeberrimus fuerit, et tantum auctoritatis nactus, non potuerit esse ludimagister e trivio, neque vero ducentis ante annis vixisse; quam illa diceret Hospinianus, cum concilium Florentinum celebratum sit anno 1439, hoc est ante annos centum octoginta tres, adeoque incredibile videatur Metaphrastem tam nuperum tantam auctoritatem tantillo tempore acquirere potuisse. ut ea Græcis in concilio œcumenico una cum vetustis Patribus opponeretur. Lege plura contra Hospinianum apud ipsum Gretserum. Neque alium lego qui contra ætatem Symeonis a nobis positam scripserit. Nam quod ait Theodorus Balsamo in can. 63, synodi Trull., ubi de secernendis historiis et actis sanctorum apocryphis a veris decernitur : Χάρις τοίνυν τῷ μακαρίτῃ Μεταφραστῇ τῷ τὰ μαρτυρικὰ ὡσεὶ τῆς ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς πόνοις, καὶ ἱδρῶσι καταχαλλύνοντι, εἰς ὕμνον Θεοῦ, καὶ δόξαν αἰωνίζουσαν τῶν ἁγίων μαρτύρων. *Gratia itaque B. Metaphrastæ habenda, quod res martyrum tanquam veritatis fossas non sine laboribus et sudoribus repurgavit et exornavit ad Dei laudem et SS. martyrum perennem gloriam.* Hoc, inquam, nostræ jam illustratæ sententiæ non officit, quamvis hic locus objectus mihi sit in epistola privata ab homine doctissimo Societatis nostræ, cum de hac re per litteras disputaremus; cui videtur Balsamo de Metaphraste ut nupero scriptore loqui. Scripsit autem Balsamo ille schismaticus et Romanæ infensus Ecclesiæ Georgii Xiphilini patriarchæ CP. tempore, cui dedicavit opus suum, qui Xiphilinus anno 1191 sedere cœpit : illa enim verba, quid obstat quominus de Metaphraste, etiamsi trecentis plus ante annis vixerit, intelligamus? Quid enim aliud intendit Balsamo quam opus illius commendare, qui sanctorum acta a fabulis ad veritatem traduxit? hujus autem rei sempiternam esse et manere, nedum post trecentos annos gratiam Metaphrastæ perire, fas est.

§ VI. — *Explicatur inscriptio homiliæ dictæ Dominica die Palmarum.*

Ἐλέχθη δὲ ἐνώπιον τοῦ ῥηγὸς Ῥόγου (*a*), *et confirmatur magis dicta sententia de Theophanis Ceramei sæculo.*

Tot luminibus, quæ ad ostendendum quo Theophanes ævo scripserit, affulgent, nobis unus videtur obstruere paries, et oculo minus ad perspiciendum acuto offundere tenebras. Ubi enim in homilia *De ramis Palmarum* (homil. XXVI) adjectam illam legerit notam, *Dicta vero est coram rege Rogo* (sic Græca in inscriptione præmissa sonant, ut semel dicam), Rogerii regis tempore, qui e Northmannis primus, devictis pulsisque Sarracenis, in Sicilia regium nomen et coronam sibi imposuit, dictam illam existimabit, et pro Ῥογερίου compendii causa a scriptore positum, Ῥόγου. Et ingenue equidem fateor, illam inscriptionem mihi magnum initio dedisse negotium; et de Theophanis sæculo præceptam opinionem non exemisse quidem, sed inobscurasse, auxitque hanc dubitationem auctoritas P. Jacobi Sirmundi, eruditione insignis viri, qui sciscitanti mihi per epistolam respondit ita se legere et omnino verosimile videri Cerameum Rogerii tempore floruisse. Sed enim tandem re exagitata diu studioseque discussa, clavus hic qui diu infixus hæsit, et mihi et P. Sirmundo per sequentes

(*a*) Cod. Matrit., quem P. Scorsus non vidit : Ὁμιλία εἰς τὴν Βαϊοφόρον. Ἐλέχθη ἐν τῇ ΠΑΝΟΡΜΩ εἰς τὴν λιτὴν παρουσίᾳ τοῦ ῥηγός. Cf. Joan. Yriarte, supra col. 30. Edit. Patr.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

epistolas alio extrusus est clavo ; sed jam rem propius disquiramus. Enimvero si non Ῥόγου, ut exstat in plerisque mss. bibliothecarum, sed Ῥογερίου integrum nomen præscriptum esset homiliæ, non statim e sententia dejicerer, sed errorem alicujus posterioris ævi librarii censerem, qui cum videret in proœmio homiliæ mentionem fieri τοῦ βασιλέως et auctorem in Sicilia sermones habuisse sciret, non alium quam Rogerium esse illum τὸν βασιλέα, *regem* facile potuit opinari ; et sicuti assolent facile pronuntiare, qui pauca respiciunt, id tanquam certum ascribere. Qua ratione possem illam inscriptionem uti spuriam et suppositiliam rejicere ac parvipendere : præsertim cum non in omnibus omnino codicibus mss. legatur, sed a duobus Gallicanis absit, uti scripsit ad me P. Jacobus Sirmundus de quo paulo supra mentionem feci. Sed recipiatur sane ut antiqua, quandoquidem in plurimis mss., Vaticanis duobus, Gallicano uno, Escuriali uno : et fidem debitam mss. etiam in cæteris rebus haberi postulo : sed ita recipiatur uti scripta est, Ῥόγου non Ῥογερίου. Quanto autem minus valebit, ut me de sententia deturbet *Rogus* ille rex barbarus, et prorsus incognitus, nec ab ullo scriptorum traditus, cum ne Rogerius ipse, uti dixi, valeret, præsertim cum nulla alicubi cernatur adjecta lineola quæ compendium vel cifram signet esse, sic Ῥόγου pro Ῥογερίου. Sed jam illam convellamus a fundamentis et machinas admoveamus. Primum argumentum est ratiocinatio paragraphi superioris, quæ satis videtur evidenter concludere Theophanem nono eoque obscuro vixisse sæculo sub Basilio et Leone impp. ; secundum est ipsa archiepiscopi Tauromenii dignitas, qua erat ornatus auctor hic, et auctor sermonum, quo tempore eos ad populum et principem habebat. Ubi vero Rogerii regis tempore Tauromenitanum episcopum floruisse, vel etiam fuisse in Sicilia quis dixerit, vel lectum, vel traditum, modo historiarum lectione, ac præsertim Siciliensium rerum paululum sit imbutus ? Una sit satis ad eum negandum auctoritas Gaufridi Malaterræ monachi, oculati testis eorum quæ in Sicilia a Northmannis gesta sunt, quique Mathildis, Rogerii sororis, jussu earum confecit historiam, quæ exstat, rudi barbaroque stylo eorum plane temporum scripta, et impressa tom. III *Hispaniæ illustratæ* (*a*). *Dux*, inquit, *Robertus comesque Rogerius adepti Panormum ecclesiam sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, quæ antiquitus archiepiscopatus fuerat, sed tunc ab impiis Sarracenis violata templum superstitionis eorum facta erat, cum magna devotione reconciliatam dote et ornamentis ecclesiasticis augent. Archiepiscopus, qui ab impiis dejectus in paupere ecclesia Sancti Cyriaci quamvis timidus, natione Græcus, cultum Christianæ religionis pro posse exsequebatur, revocantes restituunt.* Hæc Malaterra. Qui sane cum tam diligenter, eorum temporum facta describat, si quis alius ab illa clade incolumis evasisset episcopus, dicere certe non omisisset ; meminisset etiam ejus Thomas Fazellus, studiosus scriptor rerum Siciliensium : quin etiam Dom. Rocchus Pirrus, cujus hoc ipsum fuit institutum perscrutari et in lucem prodere notitiam episcoporum omnium temporum, omnisque Siciliæ, si aliquod de Tauromenitano episcopo ad Rogerii regis tempora superstite alicubi scriptum esse reperisset, evulgasset. Cujus ego cum sententiam de hac re, præter eam quam de scripto protulerat, viva voce rogassem, somniare esse respondit, hoc opinari. At dixerit aliquis : Si superstes non fuit episcopus Tauromenii ad receptam a Saracenis Siciliam, redintegrari certe potuit ut cæteri ab ipso Rogerio comite aut rege : et hoc quæro unde habeant. Nam quas episcoporum sedes vel restituerint vel constituerint Robertus dux, ac Rogerius comes et rex, proditum legimus ab ipso Gaufrido, Maurolico, Fazellio et aliis scriptoribus : nam Panormitanæ Ecclesiæ a Northmannis fratribus Nicodemum suum (sic enim appellatum legimus eum archiepiscopum de quo supra Gaufridus non expresso nomine) magna cum populi gratulatione restitutum : ab ipso vero Rogerio comite Troynensi Ecclesiæ Robertum præfectum, quem post Menanam transtulit ; Agrigentinæ Gerardum, genere Allobrogen, Mazarienzi Stephanum, Rotomagensem ; Catanensi Angerium, Syracusanæ Stephanum, Melitensi Gaufridum. Reliquos thronos a sequentibus regibus erectos esse scimus, Cephaludensem a Rogerio rege, Montis Regalis a Willelmo II, Pactensem etiam multo post, Bonifacii VIII tempore, atque etiam Liparensem creatos. Atque hi throni usque ad præsens tempus in Sicilia manent. Ergo si Tauromenitanus instauratus a Rogerio rege fuisset, id aliquis scriptor memoriæ prodidisset. Vel si quis id pertinaciter contendat, debet ostendere quo tempore, qua causa, quo casu episcopus Tauromenii esse desierit : de quo mirum apud omnes silentium. Fatendum igitur est, una cum libertate et imperio in Sicilia orientali cecidisse, nec unquam erectum. Unde luce meridiana clarius est Theophanem archiepiscopum sub Basilio et Leone Tauromenio et postremo proximum præfuisse ; et perturbato exsinde Siciliæ statu neminem præterea usque ad hæc tempora fuisse suffectum. Pergo ad tertium argumentum, quamvis jam dictis contentus quivis esse posset. Qui convenit inscriptio τοῦ ῥητοῦ cum iis quæ in ipsa homilia dicuntur, in qua βασιλεὺς appellatur : *cujus præsentia, quam nunc*, inquit, *timeo et contremisco sudore aspersus, pavore occupatus, reverentia detentus, pavente anima, nutante mente, et subsultante corde, intercluso etiam vocis sono, quod*

(*a*) *Patrologiæ Latinæ*, tom. CXLIX, Locus citatus exstat col. 1152.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βασιλικαῖς ἀκοαῖς *sermonem quasi salsugine amarum propino.* Tanta enim demissio tantusque tremor dicentis archiepiscopi, gravissimi hominis, non nisi ad imperatoriam majestatem excitari videtur posse. Sed esto hoc etiam possit convenire τῷ ῥηγὶ, qui poterit eidem βασιλέως convenire nomen? Sane βασιλεὺς appellatos solum imperatores, saltem a Michaelis III temporibus usque ad concilium Florentinum, trecentis annis post Rogerii tempora celebratum, reperio in Græcorum monumentis, in quibus hæc vocabula ῥὴξ et βασιλεύς (quamvis unum natione Græcum, alterum Latinum, sed tamen flexu quodam Græco jure donatum) lego. Nam anno Christi 868, Michaelis III 26, ita de Photio, in Nicolaum primum pontificem acerbissimo odio exardescente, Nicetas in Vita S. Ignatii patriarchæ scribit: Δώροις γὰρ λαμπροῖς ὅτι μάλιστα τὸν ῥῆγα Φραγγίας Λοδόηχον, καὶ Ἠγιβεργὰν δὲ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ὑποποιούμενος, βασιλεῖς τούτους ἀνευφημεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπηγγέλλετο, εἴγε συνεργήσειν αὐτῷ πρὸς τὴν ἄτοπον ταύτην καὶ ἄθεσμον ἐπιθυμίαν, καὶ τὸν δίκαιον ἄνδρα τῆς κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίας βιαίως ἐξωθήσειν. *Magnis etiam muneribus præcipue regem Franciæ Lodoechum (sic Græci Ludovicum appellant) et Engilbergam ejus uxorem sibi propitios reddens eos imperatores* βασιλεῖς *in urbe Constantinopoli se proclamaturum pollicebatur, si sibi opem ferrent in hac re adeo absurda et injusta, ut sanctum illum episcopum Nicolaum ab Ecclesia vi ejicerent.* Talia pollicitus est Photius eo quod imperatores Orientales non reciperent Occidentales vocari βασιλεῖς. Quod Baronius ait explicans locum Nicetæ. Ergo si imperatores Occidentales non sustinebant Græci vocari βασιλεὺς, sed solum ῥῆγας volebant, quanto minus minores reges? Et res est certissima ex eo quod Basilius Macedo sequens imperator e litteris Adriani II per legatos allatis Constantinopolim nomen imp. Ludovico impertitum abradi jussit, et ad eumdem legationem misit, et litteris exhortatus est, ut abstineret a nomine βασιλέως, et cum ipsum ῥῆγα appellasset, sic ad eum rescripsit Ludovicus: *Postremo scito, quia qui riga quemque appellat, quid dicat, nec ipse novit. Siquidem etiamsi linguis omnibus, more apostolorum, imo angelorum loquaris, cujus linguæ sit riga, vel cui dignitati tonus ille barbarus congruit, quod rex dicitur, interpretari non poteris. Nihil enim forte ad idioma propriæ linguæ, tractum riga, regem significare monstraveris. Quod si ita est, quia non jam barbarum, sed Latinum est, oportet ut cum ad manus vestras pervenerit, in linguam vestram fideli translatione vertatur. Quod si factum fuerit, quid aliud nisi hoc nomine* βασιλεὺς *interpretabitur? Quod non solum Veteris sed et Novi Testamenti omnes interpretes attestantur. Unde si in alienis personis hoc detestaris vocabulum, stude ex omnibus tam Latinis libris quam Græcis, sive regis, sive* βασιλέως *nomen eradere.* Ex quibus manifeste apparet quam ambitiosi fuerint imperatores Græci hujus nominis βασιλέως, et non nisi imperatoribus suis tribuerint, cum nec imperatoribus Occidentis tribui vellent. Præterea Constantinus Porphyrogeneta, Leonis Sapientis filius, Basilii nepos aviæ, ambitionis et invidiæ hæres, undecimo themate eumdem Ludovicum ῥῆγα Φραγγίας appellat, cum tamen non ignoraret imperatorem coronatum fuisse Romæ a Sergio papa anno 844, atque imperatorem et Augustum salutatum: et ubicumque de imperatore Græco agit, βασιλέα vocat eum, et res ejus βασιλικάς. Vide ipsius thema dictum et notas Federici Morelli, ex quibus illud fragmentum epistolæ excerpsimus. Itidem ex Joanne Meursio multa possemus afferre: qui in Glossario Græcobarbaro, voce Ῥῆξ, post multa scriptorum inducta testimonia sic concludit: *Itaque ῥὴξ tantum dicebatur et imperator Occidentalis et quivis alius rex nomine communi, excepto solum Bulgaro, qui pariter atque Constantinopolitanus* βασιλεὺς *indigitabatur.* Citat Nicetam in Manuele Comneno. lib. I et lib. VII, Codinum, Suidam, Constantinum Manassem in *Annal.*, additque Siciliæ principem hoc nomen ῥηγὸς hæreditarium accepisse a Constantino Magno, de quo nos paulo infra ex Gregora. Hæc igitur habet de hoc discrimine nominum toto Theophanis Ceramei tempore observatum: ex quo obiter illud refellitur, non posse illam inscriptionem τοῦ ῥηγὸς Ῥόγου pertinere ad aliquem magistratum, seu præfectum Siciliæ, quem regis titulo per eadem tempora insignitum fuisse ostendit Dom. Rocchus Pirri in notis Panorm. Eccles. an. Chr. 849, ex quodam præsertim Nicephori Gregoræ loco: quem et alias itidem rationes et conjecturas vide apud ipsum quæ sane hic non redarguo: sed quantumlibet ea probent, hunc regis, ῥηγὸς, titulum præfectis Siciliæ tributum, ad illorum aliquem pertinere non posse hanc homiliam in inscriptionem ex titulo βασιλέως qui illic datur, ostendi: et ex mentione diadematis, et rerum in bello præclare gestarum magnitudine videtur satis certum. Quod autem attinet ad Rogerii regis tempora, eum etiam nunquam βασιλέα, imperatorem, sed semper ῥῆγα, regem appellatum apparet ex omnibus monumentis et privilegiis ejus tempore Græce in membranis scriptis, et ex numismatis cusis, quorum ectypon in charta expressum ostendit mihi Dom. Antoninus Amicus et mihi amicissimus: Ῥογέριος κραταιὸς Σικελῆς ῥήξ. Id est, *Rogerius potens Siciliæ rex.* Jam vero discrimen hoc inter βασιλέα et ῥῆγα custoditum etiam non solum usque ad Rogerium regem, sed etiam usque ad concilium Florentinum, celebratum trecentis ferme post ipsum annis, video. Nam in ipso concilio Græce scripto imperatores Orientis et Occidentis βασιλεῖς et eorum imperia βασιλεῖαι, cæteri ῥῆγες vocantur, ubi sic patriarcha CP.: Ὁμοίως λέγομεν, καὶ οἱ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μεγάλοι αὐθένται, καὶ ῥηγάδες, καὶ δουκάδες, ἵνα ἔλθωσι, καὶ αὐτοὶ ἀπὸ ὁρισμοῦ τοῦ πάπα, καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συνόδου ἦν, etc. Hoc est: *Idem de magnis principibus, regibus et ducibus dicimus; ipsos etiam debere convenire mandato papæ et imperatoris et synodi obedientes; vel certe et ipsos eadem similiter scribere*; ex quibus vides βασιλέα appellari solum imper., alios reges minores, ῥηγάδας. Quid vero de epitheto γαληνότατος et γαληνότης; quas voces Latine *serenissimus et serenitas*, seu *tranquillitas* licet vertere, nonne imperatori CP. appositum passim quis legerit in scriptoribus? Ita Meursius paulo supra memoratus in Gloss. tradit ibi vocem γαληνότητα *serenitatem* et *tranquillitatem* Latine verti, eamque inter titulos imperatoris numerari; affertque plura loca Harmenopuli, Leonis, Arcadii et Honorii, ad extremum annotat præfecto urbis datum titulum Serenitatis. Cum igitur sit luce clarius demonstrari non posse eam inscriptionem regi Rogerio convenire, ut aliud quærere argumentum sit λύχνον ἅπτειν ἐν μεσημβρίᾳ, videamus quid sibi velit illa inscriptio et quomodo explicanda. Enimvero sicuti nonnullas ex his homiliis Tauromenii dictas ab episcopo constare certo potest, ut illa de S. Pancratio (*homil.* LVII), in qua ipsius insulæ et urbis in qua tunc erat, mentio fit, et præterea ubi fit mentio B. Virginis Ἀχειροποιήτου quam Tauromenii probavimus esse: et alias ex aliis conjecturis; quin et plerasque in quibus nullum adversatur signum verosimillimum est; ita etiam extra Tauromenium nonnullas dictas æque certum esse debet; et quidem etiam in ipsa urbe regia Constantinopoli, quod ulterius probabo infra: ex harum numero esse homiliam XXVI mihi persuadeo ex præsentia et nomine τοῦ ῥηγὸς, et quidem coronati, ex concursu adventuque episcoporum; quæ non alibi quam in urbe ipsa Constantinopoli congruentius evenire posse videntur. Jam in celebrioribus homiliis præter inscriptionem tituli aliquid aliud notatum animadverto, ut in hom. II sive oratione *De sancta cruce*: Ἐλέχθη δὲ ἐν τῷ ἄμβωνι, *Dicta est in ambone*, hoc est suggestu; et in hac: Ἐλέχθη δὲ ἐνώπιον, etc. Mos autem erat hujusmodi Constantinopoli, de quo Balsamo relatus a Jacobo Gretsero lib. III Com. in Codinum; qui cap. 5, *Hoc* τῶν Βατόφορων *die imperatores ait olim ac patriarchas distribuisse subditis* ῥόγας, *hoc est munera et dona; hunc que usum usque ad tempora Constantini Monomachi duasse, et postea desiisse.* Sunt autem rogæ stipendia etiam militaria ab *erogando* dictæ, adeoque ex Latino sermone vox μιξοβάρβαρος facta τὸ inquam ῥόγα, multaque est mentio hujus nominis non solum Græci ῥόγαι, sed et Latini, *roga*. Quod ex libello Rigaltii *De verborum significationibus* docet Lacerda noster in *Advers.* cap. 120. Utitur ea voce Gregorius Magnus lib. II, epist. 32. Inde et *rogalia* dies dicti sunt quibus ab imperatore et patriarcha dabantur rogæ, apud Codinum et Cedrenum. Vox ipsa ῥόγαι, et inde formata ῥογάτορες, milites qui stipendia merent. Item largitiones, erogationes, munera et dona a principibus liberaliter distribui consueta eodem nomine continentur. Hujusmodi rogam a se visam describit Luitprandus Ticinensis lib. VI. Hoc posito, sic videor fortassis εὐστόχως conjectare posse, notatam in homilia a principio fuisse solemnem diem, et concursum frequentem divum et magistratuum aulæ CP. coram quibus ea habita, qui ad rogam ea die frequentes convenire debebant, adeoque scriptum ἐλέχθη δὲ ἐν τῇ ῥόγα, vel fortassis ἐνώπιον τῆς ῥόγας, re ipsa et distributione munerum pro conventu consessuque sumpta ex more communi loquendi; inde a posterioribus, qui eam exscripsere homiliam depravatam inscriptionem, et τοῦ ῥόγου pro ῥόγας scriptum opinor; deinde ab ignorantibus quid sibi velit ἐν τῇ ῥόγᾳ vel ῥόγου, et hariolantibus nomen illud esse concise scriptum pro Ῥογερίου, titulum ipsum addidisse τοῦ ῥηγός. Confirmatur vel approbatur hæc nostra commentatio eo quod exemplar antiquissimum omnium Vat. biblioth. exscriptum constat ex apposita temporis nota anno 1448, nimirum post Rogerium regem annis ferme trecentis, post Theophanis tempora ferme quingentis; ut et celebritas illa τῆς ῥόγας non solum ex usu aulæ CP., ut jam dictum est, sed multo magis ex ipsorum Græcorum cognitione, qui historias non lectitarint, abolita et obliterata esse potuerit; contraque vero Rogerii nomen in Sicilia adhuc vigere; unde in eam opinionem devenire potuerit, qui eam scribebat, homiliam Rogerii tempore et coram illo eam habitam, non solum ex inscriptione τῆς ῥόγας vel ῥόγου, sed etiam ex iis quæ in Proœmio ipso de præsentia βασιλέως dicuntur. Atque hæc de tota hac inscriptione commentus in medium, non quidem tanquam ex tripode, vel sortilegis Delphis, sed ex cortina interiorum litterarum et antiquitatis proferrem: quæ tamen accepta a lectoribus ita velim, ut ex his illud me scire profitear, non esse eam homiliam ad Rogerii tempora referendam; cætera de epigrapha ut excogitata a me et opinata, non explorata atque comperta dici. Quod si cui potior sententia succurrat, et sedeat animo, ei libentissime ipse quoque subscribam.

§ VII. — *A quo consecratus archiepiscopus Theophanes fuerit.*

Constituto jam et constabilito multis argumentis quo tempore Theophanes Ecclesiæ Tauromenitanæ præfuerit, nimirum ab anno Basilii Macedonis III, hoc est anno Christi 812. usque ad Leonis XV, evidens mihi etiam illud efficitur eum, postquam S. Ignatius patriarcha CP. in suam sedem, a qua per vim fuerat a Photio deturbatus, ex auctoritate Adriani II pont. et synodi VIII, sub eo ad hanc causam celebratæ, restitutus fuit, legitime consecratum fuisse archiepiscopum, et in locum Zachariæ,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

jam in ipso concilio depositi et exauctorati, fuisse subrogatum. A quo autem eam consecrationem acceperit, a pontifice Romano, a quo Siciliæ episcopi ab initio Ecclesiæ, utpote Romanæ diœcesis, ordinari consueverant, an CP., videtur in dubium revocari posse ab iis qui in antiqua historia ac præsertim ejus temporis monumentis et synodis CPoli celebratis versati fuerint. Nam ut ab octava ordine præpostero ordiar, in ea Zacharias Tauromenitanus episcopus a S. Methodio patriarcha CP., cui ejecto Joanne Iconomacho S. Ignatius successit, aperte dicitur χειροτονίαν, hoc est *consecrationem*, accepisse. Locum ex act. III ipsius synodi retuli Proœmio I, § IV. In septima vero subjectionis ejusdem episcopi Tauromenitani patriarchæ CP. indicio est subscriptio Joannis, in qua patriarcham suum Tarasium, qui eo tempore synodo præerat, his verbis profitetur: *Joannes sanctissimus episcopus Tauromeniæ dixit: Cum veluti divinus orthodoxiæ terminus sint litteræ quæ ab Adriano papa senioris Romæ ad pios nostros imperatores necnon ad Tarasium universalem patriarcham nostrum missæ sunt, ita profiteor suscipiens sacras iconas*, etc. Vides ut imperatores et CP. patriarcham suum appellet. Similiterque omnes episcopi Siciliæ qui in ea interfuisse leguntur, in synod. et act. subscribunt. Ex quo indicio fatetur etiam dom. Rocchus Pirri in *Not. Eccl. Syrac.*, tom. III, jam per hæc tempora episcopos Siciliæ CP. sedi cœpisse adhærere. Deinde etiam ex eo videtur id colligi, quod Nicolaus I, epist. 9, Gregorii Syracusani antistitis audaciam in judicium vocet, quod in Ignatium, suum videlicet patriarcham, impietatis jacula exercuisset. Tum ex damnatione ejusdem Gregorii et sententia lata per S. Ignatium patriarcham; quam nisi potestatem aliquam certe ad primas causas habuisset, laturum nunquam fuisse censendum est: quanquam ut rata haberetur ad Leonem III pontificem missi legati; et cætera, prout in historia et synodo habentur peracta sunt rite atque legitime. Ex quo eminentissimus cardinalis Baronius de hoc jure a CP. patriarcha in Siciliæ Ecclesias vindicato sic scribit ad annum 854: *Audisti synodalia acta, sententias patriarcharum, judicia episcopalia indiguisse confirmatione primæ sedis pontificis. Quod autem Sicilia insula sub juribus adhuc esset Orientis imperatoris, quamvis occupata esset a Saracenis, primas causas occuparerat sibi CP. episcopus, ita tamen ut sua acta confirmatione indigere apostolicæ sedis non ignoraret.* Hactenus Baronius, ideinque scribit Jacobus Gordonius in Chron. ad annum eumdem, citatus ab Octavio Caetano in *Isagoges* cap. 38, et tandem manifestum id fieri videtur ex novella const. Leonis cognomento Sapientis, cujus inscriptio ita se habet: Ἡ γεγονυῖα Διατύπωσις παρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, ὅπως ἔχουσι τάξεως οἱ θρόνοι τῶν Ἐκκλησιῶν ὑποκειμένων τῷ πατριάρχῃ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *Dispositio facta per imperatorem Leonem Sapientem, quem ordinem habeant throni Ecclesiarum patriarchæ CP. subjectarum.* In extremo vero post recensionem illorum subduntur οἱ ἀποσπασθέντες ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς διοικήσεως, καὶ νῦν τελοῦντες ὑπὸ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως μητροπολῖται, καὶ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἐπίσκοποι, *avulsi a Romana diœceri et CP. subjecti throno.* Deinde numerantur, Syracusanus, Thessalonicensis et alii metropolitæ nonnulli: Syracusano subjiciuntur Tauromenitanus, Messanensis, Agrigentinus, et alii deinceps quotquot erant tum Siciliæ episcopi. Hæc sunt testimonia ex synodis et historia ejus ævi deprompta quæ subjectas per eamdem tempestatem Ecclesias Siciliæ patriarchæ CP. possint satis demonstrare. Unde et eodem jure Theophanem nostrum a S. Ignatio, patriarcha CP., sedatis jam per synodum VIII illius Ecclesiæ turbis, ordinatum augurari quis possit. Quod si quis opinari velit, nullam certe notam schismatis Theophani nostro imposuerit, cum nec a Photio pseudopatriarcha, schismatis auctore, sed a S. Ignatio legitimo et in suam sedem restituto consecratum dicat; neque ab hoc S. patriarcha id illegitime, et sine aliqua potestate saltem peculiari sibi permissa a sede Romana. Nam per occasionem, quod ibi moraretur Theophanes ex peregrinatione suscepta Hierosolymam, de qua dicemus § sequenti, vel alia potuit id fieri legitime, ut dixi. Sed tamen quando hoc ex conjectura et ratiocinatione quadam gratuita quis augurari possit, non certo argumento comprobare, liceat potius contrarium augurari, et eum a Romano pontifice potius quam a patriarcha CP. fuisse consecratum; quod ea mihi liceat de Theophane nostro præsertim credere, quod eum videam in his suis sermonibus, ad populum et gregem suum habitis de S. Petri et successorum ejus primatu optime, et ut catholicum scriptorem decet, sentire, et frequenter illum, præsertim vero homilia *De SS. Petro et Paulo*, contestari. Ex qua etiam testimonium protulit adversus Magdeburgenses novatores Franciscus Turrianus, ut in elogiis ad finem horum Proœmiorum positis, et alibi videre est. Deinde de universa Siciliensi Ecclesia illud ut certum exploratumque affirmabo, eam pontifici Romano non solum qua pontifex est et universalis antistes, sed etiam peculiari jure, qua patriarcha Occidentis, Siciliæ, quæ ad Occidentem pertinet, Ecclesiam illi immediate fuisse subjectam, utpote quæ a S. Petro fuerit instituta. De quo vide luculentam dissertationem Jacobi Sirmundi in Protreptico contra Salmasii *Eucharisticon*, *de suburbicariis regionibus* lib. II, cap. 10. Quod manifestum esse ait Innocentius I pont. ad Decennium scribens: *In omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Sicilium insulasque interjacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis Petrus apostolus aut ejus successores constituerint sacerdotes.* Sed ego actum agerem, et fabulam recantarem, si hoc et aliis certissimis argumentis ostenderem Siciliensem Eccle-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

siam pontificis Romani diœcesim, vel a prima sua origine exstitisse, ab eoque consecrationes episcoporum, et cætera jura accepisse : cum præter Sirmundum jam citatum, de eo agant Octavius Caetanus in *Isagoge*, cap. jam citato, et dom. Rocchus Pirri in pluribus Notitiæ locis, satisque probatum ab iis sit, ex multis epistolis Leonis papæ I et Gregorii Magni. Sed postquam recepta a Gothis Sicilia, quod fuit sub Justiniani imperio, ad Orientis imperium in politica administratione pertinuit, præsertim vero ex tempore synodi VII, quam supra retulimus, et maxime vero sub imperio Michaelis et Photii pseudopatriarchæ, per occasionem potentiæ imperatorum et synodorum quæ ibi celebrabantur, paulatim CP. episcopus etiam ecclesiasticam Siciliæ gubernationem ad se pertrahere cœpit. Nunquam tamen in universam Siciliæ Ecclesiam legitimum jus acquisivisse ostendi potest : sed contra potius eam potestatem sibi usurpasse, renitente Romano pontifice ostenditur ex epist. Adriani I ad Constantinum et Irenem, sub quibus synodus illa VII contra Iconomachos, ut dixi, peracta est; in qua pontifex postulat, *ut consecrationes episcoporum et archiepiscoporum sicut olitana constat traditio nostræ diœcesis exsistentes penitus canonice S. R. E. nostræ restituantur;* et ex epist. Nicolai I ad Michaelem imperatorem jam dictum : *Volumus, ut consecratio Syracusano episcopo nostra a sede impendatur, ut traditio ab apostolis instituta nullatenus vestris temporibus violetur;* et posterioribus etiam sæculis ex epistola Alexandri III ad Willelmum Siciliæ regem, qui a pontifice contenderat, ne Gualterus Panormitanus archiepiscopus Romam adire consecrationis causa compelleretur, sed eam ab tribus de more episcopis Panormi reciperet; cujus petitioni ita rescribit Alexander : *Licet in memoria nostra non exsistat, ut aliquis prædecessorum præfati electi Gualterii unquam fuerit nisi a Romano pontifice consecratus, considerantes tamen*, etc., *concedimus consecrari, ita tamen quod hoc non debeat in posterum in exemplum assumi.* Hæc Alexander, qui cum de Panormitana Ecclesia testetur nullum superiorum ejus antistitum ab alio quam a Romano pontifice fuisse initiatum, de aliis etiam Siciliæ episcopis id nobis conjicere liceat; atque adeo non omnes patriarchæ CP. subjectos, ut ex illa Leonis dispositione aliquis argumentari possit, neque omnes ab eo consecrationem accepisse. Nec obstat quod legamus, Zachariam a S. Methodio eam accepisse, ut supra dixi ex syn. VIII, act. 3, quod sane negari non potest : nam illud ex aliqua peculiari concessione et privilegio factum dicere possumus. Postremum dico non posse mihi persuaderi illam avulsionem Siciliensis Ecclesiæ, quæ dicitur facta sub Leone, ab eo fieri potuisse; nam eo imperante jam omnis Sicilia a Saracenis fuerat occupata, quod ex chronologis liquet, Baronio, Curopalata, Fazello nostrate, et aliis, et diserte Constantinus Porphyrogeneta imp., Leonis ipsius filius, lib. II, *De them.*, in Siciliæ them., quem locum retulimus Proœm. I, § 1, qui captis cæteris urbibus Syracusas sub Basilio Leonis patre, Tauromenium sub Leone parente suo expugnatum fuisse testatur. Igitur jam tum ditione politica desierant etiam, vel potius deturbati throni fuerant episcoporum. Crediderim potius in ea novella solum constitutam esse novam episcoporum, qui patriarchæ CP. subjecti erant, dispositionem et ordinem quo unus alteri præcederet in consessu. Cæterum illam avulsionem factam tempore Michaelis imp. et schismatis Photiani, qui, ut Gregorio Asbestæ Syracusano gratiam referret, ejus Ecclesiam metropolim creare, eique cæteras Sicilienses subjicere qua jure quaque injuria voluit et conatus est imperatoria fretus potentia; cui etiam plus satis in rerum ecclesiasticarum dispositione tribuerunt Græci : quod queritur Gretserus noster in Codinum *De officiis aulæ Constant.*, adeoque potius in contentionem quamdam, quam in possessionem CP. patr. Siciliæ fuisse deductam Ecclesiam, eo propemodum modo quo de Bulgarica provincia recens ad fidem conversa per eadem tempora Basilii imp. orta controversia est inter patriarch. Ignatium et pontificem Romanum, præsertim Joannem VIII, ut legentibus historiam ejusdem ævi notum est. Sed hæc quæ obscuriora sunt, quam a nobis vel a quopiam ex luce aliarum historiarum illuminari et disceptari possint, utcunque existimata sint, haud in magno ponam, modo illud constet, quod omnibus persuasum velim, et optima fide præstare possum, nullum in his homiliis apparere schismatis ullius vestigium, quod attinet ad subjectionem ad Romanam sedem, sed potius plurima expressa argumenta communionis ad illam, ut supra etiam dixi, adeoque quod ad hanc rem attinet, eas inoffenso pede legi posse. Neque vero ex illa epistola, quam supra ex conjectura a Photio missam Theophani monacho retuli, aliquid adversus Theophanem, quasi conscium schismatis Photiani, ejusque partium studiosum elici potest; nihil enim in ea agitur quod ad hujusmodi factionem spectet : id quod tamen in aliis epistolis ad Euthymium et Gregorium agi videtur : sed solum de defensione dogmatis pertinentis ad sacras imagines, et præcipue an Christus esset depingendus, ut clare eam legenti constare potest : deinde nemo affirmarit a Photio jam excommunicato et dejecto eam epistolam missam : sed potius probabiliore conjectura censebit, cum Theophani adhuc monasticam vitam agenti sit scripta, eo tempore scriptam quo Photii causa nondum bene perspecta damnataque a sede Romana et postea a synodo VIII fuisset. Post hanc autem synodum, et compositum per eam schisma, redditaque Ecclesiæ Orientali tranquillitate, Theophanem ad archiepiscopi sedem fuisse promotum, ut initio dixi mihi certum apparet.

§ VIII. *Peregrinationes a Theophane susceptæ.*

Reliquum jam est, ut quæ de rebus a Theophane

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

gestis deque virtutibus sunt in his sermonibus relicta vestigia consectemur, ut aliquam tandem vitæ ejus speciem adumbremus. Illud autem quod ad res gestas attinet, constare potest, eum non perpetuo Tauromenii cum esset episcopus resedisse, sed vel negotii Ecclesiæ suæ obeundi, vel pietatis ac religionis ergo peregre ab ea fuisse profectum : nam de terrestri per Siciliam itinere ipsemet agit in homilia *de sancto Pancratio* (homil. LVII), ubi non venisse se dicit κατόπιν τῆς ἑορτῆς, hoc est *festo peracto*, uti proverbio fertur, quamvis id ne accideret veritus sit; sed ita maturasse iter, ut tempori ad ecclesiam suam festumque diem solemnem S. Pancratii celebrandum una cum suo populo perveniret. Et quidem Panormo tum se venire ostendit illis verbis : *Ex terrestri itinere Panormo advenientes fracti corpore sumus; sed vis est facienda infirmitati corporis.* Qua vero de causa Panormum se contulerit, haud potest ex aliquo loco colligi. Certe fide publica per inducias, forte ad redimendos captivos, eo venisse verosimile videri possit, cum per id tempus jam in Saracenorum esset potestate non solum Panormus, sed universa pene Sicilia excepto Tauromenio, ac fortassis etiam Syracusis, quæ sub Basilio Macedone tandem sunt expugnatæ : nec celarim lectorem in aliquibus mss. non legi Πανορμῆθεν ὁδοιπορίας, sed ὁρμηθείσης ὁδοιπορίας. Facile autem potuit ex ingenio scriptoris cui forte τὸ Πανορμῆθεν, vel obscurum vel insolens videri potuit, id commutari. Sed Πανορμῆθεν dici ἐπιῤῥηματικῶς ex usu Græcæ linguæ est; sicuti ab Homero dictum Σιδονιῆθεν, *ex Sidone;* et multa alia id genus reperiat quivis apud auctores. Jam igitur colliges ex hoc loco illum peregre advenisse Tauromenium, et quidem terra. Quod autem etiam navigarit extra Siciliam, et fretum Mamertinum trajecerit, extra controversiam est, nec ambiguitate scripturæ inobscuratur. Constat enim ex homilia *in sanctum Nicolaum* (homil. L), ubi ejusdem sancti Nicolai ope a magna tempestate in eo freto coorta se vectoresque cæteros liberatos docet. Lege eum locum; ex quo etiam non obscure auguramur eam homiliam non Tauromenii habitam : ita enim loquitur de Mamertino freto, itaque illud describit, ut non notum pene ante oculos positum, ut Tauromenitanis est, sed remotum ab auditoribus, nec omnino cognitum; sic enim ait : Πλέοντι γάρ μοί ποτε περὶ δύσιν Πληϊάδων τὸν Σικελικὸν πορθμὸν, ὃς μεταξὺ τοῦ Ῥηγίου καὶ Σικελίας ῥευματωδῶς καταφέρεται· quæ sic traduxi : *Cum enim navigarem aliquando circa Pleiadum occasum per Siculum fretum, quod inter Rhegium et Siciliam fluminis instar decurrit.* Quid necesse fuit illa designatio loci et freti fluxusque descriptio, si Tauromenii illa dixisset? Quid Tauromenii incolis notius? Igitur extra Siciliam erat cum ea dicebat. Cum vero Constantinopoli eum dixisse homiliam *εἰς τὰ βάϊα* (homil. XXVI) supra ostensum sit, ibidem etiam hanc dictam haud abnuerim; licet si quis alibi dictum velit haud repugnarim, cum nec quid affirmem habeam, in qua urbe sit dicta, nec quid negem. Jam etiam certum constat eum Hierosolymis fuisse, et loca sancta perlustrasse; crediderim equidem ad pietatis sensum explendum. Sic enim diserte fatetur hom. *De Passione* (homil. XXVII), ubi cœnaculum describit : Ἐν δὲ τῷ μετεώρῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀνῳκοδόμητο εὐκραεῖ ἀέρι πανταχόθεν χεόμενος, ὡς καὶ ἡμεῖς αὐταῖς ὄψεσι ἱστορήκαμεν. Quæ Latine sic habes : *In edito quippe Hierosolymæ loco sita erat temperato undique aere circumfusa, sicuti oculis nostris ipsi perspeximus.* Quando quidem igitur in Palæstinam peregrinatus est, quis dubitare possit eum saltem obiter Constantinopolim adiisse regiam urbem, ubi imperatoris sedes, cui tum Sicilia subjecta erat? Demum ex ea peregrinatione reditus ad Ecclesiam suam Tauromenium aperte intelligitur ex duabus homiliis. Prima est, *De legisperito interrogante Dominum*, (homil. XI) ex cujus proœmio et hæc veritas, et insignis episcopi in gregem suum paterna charitas, et pietas in B. Virginem Tauromenitanam ἀχειροποίητον exsistit. *Non tantopere enim aridam diutina siccitate terram, et squalentem imbres sitire dicit, quanto desiderio se flagrasse populi sui revisendi.* Legatur illud proœmium, quod sic tandem concluditur : Ἀλλ' ἐπείπερ ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μητρόθεο; Δέσποινα εἰς ἓν αὖθις συνήγαγε, καὶ προσκυνῆσαι ἠξίωσε τὸ ἀχειροποίητον αὐτῆς ἀπεικόνισμα, καὶ δείκνυσι πατέρα ἐπὶ τέκνοις ἐπευφραινόμενον· φέρε τὰς τῆς ἀπουσίας ῥυτίδας ἀποβαλόντες καὶ συνήθους διδασκαλίας ἀψόμεθα. *Sed quoniam nos Spiritus sanctus, et Domina nostra Dei Mater rursus in unum adduxit locum, et iterum imaginem ipsius non manufactam venerari concessit, et patrem filiis lætantem facit; age jam rugas absentiæ causa contractas remittentes, consuetum sermonem aggrediamur.* Quid illustrius hoc proœmio non solum ad reditum ejus, sed etiam ad sanctitatem ostendendam? quam tenerum in filios amorem, quantum eorum videndorum desiderium, quantam in B. Virginem pietatem ostendit! Sed de his sequente §. Nunc hunc absolvamus ex altera homilia eumdem reditum colligendo quæ est εἰς τὴν συγκύπτουσαν, *in mulierem curvam* (homil. XII); ubi malos quosdam homines et factiosos se absente conciliabula iniisse dicit; at ubi redierit, veritos ac formidantes præsentiam suam, vimque verborum et aciem linguæ, procul aufugere, nec ad synaxim convenire : ubi aperte ostendit se ab Ecclesia sua abfuisse. Reliquas ex eo sermone deductas conjecturas dicemus alibi. Atque hæc quidem de peregrinationibus ejus ita certa sunt, ut verissimæ historiæ instar de ejus vita esse possint.

§ IX. *Zelus et sollicitudo Ecclesiæ suæ : labores affecta ætate et valetudine : persecutiones pro ea toleratæ.*

Ex virtutibus quarum in his homiliis expressa reliquit exempla Theophanes, prius describam eas, quæ publicam, post quæ privatam personam spectant; cum ex doctrina Philosophi inter virum po-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tercum et virum bonum quoddam differat, et alia aliis propriæ virtutes sint, in una tamen persona eas copulari summa sit laus. Ac primum quidem instantia illa quotidiana et sollicitudo omnium Ecclesiarum, quam inter suos angores Paulus, communis gentium doctor, annumerat; zelus et ardor, quo, cum scandalizaretur quispiam, urebatur; amor in suos, quos filioles appellabat, gaudium enim bene procedentes, quos eosdem gaudium et coronam suam vocabat; dolor cum a recta veritatis et fidei via aberrabant; severitas et acrimonia in reprehendendo, unde epistolæ ejus graves et severæ; persecutiones denique quas complures commemorat; ea, inquam, erga unicam suam Ecclesiam in Theophane fuisse non obscuris indiciis intelliguntur. Instantia enim et assiduitas subministrandi divini verbi, cogendique ad synaxim populi sui, apparet ex prœmio hom. *De centurione* (homil. XLV), ubi bonis operibus diabolum moras et impedimenta objicere ait, quod oblata judiciali controversia, quo tempore sermo habendus esset, jam prope ejus ademisset opportunitatem : de quo se sollicitum fuisse ostendit, atque rem expedisse, ne verbo divino deesset. Et eadem homilia sub finem excusat, quod aliquid in explicando superiore textu prætermiserit, eo quod mentis attentio rerum ecclesiasticarum sollicitudine sibi impediretur : et homilia *De sancto Pancratio* (homil. LVII), ubi quamvis ex itinere fessus esset ac fractus, ne tamen sermoni deesset, infirmitati corporis vim se facere velle : eamque nusquam tantum valere, ut opera charitatis impediat, oportere. Præclara sunt etiam ad id ostendendum illa quæ dicit hom. *De Passione* (homil. XXVII). Cum enim esset populus nocturnis vigiliis et officiis defatigatus, ne molestus et gravis addendo tam longo sermone videretur, his se verbis excusat : *Verum ignoscite mihi, quia vestro satiari profectu non possum, et quo plus lucri faciatis, studium mentis intendite.* Nec postremum illud sit pastoralis sollicitudinis argumentum, quod cum infirmus esset corpore et senex, non tamen ab officio concionandi desisteret. *Et si igitur*, inquit, in hom. *De sanctis imaginibus, corporis imbecillitas non permittat, quantum satis est, sermonis officio defungi, modica tamen dicere non pigebit; ne si omnino sileamus, mœstitia afficiamus eos qui convenerunt.* Et homilia *in tertium Matutinum* (homil. XXX), ita se morbo laborasse significat, ut coactus sit laborem dicendi intermittere, ad quem tamen rediens sic ait : *At vero mentis nostræ torrens humoris expers et exsiccatus præterito sane tempore diu conticuit, laboranti corpori morem gerens, nunc vero evangelicarum considerationum fonte irrigatus, earum explicationem effundere properat.* Sed nihil magis hoc studium docendi populi et charitatem in eum declarat, quam prœmium homiliæ *in dæmoniacum habentem legionem* (homil. IX). Sic enim incipit : *Cohibet mihi linguam adversa corporis valetudo, sed eamdem solvit desiderium perfectionis Ecclesiæ; dolores silere coguut, amor suadet ut loquar; et mihi quidem morbi consolatio est vobiscum conferre sermones. Talis est sincera charitas; quæ extrinsecus accidunt, contemnit; id vero quod amatur in vera, delectatur. Verum quando ad sanctatem cibaqui desiderio non licet*, et cætera legantur. In homilia *De parabola decem millium talentorum* (homil. II) affectam senio ætatem innuit, dicens : *Ita sane et ego vestrum in rebus divinis progressum conjicio, chari auditores, quod me ad labores corporis minus aptum eisque detrectantem prompta animi vestri studia excitat ad docendum.* Jam vero zelum et ardorem animi, ne scandalizarentur, et errores circa veram fidei Evangeliique doctrinam haurirent, ostendit homilia *De muliere curva* (homil. XII), ubi fucis inertibus et consumentibus apum labores, deinde earum adventu congressuque fugientibus comparat improbos homines et seditiosos in Ecclesia. *Tales sunt*, inquit, *comedones raptoresque in Ecclesia; discessionem nostram observant : inde impetu facto damna ecclesiasticis rebus important; at vero linguæ nostræ aciem pertimescentes, coacta factiosorum manu per insidias nos oppugnare conantur; modo in aula Caiphæ concilium facientes, modo in Præcursoris oratorio constituentes improbum conciliabulum, et ex baptisterio insidiarum receptaculum facientes. Cujus rei causa? Ut expellatur Isaac et Ismael introducatur. Sed illi quidem fugiunt, ut videtis, cum custodias animadvertunt, et imbecilliores ex oribus avertentes, aures ad sermonem aspidis instar occludunt. Nos vero, o cleri mei cœtus, eorum impetum declinantes*, etc. Exscripsi totum hunc locum, quia continet illustria exempla tum zeli de quo diximus, ne averterentur a recta via oves, tum ejus in objurgando acrimoniæ, tum etiam insidiarum et persecutionis, quæ initio proposuimus. Quid enim est conari, ut expellatur Isaac et Ismael introducatur, nisi bonum et legitimum episcopum et pastorem de sua Ecclesia extrudere, et perversum illegitimumque intrudere? quid ex hoc nisi pietas et zelus boni pastoris colligitur, unde odium sibi apud impios ac facinorosos conflabat? *Omnes enim*, inquit Apostolus, *qui volunt pie vivere, persecutionem patientur.* Et in alio exemplari legitur, *Ut Jacob expellatur et Esau introducatur;* quod idem significat, electum scilicet a Deo pastorem et reprobum exclusum. Ex hujus itidem homiliæ fine cognoscitur zelus in vitiis reprehendendis, cum acriter invehitur contra perjuros. *Quousque tandem*, inquit, *ad contentiones, et rixas, et perjuria incumbemus? Me quidem horror et tremor invadit considerantem quam crebra in tribunalibus juramenta fiant*, etc. Idem habetur ex hom. XXIII : *Aliqui*, inquit, *objurgationibus puncti hortationes fugiunt, quasi frenetici medicos;* et ex hom. XLV, *De divite interrogante Dominum*, idem colligitur zelus et vis in objurgandis improbis. Cum enim eos vulturibus et scarabæis similes fecisset, qui aversantur sanæ doctrinæ odores, sicuti columbis ac turturibus bonos qui bono odore gaudent et vires sumunt, ita subjungit : *Quor-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sum vero hoc spectat exemplum? Quia scilicet, quæ hesterno die a nobis castigatio omnibus promiscue est adhibita, prudentibus quidem rectequè sentientibus correctioni fuit; quorum vero depravati sunt mores, ac difficile corriguntur, ii in majorem etiam impudentiam derenere, nedum evasere meliores. Verum nos eorum morbo acrioribus medicamentis Deo adjurante medebimur, et reprehensionibus magis austeris eorumdem stuporem, ut sentire aliquando valeant, excitabimus; vos vero qui saniore consilio, quod melius est eligentes, ad synaxim convenistis, evangelicum sermonem audite. Zelus tuendæ fidei catholicæ et refutandarum hæreseon apertissime cernitur in pluribus homiliis, in quibus nusquam tam acriter et graviter dicit, nunquam ita perstringit et acuit stylum, quam cum vel Juliani Apostatæ, vel aliorum seu gentilium, seu hæreticorum calumnias, irrisiones, errores adversus Evangelii dicta jactatas, vel etiam anicularum fabellas inaniaque commenta refellit, hom. v, ix, xxiii, xxx, xli, xlv. Paternus vero in suos amor ex illo proœmio hom. *De legisperito* (homil. xi) satis apparet, quod supra retulimus, ubi tanto populi sui revisendi desiderio cum abesset, exarsisse significat hac similitudine: *Non tantopere squalens, et aspera et arefacta terra cœlestem appetit imbrem, quantopere ego ora vestra videre cupiebam, o concio Deo acceptissima.* Legantur quæ sequuntur, quæ ita concludit: *Sed quoniam nos Spiritus sanctus, et Domina nostra Dei Parens rursus in unum adduxit locum, et voluit, ut iterum imaginem suam non manufactam veneraremur, et patrem filiis lætantem facit, age jam rugas absentiæ causa contractas remittentes, consuetum sermonem attingamus.* Idem amor declaratur hom. *De paralytico sanato* (homil. xxi): *Hæc*, inquit, *vestri amore, vestræque utilitatis ardente desiderio stimulatus loquor, et, quod ait divinus Jeremias, cordis sensoria dilaceratus. Sentiatis igitur quod decet; et si usque ad hanc diem ab officio deerrastis, stultitiam pœnitentia emendate; inde etiam fiet ut nos alacriore animo vos adhortemur.* Porro ex amore nascitur gaudium de profectu filiorum, dolor de defectu; utrumque ostendit in his homiliis, atque apprime homilia *De Transfiguratione* (homil. lix), ubi se pastori comparat ab edita rupe gregem suum multiplicatum et prata pascentem contemplanti, ac lætitiam agitanti: *Idem mihi*, inquit, *hodierna hac celebritate contingit. Videns enim populum meum gregem Deo dilectum ad sacram hanc ædem tanta cum religione concurrentem, in qua purissimæ Dominæ nostræ imago non manufacta collocata est, magnopere lætor, et præ gaudio gestire videor, et ad sermonem habendum incitari me sentio*, etc. Eumdem animi sensum exprimit homilia *De sancta Pentecoste* (homil. xl) ob eumdem populi concursum; eumdem itidem homilia xxiii, ubi se comparat generoso equo in lato campo exsultanti et cursuras facienti; et magistro eo alacrius tradenti doctrinam quo discipulos videt attentiores: *Hoc me etiam*, inquit, *excitat et reddit alacriorem, quod arrectis auribus animoque præsente sermoni inhiatis et jacta semina sicuti pinguis et fertilis ager excipitis. Unde etiam me bonæ spes alunt, fore ut fructus cœlestibus horreis dignos afferat hæc agricultura.* Contra vero dolor et indignatio cum secus res procederet, perspicua est ex homilia quam paulo supra retuli *de Paralytico sanato in Capharnaum: Conanti*, inquit, *mihi consuetum adire sermonem, et inter indignationem mœroremque versanti vox interciditur. Idem enim mihi contingit, quod homini agricolæ, qui cum multos sudores in excolenda terra profuderit, paucas tamen æstatis tempore demetit spicas;* et cætera quæ sequuntur, maxime ad rem faciunt, ad quæ remitto lectorem, ne omnia huc regerantur. Atque ex his locis, ex toto progressu homiliarum, in perorationibus, ubi maxime sententias morales et mysticas ad audientium documentum colligit; præsertim vero in homiliis de sanctis, ubi ipsas sanctorum historias breviter enarratas, nec non et ipsorum, et aliorum in historiam cadentium nomina pie et subtiliter ad informandum bonis moribus gregem suum explicat et convertit, ex his, inquam, perspicere mihi videor illas boni episcopi notas, quas enumerat sanctus Paulus ad Timotheum, ad quem scribit: *Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Jesu enutritus verbis fidei, et bonæ doctrinæ, quam assecutus es: ineptas autem et aniles fabulas devita; exerce autem te ipsum ad pietatem.* Et ad Titum vult episcopum *esse amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere;* et demum illud ejusdem sancti Pauli præceptum facere videtur Theophanes: *Prædica verbum; insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* Si quis bene considerarit et supradicta loca, et alia dicta in his perspersa sermonibus, mecum, credo, sentiet, et boni pastoris Ecclesiæ formam non modo his lineis adumbratam, sed plane expressam ad vivum conspicabitur. Sed ad alias virtutes, quæ hominem privatum perficiunt, progrediamur.

§ X. *Virtutes aliæ, maxime perfectionis Christianæ propriæ.*

Aliarum virtutum, quæ privatum perficiunt hominem, multa quoque sunt in his sermonibus relicta vestigia: et sane si de summis viris perscriptæ historiæ sunt expressæ, non corporum sed animorum imagines, ex quibus qualis fuerit interna cujusque species, quæve virtutum lineamenta cognoscimus, ac fidem iis habemus, ita ut hujusmodi imaginem a Xenophonte descriptam omnibus omnium pictis, fictis sculptisque simulacris Agesilaus ille prætulerit, certe oratio ipsa imago verior animi et clarior habenda est, quæ cum ad exprimenda animi ac mentis arcana sensa natura ipsa comparata sit, perfectius et certius etiam qualis quisque sit exprimit et repræsentat. Itaque non solus ille philosophus pervulgatum illud vere dixit, *Loquere, ut te*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

videam : sed etiam æterna Sapientia Pharisæos reprehendens, *Quomodo vos potestis bona* loqui, *cum sitis mali? Homo de bono thesauro cordis sui profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala; ex abundantia enim cordis os loquitur.* Quod ita a Christo dictum accipitur, ut plerumque ita usueniat; et experientia doceat, non posse tam diu aliquem ita vultum et orationem fingere, ut non in aliquo obtecta malitia deprehendatur, ut non venenum tandem in imo residens evomat. Itaque cum in his sermonibus Theophanis Ceramei nihil illum agere aliud, nihil studere videam, quam auditores suos ad virtutem informare et incendere; cum omnem explicationem Evangelii ad virtutum exercitationem utilitatemque auditorum de industria conferat et accommodet, nihilque sit doctrinæ moralis quod non consonum doctrinæ moribusque sanctorum Patrum, nihil quod non solum vitia damnet virtutemque commendet, sed etiam summum perfectæ virtutis apicem spectet, idque magno cum animi studio, sensu atque ardore sæpius et graviter inculcatum animadvertam, credere mihi profecto licet, eas in se exercuisse virtutes, et fecisse prius quam docuisse; et cum omnes homiliæ pietatem sanctitatemque Christianam et religiosam spirent, pium itidem ac religiosum eum fuisse virum. Sed cum de omni virtutum genere id fieri judicium liceat, certe de humilitate, quæ maxime est χριστομίμητος, ut auctoris etiam verbo utar, de contemptione voluptatum corporis, deque summa perturbationum animi victoria, quam mortificationem sancti vocant, et Theophanes uti Climacus ἀπάθειαν non uno loco appellat, maxima exstant judicia. Hom. *de Zachæo* (homil. xv) sic commendat humilitatem : *Zachæe, festinans descende. Anagogico sensu nos docet Christus nullum aliud magis idoneum esse pœnitendi principium, quam descensum.* Hæc vero est ἡ μακαρία ταπείνωσις, *beata illa humilitas, ex adverso diaboli superbiæ opposita. Vis pœnitentiam auspicari : fundamentum et inconcussam pœnitentiæ basim pone humilitatem. Descende, ut attollaris virtutum alis levatus.* Eamdem humilitatis commendationem ac celsitudinem habes hom. *de Publicano et Pharisæo* (hom. xvi). Atque his quidem locis maxime hanc virtutem extollit, in aliis vero de se ipse demississime loquitur. Hom. *de Archisynagogi filia et Hæmorrhoissa* (homil. x), cum historiam allegorico sensu explicasset, ad tropologiam convertens orationem : *Sed quid abeo*, inquit, *ad vocationem ethnicorum et reliquias Israelis, et externa circumspiciens, me ipsum non video hac narratione descriptum? Agedum in historia tanquam in speculo figamus aciem mentis, et unusquisque nostrum miseram animæ suæ conditionem animadvertat*, etc. Et homilia *de eo qui incidit in latrones* (homil. xi): *Felix igitur ille doctor qui doctrinæ denarios adauxebit, nimirum cum veluti de re sua domestica sanum verbum et vitam verbo consentaneam impenderit, infelices vero omnes ac miserabiles, juxta atque ego sum, qui inaniter in aere perstrepentes quasi æs sonans aut cymbalum tinniens dimidium efficiunt operis boni, et ejus quod præstantius est, expertes manent.* Similia habet hom. *de S. Philippo* (homil. xlix) : *Equidem ego cuperem ad hortandum vitam ante quam verba proponere; hic enim esset aptior docendi modus, si verbis vita concineret; sed quoniam vitam omnibus peccatorum maculis notatam præfero, ne videar tamen huic celebritati inutilis exstitisse, age jam Apostolo deprecatore confisus*, etc. Ex his sane verbis, etiam non animadvertente me, unusquisque lector, nisi simulationem venditationemque virtutis, ut de philosophis priscis arbitrari velit, quanta dicentis sit virtus, quanta humilitas agnoscat; et illud præsertim quo de agimus, doctorem bonum cum sano verbo vitam conjungere bonam oportere; quod cum ita doceat ac sentiat, ita etiam re ipsa eum præstitisse consentaneum est judicare. Jam hom. *de Zacchæo* ita loquitur (hom. xv) : *Et altiorem sane anagogicum sensum perscrutari potuerunt ii qui mundo sunt corde, quibus ob virtutum copiam a divino Spiritu mens illustratur. Nos vero peccatorum luto inhærentes, per mediocres sensus ingrediemur.* Atque hæc humilitatis documenta sint satis. De passionum vero mortificatione uti loquatur, non est unus locus. *Huc adesto*, inquit hom. *de eo qui habebat legionem dæmonum* (homil. ix), *quotquot tanquam a dæmonibus sic a passionibus tyrannico premimur dominatu; et hanc historiam ad nos ipsos accommodemus : vere enim a legione dæmonum possidetur, qui peccatorum multitudine premitur*, et cætera legantur in quibus uniuscujusque passionis, præsertim vero iræ, deformitatem maxime depingit et detestatur. Alia etiam virtutum aliarum indicia si non expressa, certe adumbrata quivis etiam sine mea hac enumeratione animadvertet, quæ quidem iis præditum hujus auctorem operis indicant. Illud vero solum ad hæc nostra conjectanea consignanda nobis deest, mors vitæ doctrinæque consentanea, de qua quoniam in perturbata illa incidit tempora, certi quidpiam ex historiis vel traditionibus habere non potuimus. Et quid mirum hoc deesse in nostro Theophane, cum ejus vitæ postremam partem et mortem obscurum exceperit sæculum, ut jam in proœmio ad lectores admonui, quo sæculo usque ad Clementem II pont. etiam gesta pontificum in obscuro incertoque sunt, eum perpetuum non habeant scriptorem, et majorem suorum scriptorum partem amiserint, tempora adeo obscura et incerta habeant, ut neque quo tempore, neque quo loco, neque quo ordine aliqua Romanorum pontificum nomina reperiantur satis liqueat : quod deplorat Ciacconius in *Vitis pontificum* editionis postremæ in Vita Nicolai I, qui eo tempore Romæ sedit quo Theophanes noster vivebat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

PROŒMIUM TERTIUM

ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΟΝ,

CONTINENS EA QUÆ AD SCRIPTIONEM AUCTORIS ET INTERPRETIS SPECTANT.

§ I. *Doctrinæ utilitas : methodus et character dicendi.* In quavis oratione duo inesse et observari docet lib. *Περὶ τῆς ποιητικῆς* Aristoteles, τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ ἦθος. Et quidem ἦθος ita definit, Ὁ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν ὁποιάτις ἐν οἷς οὐκ ἔστι δῆλον ἡ προαιρεῖται, ἢ φεύγει ὁ λέγων. Διόπερ οὐκ ἔχουσιν ἦθος ἔνιοι τῶν λόγων· *Mos est, qui ostendit electionem sive affectum animi qualis sit, in iis rebus de quibus non est manifestum, an ea prosequatur, an fugiat qui dicit. Unde aliquorum orationes moratæ non sunt ;* Διάνοιαν vero ita : Ἐν οἷς ἀποδεικνύουσί τι ὡς ἔστιν, ἢ ὡς οὐκ ἔστιν, ἢ καθόλου τι ἀποφαίνονται· *Sententia vero est, in quibus ostendunt quidpiam, quod sit, vel non sit, vel universe aliquid definiunt.* Cum igitur superiore Proœmio mores dicentis ex ipsiusmet oratione expiscati simus, consentaneum est, ut hoc præsertim paragrapho quid ipse sentiat, hoc est doctrinam, quadam synopsi proponamus. Ac primum quidem illud generatim dicam, ejus doctrinam atque sententias ut in plurimis cum veterum Patrum sanctorumque dictis sensibusque congruere; eosque ipse se sectari profitetur; et quandoque quidem proprio eos appellat nomine, aliquando describit antonomastice : duos in primis Gregorios, Nazianzenum et Nyssenum, tum Cyrillum, Basilium, S. Maximum martyrem; quorum non modo Theophanes auctoritatibus utitur, sed versus etiam et locos integros decerpit; quod et antiquiores ipso scriptores, et posteriores factitasse comperimus. S. Damascenus in libris *De orthodoxa fide*, et reliquis, multa a Basilio, Gregorio Nazianzeno aliisque ejusdem ordinis Patribus libenter corrogat, atque integros sæpe textus et totas etiam periodos mutuatur. Quid de Theophylacto, Euthymio, Œcumenio dixerim, qui S. Chrysostomi non modo ut sectatores, sed etiam epitomatores noti sunt; quorum tamen in S. Scripturam commentaria in pretio habentur. Sanctus Ambrosius, ut de Latinis aliquid tangam, ut auctor est Sixtus Senensis, opera sua ex Origene, Basilio aliisque Græcis Patribus compilavit. Venerabilis Beda ex S. Augustini dictis etiam libros implevit. Atque hi quidem posterioris sæculi Patres priorum imitatores hoc ipso quod veterem doctrinam subsecuti sunt, jure laudantur; nam et illis subscribere ipsi visi sunt, et pluribus suffragiis doctrinam catholicam approbare. Quo nomine et quidem merito etiam Theophanem nostrum inter eos Patres noni sæculi annumerat Dominicus Gravina tom. III *Catholicarum Præscriptionum adversus nostri temporis hæreticos*, p. 1, *qui ex auro apostolicorum Patrum scuta aurea fabricarunt et in templum Domini intulerunt, ut in ea mille clypei penderent, omnis armatura fortium.* Sed ut aliqua in summa perstringam, nulla fere est ex duodecim illis catholicis veritatibus, quas adversus Calvinistas ex Scriptura et SS. Patribus, et antiquis scriptoribus confirmat Gualterius, societatis nostræ scriptor eruditissimus, in sua Chronologia, quorum testimonia ab hoc Theophane peti non possint, et in suum sæculum conjici. De sacrosancto missæ sacrificio, de honore et invocatione sanctorum, de adoratione imaginum, ac præcipue sanctæ crucis, de libero arbitrio, de fide cum bonis operibus conjungenda, de iisdem operibus, quæ gratia divina subnixa vitam promerentur æternam, de jejunio ecclesiastico, præsertim S. Quadragesimæ, de pœnitentiæ sacramento, et confessione auriculari, de Primatu S. Petri et Romanæ Ecclesiæ, de ejusdem auctoritate in suis decisionibus, de his, inquam, in hoc opere vel integras homilias habes, ut *de S. Cruce* (homil. IV), et *SS. Imaginibus* (homil. XX), vel illustria loca pro re nata; plurimaque de postremo, nimirum de primatu S. Petri, ac præsertim homiliam *de SS. Petro et Paulo* (homil. LV), quæ nos testimonia suis locis omnia observamus et illustramus. Præterea adversus antiquiores hæreticos, Arium, Macedonium, Eunomium, Nestorium, Eutychetem ejusque sectatores Acephalos, et Armenios; præsertim vero adversus impiissimum Julianum Apostatam etiam nominatim sæpe invehitur et acuit stylum, eorumque confodit errores, et doctrinam catholicam contutatur. Quod autem ad duos Græcorum errores jam in concilio Florentino damnatos de processione Spiritus sancti a Patre et Filio, et de animorum ante diem judicii beatitudine, nihil est in his homiliis Theophanis quod illos manifeste contineat, neque quod ad tuendos errores illos deduci aperte possit : quin etiam sunt dicta nonnulla ex quibus catholica dogmata confirmari possint, quod nos longius demonstramus in notis ad illa loca in quibus aliquod circa hæc dubium ex modo loquendi Theophanis pro illis temporibus, quibus adhuc definita et explicata non erant, possit occurrere. Jam quod ad privatos sensus in explicando Evangelio spectat, sunt illi quidem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non raro litterales, sed plerumque mystici, allegorici, tropologici, anagogici a verbis Evangelii eruuntur, quos ad informandos potissimum piis moribus et Christiana perfectione auditores accommodat. Erunt igitur hi et sacris concionatoribus utiles, quos afferant ad populum, et privatæ cuique spirituali animæ utilitati accommodati. Si qui vero (qui quidem admodum pauci sunt) singulares hujus auctoris sensus admirandi potius quam recipiendi, et in publicum non referendi videantur, a nobis in notis animadvertuntur, ut ne temere et sine delectu iis quispiam utatur. Concionandi methodus hæc est illi familiaris : proœmium breve præmittit, petitum vel ab ipso argumento et evangelica historia : vel quod non raro, a loco, tempore, eventibus circumstantibusque rebus; et usque adeo est illi legitimum uti proœmio, ut in homilia *de Samaritana* (homil. xxxviii), cum præter morem ab ipsa re et historia vellet ordiri, præoccupet auditorum exspectationem et ἀπροοιμιάστως moneat sibi incipiendum. Deinde recitatis evangelii eo die prælecti primis verbis, quam cum rebus a Christo ante gestis et enarratis ab evangelistis ea consecutionem habeant, utique cohæreant, quasi altero exordio, vel potius expositione summatim sæpe ob oculos ponit; tum ad ipsa verba enucleanda accedit, quibus, ut dixi, litterali et historico sensu explicato libenter ad mysticos et morales dilabitur, eosque et in ipso decursu sermonis perspergit, et præsertim in perorando totam historiam evangelicam seu vitam illius sancti cujus festo die dicta homilia, paucis item perstrictam ad allegoriam seu tropologiam subtiliter non minus quam utiliter, et pie juxta atque ingeniose transfert : in quo nihil aliud propositum habet, quam juvare et instituere suorum auditorum animos. Quod ejus consilium minus consideranti lectori aliqua fortasse longe petita, et non tam emunctum doctrinæ lac quam sanguis elicitus videri poterit. Etymologiæ itidem et supputationes numerorum subtiles nimium, sensaque ab iis vi exorta potius et precario petita quam sponte nata censebit. Sed ejusmodi multa quoque in aliis Patribus tum Græcis, tum Latinis deprehenderit qui legerit; quæ sane non cum stomacho rejicienda, sed cum eo pietatis sensu recipienda cum quo dicta, et uti a pia mente ac pectore cœlesti sapientiæ imbuto profecta, veneranda sunt. Neque vero sapienti ac justo rerum æstimatori, quæ ab antiquis Patribus tradita sunt, cum nondum Christiana doctrina eo amplitudinis claritatisque processerat, ea ex nostro ævo dimetienda : quo aureo sane videmus explicata omnia et illustrata, cum et in scholasticas disputationes deducta, et exagitata, et in sacris concionibus, quarum Christiano populo multo major nunc copia est, pervulgata et decantata sint, tunc erant pleræque in majore pretio et quasi peregrinæ sententiæ, quæ nunc domi nascuntur, et assiduitate ipsa dicendi non tanti sunt. Sed illi rudia fundamenta et rudera ipsa jecerunt, nos super ea quadratos expolitosque lapides, Corinthia Ioniaque ornamenta coronidesque exædificavimus. Id etiam ex forma et charactere dicendi judicari potest, quam simplex ille nativoque colore cultuque decens, quam non fucatus et phaleratus. Sed illum in Theophane morem antiquum licet animadvertere. Genus dicendi in hoc oratore liquidum est et sponte fusum, et cum lenitate quadam æquabili profluens, omnino quale ἀπροοιμιάστως decet. Sunt enim hæ didacticæ quas ad docendum et instruendum populum bonus ac pius episcopus habuit, non tamen pedestres et indoctæ, nec dissolutæ : nec enim gravitate, concinnitate concentuque numerorum, et modicis oratoriis coloribus carent, sed quæ in corpore bene a natura constituto innata, non inducta, succo sanguineque ipso exsistentia, non accercita aut adventitia esse videantur. Nec figuris seu luminibus rerum caret. Habet aliquando σωροὺς, cumulos verborum et rerum. Παρονομασίας amat, et ἰσόκωλα, et ὁμοιοτέλευτα, et ὁμοιόπτωτα, quæ a Latinis figuræ dicuntur, *alliterationes*, *membra paria*, *similiter desinentia similiterque cadentia*; sed nulla re magis delectari videtur quam similitudine, quod ornamenti genus ingenii est, et utilitatis ad captum rudis plebis eximiæ. Perspergit etiam sales, sed cum sale ex historiis veterum, ex fabulis et sententiis poetarum sacrorum et profanorum, ex dialectico item, mathematico, philosophico theologicoque penu non paucas doctrinas; ita ut his omnibus artibus et doctrinis, et lectione scriptorum veterum instructus apprime videatur : ea tamen ac præsertim doctrinas externas, et colores oratorios pro re ac tempore adhibet, nec sine præmunitione, idque pro potestate potius quam pro voluptate ac vanitate; nec ea toto thylaco, ut dicitur, effundere, sed parca manu proseminare videtur. Non temere igitur σοφώτατος καὶ ῥητορικώτατος a suis, qui sermones ejus, ut posteritati traderent, descripserunt, suoque auctoris nomine inscripserunt, appellatus est. Claudam brevibus totam hanc dissertationem, et judicium meum tribus verbis explicabo. Visæ sunt mihi homiliæ hujus Ceramei Tauromenitani episcopi piæ, doctæ et elegantes, atque adeo dignæ quæ ad commune commodum et proferantur et perlegantur.

§ II. *Ratio mss. codd. ex quibus erutæ homiliæ : et nonnulli earum superiores interpretes.*

Ut qua fide ex mss. has homilias publicæ utilitati legendas ediderim, compertum sit, et quo exemplo doctorum hominum id perfecerim, quod illi inceptarunt, expediam breviter hoc proœmio : tum de mss., tum de iis qui ante me aliquas ex his sermonibus Latine preloque expressas evulgarunt. Primam huic Theophani lucem attulit, quantum ego putaris omnibus cognoscere potui, Franciscus Turrianus e societate Jesu. Hic in sua hoplotheca ms. codicem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

harum homiliarum Theophanis Ceramei habuit, ex qua testimonium protulit contra Magdeburgenses Centuriatores de primatu S. Petri Romanique pontificis. Ex hac eadem hoplotheca homiliam *de SS. imaginibus* acceptam tom. IX Annalium inseruit cardinalis Baronius, ab ipso Turriano Latinam factam, et a Jacobo Sirmundo aliquot locis perfectam; cujus itidem testimonium integrum referemus suo loco. Quam eamdem homiliam Jacobus Gretserus tom. II *De cruce* secundæ editionis, ut auctarium addidit post homiliam Germani patriarchæ, et unde eam habuerit, et qua auctoritate permotus ediderit, his verbis testatur ad rem maxime pertinentibus : *Inter alias schedas litterariæ suppellectilis Francisci Turriani, quas ante aliquot annos ad me misit R. P. Antonius Possevinus, reperi hanc homiliam a Turriano versam, et propria manu scriptam, quam diutius latere nolui, tum propter Turrianum virum doctissimum tum propter argumentum quod cum homilia Germani prorsus concinens merito eidem annectitur.* Hæc Gretserus; ex quibus vides quanti hæc antiqua SS. Patrum monumenta a litteratissimis viris æstimentur. Idem Gretserus tom. II *De cruce* duas homilias Theophanis Ceramei Græce simul et Latine ex sua interpretatione edidit. Unde eas habuerit non testatum reliquit in notis, sed equidem ex codice Margunii censeo, cujus ibi mentionem facit ex occasione locorum corruptorum et ab eo emendatorum. Jam vero ex notis ejusdem Gretseri intelliges has homilias mss. servari Venetiis. Sic enim ipse : *De Theophane Cerameo hæc Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ :* Θεοφάνους τοῦ Κεραμέως ὁμιλίαι εἰς Εὐαγγέλια τῶν Κυριακῶν, καὶ εἰς τινὰς ἑορτάς. *Manuscriptus liber Venetiis.* Idem habetur in Bibliotheca SS. Patrum sæculo IX; sed cum apud me Epitomen Gesnerianam non haberem, consului eam quæ habetur in biblioth. Dom. Aloisii La Farina, baronis Aspri-Montis, et genere et studio eruditionis nobilis, de cujus fratre D. Martino supra memini Proœm. I. Reperi autem in ea epitome non solum Græca verba quæ Gretserus fideliter retulit, sed et aliam notam, ex qua Gesnerus eodem errore quo cæteri, de quibus supra Proœm. II, tanquam diversos ponit Theophanem et Gregorium, ambos Cerameos, ambos Tauromenii archiepiscopos; sed hunc eorum qui ante me scripsere, errorem jam detexi proœm. illo II, § II. Sic igitur Gesnerus : *Gregorii Tauromenitanæ Ecclesiæ archiepiscopi Siciliensis, Ceramei dicti, homiliæ in Evangelia, et aliæ quinquaginta septem manuscriptæ exstant in biblioth. Italiæ.* Has homilias Gregorio inscriptas easdem esse atque has quas nos damus sub nomine Theophanis, jam ostensum est supra Proœmio II, § II. Atque harum bibliothecarum cognitionem ex impressis hactenus libris accepi. Jam vero eas etiam asservari in tribus Galliæ insignibus bibliothecis, scripsit ad me de hac re rogatus P. Jacobus Sirmundus, soc. Jesu, et ex omnibus indiculos manu sua scriptos itidem transmisit, ex quibus intelligerem quænam mihi deessent, ex Bibliotheca Regia, ex ea quæ Folientinorum S. Bernardi monachorum, et ex ea quæ est collegii societatis Jesu Parisiensis, quæ olim fuit cardinalis Joiosæ. Præterea in Regia Biblioth. Hispan. in monasterio S. Laurentii quod Escurialem vocant, Γρηγορίου ἐπισκόπου τῆς Σικελίας ὁμιλίαι ἀπὸ τοῦ ἀρχιτελώνου, et in alio codice : Ὁμιλίαι τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. *Gregorii episc. Siciliæ homiliæ a principe publicanorum inchoatæ, homiliæ totius anni.* Quas sane easdem esse atque has quas evulgamus fidem fecit D. Marianus Vulguarnera, Panormitanus, non magis genere quam litterarum Græcarum eruditione clarus; cui Madriti in regia Philippi IV degenti negotium in hac re litteraria dedi, ut de his homiliis deque auctore cognosceret, et ex indice earum quas apud me habebam, ad ipsum transmisso conferret argumenta, inscriptiones, et prima cujusque verba; quibus collatis easdem esse comperit quas apud me esse intelligebat. Atque eadem in bibliotheca ad codicem adjunctum reperit opusculum singulare quoddam, quod in aliis bibliothecis reperiri nondum accepi, Λεξικὸν τῶν ὁμιλιῶν sive Glossarium vocum singularium et difficilium auctoris cum earum explicatione; cujus ego lexici apographum, cum, adhibita multorum amicorum et litteratorum hominum ope, tandem diligentia Laurentii Cocchi, viri eruditi et in apparatu Historiæ S. Demetrii martyris studiosissimi, nactus essem, ad calcem hujus operis imprimendum curavi (*a*) ut exstaret etiam hoc testimonium et vestigium antiquitatis. Sed de eo plura illo in loco. In Vaticana Bibliotheca duo sunt codices harum homiliarum quibus indices ad me tres qua Græce, qua Latine amicorum, ac præsertim dom. Constantini Caetani abbatis, opera diligentissime perscripti, sunt missi; in altero codice eædem homiliæ nomine Theophanis Ceramei, in altero Gregorii continentur; inscriptiones sunt hujusmodi : in uno cod. Θεοφάνους, τοῦ ἐπίκλην Κεραμέως, ἀρχιεπισκόπου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας, ὁμιλίαι αἱ κυριακαὶ τοῦ ὅλου χρόνου; in altero : Τοῦ μακαριωτάτου, σοφωτάτου τε καὶ ῥητορικωτάτου κυρίου Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Ταυρομενείας τῆς Σικελίας, τοῦ ἐπίκλην Κεραμέως. Quæ duo nomina, Gregorius et Theophanes, unius esse auctoris patet. Inde sequuntur homiliæ ordine, in cujus calce designatus annus 1448, unde antiquitas codicis intelligitur. Postremo P. Octavius Caetanus, soc. Jesu, cujus studio ac labori hoc nostrum opus acceptum est referendum, cum quæ ad condendam et illustrandam sanctorum Siculorum historiam facerent diligentissime perquireret et appararet, harum homiliarum exemplaria describenda curavit. Et quidem ex duobus codicibus, ut ipse in adversariis suis, quas

(*a*) Nullibi tamen comparet. Cf. supra col. 41. EDIT. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

apud me conservo, testatum reliquit, altero Vaticano, altero Meletii Atheniensis monachi ex monte Sancto, familia S. Basilii, qui ex Oriente Messanam appulsus ibique cœnobii S. Catharinæ præfectus librum harum homiliarum manu exaratum illi perbenigne communicavit; in eo vero plures homiliæ tum Theophanis, tum Philippi Ceramitæ nominibus inscriptæ continebantur, de qua tamen varietate nominum disceptatum a nobis ac definitum est supra Proœm. II, § II; et quidem librum illum Meletianum ex autographo fuisse exscriptum, quod olim asservabatur in monasterio SS. Petri et Pauli de Itala; sed tamen id autographum hodie non exstare. Id monasterium Basilianorum est inter Messanam et Tauromenium situm : ad quod certum hominem misi, qui de eo diligentius notitiam aliquam seu traditionem exquireret, nec quidquam a paucis illis monachis qui ibi vivunt sciri potuit. Homilias autem *de Resurrectione*, et alias plures *de sanctis* ex Vaticano codice jam ante descriptas et in eodem fuisse libro, sed non inde transcriptas, ne supervacaneum opus, et impensa fieret. Horum igitur exemplarium alterum hic Panormi relictum et inter reliquam litterariam suppellectilem in morte traditum sibi P. Alfonsus Caetanus ejus frater spectatæ religionis vir, et pietatis ac studii in sanctos viros Siciliæ hæres, ad me detulit : viderem an foret operæ pretium Latinitate ac luce donare; et si tantum laborem, et e diurnis meis occupationibus spatii possem impendere, negotium susciperem. Placuit subscesivas saltem horas ex quotidiano munere pensoque suffurari. Alterum vero idem R. P. Octavius, ut qui maxime cuperet, et unum hoc agitaret animo, ut hæ homiliæ tandem lucem aspicerent, quæ sibi luce dignissimæ videbantur, unde non parvum Siciliensis Ecclesia splendorem esset acceptura, misit in Gallias ad Jacobum Sirmundum, soc. Jesu, cujus opera multa atque præclara in lucem prolata, quantus vir sit, sine mea oratione per se quamvis tacita prædicant, quo Romæ P. Octavius fuerat familiariter usus, ut vel ipse verteret, vel vertenda Latine curaret. Is lampada tradidit P. Dionysio Petavio, societatis nostræ, qui rem aggressus, primam, εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, Latinam fecit; postea tædio victus, aut codicis quem habuit obscuritate, a cœpto destitit, et sibi externum hominem subrogavit qui non modo rem non est orsus, sed vix tandem illud exemplar restituit. Sed P. Dionysius ne lucubratio sua illa periret, homiliam illam sub nomine Gregorii edidit Græce et Latine una cum historia Nicephori patriarchæ Constantinopolitani; quæ quidem ita se habere tum ad me scripsit epistola sua P. Sirmundus, tum ipse P. Dionysius litteris et memoriæ prodidit in suo illo libello, ubi in notis chronologicis cum de indictione agit, sic scribit: *Quod posterius, ut alios omittam, Gregorius* Καραμεύς, *Tauromenitanus archiepiscopus, indicat homilia* εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους, *quam nos una cum aliis pluribus ejusdem scriptoris nondum evulgatis accepimus a R. P. Jacobo Sirmundo, viro pererudito, qui quia crebro a nobis earum editionem flagitat, ut ei aliqua ex parte satisfiat, velut specimen quoddam indictionum occasione præmisimus.* Hæc Dionysius. Ego igitur opus aggressus, cum unico illo meo exemplari non possem esse contentus, nec satis lectoribus uno illo testimonio fidei nec auctoritatis operi facere posse viderem, ad certam exploratamque de iis fidem habendam animum adjeci. Et primum easdem illas esse homilias quæ Theophanis Ceramei, Tauromenitani antistitis, a majoribus essent dictæ receptæque, comperi ex ipsa inscriptione, nimirum εἰς τὰ εὐαγγέλια Κυριακὰ, καὶ ἑορτὰς τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. Quod sane constat ex omnibus testimoniis quæ de hoc auctore congeram infra. Deinde cum impressis apud Gretserum, Baronium, Dionysium meas mss. contuli, et quidem constare sensus et verba vidi; quamvis aliquot fragmenta vel in meo exemplari vel in impressis deessent, quod scriptorum vel culpa vel errore factum esse potuisse animadvertebam; et ex duabus unam integram posse restitui, de reliquis vero continuo litteras ad amicos et eruditos misi Romam, in Gallias, in Hispaniam, in Germaniam, ut, exploratis bibliothecis, de his homiliis me certiorem facerent. Et quidem ex Gallia P. Sirmundus non modo indices ex tribus bibliothecis quas dixi, sed et unam manu sua transcriptam *de SS. apostolis Petro et Paulo*, et aliquot proœmia illarum quæ mihi tunc deerant vel incerta erant; ac præterea quæ humanitas in tanto viro et studium perficiendi operis inerat, studio ac diligentia recuperavit exemplar illud quod jam amissum existimabatur, et ad me transmisit ex Gallia incolume. Hoc quamvis nullum præferret auctoris titulum, fortasse quia prima pagella in multas manus et loca translata ac detrita interierat, tamen contuli cum meo exemplari, ut cum easdem esse homilias comperissem, confirmatus magis in fide exemplarium sum : quin et lucratus ex eo multas homilias quæ in meo deessent, et loca plurima quæ in meo itidem essent intercisa, depravata, obscurata posse suppleri, emendari, illustrari vidi : et cum in illo sensus essent integri magis et pleni quam in meo, in hoc autem scriptura ipsa sive orthographia emendatior et clarior quam in illo, ex utroque quod erat lacerum mutilumque refeci atque sanavi, quod depravatum correxi, quod obscurum illustravi; atque ita integras perfectasque homilias describendas edendasque curavi. Addidit præterea P. Sirmundus exscripsisse se Romæ ex antiquo exemplari undecim homilias εἰς τὰ ἑωθινὰ, quas easdem etiam reperi, Deo operi aspirante, in monumentis a P. Octavio relictis et mihi traditis. Ex quibus collatis cum aliis totidem mei exemplaris non parum lucis ac fidei accepi. Roma non solum conferendum indicem argumentorum et principiorum curavi, sed exscribendas etiam plurimas, tum quas non haberem, tum earum quas haberem. Et quidem duas et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

viginti integras accepi; quibus si addas undecim εἰς τὰ ἑωθινὰ et alias non paucas de sanctis, si non omnes, certe maximam partem homiliarum e Vaticana bibliotheca depromptas possis agnoscere; quibus cum conveniant eæ quæ in utroque exemplari tum Panormitano, tum Gallicano (sic ea voce distinguendi gratia), de cæteris idem judicium prudens facere possis; et omnes perinde habere, ac si omnes omnino collatæ fuissent, et ex Vaticanæ bibliothecæ fide a me traductas publicatasque censere. Illud etiam monuerim ad confirmandam hujus operis fidem, una excepta homilia, *de legisperito interrogante Dominum* (homil. XI), reliquas omnes ex duobus tribusque exemplaribus inter se collatis a me proferri. Quod in singularum notis animadvertam; ubi etiamsi quid lectio variet, si quid mea conjectura correctum restitutumque sit, si quid ex omnibus lectionibus rectius videatur et verius, quod tamen sit alicujus momenti, admonebo.

§ III. *Ordo homiliarum.*

Non est alia series harum homiliarum, quam ea qua sunt evangelia per dies Dominicos festosque sanctorum per annum Græcorum ritu digesta. Constat autem non solum ἐκ τοῦ Εὐαγγελισταρίου, hoc est, libro quo evangelia descripta sunt in Liturgiis recitanda, nec ex Menæis solum, in quibus preces et hymni sanctorum per menses dispositi, sed etiam ex nostro Theophane in homilia cujus initium: Ἐπειδήπερ ἀρχὴν εἴληφε σήμερον (*homil.* V), quo ordine evangelia distributa sint. Inchoant enim annum ecclesiasticum a Septembri; et Dominica post Exaltationem sanctæ crucis ex S. Luca legere incipiunt, usque ad Quadragesimam: quo tempore ex Marco usque ad Pascha; hinc usque ad Pentecosten ex Joanne: exinde ex S. Matthæo, quo orbem annuum claudunt in Augusto. Quod etiam in codice Vaticano post homiliam *De sancto Joanne Baptista* (homil. LXI) quæ incipit, Καλῶς ἐφήρμοσεν ἡ τάξις, adnotatum est his verbis, Ἰστέον ὅτι ἕως ὧδε πληροῦται τὸ μηνολόγιον ἀπὸ τοῦ Σεπτεμβρίου ἀρχόμενον οἱονεὶ καὶ τὸ τέλος τοῦ Αὐγούστου τελειούμενον. *Sciendum, quod hic desinit menologium a Septembri incipiens et in fine Augusti completum.* Atque hic ordo plerumque constat in omnibus codicibus mss. qui omnes incipiunt ab homilia εἰς τὴν Ἰνδικτον, ἤτοι ἀρχὴν τοῦ νέου ἔτους, quæ est de mense Septembri, et desinunt, quod ad evangelia κυριακά attinet, in eam quæ est *de divite interrogante Dominum* (homil. XLV); quod vero ad festa, in eam quæ est *de S. Joannis Baptistæ decollatione* (homil. LXI), in cujus proœmio ipse Theophanes illud advertit, recte in ipso S. Præcursore finiri annum, et exinde novum inchoari, quod ipse fuerit medius inter veterem legem et novam. Hunc ordinem ritumque evangeliorum etiam retinere in nostro libro visum æquum, nimirum ut antiquitati Patris et codicum auctoritati et Græco veteri ritui locus daretur suus. Nam etiamsi ad Romanæ Ecclesiæ ritum positionemque evangeliorum in ea usitatam eas ordinare voluissemus, nec omnes sermones explere Dominicos festosque potuissent dies, et aliquæ extra Dominicas festosque vagari debuissent. Ut enim cum nostro ritu conveniant aliqua, plura discrepent, tamen neque multum interesse ad utilitatem lectorum visum est suone an nostro collocarentur ordine, cum satis ei consultum esset si indicem peculiarem evangeliorum Romanæ Ecclesiæ describeremus, in quibus hujus Patris expositio possit haberi. Verumtamen etiam optimum factu visum est, ut homilias in evangelia Dominicalia disjungeremus ab iis quæ sunt in festa sanctorum, ut utrarumque ἀκολουθία commodior et evidentior esset. Quanquam enim homiliæ in evangelia sanctorum sint interjectæ Dominicis diebus, servato eodem anni decursu, tamen variant mirifice codices in his inter se ordinandis, ut in aliis alia præcedat, alia subsequatur. Quare cum neque certus ex codicibus statui possit ordo, nec esset religio illorum deserere ἀκολουθίαν, modo commoda aliqua et consentanea institueretur, ab alteris alteros discerpere satius duximus, et quasi secundum tomum et novum initium facere ab homilia *de sancto Demetrio* (homil. XLVI). Quanquam illa quæ est *in anni principium*, cum sit caput non solum festorum, sed etiam Dominicarum, stabilemque sedem in omnibus codicibus habeat, primo itidem loco posuimus, ut omnium chorum duceret; præterea homiliam seu potius orationem *in Exaltationem sanctæ Crucis* quæ sane de festo est, cum certam itidem videatur habere sedem in codicibus omnibus post Dominicam præcedentem hoc festum, et quo ambæ homiliæ ad S. crucem pertinentes se invicem consequerentur, eam quæ de festo est adnexuimus ei quæ est de Dominica; reliquas omnes seposuimus, ut dixi. Homiliæ εἰς τὰ ἑωθινὰ, hoc est, *in undecim matutinalia evangelia*, quamvis inter Dominicales recenseri possint, tamen postremæ omnium in codd. describuntur. Iis utuntur Græci non in Liturgia, ut cæteris, sed in Officio matutino, hoc ordine, ut singulas singulis Dominicis recitent, incipientes a primo usque ad undecimum: quibus expletis in orbem redeunt, atque ita unoquoque Dominico die unum ex his evangeliis legunt, prout incidit. Eæ igitur homiliæ cum unum contineant argumentum Resurrectionis Christi, post homiliam *de Passione* collocare visum est rectum, hac ipsa de causa, quia de Resurrectione sunt; quas deinde commode consequuntur homiliæ *de Ascensione* et *de Pentecoste*, quanquam inter has et eas *de Resurrectione* intercurrat homilia de Samaritana, quæ est ex Evangelio S. Joannis, et Dominica post Pascha legitur. Ad hæc, homilia *de Ascensione Domini* idem habet evangelium atque ea quæ *in sextum matutinum*, quæ causa est cur a numero undecim homiliarum hæc absit, servata tamen in sequentibus numeri ratione; at quia illa proœmium continet de festo die Ascensionis, eodem ordine collocanda fuit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quo Ascensio præcedit Pentecosten. Illud postremo in hoc paragrapho admonitum lectorem velim, neque omnes homilias quas edidimus (sunt autem hæ quas pro studio diligentiaque nostra et adjumento amicorum adhuc adhibito, reperire potuimus in bibliothecis, sexaginta duæ) Dominicalium dierum numerum et locum explere, sicuti neque sanctorum; sed multas deesse manifestum est. Et quidem homiliæ in S. Lucæ evangelia videntur esse cæteris plures, quanquam homilia in secundam Dominicam quæ est, Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ἡμῖν, etc., ex cap. VI S. Lucæ ut ponitur in Evangelistario, sine dubio deest. Et ne de singulis examen habeatur adamussim, quod longum esset, neque tanti est, certe in homiliis ex S. Joanne, quæ post Pascha leguntur, solum ea superest quæ est *de Samaritana*, et ex homiliis in evangelia S. Matthæi, quæ post Pentecosten plures sunt, paucæ admodum exstant. Factumne id sit quia dictæ non sunt vel propter æstatis calores, vel propter absentiam episcopi; an quia dictæ quidem, non tamen exscriptæ, vel exscriptæ profecto, sed interierint, vel lateant adhuc in aliqua bibliotheca neque ad nostram pervenerint notitiam, non habeo certum quod dicam. Homilias in illa verba, *Lucerna corporis est oculus* et *in reliqua ejusdem evangelii*, in Dominicas post Pentecosten conjicere visum est cum sint ex evangelio S. Matthæi, etsi in multis codd. reperiantur inter eas quæ sunt in D. Lucam. Sed, ut dixi, cum constet ordo anni quo disponuntur evangelia, non tamen singulorum Εὐταξία in codd. apparet: quare recta ratione arbitrioque nostro usi sumus; nisi si, quod tamen me latet, quod in Græcorum ritu usuque sit positum μυστικώτερον. Quod tamen mihi religioni non duco, cum, ut dixi, ordo hic non sit ex rebus magni momenti, doctrina solum et evangeliorum explicatio usui sit et magni facienda. Homiliam εἰς τὸν γενόμενον αὐχμὸν cum neque diem, neque tempus anni certum habeat, in postremum redegimus locum, et potius extra ordinem quam in ordine reposuimus. Atque hæc utcunque de serie homiliarum prædicta sint, quam prout in nostro hoc libro se habeat, subjiciemus ob oculos.

§ IV. *Ratio interpretandi.*

Quam difficile et operosum negotium sit ex una lingua in aliam veterum scripta traducere, is omnium optime novit qui hujusmodi negotium tractat et hoc saxum versat. Ex quibus omnibus luculentissimus testis sit, utpote scientissimus linguarum omnium, Hieronymus, qui et ex Hebræo sacra monumenta, et ex Græco aliorum multa traduxit. *Difficile* est, inquit ille in Præfatione ad Eusebii Chronicon, *alienas litteras insequentem, non alicubi excidere; et arduum, ut quæ in alia lingua bene dicta sunt, eumdem decorem in translatione conservent. Significatum est aliquid unius verbi proprietate, non habeo meum quod id efferat; et dum quæro explere sententiam, longo ambitu vix brevis viæ spatia consumo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum; ipsum postremo suum, et, ut ita dicam, vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonat; si ob necessitatem aliquid in ordine vel in sermone mutavero, ab interpretis videbor officio recessisse.* Hæc S. Hieronymus, quibus nihil potest planius vel plenius de interpretandi difficultatibus dici; quin ipse Tullius eloquendi disertissimus, cui mirum est verba deesse potuisse: cum ipse si quis alius sermonem patrium ditaverit, nonne inops esse sibi videtur in exprimenda vi et energia Græcarum vocum? Nam quæ Stoici προηγμένα et ἀποπροηγμένα, hæc ille aliquando *prægmata* et *apoprægmata*, aliquando *præposita* vel *præcipua* et *rejecta*, nonnunquam *promota* et *remota* vertit; ut initio lib. III *De finibus* sub Catonis persona: *Equidem soleo etiam, quod nno Græci, si aliter non possum, idem pluribus verbis exponere; et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, si quando minus occurrat Latinum, ne hoc ephippiis et acratophoris potius quam prægmenis et apoprægmenis concedatur, quanquam hæc quidem* præposita *recte et* rejecta *dicere licebit.* Et paulo post in eodem libro de iisdem loquens, *Sed ea*, inquit, *quæ secundum locum obtinent* προηγμένα, *id est* producta *nominantur, quæ vel ita appellemus, id erit verbum e verbo, vel* promota *et* remota, *vel ut dudum diximus*, præposita, *vel* præcipua *et illa* rejecta. Hæc Tullius. Quæ duorum summorum virorum testimonia eo producere volui, ut si idem mihi in hac interpretatione condenda contigisse fatear, sine pudore confiteri possem. Quare cum essem inter illos duos modos seu potius fines extremos interclusus, in quorum alterutrum si declinarem, in vitium impingerem: nimirum ut vel verbum ex verbo redderem Græca, Latini sermonis decore posthabito; vel sensum solum spectarem, nulla Græcarum vocum habita ratione, quorum alterutrum facilius et proclivius futurum erat, secutus sum tale temperamentum, ut nec facta ad verbum evaderet inepta translatio; et tamen ita sensus Latina phrasi seu potius complexione converterem, ut verbis etiam singulis quoad ejus fieri posset, verba responderent. In quo equidem elaborasse mihi videor; utrum sim assecutus alii judicent. Illud profecto verum dixerim nonnullas sententias, si meo modo, et more, et eo sermonis Latini stylo, cui sum assuetus, explicare licuisset, elegantius et concinnius eas efferri potuisse; sed quia interpretis officio fideque obligatus mihi videbar, eas non ut voluissem, sed ut debuissem Latinas fecisse. Quin etiam illud servare volui, ut hæc interpretatio, quandoquidem ea usuros crederem etiam pro suggestu sacros oratores, non ita in Ciceronis partes transiret, ut a religione discederet; et dum nimis videri cupio Ciceronianus, minus Christianus viderer. Si dictio aliquod ecclesiasticum saperet, id mihi laudi potius quam vitio ascribendum duxi. Itaque cum multis SS. Patribus Latinis,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non modo Græcis, numerosam placuisse orationem videam, quod ea nescio quo majore impetu et vi numeris contorta quasi telum amento contorqueatur, numeris etiam alligavi periodos; cæterum a nominibus verbisque ecclesiasticis, et quæ jam Latii jure non a veteribus comitiis, sed ab Ecclesia Romana donata sunt, non abhorrerem; quanquam est etiam quando illa circumscribam ut hoc posse me facere, non censere tamen oportere perpetuo, existimarer. Etenim circumscriptio ut interdum non commoda solum, sed etiam necessaria videtur; sic iterata sæpius, et dignitatem amittit et satietatem parit : puerile mihi visum, quod *baptizare* dicunt, et *baptismum* uno ore Latini cum Græcis, *sacro fonte lustrare*, et *lustralis aqua* anxie semper pertinaciterque dicere; quod de similibus multis, *spiritualis*, *sensibilis*, *passiones*, et aliis id genus dictum hoc uno exemplo intelligatur. Demum cum tria illa præstare debeat bonus interpres, religionem, fidem, indolem : religionem in verbis, fidem in sententiis, indolem in dignitate, majestate affectuque dicendi; primam, quatenus cum sermone Latino et Christiano conveniret, exhibuisse me fateor; secundam religiosissime sancteque servasse; tertiam etiam assequi pro ingenio meo studuisse; et omnino omne punctum ferre, et illud interpretis officium facere pro virili parte esse conatum; non ut ipse disertus apparerem, ut S. Hieronymus loquitur epist. 133, sed eum, qui lecturus sit, intelligere ut facerem, quomodo ipse intellexit qui scripsit.

EJUSDEM FRANCISCI SCORSI

PRÆFATIO

Notis suis præmissa, quas ex voluminis calce revocatas textui subjecimus.

—

Tametsi, defunctus satis officio interpretis videri poteram, satisque magnum capere fructum operæ meæ, si Theophanem Cerameum ex Græco in Latinum sermonem fideliter perspicueque converterem; tamen cum ab ipso operis suscepti principio animus inclinarit, ut de meo etiam notas sive explanationes ad interpretationem adjungerem, nunquam mihi imperare potui, ut interpretis munere, et nomine contentus essem. Quod animi studium mei, ut rectum mihi esse, eique adeo obsequendum videretur, suaserunt. Primum ipsa mss. codicum conditio notas postulare aliquas visa est. Quæ cum plerisque veterum monumentorum editoribus negotium semper exhibuerit, tum mihi haud minimum facessivit; qui exemplaria nactus sum non usque quaque emendata, nec integra, sed deformata multis passim in loci, nec verbis solum, sed etiam sensibus luxata, ac mutilata; quæ cum essent a me duorum, triumve, nonnunquam quatuor exemplorum adhibita consultatione, et ope sanata, perpurgata mendis, et in nitorem, integritatemque restituta suam, earum castigationum lectionumque variarum reddendam a me rationem in notis, meumque apponendum judicium existimavi; ut non solum qua fide et diligentia has homilias legendas proponerem omnibus compertum esset, sed etiam suum cuique relinquerem, veluti datis tabellis, de iis arbitrium. Nec vero ancipitum locorum modo, quæ Scripturæ variantes parerent, sed et meæ interpretationis afferendam non raro rationem putavi, cum eam Græcanicæ vocis ambiguitas, vel obscuritas, dubiam faceret, adeoque ejus enucleandam vim et originem, ut quare hac potius, quam alia Latina voce sententiaque reddiderim, planum esset. Atque hæ causæ mihi fortasse cum cæteris interpretibus fuere communes, cur in notis hæc agerem. Illæ vero intrinsecus petitæ, quod in his sermonibus multa sunt perspersa ab omnigenum doctrinarum penu deprompta condimenta; allusiones, allitterationes, schemata alia, adagia, fabulæ, historiæ, numerorum mysticæ rationes, quæ et si πολυΐστορας viros minime forsan laterent, cum tamen omnibus, quos etiam lectores hujus operis essem habiturus, nota esse non crederem, ne ea lector non degustata præteriret, vel non intellecta parvipenderet, his adnotationibus providendum duxi, ex quibus retrusarum rerum intellectus posset hauriri. Multæ præterea insunt explicationes vel Evangeliorum, quæ hic episcopus idem, et ecclesiastes de veteri more pro concione explanabat, vel aliorum locorum utriusque Testamenti, quæ ad rem suam inducit, sive in Græco textu LXX interpretum, ipsorumque evangelistarum vim et venustatem obtinentes suam, sive etiam ex se singulares, et admirabiles, eoque fortasse duriusculæ et minus cuiquam probabiles, quas meis hisce notis, seu commentationibus excutiendo, et expediendo emollire, et aliorum Patrum et interpretum, seu veterum seu recentiorum, si qui essent ὁμόψηφοι, consensu firmare, æquum censui; ne gratis quidpiam, ac temere dictum ab hoc auctore crederetur, vel ambiguum adhuc in legentium animis non insideret. Dicta vero superiorum Patrum, utriusque præsertim Gregorii, Nazianzeni, Nysseniique et sancti Maximi martyris, quibus familiarius utitur, et nonunquam quidem longiore orationis tractu Theophanes refert, sæpius vero breviter, et vel expresso auctoris nomine, vel suppresso, vel eleganti antonomasia circumscripto significat, ea ubi exstarent designatis ipsis locis indicare necessum habui, et ubi res postularet etiam transcribere in notas, ut et certa testantis fides, et quibus verbis ab utroque ea essent prolata constaret. Quod si quæ ex his locis insignem aliquam doctrinam, quæstionemque theologicam continerent non tam in nostro Theophane, quam in ipsis fontibus, a quibus essent hausta, obscuritatem, difficultatemque ex se crearent, in iis etiam copiosius, subtiliusque disceptandis distineri consilium fuit, atque ita utrique auctori lumen afferre ac de eadem fidelia δύο τοίχους ἀλείφειν. Quod eo impensius feci, et elaboravi, si quæ doctrina ad fidei dogmata attineret; quorum sane cum hic Cerameus sit et egregius doctor, et acerrimus propugnator, eorum certe, quæ in Ecclesia, vel suo vel superioribus sæculis sancita, ac definita jam fuerant; ne vero iis de quibus inter Græcos, Latinosque diu multumque disceptatum fuit; et tandem in concilio Florentino post aliquot, quam Theophanes scripserit, sæcula decretum, ac definitum, ne iis, inquam, dissentire Græcus hic scriptor quod alicubi uno alterove verbo non

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

luticum et virum bonum quoddam differat, et aliæ aliis propriæ virtutes sint, in una tamen persona eas copulari summa sit laus. Ac primum quidem instantia illa quotidiana et sollicitudo omnium Ecclesiarum, quam inter suos angores Paulus, communis gentium doctor, annumerat; zelus et ardor, quo, cum scandalizaretur quispiam, urebatur; amor in suos, quos filiolos appellabat; gaudium cum bene procederent, quos eosdem gaudium et coronam suam vocabat; dolor cum a recta veritatis et fidei via oberrabant; severitas et acrimonia in reprehendendo, unde epistolæ ejus graves et severæ; persecutiones denique quas complures commemorat; ea, inquam, erga unicam suam Ecclesiam in Theophane fuisse non obscuris indiciis intelliguntur. Instantia enim et assiduitas subministrandi divini verbi, cogendique ad synaxim populi sui, apparet ex proœmio hom. *De centurione* (homil. XLV), ubi bonis operibus diabolum moras et impedimenta objicere ait, quod oblata judiciali controversia, quo tempore sermo habendus esset, jam prope ejus ademisset opportunitatem : de quo se sollicitum fuisse ostendit, atque rem expedisse, ne verbo divino deesset. Et eadem homilia sub finem excusat, quod aliquid in explicando superiore textu prætermiserit, eo quod mentis attentio rerum ecclesiasticarum sollicitudine sibi impediretur : et homilia *De sancto Pancratio* (homil. LVII), ubi quamvis ex itinere fessus esset ac fractus, ne tamen sermoni deesset, infirmitati corporis vim se facere velle : eamque nunquam tantum valere, ut opera charitatis impediat, oportere. Præclara sunt etiam ad id ostendendum illa quæ dicit hom. *De Passione* (homil. XXVII). Cum enim esset populus nocturnis vigiliis et officiis defatigatus, ne molestus et gravis addendo tam longo sermone videretur, his se verbis excusat : *Verum ignoscite mihi, quia vestro satiari profectu non possum, et quo plus lucri faciatis, studium mentis intendite.* Nec postremum illud sit pastoralis sollicitudinis argumentum, quod cum infirmus esset corpore et senex, non tamen ab officio concionandi desisteret. *Et si igitur*, inquit, in hom. *De sanctis imaginibus, corporis imbecillitas non permittat, quantum satis est, sermonis officio defungi, modica tamen dicere non pigebit; ne si omnino sileamus, mœstitia afficiamus eos qui convenerunt.* Et homilia *in tertium Matutinum* (homil. XXX), ita se morbo laborasse significat, ut coactus sit laborem dicendi intermittere, ad quem tamen rediens sic ait : *At vero mentis nostræ torrens humoris expers et exsiccatus præterito sane tempore diu conticuit, laboranti corpori morem gerens, nunc vero evangelicarum considerationum fonte irrigatus, earum explicationem effundere properat.* Sed nihil magis hoc studium docendi populi et charitatem in eum declarat, quam proœmium homiliæ *in dæmoniacum habentem legionem* (homil. IX). Sic enim incipit : *Cohibet mihi linquam adversa corporis valetudo, sed eamdem solvit desiderium perfectionis Ecclesiæ; dolores silere cogunt, amor suadet ut loquar; et mihi quidem morbi consolatio est vobiscum conferre sermones. Talis est sincera charitas; quæ extrinsecus accidunt, contemnit; id vero quod amatur inuens, delectatur. Verum quando ad satietatem obscqui desiderio non licet*, et cætera legantur. In homilia *De parabola decem millium talentorum* (homil. II) affectam senio ætatem innuit, dicens : *Ita sane et ego vestrum in rebus divinis progressum conjicio, chari auditores, quod me ad labores corporis minus aptum eosque detrectantem promptum animi vestri studium excitat ad docendum.* Jam vero zelum et ardorem animi, ne scandalizarentur, et errores circa veram fidei Evangeliique doctrinam haurirent, ostendit homilia *De muliere curva* (homil. XII), ubi fucis inertibus et consumentibus apum labores, deinde earum adventu congressuque fugientibus comparat improbos homines et seditiosos in Ecclesia. *Tales sunt*, inquit, *comedones raptoresque in Ecclesia; discessionem nostram observant : inde impetu facto damna ecclesiasticis rebus important; at vero linguæ nostræ aciem pertimescentes, coacta factiosorum manu per insidias nos oppugnare conantur; modo in aula Caiphæ concilium facientes, modo in Præcursoris oratorio constituentes improbum conciliabulum, et ex baptisterio insidiarum receptaculum facientes. Cujus rei causa? Ut expellatur Isaac et Ismael introducatur. Sed illi quidem fugiunt, ut videtis, cum custodias animadvertunt, et imbecilliores ex ovibus avertentes, aures ad sermonem aspidis instar occludunt. Nos vero, o cleri mei cœtus, eorum impetum declinantes*, etc. Exscripsi totum hunc locum, quia continet illustria exempla tum zeli de quo diximus, ne averterentur a recta via oves, tum ejus in objurgando acrimoniæ, tum etiam insidiarum et persecutionis, quæ initio proposuimus. Quid enim est conari, ut expellatur Isaac et Ismael introducatur, nisi bonum et legitimum episcopum et pastorem de sua Ecclesia extrudere, et perversum illegitimumque intrudere? quid ex hoc nisi pietas et zelus boni pastoris colligitur, unde odium sibi apud impios ac facinorosos conflabat? *Omnes enim*, inquit Apostolus, *qui volunt pie vivere, persecutionem patientur.* Et in alio exemplari legitur, *Ut Jacob expellatur et Esau introducatur;* quod idem significat, electum scilicet a Deo pastorem et reprobum exclusum. Ex hujus itidem homiliæ fine cognoscitur zelus in vitiis reprehendendis, cum acriter invehitur contra perjuros. *Quousque tandem*, inquit, *ad contentiones, et rixas, et perjuria incumbemus? Me quidem horror et tremor invadit considerantem quam crebra in tribunalibus juramenta fiant*, etc. Idem habetur ex hom. XXIII : *Aliqui*, inquit, *objurgationibus puncti hortationes fugiunt, quasi frenetici medicos;* et ex hom. XLV, *De divite interrogante Dominum*, idem colligitur zelus et vis in objurgandis improbis. Cum enim eos vulturibus et scarabæis similes fecisset, qui aversantur sanæ doctrinæ odores, sicuti columbis ac turturibus bonos qui bono odore gaudent et vires sumunt, ita subjungit : *Quor-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

num vero hoc spectat exemplum? Quia scilicet, quæ hesterno die a nobis castigatio omnibus promiscue est adhibita, prudentibus quidem rectequè sentientibus correctioni fuit; quorum vero depravati sunt mores, ac difficile corriguntur, ii in majorem etiam impudentiam devenere, nedum evasere meliores. Verum nos eorum morbo acrioribus medicamentis Deo adjurante medebimur, et reprehensionibus magis austeris eorumdem stuporem, ut sentire aliquando valeant, excitabimus; vos vero qui saniore consilio, quod melius est eligentes, ad synaxim convenistis, evangelicum sermonem audite. Zelus tuendæ fidei catholicæ et refutandarum hæreseon apertissime cernitur in pluribus homiliis, in quibus nusquam tam acriter et graviter dicit, nunquam ita perstringit et acuit stylum, quam cum vel Juliani Apostatæ, vel aliorum seu gentilium, seu hæreticorum calumnias, irrisiones, errores adversus Evangelii dicta jactatas, vel etiam anicularum fabellas inaniaque commenta refellit, hom. v, ix, xxiii, xxx, xli, xlv. Paternus vero in suos amor ex illo proœmio hom. *De legisperito* (homil. xi) satis apparet, quod supra retulimus, ubi tanto populi sui revisendi desiderio cum abesset, exarsisse significat hac similitudine: *Non tantopere squalens, et aspera et arefacta terra cœlestem appetit imbrem, quantopere ego ora vestra videre cupiebam, o concio Deo acceptissima.* Legantur quæ sequuntur, quæ ita concludit: *Sed quoniam nos Spiritus sanctus, et Domina nostra Dei Parens rursus in unum adduxit locum, et voluit, ut iterum imaginem suam non manufactam veneraremur, et patrem filiis lætantem fucit, age jam rugas absentiæ causa contractas remittentes, consuetum sermonem attingamus.* Idem amor declaratur hom. *De paralytico sanato* (homil. xxi): *Hæc*, inquit, *vestri amore, vestræque utilitatis ardente desiderio stimulatus loquor, et, quod ait divinus Jeremias, cordis sensoria dilaceratus. Sentiatis igitur quod decet; et si usque ad hanc diem ab officio deerrastis, stultitiam pœnitentia emendate; inde etiam fiet ut nos alacriore animo vos adhortemur.* Porro ex amore nascitur gaudium de profectu filiorum, dolor de defectu; utrumque ostendit in his homiliis, atque apprime homilia *De Transfiguratione* (homil. lix), ubi se pastori comparat ab edita rupe gregem suum multiplicatum et prata pascentem contemplanti, ac lætitiam agitanti: *Idem mihi*, inquit, *hodierna hac celebritate contingit. Videns enim populum meum gregem Deo dilectum ad sacram hanc ædem tanta cum religione concurrentem, in qua purissimæ Dominæ nostræ imago non manufacta collocata est, magnopere lætor, et præ gaudio gestire videor, et ad sermonem habendum incitari me sentio*, etc. Eumdem animi sensum exprimit homilia *De sancta Pentecoste* (homil. xl) ob eumdem populi concursum; eumdem itidem homilia xxiii, ubi se comparat generoso equo in lato campo exsultanti et cursuras facienti; et magistro eo alacrius tradenti doctrinam quo discipulos videt attentiores: *Hoc me etiam, inquit, excitat et reddit alacriorem, quod arrectis auribus animoque præsente sermoni inhiatis et jacta semina sicuti pinguis et fertilis ager excipitis. Unde etiam me bonæ spes alunt, fore ut fructus cœlestibus horreis dignos afferat hæc agricultura.* Contra vero dolor et indignatio cum secus res procederet, perspicua est ex homilia quam paulo supra retuli *de Paralytico sanato in Capharnaum: Conanti*, inquit, *mihi consuetum adire sermonem, et inter indignationem mœroremque versanti vox interciditur. Idem enim mihi contingit, quod homini agricolæ, qui cum multos sudores in excolenda terra profuderit, paucas tamen æstatis tempore demetit spicas;* et cætera quæ sequuntur, maxime ad rem faciunt, ad quæ remitto lectorem, ne omnia huc regerantur. Atque ex his locis, ex toto progressu homiliarum, in perorationibus, ubi maxime sententias morales et mysticas ad audientium documentum colligit; præsertim vero in homiliis de sanctis, ubi ipsas sanctorum historias breviter enarratas, nec non et ipsorum, et aliorum in historiam cadentium nomina pie et subtiliter ad informandum bonis moribus gregem suum explicat et convertit, ex his, inquam, perspicere mihi videor illas boni episcopi notas, quas enumerat sanctus Paulus ad Timotheum, ad quem scribit: *Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Jesu enutritus verbis fidei, et bonæ doctrinæ, quam assecutus es: ineptas autem et aniles fabulas devita; exerce autem te ipsum ad pietatem.* Et ad Titum vult episcopum *esse amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere;* et demum illud ejusdem sancti Pauli præceptum facere videtur Theophanes: *Prædica verbum; insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* Si quis bene considerarit et supradicta loca, et alia dicta in his perspersa sermonibus, mecum, credo, sentiet, et boni pastoris Ecclesiæ formam non modo his lineis adumbratam, sed plane expressam ad vivum conspicabitur. Sed ad alias virtutes, quæ hominem privatum perficiunt, progrediamur.

§ X. *Virtutes aliæ, maxime perfectionis Christianæ propriæ.*

Aliarum virtutum, quæ privatum perficiunt hominem, multa quoque sunt in his sermonibus relicta vestigia: et sane si de summis viris perscriptæ historiæ sunt expressæ, non corporum sed animorum imagines, ex quibus qualis fuerit interna cujusque species, quæve virtutum lineamenta cognoscimus, ac fidem iis habemus, ita ut hujusmodi imaginem a Xenophonte descriptam omnibus omnium pictis, fictis sculptisque simulacris Agesilaus ille prætulerit, certe oratio ipsa imago verior animi et clarior habenda est, quæ cum ad exprimenda animi ac mentis arcana sensa natura ipsa comparata sit, perfectius et certius etiam qualis quisque sit exprimit et repræsentat. Itaque non solus ille philosophus pervulgatum illud vere dixit, *Loquere, ut te*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

videam : sed etiam æterna Sapientia Pharisæos reprehendens, *Quomodo vos potestis bona* loqui, *cum sitis mali? Homo de bono thesauro cordis sui profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala; ex abundantia enim cordis os loquitur.* Quod ita a Christo dictum accipitur, ut plerumque ita usuveniat; et experientia doceat, non posse tam diu aliquem ita vultum et orationem fingere, ut non in aliquo obtecta malitia deprehendatur, ut non venenum tandem in imo residens evomat. Itaque cum in his sermonibus Theophanis Ceramei nihil illum agere aliud, nihil studere videam, quam auditores suos ad virtutem informare et incendere; cum omnem explicationem Evangelii ad virtutum exercitationem utilitatemque auditorum de industria conferat et accommodet, nihilque sit doctrinæ moralis quod non consonum doctrinæ moribusque sanctorum Patrum, nihil quod non solum vitia damnet virtutemque commendet, sed etiam summum perfectæ virtutis apicem spectet, idque magno cum animi studio, sensu atque ardore sæpius et graviter inculcatum animadvertam, credere mihi profecto licet, eas in se exercuisse virtutes, et fecisse prius quam docuisse; et cum omnes homiliæ pietatem sanctitatemque Christianam et religiosam spirent, pium itidem ac religiosum eum fuisse virum. Sed cum de omni virtutum genere id fieri judicium liceat, certe de humilitate, quæ maxime est χριστομίμητος, ut auctoris etiam verbo utar, de contemptione voluptatum corporis, deque summa perturbationum animi victoria, quam mortificationem sancti vocant, et Theophanes uti Climacus ἀπάθειαν non uno loco appellat, maxima exstant judicia. Hom. *de Zachæo* (homil. xv) sic commendat humilitatem : *Zachæe, festinans descende. Anagogico sensu nos docet Christus nullum aliud magis idoneum esse pœnitendi principium, quam descensum.* Hæc vero est ἡ μακαρία ταπείνωσις, *beata illa humilitas, ex adverso diaboli superbiæ opposita. Vis pœnitentiam auspicari : fundamentum et inconcussam pœnitentiæ basim pone humilitatem. Descende, ut attollaris virtutum alis levatus.* Eamdem humilitatis commendationem ac celsitudinem habes hom. *de Publicano et Pharisæo* (hom. xvi). Atque his quidem locis maxime hanc virtutem extollit, in aliis vero de se ipse demississime loquitur. Hom. *de Archisynagogi filia et Hæmorrhoissa* (homil. x), cum historiam allegorico sensu explicasset, ad tropologiam convertens orationem : *Sed quid abeo*, inquit, *ad vocationem ethnicorum et reliquias Israelis, et externa circumspiciens, me ipsum non video hac narratione descriptum? Agedum in historia tanquam in speculo figamus aciem mentis, et unusquisque nostrum miseram animæ suæ conditionem animadvertat*, etc. Et homilia *de eo qui incidit in latrones* (homil. xi): *Felix igitur ille doctor qui doctrinæ denarios adauxerit, nimirum cum veluti de re sua domestica sanum verbum et vitam verbo consentaneam impenderit, infelices vero omnes ac miserabiles, juxta atque ego sum, qui inaniter in aere perstrepentes quasi æs sonans aut cymbalum tinniens dimidium efficiunt operis boni, et ejus quod præstantius est, expertes manent.* Similia habet hom. *de S. Philippo* (homil. xlix) : *Equidem ego cuperem ad hortandum vitam ante quam verba proponere; hic enim esset aptior docendi modus, si verbis vita concineret; sed quoniam vitam omnibus peccatorum maculis notatam præfero, ne videar tamen huic celebritati inutilis exstitisse, age jam Apostolo deprecatore confisus*, etc. Ex his sane verbis, etiam non animadvertente me, unusquisque lector, nisi simulationem venditationemque virtutis, ut de philosophis priscis arbitrari velit, quanta dicentis sit virtus, quanta humilitas agnoscat; et illud præsertim quo de agimus, doctorem bonum cum sano verbo vitam conjungere bonam oportere; quod cum ita doceat ac sentiat, ita etiam re ipsa eum præstitisse consentaneum est judicare. Jam hom. *de Zacchæo* ita loquitur (hom. xv) : *Et altiorem sane anagogicum sensum perscrutari potuerunt ii qui mundo sunt corde, quibus ob virtutum copiam a divino Spiritu mens illustratur. Nos vero peccatorum luto inhærentes, per mediocres sensus ingrediemur.* Atque hæc humilitatis documenta sint satis. De passionum vero mortificatione uti loquatur, non est unus locus. *Huc adesto*, inquit hom. *de eo qui habebat legionem dæmonum* (homil. ix), *quotquot tanquam a dæmonibus sic a passionibus tyrannico premimur dominatu; et hanc historiam ad nos ipsos accommodemus : vere enim a legione dæmonum possidetur, qui peccatorum multitudine premitur*, et cætera legantur in quibus uniuscujusque passionis, præsertim vero iræ, deformitatem maxime depingit et detestatur. Alia etiam virtutum aliarum indicia si non expressa, certe adumbrata quivis etiam sine mea hac enumeratione animadvertet, quæ quidem iis præditum hujus auctorem operis indicant. Illud vero solum ad hæc nostra conjectanea consignanda nobis deest, mors vitæ doctrinæque consentanea, de qua quoniam in perturbata illa incidit tempora, certi quidpiam ex historiis vel traditionibus habere non potuimus. Et quid mirum hoc deesse in nostro Theophane, cum ejus vitæ postremam partem et mortem obscurum exceperit sæculum, ut jam in proœmio ad lectores admonui, quo sæculo usque ad Clementem II pont. etiam gesta pontificum in obscuro incertoque sunt, eum perpetuum non habeant scriptorem, et majorem suorum scriptorum partem amiserint, tempora adeo obscura et incerta habeant, ut neque quo tempore, neque quo loco, neque quo ordine aliqua Romanorum pontificum nomina reperiantur satis liqueat : quod deplorat Clacconius in *Vitis pontificum* editionis postremæ in Vita Nicolai I, qui eo tempore Romæ sedit quo Theophanes noster vivebat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

PROŒMIUM TERTIUM

ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΟΝ,

CONTINENS EA QUÆ AD SCRIPTIONEM AUCTORIS ET INTERPRETIS SPECTANT.

§ 1. *Doctrinæ utilitas : methodus et character dicendi.* In quavis oratione duo inesse et observari docet lib. *Περὶ τῆς ποιητικῆς* Aristoteles, τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ ἦθος. Et quidem ἦθος ita definit, Ὃ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν ὁποιάτις ἐν οἷς οὐκ ἔστι δῆλον ἢ προαιρεῖται, ἢ φεύγει ὁ λέγων. Διόπερ οὐκ ἔχουσιν ἦθος ἔνιοι τῶν λόγων · *Mos est, qui ostendit electionem sive affectum animi qualis sit, in iis rebus de quibus non est manifestum, an ea prosequatur, an fugiat qui dicit. Unde aliquorum orationes moratæ non sunt* ; Διάνοιαν vero ita : Ἐν οἷς ἀποδεικνύουσί τι ὡς ἔστιν, ἢ ὡς οὐκ ἔστιν, ἢ καθόλου τι ἀποφαίνονται · *Sententia vero est, in quibus ostendunt quidpiam, quod sit, vel non sit, vel universe aliquid definiunt.* Cum igitur superiore Proœmio mores dicentis ex ipsiusmet oratione expiscati simus, consentaneum est, ut hoc præsertim paragrapho quid ipse sentiat, hoc est doctrinam, quadam synopsi proponamus. Ac primum quidem illud generatim dicam, ejus doctrinam atque sententias ut in plurimis cum veterum Patrum sanctorumque dictis sensibusque congruere; eosque ipse se sectari profitetur; et quandoque quidem proprio eos appellat nomine, aliquando describit antonomastice : duos in primis Gregorios, Nazianzenum et Nyssenum, tum Cyrillum, Basilium, S. Maximum martyrem; quorum non modo Theophanes auctoritatibus utitur, sed versus etiam et locos integros decerpit; quod et antiquiores ipso scriptores, et posteriores factitasse comperimus. S. Damascenus in libris *De orthodoxa fide*, et reliquis, multa a Basilio, Gregorio Nazianzeno aliisque ejusdem ordinis Patribus libenter corrogat, atque integros sæpe textus et totas etiam periodos mutuatur. Quid de Theophylacto, Euthymio, Œcumenio dixerim, qui S. Chrysostomi non modo ut sectatores, sed etiam epitomatores noti sunt; quorum tamen in S. Scripturam commentaria in pretio habentur. Sanctus Ambrosius, ut de Latinis aliquid tangam, ut auctor est Sixtus Senensis, opera sua ex Origene, Basilio aliisque Græcis Patribus compilavit. Venerabilis Beda ex S. Augustini dictis etiam libros implevit. Atque hi quidem posterioris sæculi Patres priorum imitatores hoc ipso quod veterem doctrinam subsecuti sunt, jure laudantur; nam et illis subscribere ipsi visi sunt, et pluribus suffragiis doctrinam catholicam approbare. Quo nomine et quidem merito etiam Theophanem nostrum inter eos Patres noni sæculi annumerat Dominicus Gravina tom. III *Catholicarum Præscriptionum adversus nostri temporis hæreticos*, p. 1, *qui ex auro apostolicorum Patrum scuta aurea fabricarunt et in templum Domini intulerunt, ut in ea mille clypei penderent, omnis armatura fortium.* Sed ut aliqua in summa perstringam, nulla fere est ex duodecim illis catholicis veritatibus, quas adversus Calvinistas ex Scriptura et SS. Patribus, et antiquis scriptoribus confirmat Gualterius, societatis nostræ scriptor eruditissimus, in sua Chronologia, quorum testimonia ab hoc Theophane peti non possint, et in suum sæculum conjici. De sacrosancto missæ sacrificio, de honore et invocatione sanctorum, de adoratione imaginum, ac præcipue sanctæ crucis, de libero arbitrio, de fide cum bonis operibus conjungenda, de iisdem operibus, quæ gratia divina subnixa vitam promerentur æternam, de jejunio ecclesiastico, præsertim S. Quadragesimæ, de pœnitentiæ sacramento, et confessione auriculari, de Primatu S. Petri et Romanæ Ecclesiæ, de ejusdem auctoritate in suis decisionibus, de his, inquam, in hoc opere vel integras homilias habes, ut *de S. Cruce* (homil. IV), et *SS. Imaginibus* (homil. XX), vel illustria loca pro re nata; plurimaque de postremo, nimirum de primatu S. Petri, ac præsertim homiliam *de SS. Petro et Paulo* (homil. LV), quæ nos testimonia suis locis omnia observamus et illustramus. Præterea adversus antiquiores hæreticos, Arium, Macedonium, Eunomium, Nestorium, Eutychetem ejusque sectatores Acephalos, et Armenios; præsertim vero adversus impiissimum Julianum Apostatam etiam nominatim sæpe invehitur et acuit stylum, eorumque confodit errores, et doctrinam catholicam contutatur. Quod autem ad duos Græcorum errores jam in concilio Florentino damnatos de processione Spiritus sancti a Patre et Filio, et de animorum ante diem judicii beatitudine, nihil est in his homiliis Theophanis quod illos manifeste contineat, neque quod ad tuendos errores illos deduci aperte possit : quin etiam sunt dicta nonnulla ex quibus catholica dogmata confirmari possint, quod nos longius demonstramus in notis ad illa loca in quibus aliquod circa hæc dubium ex modo loquendi Theophanis pro illis temporibus, quibus adhuc definita et explicata non erant, possit occurrere. Jam quod ad privatos sensus in explicando Evangelio spectat, sunt illi quidem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non raro litterales, sed plerumque mystici, allegorici, tropologici, anagogici a verbis Evangelii eruuntur, quos ad informandos potissimum piis moribus et Christiana perfectione auditores accommodat. Erunt igitur hi et sacris concionatoribus utiles, quos afferant ad populum, et privatæ cuique spirituali animæ utilitati accommodati. Si qui vero (qui quidem admodum pauci sunt) singulares hujus auctoris sensus admirandi potius quam recipiendi, et in publicum non referendi videantur, a nobis in notis animadvertuntur, ut ne temere et sine delectu iis quispiam utatur. Concionandi methodus hæc est illi familiaris : proœmium breve præmittit, petitum vel ab ipso argumento et evangelica historia : vel quod non raro, a loco, tempore, eventibus circumstantibusque rebus; et usque adeo est illi legitimum uti proœmio, ut in homilia *de Samaritana* (homil. xxxvm), cum præter morem ab ipsa re et historia vellet ordiri, præoccupet auditorum exspectationem et ἀπροοιμιάστως moneat sibi incipiendum. Deinde recitatis evangelii eo die prælecti primis verbis, quam cum rebus a Christo ante gestis et enarratis ab evangelistis ea consecutionem habeant, utique cohæreant, quasi altero exordio, vel potius expositione summatim sæpe ob oculos ponit ; tum ad ipsa verba enucleanda accedit, quibus, ut dixi, litterali et historico sensu explicato libenter ad mysticos et morales dilabitur, eosque et in ipso decursu sermonis perspergit, et præsertim in perorando totam historiam evangelicam seu vitam illius sancti cujus festo die dicta homilia, paucis item perstrictam ad allegoriam seu tropologiam subtiliter non minus quam utiliter, et pie juxta atque ingeniose transfert : in quo nihil aliud propositum habet, quam juvare et instituere suorum auditorum animos. Quod ejus consilium minus consideranti lectori aliqua fortasse longe petita, et non tam emunctum doctrinæ lac quam sanguis elicitus videri poterit. Etymologiæ itidem et supputationes numerorum subtiles nimium, sensaque ab iis vi exorta potius et precario petita quam sponte nata censebit. Sed ejusmodi multa quoque in aliis Patribus tum Græcis, tum Latinis deprehenderit qui legerit; quæ sane non cum stomacho rejicienda, sed cum eo pietatis sensu recipienda cum quo dicta, et uti a pia mente ac pectore cœlesti sapientiæ imbuto profecta, veneranda sunt. Neque vero sapienti ac justo rerum æstimatori, quæ ab antiquis Patribus tradita sunt, cum nondum Christiana doctrina eo amplitudinis claritatisque processerat, ea ex nostro ævo dimetienda : quo aureo sane videmus explicata omnia et illustrata, cum et in scholasticas disputationes deducta, et exagitata, et in sacris concionibus, quarum Christiano populo multo major nunc copia est, pervulgata et decantata sint, tunc erant pleræque in majore pretio et quasi peregrinæ sententiæ, quæ nunc domi nascuntur, et assiduitate ipsa dicendi non tanti sunt. Sed illi rudia fundamenta et rudera ipsa jecerunt, nos super ea quadratos expolitosque lapides, Corinthia Ioniaque ornamenta coronidesque exædificavimus. Id etiam ex forma et charactere dicendi judicari potest, quam simplex ille nativoque colore cultuque decens, quam non fucatus et phaleratus. Sed illum in Theophane morem antiquum licet animadvertere. Genus dicendi in hoc oratore liquidum est et sponte fusum, et cum lenitate quadam æquabili profluens, omnino quale ἀπροοιμιάστως decet. Sunt enim hæ didacticæ quas ad docendum et instruendum populum bonus ac pius episcopus habuit, non tamen pedestres et indoctæ, nec dissolutæ : nec enim gravitate, concinnitate concentuque numerorum, et modicis oratoriis coloribus carent, sed quæ in corpore bene a natura constituto innata, non inducta, succo sanguineque ipso exsistentia, non accercita aut adventitia esse videantur. Nec figuris seu luminibus rerum caret. Habet aliquando σωρούς, cumulos verborum et rerum. Παρονομασίας amat, et ἰσόκωλα, et ὁμοιοτέλευτα, et ὁμοιόπτωτα, quæ a Latinis figuræ dicuntur, *alliterationes*, *membra paria*, *similiter desinentia similiterque cadentia* ; sed nulla re magis delectari videtur quam similitudine, quod ornamenti genus ingenii est, et utilitatis ad captum rudis plebis eximiæ. Perspergit etiam sales, sed cum sale ex historiis veterum, ex fabulis et sententiis poetarum sacrorum et profanorum, ex dialectico item, mathematico, philosophico theologicoque penu non paucas doctrinas; ita ut his omnibus artibus et doctrinis, et lectione scriptorum veterum instructus apprime videatur : ea tamen ac præsertim doctrinas externas, et colores oratorios pro re ac tempore adhibet, nec sine præmunitione, idque pro potestate potius quam pro voluptate ac vanitate; nec ea toto thylaco, ut dicitur, effundere, sed parca manu proseminare videtur. Non temere igitur σοφώτατος καὶ ῥητορικώτατος a suis, qui sermones ejus, ut posteritati traderent, descripserunt, suoque auctoris nomine inscripserunt, appellatus est. Claudam brevibus totam hanc dissertationem, et judicium meum tribus verbis explicabo. Visæ sunt mihi homiliæ hujus Ceramei Tauromenitani episcopi piæ, doctæ et elegantes, atque adeo dignæ quæ ad commune commodum et proferantur et perlegantur.

§ II. *Ratio mss. codd. ex quibus erutæ homiliæ : et nonnulli earum superiores interpretes.*

Ut qua fide ex mss. has homilias publicæ utilitati legendas ediderim, compertum sit, et quo exemplo doctorum hominum id perfecerim, quod illi inceptarunt, expediam breviter hoc proœmio : tum de mss., tum de iis qui ante me aliquas ex his sermonibus Latine preloque expressas evulgarunt. Primam huic Theophani lucem attulit, quantum ego potui omnibus cognoscere potui, Franciscus Turrianus e societate Jesu. Hic in sua hoplotheca ms. codicem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

harum homiliarum Theophanis Ceramei habuit, ex qua testimonium protulit contra Magdeburgenses Centuriatores de primatu S. Petri Romanique pontificis. Ex hac eadem hoplotheca homiliam *de SS. imaginibus* acceptam tom. IX Annalium inseruit cardinalis Baronius, ab ipso Turriano Latinam factam, et a Jacobo Sirmundo aliquot locis perfectam; cujus itidem testimonium integrum referemus suo loco. Quam eamdem homiliam Jacobus Gretserus tom. II *De cruce* secundæ editionis, ut auctarium addidit post homiliam Germani patriarchæ, et unde eam habuerit, et qua auctoritate permotus ediderit, his verbis testatur ad rem maxime pertinentibus : *Inter alias schedas litterariæ suppellectilis Francisci Turriani, quas ante aliquot annos ad me misit R. P. Antonius Possevinus, reperi hanc homiliam a Turriano versam, et propria manu scriptam, quam diutius latere nolui, tum propter Turrianum virum doctissimum tum propter argumentum quod cum homilia Germani prorsus concinens merito eidem annectitur.* Hæc Gretserus; ex quibus vides quanti hæc antiqua SS. Patrum monumenta a litteratissimis viris æstimentur. Idem Gretserus tom. II *De cruce* duas homilias Theophanis Ceramei Græce simul et Latine ex sua interpretatione edidit. Unde eas habuerit non testatum reliquit in notis, sed equidem ex codice Margunii censeo, cujus ibi mentionem facit ex occasione locorum corruptorum et ab eo emendatorum. Jam vero ex notis ejusdem Gretseri intelliges has homilias mss. servari Venetiis. Sic enim ipse : *De Theophane Cerameo hæc Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ :* Θεοφάνους τοῦ Κεραμέως ὁμιλίαι εἰς Εὐαγγέλια τῶν Κυριακῶν, καὶ εἰς τινὰς ἑορτάς. *Manuscriptus liber Venetiis.* Idem habetur in Bibliotheca SS. Patrum sæculo IX; sed cum apud me Epitomen Gesnerianam non haberem, consului eam quæ habetur in biblioth. Dom. Aloisii La Farina, baronis Aspri-Montis, et genere et studio eruditionis nobilis, de cujus fratre D. Martino supra memini Proœm. I. Reperi autem in ea epitome non solum Græca verba quæ Gretserus fideliter retulit, sed et aliam notam, ex qua Gesnerus eodem errore quo cæteri, de quibus supra Proœm. II, tanquam diversos ponit Theophanem et Gregorium, ambos Cerameos, ambos Tauromenii archiepiscopos; sed hunc eorum qui ante me scripsere, errorem jam detexi proœm. illo II, § II. Sic igitur Gesnerus : *Gregorii Tauromenitanæ Ecclesiæ archiepiscopi Siciliensis, Ceramei dicti, homiliæ in Evangelia, et aliæ quinquaginta septem manuscriptæ exstant in biblioth. Italiæ.* Has homilias Gregorio inscriptas easdem esse atque has quas nos damus sub nomine Theophanis, jam ostensum est supra Proœmio II, § II. Atque harum bibliothecarum cognitionem ex impressis hactenus libris accepi. Jam vero eas etiam asservari in tribus Galliæ insignibus bibliothecis, scripsit ad me de hac re rogatus P. Jacobus Sirmundus, soc. Jesu, et ex omnibus indiculos manu sua scriptos itidem transmisit, ex quibus intelligerem quænam mihi deessent, ex Bibliotheca Regia, ex ea quæ Folientinorum S. Bernardi monachorum, et ex ea quæ est collegii societatis Jesu Parisiensis, quæ olim fuit cardinalis Joiosæ. Præterea in Regia Biblioth. Hispan. in monasterio S. Laurentii quod Escurialem vocant, Γρηγορίου ἐπισκόπου τῆς Σικελίας ὁμιλίαι ἀπὸ τοῦ ἀρχιτελώνου, et in alio codice : Ὁμιλίαι τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. *Gregorii episc. Siciliæ homiliæ a principe publicanorum inchoatæ, homiliæ totius anni.* Quas sane easdem esse atque has quas evulgamus fidem fecit D. Marianus Vulguarnera, Panormitanus, non magis genere quam litterarum Græcarum eruditione clarus; cui Madriti in regia Philippi IV degenti negotium in hac re litteraria dedi, ut de his homiliis deque auctore cognosceret, et ex indice earum quas apud me habebam, ad ipsum transmisso conferret argumenta, inscriptiones, et prima cujusque verba; quibus collatis easdem esse comperit quas apud me esse intelligebat. Atque eadem in bibliotheca ad codicem adjunctum reperit opusculum singulare quoddam, quod in aliis bibliothecis reperiri nondum accepi, Λεξικὸν τῶν ὁμιλιῶν sive Glossarium vocum singularium et difficilium auctoris cum earum explicatione; cujus ego lexici apographum, cum, adhibita multorum amicorum et litteratorum hominum ope, tandem diligentia Laurentii Cocchi, viri eruditi et in apparatu Historiæ S. Demetrii martyris studiosissimi, nactus essem, ad calcem hujus operis imprimendum curavi (*a*) ut exstaret etiam hoc testimonium et vestigium antiquitatis. Sed de eo plura illo in loco. In Vaticana Bibliotheca duo sunt codices harum homiliarum quibus indices ad me tres qua Græce, qua Latine amicorum, ac præsertim dom. Constantini Caetani abbatis, opera diligentissime perscripti, sunt missi; in altero codice eædem homiliæ nomine Theophanis Ceramei, in altero Gregorii continentur; inscriptiones sunt hujusmodi : in uno cod. Θεοφάνους, τοῦ ἐπίκλην Κεραμέως, ἀρχιεπισκόπου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας, ὁμιλίαι αἱ κυριακαὶ τοῦ ὅλου χρόνου; in altero : Τοῦ μακαριωτάτου, σοφωτάτου τε καὶ ῥητορικωτάτου κυρίου Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας, τοῦ ἐπίκλην Κεραμέως. Quæ duo nomina, Gregorius et Theophanes, unius esse auctoris patet. Inde sequuntur homiliæ ordine, in cujus calce designatus annus 1448, unde antiquitas codicis intelligitur. Postremo P. Octavius Caetanus, soc. Jesu, cujus studio ac labori hoc nostrum opus acceptum est referendum, cum quæ ad condendam et illustrandam sanctorum Siculorum historiam facerent diligentissime perquireret et appararet, harum homiliarum exemplaria describenda curavit. Et quidem ex duobus codicibus, ut ipse in adversariis suis, quas

(*a*) Nullibi tamen comparet. Cf. supra col. 41. EDIT. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

apud me conservo, testatum reliquit, altero Vaticano, altero Meletii Atheniensis monachi ex monte Sancto, familia S. Basilii, qui ex Oriente Messanam appulsus ibique cœnobii S. Catharinæ præfectus librum harum homiliarum manu exaratum illi perbenigne communicavit; in eo vero plures homiliæ tum Theophanis, tum Philippi Ceramitæ nominibus inscriptæ continebantur, de qua tamen varietate nominum disceptatum a nobis ac definitum est supra Proœm. II, § II; et quidem librum illum Meletianum ex autographo fuisse exscriptum, quod olim asservabatur in monasterio SS. Petri et Pauli de Itala; sed tamen id autographum hodie non exstare. Id monasterium Basilianorum est inter Messanam et Tauromenium situm : ad quod certum hominem misi, qui de eo diligentius notitiam aliquam seu traditionem exquireret, nec quidquam a paucis illis monachis qui ibi vivunt sciri potuit. Homilias autem *de Resurrectione*, et alias plures *de sanctis* ex Vaticano codice jam ante descriptas et in eodem fuisse libro, sed non inde transcriptas, ne supervacaneum opus, et impensa fieret. Horum igitur exemplarium alterum hic Panormi relictum et inter reliquam litterariam suppellectilem in morte traditum sibi P. Alfonsus Caetanus ejus frater spectatæ religionis vir, et pietatis ac studii in sanctos viros Siciliæ hæres, ad me detulit : viderem an foret operæ pretium Latinitate ac luce donare; et si tantum laborem, et e diurnis meis occupationibus spatii possem impendere, negotium susciperem. Placuit subsecivas saltem horas ex quotidiano munere pensoque suffurari. Alterum vero idem R. P. Octavius, ut qui maxime cuperet, et unum hoc agitaret animo, ut hæ homiliæ tandem lucem aspicerent, quæ sibi luce dignissimæ videbantur, unde non parvum Siciliensis Ecclesia splendorem esset acceptura, misit in Gallias ad Jacobum Sirmundum, soc. Jesu, cujus opera multa atque præclara in lucem prolata, quantus vir sit, sine mea oratione per se quamvis tacita prædicant, quo Romæ P. Octavius fuerat familiariter usus, ut vel ipse verteret, vel vertenda Latine curaret. Is lampada tradidit P. Dionysio Petavio, societatis nostræ, qui rem aggressus, primam, εἰ; τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, Latinam fecit; postea tædio victus, aut codicis quem habuit obscuritate, a cœpto destitit, et sibi externum hominem subrogavit qui non modo rem non est orsus, sed vix tandem illud exemplar restituit. Sed P. Dionysius ne lucubratio sua illa periret, homiliam illam sub nomine Gregorii edidit Græce et Latine una cum historia Nicephori patriarchæ Constantinopolitani; quæ quidem ita se habere tum ad me scripsit epistola sua P. Sirmundus, tum ipse P. Dionysius litteris et memoriæ prodidit in suo illo libello, ubi in notis chronologicis cum de indictione agit, sic scribit: *Quod posterius, ut alios omittam, Gregorius* Κεραμεὺς, *Tauromenitanus archiepiscopus, indicat homilia* εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους, *quam nos una cum aliis pluribus ejusdem scriptoris nondum evulgatis accepimus a R. P. Jacobo Sirmundo, viro pererudito, qui quia crebro a nobis earum editionem flagitat, ut ei aliqua ex parte satisfiat, velut specimen quoddam indictionum occasione præmisimus.* Hæc Dionysius. Ego igitur opus aggressus, cum unico illo meo exemplari non possem esse contentus, nec satis lectoribus uno illo testimonio fidei nec auctoritatis operi facere posse viderem, ad certam exploratamque de iis fidem habendam animum adjeci. Et primum easdem illas esse homilias quæ Theophanis Ceramei, Tauromenitani antistitis, a majoribus essent dictæ receptæque, comperi ex ipsa inscriptione, nimirum εἰς τὰ εὐαγγέλια Κυριακὰ, καὶ ἑορτὰς τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. Quod sane constat ex omnibus testimoniis quæ de hoc auctore congeram infra. Deinde cum impressis apud Gretserum, Baronium, Dionysium meas mss. contuli, et quidem constare sensus et verba vidi; quamvis aliquot fragmenta vel in meo exemplari vel in impressis deessent, quod scriptorum vel culpa vel errore factum esse potuisse animadvertebam; et ex duabus unam integram posse restitui, de reliquis vero continuo litteras ad amicos et eruditos misi Romam, in Gallias, in Hispaniam, in Germaniam, ut, exploratis bibliothecis, de his homiliis me certiorem facerent. Et quidem ex Gallia P. Sirmundus non modo indices ex tribus bibliothecis quas dixi, sed et unam manu sua transcriptam *de SS. apostolis Petro et Paulo*, et aliquot proœmia illarum quæ mihi tunc deerant vel incerta erant; ac præterea quæ humanitas in tanto viro et studium perficiendi operis inerat, studio ac diligentia recuperavit exemplar illud quod jam amissum existimabatur, et ad me transmisit ex Gallia incolume. Hoc quamvis nullum præferret auctoris titulum, fortasse quia prima pagella in multas manus et loca translata ac detrita interierat, tamen contuli cum meo exemplari, ut cum easdem esse homilias comperissem, confirmatus magis in fide exemplarium sum : quin et lucratus ex eo multas homilias quæ in meo deessent, et loca plurima quæ in meo itidem essent intercisa, depravata, obscurata posse suppleri, emendari, illustrari vidi : et cum in illo sensus essent integri magis et pleni quam in meo, in hoc autem scriptura ipsa sive orthographia emendatior et clarior quam in illo, ex utroque quod erat lacerum mutilumque refeci atque sanavi, quod depravatum correxi, quod obscurum illustravi; atque ita integras perfectasque homilias describendas edendasque curavi. Addidit præterea P. Sirmundus exscripsisse se Romæ ex antiquo exemplari undecim homilias εἰς τὰ ἀωθινὰ, quas easdem etiam reperi, Deo operi aspirante, in monumentis a P. Octavio relictis et mihi traditis. Ex quibus collatis cum aliis totidem mei exemplaris non parum lucis ac fidei accepi. Roma non solum conferendum indicem argumentorum et principiorum curavi, sed exscribendas etiam plurimas, tum quas non haberem, tum earum quas haberem. Et quidem duas et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

viginti integras accepi; quibus si addas undecim εἰς τὰ ἑωθινὰ et alias non paucas de sanctis, si non omnes, certe maximam partem homiliarum e Vaticana bibliotheca depromptas possis agnoscere; quibus cum conveniant eæ quæ in utroque exemplari tum Panormitano, tum Gallicano (sic ea voco distinguendi gratia), de cæteris idem judicium prudens facere possis; et omnes perinde habere, ac si omnes omnino collatæ fuissent, et ex Vaticanæ bibliothecæ fide a me traductas publicatasque censere. Illud etiam monuerim ad confirmandam hujus operis fidem, una excepta homilia, *de legisperito interrogante Dominum* (homil. XI), reliquas omnes ex duobus tribusque exemplaribus inter se collatis a me proferri. Quod in singularum notis animadvertam; ubi etiamsi quid lectio variet, si quid mea conjectura correctum restitutumque sit, si quid ex omnibus lectionibus rectius videatur et verius, quod tamen sit alicujus momenti, admonebo.

§ III. *Ordo homiliarum.*

Non est alia series harum homiliarum, quam ea qua sunt evangelia per dies Dominicos festosque sanctorum per annum Græcorum ritu digesta. Constat autem non solum ἐκ τοῦ Εὐαγγελιστα ρίου, hoc est, libro quo evangelia descripta sunt in Liturgiis recitanda, nec ex Menæis solum, in quibus preces et hymni sanctorum per menses dispositi, sed etiam ex nostro Theophane in homilia cujus initium: Ἐπειδήπερ ἀρχὴν εἴληφε σήμερον (*homil.* V), quo ordine evangelia distributa sint. Inchoant enim annum ecclesiasticum a Septembri; et Dominica post Exaltationem sanctæ crucis ex S. Luca legere incipiunt, usque ad Quadragesimam: quo tempore ex Marco usque ad Pascha; hinc usque ad Pentecosten ex Joanne: exinde ex S. Matthæo, quo orbem annuum claudunt in Augusto. Quod etiam in codice Vaticano post homiliam *De sancto Joanne Baptista* (homil. LXI) quæ incipit, Καλῶς ἐφήρμοσεν ἡ τάξις, adnotatum est his verbis, Ἰστέον ὅτι ἕως ὧδε πληροῦται τὸ μηνολόγιον ἀπὸ τοῦ Σεπτεμβρίου ἀρχόμενον οἱονεὶ καὶ τὸ τέλος τοῦ Αὐγούστου τελειούμενον. *Sciendum, quod hic desinit menologium a Septembri incipiens et in fine Augusti completum.* Atque hic ordo plerumque constat in omnibus codicibus mss. qui omnes incipiunt ab homilia εἰς τὴν Ἰνδικτον, ἤτοι ἀρχὴν τοῦ νέου ἔτους, quæ est de mense Septembri, et desinunt, quod ad evangelia κυριακὰ attinet, in eam quæ est *de divite interrogante Dominum* (homil. XLV); quod vero ad festa, in eam quæ est *de S. Joannis Baptistæ decollatione* (homil. LXI), in cujus proœmio ipse Theophanes illud advertit, recte in ipso S. Præcursore finiri annum, et exinde novum inchoari, quod ipse fuerit medius inter veterem legem et novam. Hunc ordinem ritumque evangeliorum etiam retinere in nostro libro visum æquum, nimirum ut antiquitati Patris et codicum auctoritati et Græco veteri ritui locus daretur suus. Nam etiamsi ad Romanæ Ecclesiæ ritum positionemque evangeliorum in ea usitatam eas ordinare voluissemus, nec omnes sermones explere Dominicos festosque potuissent dies, et aliquæ extra Dominicas festosque vagari debuissent. Ut enim cum nostro ritu conveniant aliqua, plura discrepent, tamen neque multum interesse ad utilitatem lectorum visum est suone an nostro collocarentur ordine, cum satis ei consultum esset si indicem peculiarem evangeliorum Romanæ Ecclesiæ describeremus, in quibus hujus Patris expositio possit haberi. Verumtamen etiam optimum factu visum est, ut homilias in evangelia Dominicalia disjungeremus ab iis quæ sunt in festa sanctorum, ut utrarumque ἀκολουθία commodior et evidentior esset. Quanquam enim homiliæ in evangelia sanctorum sint interjectæ Dominicis diebus, servato eodem anni decursu, tamen variant mirifice codices in his inter se ordinandis, ut in aliis alia præcedat, alia subsequatur. Quare cum neque certus ex codicibus statui possit ordo, nec esset religio illorum deserere ἀκολουθίαν, modo commoda aliqua et consentanea institueretur, ab alteris alteros discerpere satius duximus, et quasi secundum tomum et novum initium facere ab homilia *de sancto Demetrio* (homil. XLVI). Quanquam illa quæ est *in anni principium*, cum sit caput non solum festorum, sed etiam Dominicarum, stabilemque sedem in omnibus codicibus habeat, primo itidem loco posuimus, ut omnium chorum duceret; præterea homiliam seu potius orationem *in Exaltationem sanctæ Crucis* quæ sane de festo est, cum certam itidem videatur habere sedem in codicibus omnibus post Dominicam præcedentem hoc festum, et quo ambæ homiliæ ad S. crucem pertinentes se invicem consequerentur, eam quæ de festo est adnexuimus ei quæ est de Dominica; reliquas omnes seposuimus, ut dixi. Homiliæ εἰς τὰ ἑωθινὰ, hoc est, *in undecim matutinalia evangelia*, quamvis inter Dominicales recenseri possint, tamen postremæ omnium in codd. describuntur. Iis utuntur Græci non in Liturgia, ut cæteris, sed in Officio matutino, hoc ordine, ut singulas singulis Dominicis recitent, incipientes a primo usque ad undecimum: quibus expletis in orbem redeunt, atque ita unoquoque Dominico die unum ex his evangeliis legunt, prout incidit. Eæ igitur homiliæ cum unum contineant argumentum Resurrectionis Christi, post homiliam *de Passione* collocare visum est rectum, hac ipsa de causa, quia de Resurrectione sunt; quas deinde cōmmode consequuntur homiliæ *de Ascensione* et *de Pentecoste*, quanquam inter has et eas *de Resurrectione* intercurrat homilia de Samaritana, quæ est ex Evangelio S. Joannis, et Dominica post Pascha legitur. Ad hæc, homilia *de Ascensione Domini* idem habet evangelium atque ea quæ *in sextum matutinum*, quæ causa est cur a numero undecim homiliarum hæc absit, servata tamen in sequentibus numeri ratione; at quia illa proœmium continet de festo die Ascensionis, eodem ordine collocanda fuit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quo Ascensio præcedit Pentecosten. Illud postremo in hoc paragrapho admonitum lectorem velim, neque omnes homilias quas edidimus (sunt autem hæ quas pro studio diligentiaque nostra et adjumento amicorum adhuc adhibito, reperire potuimus in bibliothecis, sexaginta duæ) Dominicalium dierum numerum et locum explere, sicuti neque sanctorum; sed multas deesse manifestum est. Et quidem homiliæ in S. Lucæ evangelia videntur esse cæteris plures, quanquam homilia in secundam Dominicam quæ est, Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ἡμῖν, etc., ex cap. VI S. Lucæ ut ponitur in Evangelistario, sine dubio deest. Et ne de singulis examen habeatur adamussim, quod longum esset, neque tanti est, certe in homiliis ex S. Joanne, quæ post Pascha leguntur, solum ea superest quæ est *de Samaritana*, et ex homiliis in evangelia S. Matthæi, quæ post Pentecosten plures sunt, paucæ admodum exstant. Factumne id sit quia dictæ non sunt vel propter æstatis calores, vel propter absentiam episcopi; an quia dictæ quidem, non tamen exscriptæ, vel exscriptæ profecto, sed interierint, vel lateant adhuc in aliqua bibliotheca neque ad nostram pervenerint notitiam, non habeo certum quod dicam. Homilias in illa verba, *Lucerna corporis est oculus* et *in reliqua ejusdem evangelii*, in Dominicas post Pentecosten conjicere visum est cum sint ex evangelio S. Matthæi, etsi in multis codd. reperiantur inter eas quæ sunt in D. Lucam. Sed, ut dixi, cum constet ordo anni quo disponuntur evangelia, non tamen singulorum Εὐταξία in codd. apparet: quare recta ratione arbitrioque nostro usi sumus; nisi si, quod tamen me latet, quod in Græcorum ritu usuque sit positum μυστικώτερον. Quod tamen mihi religioni non duco, cum, ut dixi, ordo hic non sit ex rebus magni momenti, doctrina solum et evangeliorum explicatio usui sit et magni facienda. Homiliam εἰς τὸν γενόμενον αὐχμὸν cum neque diem, neque tempus anni certum habeat, in postremum redegimus locum, et potius extra ordinem quam in ordine reposuimus. Atque hæc utcunque de serie homiliarum prædicta sint, quam prout in nostro hoc libro se habeat, subjiciemus ob oculos.

§ IV. *Ratio interpretandi.*

Quam difficile et operosum negotium sit ex una lingua in aliam veterum scripta traducere, is omnium optime novit qui hujusmodi negotium tractat et hoc saxum versat. Ex quibus omnibus luculentissimus testis sit, utpote scientissimus linguarum omnium, Hieronymus, qui et ex Hebræo sacra monumenta, et ex Græco aliorum multa traduxit. *Difficile* est, inquit ille in Præfatione ad Eusebii Chronicon, *alienas litteras insequentem, non alicubi excidere; et arduum, ut quæ in alia lingua bene dicta sunt, eumdem decorem in translatione conservent. Significatum est aliquid unius verbi proprietate, non habeo meum quod id efferat; et dum quæro explere sententiam, longo ambitu vix brevis viæ spatia consumo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum; ipsum postremo suum, et, ut ita dicam, vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonat; si ob necessitatem aliquid in ordine vel in sermone mutavero, ab interpretis videbor officio recessisse.* Hæc S. Hieronymus, quibus nihil potest planius vel plenius de interpretandi difficultatibus dici; quin ipse Tullius eloquendi disertissimus, cui mirum est verba deesse potuisse: cum ipse si quis alius sermonem patrium ditaverit, nonne inops esse sibi videtur in exprimenda vi et energia Græcarum vocum? Nam quæ Stoici προηγμένα et ἀποπροηγμένα, hæc ille aliquando *prægmata* et *apoprægmata*, aliquando *præposita* vel *præcipua* et *rejecta*, nonnunquam *promota* et *remota* vertit; ut initio lib. III *De finibus* sub Catonis persona: *Equidem soleo etiam, quod nos Græci, si aliter non possum, idem pluribus verbis exponere; et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, si quando minus occurrat Latinum, ne hoc ephippiis et acratophoris potius quam prægmenis et apoprægmenis concedatur, quanquam hæc quidem* præposita *recte et* rejecta *dicere licebit.* Et paulo post in eodem libro de iisdem loquens, *Sed ea*, inquit, *quæ secundum locum obtinent* προηγμένα, *id est* producta *nominantur, quæ vel ita appellemus, id erit verbum e verbo, vel* promota *et* remota, *vel ut dudum diximus*, præposita, *vel* præcipua *et illa* rejecta. Hæc Tullius. Quæ duorum summorum virorum testimonia eo producere volui, ut si idem mihi in hac interpretatione condenda contigisse fatear, sine pudore confiteri possem. Quare cum essem inter illos duos modos seu potius fines extremos interclusus, in quorum alterutrum si declinarem, in vitium impingerem: nimirum ut vel verbum ex verbo redderem Græca, Latini sermonis decore posthabito; vel sensum solum spectarem, nulla Græcarum vocum habita ratione, quorum alterutrum facilius et proclivius futurum erat, secutus sum tale temperamentum, ut nec facta ad verbum evaderet inepta translatio; et tamen ita sensus Latina phrasi seu potius complexione converterem, ut verbis etiam singulis quoad ejus fieri posset, verba responderent. In quo equidem elaborasse mihi videor; utrum sim assecutus alii judicent. Illud profecto verum dixerim nonnullas sententias, si meo modo, et more, et eo sermonis Latini stylo, cui sum assuetus, explicare licuisset, elegantius et concinnius eas efferri potuisse; sed quia interpretis officio fideque obligatus mihi videbar, eas non ut voluissem, sed ut debuissem Latinas fecisse. Quin etiam illud servare volui, ut hæc interpretatio, quandoquidem ea usuros crederem etiam pro suggestu sacros oratores, non ita in Ciceronis partes transiret, ut a religione discederet; et dum nimis videri cupio Ciceronianus, minus Christianus viderer. Si dictio aliquod ecclesiasticum saperet, id mihi laudi potius quam vitio ascribendum duxi. Itaque cum multis SS. Patribus Latinis,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non modo Græcis, numerosam placuisse orationem videam, quod ea nescio quo majore impetu et vi numeris contorta quasi telum amento contorqueatur, numeris etiam alligavi periodos; cæterum a nominibus verbisque ecclesiasticis, et quæ jam Latii jure non a veteribus comitiis, sed ab Ecclesia Romana donata sunt, non abhorrerem; quanquam est etiam quando illa circumscribam ut hoc posse me facere, non censere tamen oportere perpetuo, existimarer. Etenim circumscriptio ut interdum non commoda solum, sed etiam necessaria videtur; sic iterata sæpius, et dignitatem amittit et satietatem parit : puerile mihi visum, quod *baptizare* dicunt, et *baptismum* uno ore Latini cum Græcis, *sacro fonte lustrare*, et *lustralis aqua* anxie semper pertinaciterque dicere; quod de similibus multis, *spiritualis*, *sensibilis*, *passiones*, et aliis id genus dictum hoc uno exemplo intelligatur. Demum cum tria illa præstare debeat bonus interpres, religionem, fidem, indolem : religionem in verbis, fidem in sententiis, indolem in dignitate, majestate affectuque dicendi; primam, quatenus cum sermone Latino et Christiano conveniret, exhibuisse me fateor; secundam religiosissime sancteque servasse; tertiam etiam assequi pro ingenio meo studuisse; et omnino omne punctum ferre, et illud interpretis officium facere pro virili parte esse conatum; non ut ipse disertus apparerem, ut S. Hieronymus loquitur epist. 133, sed eum, qui lecturus sit, intelligere ut facerem, quomodo ipse intellexit qui scripsit.

EJUSDEM FRANCISCI SCORSI

PRÆFATIO

Notis suis præmissa, quas ex voluminis calce revocatas textui subjecimus.

—

Tametsi, defunctus satis officio interpretis videri poteram, satisque magnum capere fructum operæ meæ, si Theophanem Cerameum ex Græco in Latinum sermonem fideliter perspicueque converterem; tamen cum ab ipso operis suscepti principio animus inclinarit, ut de meo etiam notas sive explanationes ad interpretationem adjungerem, nunquam mihi imperare potui, ut interpretis munere, et nomine contentus essem. Quod animi studium mei, ut rectum mihi esse, eique adeo obsequendum videretur, suaserunt. Primum ipsa mss. codicum conditio notas postulare aliquas visa est. Quæ cum plerisque veterum monumentorum editoribus negotium semper exhibuerit, tum mihi haud minimum facessivit; qui exemplaria nactus sum non usque quaque emendata, nec integra, sed deformata multis passim in loci, nec verbis solum, sed etiam sensibus luxata, ac mutilata; quæ cum essent a me duorum, triumve, nonnunquam quatuor exemplorum adhibita consultatione, et ope sanata, perpurgata mendis, et in nitorem, integritatemque restituta suam, earum castigationum lectionumque variarum reddendam a me rationem in notis, meumque aperiendum judicium existimavi; ut non solum qua fide et diligentia has homilias legendas proponerem omnibus compertum esset, sed etiam suum cuique relinquerem, veluti datis tabellis, de iis arbitrium. Nec vero ancip tum locorum modo, quæ Scripturæ variantes parerent, sed et meæ interpretationis afferendam non raro rationem putavi, cum eam Græcanicæ vocis ambiguitas, vel obscuritas, dubiam faceret, adeoque ejus enucleandam vim et originem, ut quare hac potius, quam alia Latina voce sententiaque reddiderim, planum esset. Atque hæ causæ mihi fortasse cum cæteris interpretibus fuere communes, cur in notis hæc agerem. Illæ vero intrinsecus petitæ, quod in his sermonibus multa sunt perspersa ab omnigenum doctrinarum penu deprompta condimenta; allusiones, allitterationes, schemata alia, adagia, fabulæ, historiæ, numerorum mysticæ rationes, quæ et si πολυΐστορας viros minime forsan laterent, cum tamen omnibus, quos etiam lectores hujus operis essem habiturus, nota esse non crederem, ne ea lector non degustata præteriret, vel non intellecta parvipenderet, his adnotationibus providendum duxi, ex quibus retrusarum rerum intellectus posset hauriri. Multæ præterea insunt explicationes vel Evangeliorum, quæ hic episcopus idem, et ecclesiastes de veteri more pro concione explanabat, vel aliorum locorum utriusque Testamenti, quæ ad rem suam inducit, sive in Græco textu LXX interpretum, ipsorumque evangelistarum vim et venustatem obtinentes suam, sive etiam ex se singulares, et admirabiles, eoque fortasse duriusculæ et minus cuiquam probabiles, quas meis hisce notis, seu commentationibus excutiendo, et expediendo emollire, et aliorum Patrum et interpretum, seu veterum seu recentiorum, si qui essent ὁμόψηφοι, consensu firmare, æquum censui; ne gratis quidpiam, ac temere dictum ab hoc auctore crederetur, vel ambiguum adhuc in legentium animis non insideret. Dicta vero superiorum Patrum, utriusque præsertim Gregorii, Nazianzeni, Nysseniique et sancti Maximi martyris, quibus familiarius utitur, et nonunquam quidem longiore orationis tractu Theophanes refert, sæpius vero breviter, et vel expresso auctoris nomine, vel suppresso, vel eleganti antonomasia circumscripto significat, ea ubi exstarent designatis ipsis locis indicare necessum habui, et ubi res postularet etiam transcribere in notas, ut et certa testantis fides, et quibus verbis ab utroque ea essent prolata constaret. Quod si quæ ex his locis insignem aliquam doctrinam, quæstionemque theologicam continerent non tam in nostro Theophane, quam in ipsis fontibus, a quibus essent hausta, obscuritatem, difficultatemque ex se crearent, in iis etiam copiosius, subtiliusque disceptandis distineri consilium fuit, atque ita utrique auctori lumen afferre ac de eadem fidelia δύο τοίχους ἀλείφειν. *Quod eo impensius feci, et elaboravi, si quæ doctrina ad fidei dogmata attineret; quorum sane cum hic Cerameus sit et egregius doctor, et acerrimus propugnator, eorum certe, quæ in Ecclesia, vel suo vel superioribus sæculis sancita, ac definita jam fuerant; ne vero iis de quibus inter Græcos, Latinosque diu multumque disceptatum fuit; et tandem in concilio Florentino post aliquot, quam Theophanes scripserit, sæcula decretum, ac definitum, ne iis, inquam, dissentire Græcus hic scriptor quod alicubi uno alterove verbo non*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

satis primo se efferente sensu perpenso videri posset, quin etiam favere putaretur, sanam ejus mentem pluribus modis explicare annixus sum. Atque hæ causæ justissimæ, utilissimæque necessitudinem mihi quamdam attulerunt, ut non nudam meam hanc translationem, sed commentationibus convestitam in apertum ferrem. Sed enimvero sicuti vestium et domorum usum necessitas primum in hominum morem induxit, deinde luxus ad ornatum quoque traduxit : ita profecto quas ego norus illis necessitudinibus compulsus instituí, in iis etiam ad ornandum hanc quæ mihi obtigisset, provinciam, sum abusus. Itaque nonnullas sententias, quæ per se ipsæ rectæ pulchræque apparuissent, prout ex Theophanis officina exissent, in qua tornatæ fuerant ; eas tamen etiam magis ac magis expolire, et collatis aliorum Patrum dictis illustrare, cum utile, tum præclarum factu duxi. Nam præterquam quod auctoris nostri commendationi conducere videbatur, cum profecto gloriosum sit habere laudatos viros, qui tecum una sentiant, et suffragentur, tum etiam publico commodo id futurum sum arbitratus; nimirum ut qui hujus auctoris testimonia, sive in Commentariis suis, sive in Concionibus vellent producere, ea et firmiora aliorum suffragiis corroborata, et uberiora multitudine suffragiatorum haberent. Quo in genere cum præclare esset opera posita a multis omni litterarum genere excultissimis viris tum ex alio hominum genere, tum præsertim societatis nostræ, quorum multos Proœmio primo ad lectores meo laudavi, omnes vero præclaris operibus jam in hominum cognitione, et ore versantur, nec solum in veterum Patrum monumentis ; in quibus pro doctrinæ sublimitate ac gravitate majora fiunt operæ pretia : sed etiam in levioribus studiis poetarum, oratorumque ethnicorum, quidni mihi concessum arbitrarer, ut hunc scriptorem unde unde corrogato lumine illustrarem : cum is et sæculi sui tenebris lucem, et nostræ Siciliæ vel unicum decus arrogarit? quod si genio me aliquando indulsisse quis arguat, id etiam sane temperanter me fecisse fatebitur : eaque usum moderatione scribendi, ut neque satietas ex copia, neque ex tenuitate rerum desiderium legentibus nasceretur; nam quædam præstat profecto non attingere, si ea edisserere est animus, ne desiderium scientiæ frustra acuatur, quædam ingesta plus justo stomachum faciunt. Atque ex hac mediocritate quam tenui, sensim tamen excrevisse hoc Opusculum, supra quam mihi fingebam animo animadverti, ut non solum ad Theophanem illuminandum, sed etiam ad locupletandam supellectilem litterariam usui futurum, ni me tamen amor negotii suscepti fallit, mihi pollicear : eaque varietate rerum in omni doctrinarum genere conquisitarum esse confectum ut quoddam veluti στρῶμα variis distinctum coloribus, figurisque picturatum non invita Minerva contexisse me videam : In quo legendo si criticorum supercilium remitti mihi et annuere sentiam, nunquam spero fore, ut meæ me pœniteat φιλολογίας, καὶ φιλοπονίας.

—

Explanatio litterarum quibus in notis significantur codices mss. quorum lectiones variæ expenduntur.

P.	Panormitanus : hic est qui Panormi repertus prout Proœm. m enarratur.
G.	Gallicanus : hic est qui ex Gallia transmissus Panormum, quanquam prius in Sicilia scriptus, ita vocatus ut a priore discerneretur.
V.	Vaticanus.
C. P.	Codex Parisiensis, vel collegii Parisiensis.
R. vel R. P.	Regii Parisiensis, hoc est Bibliothecæ Regiæ Parisiensis.
C. F.	Codex Folientinorum, qui sunt religiosi ex S. Bernardi ordine Parisiis.
E.	Escuriale.
C. vel S. E.	Codex, vel Glossarium Escurialis.

DOCTORUM VIRORUM

ELOGIA ET TESTIMONIA DE THEOPHANE CERAMEO.

—

P. Franciscus Turrianus soc. Jesu, lib. II *contra Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus apostolorum, cap.* 6, *ubi testimoniis veterum Patrum Græcorum et Latinorum ostendit, super Petrum ædificatam esse Ecclesiam.*

Theophanes cognomento Cerameus archiepiscopus Tauromeniæ in Sicilia, auctor in Scripturis valde exercitatus et eruditus, in sermone de SS. apostolis, sic ait : « Ego vero, inquit, dico tibi, quod tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam ; » tu, inquam, qui petra es, petra fies fidei verbi : et Ecclesiæ firmatæ fundamentum, ac spiritualis ædificationis primus aditus : super hanc enim confessionem fundamentum Ecclesiæ stabit ; tali namque petra, ac rupe collocata reliqua dogmata firme ac tute collocabuntur.

Cardinalis Baronius tomo IX, anno Domini 842, *edidit homiliam Theophanis Ceramei de SS. Imaginibus, cui hæc præmittit :*

Hactenus sermo annis singulis dicta die in Ecclesia recitari solitus ; cui subjungimus alium ejusdem argumenti, eodem pariter die ab archiepiscopo Tauromeniæ Theophane ad populum dictum.

P. Jacobus Gretserus Soc. Jesu in Notis ad duas Homilias Theophanis Ceramei de cruce, quas tomo II De cruce, cum aliis multis Græcorum Patrum produxit.

Theophanes Cerameus vixit eo tempore, quo adhuc Sicilia, vel certe pars Siciliæ imper. Constantinopolitano parebat. Id liquet ex fine orationis de cruce ubi crucem invocans rogat ut imperatori sit præsidio contra impios Ismaelitas crucis adorationem contemnentes.

Idem tomo I, lib. I, *cap.* 14, *de serpente æneo figura crucis.*

Porro signum in quo serpens iste suspensus est, fuisse typum crucis Dominicæ, clarum est. At quomodo serpens fuerit figura Christi, id auctores non uno modo explicant. Quidam aiunt serpentem non tam fuisse Christi quam peccati in cruce sus-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

pensi imaginem, vel Christi eatenus, quatenus ipse peccata nostra tulit, eaque ligno affixit, atque adeo, ut Apostolus ait, Deus illum qui nullum peccatum noverat, peccatum pro nobis fecit. Hanc rationem indicat Theophanes Cerameus archiepiscopus Tauromeniæ in Sicilia, his verbis : « Non turbetur quispiam, » etc. quæ habes hom. 3 in hoc nostro opere.

Idem eodem capite.

Cæterum cum nos in hujus vitæ cremo morsibus serpentum expositi simus, oportet, ut sicut Israelitæ in erectum serpentem, salutis gratia, respexerunt, ita et nos jam respiciamus in Christum e crucis arbore pendentem : « Necdum omnino desierunt morsus, inquit Theophanes. Insita enim carni adversus spiritum concupiscentia nondum perfecte conquievit, » et cætera quæ habes eadem homilia.

Idem in syntagmate de imaginibus non manufactis, deque aliis a sancto Luca pictis, addito ad Codinum Curopalatam cap. 5 de auctoribus qui imaginis Edessenæ non manufactæ, sed a Christo Domino linteo impressæ meminerunt.

XXII. Theophanes Cerameus hom. in restitutionem imaginum : « Ipse Dominus noster in sindone speciem sive formam suam expressit sine manu, et Abagaro toparchæ misit; nunquam vero hoc fecisset, nisi imagines coli voluisset. »

Idem cap. 18 de imaginibus D. Virginis a sancto Luca pictis.

Vide Theophanem Cerameum, homilia de restitutione Imaginum, ejusdem sententiæ esse, dum ita scribit : « Imo et Lucas disertus ille evangelista imaginem Deiparæ cera et coloribus depinxit sacris brachiis tenentem Dominum. »

P. Jacobus Pinto soc. Jesu in libro quem « Christum crucifixum » inscribit tit. I, loco 1, ubi Christum crucifixum a capite ad calcem in Scriptura signatum ostendit.

Idem videre est apud Patrum alios passim Græcos atque Latinos : unum producam ex Græcis Theophanem Cerameum, Tauromeniæ archiepiscopum. Hic ubi plurima nostri mysterii argumenta, hoc est sacræ Scripturæ exempla congessit, iota insuper, et apices etiam mysterium idem quod sane magis est, signare demonstrat. « Cum igitur, inquit, crucis mysterium, et in lege et in prophetis elucescat, » etc. quæ habes hom. 4.

P. Antonius Possevinus soc. Jesu tom. III Apparatus sacri.

Theophanes Cerameus Græce scripsit Homilias in Evangelia τῶν κυριακῶν. hoc est Dominicalia, et in alios festos dies

Idem in appendice.

Exstat vero ejusdem in sanctissimæ Deiparæ Annuntiationem hymnus in tomo VIII *Biblioth. PP. edit.* 2ª.

Bibliotheca Patrum magna plus centum Patribus et opusculis aucta, edita Coloniæ, tom. IX, sæculo IX.

Theophanes Cerameus, Tauromeniæ in Sicilia episcopus, scripsit Homilias in Evangelia Dominicalia, et aliquot festa totius anni, quæ servantur ms. Venetiis; et alia necdum edita. Exstant ex ipsius scriptis saltem, quæ habere potuimus, Oratio in Dominicam ante Exaltationem sanctæ Crucis; et altera in Exaltatione sanctæ Crucis a Jacobo Gretsero soc. Jesu editæ. Item hymnus in Annuntiatione Deiparæ, quem huic Theophani attribuit Jodocus Coccius.

P. Octavius Caetanus soc. Jesu in Isagoga ad historiam de SS. Siciliæ, quæ nondum est edita, tamen a me prælecta, Theophanem Cerameum inter Siculos Patres, et Ecclesiæ propugnatores, et scriptores contra hæreticos enumerat. Idem in animadversionibus ad Orationem de Indictione itidem ms.

Theophanis episcopi Tauromenii homiliæ nondum editæ in lucem, sed luce dignæ; magna enim cum sapientia, tum eloquentia compositæ.

Idem in animadversionibus ad Homiliam de sancto Pancratio.

Enim vero æque graviter ac pie Theophanes evangelium hac oratione interpretatur, quod festo die S. Pancratii prælectum erat. Sermo utilis est ad informandos mores, maximeque iis conducit, qui in divina philosophia se exercent. Christiani concionatores hinc hauriant concionandi modum, rationemque Evangelii explicandi pro rostris ad populum.

Idem in idea operis typis impressa.

Theophanis archiepiscopi Tauromeniorum Oratio in novi anni Indictionem, præclara cum Commemoratione D. Virginis Tauromenitanæ, et SS. MM. Callistes, Evodii et Hermogenis.

F. Dominicus Gravina ordinis Prædicatorum catholicarum Præscriptionum adversus nostri temporis hæreticos tom. III, p. p. quæst. principali, Quanta sit apud eosdem catholicos Patrum auctoritas, in s. eciali recenset omnes Patres per sæcula distributos, et nono sæculo sic ait :

« Patres noni sæculi, ex auro apostolicorum Patrum scuta aurea fabricantes, et in templum Domini inferentes, ut in eo mille clypei pendeant, omnis armatura fortium. » Deinde in horum Catalogo connumerat Theophanem Cerameum.

P. Sebastianus Corderius in Catena SS. Græcorum Patrum in Lucam nuper edita in Catalogo ipsorum Patrum.

Theophanes Cerameus, etc., ut in testimonio ex Bibliotheca Magna.

Vincentius Ricchardus C. R. in Comment. ad orat. 18 S. Procli archiepisc. Constantinop.

Videtur autem dicere Christi imaginem a sancto Luca depictam fortasse in ulnis sanctissimæ Dei Genitricis, ut depinxisse constat ex Theophane Cerameo, Hom. de Imaginum restitutione : « Lucas disertus evangelista imaginem Deiparæ, cera et coloribus depinxit sacris brachiis tenentem Dominum. »

Dom. Rocchus Pirri Siculus Netinus, abbas S. Eliæ, voluminis I, p. II, lib. II, notitia 1, Ecclesiæ Tauromenitanæ.

Theophanes cognomento Cerameus, quem Tauromeniæ archiepiscopum inscribi reperio. Hunc post annum 842 vixisse oportuit; nam scripsit is

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Homiliam d SS. Imaginibus in earum festo dictam, quam typis edidit Baronius depromptam ex Hoplotheca Francisci Turriani soc. Jesu, atque ab eodem Latine redditam. Meminit Possevinus in Apparatu sacro hujus Theophanis et scripsisse ait Homilias in Dominicas, et alia festa quas P. Octavius Caetanus soc. Jesu collegerat, dum opus de sanctis Siculis moliretur; virum in Scripturis valde exercitatum, et eruditum appellat Franciscus Turrianus.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΡΗΤΟΡΙΚΩΤΑΤΟΥ

ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ

ΤΟΥ ΕΠΙΚΛΗΝ *ΚΕΡΑΜΕΩΣ*

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΟΥ ΤΗΣ ΣΙΚΕΛΙΑΣ

ΟΜΙΛΙΑΙ

ΕΙΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΑ ΚΥΡΙΑΚΑ, ΚΑΙ ΕΟΡΤΑΣ ΤΟΥ ΟΛΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ.

—

SAPIENTISSIMI ET ELOQUENTISSIMI

THEOPHANIS

COGNOMENTO *CERAMEI*

ARCHIEPISCOPI TAUROMENII IN SICILIA

HOMILIÆ

IN EVANGELIA DOMINICALIA, ET FESTA TOTIUS ANNI.

—

1 HOMILIA I (1).

De indictione (2), *sive anni principio.*

Benedictus Deus, qui nobis dedit ut volubilis temporis decurso circuitu, ad anni coronidem per-

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ καταξιώσας ἡμας διαδραμεῖν τὴν κυκλικὴν τοῦ χρόνου περίοδον, καὶ πρὸς τὴν

Francisci Scorsi notæ.

(1) *Homilia.* In pluribus mss. sermones hi appellantur ὁμιλίαι, in nonnullis λόγοι, *orationes*, ut in Escurialis codice, et itidem in Vaticano, in quo duplex est etiam nomenclatura: initio ὁμιλία et διδασκαλία, quæ postrema significat *doctrinam*, seu *sermonem* ad instruendum et hortandum populum: atque ipse Theophanes appellat alicubi sermonem suum διδασκαλίαν. Ex his omnibus retinui inscriptionem ὁμιλία, et quod ea frequentior in exemplaribus, et quod aptior ad rem. Nam quid intersit inter ὁμιλίαν et λόγον *homiliam* et *orationem* explicat Photius cod. CLXXIV *Biblioth.*, ubi idem sibi in legendis D. Chrysostomi homiliis in Genesim contigisse dicit, quod nos dicimus nobis, et per eam occasionem distinguit inter hæc duo his verbis: Ἔνεστι δὲ συνιδεῖν, ὡς εἰ καὶ Λόγοι ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν τὸ βιβλίον [οὕτω γὰρ εὗρον ἐν οἷς ἀνέγνων], ἀλλὰ μᾶλλον ἐοίκασιν ὁμιλίαις τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι ἐν πολλοῖς πολλάκις ὡς παρόντας, καὶ ὁρῶν τοὺς ἀκροατὰς οὕτω περὶ αὐτοὺς ὁ ποτείνεται, καὶ ἐρωτᾷ, καὶ ἀποκρίνεται, καὶ ὑπισχνεῖται. Δυναμένου μὲν καὶ ἄλλως ἔχοντος τοῦ λόγου καὶ οὐ καθ' ὁμιλίαν τὰ τοιαῦτα σχηματίζειν, καὶ ἐνδείκνυσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ συνεχῶς, καὶ ἐπιμόνως τοῦτο ποιεῖν, καὶ οὐχὶ σὺν οἰκονομίᾳ τινὶ παρίστησιν ὁμιλίας αὐτὰς εἶναι. Ὁμιλεῖ δὲ ταύτας τῷ πλήθει ὡς ἔστι μαθεῖν ἐξ αὐτῶν

(2) *De Indictione.* Princeps Septembris dies festus ac celebris habetur Græcorum ritu duplici

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κορωνίδα τοῦ ἔτους ἐλθεῖν. Ἐξ ἧς ὥσπερ ἀφ' ὕσπληγος, αὖθις τοῦ δρόμου τοῦ βιωτικοῦ καταρχόμεθα, τὸν αὐτὸν κύκλον, διὰ πάσης τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνελίττοντες, ἕως ἂν ὁ ἄπειρος ἡμᾶς ἐκεῖνος αἰὼν διαδέξηται, ὁ διαστήματι χρόνου, καὶ ἡλίου φορᾷ μὴ μετρούμενος. Ἡ μὲν οὖν παροῦσα ἡμέρα [προκείσθω γὰρ τῷ λόγῳ οἷον ἥδισμα τοῖς φιλοκάλοις ὑμῖν] κατὰ μὲν τὸ ἱστορικῶς, καὶ γενόμενον, καὶ τελούμενον, ἀρχὴ τῆς χρονικῆς ὑπάρχει ἀνακυκλήσεως, Ἰνδικτα A ventremus : unde tanquam e carceribus (3) emissi rursus vitæ curriculum inchoamus, eumdemque, quoad vivimus, orbem usque revolvimus; donec interminatum nos ævum illud excipiat, nullo temporis intervallo, nulloque solis anfractu dimensum. Hodiernus igitur dies (ut hoc interim vestra politiorum hominum gratia, condimenti loco, orationi meæ præponam) secundum rei gestæ, ac celebratæ (4) veritatem, anni est recurrentis initium,

Francisci Scorsi notæ.

nomine. Utrumque disces ex eorum Menæo, in quo hæc leguntur mense Septembri, Εἰς τὴν α'. Ἀρχὴ τῆς Ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους. Ἱστέον οὖν ὅτι τὴν Ἰνδικτιῶνα ἑορτάζει ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἀπὸ τῶν ἀρχαίων παραλαβοῦσα διὰ τὸ νομίζεσθαι παρὰ Ῥωμαίοις ἀρχὴν εἶναι τοῦ ἔτους ἀπὸ ταύτης τῆς Ἰνδικτιῶνος. Ἰνδικτιὼν γὰρ λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις ὁ B ὁρισμός. Καὶ προσέτι διὰ τὸ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν εἰσελθεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τὴν Συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀποδοθέντος αὐτῷ βιβλίου ὅπερ ἦν Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ἀναπτύξαντα εὑρεῖν τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, etc., quæ sic Latine reddo : *In primam diem. Initium Indictionis, sive anni novi. Sciendum Indictionis ab Ecclesia Dei festum celebrari diem, accepto ab antiquis more, quod ab hac indictione apud Romanos initium esse anni existimetur. Indictio enim apud Romanos terminatio dicitur. Et præterea, quod hoc ipso die Dominus noster Jesus Christus in synagogam Judæorum ingressus fuerit; et tradito ipsi in manum Isaiæ libro, eoque aperto locum inveneril, ubi erat scriptum : « Spiritus Domini super me, »* etc. In hanc igitur solemnem diem Theophanes sermonem hunc ad populum habuit, in quo multa de Septembri mense mystica, et ad C pietatem excitandam accommodata disserit. Multa etiam a medio sermonis de S. Simeone Stylita : cujus eo die memoria in Menæo et in Menologio. Unde et in uno exemplari hoc epigraphe additum, Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, καὶ εἰς τὸν ἅγιον Συμεῶνα. Hoc est, *In principium Indictionis, et in sanctum Simeonem.* Consuetum vero veteribus Patribus ex ratione diei ac temporis pios ad juvandum populum sensus elicere. Consimilis est Oratio Gregorii Theologi, Εἰς τὴν καινὴν Κυριακήν, καὶ εἰς τὸ ἔαρ, καὶ εἰς τὸν μάρτυρα Μάμαντα. *In novam Dominicam, et in ver, et in martyrem Mamantem.* Ea est ordine XLIII. Itidem S. Joannis Chrysostomi in eos qui novilunia observant Kalendis habita. Citatur etiam a card. Baronio in Notis ad Rom. Martyrolog. homilia de Indictione Græce scripta, quam D. Chrysostomo tribui dicit; sed eam diligenter perquisitam inter opera S. Chrysostomi, quæ Græce et Latine postremo edita sunt, invenire non potui. Aliam eam esse oportet ab ea D quæ est de Kalendis, et vovilunilis paulo ante memorata, et ab hac ipsa nostri Theophanis. Ibi enim, referente Baronio, dicit : Christi Natalem fuisse Octaviani anno quadragesimo secundo : cujus dicti nullum in utraque oratione tum Chrysostomi tum Theophanis vestigium est. Legitur præterea Asterii Amaseni episcopi homilia de Kalendis. Ad hæc non est absimilis homilia S. Maximi de defectu lunæ : et S. Leonis de die Collectæ. Hæc illustranda a me fuerunt, sine quibus non posset titulus facem sermoni præferre. De Indictionis vero initio et tempore dicetur commodius paulo infra nota 7.

(3) *E carceribus.* Græce ὑφ' ὕσπληγγος cujus vocis alias significationes legis in Glossario ad finem libri addito (*a*). Hoc loco carceres, et septa signat, unde emittebantur in curriculum equi; quod itidem affirmat Gloss. De his Virg. *Georg.* I :

Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia.

Inde proverbium, *A carcere*, Græci Ἀπὸ βαλβίδος, cum exorsum negotii significamus, sicuti, ad metam, cum finem. Aristophanes in *Vespis.* Καὶ μὴν εὐθὺς γ' ἀπὸ βαλβίδος περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω. *Atqui protinus a carceribus initium rei expedium.* Cic. *De senectute*, id usurpavit ἀναστρόφως. *Quod si quis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, et in cunis vagiam, valde recusem : nec vero velim quasi decurso spatio a calce ad carceres revocari.*

(4) *Ac celebratæ.* Græca hæc auctoris κατὰ τὸ ἱστορικῶς γενόμενον καὶ τελούμενον, sic vertenda commode visa sunt : *Secundum rei gestæ, ac celebratæ veritatem.* Petavius vertit, *Secundum historiam ac rei veritatem.* Sed ego nolui prætermissum τὸ τελούμενον. Quod sane aliud signat ac τὸ γενόμενον. Utrumque autem Theophanes explicare aggreditur; et unde secundum historiam ab hoc die sit anni ductum initium; et unde institutum, ut festus ac celeber esset : inde ad mysticas progreditur rationes, ex illis nimirum verbis, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἷον σῶμα ἔστω τῷ λόγῳ τῆς ἑορτῆς· hoc est : *Verum hæc veluti corpus quoddam institutæ de hoc festo orationi sint.* Esse autem τὸ τελούμενον idem, ac celebratum, consecratum, notius est paulo eruditioribus, quam ut hic sit confirmandum, tum ex profanis scriptoribus, tum ex sacris. Budæus multa congerit utriusque notæ scriptorum exempla, quæ vide apud ipsum. A me hæc habe. Canon. 7 apost. apud Leunclavium, lib. 1 Juris Græco-

ἐξ αὐτῶν τούτων. Hoc est ex versione Andreæ Schotti soc. Jesu. *Animadvertas quoque etsi orationum nomen præferant hi libri (sic enim in iis reperi exemplaribus, quæ legi) homiliis tamen similes magis esse, cum cæteris rebus, tum quod sæpenumero tanquam præsentes respiciens auditores sermonem ad eos convertit, interrogat, respondet, ac policitationibus utitur. Et ut possit maxime alio in dicendi genere, quam homiliarum isto similia formare, atque exhibere : quia tamen illud assidue constanterque sine ullo dispositionis ordine servat, homilias illas esse satis superque declarat. Habuit autem eas ad populum, ut ex singulis deprehendas.* Hactenus Photius ex quo discrimen inter homiliam et orationem intelligas. Illud tamen admonuerim, non raro Theophanem insignes aliquos locos orationis filo contexere : figuras et lepores, tum verborum, tum sententiarum aspergere pro re nata. Consule quæ de toto dicendi genere disseruimus Procem. III. Porro hanc homiliam Latinam fecit etiam P. Dionysius Petavius soc. Jesu, et utraque lingua edidit, ut coronidem in Breviario historico S. Nicephori patriarchæ Constantinopolitani. Qua de re vide Procem. III.

(*a*) Omissum est tamen in omnibus exemplaribus; qua vero de causa, non est unde edoceamur. Hanc jacturam multum dolet Joannes Yriarte, quem vide supra col. 41.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

2 quam Romani Indictionem appellant : sic enim ipsi definitionem (5) vocant. Atque Hebræi quidem ab eo mense, qui Nisan apud illos dicitur, anni primordium auspicantur, quod idem verni æquinoctii, et mundi natalis (6) initium sit, ut herbarum ac fruticum, arborumque cæterarum germinatus ostendit. Romani vero antiquitus quidem ab Januario principium anni sumebant, sed ex quo Cæsar Augustus (7) Antonium Septembri mense debella-

λεγομένη τῇ Ῥωμαίων φωνῇ· οὕτω γὰρ ἐκεῖνοι τὸν ὁρισμὸν ὀνομάζουσιν. Ἑβραίοις μὲν γὰρ ἀρχὴ τοῦ χρόνου νενόμισται ὁ Νισσᾶν παρ' αὐτοῖς οὕτως ὀνομαζόμενος, ἀρχὴ τυγχάνων τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας, καὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, ὡς δηλοῖ τῶν βοτανῶν, καὶ θάμνων, καὶ δένδρων ἡ βλάστησις. Ῥωμαίοις δὲ πάλαι μὲν ὁ Ἰανουάριος ἦν τοῦ ἔτους ἀρχή. Ἀφ' οὗ δὲ ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐτροπώσατο κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, περιφανῆ ποιῆσαι

Francisci Scorsi notæ.

Rom. Ὁ τελετῶν μετ' Ἰουδαίων τὸ Πάσχα καθαιρείσθω· *Qui cum Judæis Pascha celebrat, deponitor.* Greg. Naz. epist. ad Theodorum : Μέσοις ἡμᾶς ἑστάναι τῶν τελουμένων, καὶ λιθαζόντων. *Medios nos inter celebrantes et lapidantes stare.* Cum nimirum inter obeunda sacrosancta mysteria lapidibus fuisset a mendicis et monachis impetitus. Plenum est hoc verbo τελεῖσθαι in hac significatione scholion Theodori Balsamonis in *Nomocan.* Photii, tit. VII, qui est de feriis, et novella Manuelis Comneni de iisdem apud Leuncl. Plutarchus in Demetrio : Τὰ μικρὰ μυστήρια τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο. Τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος. *Parva mysteria* (Cereris) *Anthesterionis mense celebrabantur; magna vero Boedromionis.* Inde τελεταὶ, cæremoniæ, ritus. S. Dionysius sacrosanctam Eucharistiam vocat τελετῶν τελετὴν, *sacrificiorum sacrificium*, sive, ut alii vertunt verbum ex verbo, *sacramentum sacramentorum.* Gloss. Græcorum nominum, quæ in ipsius S. Dionysii libris continentur τελετὴ μυστηρίων ἐπιτέλεσις, τελείωσις.

(5) *Definitionem.* Οὕτω γὰρ αὐτοὶ τὸν ὁρισμὸν ὀνομάζουσι, ait Theophanes; eademque fere sunt verba, quæ ex Menæo supra protulimus n. 1. Ἰνδικτιὼν γὰρ λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ὁρισμός. *Indictio enim apud Romanos terminatio, seu definitio* (idem enim valent in hac re) *dicitur.* Quo dicto nihil aliud et Menæum, et Theophanes sibi volunt, quam τὸν ὁρισμὸν hoc est definitionem, seu determinationem, et præfixum anni terminum, apud Romanos Indictionem appellari : primus enim Septembris dies, unde Indictio incipit, terminus est annum novum a veteri separans, atque definiens. Latinum autem nomen definitio, quo verti Græcum τὸν ὁρισμὸν, de tempore etiam a Tullio usurpatur, *De divinat.* lib. II : *Callide enim, qui illa composuit, perfecit, ut quodcunque accidisset prædictum diceretur hominum, et temporum definitione sublata.* Cæterum si rem grammaticam species, aliam originationem habet ὁρισμός, apud Græcos, et Indictio apud Latinos : de qua dicemus infra, not. 7.

(6) *Mundi natalis.* De anni tempore, quo mundus a Deo creatus verene an autumno, disceptatum est a theologis. Noster ei suffragatur opinioni quæ, ut Pererius ait lib. II *in Gen.*, non astrologis modo, et poetis accepta est, sed omnium etiam scriptorum ecclesiasticorum firmata consensu. Cornelius itidem a Lapide, in Pentat., communem eam sanctorum Patrum esse dicit, et sequitur. Sed Patres citatos vide apud Pererium et Joan. Ludovicum de la Cerda, lib. II *Georg.* At ne siccus remaneas, lector, deliba aliquid ex iis fontibus, quos ego attigi. Bellum est Elogium illud veris apud Greg. Theol. orat. in Dominicam novam sub finem : Ἡ βασίλισσα τῶν ὡρῶν τῇ βασιλίδι τῶν ἡμερῶν πομπεύει, καὶ δωροφορεῖ παρ' ἑαυτῆς πᾶν ὅ τι κάλλιστον καὶ τερπνότατον. Quæ sic reddit Billius : *Princeps anni pars principi dierum pompam peragit et quidquid pulcherrimum et suavissimum habet, dono dat.* Damasc. lib. II *De orthod. fide* : Διὰ μὲν γὰρ τοῦ ἡλίου αἱ τέσσαρες τροπαὶ συνίστανται· καὶ πρώτη μὲν ἡ ἐαρινὴ· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ σύμπαντα. Καὶ δηλοῖ τὸ μέχρι τοῦ νῦν ἐν αὐτῇ τῶν ἀνθέων τὴν βλάστησιν γίνεσθαι. Hoc est ex Billii versione : *Per solem enim quatuor anni conversiones constituuntur, quarum prima verna est, in qua Deus res universas condidit : id quod ex eo constat quod nunc quoque vere flores germinant.* Vides eadem ratione uti Theophanem, qua Damascenum, uter ver designet mundi principium. Quin etiam concil. Palæstinum habitum sub Victore Pontif. hanc sententiam probat ex verbo illo cap. I Gen. : *Germinet terra herbam virentem.* Vere autem terra germinare incipit. Est etiam a poetis hoc anni primordium decantatum, quorum princeps apud Latinos post veris Encomia :

Non alios prima crescentis origine mundi,
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem,
Crediderim : ver illud erat ; ver magnus agebat
Orbis.

Et auctor Pervigilii in Venerem.

Ver novum, ver jam canorum : vere natus orbis est.

Claudat, et signet hanc notam Plinius lib. VI, cap. 25 : *Arborum flos est pleni veris, et anni renascentis initium* :

(7) *Ex quo Cæsar Augustus.* Anni civilis initium aliud apud alias nationes fuisse constitutum neminem latere arbitror peritum antiquitatis; nam cum annus veluti circulus quidam exsistat, de quo elegantter Romanus poeta,

Atque in se sua per vestigia volvitur annus.

Ea vero, quæ in orbem circumaguntur, uti Plutarchus in *Quæst. Roman.* ait, nihil habeant suapte natura, quod primum extremumque sit, nisi quod vel lege, vel consuetudine aliqua sit præscriptum; nihil mirum varias gentes pro arbitrio suo sibi anni fecisse primordium. Omnes vero, qui illum lunaribus mensibus dimensi sunt, ad verum illum et naturalem, qui solis cursu colligitur, qui et vertens et solstitialis dicitur, alia atque alia intercalatione eum accommodarunt. Ita Hebræi, ut ab his incipiam, qui primigeniam obtinent linguam) duo anni habuere principia; alterum autumnale, qui proprie civilis fuit et תשרי alterum vernum, a lege divinitus data præscriptum qui sacer annus, et ניסן appellatus, de quo etiam not. 14. Ægyptii itidem a Thoth suo inchoant annum, ejusque principium in Septembrem incurrit saltem postquam Julianum receperunt annum, de quo Dionysius Petavius, tom. II *De doctrina temp.* lib. XI, et Beda lib. *De rat. temp.* Vide et not. 11, sed apud ipsos annum antiquissimum fuisse bimestrem Censorinus ab aliis traditum refert; quin et menses singulos in annorum numero potuisse auctor est Plutarchus in Numa, post a Pherone rege quadrimestrem factum; novissime ad duodecim menses et dies quinque productum; id quod et lepido carmine in Urania Pontanus ostendit.

Dicendum et variis fuerit qui gentibus annus.
Ægyptii primum veteres fecere bimestrem.
Mox que quater geminis complerunt mensibus; inde
Ter bissena pari duxerunt sidera tractu.

Atque de hac ultima definitione anni Macrobius Saturn. lib. I, cap. 12, intelligendus, cum scribit :

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν νίκην βουλόμενος μεταμείβει τὸ Ῥωμαϊκὸν A vit, ut celebriorem ac memorabilem magis victo-
ἔθος καὶ χαρίζεται τῷ μηνὶ τὰ πρεσβεῖα, καθάπερ riam redderet, Romano more mutato, huic mensi

Francisci Scorsi notæ.

Anni certus modus apud solos semper Ægyptios fuit. Omitto cæteras nationes, de quibus Plinius, quarum aliæ annum unum æstate determinabant, alterum hieme: aliæ quadripartitis temporibus, ut Arcades, quorum anni trimestres fuerunt; et Acarnanes, quorum semestres, uti Macrobius loc cit. Omitto etiam eos qui ab aliquo stellarum ortu, vel occasu, ut Vergiliarum aliarumve annum sunt auspicati, de quibus Censorinus. Venio ad Græcos et Latinos, quorum causa hæc suscepta paulo longior est disputatio. Athenienses sane ab æstivo solstitio annum auspicatos multi scriptores tradunt, inter quos est Jacobus Gordonius soc. Jesu, qui Atticis primum mensem Hecatombæon fuisse scribit. Hic autem Junius est noster; vel in B Junium et Julium incidit. Vide et apud ipsum plura de vario pro temporum varietate Græcorum anno. Vide et Lilium Gyraldum opusc. ***De an. Asiani vero***, et alii itidem Græci ab æquinoctio autumnali annum exorsi sunt. Et cum illi una cum Olympiadibus annum pariter decurrere voluerint, hinc est quod aliqui a solstitio æstivo, quod id esset apud Græcos antiquiores exordium; ab æquinoctio Olympiadas exortas autument. Jam ex quo Olympiadibus antiquatis ab Indictione annorum numerum computandum Nicænæ synodi Patres sanxerunt, Orientales Græci quique Constantinopolitano parebant imperio a Septembri annum inivere, a quo et Indictiones, quod ævo etiam nostri Theophanis in more versatum, et ex hac ipsa homilia constat, et ex Menæo supra relato not. 2, et ab aliis itidem auctoribus paulo post citandis. At Romani ante Numam quidem ab æquinoctio verno, ac mense Martio annum exorsi sunt; et Albani, a quibus orti doctique Romani. At vero a Numa usque Pom- C pilio ab Januario anni principium habuerunt, cum ab ipso Januarius, et Februarius, anno Romuli, qui lunaris erat, additi fuerunt: quod sane certius est, et plurium scriptorum testimoniis probatur magis, etsi Plutarchus, in *Numa*, et *Quæst. Roman.* de numero mensium Romuli discrepet; non tamen de initio a Numa instituto. Scribunt de eo Macrobius, *Saturn.* lib. I, cap. 12; Livius lib. I. Et patet a consularibus Fastis, qui a Kal. Jan. incipiunt, quibus jam ante designari consules inaugurabantur. Atque hi quidem optime omnium videntur annum exordiri, ut Plutarchus in *Quæst. Roman.*, ait, qui cum sole novo, hoc est cum ad brumam sol pervenit, nec ultra progreditur, sed ad nos rursus regredi incipit, cum exordiuntur; naturale est enim hoc principium, atque adeo belle cum eo convenit anni civilis exordium; sed hanc consuetudinem et post primam reformationem anni a Julio Cæsare factam, et alteram ab Augusto anno D post XXXVI, de qua Macrobius loc. cit. a quorum primo anni seu Juliani, a secundo Augustani appellati, observatam nullo tempore mutatam, vel certe in Septembrem translatam nisi apud hunc nostrum lego, alias ubicunque lego Romani anni principium, Januarium lego. Juvat Simplicii Philosophi, Aristotelis interpretis, qui floruit multo post Augustum, sæculo nimirum sexto vertente, verba ascribere, quæ et jam dicta comprobant et dicenda præmuniunt: *Nos*, inquit, *facimus anni principium in solstitio æstivali ut Athenienses: vel in autumni æquinoctio, et qui eam, quæ nunc Asia dicitur, incolunt* (ipse porro, natus in Phrygia Asiæ Minoris dictæ regione) *vel post brumam ut Romani, vel in verno æquinoctio, ut Arabes, et Damasceni.* Qua igitur ratione noster hic asserit ab Augusto submutatam consuetudinem Romanorum in anni principio a Septembri deducendo? An vox Ῥωμαίων et apud ipsum, et in Menæo pro Romanis Orientalis imperii solum est accipienda? Quibus id præscriptum fortasse melius defendi posset, quam occiduis, ut ex iis quæ dicentur infra, ostendetur. Et sane Ῥωμαίους vocitatos etiam Græcos Constantinopolitano subjectos imperio passim legas apud scriptores historiæ Byzantinæ Curopalatem, Cedrenum, Zonaram, Glycam, Manassem, Nicetam, Nicephoros, Gregoram et Callistum, apud hos inquam, Ῥωμαῖοι sæpe sunt, qui ἀπὸ τῆς νέας Ῥώμης, hoc est, *a nova Roma*, Constantinopoli, non ἀπὸ τῆς παλαιᾶς, *a veteris Roma*. Verum quominus Ῥωμαίων appellationem ad novæ solum Romæ populos referamus, obstant duo: Primum, quod in Menæo, et in Theophane paulo post Ῥωμαῖοι appellantur Latini ipsissimi, cum dicatur: Ἰνδικτιῶν γὰρ λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις Ἰνδικτιών; Indictio enim apud Romanos *terminatio* dicitur. Deinde quod aperte Theophanes asserit mutatum a Cæsare morem anni ab Januario inchoandi: at hic mos Romanorum, qui in Latio non qui in Græcia, hi scilicet annum ab alio mense, quam a Januario auspicabantur, uti supra a nobis memoratum est. Verum hæc ipsa ὁμωνυμία gladium mihi ministrat, quo propositum nodum si minus resolvam, recidam quidem certe; atque ita a Theophane dictum expediam, ut si minus vere, temere certe dictum non videatur. Nam sicuti confuse, et indistincte apud ipsum, et in Menæo, cæterosque Græcos nomen Ῥωμαίων usurpatur, ita profecto confundunt non solum nomen, sed etiam morem; et quod erat in Græciæ more, id etiam positum apud Romanos fuisse jactant. Græci enim, uti dictum est supra, ab eodem mense Indictionem et annum exordiuntur; atqui Indictionem Constantinopolitanam a Septembri iniisse certum est: et illud etiam in opinione versatum apud Græcos plerosque scriptores, quin et Latinos nonnullos in Septembri fuisse ab Augusto Cæsare constitutum Indictionis initium. Et sane hæc de Indictionis origine historia obscurissima semper est habita, ut asserit *Annalium* scriptor tom. III, anno Christi 311, et non nisi proximi ævi scriptoribus subtilius investigata, et ea quam nancisci potuerint, luce disceptata a nobis est etiam disputatio, quæ in calcem notarum omnium rejicietur; ita ut ævo Theophanis certum, ac pervulgatum haberi potuerit suum illud de Indictione commentum. Auctores jam dabo illius opinionis partim præcedentes ævum Theophanis, quos ipse secutus videri potuit; partim subsequentes. Et primo quidem in Menæo supra not. 1 relato Septembrem initium esse Indictionis a majoribus tradium dicitur, et notandum illud non tam certo asseri quam ut in exsitimatione positum afferri Διὰ τὸ νομίζεσθαι, inquit, παρὰ Ῥωμαίοις ἀρχὴν εἶναι τοῦ ἔτους ἀπὸ ταύτης τῆς Ἰνδικτιῶνος. *Quod ab hac indictione apud Romanos initium esse anni existimetur.* Jam S. Maximus, monachus Constantinopolitanus, et martyr eximius, anno 660 floruit, duobus pene sæculis ante Theophanem, cui ipse adhæret in multis sententiis, ut proxime videre est in hac homilia, et deinceps in aliis, in computo Indictionum, quod refert P. Dionysius Paravius soc. Jesu, tom. II *De doctrina temp.* cap. 39 lib. II, ait Indictionem cœpisse anno Augusti II, quem mundi putat 5460, qui divisus per 15 dat Indictionem 15. At Augustus primam illam esse jussit. S. Maximum sequitur Georgius monachus, qui post Theophanem scripsit; cujus hæc sunt verba ab eodem relata Petavio: Τῷ εὐξ' ἔτει τοῦ κόσμου δεύτερον ἐχρημάτισεν Αὐγούστου Καίσαρος πλῆρες,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

principatum detulit, ac veluti primitias consecravit; sed vero bonus ille Dominus noster, qui se

πρωτέλεια. Ὁ τοίνυν ἀγαθὸς Δεσπότης ἡμῶν διὰ σαρκὸς ἐπιφανεὶς ἡμῖν, καὶ πρὸς μίαν αὐλὴν συν-

Francisci Scorsi notæ.

καὶ ἀρχὴ τοῦ γ' ἐν ᾧ καὶ ἡ Ἰνδίκτος ὑπὸ αὐτοῦ ἤτοι ἐπινέμησις ἐθεσπίσθη ὡς μαρτυρεῖ ὁ Μακάριος Μάξιμος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα· *Anno mundi 5460 secundus Augusti annus expletus est initiique tertius, quo et Indictio ab eodem decreta, ut auctor est B. Maximus in lib. De Paschate.* Exstat etiam in ms. cod. Vaticano hoc monumentum; in quod id expresse affirmatur ἐκ τῶν πατρίων Κωνσταντινουπόλεως (hoc est ex rebus patriis, sive originibus Constantinopolis quo modo inscriptus est etiam liber Codini Curopalatæ, qui continet παρεκβολὰς ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως· *Selecta ex libro Chronico de originibus Constantinopolis*, ὁ Αὔγουστος ὁ Ὀκταυΐας υἱὸς Αὐγούστῳ μηνὶ ὑπάτευε καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν (Σεξτιλίας τὸ πρότερον λεγόμενον) ὠνόμασεν Αὔγουστον· ἐν αὐτῷ δὲ καὶ ἐτελεύτησε τῇ ιϑ' τοῦ μηνός· τῷ δὲ Σεπτεμβρίῳ ἐγεννήθη εἰς τὰς κγ'. Καὶ τῇ δευτέρᾳ Σεπτεμβρίου Ἀντώνιον ἐνίκησεν, καὶ ἤρξατο τῆς μοναρχίας, καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν ἀρχὴν Ἰνδίκτου τιμήσας αὐτὸν, καὶ ἀρχὴν χρόνου ὅθεν Σεπτέμβριος τέτακται. Quod sic Latine reddideris: *Augustus Octaviæ filius Augusto mense rerum potitus est, eumque Sextilem antea dictum honoris causa Augustum appellavit. Ejusdem mensis* 19 *die vita excessit; Septembri vero natus est* 23. *Die autem* 2 *Antonium vicit, et monarchiæ initium dedit, ipsumque cohonestavit principium Indicti, et anni Septembrem constituens.* Hoc monumentum habui ex ms. notis Octavii Caetani Soc. Jesu, qui diligentis ime conquisivit quæcunque ad sanctorum Siculorum vitas facerent, quas ipse notas scripserat in hanc Theophanis homiliam una cum illis edendam ad vitam SS. Hermogenis, Evodi et Callistæ, quorum in hac eadem a Theophane præclara fit mentio. Redeo ad rem. Eamdem aggerunt opinionem Constantinus Porphyrogeneta, Leonis Sapientis filius, qui scriptor Theophani pene suppar, lib. II *Them.* eamdem Hesychius illustrius ab ipso productus; qui etiam commenti sunt Indictionis etymon falsum, opinioni suæ consentaneum. Indictio enim, inquiunt, dicitur quasi Ἰνάκτιον ab Actiaca victoria ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ καλουμένου Ἄκτίου, καὶ τὰς καλουμένας Ἰνδικτιῶνας καλεῖ, inquit idem Constant. Porphyrog. ibidem, pergitque: Οὕτω γὰρ γράφει Ἡσύχιος ὁ Ἰλλύστριος· Ἰνδικτιὼν τοῦτ' ἐστὶ Ἰνακτίῳ ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. Διὰ τοῦτο ἄρχεται μὲν Ἰνδικτιῶν ἀπὸ πρώτης, καὶ καταλήγει μέχρις ιε'. Καὶ πάλιν ἀποστρέφει, καὶ ἄρχεται ἀπὸ πρώτης διὰ τὸ τὸν Ἀντώνιον συνάρχοντα γενέσθαι Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι μέχρι ιε' χρόνου· μετὰ δὲ, etc. Quæ sic vertit Federicus Morellius: *Jam vero a dicto Promontorio Actio etiam vocari Indictiones instituit: sic enim Hesychius Illustrius scribit. Indictio, hoc est Inactio, victoria scilicet circa Actium. Iucirco certe incipit a prima, et desinit in decima quinta, et retro commeat, atque incipit a prima; quia Antonius collega fuerat Augusti Cæsaris usque ad decimum quintum annum, postea vero solus imperavit Augustus.* Vides ut conentur Græci isti de Indictionis origine? Ex Latinis vero est Federicus Morellius in Not. ad lib. II *Them.* Constantini Porphyrog. qui etsi Etymon Indictionis a Græcis confictum derideat, et Heraclito quoque ἀγελάστῳ risum excitare posse dicat; attamen ipse ab Augusti ævo deducit Indictiones Lilius Gyraldus qui multo prior ipso Morellio (degebat enim Romæ, ut ipse in opusc. *De anno*, ubi de Indictione quoque nonnulla, et in capite *De Jubileo*, de se prodidit anno 1525, quo Jubilæum est celebratum, sub Clemente VII et Carolo V imp.); sic igitur ipse: *Sunt qui Augustum Cæsarem scribunt Inictiones primum instituisse Olymp.* 193, *anno ejus primo incipiente,* VIII *Kal. Oct., hoc est* 24 *Septembris.* Alphonsus Ciaccouius, sive quis auctor Isagogæ ad Vitas Pontif. hæc habet: *Idem prorsus fuit exordium anni Græcorum et Olympiadum: eadem namque luna, et die, et illæ, et hic incipiebat; sed æquinoctium, inquam, autumnale. Prisci autem die* 24 *Septembris æquinoctium collocavere. Augustus autem ne in supputationibus earumdem, et Indictionum ullus error incideret, utrarumque fixam sedem statuit* 24 *Septembris.* Et paulo post: *Constantino Magno præterea imperatore anno Domini* 312 *Indictiones ante diem* VIII *Kal. Oct. continuatæ more solito, et ordine suo progressæ a primordiis Christianæ libertatis: Nicæni autem concilii auctoritate institutum est ut sublatis Olympiadibus annorum ratio ab eo tempore incipereiur.* Hæc auctor dictæ Isagogæ. Vides igitur opinionem defixæ in mense Septembri Indictionis jam inde ab Augusti ævo, vel potius ab ipso Augusto multorum scriptorum testimonio comprobari; et quidem non Græcorum modo, sed etiam Latinorum. Consignet has tabellas D. Ambros. qui Epist. ad episcopos Æmiliæ de celebrando Paschate ex Nicænæ synodi præscripto sic scribit: *Mensis Septembris apud plerosque, et in primis Ægyptios anni principium est.* De Ægyptiis sane quod asserit, affirmatur etiam a Beda, et a Dionysio Petavio locis supra memoratis; plerosque vero cum dicit Ambrosius Græcos possumus intelligere. Qua argumentatione? Nimirum quia ipsi cum Indictione annum incipiebant. De hoc autem utroque conjuncto principio D. Ambros. loqui planum fit ex adjuncta ratione: *Indictio enim Septembri mense incipit.* Quin et in Italia id fieri consuesse significat eadem epistola, ubi de Aprili mense verba faciens, in quem cadere Pascha solemne docet, etsi cadat, incidere in primum mensem Hebræorum ab æquinoctio verno putandum, sic ait: *Hic autem mensis et primus est secundum Ægyptiorum proventum* (secundum hanc rationem primus scilicet) non primus simpliciter; nam Thoth ejus principium in Septembrem incurrens, ut modo dictum, *et primus secundum legem, et octavus est secundum consuetudinem nostram. Indictio enim Septembri mense incipit; octavo igitur mense Kalendæ Aprilis sunt.* Qua ratione vero octavus mensis Aprilis secundum Italiæ consuetudinem, nisi quia ab Septembri incunda ratio, a quo et Indictionum? Quid si igitur et Theophanis nostri tempore idem etiam mos vigebat in Italia, qui Ambrosiano vigebat ævo? in Italia, inquam; cum enim dicat Ambrosius secundum consuetudinem nostram, et ipse Mediolanensis esset antistes, et Romæ natus, et ad episcopos Æmiliæ scriberet, quæ regio est Italiæ Cispadana, quæ complectitur hodie ducatum Parmæ, et Placentiæ, et Ecclesiasticæ ditionis partem Bononiam, et Forum Cornelii de Italiæ consuetudine loquatur necesse est; ita ut in aliquo vero sensu potuerit Theophanes asserere apud Romanos Septembrem esse anni primordium et eam mutationem Augusto ascribere, qui indictionem in Septembri constituit ex opinione jam allata dictorum auctorum. Astipulari etiam potest huic existimationi Theophanis aliorumque Græcorum, Dionis Cassii locus, et maxime eos a temeritatis nota vindicare, qui lib. LI, inter cætera quæ enumerat a senatu decreta in honorem Augusti addit etiam hoc τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ Ἀλεξάνδρεια ἑάλω ἀεὶ αὐθήν τε εἶναι, καὶ εἰς τὰ ἑπειτα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμήσεως αὐτῶν νομίζεσθαι. Hoc est ex interpretatione Xylandri. *Uti dies, quo capta est Alexandria, festus esset, ab eoque reliquis deinceps annis numerandis duceretur initium.* Adverte eum diem et festum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀγελῶν Ἰουδαίους, καὶ Ῥωμαίους, καὶ Ἕλληνας, ἀγιάσαι τὴν ἡμέραν ταύτην βουλόμενος, κατ' αὐτὴν εἰς Ναζαρὲτ παραγίνεται, καὶ εἰσέισιν ἐν τῇ Συναγωγῇ, ὡς ὁ γλαφυρὸς Λουκᾶς ἱστορεῖ, καὶ βιβλίον ἀνὰ χεῖρας λαβὼν τὰ περὶ αὐτοῦ τῷ προφήτῃ τεθεσπισμένα ὑπανεγίνωσκεν. Ἐντεῦθεν εὐλογηθεῖσαν τὴν ἡμέραν ἀπὸ Θεοῦ ἑορτάζειν αὐτὴν ἡ Ἐκκλησία παρέλαβεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἷον σῶμα ἔστω τῷ λόγῳ τῆς ἑορτῆς, κατὰ τὸν ἱερὸν φάναι Μάξιμον. Φέρε οὖν καὶ ταῖς ἔνδοθεν θεωρίαις τοῦτον ψυχώσωμεν.

A per assumptam carnem videndum nobis dedit, atque in unum ovile Judæos, Romanos, Græcosque conduxit, ut sanctitatem quamdam huic diei conciliaret, in ipso Nazarethum venit (8); et synagogam ingressus, ut elegantissimus Lucas prodidit[1], sumpto in manus libro, quæ de ipso data erant oracula, recitavit : ex hoc igitur lucem hanc, ut consecratam a Deo solemni festo celebrandam suscepit Ecclesia. Verum hactenus dicta quasi corpus, ut sancti Maximi (9) verbis utar, instituntæ de hoc festo die orationi sint. Age ergo interiorum rerum considerationem, quasi animam illi inseramus.

[1] Luc. IV, 16.

Francisci Scorsi notæ.

dici, et annorum initium; quid apertius ad defendendam opinionem Græcorum? Scio tamen hunc Dionis locum, qui neque diem signat, quo capta Alexandria, neque quibus ea annorum epocha præscripta, neque quorum annorum, monarchiæne Augusti; et si Augustanorum annorum, Atticorumne, an Romanorum : sunt enim multiplices Augustani vel monarchiæ Augustanæ anni, ut apud ipsum Petavium, Gordonium, et Lipsium legas, dubium et obscurum ab eodem Dionysio Petavio existimari. Et quidem alium esse communem chronologorum sensum de illis Dionis verbis, quem leges apud ipsum; neque enim nobis illum referre, et excutere vacat; et quicunque tandem ille sit, satis est nobis illum huc retulisse locum, ut cum tam ἀμφιβόλως et sine discrimine de anno ineundo a Septembri ex Augusti decreto loquatur, excusentur Græci, quod ab eo occasionem arripuerint opinionis suæ. Et hic color inductus huic Theophanis loco aptior mihi videtur, quam si ejus mens ad annos monarchiæ Augusti referatur, vel detorqueatur potius; qui enim hic sensus veritatis colorem aliquem præ se ferat, cum aperte dicat Theophanes mutatam ab Augusto consuetudinem anni a Septembri ineundi? Atqui nullam Augustus mutavit consuetudinem annorum monarchiæ suæ numerandorum; et quamvis hos annos alii aliter supputent. *Alii enim*, inquit Justus Lipsius ad primum *Annalium* Taciti, *plerumque ab Actiaca pugna numerant, cum victo Antonio potens fuit imperii solus ea pugna pugnata* IV *Nonas Septembris*. Addo ad Lipsium Dionis locum, ubi hoc manifeste narratur lib. LI, initio : Τοιαύτη τις ἡ ναυμαχία αὐτῶν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγένετο· τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως εἶπον (οὐδὲ γὰρ εἴωθα αὐτὴν εἰπεῖν) ὅτι τότε πρῶτον ὁ Καῖσαρ τὸ κράτος πᾶν μόνος ἔσχεν· ὥστε καὶ τὴν ἀπαρίθμησιν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἀπ' ἐκείνης ἡμέρας ἀκριβοῦσθαι. *In hunc modum pugna navalis facta est*, IV *Nonas Septembris; id a me non frustra commemoratur, dies alioqui annotare non solito; sed quod ab eo die primum Cæsar solus rerum potitus est; imperiique ejus recensio præcise ab eo sumitur*. Hæc Dio. Pergat Lipsius : *Quidam a sexto ejus consulatu, cum imperium illi a senatu firmatum, datumque cognomen Augusti, quasi is legitimi principatus primus dies id fuit* VII *Idus Januarias. Atque ea ratio numerandi provinciis fere familiaris*. Probat id Lipsius ex Lapide, ex Orosio, ex Consorino, quos omitto. Ab hoc eodem ineundos annos Augustanos Romanorum Petavius Censorinum secutus, et Jacobus Gordonius ex nostra societate arbitrantur, quos vide. *Tertii denique numerabant a primo ejus consulatu, scilicet quia is gradus, et aditus ad reliquos honores. Is fuit* XIV *Kal. Octobr. Eam rationem secutus est quicunque ille scriptor de causis corruptæ eloquentiæ, qui imperitasse Augustum ait annis* 56 *fallente numero, nisi ad hanc rationem;* B *quam ipsam secuti curiosi isti, qui initium imperii et finem vitæ Augusti in eumdem diem, miraculi causa conferebant*. Usque ad hæc Lipsius. Quamvis igitur tam in Augustanis annis scriptores varient, tamen vides, si de Romanis annis serio sit apud Græcos, eos a Januario computandos, non a Septembri, a quo solum Actiaci et Ægyptii numerandi : quo igitur modo de his accipi Theophanes possit? quo tamen non nemo hunc locum est interpretatus. Maneat igitur eum per ampliationem quamdam locutum de anni et Indictionis initio, quam Indictionem in Septembri ab Augusto constitutam probabilis est multorum opinio jam relata. Illud modo quasi postremam lineam huic dissertationi ducam, anni hujusce Constantinopolitani, et consuetudinis a Kal. Septembris ejus ineundi vestigium ad nostra tempora in Sicilia relictum ex eo quo illa imperio Constantinopolitano parebat. Sicut enim Romæ antiquitus a Kal. Januariis, quod erat anni ipsorum C initium, consules, cæterique reipublicæ moderatores magistratus, ineibant; ita Panormi, et in nonnullis aliis Siciliæ civitatibus a Kal. Septembris prætor, dux, aliique capessunt magistratus, quem morem jam ab illis sæculis quibus etiam in Sicilia annus a Kalendis Septembris inchoabatur, ut vel ex hac ipsa Theophanis homilia Tauromenii dicta constare potest, obtinuisse crediderim; nisi si quis tamen ostenderit hujus consuetudinis initium a posterioribus sæculis introductum : quod non adhuc a quopiam memoratum vel traditum accepi. Cæterum de Indictionis origine quid sentiendum, quæque nobis magis probetur opinio ex iis quæ a recentioris temporis scriptoribus, qui doctrinam chronicam illustrarunt, subtilius exquisitæ sunt, in fine libri disputabitur, ut jam supra monui. Præsens enim disputatio longius protracta est, quam notæ ratio pateretur; sed rerum certe obscuritas ita postulavit, quibus utinam lucem aliquam attulerim; D si quis autem studiosior antiquitatis certius aliquid, et plenius scire desideret, ex ea licebit petere : sic enim fiet, ut neque lucubrationi nostræ quidquam nec legentium studio detrahatur : in qua etiam illud quod dubium fortasse lectori in hac Nota succurrent, qui indictio prima die Septembris simulque anni principium in Menæo, et hac Theophanis homilia celebrari dicatur, cum ab Augusto vel a quocunque tandem imperatore in 24 ejus mensis die sit constituta, hoc, inquam, in ea dissertatione expedietur.

(8) *Nazarethum venit*. Hæc traditio in Ecclesia Græca; ut fidem facit Menæum relatum not. 1.

(9) *Ut sancti Maximi*. Quo auctore hoc et aliis nonnullis locis Theophanes utitur. Hic S. Maximus monachus Constantinopolitanus, abbas, et martyr fuit, ingens hæreticorum Monothelitarum flagellum; cujus scripta magno numero recensita, leges apud Baronium anno 657, n. 31. Quæ quidem in biblioth.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Jam primum omnium mensis iste Gorpiæus (10) a Græcis, ab Ægyptiis Thoth (11), ab Hebræis Eval (12), September a nobis Romana lingua appellatus, et veteris legis, et novæ, et cum fluxæ vitæ præsentis, tum immutabilis illius futuri status imaginem refert. Quod ipsum obscure nobis Deus insinuare volens, trium dierum (13) religiones, hoc est Tubarum, Expiationis ac Scenopegiorum in hunc unum contulit mensem. Sic enim Moysem allocutus est : « Decimo quinto die mensis septimi Tabernaculorum festum Domino est : et offeretis holocausta et sacrificia diebus septem. [1] » Atque a Nisan (14) sane septimus Eval hic numeratur. In

[1] Levit. XXIII. 34.

Ὁ μὲν οὗτος, ὁ κατὰ μὲν Ἕλληνας Γορπιαῖος, κατὰ δὲ τοὺς Αἰγυπτίους Θὼθ, κατὰ δὲ τοὺς Ἑβραίους Εὐάλ, καθ' ἡμᾶς δὲ Ῥωμαϊκῇ γλώττῃ Σεπτέμβριος, εἰκόνα φέρει καὶ τύπον παλαιᾶς τε καὶ νέας, καὶ τῆς παροὐσης ταύτης ζωῆς, καὶ τῆς ἐν τῷ μέλλοντι καταστάσεως. Καὶ τοῦτο δι' αἰνίγματος δεικνὺς ὁ Θεὸς, τὰς τρεῖς ἑορτὰς, τῶν σαλπίγγων, καὶ τοῦ ἱλασμοῦ, καὶ τῶν σκηνοπηγίων, ἐν τούτῳ τῷ μηνὶ γενέσθαι προσέταξεν, οὕτω φάμενος τῷ Μωσεῖ. « Τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου, ἑορτὴ σκηνῶν τῷ Κυρίῳ· καὶ προσάξετε ὁλοκαυτώματα, καὶ θυσίας ἑπτὰ ἡμέρας. » Ἕβδομος δὲ μὴν ἀπὸ τοῦ Νισσὰν οὗτός ἐστιν ὁ Εὐάλ. Καὶ μὴν καὶ σαλπίζειν

Francisci Scorsi notæ.

Vaticana adhuc cum blattis tineisque luctantur. [*S. Maximi Opera omnia* Patrologiæ *tom. XC-XCI, ex edit. R. P. Mich. Lequien.*

(10) *Gorpiæus.* Suidas hunc mensem Γορδιαῖον scribit, docetque esse τὸν Σεπτέμβριον κατὰ τοὺς Μακεδόνας. At Hesychius in voce Α Β Γορπιαῖον, ut nos habemus. Scaliger, lib. v *De emendat. temp.*, vult esse Syromacedonicum. Apud Bedam, lib. *De ratione temp.* dicitur esse Achivorum; in Lexico, Lacedæmonum. Sit igitur cujusvis ex his nationibus nomen, Atticum certe non est, apud quos Μαιμακτηριών. Septembri nostro respondet, uti Theodorus Gaza et Guillelmus Xylander in opusc. *De mensibus* docent, quanquam de his mensium nominibus magna est apud scriptores varietas, qui Græcorum cum nostris conveniant; de quo vide eumdem Xilandrum, et Lilium Gyraldum opusc. *De annis, et mensibus.* Plutarchus in Theseo : Ἐν δὲ τῇ θυσίᾳ τοῦ Γορπιαίου μηνὸς ἱσταμένου δευτέρᾳ · *In sacris altero die Gorpiæi mensis.* In *Chronico Alexandr.* apud Dionysium Petavium καὶ αἱ Ἰνδικτοὶ δὲ χρηματίζειν ἤρξατο ἀπὸ τῆς πρώτης τοῦ Γορπιαίου μηνός. *Indictiones autem a prima die Gorpiæi mensis numerari cæperunt.* Qui locus maxime firmat morem incipiendæ Indictionis a prima Septembris die, de quo not. 7.

(11) *Thoth.* Hujus est mentio in epigrammate Græco, cujus titulus Μῆνες Αἰγυπτίων, *Menses Ægyptiorum.*

Πρῶτος Θὼθ ἐδάη δρεπάνην ἐπὶ βότρυν ἐγείρειν.

Quem sic vertit Lilius Gyraldus :

Primus Thoth docuit falces inferre racemis.

et apud M. Tullium lib III, *De nat. deorum*, ubi multis Mercuriis numeratis : *Quintum*, inquit, *Mercurium recensent, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse; atque Ægyptiis leges, et litteras tradidisse. Hunc Ægyptii Thoyth* (ita scribitur apud ipsum) *appellant : eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur.* Hæc Tullius; quem locum refert fusius Lactantius Firmian. lib. I, cap. 6, et ita concludit : *Hunc Ægyptii Thoth appellant a quo apud eos primus anni mensis, id est September accepit.* Hic Mercurius est, qui Τρισμέγιστος, Trismegistus vulgo ob magnitudinem sapientiæ cognominatus est. Tantumque valuit mos appellandi primi mensis Thoth, ut hoc modo honor illi æternaretur, ut ab ipso etiam enumerare epocham regum, et rerum publice gestarum, etiam si pluribus ante diebus, aut etiam mensibus habuissent exordia, consuerint. Ita Dionysius Petavius, lib. x *De doctrina temp.* tom. II, cap. 71, apud quem leges etiam quo die cœperit post receptum ab Ægyptiis Julian. annum de quo supra not. 7.

(12) *Eval.* In omnibus quatuor exemplaribus, quibus in hac homilia usus sum, scriptum reperi εὐάλ. sed Hebræo אלול Elul potius scribendum. Verum hoc librarii erratum auctori non ascribendum.

Cæterum hic ipsius quoque auctoris μνημονικὸν ἁμάρτημα incurrere haud facile pronuntiarim; quod et Petavius, et alias doctus vir scriptum reliquit, qui pro Elul, censent substituendum Thisri, quod hic sit septimus mensis. Eadem enim opera apud Bedam mutanda esset scriptio, ubi in tabula mensium sic habetur : *Romanorum September, Ægyptiorum Thoth, Hebræorum Elul, Græcorum* Γορπιαῖος. Vides ut consonent hæc nomina cum iis quibus Theophanes utitur. Scaliger item lib. v, *De emendat. temp.* Elul vocat Gorpiæum Syromacedonicum, aut Septembrem. Duplex igitur conciliationis sit ratio. Primo quanquam apud Hebræos septimus mensis sit תשרי Thisri, tamen אלול, Elul septimus est apud Syros, seu Syrochaldæos, ut apparet ex tabula mensium, quam describit Jacobus Gordonius societ. nostræ in Chronologia. Itaque sicut Syriacam linguam, qua Hebræi usi sunt a captivitate, Hebræam appellare quis possit pingui Minerva, ita et Elul septimum Syrorum mensem, eumdem Hebræorum Theophanes dicere potuit. Et ita etiam explicuerim locum illum apud Bedam, seu Joan. Noviomag. ejus Comment. Deinde quamvis Elul Hebræis proprie sit sextus mensis a Nisan incipientibus, quia tamen menses Hebræorum lunares fuerunt, neque ex integro nostris respondent; includitur ejus bona pars in Septembri : imo pars maxima, si primus mensis a XV Luna post vernum æquinoctium sit putandus : quod expresse idem Venerabilis Beda his verbis : *Primum mensem norum, qui Paschæ cærimoniis sacratus est, Nisan appellant* (Hebræi) *qui propter multivagam lunæ discursum, nunc in Martium mensem, nunc incidit in Aprilem, nunc aliquot dies Maii mensis occupat. Sed rectius Aprili deputatur, quia semper in ipso vel incipit, vel desinit, vel totus includitur ea duntaxat regula, cujus et supra meminimus, observata, ut quæ* XV *post æquinoctium luna exstiterit primum sequentis anni mensem faciat, quæ vero antea novissimum præcedentis, sitque per ordinem secundus eorum mensis Jar Maio, tertius Fuian Junio, quartus Thamul Julio, quintus Aab Augusto, sextus Elul Septembri; septimus Thisri Octobri,* etc. Vides igitur quod dixi eadem opera delendum τὸ Ἐλοὺλ apud Theophanem, qua apud Bedam; quidni enim Theophanes, doctus vir, eadem ratione Septembrem dixerit Elul?

(13) *Trium dierum.* Primo die mensis celebratur festum Tubarum, decimo Expiationis, quinto decimo Tabernaculorum, seu Σκηνοπηγίων de quibus vide Levit. cap. XXIII, et Num. cap. XXXIX. Vide etiam Carolum Sigonium *De rep. Hebræorum.*

(14) *Nisan.* De duplici mense sacro, et profano qui Hebræorum anno duplex faciebat initium, attigi nonnulla not. 7, nunc afferam ejus rei auctoritates. Et primo id traditum leges Exodi cap. XII, et a Josepho *Antiquit.* lib. I, cap. 4 : Μωϋσῆς δὲ τὸν νί-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τούτοις προσέταξε, καὶ τὴν πρώτην, καὶ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἔχειν κλητὴν, καὶ ἀνάπαυσιν. Κελεύει δὲ ἡ νομοθεσία, καὶ κάλλυντρα φοινίκων λαβεῖν, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς, καὶ ἰτέας, καὶ ἄγνου, καὶ οὕτω τῇ ἑορτῇ ἐπευφραίνεσθαι. Ἡ μὲν οὖν τῶν σαλπίγγων ἑορτὴ νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν κηρυττομένης γνώσεως τύπος ἐστίν. Ὁ δὲ ἱλασμὸς σύμβολον τῆς τοῦ Θεοῦ καταλλαγῆς πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Τὸν γὰρ ὑποδύντα τὴν κατακριθεῖσαν φύσιν, ἱλασμὸν ἔθετο ὁ Θεὸς, ὡς ὁ Παῦλός φησιν· ἡ δὲ τῶν Σκηνοπηγίων τὸν τριπόθητον ἡμῖν τῆς ἀναστάσεως σημαίνει καιρὸν, καλῶς κατὰ τὸν ἕβδομον μῆνα ἐκτελούμενον. Μετὰ γὰρ τὴν ἑβδομαδικὴν τοῦ χρόνου περίοδον ἐλπίζεται ἡ ἀνάστασις, ἐν ᾗ σκηνοποιηθήσεται διὰ τῆς ἀφθαρσίας ὁ ἄνθρωπος, τῆς

A his quoque diebus personari tubis, ac primum, et septimum solemnes esse præ cæteris, in iisque ab omni opere cessari præcepit [3]. Lege præterea sanctum est, ut ad agitandam in hac die lætitiam palmarum spatulæ (15), et densarum arborum (16) rami, et salicti, ac vitiginei præferrentur [4]. Igitur tubarum celebritas legis, ac prophetarum, et scientiæ ab 3 illis acceptæ figura est; expiationis vero symbolum humani generis cum Deo in gratiam restituti. Eum quippe, qui damnatam hominis naturam suscepit propitiationem, ut Paulus loquitur [5], Deus ipse proposuit. Ad extremum Scenopegiorum festum tempus illud Resurrectionis omnibus votis optandum significat; idque opportune septimo mense constitutum est, idcirco quod septenario (17)

[3] Levit. XXIII. 34. [4] Ibid. 40. [5] Rom. III, 25.

Francisci Scorsi notæ.

σκιὰ ὃς ἐστι Ξανθικὸς μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισεν κατὰ τοῦτον ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἑβραίους προαγαγών· οὗτος δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμὰς εἶχεν· ἐπὶ μέντοι γε ὠνὰς καὶ πρᾶσιν, καὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν τὸν πρῶτον κόσμου διεφύλαξε. *Moses autem Nisan; qui est Xanthicus* (nimirum apud Græcos ex tabula Venerabilis Bedæ) *mensem primum in suis Fastis ordinavit, quod per hunc Hebræos ex Ægypto eduxisset. Eumdem etiam omnium, quæ ad rem divinam pertinerent, exordium fecit: alioqui quod ad nundinationem rerum venalium, reliquamque dispensationem attinet nihil de pristino ritu innovavit.* Hæc Josephus. Sigonius hunc ritum explicat lib. III *De rep. Hebræor.*, ante exitum in Elencho mensium, et dierum festorum. Ab hoc die (is est primus Thirsi) Judæi annum incipiunt, mundum ex hoc creatum esse putantes. Vide ipsum lib. eodem, cap. 1; et Pererium, *in Gen.* lib. I, disp. *An mundus verno tempore conditus;* et Jacobum Gordonium in *Chron.*; et Lilium Gyraldum opusc. supra memoratq. Jam quod hoc loco Theophanes ait a Nisan septimum numerari Elul id falsum esset, nisi explicaretur primo ex dictis modis not. 12.

B Petavius, nulla vox est, quæ vitigem, sive agnum signet; tantum enim legitur ערכי נחל et salices torrentis. Itaque dicendum est ex communi conciliatione LXX hanc vocem in suis codicibus reperisse, et ex nostris forte excidisse, quo dicto multa conciliat loca, quæ similiter occurrunt varia in Psalmis Bellarminus.

(15) *Spatulæ.* Græca nox κάλλυντρα φοινίκων ita vertitur in editione Latina LXX Interpretum jussu Sixti V edita; et ita etiam habemus ex Hebræo in Vulgata, quanquam etiam inde alii vertunt βάϊα *ramos palmarum*, quod idem est, ut adnotatur in eadem editione Sixti. Petavius etiam in Notis ita se vertisse professus est, quamvis in ipso contextu impresso, *surculos*, irrepserit.

(16) *Densarum arborum.* Quatuor omnino arborum formas distinguit eximius sacrarum Litterarum interpres, Cornelius a Lapide, in cap. illud Levit. XXIII, quarum ramos gestari in solemni Tabernaculorum die sanxit Deus. Primam arboris pulcherrimæ, quam citrum opinatur esse, seu malum Persicum, vel Medicum, de quo fortassis accipias descriptionem illam II *Georg.*

Media fert tristes succos, tardumque saporem
Felicis mali, etc.

Secundam palmæ, tertiam myrthi, quartam salicis. At Theophanes noster vitigem præterea accenset; nec tamen numerum quaternarium excedit, cum de prima specie non meminerit. Sed ille sumpsit, ut solet perpetuo in his Homiliis verba ex LXX Interpr. Qui sic vertunt: Καὶ λήψεσθε ἑαυτοῖς τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καλλύντρας φοινίκων, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς, καὶ ἰτέας, καὶ ἄγνου κλάδους ἐκ χειμάρρου. hoc est: *Et sumetis die primo fructum ligni specio sum, et spatulas palmarum, et ramos ligni densos, et salices, et agni ramos de torrente.* At in Hebræo, ut recte advertit hoc loco

(17) *Septenario.* Universum mortalis hujusce vitæ tempus septenarium communiter a Patribus tum Græcis, tum Latinis dicitur, non una ratione. Primum quia septem diebus mundus a Deo conditus incluso termino, seu quietis die Gen. I. Ita Greg. Naz. orat. 42: Ἐντεῦθεν ἄρσις τῆς ζύμης ἑπταήμερος. Οὗτος γὰρ μυστικώτατος ἀριθμῶν, καὶ τῷ κόσμῳ τούτῳ σύστοιχος τῆς παλαιᾶς, καὶ ὀξώδους κακίας. Hoc est ex Bill.: *Hinc fermentum septem dierum spatio submovetur (hic enim numerus omnium maxime mysticus, atque huic mundo consociatus) hoc est vetus et acida pravitas.* In quem locum Nicetas ejus enarrator: *Nobis vitium septem diebus submovendum est, hoc est per omnem hujus vitæ hebdomadam: numerus enim septem dierum fluxum hoc tempus significat, quod per hebdomadas revolvitur.* Et paulo infra: *Consocialus autem mundo dicitur* (explicat vocem συστιχὸν) *et concurrens, id est comes, et assectator; quia septem dierum spatio mundus omnibus suis numeris absolutus est.* Clem. Alex. lib. V *Stromat.*: *Quin etiam septimum diem sacrum non solum sciunt Hebræi; verum etiam Græci, per quem universus mundus circumagitur eorum, quæ viva gignuntur, et omnium, quæ producuntur a natura.* Adjicit multa Homeri, et Hesiodi, et Callimachi carmina septenarium numerum commendantia, illa Callimachi signate:

Sidereo in cœlo septem perfecta fuere
Orbibus omnia, quæ apparent volventibus annis.

Venerab. Beda lib. *De ratione temporum*, cap. 6, ubi de multis hebdomadis: *Prima*, inquit, *singularis illa hebdomada, et a qua cæteræ formam capessunt, divina est operatione sublimis; quia Dominus sex diebus mundi ornatum complens septima requievit ab operibus suis.* Secunda ratio a prima proficiscitur, quia nimirum hoc præsens tempus per hebdomadas revolvitur, et numeratur, quam vidisti a Niceta, et Clemente Alex. tactam; sed eam expressit Gregorius Nyss. orat. I, *De Resurr.*: Ὁ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ἀριθμὸς τὸν παρόδικόν σοι τοῦτον χρόνον ἐνδείκνυται τὸν δι' ἑβδομάδων ἀνακυκλούμενον. *Septem enim dierum numerus præsentem hunc temporis cursum significat, qui per hebdomadas circumvolvitur.* Et orat. *De occursu Dom.*: Ἡ ἑβδόμη δὲ καὶ κατὰ τὸν Σολομῶντα τὸν εἰς ἑαυτὸν ἑβδομαδικῶς ἀνακυκλούμενον τῆς κάτω λήξεως αἰῶνα ἐμφαίνειν ἐπί-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

temporis orbe confecto, Resurrectionem fore speramus, in qua hominum genus instar cujusdam tabernaculi per immortalitatem excitandum est : ubi scilicet immortalis animus corpori, quod jam diffluxerat, iterum conjungetur, ad eum modum, quo, qui festa celebrabant, ea virgulta quæ abjicere solent folia, cum semper frondentibus commiscebant. Atque ego equidem eodem spectare arbitror tubarum sonitum præscriptum, siquidem novissimo, inquit, die : « Tuba canet, et mortui[a] resurgent. »

A ἀθανάτου ψυχῆς ἐνωθείσης τῷ διαῤῥεύσαντι σώματι, ὡς τὰ φυλλοῤῥοοῦντα τῶν φυτῶν μετὰ τῶν ἀειθαλῶν, οἱ ἑορτάζοντες ἀνεμίγνυον· οἶμαι γὰρ ἔγωγε πρὸς τοῦτο βλέπειν καὶ τοῦ σαλπίζειν ἡ κέλευσις. « Ἐν γὰρ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ σαλπίσει, φησὶ, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται. »

At enim dubitabit fortasse quispiam, quid causæ tandem sit, cur mensis iste delectus, ut tot imagines ferret? Nimirum quod ad futurorum significationem esset aptissimus : non modo quia septimus est a Nisan, ut supra indicavit oratio nostra, sed præterea quod quæ fruges verno tempore germinarunt, mensis iste corrumpit. Scis autem omnino vitam illam quam exspectamus, finem iis imponere, quæ ex creaturarum rerum conditione per ortus et interitus vicissitudinem progignuntur. Accedit etiam illud, quod sol zodiaci (18 sphæram percurrens duodecimam portionem, quam libram appellant, hoc mense pervadit. Quo fortasse divini judicii æquitas illa signatur, qua sua cuique merita justo pondere rependentur. Quemadmodum vero mensis iste princeps quidem apud nos est, septimum vero apud Hebræos obtinet locum, atque in eumdem ista conveniunt, sic et corruptionem fructibus, et idem vindemiæ initium affert. Quod sane ad hunc nos transferimus intellectum, septenarium scilicet hoc sæculum generationem, corruptionemque si-

B Φαίη δ' ἄν τις ἴσως ἐπαπορῶν· καὶ ὅτου χάριν οὗτος ὁ μὴν προσκρίθη τοσαύτας φέρειν εἰκόνας; ὅτι τοι καὶ μάλα πρεπωδέστατος οὗτος πρὸς τὸ εἰκόνισμα· οὐ μόνον ὅτι ἕβδομός ἐστιν ἀπὸ τοῦ Νισσᾶν, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξεν, ἀλλ' ὅτι καὶ φθίσις ἐστὶ τῶν κατὰ τὸ ἔαρ βλαστησάντων καρπῶν. Νοεῖ; δὲ πάντως, ὅτι καὶ ἡ προσδοκωμένη ζωὴ λῆξίς ἐστι τῶν ἐν γενέσει, καὶ φθορᾷ βλαστησάντων κατὰ τὴν κτίσεως γένεσιν. Πρὸς τούτοις δὲ, ὅτι καὶ τὴν ζωδιακὴν σφαῖραν διιππεύων ὁ ἥλιος κατὰ τὸν μῆνα τοῦτον εἰς τὸ δωδέκατον μόριον γίνεται, ὃ ζυγὸν ὀνομάζουσι· σημαίνοντος τάχα τοῦ πράγματος, τὸ κατὰ τὴν ἰσόῤῥοπον ἐκείνην τοῦ Θεοῦ κρίσιν, τῆς ἀνταποδόσεως; δίκαιον. Ὥσπερ δὲ ὁ αὐτὸς οὗτος μὴν, καθ' Ἑβραίους μέν ἐστιν ἕβδομος· πρῶτος δὲ καθ' ἡμᾶς; ὁ αὐτὸς ὢν ἀμφότερα· οὕτω δὴ καὶ φθίσις ἐστὶ τῶν καρπῶν, καὶ ἀρχὴ τοῦ τριγητοῦ. Τοῦτο νοούντων ἡμῶν, ὡς καὶ ὁ ἕβδομος οὗτος αἰὼν τέλος μέν ἐστι, καὶ κατάστασις γενέσεως καὶ φθορᾶς· ἀρχὴ δὲ τοῦ νοητοῦ τρυγητοῦ. Διαδέχεται δὲ ἡμᾶς ἡ μέλλουσα ἐκείνη ληνός· καὶ ὥσπερ ἐνταῦθα, εἰ μὲν εὐγενὴς, καὶ ὡραῖος ὁ βότρυς ἐντεθῇ ταῖς ληνοῖς, ἡδὺς καὶ

C

[a] I Cor. xv, 52.

Francisci Scorsi notæ.

στατα. *Septenarius vero numerus etiam Salomoni inferæ naturæ* (ita vertit ejus orationis interpres Franciscus Zinus. ego τὸ λήξεως *regionis* verterim) *ærum, quod per septimanas in semetipsum revolvitur, et in orbem redit, significare potest.* Sanctus Gregorius Magn. hom. 33 *in Evang.: Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, recte septenario numero universitas designatur.* Tertia ratio, quia septem numerantur ætates mundi; unde octava Resurrectionis dies æternus dicitur. Ita numerat Damasc., lib. II *De fide orth.*, cap 4 : Λέγονται μὲν οὖν ἑπτὰ αἰῶνες τοῦ κόσμου τούτου· ἤγουν ἀπὸ τῆς οὐρανοῦ καὶ κόσμου κτίσεως μέχρι τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων συντελείας τε καὶ ἀναστάσεως. Id est : *Dicuntur etiam septem sæcula mundi hujus a cœli, et terræ videlicet creatione usque ad communem hominum consummationem et resuscitationem.* Et paulo post. Ὄγδοος δὲ αἰὼν ὁ μέλλων, *Octavum autem sæculum futurum est.* Ita Damasc. at vero ab aliis sex numerantur ætates, a Beda in *Chron. de sex ætat.*, ab Adone Viennensi item in *Chron.* Sunt autem ab Adamo usque ad Noemum; a Noemo usque ad Abrahamum; ab hoc usque ad Davidem; hinc usque ad transmigrationem populi in Babylonem; ab hac usque ad Christi adventum; ex quo jam sexta peragitur ætas. Sed facilis est horum Patrum conciliatio, si ab Abrahamo usque ad Mosem annorum spatium interjectum tertiam constituas ætatem, ex qua deinceps sexta usque ad Christum, et ab ipso septima recensebitur. Certe hæc postrema numerandi ratio videtur accepta in Martyrologio Romano, ubi VIII Kal. Januar. legitur venisse Christum sexta mundi ætate, et consequentius huic ordini ævum illud Beatorum octava dicitur communiter a SS. Patribus. Enimvero Beda ipse septimam, vel octavam quieti vitæque cœlesti tribuit: sic enim incipit libellum, seu *Chron. de sex mundi ætatibus*, ac septima, vel octava quietis, vitæque cœlestis, etc. Sed ipse se explicat lib. *De temp. rat.*, cap. 8, ubi de hebdomada ætatum sæculi agit, et singulas mundi ætates singulis diebus, quibus est conditus orbis, componit. Vult autem septimam ætatem esse quietem justorum cum emeritis vitæ stipendiis corpora hic deponunt; octavam cum iterum ea resument. *Septima*, inquit, *ætate justorum animæ post optimos hujus vitæ labores, in alia vita perpetuo requiescunt, quæ nulla unquam tristitia maculabitur, sed majore insuper resurrectionis gloria cumulabitur. Hæc ætas hominibus tunc cœpit, quando primus martyr Abel corpore quidem tumulum, spiritu autem Sabbatum perpetuæ quietis intravit; perficietur autem, quando receptis sancti corporibus in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis, et ipsa Octava.* Ita Beda explicatus. Demum sanctus Augustinus acutiorem aliam rationem insinuat; septenarium scilicet numerum, quia ex toto impare ternario, et toto impare quaternario conficitur; ideo sæpe pro universo accipi. Lege præterea in hanc rem plura ad hom. 40, not. 2, et ipsum Theophanem ad hom. LIII, id mysterium explicantem.

(18) *Zodiaci.* Non absimilis sensus ad pietatem incitandam ab Idiota, de quo supra, not. 1, in contemplatione septimi mensis elicitur : *In Septembri*, inquit, *sol est in signo Libræ, ad designandum, Domine, quia omnia dona tua in hac vita sunt mensurata et librata.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀνθοσμίας τῶν βοτρύων ὁ οἶνος ἀποῤῥυήσεται, τῇ παριππεύσει τοῦ χρόνου συνεπιδιδοὺς εἰς κάλλος, καὶ εὔπνοιαν. Εἰ δὲ ἐκ σεσηπότων, ἢ ὀμφακιζόντων ὁ οἶνος ἀποβλιβῇ, ἐκτροπίας εὐθὺς, καὶ ἄποτος γίνεται, μεταβαλὼν εἰς δυσωδίαν τινὰ, ἢ ὀξώδη ποιότητα, ἢ διά τινος ἑτέρας φθορᾶς εἰς σκωλήκων γένεσιν ἀλλοιούμενος. Οὕτως ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τῶν ἔργων ἡμῶν δίκην βοτρύων τῷ δοκιμαστικῷ πυρὶ τεθέντων, ὡς ἐν ληνῷ, κατάδηλος ἡ γεωργία ἑκάστου γίνεται.

A stere, et iis finem imponere; idemque esse vindemiæ spiritualis initium; manet enim nos illud futuræ vitæ torcular. Nam sicut hic, postquam generosus racemus ac pulcher in torcular injectus fuerit, suave atque odoratum vinum emanat, cui tempus postea procedens venustatem fragrantiamque contribuit: sin later ille e cariosis et acerbis expressus fuerit uvis, in vappam vertit, et potui evadit inutilis, quippe cum vel fœtorem contrahat vel acescat, vel alia via corruptus 4 mutetur in materiam vermibus generandis: sic sane in regeneratione, cum opera nostra quasi racemi quidam fuerint in illum probatorium ignem tanquam in torcular immissa, uniuscujusque agriculturæ ratio manifesta fiet.

Ὁρᾶτε ὅσα ἡ δοκοῦσα μικρὰ ἑορτὴ περιέχει μυστήρια· καὶ ὅπως ὁ μὴν οὐκ ἀθεεὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὠνομάσθη Σεπτέμβριος· οὐ μόνον ὅτι ἕβδομός ἐστι· σέπτεμ γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ἕβδομος· ἀριθμός· ἀλλ' ὅτι καὶ σεπτός ἐστι, καὶ σεβάσμιος. Ἄθρει δὲ ὅπως κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ, καὶ στέφανος τοῦ ἐνιαυτοῦ, πολλῶν ἁγίων συνέστη πανήγυρις συναρηγούντων ἡμῖν εἰς κατ' ἀρετὴν τοῦ χρόνου περαίωσιν. Ἐν ταύτῃ γὰρ μνήμην ἄγομεν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐν τῇ Συναγωγῇ ἀναγνώσεως, καὶ τῆς ἱερᾶς εἰκόνος τῆς Θεομήτορος, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ ἀναιμωτὶ μαρτύρων ἑπτά· καὶ τῶν Παρθένων τεσσαράκοντα γυναικῶν, Καλλίστης τε, καὶ Εὐόδου, καὶ Ἑρμογένους τῶν ἐκ φύσεως, καὶ πίστεως ἀδελφῶν. Ἀλλὰ καὶ Συμεὼν ὁ

B Videte jam quanta hujus diei celebritas (19), quæ parva videtur, mysteria complectatur. Atque etiam illud advertite, ut mensis hic non sine divina Providentia September dictus sit a Latinis: non modo quod apud eos septimum vocatur, quod ἕβδομον apud Græcos; sed etiam quia σεπτός, hoc est religiosus (20), ac dignus est, quem veneremur. Ad hæc considerandum, ut in hunc diem, qui est anni et principium et corona, multorum sanctorum celebritates incidant, qui nobis ad hujus vitæ tempus cum virtute transigendum sunt adjutores. In hoc siquidem illius in Synagoga Domini lectionis memoriam recolimus, tum etiam sacrosanctam Deiparæ imaginem (21) veneramur: quin etiam et Jesu Nave, et septem incruentorum (22) in Epheso

Francisci Scorsi notæ.

(19) *Hujus diei celebritas.* Ad hunc locum illustrandum facit, quod Origenes hom. 23 in cap. XXIX Num. ait, Septembrem mensem eam ad annum rationem habere, quam ad hebdomadam Sabbatum: *Sicut inter dies,* inquit, *septimus quisque dies observatur Sabbatum, et festivitas, ita et inter menses septimus quisque mensis Sabbatum est mensium.* Hoc ideo quia multæ in eum solemnitates concurrebant apud Hebræos. Quod et Beda expresse lib. *De rat. temp.*, cap. 6: *Quarta septimi mensis erat hebdomada, qui solemnitatibus præclaris pene totus expendebatur: inter quas præcipue dies propitiationis eminebat,* etc. Quare pie accipienda est, neque cum sanna grammaticorum, etymologia, quam Theophanes mensi Septembris affingit, quod σεπτὸς, *venerabilis.* Hoc enim non ab ignoratione Latinæ linguæ, quam ipse se multis in locis scire profitetur, sed ex studio commendandæ populo hujus mensis venerationis primo ipsius die, qui, uti ostensum est, festus est apud Græcos.

(20) *Religiosus.* Vide notam proximam superiorem.

(21) *Imaginem.* Ex hoc loco Octavius Cajetanus colligit, quod in Idæa operis sui prodidit, imaginem Deiparæ ἀχειροποίητον, *non manufactam*, primo Septembris die a Tauromenitanis coli consuevisse, quod nos discussimus in Procœmio Isag. Vide Procem. 1.

(22) *Septem incruentorum.* In Menologio Græcorum, quod legitur in eorumdem Horologio, nulla est sanctorum septem martyrum dormientium mentio; est autem aliorum omnium, de quibus hic Theophanes. Sic enim habet: Εἰς τὴν πρώτην· ἀρχὴ τῆς Ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους. Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Στυλίτου καὶ ἡ σύναξις τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν μιασηνῶν, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀεθαλᾶ, καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων μ' γυναικῶν, καὶ Ἀμμοῦ διακόνου καὶ διδασκάλου

C αὐτῶν· καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων Καλλίστης, Εὐόδου, καὶ Ἑρμογένους τῶν αὐταδέλφων, καὶ μνήμη τοῦ δικαίου Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. Nimirum: *Prima die principium Indictionis, sive anni novi, et commemoratio sancti Patris nostri Symeonis Stylitæ, et synaxis sanctissimæ Deiparæ Miasenorum, et sancti martyris Aithalæ, et sanctarum quadraginta martyrum mulierum, et Ammonis diaconi, et institutoris earum, et sanctorum martyrum Callistæ, Evodi, et Hermogenis fratrum: et memoria justi Jesu filii Nave.* Unde igitur Theophanes cum his connumerat septem martyres in Epheso? Maxime cum eorum aliis diebus festum agant Græci in eodem Menologio, quod etiam adnotavit Baronius in Notis ad Martyrolog., nimirum pridie Nonas Augusti, τῶν ἁγίων ἑπτὰ παίδων τῶν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος Εὐδοκίας. Sanctorum septem puerorum in Epheso: et sanctæ martyris Eudociæ; et iterum XI Kalend. Novembr. τῶν ἁγίων ἑπτὰ παίδων

D τῶν ἐν Ἐφέσῳ, nimirum primo cum clausi in speluncа; deinde cum excitati a somno. An igitur fastos suos Græcos Theophanes episcopus ignoravit? an aliqua in Menologio facta mutatio post ejus tempora, ut non eodem modo hodie atque ejus tempore legeretur? an Ecclesiæ Siciliensis id proprium, ut eo die septem fratrum dormientium memoriam celebraret. Equidem adhuc hæreo. Cæterum in Rom. Martyrolog. horum mentio fit VI Kalend. Augusti. Utrum vero vere dormierint a temporibus Decii usque ad postrema Theodosii Junioris, hoc est annos ad ducentos, quod multi ex Græcis putarunt, Metaphrastes, Nicephorus, Cedrenus, et ex Latinis Gregorius Turonensis, Sigibertus, quibus et Theophanes noster consentit; an temporibus quidem Decii martyrio perfuncti, et in speluncam inclusi, cum demum ejus ostio reserato, inventis eorum corporibus, tanquam redivivi apparuerint, dictique sint dormientes ex consueto divinæ Scripturæ usu,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

martyrum, et sanctarum quadraginta virginum, et Callistæ, Evodi, atque Hermogenis, qui fuerunt fide simul et natura germani, memoriam cum veneratione prosequimur. Præter quos Simeon (23) ille Stylites clarissimæ instar facis hanc celebritatem illustrat. Atque ab his omnibus aliquid sanctitatis in hoc anni principium redundat. Nam et Salvator noster Christus Jesus « benedicit coronæ anni[7], » et venerandæ imaginis religione culta Virgo purissima inter nos et Deum sequestra intercedit. Porro Jesus Nave nos docet, ut veri Jesu vestigia sectemur, si quemadmodum ille Jerichuntis, sic nos peccati muros celerrime evertamus. Septem vero pueri tempus hoc præsens consecrant per hebdomadam numeratum, et Resurrectionis mysterium (24) signant, cum et ipsi fuerint ex diuturno sopore excitati. At magnus Simeon columnæ suæ nos monet indicio, ut per virtutem ab infimis rebus elevemur ad sublimia, et cœlestia sapiamus. Callistem, Evodum et Hermogenem minime disjungemus : neque enim illos vel natura, vel animi sententia, vel conspiratio, vel certaminis societas separavit. Atque hi quidem optime nos in viam Dei deducent, siquidem conjunctionem cum Deo retinuerunt, « cujus nos genus sumus[8], » ut quidam sapiens (25) dixit.

A κιονίτης διδουχεῖ τὴν πανήγυριν. Ἅπαντες οὗτοι τοῦ χρόνου τὴν ἀρχὴν ἁγιάζουσιν. Ὁ μὲν Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς « εὐλογεῖ τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ, » ἡ διὰ τῆς σεπτῆς εἰκόνος τιμωμένη πάναγνος δέσποινα, μεσίτης πρὸς Θεὸν ἡμῶν γίνεται. Ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, κατ' ἴχνος ἀκολουθεῖν διδάσκει τῷ ἀληθινῷ Ἰησοῦ, εἰ τὰ τείχη τῆς ἁμαρτίας μετ' ἐπείξεως καταβάλοιμεν, ὡς αὐτὸς τὰ Ἱεριχοῦντια, οἱ ἑπτὰ παῖδες τὸν δι' ἑβδομάδος ἀριθμούμενον χρόνον καθαγιάζουσι, δεικνύντες τῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον, ἧς αὐτοὶ μακρὸν ὑπνώσαντες χρόνον ἀνέστησαν· ὁ πάμμεγας Συμεὼν, τὸν ἑαυτοῦ στύλον ὑποδεικνὺς, ἀπὸ τῶν γηΐνων ἡμᾶς δι' ἀρετῆς κελεύει κουφίζεσθαι, καὶ τὰ ἄνω φρονεῖν. Καλλίστην, Εὔοδον, καὶ Ἑρμογένην ἥκιστα διαιρήσομεν. Οὐ γὰρ διεῖλεν B αὐτοὺς φύσις, καὶ γνώμη, καὶ σύμπνοια, καὶ ταυτότης ἀθλήσεως. Καὶ οὗτοι δὴ κάλλιστα ἡμᾶς εὐοδώσουσι τὴν πρὸς Θεὸν ἁρμονίαν τηροῦντες, « οὗ γένος ἐσμὲν, » κατὰ τὸν εἰπόντα σοφόν.

Evangelistam Lucam hodie audisti, cum diceret, venisse Christum in patriam suam Nazareth, et illud prophetæ legisse : « Spiritus Domini super me[9]. » **5** Quamobrem et tu patriam tuam ingredere intelligibilem Nazareth, quod vocabulum Græce redditum (26) sanctitatem sonat : ad vitæ sanctitatem accede, hæc enim est revera patria, et animorum ornatus. Si ad illam perveneris, Spiritus Domini super te erit : sit tibi anni principium instituendæ vitæ purioris initium et occasio. Hactenus peccato cupiam fuisti mancipatus ? fac, ut eodem, quo annus, fine terminetur, utque per hanc ipsam indictionem, vitæ honestioris tibi rationem indicas. Sanctorum hominum facta æmulemur, cum aliorum, tum præsertim inclyti illius divinique

Ἤκουσας τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος σήμερον, ὡς ἦλθε Χριστὸς εἰς τὴν αὐτοῦ πατρίδα Ναζαρὲθ, καὶ ἀνέγνω· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ. » Ἐλθὲ καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν σὴν πατρίδα τὴν νοητὴν Ναζαρὲθ, ὅπερ καθαρότης ἑρμηνεύεται τῇ ἑλλάδι φωνῇ. Ἐλθὲ πρὸς τὴν τοῦ βίου καθαρότητα. Αὕτη καὶ πατρὶς, καὶ κόσμος ὡς ἀληθῶς τῆς ψυχῆς. Ἂν εἰς ταύτην ἔλθῃς, πνεῦμα Κυρίου ἐπὶ σέ· γενέσθω σοι ἡ τοῦ χρόνου ἀρχὴ, καθαρωτέρου βίου ἀρχή. Ἐδούλευες μέχρι νῦν ἁμαρτίᾳ τινί; τῷ τοῦ ἐνιαυτοῦ τέλει λαβέτω καὶ αὕτη τὸ τέλος. Ἀρχή σοι πολιτείας εὐαρέτου γενέσθω τὰ ἔνδικτα. Ζηλώσωμεν τῶν ἁγίων τὰς πράξεις, τῶν τε ἄλλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ Συμεὼν, οὗ τὸν βίον πάντες ἀκούοντες ἐθαυμάζομεν. Ἀλλ' οὐ χάριν τοῦ θαυμάζεσθαι μόνον

[7] Psal. LXIV, 12. [8] Act. XVII, 19. [9] Luc. IV, 16.

Francisci Scorsi notæ.

quo eos qui pie, ac religiose vita functi sunt, dormientes appellare assolet : vide disceptatum a Baronio in Notis ad Martyrol. dicto die, qui, ut in secundam hanc opinionem inclinat, ita primam non audet rejicere.

(25) *Symeon.* Quatuor fuisse diversis temporibus, qui ab eodem vitæ in columna actæ instituto Stylitæ dicti, tresque etiam cognomines Symeones, unum Danielem, eosque omnino discernendos a locis, ac temporibus, ostendit Baronius in Notis ad Martyrol. Non. Januarii [*vide Acta Sanctorum Bolland. ad diem 5 Januarii.*]

(24) *Resurrectionis mysterium.* De hoc vide Baronium relatum a nobis not. 22.

(25) *Ut quidam sapiens.* Aratum significat, cujus illud in *Phænom.* Hemistichium exstat τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν : *Ejus enim et genus sumus.* Protulit hoc D. Paulus in Areopago Act. XIII.

(26) *Græce redditum.* Etymon Nazarethi a radice נזר quod est separare, et eximere, et consecrare se Deo ; unde Nazaræi apud Hebræos dicti, videtur Theophanes deducere. Inde etiam S. Hieronymus prophetiam illam a S. Matthæo cap. XI productam, non ex aliquo uno prophetarum, sed ex omnibus prophetis collatam existimat, apud quos Christus non modo Sanctus, sed etiam Sanctus sanctorum dicitur, adeoque apud S. Hieronymum idem valet Nazaræus ac Sanctus. Itaque vocem Græcam καθαρότητα qua Hebræam Nazareth Theophanes interpretatur, *Sanctitatem* reddidi ; cum Petavius verterit *puritatem.* In re autem nulla est dissensio ; καθαρὸς enim Græce est itidem purus, sincerus, sanctus. Cæterum cum hujus urbis nomen in Veteri Instrumento scriptum non reperiatur, constare non potest qua illud Hebræi littera scripserint per ץ an per ת ita ut deducatur a voce נצר quæ germen, et florem significat, ut habetur Isaiæ cap. XI, v. 1. Verum ex titulo crucis, et ex Hebræorum scriptis, in quibus Christum נצרי appellant, probabilius est per ת eam urbem scribi. Ex hac autem radice floridum interpreteris Nazarænum ; neque multum discrepat a sensu, ac mente Theophanis, qui puritatem sonare ait, floridum enim purum est. Addo etiam mutari sæpe inter se litteras ץ et ת, et unam pro alia scribi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οἱ βίοι τῶν ἁγίων ἐγράφησαν, ἀλλ' ὥστε θαυμάζοντες, καὶ μιμηταὶ αὐτῶν γίνεσθαι. Πῶς οὖν ἐρεῖ τις δυνατὸν ἐκεῖνον ζηλῶσαι τὸν ὑπὲρ φύσιν ἀσκήσαντα; ἐγώ σοι διὰ βραχέων ἐνδείξομαι, τὴν ἱστορίαν πρότερον ἐπιτροχάδην διαδραμών.

A Simeonis, cujus vitam cum audiremus, omnes admirati sumus. Sed non modo, ut admiremur, sanctorum vitæ conscriptæ sunt, sed etiam ut eas admirando imitemur. At quo fieri pacto potest, dixerit quispiam, ut eum imitemur, qui tale vitæ genus elegit, ut humanæ naturæ terminos transiliisse sit visus? Ego vero paucis hoc edocebo, si ejus historiam brevi ante percurrero.

Οὗτος ὁ μέγας ἐξέτι παίδων ποιμὴν προβάτων γενόμενος, οὐ τοῖς χοίροις συνδιαιτώμενος κατὰ τὸν ἄτακτον ἐκεῖνον νέον τὸν ἀποστάντα τῆς πατρικῆς οὐσίας, καὶ συβώτην γενόμενον· οὐδὲ βουκολῶν ἡμιόνους κατὰ τὸν Ἰδουμαῖον Δωὴκ, οὔτε μὴν πωλοδαμνεῖν παιδευόμενος, ἀλλ' ἀγέλῃ προβάτων ἐπιστατῶν κατὰ Μωσέα, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Δαβὶδ, καὶ Ἀμώς. Ἐπειδὴ τῆς ἐκκλησίας εἴσω γένοιτο, καὶ τῶν Εὐαγγελικῶν ἀκούσοι φωνῶν, γέροντος αὐτῷ τινος παραινέσαντος, πάντων ἀλογήσας βιωτικῶν, ἀντὶ θρεμμάτων ἡγεμονεύειν λογικῇ ποίμνῃ συναγελάζεται. Καὶ πρότερον μὲν σχοινίῳ τραχεῖ τὴν ὀσφὺν περισφίγγεται. Εἶτα γνωσθείς, εἰς φρέαρ ἑαυτὸν καθεὶς, ὑπόγειος γίνεται. Κἀκεῖθεν ἀνελκυσθεὶς, τὸν κιονίτην βίον πρῶτος πάντων ἐκλέγεται· ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπιδόσεσιν ἐπαύξων τοῦ στύλου τὴν ἄνοδον. Πρῶτον μὲν εἰς ἓξ πήχεις ὑψώσας αὐτὸν, εἶτα μεγαλύνων τὸν αὐτὸν ἄχρι πηχῶν τριάκοντα ἓξ. Οὕτω μετέωρος ἀρθεὶς, καὶ πολλῶν σημείων γενόμενος αὐτουργὸς, δαίμονάς τε φυγαδεύσας, καὶ Βαρβάρων ἡμερώσας ἦθος ἀτίθασσον, καὶ πολλοὺς πρὸς Θεὸν ἐπιστρέψας, πρὸς τὰς ἀϊδίους μετέστη μονὰς τῆς αὐτοῦ πολιτείας, οἷα στήλην τὸν στύλον καταλιπών.

Magnus hic vir, ovium pastor a puero fuit; non sane victitans inter porcos, ut effrenis ille et intemperans adolescens, qui paterna abscessit a domo, et subulcus evasit [10]: neque mulorum armentis præpositus, ut Doeg ille [11] Idumæus (27-28) neque pullos edomare consuescens, sed ovium gregem curans, quod olim [12] Moses (29), Jacob, David, et Amos fecisse dicuntur [13]. Cum vero aliquando ingressus ecclesiam, illas Evangelii voces B audisset, cujusdam senis accedente hortatione, neglectis omnibus hujusce vitæ curis, ex pecorum magistro factus est ipse ratione præditum pecus. Ac primum quidem arctissimo fune lumbos astringit; inde, quod notescere fama cœpisset, in puteum se demisit, abdiditque sub terra: unde postmodum, cum esset extractus, columnarem vitam nullo exemplo delegit. Et quidem columnæ altitudinem aliis atque aliis paulatim incrementis adaugens, primo quidem ad cubitos senos (30), deinde altius erectam ad sex et triginta perduxit. Sic in sublime sublatus, cum et miracula multa edidisset, et dæmones fugasset, et incompositos Barbarorum mores ad mansuetudinem lenitatemque revocasset, et plurimos convertisset ad Deum, in sempiternum C domicilium commigravit, columnam ipsam vitæ suæ relinquens ad posteros monumentum (31).

Παιδεύει τοίνυν ἡμᾶς ὁ ἱερὸς Συμεὼν τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι, ἕως ἂν παῖδές ἐσμεν, καὶ ἀτε-

Quamobrem exemplo suo sanctissimus Simeon nos hodie instituit, ut quoad pueri sumus, nec dum ætate

[10] Luc xv, 11 seqq. [11] I Reg. III, 12, 1. [12] Exod. III, 1. [13] Gen. XXX; I Reg. XVI; Amos I.

Francisci Scorsi notæ.

(27-28) *Doeg ille Idumæus.* I Regum, cap. XXI, ubi nos habemus: *Doeg Idumæus potentissimus pastorum*, vel *princeps*, pro eo quod est in Hebræo אבד הרעים verterunt LXX: Ὁ νέμων τὰς ἡμιόνους Σαοὺλ, *pascens mulas Saul*: hanc versionem more suo sequitur Theophanes.

(29) *Moses.* Idem Theodoretus, in *Philotheo*: *Simeon ovium gregibus pascendis primum a parentibus præfectus est: ut in hac re etiam viris magnis æquari possit, nempe Jacob patriarchæ, Joseph viro prudenti, Mosi legislatori, Davidi regi, et prophetæ, ac Micheæ, omnibus denique sanctissimis illius sæculi viris.*

(30) *Ad cubitos senos.* Itidem Theodoretus: *Cum autem immensa hominum multitudo ad illum confluereret, omnesque tangere illum, et benedictionem accipere contenderent, ut vanum illum honorem assiduamque molestiam effugeret, super columna illa stare decrevit, quæ sane primum sex; mox duodecim; deinde viginti; nunc demum sex et triginta cubitorum longitudinis est.* Itaque cum Theodoreto convenit Theophanes. Evagrius autem scholast. *Eccles. Hist.* lib. I, cap. 13 et 14, et Nicephorus Callist. lib. XIV, cap. 5, discrepant in numero cubitorum, quos quadraginta fuisse scribunt: *Septem annos in minoribus columnis; et tandem in columna quadraginta cubitorum longitudinis, triginta transegit annos.* Hæc Nicephorus, quæ ab Evagrio sumpsisse videtur.

(31) *Monumentum.* Non potest venustas illa alliterationis inter στύλον et στήλην quæ ex Græco fonte opportune nata est Theophani, in Latinam itidem dialectum commode transferri. Στύλοι enim D per υ columnæ sunt, quibus fornices, ac tecta fulciuntur; ex quo genere columna sancti Simeonis fuit; at στήλη per η pila, vel moles ad monumentum erecta. *Stelen* appellat Plinius ἑλληνίζων; nonnulli *lapidem titularem*; Suidas, *lapidem, aut æs in altum evectum, figura quadrata.* Itaque apud ipsum diversorum illustrium virorum et feminarum στῆλαι commemorantur, uti etiam in Orig. Curopalatæ; a quo multa mutuatus Suidas, Pausanias in Atticis. Καὶ σοφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι, τὰ ὀνόματα, καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. *Et in sepulcris sapientum statuæ, nomina, et gentem uniuscujusque signantes.* Has Horatius vocat cippos, et columnas, ubi carmina poetarum prostabant. Inde et Στηλιτευτικοὶ λόγοι, *Orationes infamatrices*, seu invectivæ, cujusmodi sunt Gregorii Nazianzeni, *in Julianum.* Redeo igitur in Vatic. male scriptum οἷα στύλην τὸν στύλον καταλιπὼν scribendum στήλην.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

spirituali perfecti, ne vos iis associemus hominibus, qui vel tanquam sues libidinum cœno delectantur, vel peccatum ut steriles mulas pascunt. Neque enim vitiositas propagationem habuit a Deo, sicuti neque muli ex se ipsis, et sua stirpe sobolem gignunt. Præterea ut eorum consuetudinem vitemus, qui equorum ritu amore mulierum insaniunt; sed ab his omnibus recedentes, cum iis vivamus, qui idem ac nos sapiunt, animorumque concordia pascuis iisdem utuntur. Cum hoc modo cogitationes nostræ ad præscriptum rationis imperantis duci cœperint quasi oves, adeoque mansuetudinem in humano convictu exhibuerimus, tum evangelica doctrina tradita ab iis, qui virtute præcedunt, mentibus nostris affulgebit, atque ad perfectiorem vitam nos excitabit; ita ut a terrenis perturbationibus longe remoti, asperam et angustam ingrediamur viam, ac primum aspero atque arido vitæ genere, quod efficit continentia, quasi cingulo præcingamur; tum libidinum ardores, qui non obediunt rationi, temperanti consilio tanquam funе coerceamus. Quod ubi recte gesserimus, quamvis in omnium cognitione et admiratione versemur, dejiciamus nos in humilitatis specum, ac magni illius viri exemplo inanem hanc leveinque gloriolam fugiamus. « Qui enim se humiliat, exaltabitur, » ut divinæ Litteræ (32) docent [14]. Nunquam profecto ille ad eam columnæ altitudinem elevatus esset, nisi se siccam et graveolentem in cisternam ante demisisset, nec itidem nos, nisi prius amplexati fuerimus humilitatem, ad virtutis apicem pertingemus. Quod si nos etiam, utut humilitatis studio occultari voluerimus, tamen latere non possumus (habet enim vere virtus hoc proprium, ut quo magis celari studet, eo celebretur magis), atque ex profunda illa cavea nos eduxerint homines, hoc est virtutem nostram admirati, prædicare nos cœperint, magis laboriosam vitam sulscipiamus, atque ad columnam virtutum quibusdam accessionibus evehamur. Ac primum quidem ad senos cubitos festinemus ascendere, sex nimirum præcepta quasi crepidinem ascensus nostri constituentes: per quæ homines justi regni cœlestis hæreditatem inibunt. Summus enim ille Rex in solio gloriæ suæ considens [15], quos ad 7 dexteram collocabit, iis observata sex præcepta, cœleste regnum addicet. Quamobrem cum Dominum in pauperum corporibus esurientem aluerimus, et potaverimus sitientem, et hospitio receperimus, et vestimento foverimus, atque ad eum visendum vel morbo, vel vinculis detentum venerimus, tunc sane ad illam sex cubito-

A λεῖς τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν, μὴ καταμιγνύειν ἑαυτοὺς ἀνθρώποις χειρώδεσιν, ἢ τῷ βορβόρῳ χαίρουσι τῆς ἀκολασίας, ἢ τὴν ἁμαρτίαν καθάπερ τοὺς ἀγόνους ἡμιόνους ποιμαίνουσιν. Ἡ γὰρ κακία οὐκ ἐκ Θεοῦ τὸν πληθυσμὸν ἔσχεν, ὡς οὐδὲ ἐξ ἀλλήλων ἐστὶν ἡ τοῦ γένους τῶν ἡμιόνων διαδοχή. Οὐδὲ συναναφύρεσθαι ἡμᾶς τοῖς θηλυμανέσιν. ὡς ἵππος, ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ἀποφοιτῶντες ἐν ὁμοφρονοῦσί τε καὶ ὁμογνωμονοῦσι, τοῖς παρ' ἡμῶν ποιμαινομένοις συζήσωμεν. Πάντων τῶν ἐν ἡμῖν λογισμῶν προβάτων δίκην τῷ βουλήματι τοῦ ἐπιστατοῦντος λόγου ποιμαινομένων, καὶ οὕτως ἐν πραότητι ζῶσιν ἡμῖν, ἐπιλάμψει ἐν ταῖς ψυχαῖς τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα διὰ τῶν προσηκόντων τῇ ἀρετῇ διδασκόμενον, καὶ πρὸς τὸν τελειότερον τῆς ἀρετῆς βίον B διεγεῖρον ἡμᾶς· ὥστε μακρὰν γενέσθαι τῶν κοσμικῶν παθῶν, καὶ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην βαδίζειν ὁδὸν, περιεζωσμένους τῷ τραχεῖ, καὶ κατεσκληκότι βίῳ τῆς ἐγκρατείας τὰς ἐκ τῶν νεκρῶν ἀλόγους πυρώσεις τῷ σώφρονι λογισμῷ, ὡς ἐν σχοινίῳ συσφίγγοντας. Ὅταν οὖν τοῦτο κατορθωθείη ἡμῖν, καὶ ὑπὸ πάντων γνωσθείημεν, καὶ ὡς ἐνάρετοι θαυμαζοίμεθα, τῷ λάκκῳ τῆς ταπεινοφροσύνης ἐμβάλλωμεν ἑαυτούς. Τὸν μέγαν τοῦτον μιμούμενοι φύγωμεν τὸ κενὸν τοῦτο, καὶ κοῦφον δοξάριον. « Ὁ γὰρ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται, » ὡς ἡ θεία λέγει πυκτίς. Ἐκεῖνος οὐκ εἰς τὰ τοῦ στύλου ἦρθη μετέωρα, εἰ μὴ πρότερον ἐν τῷ ξηρῷ λάκκῳ καθῆκεν ἑαυτὸν, τὸν πολλῆς δυσωδίας ἀνάπλεων, καὶ ἡμεῖς οὐκ ἂν πρὸς ὕψος ἀρετῆς ἀναχθείημεν, εἰ μὴ τὴν C ταπείνωσιν ἀσπασώμεθα. Εἰ δὲ καὶ κρυπτόμενοι τῇ ταπεινοφροσύνῃ μὴ λάθοιμεν [ἀληθῶς γὰρ ὡς ἀρετὴ ὅσον κρύπτεσθαι σπουδάζει, κηρύττεται] καὶ ἀναιρήσονται ἡμᾶς ἐκ τοῦ λάκκου. Τουτέστι φανερώσουσιν ἡμᾶς οἱ τὴν ἀρετὴν θαυμάζοντες, ἐπιπονώτερον ἀσπασώμεθα βίον, ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις εἰς τὸν στύλον τῶν ἀρετῶν ἀναγόμενοι. Πρότερον μὲν ἐξαπήχει τῆς ἀναβάσεως φθάσαντες ὕψει, τὰς ἓξ ἐντολὰς δηλαδὴ, ὡς κρηπῖδα θέντες τῆς ἀναβάσεως, δι' ὧν κληρονομοῦσι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν οἱ δίκαιοι. Ὁ γὰρ ἐπὶ θρόνου δόξης κεκαθηκὼς βασιλεὺς, τοῖς ἐπὶ δεξιῶν αὐτοῦ τὴν ἀμοιβὴν τῶν τηρηθέντων αὐτοῖς ἐξ ἐντολῶν, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν χαρίζεται. Ὅταν οὖν σωματικῶς θρέψωμεν διὰ τῶν πενήτων τὸν Κύριον πεινῶντα, καὶ διψῶντα ποτίσωμεν, καὶ ξενοδοχήσωμεν, καὶ ἐνδύσωμεν, καὶ ἐπισκεψώμεθα ἀσθενείᾳ, ἢ δεσμοῖς συνεχόμενον, τότε τῷ ἐξαπήχει στύλῳ βεβήκαμεν. Εἰ δὲ καθάπερ μνᾶν, ἢ τάλαντον πολυπλασιάσοιμεν τὰς ἀρετὰς διὰ τῆς ἐργασίας πληθύνοντες, τότε ὁ τῶν ἀρετῶν ἡμῖν κύκλος ἀποτελεῖται, εἰς ἑαυτὴν πολυ-

[14] Luc. xiv, 11; Matth. xxiii, 12. [15] Matth. xxv, 3.

Francisci Scorsi notæ.

(32) *Divinæ Litteræ.* Ὡς ἡ θεία λέγει πυκτίς. Hæc germana hujus loci lectio atque interpretatio, a qua aberrant codices, qui vel πυκτή habent, ut Vat.; vel πύκτης, ut Gal. Ex quo adductus videtur Petavius, ut verteret: *Nunquam ad illud columnæ fastigium pugil noster evolasset*, sed tamen apud ipsum etiam in Græco impressum est πυκτί;, neque deinde legitur πύκτης, quæ tamen utraque ille exprimere voluit. Mihi quamvis titulus ille, Pugil, recte possit tanto athletæ Simeoni attribui; tamen cum desit in Græco, non visum est illum ex meo addere. Gloss. Escur. meam veramque lectionem firmat, qui πυκτίς explicat βίβλος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πλατιασθείσης τῆς ἐξάδος τῶν ἐντολῶν, ὡς γενέσθαι τὰ ἓξ τριάκοντα ἓξ· κἀκεῖσε γὰρ, οἶμαι, εἰ κατὰ τὴν ἱστορίαν ὁ τοῦ μεγάλου Συμεὼν στύλος, μέχρι τοσούτου ἀνύψωτο, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ἀριθμὸς οὗτος καὶ κύκλος ἐστὶ, καὶ τρίγωνος, καὶ τετράγωνος, καὶ τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐσήμαινε τέλειον, ὅπως τε πάγιος ἦν πρὸς τὴν εἰς τὴν τριάδα εὐσέβειαν, καὶ ὅπως τῷ κύκλῳ τῶν ἀρετῶν ἐστεφάνωτο. Ἂν οὖν τοιαύταις χρησάμενοι ἀναβάσεσι πρὸς τὸ ὕψος τοῦτο ἀναδράμωμεν, καὶ τοὺς ἐπιβούλους τῆς ἡμῶν σωτηρίας φυγαδεύσωμεν δαίμονας, καὶ ὡς βαρβάρους τὰ ἐνοχλοῦντα ἡμῖν πάθη πραΰνωμεν, καὶ σφίσιν αὐτοῖς, καὶ πολλοῖς ἄλλοις σωτῆρες ἐσόμεθα, καὶ τῶν ἀκηράτων, καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς αἰῶνας. Ἀμήν.

A rum columnam pervenerimus [16]. Quod si virtutes nostras veluti minam, aut talentum per opera fenerando cumulabimus, tunc demum a nobis virtutum orbis ille complebitur; ac senarius præceptorum numerus in se ipso multiplicatus ad sex et triginta perducetur. Eamdem enim magni Simeonis arbitror fuisse rationem : cujus columna, etsi secundum historiam eo creverit altitudinis, ut dictum est, tamen quoniam numerus hic et circulum (33), et trigonum, et tetragonum efficit, perfectam etiam tanti viri virtutem expressit, atque indicio fuit eum in sanctissimæ Trinitatis cultu fuisse constantem, et virtutum omnium circulo quasi corona redimitum. Si igitur et nos iisdem utimur gradibus eoque celsitudinis attolli studebimus, si dæmones infensos nostræ saluti fugaverimus, si perturbationes animi molestiam nobis exhibentes tanquam Barbaros lenierimus, cum aliis multis, tum nobis ipsis saluti erimus : atque ita incorruptis illis sempiternisque perfruemur bonis in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Β'.

Περὶ τῆς παραβολῆς τῶν μυρίων ταλάντων.

Οἱ παιδοτρίβαι, καὶ τῶν νέων διδάσκαλοι, τότε πρὸς ἐπίδοσιν τῶν μαθημάτων ἕεσθαι τεκμαίρονται τὰ μειράκια, ὅταν ἑκόντα πρὸς τὸ διδασκαλεῖον θαμίζωσι, μήτε τὴν ἀπειλὴν τῶν μυσταγωγῶν, μήτε τὰς μάστιγας τῶν παιδαγωγῶν ἀναμένοντα, ἀλλ' ἐκδεχῇ, καὶ μετ' ἐπείξεως ποιοῦντα τὴν τῶν μαθημάτων ἀνάληψιν. Οὕτως ἐγὼ τὴν κατὰ Θεὸν ὑμῶν προκοπὴν τεκμαίρομαι, φίλον ἀκροατήριον, ὅτι με καὶ ἀπειρηκότα πολλάκις πρὸς τοὺς πόνους τοῦ σώματος, διανιστᾷ πρὸς τὴν διδασκαλίαν τὸ ὑμέτερον πρόθυμον. Φέρε οὖν τῆς ἀναγνωσθείσης σήμερον θείας παραβολῆς τῶν προπυλαίων ἐπιτυγχάνειν ἀρξώμεθα. Πρόκειται γὰρ ἡμῖν εἰς ἐξήγησιν ἡ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἐναργεστάτη ἀπόδειξις· καὶ προτίθησιν ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία διδασκαλίας κρατῆρα τῷ οἴνῳ τῆς θεωρίας, τὸ τῆς παραβολῆς ὕδωρ κεράσασα ἵνα μήτε μόνῳ τῷ πλάσματι προσέχοντες οὐδέν τι κερδάνωμεν, μήτε γυμνῇ τῇ θεωρίᾳ, ὡς ἀκράτῳ οἴνῳ τὸν νοῦν μεθυσκώμεθα· ἀλλὰ τίς ὁ τῆς παραβολῆς λόγος, ἀκούσωμεν.

Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην· « Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ. » Ζητητέον ἡμῖν τί δήποτε βουλόμενος ὁ Σωτὴρ οὐκ ἀπαρακάλυπτον τίθησι τῆς διδασκαλίας τὸ βούλημα, ἀλλὰ παραβολικῶς τὰ πολλὰ διαλέγεται. Προσήκει τοίνυν νοεῖν, ὡς τοῖς ἱεροῖς φοιτηταῖς φανερῶς διαλέγεται σπανίως τῷ παραβολικῷ εἴδει χρώμενος. Ἐπεὶ δὲ καὶ σκαιοί τινες συνηγείροντο, ἥκιστα μὲν

B

HOMILIA II.

De parabola decem millium talentorum.

Pædotribæ puerorumque magistri tunc eos in disciplinis profecisse conjiciunt, cum libenter ad ludum ventitant, et neque institutorum minas, nec verbera pædagogorum exspectant; sed sine intermissione atque etiam cum festinatione recolunt disciplinas. Ita sane et ego vestrum in rebus divinis progressum conjicio, chari auditores, quod me ad labores corporis minus aptum, eosque detrectantem, promptum animi vestri studium excitat ad docendum (34). Age igitur prælectæ hodie divinæ parabolæ S aggrediamur limen attingere; propositum enim nobis est ad explicandum divinæ in homines benignitatis evidentissimum argumentum. C Apponit quippe nobis divina sapientia doctrinæ craterem, in quo cum aqua parabolæ vinum allegoriæ temperatum est : ut neque si in solum figmentum mentem adjecerimus, nihil inde capiamus emolumenti, neque nuda speculatione veluti meraco inebriemur : sed quæ parabolæ ratio sit, audiamus.

Dixit Jesus parabolam hanc : « Assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis [17] » Quærendum nobis est, quid sit, quod Salvator non enucleatos proponit sensus doctrinæ suæ, sed per parabolas plerumque dissertat. Oportet igitur intelligere aperte eum cum discipulis sermocinari, nec uti parabolæ similitudine solitum. D Sed quoniam cum illis stulti etiam congregabantur, qui nihil erant utilitatis inde rela-

[16] Matth. xxv, 15. [17] Matth. xviii, 23.

Francisci Scorsi notæ.

(33) *Circulum.* De his numerorum figuris alius erit dicendi locus ad hom. 24, quem vide. Neque in hanc omnia congerenda sunt.

(34) *Ad docendum.* Secutus sum lectionem Cod. G. πρὸς τὴν διδασκαλίαν, quæ visa est aptior, ut cuivis consideranti videbitur, quam ea, quam exhibet cod. P. πρὸς τὸ διδασκαλεῖον. Ait enim Theophanes se quamvis ad labores corporis minus aptum, excitari tamen a studio suorum auditorum ad habendam hortationem sive tradendam doctrinam; utrumque enim valet ἡ διδασκαλία.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

turi, sed potius reprehensuri, quæ dicebantur ex magna sua stoliditate iis obsequi consueti, sapienti sane consilio doctrinæ mentem integumento parabolæ abscondit, ut prudentes quidem per exteriorum speciem manuducti ad intelligibilia introducantur, invidi vero et malevoli videntes non videant, et audientes non intelligant; de his enim hæc vaticinatus Isaias [18]. Sed et alia quoque hujus rei ratio est. Nam quoniam ad incipientes, quorum hebetior adhuc erat intelligentia, verba faciebat, his vero congruebat magis ad narrationis cujusdam historiæ modum informata doctrina, sicuti etiam fabulæ sunt adolescentulis accommodatæ, ideo cum illis per parabolas disserebat. Idque magna cum suavitate disposuit. Nam et pulcherrimi quique florum decoris foliis (35) convestiti sunt. Præterea etiam attentiores hoc modo nos reddit ad Scripturas intelligendas, admonetque ne litteræ usquequaque adhæreamus, sed Veteris Testamenti ænigmata ad spiritualia sensa traducamus. Forsan etiam prophetiam implet Psalmistæ cythara de eo decantatam in psalmo septuagesimo septimo : « Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio [19]. » Hortatur etiam nos Salomon, ut advertamus « parabolam et tenebrosum sermonem, dictaque sapientum, et ænigmata. »

9 Iis a nobis ita disceptatis, age lectionem Evangelii rursus in memoriam revocemus : « Assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis : et cum cœpisset rationem ponere. » Hujus parabolæ initium duas in Christo naturas subobscure significat. Regnum enim cœlorum, et homo Rex ipse est, qui hæc loquitur Jesus. Qui Rex cœli cum esset, et ut Deus ante omnia sæcula jus regnandi innatum haberet, ut homo Rex a Patre inunctus est : ac ad nos demittere sese volens, nobis assimilatur, et cum servis rationes init qui Dominus est, ac nobiscum causam agit, atque disceptat : neque id quod faciendum sibi videtur pro potestate facit, quam habet, ut Dominus, sed misericors ac justus

ὠφελη θησόμενοι, τῶν δὲ λεγομένων ἐπιλη ψόμενοι ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀποπληξίας εἰωθότες φιλοψογεῖν, πανσόφως τῆς διδασκαλίας τὸ βούλημα εἰς τὸ τῆς παραβολῆς κρύπτει περίβλημα, ὅπως οἱ μὲν ἐχέφρονες διὰ τοῦ φαινομένου χειραγωγούμενοι, εἰσαχθῶσι πρὸς τὰ νοούμενα, οἱ δὲ φθονεροὶ, καὶ βαρύζηλοι, βλέποντες οὐ βλέψωσι, καὶ ἀκούοντες οὐ συνήσωσι· περὶ τούτων γὰρ ὁ Ἡσαΐας ταῦτα θεσπιῳδεῖ. Καθ' ἕτερον δὲ λόγον, ἐπειδὴ πρὸς εἰσαγωγικοὺς ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, καὶ παχεῖς τὴν διάνοιαν, τούτοις δὲ μᾶλλον ἁρμόδιον ἡ ἐν εἴδει διηγήματος ἐσχηματισμένη διδασκαλία, ὥσπερ οἱ μῦθοι τοῖς μειρακίοις ἁρμόδιοι, διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς διαλέγεται, μάλα γλυκέως τοῦτο ποιῶν. Καὶ γὰρ τῶν ἀνθέων τὰ κάλλιστα ὡραίοις ἔξωθεν φύλλοις περιχλαινίζεται. Ἄλλως τε καὶ προσεκτικωτέρους ἡμᾶς διὰ τούτων ποιεῖ πρὸς τὴν τῶν Γραφῶν κατανόησιν προτρεπόμενος μὴ πάντῃ προσέχειν τῷ γράμματι, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς παλαιᾶς αἰνίγματα εἰς πνευματικὰ μετάγει νοήματα. Τάχα δὲ καὶ προφητείαν ἀποκληροῖ ψαλμικῇ φόρμιγγι ᾀσθεῖσαν περὶ αὐτοῦ ἐν ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ· « Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς. » Προτρέπεται δέ που καὶ Σολομὼν νοεῖν « Παραβολὴν, καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν, καὶ αἰνίγματα. »

Τούτων οὕτω διακριθέντων ἡμῖν, φέρε πάλιν τῆς λέξεως ἐπιμνησθησόμεθα. « Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ. Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν. » Ἡ τῆς παραβολῆς ταύτης ἀρχὴ τὰς ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεις ἐμφαίνει κρυφιωδέστερον. Βασιλεία γὰρ οὐρανῶν, καὶ ἄνθρωπος βασιλεὺς αὐτός ἐστιν ὁ ταῦτα λαλῶν Ἰησοῦς· ὃς βασιλεὺς ὢν τῶν οὐρανῶν, καὶ ὡς Θεὸς πρὸ πάντων αἰώνων ἔμφυτον ἔχων τὸ βασιλεύειν, ὡς ἄνθρωπος χρίεται παρὰ τοῦ Πατρὸς βασιλεὺς, καὶ ὁμοιοῦται ἡμῖν τρόπῳ συγκαταβάσεως, καὶ συναίρει λόγον μετὰ τῶν δούλων ὁ Δεσπότης, καὶ δικαιολογεῖται, καὶ κρίνεται μεθ' ἡμῶν· οὐκ αὐθεντικῇ ἐξουσίᾳ ποιῶν τὸ δοκοῦν, ἀλλὰ φιλάνθρωπος ὢν, καὶ δίκαιος, ἀμφότερα δείκνυσι·

[18] Isa. VI, 10. [19] Psal. LXXVII, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(35) *Decoris foliis.* Eadem sententiam habet auctor hom. 42, in illa verba : *Lucerna corporis est oculus.* Ἐπεὶ δὲ ὥσπερ τῶν ἀνθέων τὰ κάλλιστα ὡραίοις ἔξωθεν φύλλοις περιχλαινίζονται, οὕτω τὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς νοήματα περιπετάσμασι κρύπτεται φέρε. *Quoniam vero sicuti pulcherrimi quique florum decoris extrinsecus foliis convestiuntur, ita et sanctæ Scripturæ sensus integumentis operiuntur, age.* etc. Ita illo loco cod. P. habet ὡραίοις ἔξωθεν φύλλοις, at Vat. εἰκαίοις itidemque hac 2 hom. omnes cod. habent εἰκαίοις. Sed ego illa P. cod. scriptione fretus etiam hic mutandum censui ὡραίοις pro εἰκαίοις itaque imprimi volui. Favet huic correctioni etiam Gloss. Escur.; quanquam enim cod. ille habet εἰκαίοις, tamen hanc vocem Gloss. explicat εὐμόρφοις, ἢ κενοῖς, primum glossema sensum auctoris, ac veram lectionem attingit. Cæterum enim τὸ εἰκαῖον non potest significare τὸ εὔμορφον, sed vere τὸ κενὸν τὴν μάταιον. Hesych. εἰκαῖον ἀνωφελὲς, μάταιον, ἀργὸν, μωρόν. Eadem Phavor. εἰκαῖος, μάταιος, ἀργὸς, ἀνωφελής. Et etymon id evincit; deducitur enim, παρὰ τὸ εἰκῇ temere : quem autem commodum sensum faciet illa hoc loco significatio, εἰκαίοις ἔξωθεν φύλλοις περιχλαινίζεσθαι, *vanis temerariis extrinsecus foliis convestiti sunt?* Quis non sentiat id velle Theophanem sicuti optimi quique flores pulchris jucundisque visu contegunturque foliis, ita sensus divinæ Scripturæ pulchris et auditu jucundis parabolis, et allegoriis operiri? Neque magna sane mutatio vocum est, nec nisi primarum litterarum; potuit enim facile pro ὡραίοις scribi εἰκαίοις, si eo non ita fuisset clarum, et ei apparuisset.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν μὲν φιλανθρωπίαν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ δεικνύμενος, τὸ δὲ δίκαιον ἐν τῷ μέλλοντι.

« Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσήχθη αὐτῷ δοῦλος ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων. » Τάχα πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τοσούτου χρέους ἐστὶν ὑπόδικος. Πολλῶν γὰρ ἀπολαύοντες ἐκ Θεοῦ εὐεργεσιῶν, ἀντέκτισίν τινα ὀφείλομεν τὴν τῶν ἐντολῶν φυλακήν. Ὁ τοίνυν ὀλιγώρως περὶ ταύτας διατεθείς, καὶ μηδὲν ἐργασάμενος, οὗτός ἐστι μυρίων ταλάντων ὑπόχρεως. Διὰ γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου, καὶ σταθμοῦ ὑπογράφει τῷ λόγῳ τὸν ἐν πάσῃ κακίᾳ ὑπόδικον. Ἐπειδὴ γὰρ πᾶς ἀριθμὸς ἢ διωρισμένος ἐστὶν, ἢ συνεχής, μεθ' ὑπερβολῆς ἀμφότερα τίθησιν. Οὐ γάρ ἐστιν ἀριθμὸς οὔτε κατὰ τὸ διωρισμένον ὑπερβαίνων τὰ μυρία, οὔτε κατὰ τὸ συνεχὲς ὑπερβαίνων τὸ τάλαντον. Πάνυ δὲ ἁρμοδίως τὴν ἁμαρτίαν τῷ σταθμῷ τοῦ ταλάντου ἐδήλωσε. Καὶ γὰρ ἡ κακία, ὥς φησί τις τῶν προφητῶν, βαρύ τί ἐστι καὶ κατωφερὲς, ἐπὶ τάλαντον μολίβδου καθεζομένη. Ἄθρει δὴ φοβερὸν λογοθέσιον. Ὁ μὲν βασιλεὺς κάθηται φοβερὸς, καὶ τῶν οἰκονομηθέντων παρ' ἑκάστου τὴν γνῶσιν ἐπιζητεῖ. Ὁ δὲ κατάχρεος δοῦλος εἱστήκει κατεπτηχώς· μὴ ἔχοντος δὲ τοσαύτην ἐκτίσαι ὀφειλὴν, παραθῆναι προστάττει ὁ βασιλεὺς αὐτὸν, καὶ τὴν ὁμόζυγον, καὶ τὰ φίλτατα. Ἐνταῦθα καλῶς ἔχειν μοι δοκεῖ τὴν διάνοιαν ταύτην μὴ παραδραμεῖν ἀθεώρητον· δικεῖ γὰρ ὁ λόγος τῆς θεοπρεποῦς ἐννοίας ἀνοίκειος. Ἀδικεῖ ὁ οἰκέτης, καὶ ἀντὶ τούτου πιπράσκονται τὰ ἀρτιγενῆ τούτου νήπια, οἷς διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς, οὐδεμία τίς ἐστι καλοῦ τε καὶ μὴ τοιούτου διάκρισις. Καὶ τὰ μὴ ἁμαρτήσαντα τοῦ πατρικοῦ χρέους ἐκτιννύουσι δίκην· ποῦ τὸ δί-

A cum sit, ostendit utrumque : misericordiam quidem exhibens in præsenti tempore, justitiam vero in futuro.

« Cum cœpisset autem rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. » Fortasse universa hominum natura tam magni debiti obnoxia est. Cum enim multis a Deo acceptis beneficiis utamur, quasi quamdam restitutionem (36) debemus illi custodiam præceptorum. Qui igitur illa negligit, nec quidquam operatur, hic est debitor decem millium talentorum. Per hunc enim numerum simul, et per hoc pondus universæ iniquitatis reum adumbrat sermo divinus. Cum enim omnis numerus (37) vel discretus sit, vel continuus, quod in utroque summum est, posuit.
B Neque enim est numerus vel qua discretus est decem millia (38), vel qua continuus, talentum excedens. Aptissime vero per talenti pondus peccatum significatur. Etenim impietas, ut quidam prophetarum dixit [20], grave quiddam est, et deorsum vergit insidens in plumbi talento. Considera porro tremendum tribunal. Rex terribilis sedet, et ab unoquoque famulorum rationem exposcit. Debitor autem servus timore confusus astabat ; et cum tantum debitæ pecuniæ solvere non posset, jussit rex ipsum, et uxores, et filios vendi. Non decet hoc loco illam sententiam sine consideratione prætermittere. Præferre enim videtur hic sermo sensum quemdam a Deo alienum. Servus injustus est,
C et pro eo recens nati liberi venundantur, quibus, ob ætatis imperfectionem, nulla inerat boni malique **10** discretio, et qui non peccaverunt, paterni debiti multam solvunt ; ubi justitia ? ubi pietas ?

[20] Zach. v, 7.

Francisci Scorsi notæ.

(36) *Restitutionem.* Ἀνέκτισίν τινα scriptum est in ms. G. Et hæc est vera lectio non ἀνέκτησιν, uti habet P. quod quam sit mendosum nemo non videt. Gloss. Escur recte ad mentem auctoris interpretatur ἀνταπόδοσιν. Sed perperam etiam in illo cod. scriptum ἀνέκτησιν, quam vocem per η nullum Onomasticon habet.

(37) *Omnis numerus.* Quam quantitatis divisionem, in discretam et continuam Arist. in *Prædi.* cap. *De quant.* et v *Metaph.* et ubicunque de quantitate loquitur, tradit, et cum eo communiter philosophi, ut alia forma quantitatis discreta sit, alia continua. Hanc ipsam Theophanes intelligit cum numerum omnem vel discretum esse, vel continuum dicit. Cum enim utraque quantitas numero ac dimensioni subsit, et discreta quidem unitatibus suis ; continua autem ut magnitudo quædam est, palmis, ut pondus quoddam libris numeretur ; hinc Theophanes, quod de re numerata verum est, id ipsi numero attribuit, cum eum vel discretum, vel continuum dicit, hoc est, vel de magnitudine discreta, vel continua est. Illud vero admirabilius videtur, qua ratione dicat discretum numerum non excedere decem millia, nec talentum continuum. Sed facilius res explicatur, quam dicitur. Talentum quamvis libram, et pondus ipsum libratum, et quidem indeterminatum significet, usurpatur tamen etiam ad certum pecuniæ pondus signandum, quod aliud apud alias gentes fuit : Atticum vero minus continet minas sexaginta, majus octoginta. Atque hoc est summum pecuniæ
D pondus, quod uno continetur nomine. Cætera infra talentum sunt, mina, drachma, obolus, libra, et quæcunque de ponderibus dicuntur, de quibus Joannes Baptista Willalpandus noster in *Apparatu urbis et templi Hierosol.* tom. III, et Budæus de ass. disputant. Hoc quod de talento planius intelligitur, de numero decem millium planiorem aperiet intellectum. Græci enim nullum habent majorem numerum, qui uno contineatur nomine, unaque summa, quam μύριοι, hoc est decem millia ; nec ultra in nominibus numeralibus cardinalibus progrediuntur. Et sane progrediuntur ulterius quam Latini, qui ubi ad mille pervenerint, nullum habent aliud numeri vocabulum quod collectionem signet ; sed duo millia, tria millia, et cum ad decem pervenerint, decem millia ; Græci vero hac una voce μύριοι. Neque aliud in hoc Theophanis dicto μυστικὸν clauditur, nisi si me lateat, id quod illi ad pium sensum eliciendum de numero satis est. Eum vero sensum etiam D. Augustinus agnoscit de verbis Domini : *Ideo*, inquit, *dicendum est, quod quia lex in decem præceptis commendatur, ille debeat decem millia talentorum, per quod omnia peccata significat, quæ secundum legem fiunt.* Et Petrus Bongus, *De signif. myst. numerorum*, lib. II, ita de hoc numero : *Sub numero decem millium talentorum, quæ servus debebat Domino, ostendit Servator noster Christus universa peccata dimitti debere.*

(38) *Decem millia.* Vide notam superiorem 37.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ubi honestas? ubi Ezechiel clamans: « Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur; et non accipiet filius iniquitatem patris[21]? » Conjectemus igitur ex hoc loco altissimum dogma in Evangelio tradi. Cum enim aliqui abominabilem vitam, et Deo invisam ducunt, iis, quasi flagella charissimorum, morbi mortesque infliguntur. Neque hoc sine providentia, ac sine judicio certo contingit. Sed quoniam futurum erat, ut filii æmularentur parentum improbitatem, ipsi quoque per morbos ac mortem a malitia coercentur, et parentum obstinatio emollitur. Verumtamen, quod servum tota cum domo venire jussit, ad terrorem incutiendum id fecit, et uti ad lacrymas obsecrationemque traheret debitorem. Etsi enim ipsum vendere cogitavit, ac jam quasi traditus erat, non tamen vult mortem peccatoris, sed conversionem quærit, et recipit pœnitentiam. Et a cum quidem minarum intendit; sed inhibet pœnæ sagittam iis quidem, qui cum ceciderint, et vulnerati fuerint, ad remedia tamen confugiunt: vendit vero eum, qui salutem desperat, et renuit correctionem: quandoquidem servi, et omnium, quæ habebat venditio, multorum bonorum privationem et aversionem a Deo significat.

« Procidens autem servus orabat eum dicens: Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. » Quid igitur servus? Pro pecuniæ solutione supplicationem offert, et Dominum obsecrat, ut patienter ferat. Hic vero ubi servum ad pedes abjectum, et oculos madentes lacrymis vidit, clemens et facile placabile ostendit ingenium; nec quantam servus rogabat, sed quantam ejus benignitas capiebat, gratiam fecit. Omne enim obæratо debitum gratis donat; et simul suæ benignitatis ipse innatæ pelagus immensum ostendit: simul edocet servum, ut peccantibus condonet ea quæ sibi fuerant condonata. Adeo bonum habemus Dominum, adeo eum supplicatio, et una lacryma flectere solet, adeo erga pœnitentem se munificum præbet ut postulata superet donis. Manasses tot sceleribus coopertus, et prægravatus, vix conversus remissionem solum a Deo petiit, dicens: (39) Miserere mihi, Domine, miserere; et veniam impetravit, et ab hostibus liberatus est, et regnum rursus obtinuit[22]. **11** Ille autem exactor vectigalium publicanus, cum sibi propitium Deum rogasset, justitiam consecutus est[23]. Ille nocturnus insidiator et latro, jam actus in crucem et extremam agens animam, cum sui memoriam solum precatus esset, paradisum totum accepit[24]. Et adolescentem, qui a paterna domo recedens sponte se abjecerat ad pecudum vitam, rogantem postmodum, ut in mercenariorum numerum reciperetur, ad patrem reducit.

A κιον; ποῦ τὸ εὐσεβές; ποῦ τὸ ὅσιον, ποῦ Ἰεζεκιὴλ ὁ βοῶν, ὅτι « Ψυχὴ ἁμαρτάνουσα αὐτὴ ἀποθανεῖται, καὶ οὐ λήψεται τὴν τοῦ πατρὸς ἀμαρτίαν ὁ ἐξ ἐκείνου γενόμενος; » Στοχαζώμεθα τοίνυν, ὡς διὰ τούτων δόγμα τῶν ὑψηλοτέρων διδάσκει τὸ Εὐαγγέλιον. Βδελυρὸν γὰρ βίον μετιόντων τινῶν, καὶ κατεστυγημένων Θεῷ ἐπάγονται οἱά τινες μάστιγες νόσοι τῶν φιλτάτων, καὶ θάνατοι, οὐκ ἀπρονοήτως, οὐδὲ μὴν ἀκριτί· ἀλλ' ἐπειδὴ ἔμελλον καὶ παῖδες ζηλῶσαι τὴν τῶν πατέρων φαυλότητα, αὐτοί τε διὰ νόσων, ἢ θανάτων τῆς κακίας ἀναχαιτίζονται, καὶ ἡ τῶν τεκόντων σκληρότης καταμαλάσσεται. Πλὴν ἀλλὰ τὸ κελεῦσαι πανοικὶ τὸν οἰκέτην πραθῆναι φόβητρον ἦν ἔλκον τὸν ὑπόχρεων εἰς δάκρυα, καὶ παράκλησιν· εἰ γὰρ διενοήθη πιπρᾶσαι αὐτὸν, καὶ ἀπέδοτο ἄν, ἀλλ'

B οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ ζητεῖ τὴν ἐπιστροφὴν, καὶ ἐκδέχεται τὴν μετάνοιαν. Καὶ τείνει μὲν τὸ τόξον τῆς ἀπειλῆς, ἐπέχει δὲ τὸ βέλος τῆς τιμωρίας τοῖς μὴ ἀνήκεστα πταίουσι· πιπράσκει δὲ τὸν ἀπεγνωσμένον, καὶ ἀδιόρθωτον· ἡ γάρτοι λεγομένη τοῦ οἰκέτου μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀπεμπώλησις τῶν πολλῶν ἀγαθῶν σημαίνει τὴν στέρησιν, καὶ τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἀλλοτρίωσιν.

« Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος προσεκύνει αὐτῷ λέγων· Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. » Τί οὖν ὁ οἰκέτης; Ἀντὶ τῆς τῶν χρημάτων ἐκτίσεως τὴν ἱκετηρίαν προσβάλλεται μακροθυμῆσαι τὸν δεσπότην ἀντιδολῶν. Ὁ δὲ ὁμοῦ τε οἶδε τὸν οἰκέτην

C προσπίπτοντα, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς δάκρυσι τέγγοντα, καὶ τὴν ἵλεων φύσιν ἐνδείκνυται. Οὐχ ὅσον ὁ ὑπόχρεως ἐζήτησε παρασχὼν, ἀλλ' ὅσον ἐχώρει τὸ ἐκείνου φιλάνθρωπον. Ἅπαν γὰρ τὸ χρέος τῷ ὑπευθύνῳ χαρίζεται, αὐτός τε δεικνὺς τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας τὸ ἄπειρον πέλαγος· καὶ τὸν οἰκέτην διδάσκων, δι' ὧν συνεχωρήθη τοῖς πταίουσι συγχωρεῖν· τοιοῦτον ἔχομεν ἀγαθὸν Δεσπότην· οὕτως αὐτὸν ἐπικλᾶν οἶδεν ἱκετηρία, καὶ δάκρυον· οὕτω τῷ μετανοοῦντι φιλότιμος γίνεται, ὡς τῇ δωρεᾷ ὑπερβαίνειν τὴν αἴτησιν. Ὁ Μανασσῆς τοσούτοις πεφορτισμένος ἐγκλήμασι, μόλις περισταθεὶς ἄνεσιν μόνην

D ᾔτησεν ἐκ Θεοῦ. Ἄνες μοι, Κύριε, λέγων, ἄνες μοι· καὶ συγχώρησιν εἰλήφει, καὶ τῶν ἐχθρῶν ἐρρύσθη, καὶ τῆς βασιλείας αὖθις γέγονεν ἐγκρατής. Ὁ δὲ φορολόγος ἐκεῖνος τελώνης ἱλασμὸν αἰτήσας, δικαιοσύνης ἐπέτυχεν· ὁ νυκτιλόχος λῃστὴς ἀνασκολοπισθεὶς, καὶ ἤδη πνέων τὰ ἔσχατα, μνήμην μόνην ζητήσας, ὅλον εἰλήφει παράδεισον. Καὶ νεανίᾳ πατρικῆς ἑστίας ἀποσκιρτήσαντι, καὶ πρὸς τὸν χοιρώδη βίον αὐτομολήσαντι ἐν μέρει μισθωτῶν ἀξιοῦντι τετάχθαι, χαρίζεται τὴν πρώτην εὐγένειαν, καὶ ὁ παρὼν οἰκέτης μακροθυμίαν μόνην ᾔτηκει, καὶ

[21] Ezech. xviii, 4, 20. [22] II Paral. xxxiii, 18, 19. [23] Luc. xviii, 14. [24] Luc. xxiii, 43.

Francisci Scorsi notæ.

(39) *Miserere.* Quamvis pœnitentiæ Manassis mentio fiat cap. xxxiii Paralip., oratio tamen illa, quæ circumfertur, non est ex Canonicis libris; exstat tamen rejecta in calcem Bibliorum, eo quod a nonnullis Patribus ex ea sumi dictum aliquod soleat: quamquam neque verba hæc, quæ Theophanes affert in *Miserere mihi, Domine, miserere*, sed certe similia sunt iis, quæ ibi dicuntur, ut non tam verba ipsa, quam sensum ex illa excipere hic Pater voluerit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παντὸς τοῦ χρέους δέχεται τὴν συγχώρησιν. Ὁρᾷς οἰκτιρμῶν ἄπειρον πέλαγος· τις οὕτω νωθέστατος, καὶ πέρα τοῦ δέοντος, ὡς μὴ πρὸς τοιοῦτον Δεσπότην δραμεῖν κραιπνοῖς, ὃ λέγεται, τοῖς ποσὶ, κἂν μυρίαις κηλίσιν ἁμαρτιῶν καταστίζοιτο, κἂν πολλοῖς ταλάντοις ἁμαρτιῶν βαρύνοιτο; Θαρσεῖτε, ὅσοι κατ' ἐμὲ ῥᾳθυμον ζωὴν ἐδιώσατε. Μόνον μὴ τὸν ἀχάριστον τοῦτον δραπέτην ζηλώσωμεν, ὃς τυχὼν τοσούτου χρέους ἀφέσεως ἐν ἰδίαις ἀφραδίαις τὴν χάριν ἀπώλεσεν.

A mero censeretur, in pristinam gratis restituit nobilitatem. Et hic itidem servus patientiam modo rogaverat, et totius debiti remissionem obtinuit. Vides miserationum pelagus inexhaustum: quis tam segnis, et ultra quam oporteat timidus, qui ad talem Dominum velocibus (40), ut dicitur, pedibus non accurrat, etiamsi decem millibus peccatorum notis inustus, et multis etiam scelerum ponderibus sit oppressus? Confidite quotquot sicuti et ego dissolutam vitam egistis. Modo ingratum hunc servum ne imitemur, qui tam grandis pecuniæ debitæ remissione accepta, ob suammet stultitiam gratiam perdidit.

« Ἐξελθὼν ὁ δοῦλος ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια· καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε λέγων· Ἀπόδος μοι εἴ τι ὀφείλεις. » Δέον παρασχεῖν τῷ ὁμοδούλῳ μερικῆς χάριτος, ἧς ἐκεῖνος εἰς κόρον ἀπήλαυσε, δέον εὐγνώμονα γενέσθαι πρὸς τὸν ὁμόδουλον, ἢ ὁμότυχον· ὁ δὲ, κατὰ τὸ λεγόμενον, ἅμ' ἠλέηται, καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις· κατ' αὐτὴν γὰρ τὴν ὥραν ὁ δείλαιος τὸν αὐτὸν ἦγχεν ὑπόχρεων οὐδεμίαν ἄνεσιν παρεχόμενος, καίτοι καὶ ὁ σύνδουλος τοῖς αὐτοῖς ἐχρήσατο λόγοις, οἷς αὐτὸς πρὸς τὸν βασιλέα ἐχρήσατο· ἀλλ' οὐ τῆς ἴσης ἐκείνῳ τετύχηκε χάριτος, ἐπειδὴ οὐχ ὁμοίων ἀμφότεροι δανειστῶν. Καλῶς δὲ ὁ λόγος προσέθηκε καὶ τὸ Ἐξελθὼν, ἐμφαίνων, ὡς ἐξῆλθεν ἀπὸ δικαίου καὶ πρέποντος.

« Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: et tenens suffocabat eum dicens, Redde quod debes. » Æquum fuerat, ut eam conservo gratiam impertiret, quam ipse abunde perceperat; æquum ut benignum se erga eum præberet, qui in eadem esset servitute atque fortuna; attamen simul ac misericordiam (41) consecutus est, periit illi gratia, ut dicitur; eadem enim hora infelix ille debitorem angebat suum nihil omnino remittens: et profecto eadem oratione apud illum conservus usus est, qua ille apud regem, sed non eamdem tamen, atque ille gratiam nactus; quandoquidem non similes ambo sortiti fuerant creditores. Et recte sane sermo evangelicus apposuit illud, Egressus, ut nimirum ostenderet eum justitiæ et æquitatis fines egressum.

« Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ γενόμενα ἐλυπήθησαν, καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ κυρίῳ αὐτῶν τὰ γενόμενα. » Μυσάττονται τοῦτον τῆς ἀγριότητος οἱ μισοπόνηροι σύνδουλοι. Ἀγγέλους δὲ τούτους προσήκει νοεῖν συνδούλους κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον ὑπάρχοντας, καὶ τῶν πράξεων ἡμῶν τηρητάς. Ὥσπερ δὲ χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, οὕτως ἐκ τοῦ ἐναντίου λυπεῖσθαι λέγεται σφόδρα τὰ καθαρώτατα πνεύματα ἐφ' ἡμῖν ἁμαρτάνουσι. Καὶ δὴ καὶ τῷ δεσπότῃ τὴν τοῦ ἀμνήμονος ὠμότητα μεμηνύκασιν, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντι, ἀλλὰ δικαίαν ἐπιδεικνύμενοι ἀγανάκτησιν κατὰ τοῦ μὴ τηρήσαντος πρὸς τὸν ὁμόφυλον τὸ φιλάλληλον.

« Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: et tenens suffocabat eum dicens, Redde quod debes. » Æquum fuerat, ut eam conservo gratiam impertiret, quam ipse abunde perceperat; æquum ut benignum se erga eum præberet, qui in eadem esset servitute atque fortuna; attamen simul ac misericordiam (41) consecutus est, periit illi gratia, ut dicitur; eadem enim hora infelix ille debitorem angebat suum nihil omnino remittens: et profecto eadem oratione apud illum conservus usus est, qua ille apud regem, sed non eamdem tamen, atque ille gratiam nactus; quandoquidem non similes ambo sortiti fuerant creditores. Et recte sane sermo evangelicus apposuit illud, Egressus, ut nimirum ostenderet eum justitiæ et æquitatis fines egressum.

« Τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ λέγει αὐτῷ· Δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλήν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσά με· οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου ὡς κἀγώ σε ἠλέησα; » Σκόπει μοι ἐνταῦθα τοῦ βασιλέως φιλανθρωπίας δικαιοσύνην ἰσόῤῥοπον. Καὶ ταύτην οὐκ ἀκριτὶ, ἀλλ' ἀγαγὼν ἐπὶ βήματος τὸν μαστιγίαν, καὶ τοῦτον ἐλέγξας, καὶ ἀναπολόγητον δεδειχὼς, καὶ δικαιωθεὶς ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ νικήσας ἐν τῷ κρίνεσθαι, ᾗ φησιν ὁ Δαβὶδ, ἐπιφέρει τὴν δικαίαν ἀπόφασιν.

« Tunc vocavit illum dominus suus, et ait illi: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui, ut ego tui misertus sum? » Considera hic mihi regis justitiam ex æquo misericordiæ respondentem atque libratam. Hanc adeo non sine judicio exercet, sed verberonem illum in jus vocat, et ipsum arguit, et nullam obtendi posse excusationem ostendit; et justificatus in sermonibus suis, et vincens in judicando, ut loquitur David [39], justam

[38] Luc. xv, 10. [39] Psal. L, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(40) *Velocibus.* Alludit ad illud Homericum, quod in proverbium videtur abiisse, κραιπνοῖσι πόδεσσι. Iliad. χ. Πηλείδης δ' ἐπόρουσε ποσὶ κραιπνοῖσι πεποιθώς, et alibi Ποσὶ κραιπνοῖσι μετασπών.

(41) *Misericordiam.* Ἅμ' ἠλέηται, ἅμα τέθνηκεν ἡ χάρις. Senarius integer ex vetere poeta, quo quasi adagio utitur auctor, cum præmittat κατὰ τὸ λεγόμενον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sententiam fert. Nam ne durus aliquis, vel iracundus, sed justus potius judex et singulorum peccata juste perpendere judicetur, vitium patefaciens, crimina in medio ponit, et nobiscum in judicium venit. Ita etiam cum Judæis causam agit, ac de jure disceptat : aliquando quidem per Isaiam dicens : « Et nunc habitatores Hierusalem, et homo Juda, judicate in me, et inter vineam meam [37]. » Aliquando vero per Michæam : « Populus meus, quid feci tibi, aut quid contristavi te, aut in quo molestus fui tibi [38] ? » Verum sane qui sapiat cum Davide canet : « Non intres in judicium cum servo tuo, Domine [39]. » Evincet enim omnino, qui omnia novit, neque vero quisquam purum se cor habere gloriabitur. Sed quid adversus servum ad suæ causæ defensionem dominus dicat, audiamus : « Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. » Nihil pretii æquale debito contulisti præterquam preces : et tamen tantum benignitatis consecutus es. Nonne par igitur erat, ut et tu domini tui misericordiam imitarere? Sed vero quæ æqualitas esse possit, cum et res et personæ tam longe distent? Alter enim dominus; alter idem, ac tu, jugum servitutis trahens : et tu quidem decem millium debitor talentorum; ab illo vero debita denariorum decies multiplicata decas. Quoniam igitur talis erga conservum tuum fuisti, tuis ipsis legibus reus esto.

« Et tradidit illum tortoribus, donec redderet universum debitum. » Tortores quidem sunt ad excruciandum immisericordes angeli destinati. Quod vero additur : « donec redderet universum debitum, » non temporariam significationem **13** habet juxta fabulosam Origenis (42) restitutionem in pristinum statum; sed potius interminatam et æternam futuram significat pœnam. Quoniam enim fieri non potest ut universum debitum solvat is qui punitur, æterno tempore puniatur necesse est. Pertimescamus, dilectissimi, hoc exemplum; simus erga conservos nostros, qui in nos peccavere, misericordes; ut hoc pacto domini erga nos misericordiam elicianus.

[37] Isa. v, 3. [38] Mich. vi, 5. [39] Psal. cxlii, 2.

A Ἵνα γὰρ μή τις εἶναι νομίζοιτο σκληρὸς, ἢ μαρύμηνις, δίκαιος δὲ μᾶλλον κριτὴς, καὶ τὰ τοῦ ἑκάστου πταίσματα ταλαντεύων ὀρθῶς, ἀπογυμνῶν τὴν κακίαν, παρατίθησι τὰ ἐγκλήματα, καὶ κρίνεται μεθ' ἡμῶν. Οὕτω καὶ μετὰ Ἰουδαίων δικαιολογεῖται, καὶ κρίνεται, ποτὲ μὲν διὰ Ἡσαΐου εἰπών· « Καὶ νῦν, οἱ ἐνοικοῦντες Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, κρίνετε ἐν ἐμοὶ, καὶ ἀναμέσον τοῦ ἀμπελῶνός μου· » ποτὲ δὲ διὰ Μιχαίου· « Λαός μου, τί ἐποίησά σοι, ἢ τί ἐλύπησά σε, ἢ τί παρηνώχλησα; » Ἀλλ' ὅ γε φρονῶν ὀρθῶς ψάλλει μετὰ τοῦ Δαβίδ· « Μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου. » Περιέσται γὰρ πάντως ὁ πάντα εἰδώς· καὶ καυχήσεται οὐδεὶς ἔχων τὴν καρδίαν ἁγνήν. Ἀλλὰ τίς ἡ τοῦ δεσπότου πρὸς τὸν οἰκέτην δικαιολογία, ἀκούσωμεν· « Δοῦλε πονηρὲ, B πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με. » Οὐδὲν προσενήνοχας τοῦ χρέους ἀντάξιον, ἀλλ' ἢ τὴν παράκλησιν, καὶ τοσαύτης φιλανθρωπίας ἀπήλαυσας. Οὐκ ἔχει καὶ σὲ αὐθεντικὴν εὐσπλαγχνίαν μιμήσασθαι; μᾶλλον δὲ ποία ἰσότης οὕτω παρηλλαγμένου καὶ προσώπου, καὶ πράγματος; ὁ μὲν γὰρ δεσπότης, ὁ δέ σοι τὸν αὐτὸν τῆς δουλείας ἕλκων ζυγόν· καὶ σὺ μὲν μυρίων ταλάντων ὑπόχρεως, τῷ δὲ ἡ ὀφειλὴ δεκαδικὴ δηναρίων δεκάς. Ἐπεὶ οὖν τοιοῦτος περὶ τὸν ὁμόδουλον γέγονας, ἔσο καὶ τοῖς σοῖς νόμοις ὑπόδικος.

« Καὶ παρεδίδωσιν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως ἂν ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον. » Βασανισταὶ δ' οἱ ἐπὶ τὸ κολάζειν τεταγμένοι ἀσυμπαθεῖς ἄγγελοι· τὸ C μέντοι, « ἕως ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον, » οὐ χρονικὴν σημασίαν δηλοῖ κατὰ τὴν μυθώδη Ὠριγένους ἀποκατάστασιν, ἀλλὰ τὸ ἀόριστον καὶ ἀτελεύτητον τῆς κολάσεως. Ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον πᾶν τὸ ὀφειλόμενον ἀποτίσαι τὸν κολαζόμενον, ἀνάγκη τοῦτον ἀϊδίως κολάζεσθαι. Φοβηθῶμεν, ἀγαπητοὶ, τὸ ὑπόδειγμα· γενώμεθα τοῖς εἰς ἡμᾶς ἁμαρτάνουσιν ὁμοδούλοις φιλάνθρωποι, ἵν' οὕτως εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπασώμεθα τοῦ δεσπότου τὸν ἔλεον. Ἀληθῶς γὰρ δηνάρια εἰσὶν εὐτελῆ τε καὶ μέτρια, τὰ τῶν ἀδελφῶν

Francisci Scorsi notæ.

(42) *Origenis.* Errorem Origenis refellit Theophanes, quem v synodus, Constantinop. II, damnavit his verbis : Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει πρόσκαιρον εἶναι τὴν τῶν δαιμόνων, καὶ ἀσεβῶν ἀνθρώπων κόλασιν καὶ τέλος κατά τινα χρόνον αὐτὴν ἔξειν, ἤγουν ἀποκατάστασιν γενέσθαι δαιμόνων, ἢ ἀσεβῶν ἀνθρώπων, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis dicit, aut sentit ad tempus esse dæmonum et impiorum hominum supplicium, ejusque finem aliquando futurum, sive restitutionem et redintegrationem fore dæmonum, aut improborum hominum, anathema sit.* Eadem opinio refellitur in tractatu piissimi Justiniani, misso ad Mennam sanctissimum et beatissimum archiepiscopum felicis urbis, et patriarcham, adversus impium Origenem, et nefarias ejus sententias, qui relatus est in ipsa v synodo : Καὶ τοῦτο τῇ οἰκείᾳ προστιθέασι πλάνῃ, ὅτι πάντων ἀσεβῶν ἀνθρώπων, καὶ πρὸς γε δαιμόνων ἡ κόλασις πέρας ἔχει, καὶ ἀποκατασταθήσονται ἀσεβεῖς τε καὶ δαίμονες εἰς τὴν προτέραν αὐτῶν τάξιν. *Hoc quoque proprio errori adjungunt, ut dicant omnium impiorum hominum, ac præterea dæmonum pœnam finem habituram esse, restitutumque iri tum impios,* D *tum dæmones in pristinum ordinem suum.* Ac pluribus idem sequentibus et verbis explicatur, et revincitur argumentis. Et in VI synodo, Constantinop. III, S. Sophronius Hierosolym. Antistes Epist. synod. ibidem recitata, qua ille fidem ὀρθόδοξον profitetur suam, hunc Origenis errorem, seu fabulam, ut ipse appellat, ejusque sectarios rejicit, τέλος εἶναι κολάσεως θέλοντας, et ante hæc concilia SS. Patres Hieronymus et Gregorius Nazianz. quos vidi, eumdem errorem reprobarant. Primus, Epist. ad Avitum de iis quæ cavenda in libris Περὶ ἀρχῶν Origenis; secundus, orat. in sanctum baptisma, quæ est 40 in edit. Billii. Cum enim monuisset, ut caveamus, ne pactum cum Deo initum in baptismo violemus, ac præter alia peccata ipsius quoque mendacii apud veritatis tribunal rei producamur, subdit : Καὶ ταῦτα οὐκ οὔσης δευτέρας ἀναγεννήσεως, οὐδὲ ἀναπλάσεως, οὐδὲ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστάσεως. *Præsertim cum nulla jam posthac altera regeneratio sit, nec instauratio, nec in veterem statum restitutio.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰς ἡμᾶς ἁμαρτήματα, πρὸς μυριάδας ταλάντων, ἃ; ἡμεῖς εἰς Θεὸν ἁμαρτάνομεν, συγκρινόμενα. Ζημία πάντως ἐστὶν ἡ ὕβρις, ἡ γενομένη παρά τινος, ἡ καὶ εἰς σωματικὸν θάνατον ἴσως ἐπιβουλή, καὶ ὅσα δοκεῖ τὴν αἴσθησιν ἀνιᾷν· οὐ γὰρ εἰς ψυχὴν παραβλάπτειν ἄνθρωπος ἄνθρωπον δύναται· εἶτά σοι αὐτίκα περιζέει τὸ περικάρδιον αἷμα, καὶ πρὸς δρεξιν διεγείρει ἀντιλυπήσεως, καὶ οὐ βλέπεις πρὸς ἑαυτὸν, οἷος σὺ πρὸς τὸν Δεσπότην γέγονας τὸν πλάσαντα, καὶ παραγαγόντα διὰ γενέσεως, καὶ δόντα οὐρανὸν, καὶ ἀστέρας, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ γῆν εἰς ἀπόλαυσιν, καὶ τῶν τῆς γῆς πάντων βασιλέα ποιήσαντα. Οὐχ ὑπὸ μάρτυρι Θεῷ πανταχοῦ παρόντι, καὶ πάντα ἐφορῶντι πράττεις, καὶ λέγεις, καὶ λογίζῃ τὰ μὴ προσήκοντα; μετὰ ποίου συνειδότος τοῦτον αἰτήσεις συγχώρησιν, ἢ τὸν ὑπόχρεων ἄγχων, ἢ τὸν οἰκέτην μαστίζων ὀλιγωρήσαντα, ἢ ἀμυνόμενος τὸν ὑβρίσαντα, ἢ λυπήσαντα; « Ὧ γὰρ μέτρῳ μετρήσομεν, ἀντιμετρηθήσεται ἡμῖν, » κατὰ τὴν ἀψευδῆ τοῦ Κυρίου φωνήν. Ὧ; ἂν οὖν πεπαρρησιασμένῳ συνειδότι δυνηθείημεν παρὰ Θεοῦ αἰτεῖσθαι τὸν ἔλεον, συμπαθεῖς τοῖς ὁμογενέσι γενώμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν πρὸς Θεὸν ἡμαρτημένων τὴν συγχώρησιν λάβοιμεν, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κληρονόμοι γενώμεθα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Vere enim paucorum instar denariorum, et parvi momenti sunt fratrum nostrorum in nos offensiones, et modicæ, si ad myriadas talentorum, quæ sunt peccata in Deum nostra, conferantur. Damni summa est contumelia a quopiam tibi illata, vel etiam forte parata mors corporis, et quotquot hujusmodi molesta sunt sensui; neque enim in anima nocere homini homo potest. Et ecce tibi sanguis repente circa cor effervescit, et ad vindictæ cupiditatem incitat: neque tunc te ipsum circumspicis, nec reputas qualis tu erga Deum et Dominum effectorem tui fueris, qui te per creationem produxit, et cœlum, et astra, et solem, et lunam, et terram ad fruendum dedit, teque omnium quæ terra continet, regem constituit. Nonne, teste Deo ubique præsente, B et omnia videnti, agis et loqueris, et cogitas quæ non oportet? qua conscientia ab eo veniam petis, cum tu vel debitorem tuum angas, vel servum negligentem cædas, vel ulciscaris eum, qui tibi contumeliosus fuerit, aut molestus? « In qua enim mensura mensi fuerimus, remetietur nobis [30], » juxta verissimam Domini sententiam. Ut igitur confidente conscientia petere veniam a Deo possimus, misericordes erga eos nos exhibeamus, qui naturam nobiscum communem habent, sic enim et eorum quæ in Deum admisimus remissionem consequi, et cœlorum participes fieri poterimus in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria, et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Κυριακῇ πρὸ τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ.

Φέρε σήμερον, ὦ θεοφιλέστατον ἄθροισμα, τῆς ζωηφόρου σταυροῦ ἀνυψώσεως τὰ προεόρτια ἑορτάσωμεν. Ἐνηχεῖ γάρ μου τὰς ἀκοὰς ἡ τῶν Εὐαγγελίων θεσπεσία φωνὴ, τὸ σταυρικὸν προσαναφωνοῦσα μυστήριον, δι' ὧν τὸν κρεμασθέντα χαλκότυπον ὄφιν ὑπεδειγμάτισε. Καὶ γίνεταί μοι τὰ ἀναγνώσματα προμηνύματα, καὶ τῆς τοῦ σταυροῦ προσκυνήσεως προκηρύγματα. Τοιγαροῦν καθάπερ τινὰ προπομ-

HOMILIA III.

Dominica die ante festum Exaltationis pretiosæ et vivificæ Crucis.

Age jam, dilectissima Deo concio, Exaltationis vitalis Crucis pervigilium (43) **14** hodie celebremus. Personat enim aures meas divina Evangelii vox, ac dum serpentem æneum in ligno suspensum, ut figuram subjicit, mysterium prænuntiat crucis: adeoque hæc lectio mihi prædictio fuit, et adorationem crucis jam appropinquare præmonstravit. Quapropter evangelicam hanc rerum altissimarum

[30] Matth. VII, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(43) *Pervigilium.* Exaltationis S. Crucis festum apud Græcos 14 die Septembris celeberrimum est Menol. ιδ'. Ἡ παγκόσμιος ὕψωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ. *Universalis Exaltatio venerandæ et vivificæ crucis.* In Const. Emmanuelis Comm. *De feriis*, quam Leuncl. *De Jure Græco Rom.*, et Balsamon in *Nomoc.* Photii, t. VII, referunt, inter alia festa, quibus ab omni opere et judicio cessandum, recensetur festum Exalt. S. Crucis; quin et Vigilia apud ipsos honoratur. Idem Menol. προεόρτιον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ. *Pervigilium venerandæ et vivificæ Crucis.* In quo στιχήριον ἰδιόμελον, ut appellatur in Typ. S. Sabæ, cantari consuevit, et κανὼν *canon*, sive hymnus proprius hujus festi, quæ vide apud Grets. tom. III, *De Cruce relata et exposita.* Octava etiam, quæ ἀπόδοσις τῆς ἑορτῆς ab illis appellatur, quasi dicas redditionem festi. Menolog. κα' Σεπτέμβ. ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τοῦ ζωοποιοῦ Σταυροῦ. *Eadem die est octava vivificæ Crucis.* Cum igitur tam solemne esset hoc festum, memoriam ejus etiam Dominica die ipsum præcedente agitare incipiebant, ut ex hac homilia, et ex Men. intelligitur, ubi vocatur hæc Dom. dies Κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως. Et in ea legi præcipitur Evang. ex Joan. Εἶπεν ὁ Κύριος· Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, quod ipsum est, de quo hæc homilia a Theophane dicta. Cum autem ipsa die Dom. dicat Τὰ προεόρτια ἑορτάζομεν, non arbitror ipsum diem proximum 13 denotari, sed dies præcedentes, in quibus incurrit Dominicus, προεόρτια appellari, quasi *profestos dies.* Jam vero causam hujus institutionis Græcorum dicendæ scilicet etiam diei Dom. S. Crucis Exaltationi, erui ex eo quod scribit M. Alphonsus Ciaconius, sive quis alius auctor Isagogæ ad Vitas Pontificum, tomis duobus nuperrime typ. vat. excusas, ubi ait diem XVIII Kal. Oct. quo Maxentius victus a Constantino Magno, incidisse in Dominicam diem; qui post Exaltationis S. Crucis, inquit, festivus est institutus. Ita non statarius solum dies XVIII Kal. Oct., sed etiam mobilis Dominicus est illi Græco ritu consecratus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

abditarumque doctrinam inspiciamus attente, distincteque explicemus, eamque regali sceptro quasi comitatum pompamque præmittamus. Dixit Dominus : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo[31]. » Principio exquirendum est, quid Dominum, ut hæc loqueretur, adduxerit. Præsens quippe lectionis evangelicæ summa eorum modo commemiuit, quæ ad hujusce diei pertinent celebritatem, præcedentia vero reticuit. Quando igitur ad Dominum adiit nocturnus ille discipulus (Nicodemum illum Pharisæum plane intelligis), generationem quæ de cœlo est explicante Domino, ille Judaicæ etiam tum hebetudinis particeps in maternum uterum cogitatione trahebatur, carnalemque generationem sensu animoque fingebat. Cum itaque eum tam sublimi doctrinæ non assentiri Dominus animadverteret : « Nemo, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. » Perinde ac si diceret : Tu quidem, Nicodeme, cœlestem hanc non capis instructionem, ac forte humano testimonio postulas dicta confirmari : sed « nemo ascendit in cœlum, » ut hæc disceret, « nisi qui descendit de cœlo, » qui ea quæ ibi sunt, perspicue ac certe explanare novit, « Filius hominis, qui est in cœlo. »

At fortasse quis dixerit : Nondum cum assumpta natura reversus in cœlum fuerat Dominus, cum hæc dicebat, quare etiam postquam revixit a mortuis, divinam Magdalenam prohibens a sui contactu, eamque apostolis nuntiam allegans ita ait : « Nondum enim ascendi ad Patrem meum[32]. » Quomodo igitur hic nullum ascendisse dicit in cœlum, nisi illum ipsum, qui in terram e cœlo venerat? Dogma profecto hic insinuat ineffabilis unionis divini Verbi cum nostra natura. Cum enim essent duæ naturæ in unam hypostasim inconfuse conjunctæ, altera quæ alterius sunt participavit, ut **15** naturarum proprietates. (44) de uno eodemque communiter dici possint. Cum igitur audis in cœlum neminem ascendisse, nisi eum qui de cœlo descenderat, Verbi divinitatem intellige; ideo enim continuo addidit, « qui est in cœlo : » stultum quippe est ita de carne cogitare, quasi ea in cœlo exstiterit simulque cum Nicodemo diseruerit, cum trinam dimensionem et circumscriptionem in loco naturaliter habeat. At vero hoc de divinitate omnis experte principli, quæ tota est in omnibus et super omnia, credere consentaneum est maxime pietati. Ergo dictum illud ad unguentiferam Magdalenam : « Nondum enim ascendi ad Patrem meum, » corporalem signabat ascensionem. Deinceps ergo prædicit ea quæ ad Passionem et Crucem spectant : « Quemadmodum, inquit, Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis. » Norunt omnes, opinor,

[31] Joan. III, 13. [32] Joan. XX, 17.

A πὴν τοῦ βασιλικοῦ σκήπτρου ποιούμενοι τὰς εὐαγγελικὰς ἐκφαντορίας περιαθρήσωμεν. Εἶπεν ὁ Κύριος· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. » Προσήκει ἐξετάζειν πρότερον, τί τὸ παρασκευάσαν τὸν Κύριον ταῦτα εἰπεῖν. Ἡ γὰρ παροῦσα περικοπὴ τῆς εὐαγγελικῆς ἀναγνώσεως μόνον ἐπιμνησθεῖσα τῶν συντεινόντων πρὸς τὸν τῆς ἡμέρας σκοπὸν, τὸ προλαβὸν σεσιώπηκεν. Ὁπηνίκα τοίνυν ἀφίκετο πρὸς τὸν Κύριον ἐκεῖνος ὁ νυκτερινὸς μαθητὴς (νοεῖς δὲ πάντως τὸν Φαρισαῖον Νικόδημον) τοῦ Σωτῆρος διδάσκοντος τὴν ἄνωθεν γέννησιν, ἐκεῖνος, ἔτι Ἰουδαϊκῆς μετέχων παχύτητος, πρὸς τὸν ἐν μήτρᾳ κόλπον τοῖς λογισμοῖς κατεσύρετο σαρκικὴν φανταζόμενος γέννησιν. Τῷ γὰρ ὑψηλῷ τοῦ δόγμα-
B τος οὐ πάνυ πειθόμενον ἰδὼν ὁ Σωτὴρ· « Οὐδεὶς, φησὶν, ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, » ὡσανεὶ λέγων· Σὺ μὲν, Νικόδημε, οὐρανίου μυσταγωγίας ἀπαράδεκτος εἶ, ἀνθρωπίνην μαρτυρίαν τῶν λεγομένων ἴσως ζητῶν· ἀλλ' « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, » ὥστε ταῦτα μυηθῆναι αὐτὸν, « εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, » καὶ δογματίζων τἀκεῖθι τρανῶς, « ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. »

Καίτοι φαίη τις ἄν· Οὔπω πρὸς οὐρανοὺς ἀναφοιτήσας ἦν μετὰ τοῦ προσλήμματος ὅτε ταῦτα ἐφθέγγετο, ὅπου καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάβλωσιν ἀπείργων ἐπιθιγγάνειν αὐτῷ τὴν θεοφόρον Μαγδαληνὴν, καὶ πέμπων αὐτὴν τοῖς ἀποστόλοις ἀπόστο-
C λον, οὕτω φησίν· « Οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου. » Πῶς οὖν ἐνταῦθά φησι, μηδενὰ ἀναβεβηκέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν ἐν τῇ γῇ οὐρανόθεν φοιτήσαντα; Δόγμα ἐνταῦθα ἐμφαίνει τῆς ἀῤῥήτου πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου ἑνώσεως, ὅπως τῶν δύο φύσεων ἀφύρτως ἑνωθεισῶν εἰς μίαν ὑπόστασιν, θατέρα θατέρας μετείληφεν, ὡς κοινολογεῖσθαι τὰ τῶν φύσεων ἰδιώματα. Ὅταν οὖν ἀκούῃς· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, » τὴν τοῦ Λόγου θεότητα νόησον· διὰ τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε μάλα γοργῶς, « ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· » εὐηθες γὰρ περὶ τῆς σαρκὸς τῇδε νοεῖν, ὡς ἐν οὐρανῷ τε ἦν, καὶ τῷ Νικοδήμῳ ἐφθέγγετο, τριχῇ φυσικῶς ἐχούσης διάστασιν, καὶ τὴν ἐν τόπῳ
D περιγραφήν. Τὸ δὲ ὑπὲρ τῆς ὑπεραρχίου θεότητος τῆς ὁλικῶς οὔσης ἐν τῷ παντὶ καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν, οὕτως ἔχειν πιστεύειν ἀραρότως θεοσεβές. Τὸ μέντοι πρὸς τὴν μυροφόρον ῥηθέν· « Οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου, » τὴν σωματικὴν ἐδήλου ἀνάβασιν. Ἑφεξῆς οὖν προλέγει τὰ περὶ τοῦ πάθους καὶ τοῦ σταυροῦ. « Ὥσπερ, φησὶ, Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Σαφὴς μὲν τοῖς πολλοῖς, ὡς οἶμαι, ὁ τῆς ἱστορίας λόγος, ἀλλ' ὡς ἂν εὐληπτοτέρα ἡμῖν

Francisci Scorsi notæ.

(44) *Naturarum proprietates.* Communicationem idiomatum, secundum quam quæ sunt propria unius naturæ, de altera dici possunt ob unitatem supposiți, diserte explicat hic Pater; de quo agunt theologi scholastici cum sancto Thoma, III part. quæst. 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γένοιτο ἡ θεωρία, συντεμών, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δι' ὀλίγων ταύτην ἐπιδραμοῦμαι.

historiam, sed uti melius quid sub illa lateat, contemplari possimus, breviter, quoad ejus fieri poterit, et paucis eam absolvam.

Ὅτε διὰ τῆς ἐρήμου ὑπὸ Μωυσέως ὁ Ἰσραηλιτικὸς λαὸς ἤγετο, ἐπειδὴ αὐτοῖς ἡ ἀνδραπώδης ἡδονὴ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς γαστριμαργίας ἐπήγειρε, καὶ τὸν Αἰγύπτιον κόρον ὠνειροπώλουν, κατὰ τοὺς ἀτακτοῦντας τῶν νέων, σφοδροτέραις παιδαγωγοῦνται ταῖς μάστιξιν, ὄφεων αὐτοῖς κατὰ τὴν παρεμβολὴν ἐφερψάντων, καὶ θανατηφόρον ἰὸν ἐμβαλόντων τοῖς ἀμυχθεῖσι τῷ δήγματι. Ἀλλεπαλλήλου δὲ γενομένης ἐκ τῶν θηρίων τῆς πτώσεως, θεῖα συμβουλῇ παρορμηθεὶς ὁ Μωϋσῆς χαλκοῦν ἐν ὁμοιώματι ὄφεως χέας, τὴν δύναμιν τῶν ἀληθινῶν ὄφεων ἤμβλυνεν. Ἐπί τινος γὰρ ὕψους ἀπαιωρήσας τὸν χαλκοῦν ὄφιν, ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαι, ἔστησε τῷ λαῷ τὴν ἐκ τῶν θηρίων φθοράν. Ὁ γὰρ πρὸς τὴν εἰκόνα βλέπων τοῦ ὄφεως, οὐδὲν ἐδεδοίκει τὸ τοῦ ἀληθινοῦ ὄφεως δῆγμα, ἐξ ἀντιπαθείας τινὸς ἀπορρήτου τῆς ὄφεως τὸν ἰὸν ἀμβλυνούσης. Ὅτι δὲ ὁ χαλκόχυτος ὄφις τύπος ἦν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, διαῤῥήδην κηρύττει τὸ Εὐαγγέλιον· μὴ ταραττέτω δὲ τοὺς φιλοχρίστους τὸ τῷ ἀπεμφαίνοντι ζώῳ τὸν τοῦ μυστηρίου λόγον ἁρμόζεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ τῆς ἁμαρτίας πατὴρ ὄφις ὠνομάσθη ὑπὸ τῆς ἁγίας Γραφῆς, καὶ τὸ ἐκ τοῦ ὄφεως γεννηθὲν, ἡ ἁμαρτία, φημὶ, πάντως ὄφις ἐστὶ, τοῦ γεγεννηκότος οὖσα συνώνυμος. Ἀλλὰ μὴν δι' ἡμᾶς ἁμαρτίαν γενέσθαι τὸν Κύριον μαρτυρεῖ ὁ Ἀπόστολος, ἐπειδὴ τὴν ἁμαρτικὴν ἡμῶν φύσιν ἀνέλαβε. « Τὸν γὰρ ἁμαρτίαν, φησὶ, μὴ ποιήσαντα ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. » Ἀνὰ λόγον ἄρα προσαρμόζεται τῷ Κυρίῳ τὸ αἴνιγμα. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πονηροὶ ὄφεις τῷ γένει παντὶ προσερπύσαντες ταῖς τῆς ἁμαρτίας ἁμυχαῖς τὴν φύσιν ἡμῶν ἐθανάτωσαν, τούτου χάριν ὑποδύεται τὸ τοῦ ὄφεως ὁμοίωμα ὁ Θεὸς « ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, » ὡς φησιν ὁ Παῦλος, γενόμενος, καὶ οὕτως ἐλευθεροῦται τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωτος διὰ τοῦ ὑπελθόντος τὸ τῆς ἁμαρτίας εἶδος, καὶ γενομένου καθ' ἡμᾶς πρὸς τὸν ὄφιν αὐτομολήσαντας· δι' οὗ ὁ μὲν θάνατος, ὁ ἐκ τῶν δηγμάτων κωλύεται, αὐτοὶ δὲ οἱ ὄφεις ἀφανίζονται τῷ διὰ σταυροῦ πάθει. Καὶ κατήργηται μὲν

Cum per solitudinem Israelitarum populus a Moyse duceretur, essetque gulæ cupiditas in ipsis a servili voluptate (45) incitata, adeoque satietatem Ægyptiacam somniarent, acrioribus flagellis, sicuti effrenati juvenes (46) solent, immissis in castra serpentibus plectebantur, qui sane in omnes, quotquot attigissent lethale venenum injiciebant. Cum igitur alii super alios icti serpentibus interirent, Moyses divino consilio impulsus, ære ad effigiandum serpentem fuso, verorum serpentium vim repressit et hebetavit. Editum enim in locum serpentem æreum erigens, ut in conspectu omnium esset, perniciem a bestiis illatam a populo avertit. Nam qui serpentis intuebatur effigiem, morsum serpentis veri non formidabat, cum aspectus ipse veneni vim occulta quadam antipathia retunderet. Jam autem æneum illum serpentem figuram Christi gessisse aperte Evangelium prædicat. Neminem vero amantium Christi conturbet hoc quod audit, in tam invisum animal (47) rationem tanti mysterii convenire. Si enim serpens pater peccati in sacris Litteris appellatur, quod etiam est ex hoc serpente progenitum, 16 peccatum, inquam, eodem ac genitor nomine serpens vocabitur. Cæterum nostra causa Dominum factum esse peccatum, cum naturam nostram obnoxiam peccatis assumpserit, testatur Apostolus : « Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit [33]. » Aptatur igitur hoc ænigma Domino congruenter. Postquam enim nequissimi illi serpentes in universum genus humanum insilientes naturam nostram peccatorum morsibus dilacerando confecerunt, ea de causa similitudinem serpentis induit Deus factus « in similitudinem carnis peccati [34], » ut Paulus ait; atque ita liberatur homo a peccato per eum, qui peccati habitum suscepit, similisque factus est nobis, quia ad serpentem sponte accesseramus : cujus opera mors a morsibus orta cohibetur, et ipsi serpentes crucis Passione delentur. Et destructa quidem est mors a serpentibus importata, nimirum impietas;

[33] I Cor. v, 21. [34] Rom. VIII, 3.

Francisci Scorsi notæ.

(45) *A servili voluptate.* Vitium omnium maxime prohrosum ac vile intemperantiam esse docet Arist. *Ethic.* III, cap. ultimo, et sanctus Thomas, II, part. II, et omnes passim philosophi, quare recte Theophanes τὴν ἡδονὴν ἀνδραπώδη vocat.

(46) *Effrenati juvenes.* Et hoc rectissime Theophanes; nam Arist. III *Ethic.* cap. ult. τὴν ἀκολασίαν, hoc est, intemperantiam (incastigationem ad verbum reddideris) a puerilibus peccatis translatam esse vult; subdit porro : Οὐ κακῶς δὲ ἔοικε μετηνέχθαι· κεκολάσθαι γὰρ δεῖ τὸ τῶν αἰσχρῶν ὀρεγόμενον καὶ πολλὴν αὔξησιν ἔχον. Τοιοῦτοι δὲ μάλιστα ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὁ παῖς· κατ' ἐπιθυμίαν γὰρ ζῶσι καὶ τὰ παιδία, καὶ μάλιστα ἐν τούτοις τοῦ ἡδέος ὄρεξις. *Neque vero male translatum videtur id nomen* (ἀκολασία) : *castigari enim oportet turpium rerum appetitionem quæque immodice crescat; hujusmodi autem est cupiditas, et puer; nam secundum cupiditatem pueri vivunt, et in his maxime jucundarum rerum appetitio.* Hæc Arist. eademque II *Rhet.* de moribus juvenilis ætatis. Ex quibus intelligas quam sapienter hic auctor Hebræos gulæ cupiditate victos, et Ægyptiorum edulia concupiscentes more νέων ἀτάκτων immissis serpentibus castigatos dicat. Similes enim pueris, qui libidinibus obsequuntur.

(47) *In tam invisum animal. Qua ratione Deus, qui natura bonus est, serpens dicitur?* inquit Nicetas in notis ad orat. 2, Greg. Naz. in Pascha : *Quoniam juxta nos libera voluntate malos per similitudinem carnis peccati factus est, et cum iniquis reputatus est. Serpens igitur Christus est velut in similitudinem peccati, quia homo factus est.* Lege plura apud ipsum Nicetam, quæ maxime congruunt cum toto hoc tractu Theophanis. Lege etiam Grets. tom. I *De cruce*, lib. I, cap. 45.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

at morsus nondum omnino cesserunt. Etenim illa concupiscentia, quæ carni adversus Spiritum inest, nondum perfecte compressa est. Nam et in illis qui virtute maxime pollent sæpe concupiscentiæ morsus insurgunt : sed qui in eum, qui sublatus in crucem est, oculos conjicit, affectionem illam motumque immoderatum depellit, et timorem Dei veluti quoddam pharmacum in venenum aspergit. Crucem porro aspicere nihil est aliud quam ita instituere vitam, ut mundo mortua et crucifixa sit, et ad omne peccatum immobilis perseveret, propriamque carnem timore Dei configere, juxta Psalmistæ votum [35] ; clavus vero carnem cohibens continentia fuerit.

Jam vero serpentem symbolum esse mysterii in Cruce perfecti, alia item ostendit historia. Missus enim a Deo Moyses, ut ex servitute Ægyptiaca Israeliticum populum eximeret, ait ad Dominum : « Si non crediderint mihi et audierint vocem meam, quid dicam ad illos? Ait illi Dominus : Quid hoc est, quod tenes in manu tua? » Respondit ille, « Virga. » Dixitque Dominus : Projice eam in terram. « Projecit, et versa est in serpentem. Dixitque Dominus ad Moysen : Extende manum tuam, et apprehende caudam ejus, et rursus virga facta est in manu ejus [36]. » Adverte igitur hoc loco, eum qui ex Deo secundum naturam vere Filius est, esse veluti quamdam Patris virgam : **17** regni quippe et potestatis signum est virga; unde et David : « Virga directionis, virga regni tui [37]. » At quando illam per naturæ humanæ assumptionem abjecit, et corpore terreno circumcinxit, tunc nostrarum iniquitatum similitudinem gessit. Iniquitatis enim et malitiæ signum est serpens. Et quemadmodum virga Mosæ in feram mutata fallaces magorum Ægyptiorum virgas exedit, deinde in manus recepta ad id quod prius fuerat, rediit : ita etiam Dei et Patris virga, hoc est Filius, per quem omnia regit et moderatur, licet similis nobis factus esset ut serpentes illos qui sub intelligentiam cadunt, eliminaret, ne amplius dii gentium essent dæmonia, perfectis tamen omnibus quæ erant disposita, revertit in cœlum, et iterum factus est velut in manu Patris virga directionis et regni, etiam carne indutus in dextera considens Patris.

Aliter item, et alia ratione serpens imago Salvatoris fuit. Quemadmodum enim serpens ille serpens quidem esse videbatur, re tamen vera non erat serpens ; sic Dominus peccatum non fecit : neque enim fas erat eum, qui natura bonus est, capere experimentum mali. Improbis quidem peccator videbatur; unde cæco illi sanato dicebant : « Da gloriam Deo; homo iste peccator est [38]. » Quin et edacem et bibacem petulanti lingua appellabant [39]. Alio præterea modo serpenti assimilatus fuit Salvator ; nam serpens non modo lethale venenum, sed et pharmacum habet potens lethale venenum expel-

A ὁ ἐκ τῶν ὄφεων θάνατος, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἀσέβεια, οὐ μὴν τὰ δήγματα πέπαυται. Ἡ γὰρ ἐγκειμένη τῇ σαρκὶ κατὰ τοῦ πνεύματος ἐπιθυμία εἰς τὸ παντελὲς οὐκ ἀπόλωλε. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐναρέτοις πολλάκις ἐνεργεῖται τῆς ἐπιθυμίας τὰ δήγματα. Ἀλλ' ὁ πρὸς τὸν ἐπὶ ξύλου ὑψωθέντα βλέπων ἀπωθεῖται τὸ πάθος, οἷόν τινι φαρμάκῳ τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ τὸν ἰὸν διαχέας. Τὸ δὲ πρὸς τὸν σταυρὸν βλέπειν, τοῦτο ἔστι τὸ πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον, ὡς νεκρὸν τῷ κόσμῳ, καὶ ἐσταυρωμένον ποιῆσαι πρὸς πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀκίνητον μένοντα, καθηλοῦντα τῷ θείῳ φόβῳ τὰς ἰδίας σάρκας, κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν. Ἥλος δ' ἂν εἴη σαρκῶν καθεκτικὸς ἡ ἐγκράτεια.

B Τὸ δὲ σύμβολον εἶναι τοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν μυστηρίου τὸν ὄφιν, καὶ ἄλλη τις ἱστορία παρέδειξεν. Ἀποστελλόμενος γὰρ ὑπὸ Θεοῦ ὁ Μωϋσῆς ἐξαγαγεῖν τὸν Ἰσραὴλ Αἰγυπτίοις θητεύοντα, φησὶ πρὸς τὸν Θεόν· « Ἐὰν οὐ πιστεύσωσί μοι, μηδὲ εἰσακούσωσι τῆς φωνῆς μου, τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς; » εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεός· « Τί τοῦτό ἐστι τὸ ἐν τῇ χειρί σου; » ὁ δὲ εἶπε· « Ῥάβδος. » Καὶ εἶπε· « Ῥῖψον αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὴν, καὶ ἐγένετο ὄφις. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς τὸν Μωϋσῆν· Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς κέρκου. Καὶ ἐγένετο ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. » Ὅρα δὴ ἐνταῦθα τὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἀληθῶς Υἱὸν, οἷόν τινα ῥάβδον ὄντα τοῦ Πατρός· βασιλείας δὲ καὶ δυνάμεως σημεῖον ἡ ῥάβδος. Καὶ γοῦν φησιν ὁ Δαβίδ· « Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Ἀλλ' ὅτε ἔῤῥιψεν αὐτὴν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ γηΐνῳ περιέβλητο σώματι, τότε ἐν ὁμοιώματι τῶν πονηριῶν ἡμῶν γέγονε. Πονηρίας γὰρ σημεῖον ὁ ὄφις. Καὶ ὥσπερ ἡ ῥάβδος τοῦ Μωϋσέως θηριωθεῖσα τὰς γοητικὰς ῥάβδους τῶν Αἰγυπτίων μάγων κατέφαγεν, εἶτα πάλιν ἀναληφθεῖσα γέγονεν ὅπερ ἦν πρότερον, οὕτω καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ῥάβδος, τουτέστιν ὁ Υἱὸς, δι' οὗ κατάρχει τῶν ὅλων, εἰ καὶ γέγονεν ὁμοιώσει τῇ καθ' ἡμᾶς, ἐφ' ᾧ τοὺς νοητοὺς ὄφεις ἐξαφανίσαι, ἵνα μηκέτι ὦσι θεοὶ τῶν ἐθνῶν τὰ δαιμόνια, ἀλλ' οὖν ἀποπεράνας τὴν οἰκονομίαν, ἀναπεφοίτηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ γέγονε πάλιν, ὡς ἐν χειρὶ τοῦ Πατρὸς ῥάβδος εὐθύτητος καὶ βασιλείας, ἐν δεξιᾷ τοῦ γεγεννηκότος κεκαθικὼς, καὶ μετὰ σαρκός.

D Ἄλλως καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον ὁ ὄφις τὸν Σωτῆρα εἰκόνιζεν. Ἐπειδὴ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐδόκει μὲν ὄφις εἶναι, ὄφις δὲ τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἦν, οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἁμαρτίαν μὲν οὐκ ἐποίησεν· οὐ γὰρ ἦν θέμις τὸν φύσει ἀγαθὸν τοῦ κακοῦ πεῖραν λαβεῖν. Ἐδόκει μέντοι τοῖς φαύλοις ἁμαρτωλός· καὶ γοῦν ἔλεγον τῷ ἰαθέντι τυφλῷ· « Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ· ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν. » Ἀλλὰ καὶ φάγον καὶ οἰνοπότην αὐτὸν ἀθυροστομοῦντες ὠνόμασαν. Καὶ ἄλλως δὲ τῷ ὄφει περείκασται ὁ Σωτήρ· ὁ γὰρ ὄφις οὐ μόνον ἔχει θανατηφόρον ἰὸν, ἀλλὰ καὶ φάρμακον ἀναιρετικὸν τοῦ θανατηφόρου ἰοῦ· ὃ παῖδες ἰατρῶν

[35] Psal. cxviii, 120. [36] Exod. iv, 1-4. [37] Psal. xliv, 7. [38] Joan. xxix, 29. [39] Matth. xi, 19

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐκ τῶν σαρκῶν τῶν ὄφεων κατασκευάζουσιν ἀντιφάρμακον. Οὕτως ἐκ τῆς θνητῆς φύσεως τοῦ Ἀδὰμ τὸ ἴδιον σῶμα ὁ τοῦ Θεοῦ συνεστήσατο Λόγος ἀναιρετικὸν τοῦ θανάτου γενόμενον. Ὁ μέντοι θεολόγος Γρηγόριος οὐχ ὡς τύπον Κυρίου τὸν ὄφιν ληφθῆναί φησιν, ἀλλ' ὡς ἀντίτυπον, εἰπὼν οὑτωσίν· Ὁ δὲ χαλκοῦς ὄφις κρεμᾶται μὲν κατὰ τῶν δακνόντων ὄφεων, οὐχ ὡς τύπος δὲ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντος, ἀλλ' ὡς ἀντίτυπος. Ἐπειδὴ μὲν ὁ χαλκοῦς ὄφις ἐκεῖνος τῶν ὁμοειδῶν ὄφεων ἀμβλύνων τὸν ἰὸν τοὺς ἀλλοτριοειδεῖς ἀνθρώπους ἔσωζεν· ὁ δὲ Σωτὴρ ἡμῶν ἐν σταυρῷ ὑψωθείς, τῶν μὲν ἀλλοτρίων δαιμόνων τὴν ἰσχὺν κατέῤῥηξε, τοὺς δὲ οἰκείους καὶ ὁμοειδεῖς ἀνθρώπους ἔσωσεν, εἰκότως αὐτὸν ὁ Πατὴρ εἰλῆφθαί φησιν ὡς ἀντίτυπον. Κατὰ δὲ τὸν σοφώτατον Μάξιμον, ὁ κρεμασθεὶς ὄφις τοῦ θανάτου ἦν σύμβολον, οὗ πρόξενος ὁ ὄφις ἐγένετο· τὸ δὲ σημεῖον ἐφ' ᾧπερ ἀνύψωτο, εἰκόνιζε τὸν σταυρόν· ἡ θέα δὲ τῶν δακνομένων ἡ ὁμολογία τῶν πιστευόντων ἐστίν. Ὁ τοίνυν ὁμολογῶν θεοπρεπῶς τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

A lere. Etenim medici ex carne serpentina veneni conficiunt amuletum. Sic ex Adami mortali natura proprium sibi corpus Verbum Dei constituit, quod destruere mortem valeret. Gregorius tamen Theologus (48) serpentem non esse typum Domini, sed antitypum dicit hoc pacto: Serpens æneus adversus serpentum morsus suspenditur, non tamen ut Christi pro nobis passi typus, verum ut antitypus. Nam quoniam æneus ille serpens similium sibi serpentium venenum retundens homines alterius naturæ servavit, Salvator vero noster sublatus in crucem dæmonum sibi natura dissimilium conterens vires, similes et cognatos a morte vindicavit, merito ille Pater eum ut antitypum accipiendum censet. At vero **18** ex sententia sapientissimi Maximi (49), B suspensus serpens mortis symbolum erat, cujus auctor et procurator fuerat serpens; at signum illud, in quo erectus est, signabat crucem; porro intuitus eorum, qui commorsi fuerant, credentium est confessio. Qui igitur, ut Dei majestatem decet, mortem Christi confitetur, habet vitam æternam.

« Οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Τὸ ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, διττὸν ὠδίνει τὸν νοῦν· τήν τε εἰς ὕψος ἀνασκολόπισιν, ἣν δι' ἡμᾶς κατεδέξατο· καὶ γὰρ ἔδει, ἁγιασθείσης τῆς γῆς ὑπὸ τῶν ἀχράντων αὐτοῦ ποδῶν διὰ βαδίσματος, καὶ τῆς θαλάσσης διὰ τῆς ἐπὶ τῶν κυμάτων πεζεύσεως, ἁγιασθῆναι καὶ τὸν ἀέρα διὰ τῆς ἐν σταυρῷ ἀνυψώσεως· δηλοῖ δὲ καὶ τὴν δόξαν, ἣν ἐδοξάσθη διὰ τοῦ σταυροῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Ἐν ᾧ γὰρ C ἔδοξε καταχριθῆναι, ἐν αὐτῷ κατακρίνει τὸν κοσμοκράτορα, κρείττων ὀφθεὶς τῶν παθῶν ὑφ' ὧν ὁ ἄνθρωπος ἐκεκράτητο· τάδ' ἦσαν λύπη καὶ ἡδονή. Ὧν τὴν μὲν ἡδονὴν ἐν τῷ ὄρει νενίκηκε, μήτε τοὺς λίθους ἀρτοποιήσας, μήτε ἐν ταῖς ἄλλαις συμβουλίαις πεισθεὶς τῷ πειράζοντι· λύπης δὲ κρείττων ὤφθη μᾶλλον κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, τοῦ ἀντιπάλου κατ' αὐτοῦ πάντας ἐκπολεμώσαντος. Προδότης ὁ μαθητής, φυγάδες οἱ μαθηταὶ, ἔξαρνος ὁ Πέτρος, μάχαιρα, καὶ ξᾶδες, καὶ φάσγανα, σιαγόνες ῥαπιζόμεναι, πρόσωπον ἐμπτυόμενον, νῶτος πληγαῖς ἐκδιδόμενος, μάρτυρες ψευδεῖς, κριτήριον ἀσεβὲς, ἀπόφασις ἀπηνὴς, στρατιῶται κατατρυφῶντες τῆς σκυθρωποῦ ἀποφάσεως ἐν χλευασμοῖς, καὶ εἰρωνίαις, καὶ ὕβρεσι, ταῖς ἐκ καλάμου πληγαῖς, ἦλοι, καὶ D χολὴ, καὶ ὄξος, καὶ τελευταῖον σταυρός. Τίς οὖν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων ἡ ἄμυνα; « Πάτερ, συγχώρησον αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. » Οὕτω καὶ τὴν λύπην μακροθυμίᾳ νικήσας καταστρατηγεῖ τὸν ἀντίπαλον, τῆς κατ' αὐτοῦ νίκης τὸν τρόπον ὁδοποιήσας ἡμῖν. Τῇ γὰρ τῶν ἡδονῶν ἀποχῇ, καὶ τῇ πρὸς τοὺς λυποῦντας πραότητι, καὶ μακρο-

« Sic exaltari oportet Filium hominis. » Dictum hoc duplicem parit intellectum. Nam tum illam in altum suffixionem significat, quam nostra causa sustinuit; oportebat enim ut, cum esset ab immaculatis ejus pedibus per incessum terra sanctificata, et mare similiter, tum cum super undas ambulavit, consecratum, aer etiam sanctus per exaltationem in cruce redderetur. Tum etiam gloriam indicat, quam secundum humanam naturam per crucem obtinuit. In eo enim ipso, quo damnatus esse videbatur, principem hujus mundi condemnavit; seque omnibus illis affectionibus, quibus subactus fuerat homo, superiorem ostendit, quæ sane fuerant voluptas et dolor: ex quibus voluptatem quidem in monte superarat, cum neque lapides vertisset in panes, nec aliis tentationis suasionibus esset assensus; doloris vero maxime victor spectatus est tempore Passionis, qua tempestate in illum adversarius omnes armavit. Proditor evadit discipulus; cæteri fugitivi; negat Petrus; gladii, faces, ligna et enses urgentur; percussæ colaphis genæ; facies sputis oblita; dorsum plagis objectum, falsi testes, iniquum consilium, sententia immitis; milites immanitate sententiæ gaudentes, ac subsannationibus, irrisionibus, contumeliis ictibusque arundinis se oblectantes; clavi, fel, acetum et ad extremum crux. Quæ vero contra tot facinora ausos ultio? « Pater, ignosce illis; non enim sciunt quid faciunt [49]. » Sic et dolore per longanimitatem victo debellat inimicum, ejusque vincendi viam nobis commonstrat. Nam et voluptatum fuga, et mansue-

[49] Luc. XXIII, 34.

Francisci Scorsi notæ.

(48) *Gregorius Theologus.* Locus Theologi, quem refert Theophanes, legitur orat. 42, quæ est 2 in S. Pascha quem, acute hic noster explicat. Vide sodes etiam Niceæ in eumdem locum commentarium, ubi multis exponit, qua ratione serpens æneus et Christi typus dici possit, et antitypus, ut Theologus censet.

(49) *Sapientissimi Maximi.* De hoc vide dicta ad hom. 1, not. 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tudine erga illos exhibita qui nobis molesti sunt, et longanimitatis Domini imitatores erimus, et ex malo devicto regnum cœlorum præmium referemus, quod assequi nobis contingat gratia super omne lumen (50) evectæ Trinitatis, quam decet omnis gloria in sæcula sæculorum. Amen.

θυμίᾳ, μιμηταὶ τοῦ Δεσπότου γινόμεθα, καὶ τῆς ἐκ τοῦ πονηροῦ νίκης ἔπαθλον κομιζόμεθα τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἐπιτυχεῖν χάριτι τῆς ὑπερφώτου Τριάδος, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA IV.

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

19 *In Exaltationem pretiosæ et vivificæ Crucis* (51).

Video hodierna luce venerandum magni hujusce templi tectum cœlestem ambitum imitari, et sanctissimum hoc pavimentum quasi pratum picturatum multitudine florum, sic varietate congregati populi decoratum; sacrum vero ordinem cleri instar esse rorantis nubis: qui circumsistit ac stipat vivificam crucem, lignum illud vitæ, regium sceptrum, quod dæmones evertit, delevit peccatum, et communis omnium salutis exstitit causa: cujus venerandam exaltationem celebraturi convenimus, evidens profecto symbolum exaltationis hominum, qui per crucem e terris subvehuntur in cœlum. Et cum prima crucis in Golgotha erectio ignominiosa visa fuerit contumeliosis hominibus, ea quæ nunc peragitur exaltatio, quædam est gloriæ futuræ prolusio in qua crux obsequioso angelorum cœtu circumsepta conspicietur. « Tunc enim parebit signum Filii hominis [41], » ut sanctum prædicit Evangelium. Exaltatur itaque crux ministrorum cœlestis gratiæ manibus (51'), ut quadripartito mundo sanctifica-

Εἰς τὴν Ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ.

Ὁρῶ σήμερον τοῦ μεγάλου τοῦδε ναοῦ τὸν σεβάσμιον δρόφον τὴν οὐράνιον μιμούμενον ἄντυγα· ὡς δὲ λειμῶνα πολυανθῆ τὸ ἁγιώτατον δάπεδον, τῇ ποικιλίᾳ ὡραϊζόμενον τῆς τοῦ λαοῦ συνελεύσεως, ὡς δὲ ψεκαζούσας νεφέλας τὸν τοῦ ἱεροῦ κλήρου κατάλογον, καὶ μέσον δορυφοροῦντα τὸν ζωηφόρον σταυρὸν, τὸ τῆς ζωῆς ξύλον, τὸ βασιλικὸν σκῆπτρον, τῶν δαιμόνων τὸν ἀναιρέτην, τῆς ἁμαρτίας τὸν καθαιρέτην, τῆς πάντων σωτηρίας τὸν αἴτιον, οὗ τὴν σεβάσμιον ὕψωτιν πανηγυρίζοντες ἥκομεν, ἥτις δὴ σύμβολόν ἐστιν ἐναργὲς τῆς ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς τῶν ἀνθρώπων διὰ σταυροῦ ἀνελκύσεως· καὶ ἐπειδὴ ἡ πρώτη τοῦ σταυροῦ στάσις ἐν Γολγοθᾷ ἄτιμος ἐδόκει τοῖς ὑβρισταῖς, ἡ νῦν γινόμενη ἀνύψωσις τῆς μελλούσης ἐστὶ δόξης προτύπωσις, καθ' ἣν ὁ σταυρὸς ὁραθήσεται ὑπ' ἀγγέλων δορυφορούμενος. « Τότε γὰρ φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, » ὡς προαναφωνεῖ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον. Τοίνυν ὑψοῦται σταυρὸς χερσὶ τῶν οἰκονόμων τῆς χάριτος, τῷ τετραμερεῖ κόσμῳ διδοὺς τὸν ἁγιασμόν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πάντων τῶν ὄντων ὕπαρξις ἡ ἄνω, ἡ κάτω

[41] Matth. xxiv, 30.

Francisci Scorsi notæ.

(50) *Super omne lumen.* Τῆς ὑπερφώτου Τριάδος, verti *supra omne lumen evectæ Trinitatis:* quibus verbis itidem circumlocutus est Gretserius hoc ἐπίθετον: potuisse eum etiam sic, omnem lumen excedentis, quæ supra omnem lucem est, Trinitatis. Porro vim horum vocabulorum in lingua Græca, quam vix duobus tribusve Latinis assequaris, maxime cum de Deo divinisque personis dicuntur, explicat Damas. lib. I, *De fide orthod.* cap. 8, ubi de sancta Trinitate: Αὐτὴν δὲ μᾶλλον περιέχουσαν τὰ σύμπαντα, καὶ συνέχουσαν, καὶ προέχουσαν ἀχράντως ταῖς ὅλαις οὐσίαις ὑπερβατεύουσαν, καὶ πάντων ἐπέκεινα, καὶ πάσης οὐσίας ἐξῃρημένην καὶ ὑπερούσιον, καὶ ὑπὲρ τὰ ὄνταοὖσαν, ὑπέρθεον, ὑπεράγαθον, ὑπερπλήρη, τὰς ὅλας ἀρχὰς, καὶ τάξεις ἀφορίζουσαν, καὶ πάσης ἀρχῆς, καὶ τάξεως ὑπεριδρυμένην, ὑπερουσίαν, etc. Hoc est ex interpretatione Jacobi Billii: *Imo vero ipsam universa complectentem, et continentem, et præhabentem essentias omnes sine ullius spurcitiei contagione penetrantem, omnibus rebus ulteriorem, atque ab omni essentia, ut quæ essentia omni sublimior sit, exemptam: divinitate, bonitate, plenitudine superiorem, principatus omnes, et ordines assignantem, atque supra principatum omnem, et ordinem positam, altiorem essentiam dicas,* etc. Et cap. 15, ubi *De divinis nominibus,* accuratius etiam hæc nomina distinctius explicat: atque inter alia: Γλυκυτάτη δὲ καὶ ἐξ ἀμφοῖν συνάφεια οἷον ἡ ὑπερούσιος οὐσία, ἡ ὑπέρθεος θεότης, ἡ ὑπεράρχιος ἀρχή. καὶ τὰ τοιαῦτα. Εἰσὶ δέ τινα καταφατικῶν ἐπὶ Θεοῦ λεγόμενα δύναμιν. Ὑπεροχικῆς ἀποφάσεως ἔχοντα, οἷον σκότος, οὐχ ὅτι σκότος ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστι φῶς, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ φῶς. Hoc est eodem interprete: *Ex utrisque porro suavissima quædam conjunctio fit, verbi causa superessentialis essentia, superdivina divinitas, principium omni principio superius, aliaque hujus generis. Sunt etiam quædam, quæ tametsi de Deo affirmative dicantur præcellentis tamen inficiationis vim habent; quo in genere illud est, cum Deum tenebras appellamus, non quod Deus caligo sit, sed quod lux non sit, verum luce omni sublimior.* Hæc Damascenus. Eodem modo S. Dionysius Deum ὑπερτελῆ et προτέλειον superperfectum, et anteperfectum. Et S. Chrysostomus, in orat. de Nativit. Christi, quam laudat Consalvus Ponce in Notis ad epistol. 4 Theophanis Nicæni ὑπερφύαλον Deum vocat, quasi qui effluat, abundet, supernatet, inundet creaturarum omnium excellentias. Ex quibus intelligis quid sit ὑπέρφωτος; τριὰς in Theophane. Porro eodem gustu, ac per eamdem ὑπερβολὴν utuntur hujusmodi superlatis de B. Virgine, cum eam ὑπέραγνον et πανυπέραγνον, ὑπεράμωμον, ὑπερευλογημένην, ὑπεραγίαν. appellant, quibus vocibus resonant libri SS. Patrum Græc. et eximiam quamdam indicant summamque puritatem, et sanctimoniam, et omnem aliam, quæ in puris hominibus atque angelis sit, excedentem. Lege præterea explicationem horum nominum, quæ per excessum Deo tribuuntur, allatam ex D. Thoma, in notis ad homiliam XL.

(51) In ms. addita hæc nota· Ἐρρέθη δὲ ἐν τῷ ἀμβῶνι τῆς ἐπισκοπῆς· *Dicta est in ambone* (hoc est pulpito) *episcopatus.*

(51') *Manibus.* Quanta celebritate Exaltationis S. Crucis festum peragatur a Græcis adnotavimus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νοεῖται, ἢ πρὸς κατὰ τὸ πλάγιον πέρατα· αὕτη γὰρ ἡ τῶν ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων διαίρεσις· διὰ τοῦτο σταυρὸς ἀνυψούμενος ταῖς ἀπὸ τοῦ μέσου τέταρσι προβολαῖς, πᾶσαν τὴν κτίσιν περιλαβὼν τῆς ἰδίας δόξης πληροῖ. Ἀμέλει προειδυῖα ἡ ὑπεράρχιος φύσις τὸ διὰ σταυροῦ μέλλον οἰκονομεῖσθαι μυστήριον ἐν τοῖς ὡρισμένοις καιροῖς, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, τὴν τούτου δύναμιν προεσήμανε τοῖς ὁπωσοῦν δυναμένοις χειραγωγηθῆναι διὰ τῶν φαινομένων πρὸς τὰ νοούμενα.

A tionem impertiat. Quoniam enim omnia quæ subsistunt vel supra sunt, vel infra, vel spectant in transversas plagas : hæc enim est cœlestium, terrestrium, infernorumque partitio : ideo crux dum quatuor a medio (52) deductis oris exaltatur, rem creatam complexa universam, sua illam gloria complet. Sane natura illa, quæ ante omne principium (53) exstitit mysterium providens illud, quod per crucem præstituto tempore exsequendum erat, multifariam multisque modis, ut Apostoli verbis utar [52], vim ejus potentiamque præsignavit, iis qui quoquo modo per ea quæ videntur, manuduci possunt ad ea, quæ intelliguntur.

Τοιγαροῦν ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει φυτεύσας παράδεισον κατ' ἀνατολὰς ὁ Θεὸς, ὡς διδάσκει τὰ λόγια, τὸ ξύλον τῆς ζωῆς εἰς τὸ τῆς Ἐδὲμ φυτεύσει μεσαίτατον, οἱονεὶ προαναφωνῶν πᾶσιν ἄνωθεν, B ὡς ἐν μέσῳ τῆς γῆς φυτευθήσεται ὁ ζωηφόρος σταυρὸς, τὸν τῆς ζωῆς παροχέα ἐν ἑαυτῷ φέρων ἐκκρεμαννύμενον. Καὶ τί βουλόμενος Μωυσῆς, οὐ φυτὸν, ἢ δένδρον ὠνόμασεν τοῦτο, ἀλλὰ ξύλον ζωῆς; ξύλον γὰρ μετὰ τὴν τομὴν εἴωθε λέγεσθαι· ἀλλὰ διὰ

Quapropter, cum Deus in mundi incunabulis paradisum plantasset ad orientem solem, ut sacris docemur Eloquiis, lignum vitæ (54) in Eden medio locavit, quasi omnibus jam inde prænuntians, fore aliquando **20** ut vitalis crux in terræ medio plantaretur, suspensum in se ferens vitæ Datorem. Et quid aliud spectavit Moyses cum illud nec arborem, nec plantam, sed lignum vitæ nominavit? lignum quippe (55) postquam est e stirpe desectum,

[52] Hebr. I, 1 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

præcedente not. 43. Et plura legi possunt apud Grets. lib. I, cap. 65, ubi et hæc luculenter, et alia totis tribus libris adversus hæreticos recentiores inimicos crucis Christi. Hic de cæremonia ipsius exaltandæ Crucis, quæ pontificis, seu primarii sacerdotis manibus attollebatur, ut clarius hic Theophanis locus intelligatur, aliqua addenda. Hunc ritum describit Collinus Curopalates, *De Offic. Eccles. et aulæ Constantinop.* cap. 14 : Ἐν τῇ τῆς ὑψώσεως τοῦ σταυροῦ ἑορτῇ γίνεται διὰ ξύλων ἀναβάθρα ἐν τῇ τρικλίνῳ, ἣν καὶ ἐνδύνουσι βλατίῳ κοκκίνῳ. Ὁ πατριάρχης οὖν ἐλθὼν ἐπ' αὐτῆς, εἰ ἄρα εὑρίσκεται, ἢ τις τῶν πατριαρχῶν ἐὰν ἐνδημῶν ᾖ, τὴν τοῦ σταυροῦ ποιεῖ ὕψωσιν. Ἐὰν δὲ τούτων οὐδεὶς εὑρίσκηται, ὁ πρωτοπαπᾶς. Quæ Grets. noster interpretatur : *In Festo Exaltationis S. Crucis erigitur in Triclinio ligneum tabulatum, quod etiam ornant panno coccineo, in quo patriarcha ascendens, si præsens sit, vel alius ex patriarchis, si tunc Constantinopoli versetur, Crucis exaltationem peragit. Si nullus horum adsit, tunc facit hoc protopapa.* Sed uberius et apertius Andreas Cretensis archiepisc. in orat. quam hoc ipso festo die de exaltata Cruce ad populum habuit, quam leges apud Sur. 5 Septembr. 14, hunc ritum explanat. his verbis : *Cum necesse esset illud occultum et vivificum lignum in apertum prolatum, et in sublime sublatum tanquam civitatem aliquam super montem positam, aut lucernam super candelabrum toti mundo ostendi : ea de causa cum primi primitus Christiani prima regni sceptra susceppissent* (de Helena imperatrice, et Constantino ejus filio loquitur), *cum triumpho totius simul Ecclesiæ veluti ex excelsa quadam specula jusserunt eam in altum attolli, et ostendi toti cœtui. Et hoc est quod nunc faciunt, qui clavum suscepere pontificium. In excelsum ecclesiæ locum conscendentes, et hanc gloriosissimam, et vel maxime admirandam Crucem in altum attollentes, et sæpe sublime extendentes ostendunt populis propemodum clamantes : « Ecce inventus est, qui fuerat absconsus, salutis thesaurus. »*

(52) *Quatuor a medio.* S. Damascenus lib. IV *De fide*, cap. 13, hoc ipsum aliis verbis innuit, ut alter ex altero possit illustrari : Δύναμις δὲ Θεοῦ ἐστιν ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ, ἢ ὅτι τὸ δυνατὸν τοῦ Θεοῦ, ἤτοι ἡ κατὰ τοῦ θανάτου νίκη δι' αὐτοῦ ἡμῖν πεφανέρωται, ἢ ὅτι ὥσπερ τὰ τέσσαρα ἄκρα τοῦ σταυροῦ διὰ τοῦ μέσου κέντρου κρατοῦνται καὶ συσφίγγονται, οὕτως διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως τότε ὕψος, καὶ τὸ βάθος, μῆκός τε καὶ πλάτος, ἤτοι πᾶσα ὁρατή τε καὶ ἀόρατος κτίσις συνέχεται· *Dei autem virtus verbum crucis est; vel quia vis Dei, ac potentia, hoc est palma adversus mortem, per eam nobis declarata est : vel quia quemadmodum quatuor extremæ crucis partes per medium centrum inter se cohærent et constringuntur, ita per Dei potentiam sublimitas, ac profunditas, et longitudo, ac latitudo, hoc est omnis tam visibilis, quam invisibilis creatura continetur.*

(53) *Supra omne principium.* Vide de hac voce ὑπεράρχιος not. 50 ad hom. III.

(54) *Lignum vitæ.* Multa, et multiplicia sanctæ crucis symbola, et oracula ex historiis, et prophetis sanctis in hanc orationem a Theophane collata, et enucleata agnoscunt etiam alii SS. Patres qua Græci, qua Latini. Volui singula uno ad summum duobus illustrare aliorum Patrum dictis : tum ut consensus eorum in explicandis Veteris Instrumenti mysteriis appareret ; tum ne minutior hæc nostri scriptoris diligentia, quam par esset, cuipiam fastidiosa videretur. Aliorum Patrum, qui in idem conspirant, satis erit citare loca. Possit etiam lector consulere Jacobi Gretserii tom. I *De cruce*, lib. I, a cap. 43 usque ad 47. Igitur de ligno Paradisi, ut figura crucis loquitur Damasc. lib. IV *De fide*, c. 12 : Τοῦτον τὸν τίμιον σταυρὸν προετύπωσε τὸ ξύλον τῆς ζωῆς τὸ ἐν τῷ Παραδείσῳ ὑπὸ Θεοῦ πεφυτευμένον. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ ξύλου ὁ θάνατος, ἔδει διὰ ξύλου δωρηθῆναι τὴν ζωὴν, καὶ τὴν ἀνάστασιν. *Enimvero lignum illud vitæ, quod a Deo in Paradiso consitum est, præclaræ crucis figuram gessit. Quoniam enim per lignum mors evenit, par erat ut per lignum vita, et resurrectio donaretur.* Quam figuram indicat etiam Ecclesia Rom. cum de sancta Cruce canit : *Hæc est arbor dignissima in Paradisi medio situata, in qua salutis auctor propria morte mortem omnium superavit.*

(55) *Lignum quippe.* Hic locus corrupte legitur in eo exemplari, ex quo Jacobus Gretserus hanc homiliam vertit, et Græce Latineque publicavit, tom. II *De cruce*, quod et ipse in notis suis, itemque

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

(56) dici consuevit. Ita profecto per ligni vocabulum nos adducit, ut id quod erat futurum intelligamus. Postquam vero primus parens prolapsus est, et prævalere tyrannus, et universum genus humanum ruere in malum cœpit, cumque Deus vellet peccatum aquarum eluvione delere, Noe cum tota familia (57) sua, quæ spes erat reliqua humanæ naturæ, per lignum servatus est; id quod erat figura futurarum rerum (58). Aqua enim baptisma peccatum diluens figurabat; arca vero crucis lignum, per quod salutem obtinemus omnes, qui credimus. Columba vero, per oleæ quem gerebat ramum, conquievisse jam iracundiam indicans, quod spiritualiter usuvenit, itidem significavit. Magnus vero Abraham horrendum illud jussus offerre sacrificium, et Isaac unigenam, et dilectum filium holocaustum facere, clara prophetiæ luce prospiciens per Isaac sui victimam Jesum adumbrari immolandum, jussit eum ipsum, qui mactandus erat, holocausti sibi ligna portare. Quod sane fecit admodum congruenter. Nam etiam Jesus, cum nostra causa ad sacrificium duceretur, « bajulans sibi crucem exivit [53]. » Ita etiam mactatur aries, Isaac liberatur, et tertia post die matri redditur Sarræ. Qua historia dilucide ostenditur Domini nostri carnem velut ovem ductam ad occisionem, ut vaticinatus est Isaias [54], et immolatam, divinitatem vero vacuam passione; et post tres dies redivivum Dominum Virgini Matri fuisse manifestatum. Sanctus vero Jacob patria domo profectus, cum Labano servitutem servisset, nec mercedem tamen ab eo recepisset, hoc adversus eum consilium comminiscitur. Trium generum virgas alternis partibus corticis spoliatas propter canalem apposuit, in quo bibere pecora consueverant. Atque exinde Laban ille multitudinis deorum cultor pauper est factus, Jacob vero locuples, et multi pecoris dives. Etenim post crucis tripartitæ (59)

τῆς τοῦ ξύλου φωνῆς τὸ μέλλον πείθει νοεῖν. Τοῦ δὲ προπάτορος ὀλισθήσαντος, καὶ τοῦ τυράννου ὑπερισχύσαντος, καὶ παντὸς τοῦ γένους πρὸς τὴν κακίαν ὁρμήσαντος, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἁμαρτίαν διὰ τοῦ ὕδατος κατακλύσαντος, τὸ περιλειφθὲν τῆς φύσεως λείψανον Νῶε συμπανοικὶ διὰ ξύλου τυπικῶς διασώζεται· τὸ μὲν οὖν ὕδωρ τύπος ἦν τοῦ κατακλύσαντος τὴν ἁμαρτίαν βαπτίσματος. Ἡ δὲ κιβωτὸς τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ, δι' οὗ σεσώσμεθα οἱ πιστεύσαντες. Ἡ δὲ διὰ τοῦ τῆς ἐλαίας κάρφους μηνύσασα περιστερὰ τῆς ὀργῆς τὴν κατάπαυσιν, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος προέφαινεν. Ἀβραὰμ δὲ ὁ μέγας τὴν φρικτὴν ἐκείνην θυσίαν ἀνενεγκεῖν κελευσθείς, καὶ ὁλοκαυτῶσαι τὸν Ἰσαάκ, τὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ, τὸν ἀγαπητὸν προφητικώτατα προεῖδων, ὡς τύπος ἦν ἡ θυσία Ἰσαὰκ τῆς σφαγῆς Ἰησοῦ, τὰ τῆς ὁλοκαρπώσεως ξύλα βαστάζειν προτρέπει τὸν τυθησόμενον, λίαν ἀκολούθως τοῦτο ποιῶν. Καὶ Ἰησοῦς γὰρ εἰς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν ἀγόμενος, ἐξῆλθε βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Ταύτῃ τοι καὶ θύεται μὲν ὁ κριὸς, ῥύεται δὲ Ἰσαάκ, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας Σάῤῥᾳ τῇ μητρὶ ἀποδίδοται· προφανῶς δεικνυούσης τῆς ἱστορίας, ὡς ἡ μὲν τοῦ Κυρίου σὰρξ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἦχθη, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, καὶ τέθυται· ἡ δὲ θεότης ἔξω τοῦ πάθους ἐγένετο· καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῇ Μητρὶ Παρθένῳ ἀναστὰς πεφανέρωται. Ἰακὼβ δὲ ὁ ἱερὸς τῆς πατρικῆς ἑστίας κεχωρηκὼς, καὶ τῷ Λάβᾳ δεδουλευκὼς, καὶ μισθὸν οὐ κεκομικὼς, οὕτω τῷ Λάβᾳ σοφίζεται· ἐκλεπιδώσας σποράδην τρεῖς ὄρπηκας τῇ δεξαμενῇ ἐναπέθετο, ἐν ᾗ πίνειν εἰώθει τὰ θρέμματα. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν, ὁ μὲν πολύθεος Λάβας πένης ἐγένετο, Ἰακὼβ δὲ πλούσιος καὶ πολύαρνος. Μετὰ γὰρ τὸν τριημερῆ σταυρὸν καὶ τὸ βάπτισμα, πᾶσαν ἦρε Χριστὸς τὴν ἀγέλην τοῦ Σατανᾶ μίαν αὐλὴν ποιησάμενος. Ἀλλὰ καὶ εἰς Χαῤῥὰν ἐλθόντι τῷ Ἰακὼβ, καὶ μετὰ τὰς ἡλίου δυσμὰς λίθῳ τὴν κεφαλὴν προσερείσαντι, καὶ ὑπνώσαντι, κλί-

[53] Joan. XIX, 17. [54] Isa. LIII, 7.

Francisci Scorsi notæ.

Marquetium advertisse monuit. Legitur enim ibi: Ξύλον τὸν νοῦν, nulla sententia. Nec video quid valeat emendatio Margunii sic reddentis: Ξύλον Τωβὶτ. Gretserus omnino εὐστόχως hoc modo eum castigavit: Ξύλον δὲ μετὰ τὴν τομὴν ὀνομάζεται. Quæ lectio et cum auctoris mente, et pene cum verbis ipsis consonat. Germana quippe auctoris hæc sunt ex meo codice emendato: Ξύλον γὰρ μετὰ τὴν τομὴν εἴωθε λέγειν. Cæterum non modo pauculis his vocibus, sed etiam parte non exigua homiliæ mancum illud exemplar habuit Gretserus, apud quem sequuntur hæc, εἶδε κλίμακα. Quæ verba caput aliquod certe sententiæ desiderant. Præterea tres aliæ figuræ crucis ante hanc ex scalis Jacobi desumptam recisæ sunt: ut arca Noemi, holocausti Isaaci ligna, virga Jacobi decorticata, quæ omnes restitutæ in hac nostra editione leguntur.

(οὕτω γὰρ ἄνωθεν οἱ Πατέρες ἐπενοήσαντο, ὡς ἐκφωνεῖσθαι μὲν τὸ κατὰ Ἰωάννην ἀπ' αὐτῆς τῆς λαμπρᾶς ἀναστάσεως, μέχρι τῆς ἑορτῆς, καθ' ἣν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἑορτάζεται κάθοδος· ὁδὲ θεῖος Ματθαῖος ξυνέγραψεν ἐκεῖθεν ἀρξάμενον τῷ τέλει τοῦ ἐνιαυτοῦ συγκαταλήγειν· τὸ δ' ἐντεῦθεν μυσταγωγεῖσθαι τὴν Ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ μεγάλου Λουκᾶ, μεθέντος τῶν νηστειῶν τοῦ καιροῦ Μάρκῳ τῷ θεοκήρυκι), φέρε ζητήσωμεν, τί ἐστιν Εὐαγγέλιον, καὶ τίσιν ἀναλογοῦσι τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια, καὶ διατί εἰσι τέσσαρα. Ἔστιν οὖν Εὐαγγέλιον τοῦ ἐξ ἀναστάσεως βίου προδιατύπωσις δι' ἐναρέτου πολιτείας πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν καταρτίζον ἡμᾶς. Εἴπωμεν δὲ καὶ τίσιν ἀναλογοῦσιν, ἑπόμενοι τῷ λόγῳ Μαξίμου τοῦ τὰ θεῖα σοφοῦ.

Ἐπειδὴ πρὸς ἀνθρώπους δέδοται ἡ τῶν Εὐαγγελίων ἁγία τύπωσις, μικρὸς δὲ κόσμος ὁ ἄνθρωπος

A tres jam ab initio censuerunt, ut Joannis quidem Evangelium legeretur ab ipso reviviscentis Christi claro die, usque ad eum quo descensus sancti Spiritus celebratur; et exinde inchoata quæ scripsit D. Matthæus, una cum anni fine terminarentur; deinceps vero a magno Luca de magnis mysteriis institueretur Ecclesia, divino præconi Marco jejuniorum tempore relicto), age jam quæramus quid sit Evangelium, et quibus rebus quadam proportione respondeant quatuor Evangelia, et quare sint quatuor (87). Est igitur Evangelium prævia immortalis vitæ informatio, ad eam nos virtutum exercitatione componens. Dicamus nunc jam quibus cum rebus proportionem habeant, Maximi divinarum rerum consultissimi (88) viri doctrinam sequentes.

B Quoniam hominibus tradita est sancta Evangelii forma, parvum vero mundum (89) hominem

Francisci Scorsi notæ.

(87) *Quare sint quatuor.* In quaternario evangelistarum numero mysticam inesse aliquam rationem consentiunt multi ex Patribus, quorum alii aliam excogitarunt, alii aliam. Illi figuram Testamenti Veteris accommodarunt; nam et paradisi fluminibus, et quatuor annulis, quibus arca Domini gestabatur, ut Hieronymus in Prologo in Marcum scribit; et quatuor animalibus Ezechielis I et Apocalyps. IV præsignatum illum credunt. Præclare idem S. Hieronym. Prologo in Matthæum: *Isti igitur quatuor evangelistæ universo terrarum orbe notissimi, et ob hoc fortasse quatuor, quoniam quatuor sunt partes orbis terræ per cujus universitatem Christi Ecclesiam dilatatur, quod ipso sui numeri sacramento quodammodo declararunt, hoc ordine scripsisse perhibentur.* Vide Maldonatum nostrum in Præfat. illustrium Commentariorum in Evang. cui hæc sancti Hieronymi ratio mystica maxime probatur. Sed falli alia. Noster Theophanes in quatuor elementis sensibilis mundi cum virtutibus quatuor principalibus comparandis, quæ in hominis parvo mundo elementorum quamdam rationem habent, adeoque in quatuor ipsis Evangeliis, ut quæ ad hominem conformandum instituta sint, cum singulis elementis ac virtutibus conferendis pie admodum subtiliterque philosophatur. Perpende ipsum auctorem.

(88) *Maximi divinarum rerum consultissimi.* De S. Maximo, quo auctore sæpius utitur Theophanes, vide adnotata hom. I, not. 9. Hæc autem mystica cum elementis quatuor virtutum analogia traditur a S. Maximo cent. V Œconom., cap. 95. Cujus verba quanquam longiuscula, quia tamen non omnibus est in manibus tomus V *Biblioth. SS. Patrum*, ubi ea exstant, et quia ipse auctor eam proportionem pluribus quandoque declarat, quam Theophanes, qui brevioribus, eoque obscurioribus, ad ipsum illustrandum huc transferre ad rem pertinere visum est. Atque utinam Græca ipsa S. Maximi haberem; liquidius ea ab ipso fonte peterentur. Proferam igitur prout edita sunt tom. illo V ex interpretatione Joannis Pici (*a*). Ὅπερ ἐστὶν ὁ αἰθήρ, ἤγουν τὸ πύριον στοιχεῖον, ἐν τῷ κατ' αἴσθησιν κόσμῳ, τοῦτο ἐν τῷ κόσμῳ τῆς διανοίας ἐστὶν ἡ φρόνησις, ὡς ἕξις φωτιστική, καὶ τῶν ἐφ' ἑκάστου τῶν ὄντων ἰδίως πνευματικῶν λόγων ὑποδεκτική [*edit.* ἀποδεκτική], τὴν ἐν ὅλοις ἁπλανῶς αἰτίαν δι' αὐτῶν ἐκφαίνουσα, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ θεῖον ἐφέσεως ἑλκτική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ἐστὶν ὁ ἀήρ, τοῦτο ἐν τῷ κατὰ διάνοιαν κόσμῳ ἐστὶν ἡ ἀνδρεία, ὡς ἕξις κινητικὴ καὶ τῆς ἐμφύτου κατὰ πνεῦμα ζωῆς συνεκτική

C *Quod in mundo sensibus objecto æther est (igneum scilicet elementum), id in animi mundo est prudentia; tanquam scilicet habitus illustrans, ac qui spiritales in singulis proprie exsistentes capiat rationes, per eas certo in universis Auctorem ac causam ostendens, animique in Deum desiderium pelliciens: quodque in mundo sensibus objecto est aer, hoc in animi mundo est fortitudo, tanquam scilicet habitus movens, innatamque spiritus vitam continens pariter ac efficiens, jugemque circa Deum motus animi agitationem vigore contendens: quodque in mundo eodem sensibus objecto est aqua, id in animi mundo est temperantia; habitus scilicet vitalis in spiritu fecunditatis parens, jugique erga Deum per cupiditatem scaturigine, amoris illecebras gignens: quod denique in mundo item sensibus objecto est terra, id in animi mundo est justitia; nempe habitus omnium in rebus rationum secundum speciem parens, æquamque in spiritu singulis vitalem distributionem impartiens,*

D *nec non sui in eo quod honestum est fundati situs firmitas ac immobilis sedes exsistens.* Hactenus S. Maximus, cujus vestigiis insistens Theophanes hæc ipsa elementa realia, inquam, ut philosophico utar vocabulo, et analogica, quatuor Evangeliorum rationibus aptat. Et sane quæ de virtutibus utique Pater Maximus et Theophanes dicunt, brevibus etiam Adnotationibus a nobis erunt explicanda, ut una opera duo auctores lucem accipiant.

(89) *Parvum vero mundum.* Eodem modo loquitur sanctus Gregorius Nyssenus *De anima et resurrect.*: Λέγεται παρὰ τῶν σοφῶν μικρός τις εἶναι κόσμος ὁ ἄνθρωπος ταῦτα περιέχων ἐν αὐτῷ τὰ στοιχεῖα οἷς τὸ πᾶν συμπεπλήρωται· *Dicitur a sapientibus homo parvus quidam esse mundus, qui in sese hæc elementa contineat, ex quibus rerum universitas constat, atque completa est.* Sed res est pro trita. Illud fortasse non item quod D. Cyprianus in ipso nomine protoplasti Ἀδὰμ descriptum esse mundum autumat,

(*a*) Græca præmittimus ex editione nostra, cum interpretatione Fr. Combefisii. EDIT. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

esse in externa, nostraque philosophia in confesso est, utpote qui eadem, quæ mundus uterque, tum qui sub sensum, tum qui sub intelligentiam cadit, complectatur; congruenter Evangelia numerum quaternarium non excessere. Quatuor siquidem elementa sunt, quæ sensibus objectum hunc integrant mundum; quatuor itidem virtutum genera, quæ partem nostri intelligentia præditam ornant. Et quod est æther in hoc sensili mundo, hoc in mentis mundo prudentia; habitus illuminandi (90) vim habens, et suggerendi, quæ sint in singulis negotiis spirituales agendi rationes. Cum æthere igitur et prudentia mysticam quamdam habet proportionem sacrum Joannis Evangelium, ut quod omnium altissimum, et in arcanam Divinitatis fidem et cognitionem planius quam cæteri introducat. Aeris vero loco fortitudo est, utpote habitus impellendi vim habens (91), et insitam nobis (92) a spiritu vitam conservans. Aeris igitur, et fortitudinis similitudinem habet **28** Evangelium Lucæ, quippe quod rotundius, ac pluribus sit exornatum

A παρά τε τῶν θύραθεν, καὶ τῶν παρ' ἡμῶν ὡμολόγηται, ὡς ἔχων τάτε τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, καὶ τοῦ νοητοῦ, ἀκολούθως τὰ Εὐαγγέλια οὐχ ὑπερβέβηκε τὸν τέταρτον ἀριθμόν. Τέσσαρα μένουσι τὰ στοιχεῖα τὰ συμπληροῦντα τόνδε κόσμον τὸν αἰσθητόν· τέσσαρες δὲ αἱ γενικαὶ ἀρεταὶ αἱ κοσμοῦσαι τὸ ἐν ἡμῖν νοερόν. Καὶ ὅπερ ὁ αἰθὴρ ἐν τῷ κόσμῳ τῷ αἰσθητῷ, τοῦτο ἐν τῷ κόσμῳ τῆς διανοίας ἡ φρόνησις, ἕξις φωτιστικὴ, καὶ ἡ τῶν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ὄντων πνευματικῶν λόγων ὑποδεικτική· αἰθέρος οὖν, καὶ φρονήσεως μυστικὸν λόγον ἐπέχει τὸ κατὰ Ἰωάννην ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ὡς πάντων ἀνώτατον, καὶ ἁπλῶς μυστικῶς τὴν περὶ Θεοῦ πίστιν εἰσάγον, καὶ ἔννοιαν. Καὶ ὅπερ ὁ ἀὴρ, τοῦτο ἀνδρεία, ὡς ἕξις κινητικὴ, καὶ τῆς ἐμφύτου κατὰ πνεῦμα ζωῆς συνεκτική. Ἀέρος οὖν, καὶ ἀνδρείας τὸ κατὰ Λουκᾶν, ὡς περιοδικώτερον, καὶ πλείοσιν ἱστορίαις κοσμούμενον. Καὶ ὅπερ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τὸ ὕδωρ, τοῦτο ἐν ἀρεταῖς ἡ σωφροσύνη, ἕξις τῆς ἐν πνεύματι γονιμότητος ποιητική. Ὕδατος δὲ καὶ σωφροσύνης λόγον ἐπέχει τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον, ὡς ἀπὸ

B

C

D

Francisci Scorsi notæ.

nimirum ejus quatuor characteribus quatuor orbis signari partes, per primum τὸ α' orientem ἀνατολὴν, per τὸ δ' occidentem δύσιν, per secundum α' aquilonem ἄρκτον, per postremum μ' meridiem μεσημβρίαν. Addam et illud Gregorii Nazianz. qui nomina inter hominem, mundumque sapienter permutat, et illum magnum, hunc parvum mundum appellandum existimat orat. *De Nativit.* Οἷόν τινα κόσμον δεύτερον ἐν μικρῷ μέγαν ἐπὶ τῆς γῆς ἵστησιν ἄνθρωπον ὁ Θεός. Hoc est: *Quasi alterum mundum in parvo magnum constituit hominem, in terra Deus.*

(90) *Habitus illuminandi.* Aristot. VI *Ethic.* ad Nicomach. libro, prudentiam *oculum animi* appellat, eamque definit: *Habitum cum vera ratione activum circa ea quæ homini bona sunt.* Quæ definitio satis congruit cum iis quæ de prudentia S. Maximus, et Theophanes hic habet, solum mutata materia, circa quam versetur. Aristoteles enim agit de prudentia, quatenus est virtus humana, et circa honestum bonum in communi, quod naturaliter assequi homo possit, contineatur; at vero SS. Patres de prudentia potius infusa, quæ hominem dirigit ad finem supra naturam posi.um obtinendum; unde Πνευματικῶν λόγων ἐπιδεικτικήν appellant, *Spiritualium rationum doctricem.* Cum autem prudentia habitus sit ex sua natura practicus, Græca hæc Theophanis, quæ eadem censeo esse S. Maximi, a quo ille sumit (nam et in versione Latina ascriptum est λόγους ubi interpretes vertit sermones) hæc, inquam, Græca Τῶν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ὄντων πνευματικῶν λόγων, sic reddidi: *Quæ sint in singulis negotiis spirituales agendi rationes.* Qua interpretatione planius mihi sum visus explicare mentem auctorum, quam si cum Joanne Pico vertissem: *Spirituales complectens sermones, qui singulis in creaturis peculiariter insunt.* Quid est prudentiam complecti sermones? nonne melius dixeris rationes (λόγος enim et *sermo* est, et *ratio*), sed ratio hic convenit magis, et quidem agendi? Quid est quæ in singulis creaturis insunt? Nonne rectius et clarius in singulis rebus, seu negotiis, quæ agendi subjectum sunt? Jam vero quia prudentiæ actus non cognoscendi solum vim habet, sed etiam dirigendi practice, et cum efficacitate movendi appetitus ad agendum, ut Aristot. *Ethic.* VI, et S. Thomas, omnesque theologi docent, recte S. Maximus addidit: *Et animæ desiderium erga numen divinum alliciendi vim habet;* quæ tamen verba Theophanes præcidit.

(91) *Impellendi vim habens.* Fortitudinem docet Aristot. lib. III *Ethic.* esse περὶ φόβους καὶ θάῤῥη. Unde ejus officium non solum cernitur in moderando timore, ne retardet ab eo quod ratio honestum esse in periculis, præsertim belli præscribit, sed in audacia quoque excitanda, qua impellitur animus ad præclara, viriliaque in aggrediendis hostibus faciunda facinora. Ἀνδρίζονται, inquit idem, ἐν οἷς ἐστιν ἀλκὴ, καὶ καλὸν τὸ ἀποθανεῖν. *Fortes in iis viriliter se gerunt, in quibus vires spectantur, aut præclarum est mori.* Et infra κατ' ἀξίαν, καὶ ὡς ἂν ὁ πάσχει, καὶ πράττει ὁ ἀνδρεῖος. Atque hinc Peripatetici, ut scribit M. Tullius in *Tusc. quæst.* cotem fortitudinis iracundiam esse dicebant, ut quæ illam acuat adversus hostes. Idemque Homerus sæpe σθένος ἔμβαλε θυμός· *Vires incitat ira.* Unde intelligitur quam commode dictum ab his Patribus fortitudinem esse ἕξιν κινητικήν, habitum movendi vim habentem: et ob id cum aere, cujus est in impellendo vis maxima, comparetur.

(92) *Et insitam nobis.* Desunt hæc verba in cod. P. Καὶ τῆς ἐμφύτου κατὰ πνεῦμα ζωῆς συνεκτική, quæ restitui ex alio codice; et sane ea sunt in S. Maximi doctrina. Sed quid sibi volunt hac similitudine SS. Patres? Hoc opinor, quemadmodum aer vitalis est animali, quod sine illius reciprocatione; qua depellitur calidus, trahitur frigidus ad refrigerandum cor, vitam retinere non posset: ita sane cum imbecilla natura hominis plerumque in operatione virtutum, ac vita, quæ secundum Deum vivitur, flaccescat, atque deficiat, nisi fortitudo succurrat, quæ excitet animum, nec sinat eum angi, ac veluti spiritum præfocari in curriculo obeundo virtutum, vita spiritus durari non potest. Id magis explanavit S. Maximus his verbis, Perpetuumque animæ motum circa numen divinum vehementer intendit, quæ Theophanes brevitati consulens prætermittit. Faciunt maxime ad hanc explicationem firmandam verba S. Antonii abbatis ad suos, quæ refert in ejus Vita S. Hieronymus: *Sed vos, o viscera mea, admoneo, ne tanti temporis laborem repente perdatis: hodie vos religiosum studium arripuisse arbitremini: et quasi ceptæ voluntatis fortitudo succrescat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, καὶ τῆς κηρυττομένης ἀπ' αὐτοῦ μετανοίας ἀρχόμενον, καθ' ἣν ἡ σωφροσύνη συνέστηκε. Καὶ ὅπερ ἡ γῆ, τοῦτο ἡ δικαιοσύνη, ἕξις τῆς ἐν τῷ καλῷ βάσεως ἀμετακίνητος, καὶ ἀμετάθετος ἵδρυσις. Γῆς οὖν καὶ δικαιοσύνης τὸ κατὰ Ματθαῖον, ὡς φυσικώτερον τὸν λόγον ποιούμενον. Τούτων οὕτω σαφηνισθέντων ἡμῖν, ἄγε δὴ καὶ τῶν ἀναγνωσθέντων λόγων ἁψώμεθα.

A historiis. Quam porro in sensilibus aqua, hanc inter virtutes vim obtinet temperantia, habitus spiritualem fecunditatem (93) efficiens. Habet igitur cum aqua et temperantia quamdam affinitatem Evangelium Marci, ut quod a Joannis baptismate et a pœnitentia per ipsum prædicata sumat exordium, secundum quam constituitur temperantia. Quod vero terra, hoc est justitia, habitus, qui stabilitatis in bono firmum et immobile est fundamentum (94). Terræ igitur et justitiæ Matthæi congruit Evangelium, cum scilicet sermonem habeat naturæ magis accommodatum. His igitur a nobis sic expositis, age jam ipsa Evangelii [63], quæ lecta sunt, verba explicare aggrediamur.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, « Ἑστὼς ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν λίμνην Γενησαρὲτ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην. » Ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἤρξατο συναγείρειν τοὺς μαθητάς· ἐκεῖθεν γὰρ ἄγεται Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Φίλιππον, καὶ τοὺς Ζεβεδαίου υἱούς. Τάχα μὲν τὴν θρεψαμένην τιμῶν, τάχα δὲ καὶ σημεῖον τοῦτο τιθείς, ὡς ἐκ τῆς ἀστάτου ταύτης ζωῆς, καὶ κατακυλιστῆς τῶν πραγμάτων φθορᾶς τοὺς ἀποστόλους συνέλεξεν. Γαλιλαία γὰρ *κατακυλιστὴ* ἑρμηνεύεται. Καὶ μὴν καὶ τὸ ἐν τῇ λίμνῃ τούτους ἰδεῖν, κἀκεῖθεν ζωγρῆσαι αὐτοὺς, εἰς ταύτην φέρει τὴν ἔννοιαν, τὴν ῥέουσαν τοῦ βίου, καὶ ταραχώδη ζάλην τοῦ λόγου σημαίνοντος. Ὁρᾷ οὖν δύο πλοιάρια παρὰ τὴν λίμνην ἑστῶτα. Οἱ γὰρ ἑκατέρων τῶν πλοίων προϊστάμενοι ἁλιεῖς δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κο-

In illo tempore, « Stans Jesus secus stagnum Genesaret vidit duas naves stantes secus stagnum. » A Galilæa congregare discipulos cœpit: inde enim Petrus, et Andreas, et Philippus, et Zebedæi filii ducuntur. Forsan, ut altricem suam terram eo honestaret honore; fortassis etiam, ut hoc facto indicaret ab instabili hac vita, et volubilium rerum interitu a se collectos fuisse discipulos. Galilæa enim *volubilis* (95) exponitur. In hanc etiam sententiam recidit, quod eos viderit in stagno piscantes, et inde eos abduxerit: fluxam scilicet, et perturbationibus agitatam vitam significante sermone. Vidit igitur duas propter stagnum naviculas stantes. Qui enim utrique præerant piscatores, ubi nihil per totam noctem impenso labore fuerant ex-

[63] Luc. v, seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(93) *Spiritualem fecunditatem.* Quid hæc fecunditas temperantiæ, et cur eo nomine cum aquæ elemento analogiam habere dicatur, non est ita manifestum, ut duarum superiorum virtutum ratio. Utrumque igitur expediendum; ac primum de aqua certam ponit S. Maximus eam habere fecunditatem, et gignendi vim. Quod ex ea opinione dictum, in qua, ut Pererius refert lib. I in *Gen.*, omnes ferme Patres theologique consentiunt, ex aqua in mundi primordio non solum pisces, sed etiam aves fuisse productos. Eam innuit S. Hieronymus epist. 88: *Primum de aquis quod virit egreditur, et pennatos fideles de terra ad cœlum levat.* Et S. Ambrosius auctor hymni qui in Ecclesia canitur in Vesperis feria v:

Magnæ Deus potentiæ,
Qui ex aquis ortum genus
Partim remittis gurgiti,
Partim levas in aera:
Demersa lymphis imprimens,
Subvecta cœlis irrogans,
Ut stirpe ab una prodita
Diversa rapiant loca.

Eumdem S. Damascen. lib. II *De fide*, cap. 9, sententiam docet, eamque S. Basilii auctoritate confirmat. Verba omitto, ne longior sim. Plures auctores laudatos apud ipsum Pererium leges, qui etiam refert Eugubinum in Cosmopœia censere non solum pisces et aves, sed etiam aerem ex aqua fuisse productum. Ex philosophis Græcis Thales Milesius aquæ rerum omnium principium tribuit; ex qua opinione etiam veteres poetæ Oceanum rerum parentem vocarunt. Catullus:

Oceanusque pater rerum, qui amplectitur orbem.

Et Hom. Ποταμοῖο ῥέεθρα Ὠκεανοῦ, ὥσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται· *Oceani, qui omnium genitor est.* Quod ea ratione tam universe de aqua prolatum, quod generationi et plantarum, et animalium humidum maximam vim et partem habeat. Hoc igitur posito, illud restat qua ratione temperantia spiritualem fecunditatem habere dicatur, eam non aliunde quam ex mystica theologia petendam censeo. Quandoquidem enim temperantia in moderanda voluptatum earum quæ sensibus percipiuntur, concupiscentia, occupatur, quo plus animus sibi ab hujusmodi delectationibus temperarit et abstinuerit, eo magis idoneus efficitur ad virtutum progignendas actiones, et fructus vitæ spiritualis: *Generatio rectorum benedicetur*, inquit psal. CXI, qui versiculus de prole bonorum operum, quam abunde justi producunt, utpote quibus Dominus benedixerit, explicatur ab eminentissimo Psalmorum interprete cardinali Bellarmino.

(94) *Immobile est fundamentum.* Terram veluti fundamentum mundi, utpote omnium infimum elementum existimari planum est: *Initio tu, Domine, terram fundasti*, inquit Psaltes, hoc est uti fundamentum totius machinæ mundi, non tam super alium, quam supra nihilum eam constituisti, quippe creatam ex noh esse. Eaque ratione immobilis terra, juxta illud Eccle. I, 4: *Terra autem in æternum fiat.* Huic igitur virtus justitiæ assimilatur ab his Patribus, eo quod ipsa in jure naturæ consistat, quod est totius justitiæ fundamentum, et quidem immutabile et invariabile impressum a Deo mentibus hominum, quod est, ut M. Tullius ait: *Non scripta sed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.* Porro quod ait hic Cerameus Evangelium S. Matthæi φυσικώτερον τὸν λόγον, hoc est sermonem magis naturæ accommodatum habere, ideo dictum intelligas, quod is quæ ad humanam Christi generationem, et naturam maxime pertinent, Evangelio suo complexus sit: unde illi symbolum hominis effigies.

(95) *Galilæa enim volubilis.* A radice גלל volvit, revolvit. Vide præterea hom. 28, in not.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

piscati, dimissis navigiis, in retibus, quæ nihil ceperant, abluendis otium conterebant. Venit itaque Dominus, et « Ascendit in navim Simonis; et rogavit eum a terra reducere pusillum; et sedens docebat de navicula turbas. » Quid est quod illis e navi verba facit? Quoniam conferta populi multitudo convenerat, ne confluentibus adhuc, et circumsistentibus se turbis, doctrinam non possent auditores excipere, in navim ascendens sub aspectum sibi omnes subjicit. Ubi vero finem loquendi fecit, jussit Simonem in altum ducere, et laxare ad piscatum retia. Ille vero : « Per totam, inquit, noctem laborantes nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo rete : et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. »

Hoc igitur historice narratum miraculum est. Nos **29** vero sublato litteræ aulæo, ad contemplandam allegoriam animum intendamus. Quippe nos etiam verba ipsa adhortantur, ut in altum sententiarum pelagus provehamus historiam, et ad capiendum altiorem intellectum rete nostræ orationis explicemus. Quid igitur tenue nostrum rete expiscabitur? Stagnum Genesaret turbulenta est hominum vita, suburbanum principis mundi hujus. Genesaret quippe, si interpreteris, *hortum principum* (94) sonat : quem profecto dæmones, principatu mundi occupato, veluti propriam possessionem vindicarant sibi. In hoc igitur vitæ hujusce stagno duo navigia innabant, Judæorum et gentium populi (97) duo : quorum hunc regebat lex naturalis; illum alterum scripta. Sed suum utrique transgressi, nec quidquam bene recteque gerendo leges illas inertes, et opere vacuas, quantum in se fuit, ostenderunt. Ac legumlatores, quippe qui capere nihil piscatu potuerant, retia lavarunt. Præcepit enim discipulis etiam ipse Salvator, ut excuterent de pedibus pulverem ejus civitatis, quæ prædicationem non recepisset [96]. Quod autem ait : « Per totam noctem laborantes nihil cepimus, » ita intelligendum est : Per omne tempus, quod incarnationem Domini (98) præces-

[96] Matth. x, 14.

πιάσαντες, ὡς οὐδὲν ἤγρευσαν, ἀφέντες τὰ πλοῖα ἠσύχαζον πλύνοντες τὰ δίκτυα, ὡς μηδὲν ἀλιεύσαντα. Ἔρχεται οὖν ὁ Δεσπότης, καὶ « Εἴσεισιν ἐν τῷ πλοίῳ τοῦ Σίμωνος, καὶ ἠρώτησεν αὐτὸν ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους. » Τί βουλόμενος ἀπὸ τοῦ πλοίου αὐτοῖς διαλέγεται; Ἐπειδὴ πολὺ πλῆθος ἦν ἡ συνέλευσις ὡς ἂν μὴ κύκλῳ περιθεόντων τῶν ὄχλων, ἀνήκοος ἡ διδασκαλία γένηται τοῖς πολλοῖς, εἰς τὸ πλοιάριον εἰσελθὼν κατὰ πρόσωπον ἵστησιν ἅπαντας. Παυσάμενος δὲ τοῦ λαλεῖν, εἰς βάθος ἐπανάγειν κελεύει τοὺς περὶ Σίμωνα, καὶ χαλάσαι πρὸς ἄγραν τὸ δίκτυον. Οἱ δὲ, « Δι' ὅλης, φασὶ, νυκτὸς κοπιάσαντες, οὐδὲν ἐλάβομεν, ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσωμεν τὸ δίκτυον · καὶ τοῦτο ποιήσαντες συνέκλεισαν πλῆθος ἰχθύων πολύ.

Τοῦτο μὲν οὖν τὸ τῆς ἱστορίας παράδοξον. Ἡμεῖς δὲ τὸ γραφικὸν διάραντες καταπέτασμα τῇ θεωρίᾳ τὸν νοῦν προσερείσωμεν. Προτρέπει γὰρ καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος ἐπαναγαγεῖν τὴν ἱστορίαν ἐπὶ τὸ βάθος τῶν νοημάτων, καὶ χαλάσαι τοῦ λόγου τὸ δίκτυον εἰς ἄγραν τῆς θεωρίας. Τί οὖν ἀγρεύει τὸ ἀσθενὲς ἡμῶν δίκτυον; Λίμνη Γενησαρὲτ ἡ ταραχώδης τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ βιοτὴ, τὸ προάστειον τοῦ ἄρχοντος τοῦ κόσμου τούτου. Γενησαρὲτ γὰρ κῆπος ἀρχόντων ἑρμηνεύεται · ἐπειδὴ οἱ τοῦ κόσμου κατάρξαντες δαίμονες, ὡς ἴδιον κτῆμα τοῦτον ἑαυτοῖς ᾠκειώσαντο. Ἐν ταύτῃ οὖν τῇ βιωτικῇ λίμνῃ τὰ δύο πλοῖα ἦσαν διανηχόμενα, ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, καὶ ὁ ἐξ Ἰουδαίων. Προῖστατο δὲ τοῖς μὲν ἐξ ἐθνῶν ὁ νόμος ὁ φυσικὸς, τοῖς δὲ ἐξ Ἰσραὴλ ὁ γραπτός. Ἀλλ' ἀμφότεροι παραβάντες ἑκάτερον, καὶ μηδὲν κατορθώσαντες, ἀπρακτεῖν τοὺς νόμους παρεσκευάσαντο. Καὶ οἱ μὲν νομοθέται ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα, ὡς μηδὲν ἀγρεῦσαι ἰσχύσαντα. Ἐνετείλατο γὰρ τοῖς μαθηταῖς καὶ ὁ Σωτὴρ ἀποτινάξαι τὸν κονιορτὸν ἐκ τῶν ποδῶν τῆς μὴ δεξαμένης τὸ κήρυγμα πόλεως. Τὸ δὲ, « Δι' ὅλης νυκτὸς κοπιάσαντες οὐδὲν ἐλάβομεν, » οὕτω νοητέον. Νὺξ ἦν ἀγνοίας Θεοῦ παρ' ὅλον τὸν πρὸ τῆς οἰκονομίας καιρὸν, καθ' ὃν οἱ προφῆται πολλὰ κοπιάσαντες

Francisci Scorsi notæ.

(96) *Hortum principum.* גן et גנה *hortus* רש *princeps*, a radice רוש *principatum obtinere.*

(97) *Et gentium populi.* Male mutilatus hic locus est in cod. P. post verba ὁ ἐξ ἐθνῶν sequitur ὁ νόμος ὁ φυσικός. Cum ita ad integram sententiam continuanda sint verba, quæ reperi in cod. G. ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, καὶ ὁ ἐξ Ἰουδαίων προῖστατο μὲν τοῖς ἐξ ἐθνῶν ὁ νόμος ὁ φυσικός.

(98) *Quod Incarnationem Domini.* Ita vertenda commode visa est vox οἰκονομία. Si dispositionem, vel administrationem, vel dispensationem hoc loco prout sonat οἰκονομία vertissem, verbum non rem expressissem. Hanc versionem comprobat frequentissimus usus sanctorum Patrum Græcorum, apud quos observavi vocem οἰκονομίαν idem non raro esse planissime, atque ἐνανθρώπησιν seu ἐνσάρκωσιν, seu σάρκωσιν, quibus itidem Græci scriptores abundant, inhumanationem, si Latinus sermo reciperet, vel Incarnationem, quod Ecclesia Latina recepit. Meam observationem comprobari a Jacobo Billio animadverti cap. 40 suarum *Sacr. Observat.* Cujus hæc verba : *Cum innumeris locis Græci Patres,* οἰκονομίαν ἀντὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, *accipiant, eamque etiam ita Theodoretus exponat in Polymorpho, qui tum dispensationem vel administrationem vertere malunt, quam Incarnationem, vel assumptam humanitatem, vel nisi durius est hoc vocabulum, inhumanationem, quam recte id faciant ipsi viderint : mihi quidem nihil dicere videntur, quod lector Græci sermonis ignarus intelligat.* Hæc Billius. Idem Consalvus Ponce in epist. 3 Theophanis Nicæni. Quare non est operæ loca hic congerere SS. Patrum Gregorii Naz., Basilii, Chrysost., Damasceni, Sophronii Hierosolym., Joannis Cyparissiotæ et aliorum, quæ inter legendum adnotaveram, ne in re perspecta et explorata λύχνον ἅπτειν ἐν μεσημβρίᾳ videar. Nec vero solum ipsum Incarnationis opus, sed etiam universam Christi vitam, seu vitæ rationem, actiones, et mortem οἰκονομίαν videas appellatam. Id animadvertit Budæus, qui vitam Christi, et ejus θεουργίαν, hoc est divinam operationem οἰκονομίαν appellatam docet. Sed

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

οὐδένα ἔπειθον εἰσελθεῖν εἴσω τῶν δικτύων τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιγνώσεως. Ὅτι δὲ νὺξ ἦν πρὸ τῆς παρουσίας Χριστοῦ, ὁ Παῦλος βοᾷ· « Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. » Ὀπηνίκα οὖν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνασχὼν ἥλιος πρωΐαν εἰργάσατο, τότε δὴ, τότε τὸ ἀποστολικὸν χαλασθὲν δίκτυον, τὸ Εὐαγγελικὸν λέγω κήρυγμα, τὴν λογικὴν ἄγραν συνήγαγεν.

A sit, ignoratione Dei, tanquam in nocte versabantur homines; cum sane prophetæ multo labore sumpto neminem in Dei cognitionem, tanquam in rete venire persuaserint. Quod vero nox ante adventum Domini fuerit, clamat Paulus : « Nox præcessit : dies autem appropinquavit [48]. » Postquam igitur Sol justitiæ exoriens matutinum attulit tempus, tunc sine, tunc apostolicum rete laxatum, evangelicam dico prædicationem, prædam ratione præditam congregavit.

Ἀλλὰ πῶς οἱ ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ συνελάβοντο, ὥστε μὴ διασχισθῆναι τὸ δίκτυον; « Διερρήγνυτο γὰρ, φησὶ, τὸ δίκτυον; » ὥστε μὴ δύνασθαι ἀναγαγεῖν αὐτὸ, « καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς. » Τί οὖν τοῦτο αἰνίττεται; Πολλοὶ διαρρῆξαι τὸ εὐαγγελικὸν ἐπεχείρησαν δίκτυον, οἷος ἦν ὁ δυσσεβέστατος Ἄρειος, ὁ διαρρήξας τὸν χιτῶνα τοῦ Μονογενοῦς, κατὰ τὴν γενομένην τῷ Ἀλεξανδρείας προέδρῳ ἐμφάνειαν· Ὁ τολμήσας ἀναίδην διελεῖν αὐτὸν τῆς πατρικῆς οὐσίας, καὶ συναριθμῆσαι τοῖς κτίσμασιν. Οἷος μετ' ἐκεῖνον Εὐνόμιος γέγονε, Μακεδόνιός τε καὶ Ἀπολλινάριος, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν αἱρεσιαρχῶν κατάλογος, ὑφ' ὧν διαρρήγνυσθαι τὸ τῆς διδασκαλίας δίκτυον ἐκινδύνευεν. Ἀλλ' ἦκασιν ἀρωγοὶ οἱ ἐκ τοῦ ἑτέρου πλοίου, οἱ ἐκ τῶν ἐθνῶν δηλαδὴ, οἱ τοὺς λήρους τῶν αἱρετικῶν, καὶ τὰς αὐτῶν πιθανολογίας σοφίᾳ λόγων ἐλέγξαντες. Ὁποῖος ἦν ὁ πολὺς Διονύσιος, ὁ σοφὸς Ἱερόθεος, Ἰουστῖνος καὶ Κλήμης,

Sed quo pacto qui in altera navi opitulati sunt, ne rete discinderetur? « Rumpebatur, inquit, rete, ita ut illud attollere non possent, et annuerunt sociis, qui erant in altera navi, ut venirent et adB juvarent eos. » Quid igitur per hoc adumbratur? Multi evangelicum rete discindere conati sunt, quorum in numero fuit impiissimus Arius, qui Unigeniti Dei tunicam discidit, sicuti Alexandriæ patriarchæ (99) per speciem ostensum est; qui per summam impudentiam illum a Patris essentia disjungere, et in rerum creatarum numero ausus est recensere. Cujusmodi etiam post illum **30** Eunomius fuit, et Macedonius, et Apollinarius, et reliqua hæresiarcharum series, a quibus parum abfuit quin rete doctrinæ rumperetur. Verum præsto fuerunt adjutores; qui in altera navi nimirum ex gentibus erant, qui hæreticorum nugas, et eorum verborum lenocinia orationum sapientia refutarunt. Ex quibus fuit magnus Dionysius (1), sapiens Hierotheus,

[48] Rom. XIII, 12.

Francisci Scorsi notæ.

hujus vocabuli usum vel a prima origine exacte explicare non pigebit. Conducet ea explicatio ad locos SS. Patrum sexcentos percipiendos. Igitur οἰκονομία proprie, et ex ratione vocis dispensationem et administrationem rei familiaris significat : ampliatur etiam ad urbium gubernationem, et quandoque ad ipsam oratoriam et poeticam dispositionem, et ordinem dicendi, et omnino ad quodcunque humanum negotium. Verum ad divinum quoque negotium divinamque dispositionem, seu providentiam significandam usi scriptores sacri Græci in primis, et deductus mihi videtur hic usus ex D. Paulo qui epist. ad Ephes. ea utitur voce cap. I, vers. 10 : *Quod proposuit in eo in dispensatione*, εἰς οἰκονομίαν *plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo*, hoc est post evoluta jam et completa tempora, quæ ipse disposuerat, in quibus esset omnia per Christum instauraturus. Et cap. III, vers. 11 : *Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi, ubi* οἰκονομία significat ipsam administrationem prædicandi Evangelii, et dispensandæ gratiæ Christi, S. Paulo commissam, juxta illud ad Corinth. I, IV, 1 : *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.* Et Ephes. III, 9 : *Illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo, qui omnia creavit;* ubi οἰκονομία legendum, non κοινωνία cum interprete Latino, et Græcis Patribus, et ex Bibliis regiis, ut advertit Cornelius a Lapide in hunc locum; ita ut dispensatio sacramenti significet admirandam Dei dispositionem et providentiam, qui vocare gentes ad verum cultum, et universum humanum genus per incarnationem, nativitatem, mortem et resurrectionem Christi salvum præstare decrevit. Hanc igitur dispositionem κατ' ἐξοχὴν per excellentiam SS. Patres οἰκονομίαν simpliciter vocant. Atque hæc nostra explicatio non multum discrepat ab ea

C quam tradit Franc. Turrianus vir doctissimus nostræ societ. in Notis ad Joannem Cyparissiotam, cap. 11, quæ quidem inhæret maxime in vi vocis, quæ pertinet ad rem familiarem. Sed nos eam amplissime sumpsimus, auctoritate scriptorum veterum etiam profanorum freti. Sed et alii præter Græcos hac Græca voce, vel illi respondente Latina aliqua hoc mysterium nuncuparunt. Ita sæpe in concilio Florent. appellatum leges οἰκονομίαν cum de hoc sermo est. S. Leo Magnus cum in sermonibus et epistolis passim illud susceptæ Incarnationis dispensationem appellet, ad Græcam οἰκονομίαν. Respicit S. Hilarius expresse lib. XII *De Trinit. : Sed ut superioribus libris docuimus, dispensationem assumpti corporis* (hæretici) *rapiunt ad contumeliam Divinitatis.* S. Hieronymus epist. ad Oceanum et Pammachium hoc vocabulum Latinum fecit scribens de Apollinario Laodicensi episcopo : *Is dimidiatam Christi introduxit œconomiam;* nimirum cum ille dimidium

D tantum Christum nobis daret, carnem scilicet, cum animam eum suscepisse inficiaretur, ejusque loco Verbum fuisse asseveraret, damnatus est a Damaso papa et a Gregorio Nazianz. sæpe refutatus. Itaque nos hic quidem Incarnationem Christi recte reddidisse existimabimur οἰκονομίαν. Et si aliis in locis etiam œconomiam vel dispositionem divini consilii, vel consimili ratione variandæ locutionis causa eamdem vocem reddiderimus, non discrepabimus ab usu SS. Patrum vel Græcorum, vel Latinorum.

(99) *Alexandriæ patriarchæ.* Petri Alexandrini, qui Maximini jussu obtruncatus martyr fuit. De hac specie ei per visum oblata vide Baronium anno Christi 310, et alios scriptores ecclesiasticos.

(1) *Magnus Dionysius.* De his Ecclesiæ antiquissimis Patribus si quis quidpiam ignorat, et avet scire, legat scriptores ecclesiasticæ historiæ : sed

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Justinus et Clemens, et quotquot eorum ævo claruerunt, qui partes suas in prædicando Evangelio contulerunt, et Ecclesiam perfecerunt. Sed filum historiæ, si placet, iterum resumamus.,

« Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu dicens : Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. » Petrus sane cum tantam piscium copiam captam esse videret, pavore correptus, Dominum præ magna in eum reverentia orabat ut exiret a navi. A quo responsum tulit : « Noli timere; ex hoc jam homines eris capiens. » Verum huc loci progresso mihi venit in mentem quoddam deliramentum Græcorum. Qui enim adversus Ecclesiam tanquam rabiosi canes oblatrant, et sacrum hoc rete dilacerare contendunt, ad cætera maledicta, quæ fœtida ex anima sua eructarunt, hoc etiam addiderunt : Si discipuli, inquiunt, insta piscium captare homines jussi sunt, ut hoc loco : « Eris homines capiens; » et alio : « Venite post me : faciam vos fieri piscatores hominum [66]; » piscatores vero e vita in mortem pisces adducunt; qui enim in aqua victitant, illis vitalis est aqua, lethalis aer; ut qui in terra, contrario modo res habet : si hoc, inquiunt, verum est, discipuli Christi, qui homines prædicatione piscantur, perniciem illis et mortem uti piscibus afferunt. Hæc sane loquitur Juliani Apostatæ (2) impura et temeraria, et subsannatrix lingua; cujus sub labiis venenum aspidum latet, et cujus dentes arma et sagittæ, ut ait Psalmus [67]. Sunt vero profecto rabidorum canum latratus ista sophismata, et venefici generis serpentum sibili, quibus ineptis paralogismis dilacerant

[66] Matth. IV, 19. [67] Psal. LVI, 5.

A καὶ οἱ κατ' ἐκείνους ἐκλάμψαντες, οἳ συναντελάβοντο τοῦ κηρύγματος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ τὸν τῆς ἱστορίας λόγον αὖθις ἐπαναλάβωμεν.

« Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος, προσέπεσε τοῖς γόνασιν Ἰησοῦ λέγων · Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε. » Θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτόν. Ὁ μὲν δὴ Πέτρος τὴν τοσαύτην ἄγραν των ἰχθύων ἰδὼν, περιδεὴς γεγονὼς, ὑπὸ πολλῆς εὐλαβείας ἐξελθεῖν ἀντιβολεῖ τοῦ πλοίου τὸν Κύριον. Ἀνταποκρίνεται δέ · « Μὴ φοβοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν. » Ἀλλ' ἐνταῦθα γενόμενος τὸ Ἑλληνικὸν ἐντεθύμημαι παραλήρημα. Οἱ γὰρ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας λυττήσαντες, καὶ διαῤῥῆξαι τὸ ἱερὸν τοῦτο δίκτυον ἐπιχειρήσαντες, πρὸς ταῖς ἄλλαις B δυσφημίαις, ἃς ἐκ τῆς δυσώδους αὐτῶν ψυχῆς ἀπηρεύξαντο, καὶ τοῦτο προσέθηκαν. Εἰ ζωγρεῖν, φασὶν, οἱ μαθηταὶ τοὺς ἀνθρώπους καθ' ὁμοιότητα τῶν ἰχθύων τετάχαται, ὥσπερ ἐνταῦθα, « Ἔσῃ ζωγρῶν, » καὶ ἀλλαχοῦ · « Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων, » οἱ δὲ ἁλιεῖς ἐκ τῆς ζωῆς τοὺς ἰχθύας εἰς θάνατον ἄγουσι · ζωὴ μὲν γὰρ τοῖς ἐνύδροις τὸ ὕδωρ, θάνατος δὲ ὁ ἀὴρ, ὥσπερ τοῖς χερσαίοις τὸ ἔμπαλιν · εἰ δὴ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, οἱ μαθηταὶ ἄρα τοῦ Ἰησοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἀγρεύοντες διὰ τοῦ κηρύγματος, τῇ ἀπωλείᾳ, καὶ τῷ θανάτῳ, ὡς τοὺς ἰχθύας, παραδιδόασι. Ταῦτα μέν φησιν ἡ τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ γλῶττα ἡ μιαρὰ, καὶ προπετὴς, καὶ φαυλίστρια, οὗ ὑὸς ἀσπίδων ὑπὸ C τὰ χείλη, καὶ οἱ ὀδόντες ὅπλα καὶ βέλη, ὥς φησιν ὁ Ψαλμός. Ἔστι κομιδῇ κυνῶν λυττόντων ὑλακὴ τὰ τοιαῦτα σοφίσματα, καὶ ὄφεων ἰοβόλων τὰ τοιαῦτα

Francisci Scorsi notæ.

præcipue illustres sunt, quas Petrus Allois soc. Jesu nuper edidit apostolicorum virorum primi sæculi vitas, quæstionibus et notationibus auctas singulas et illuminatas. De Dionysio et Hierotheo illum lege. Illud solum hic animadversum velim, ne quis nostro Theophani docto viro τοῦ ἀναχρονισμοῦ crimen impingat, quod cum de hæresiarchis Ario, Macedonio, Eunomio supra dixisset, quod rete fidei evangelicæ disciderint; hos nunc recenseat Patres, qui multo ante hærescon exortum exstiterunt, quasi ipsi illis sese doctrina opposuerint. Non confundit tempora Theophanes. Sed hoc solum velle, si totam allegoriæ seriem reputaris, plane percipies, prædicationem evangelicæ fidei ab apostolis quasi rete laxatam; apostolicos autem viros ex gentium populo velut ex alia navi accitos ad vitam fuisse : congruum igitur erat allegoriæ ut eos nominaret Patres qui vel apostolorum ævo, vel illis proximi claruerint : ex quorum profecta sapientia, ac doctrina litteris tradita posteriorum hæreticorum prava dogmata rejecta et damnata fuerunt.

(2) *Juliani Apostatæ.* Adversus hunc impiissimum ac fidei desertorem imperatorem scripserunt Cyrillus Alex. libros decem, Gregor. Naz. orationes στηλιτευτικάς, hoc est invectivas duas. Scripsit porro Julianus adversus Christianam religionem et evangelicam doctrinam libros, cum in expeditione contra Parthos suscepta versaretur; de quibus sanctus Hieronym. epist. ad Magnum orat. urbis Romæ sic scribit : *Julianus Augustus septem libros in expeditione Parthica adversum Christum evomuit, et juxta fabulas poetarum suo se ense laceravit.* Et Cyrillus in Præfat. librorum decem, de quibus paulo supra memini, ad Theodosium imper.: *Cum igitur potentissimus Julianus linguam sortitus esset disertam, acuit eam contra nostri omnium Dominum Salvatorem Christum, et tres scripsit libros adversus sancta Evangelia, et contra piam Christianorum religionem, quibus multos commovit, et haud mediocriter offendit.* Hæc Cyrillus. Commemorat etiam libros hosce Libanius apud Socratem, lib. III, cap. 19, quibus ait a Juliano superatum esse Porphyrium Tyrium in idem argumentum scribentem. Sed uti Porphyrii scripta a sapientibus, piis et orthodoxis imperatoribus abolita sunt, ut refert Nicetas in Comment. in Gregor. Naz., ita et simili, aliove fato sane felici Juliani libri interierunt. In his vero scripta fuisse ea deliramenta, quæ Theophanes noster veterum Patrum exemplo acriter in hac, et aliis sequentibus homiliis refellit, absque dubio existimo. A S. Cyrillo referuntur multa Juliani dicta, quæ ipse refutat; non hæc tamen reperi, quæ a nostro refutantur; sunt enim illa apud Cyrillum magna pars adversus Mosen, et Vetus Testamentum. Porro quod S. Hieronym. septem, Cyrillus tres Juliani libros dicat, ex diversa partitione operis id accidisse putatur, ut notat Baronius anno Christi 363, ubi quod ait in Cyrilli libris insertos Juliani libros, non ita accipio ut omnes et integri libri referantur et inserantur a S. Cyrillo, sed ex iis dicta quædam, et ἀποσπασμάτια; sunt enim quæ ibi intexta sunt, breviora, quam ut justum expleant librum; quod legenti perspectum erit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συρίσματα παραλογισμοῖς ἀδελτέροις τὴν ἀλήθειαν τεμαχίζοντα. Ἐχρῆν γὰρ συνιδεῖν τὸν ἐπὶ τῇ διαλεκτικῇ βρενθυόμενον, ὡς τὰ ἀγαθὰ, ἔστιν ὅτε ἐν ὁμοίοις τῶν φαύλων τύποις καὶ ὀνόμασι τάττεται, οὐ μὴν τὸν ὅμοιον τρόπον τῆς πράξεως ἀναδέχεται. Ὁ τε γὰρ ἀλλοτρίας κοίτης κλοπεὺς, καὶ ὁ συνὼν νομίμοις κηδεύμασιν, ἄμφω τὴν αὐτὴν ὁμιλίαν ἐργάζετον, οὐ μὴν ἡ κατὰ νόμους συνοίκησις, ὥσπερ ἡ τῆς μοιχείας ὑπεύθυνος. Κτείνει δὲ καὶ ὁ λωποδύτης ὁδίτην, καὶ ὁ δικαστὴς τὸν λῃστὴν, καὶ φόνον ἑκατέρω πεπράχατον· ἀλλ' ὅσον ὁ θάτερος ἄδικος, τοσοῦτον ὁ τοῦ δικαστοῦ δικαιοσύνης ἐξέχεται. Οὕτω γοῦν καὶ τὸ, « Ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν, » καὶ τὸ, « Ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων, » μέχρι μὲν τῆς ἁλίας, κοινωνεῖ τοῦ ὀνόματος, μετὰ δὲ τὴν ἁλίαν διαλλάττει τῷ πράγματι. Τῶν μὲν γὰρ νεπόδων ἡ ἄγρα εἰς θάνατον τελευτᾷ, ἀνθρώπων δὲ εἰς ζωήν. Εἰ δὲ βούλει, μηδὲ παραλλάξωμεν τὸ ὑπόδειγμα, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ τῶν ἰχθύων ἁλίᾳ θνήσκει μὲν τὸ ὄψάριον ἐκεῖνο τὸ ἄλογον, τρέφεται δὲ δι' αὐτοῦ ἡ λογικὴ φύσις τῶν ἀνθρώπων· οὕτως ἡ εὐαγγελικὴ ἄγρα θνήσκειν νομοθετεῖ τὰς ἐν ἡμῖν ἀλόγους ὁρμὰς, ζωογονεῖσθαι δὲ τὸν λόγον τῇ νεκρώσει τοῦ γηΐνου φρονήματος. Ὡς ἐνεργεῖσθαι κατ' ἄμφω, καὶ θάνατον, καὶ ζωήν. Καὶ τάχα τοῦτό ἐστιν τὸ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ῥηθὲν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. « Ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζωοποιήσω » ἀποκτενῶ τὸ παλαιὸν τῆς ἁμαρτίας κατάλυμα, καὶ ζωογονήσω τὸ νέον τῆς εὐσεβείας ἄγαλμα. Ἀλλὰ καί τις προφῆτις γυνὴ Ἑβραία· « Κύριος, φησὶ, θανατοῖ, καὶ ζωογονεῖ. » Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς ἀποκτεῖναι τὸν ἐν ἡμῖν νόμον τῆς σαρκὸς, τὸν ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος, καὶ ζωογονεῖσθαι τῇ κατὰ Θεὸν πολιτείᾳ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A veritatem. Par enim erat, ut consideraret is qui tantopere se ob dialecticam jactat, solere quandoque bonas res similibus formis atque nominibus exprimi, quibus et malæ; nec tamen eumdem modum conditionemque actionis recipere. Nam qui alienum torum invadit et qui legitima init matrimonia, ambo eamdem cum muliere **31** consuetudinem habent, non tamen legitimum conjugium, uti adulterium culpæ obnoxium est. Jam vero occidit latro viatorem, et judex latronem, et cædem utrique faciunt; sed quam altera cædes injusta, tanta cum justitia altera conjuncta est. Sic igitur hæc dicta : « Eris homines capiens; » et « Faciam vos fieri piscatores hominum, » quoad piscatum spectant, habent commune nomen; in re tamen post piscatum effecta B discrepant. Piscium quippe piscandorum mors, hominum finis est vita. Sed neque, si ita placet, similitudinem permutemus; sed uti usuvenit in piscando, ut piscis ille rationis expers intereat, ex eo vero ratione præditus homo nutriatur : ita etiam evangelica piscandi ratio præcipit ut motus animi a ratione discordes interimantur; mens vero terreni affectus mortificatione vivescat : atque ita utrumque operetur et mortem videlicet et vitam. Et fortassis hoc est, quod in Deuteronomio ex persona Domini dicitur : « Ego occidam : et ego vivere faciam [66]; » delebo vetus peccati diversorium, et novum pietatis simulacrum excitabo. Quin etiam et vates quædam Hebræa : « Dominus, inquit, mortificat, et vivificat [66]. » C Atque utinam et nobis contingat legem carnis in nobis occidere, quæ spiritus legem oppugnat; et instituta secundum Deum vivendi ratione, vitam afferamus animæ nostræ in Christo Deo, cui debetur omnis gloria in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Ϛ'.

Περὶ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας.

Ἄλλην ὑπόθεσιν ὡρμημένος προοίμιον τοῦ λόγου ποιήσασθαι, ἐξετράπην πρὸς ἄλλο τὸν νοῦν, ὦ θεοσύλλεκτε θίασε! Ἐπιβαλὼν γὰρ τὸν ὀφθαλμὸν πρὸς τὸν εὐώνυμον τῆς Ἐκκλησίας χορὸν, καὶ κενὸν ἰδὼν τὸν τόπον τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, ὃν πρὸ μικροῦ τὸ τοῦ θανάτου ἐξεθέρισε δρέπανον, ἰλυγγίασα δακρύων πλησθείς. Εἰμὶ γὰρ οὐκ ἀνδρεῖος ἀνταγωνίσασθαι D πρὸς τὴν διὰ θανάτου τῶν φίλων διάζευξιν· ἀλλ' ἀτεχνῶς ἀφιλόσοφος, καὶ ἐλέγχει με αὐτίκα κα-

HOMILIA VI.

De filio viduæ.

Aliud argumentum sermonis hujus proœmium facere meditanti mihi alio conversa mens est, o in Dei cultum concio congregata! Cum enim in sinistrum ecclesiæ chorum oculos conjecissem, et fratre nostro (3) quem nuper mors falce demessuit locum vacuum conspexissem, abundante vi lacrymarum hæsi. Non enim ea sum fortitudine, ut resistere dolori possim a charorum discidio ac morte suscepto : sed expers plane philosophiæ (4) :

[66] Deut. XXXII, 36. [66] I Reg. II, 6.

Francisci Scorsi notæ.

(3) *Et fratre nostro.* Hoc brevi, et extemporali, ut ipse testatur Theophanes, exordio luctum exsequitur demortui fratris (*a*), quem S. Bernardus serm. 26, in Cantica, et S. Ambrosius libello sunt prosecuti, ille ob fratris Gerardi obitum, hic Satyri, utriusque utrique charissimi. Etenim Christianæ philosophiæ non adversatur naturalem sensum ob conjunctissimorum discidia in morte præcipue lacrymis et verbis expromere. Neque enim, ut ait Gregorius Nazianz. (nam et ipse Cæsario fratri, et sorori Gorgoniæ, et patri, et amicissimo Basilio funebrium orationum pompa parentavit) τοῦτ' ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας, *hoc a nostra philosophia est alienum. Memoria quippe justorum*, pergit ille orat. de Cæsario fratre, *cum laudibus; et super mortuum plora, et quasi dira passus incipe lugere : æque scilicet nos, et ab indolentia, et ab immodico luctu disjungens.*

(4) *Expers plane philosophiæ.* Id Theophanes de se modestiæ ergo fatetur; nimirum quod plus æquo

(*a*) Cod. Matrit. f° 90 : Ὁμιλία περὶ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας. Ἐλέχθη ἐν τῇ μεγάλῃ μονῇ τοῦ Σωτῆρος ἀκροτηρίου ἀποθανόντος τοῦ πρώτου Ψάλτου. Unde hic frustra esse P. Scorsus videtur cum de fratre Theophani sanguine cognato cogitat. Vide Joannem Yriarte, supra col. 28 EDIT. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

id quod lacrymæ continuo affluentes arguunt. Et sane commoventur mihi viscera, corque dilaceratur, cum vitæ nostræ brevitatem imbecillitatemque considero. **32** Annon enim umbra vaniores res humanæ sunt? Non avolant instar fallacium somniorum? Ubi species illa sacerdote digna? ubi ætatis firmitudo? ubi effulgens splendor oculorum cæsio colore suffusus? ubi lenis illa et regia secundum Platonem (5) aduncitas nasi? ubi decora canities, et suavitas illa, et grata in convictu comitas? quid, quod maximum est non dico? ubi varia illa modulatio psalmodiæ? quem non oblectabat, cum suavitates multas psalmorum cantionibus immisceret? annon hæc tanquam expergefacti somnium præteriere? annon exstincta sunt? non periere? at illi quidem Deus æterna tabernacula, et debitam justis requiem reddat : nos vero consuetum sermonem aggrediamur.

A ταρρέον τὸ δάκρυον. Καὶ ἀναστρέφεται τὰ σπλάγχνα, καὶ ἡ καρδία σπαράσσεται λογιζομένου τῆς ζωῆς ἡμῶν τὸ ὠκύμορον. Ἆρα γὰρ οὐ σκιᾶς ἀδρανέστερα τὰ ἡμέτερα; Οὐκ ἀφίπταται καθάπερ ἀπατηλοί τινες ὄνειροι; Ποῦ τὸ εἶδος ἐκεῖνο τὸ ἱεροπρεπές; ποῦ τῆς ἡλικίας τὸ εὔσπατον; ποῦ τῶν ὀφθαλμῶν ἡ λαμπρότης μετρία μαρμαίρουσα τῇ γλαυκότητι; ποῦ τῆς ῥινὸς τὸ ἠρέμα γρυπὸν καὶ βασιλικὸν κατὰ Πλάτωνα; ποῦ ἡ εὐπρεπὴς πολιά, καὶ τὸ γλυκὺ τῆς ὁμιλίας καὶ χαρίεν; Τί μὴ λέγω τὸ μεῖζον; ποῦ ἡ ποικίλη τῆς ψαλμῳδίας ἐμμέλεια; τίνα γὰρ οὐκ ἔθελγεν ἐν τοῖς ψαλμικοῖς ᾄσμασι καταμιγνύων τὰς χάριτας; Ἆρ' οὐ ταῦτα πάντα παρῆλθεν, ὡς ἐνύπνιον ἐξεγειρομένου, καὶ ἀπέσβη, καὶ ᾤχετο; Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν παράσχοι Θεὸς τὰς αἰωνίους σκηνάς, B καὶ τὴν ὀφειλομένην τοῖς δικαίοις ἀνάπαυσιν· ἡμεῖς δὲ τῆς συνήθους διδασκαλίας ἀψώμεθα.

In illo tempore, « Ibat Jesus in civitatem, quæ vocatur Naim. » Quoniam hodie adolescens in civitate Naim revocatus ad vitam dicendi nobis proponitur argumentum (hoc enim sanctus Lucas enarrat[70]), age o coacta Dei nomine multitudo, quæramus primum quid sibi velit Dominus cum mortuos reducit ad vitam. Si enim creditur a fluxis hisce terrenisque rebus ad vitam omni malorum perpessione vacuam, hominem morte traduci (misericordia quippe ex Theologi dicto (6) pœna mortis fuit, ut quæ concretam animæ rationis expertium naturam expurget), quod tandem beneficium est, semel ab hujus laboriosæ vitæ vinculis exsolutum C in hanc tot scatentem ærumnis iterum revocari?

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ « Ἐπορεύετο ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν καλουμένην Ναΐν. » Ἐπειδήπερ ἡμῖν εἰς διδασκαλίαν πρόκειται σήμερον, ἡ τοῦ ἐν τῇ πόλει Ναΐν, ἀναβεβιωκότος νεανίου ὑπόθεσις (ταύτην γὰρ ὁ ἱερὸς Λουκᾶς ἀφηγήσατο), φέρε, θεοσύλλεκτον ἄθροισμα, ζητήσωμεν πρότερον, τί βούλεται τῷ Σωτῆρι τῶν νεκρῶν ἡ ἀνάστασις. Εἰ γὰρ πεπίστευται ὡς ὁ θάνατος ἀπὸ τῶν φθαρτῶν καὶ γηΐνων πρὸς ἀπαθῆ ζωὴν μετάγει τὸν ἄνθρωπον (φιλανθρωπία γὰρ γέγονεν ἡ τοῦ θανάτου τιμωρία κατὰ τὴν Θεολόγου φωνὴν, τὴν προσαφθεῖσαν τῇ ψυχῇ τῶν ἀλόγων φύσιν ἀποκαθαίρουσα), τίς ἄρα εὐεργεσία τὸν ἅπαξ λυθέντα τῆς ἐπιπόνου ταύτης ζωῆς αὖθις ἐπαγάγειν πρὸς ταύτην τὴν πολυπαθῆ βιοτήν; φαμὲν

[70] Luc. VII, 11 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

sibi videretur ex morte fratris commoveri, et in lacrymas gemitumque prorumpere. Recta enim philosophia, ut nota proxima vidimus, dolorem et lacrymas non exsiccat, sed immodicas et naturæ impotentis vi exuberantes reprehendit. Philosophia vero et hoc loco, et aliis in homiliis persæpe, ut et apud SS. Patres omnes Græcos non φυσική intelligitur, sed ἠθική, non *physica*, *sed moralis*; atque hæc non præceptrix modo, sed et cultrix, et exercitatrix virtutum, omnino pro ipso cultu, et exercitatione virtutum, qua ἄσκησιν et ἀσκητικήν illi dicunt. Elias Cretensis utramque hac definitione complexus est : Φιλοσοφία ἐστὶν ἠθῶν κατόρθωσις, μετὰ δόξης τῆς περὶ τοῦ ὄντος γνώσεως ἀληθείας. *Philosophia est directio morum cum vera opinione, et cognitione ejus quod est.* In eo sensu itidem a profanis scriptoribus, Platone in Dialogis, Tullio in philosophicis operibus usurpatur.

(5) *Secundum Platonem.* Alludit ad Platonis dictum lib. v *De republ.* Ἡ οὐχ οὕτω ποιεῖται πρὸς τοὺς καλούς, ὁ μὲν ὅτι, σιμὸς; καλῆς ἐπίχαρις ἐπαναθήσεται ὑφ' ἡμῶν, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικόν φατε εἶναι; *Nonne ita vos geritis adversus formosos? Nonne hic quidem, quod sit simus, venustus appellabitur, atque a vobis laudabitur, illius nasum aquilinum dicitis regium esse?*

(6) *Ex Theologi dicto.* Gregorium Nazianz. cognomento Theologum innuit, cujus duo sunt loca, ad quæ respicere Theophanes potissimum potest, præter alia, in quibus idem theologus de morte ut hominis bono ac malorum requie loquitur. Alter est in orat. 19, de morte patris sui, in extremo, ubi matrem alloquitur : Ἂν οὕτως ἔχωμεν, ὦ μῆτερ, οὔτε τῇ ζωῇ μέγα φρονήσομεν, οὔτε τῷ θανάτῳ λίαν ἀνιασόμεθα. Τί τοίνυν δεινὸν πεπόνθαμεν, εἰ πρὸς τὴν ἀληθινὴν ζωὴν ἐνθένδε μεταβεβήκαμεν, ἐκ τροφῶν· ἢ ἱλίγγων, καὶ κόρων, καὶ τῆς αἰσχρᾶς φορολογίας ἀπηλλαγμένοι μετὰ τῶν ἑστότων, καὶ οὐ ῥέόντων ἑσόμεθα φῶτα μικρὰ φῶς τὸ μέγα περιχορεύοντες. *Si hac mente fuerimus, o mater, nec ob vitam animos attollemus, nec ob mortem nimium angemur. Quid igitur grave nobis accidit, si hinc ad veram vitam migravimus, si conversionibus, vertiginibus, saturitatibus, ac turpi illa tributi exactione liberati, cum stabilibus rebus, minimeque fluxis, ac caducis* D *parva lumina futuri sumus circa lumen illud magnum tripudiantes.* Alter est ex orat. 43, *De Natiu.* : Κερδαίνει μέντοι κἀνταῦθα τὸν θάνατον, καὶ τὸ διακοπῆναι τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακὸν καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία. Οὕτω γὰρ πεῖθομαι κολάζειν τὸν Θεόν : *Atqui hic quoque mortem* (de Adamo lapso sermo est) *tamen, et peccati præcisionem elucratur, ne malum immortale sit. Ita pœna ipsa in misericordiam cessit, sic enim Deum supplicia inferre censeo.* Quibus in locis Theologus mortem beneficii loco a Deo concessam dicit, eamque nos a peccati consuetudine et a malis, hac necessitudinibus corporis liberari. Atque hoc sibi vult Theophanes illis verbis : τῶν ἀλόγων φύσιν τῇ ψυχῇ προσαναφθεῖσαν ἀποκαθαίρουσα, quod nimirum mors divinum, et immortalem animum a concretione cum corpore, atque adeo ab animalibus operationibus vindicet, quæ enumerantur a Gregorio priori loco.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοίνυν πατρικαῖς ἀκολουθοῦντες φωναῖς, ὡς μὲν οἰκονομία τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἦν, ἔργοις πιστώσασθαι τὴν ἀνάστασιν, ἵνα μὴ διὰ λόγων μόνων, ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων ἐπιδειχθῇ. Ἐπεὶ δὲ μέγα καὶ ὑπὲρ πίστιν ἦν τὸ θαῦμα τῆς ἀναστάσεως, διὰ τῶν κατωτέρων ἀρξάμενος ἡρέμα πῶς, τὴν πίστιν τῶν ἀνθρώπων προσερεθίζει τοῖς μείζοσι, καθάπερ οἱ τῶν μειρακίων διδάσκαλοι καταλλήλως τοὺς διδασκομένους ἀνάγοντες, τέως μὲν ἁπλᾶ τὰ στοιχεῖα διδάσκουσι· προεθισθέντα δὲ τὰς συλλαβὰς ἐκπαιδεύουσι, καὶ οὕτω ἐπὶ τὰς λέξεις, καὶ τοὺς λόγους ἀνάγουσιν. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος πρότερον μὲν τὰς νόσους θεραπεύει, καὶ φυγαδεύει δαιμόνια, εἶτα τὴν ἴασιν δίδωσι τοῖς βεβλαμμένοις τὰ αἰσθητήρια· μετὰ ταῦτα τὴν ὑγείαν χαρίζεται τοῖς διὰ νόσων ἀπεγνωσμένων τῷ θανάτῳ γειτνιάσασιν, ὡς τῇ τοῦ Πέτρου πενθερᾷ, καὶ τῷ τοῦ ἑκατοντάρχου παιδί. Οὕτω προοδοποιήσας τῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον διὰ τοῦ παρόντος θαύματος ἀνακαλύπτει τοῦτο τρανώτερον.

A Dicimus igitur, Patrum dicta sequentes, hoc ex dispensatione, ac certo consilio Dei ac Salvatoris (7) factum, ut resurrectionem operibus confirmaret, nec eam solum verbis, sed etiam factis ostenderet. Quoniam enim magnum ac supra fidem resurrectionis miraculum est, a minoribus exorsus per majora sensim humanam incitat fidem. Quemadmodum magistri puerorum, via quadam, ac ratione congruente ducentes alumnos suos, initio quidem simplicia tradunt elementa, quibus ubi excitati fuerint, syllabas edocent : atque ita deinceps ad dictiones orationemque promovent. Hoc pacto etiam Dominus prius quidem morbos curat, ac dæmones fugat; deinde mancos ac debiles in integros restituit sensus : tum deploratis morbis, morti jam B proximis benigne salutem affert : quod in Petri socru, et puero **33** Centurionis præstitit. Atque ita ad resurrectionis mysterium via sibi munita, præsenti miraculo id ostendit apertius.

Ἦν τις πόλις κατὰ τὴν Ἰουδαίαν Ναΐν· παῖς ἦν ἐν αὐτῇ μονογενὴς χήρᾳ τινί· μαινοίμην γὰρ ἀντικρυς εἰ τὰς ἐν τούτῳ φωνὰς τοῦ Νυσσαέως ἀμείψαιμι. Ἦν οὖν ὁ παῖς οὐκ ἔτι τοιοῦτος, οἷος ἐν μειρακίοις εἶναι, ἀλλ' ἤδη ἐκ παίδων εἰς ἄνδρα τελῶν. Νεανίαν αὐτὸν ὀνομάζει τὸ Εὐαγγέλιον, πολλὰ δι' ὀλίγων διηγεῖται ἡ ἱστορία. Θρῆνος ἀντικρύς ἐστι, τὸ διήγημα. Χήρα, φησὶν, ἡ τοῦ τεθνηκότος μήτηρ·

Erat in Judæa civitas Naim dicta; in eaque cuidam viduæ filius unicus erat. Sane si hoc loco Nysseni verba (8) demutem, amens plane sim. Erat igitur ille non jam ex puerorum grege, sed qui jam ex ephebis excesserat, atque ad virilem ætatem accederet. Adolescentem sacra eum appellat historia : et paucis multa complectitur, ac modo non lamentatio, narratio est. Vidua, inquit, erat hujus mortui

Francisci Scorsi notæ.

(7) *Ac Salvatoris.* In reddenda Græca voce Σωτήρ, usus perpetuo sum Latina non *Servatoris* sed *Salvatoris*, motus maxime hortatione P. Julii Nigronii soc. Jesu, qui in libello, quo Regulas societatis nostræ explanat, dissertationem habet de hac re luculentam, et non solum scrupulum eximit iis qui Salvatoris nomine ut minus Latino, sua scripta deformari putant, sed etiam religionem his injicit, quod in Salvatorem ipsum minus pii et grati esse videantur. Primum præstat dicendo Salvatoris vocem ab usu Latinæ linguæ non omnino abhorrere, quando ea in antiquo quodam lapide legatur : secundum ostendendo etiamsi minus latinitatem saperet id vocabulum, usurpandum tamen, quia Servatoris nomen minus exprimit vim beneficii a Christo Domino accepti. Id præter rationes ab ipso allatas, quas hic non congero, perspicuum fit auctoritate M. Tullii, qui Latinæ linguæ parens, et patronus, orat. 2, act. 2, *in Verrem*, sic ait : *Eum non solum patronum istius insulæ; sed etiam sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum ut Latino uno verbo exprimi non possit : is est enim* SOTER, *qui salutem dedit.* In quem locum Paulus Manutius : *Soter Græcum nomen esse, et eum significare, qui salutem dedit ipso constat interprete Cicerone; quo patet communis error eorum qui Jesum Christum, cujus immortalia merita nullo satis uno verbo exprimi Latine queunt, Servatorem appellant; aliud enim est servare, aliud salutem dare. Servat is, qui ne salus amittatur, aliqua ratione præstat; salutem dat, qui amissam restituit.* Hanc notam in nominis Jesu, hoc est Salvatoris cultum, et rectum peræque, et pium usum impendendam duxi.

C scribere esset opera abuti. Illud vero hic adnotarim descriptionem adolescentis mortui, et ærumnosæ matris a Nysseno, velut inchoatam Theophanem ex ingenio suo longius dilatare, et tragica plane hypotyposi, multis insertis prosopopœiis, auditoribus suis viduæ matris subjicere calamitatem. Id quod non ad ostentationem eloquentiæ, delectationemque auditorum modo captandam factum a gravi Ecclesiaste velim existimari, sed ut ea evidenter proposita intelligatur, quam magna ratione Christus ad misericordiam motus mortuum adolescentem etiam non rogatus suscitarit : quod etiam fuisse consilium S. Lucæ optime advertit Joannes Maldonatus societatis nostræ luculentissimus Evangeliorum interpres; nam et ipse evangelista eamdem calamitatem paucis, sed multa comprehendentibus verbis descripsit : et quatuor attigit circumstantias quibus ingens videri posset quod adolescens, atque adeo florescente adhuc ætate D decessisset, quod unicus esset matris suæ; nam si alios hæc habuisset liberos, non tantum illi doloris unius mors attulisset; quod mater esset vidua, quæ et viro, et liberis orba, atque deserta relinqueretur : quod locuples et primaria femina, quam magna populi turba prosequeretur in funere filii; ita non habebat, quem post mortem suam hæredem institueret, quod magna esse solet divitum in morte consolatio. Hæc, inquit Maldonatus, eo ab evangelista tam minute narrantur, ut doceat, quibus causis Christus sponte ad eum ex morte revocandum accesserit : quo etiam consilio nostrum Theophanem in hac oratoria amplificatione usum interpretor : quod ipsemet illis verbis satis ostendit, quæ post amplificatum dolorem matris adjecit : *Et ubi vidit* (Jesus) *viduam seminudam, sanguine lacrymisque perfusam, commota sunt ei viscera, utpote qui natura misericors, pro ea quæ inerat illi erga hominem benignitate.*

(8) *Nysseni verba.* Hæc quæ mutuari nec mutare se velle Theophanes profitetur, leges in libro *De creatione hominis*, cap. 26, ex illis verbis : Ἦν οὖν ὁ παῖς οὐκ ἔτι τοιοῦτος, usque ad illa : Τί τοίνυν πάσχεν; quæ cum eadem legas in hoc nostro, re-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mater. Gravitatem calamitatis vides; et quo verborum compendio rem miserabilem tragice repræsentavit. Quid enim aliud dici existimas, quam nullam procreandorum liberorum spem reliquam esse, quæ amissi filii acerbitatem mitigare posset? Vidua enim mulier erat. Non habebat, in quem defuncti filii loco converteret oculos; unigena quippe erat. Quantum vero in hoc sit mali, intelliget facile qui ab humana natura non peregrinatur. In eo solo fuerat dolores partus experta; huic soli præbuerat mammas; solus mensam exhilarabat, solus erat domi lætitiæ seges; sive ludicra, sive seria ageret, et quibuscunque exercitationibus daret operam; sive in foro, sive in palæstra, sive in æqualium corona conspiceretur; quidquid matris oculis dulce charumque posset occurrere, in eo solo positum erat. Jam ducendæ uxoris maturus, totius generis stirps ejusque propagandi ramus, et adminiculum senectutis erat. Sed ætatis additamentum aliud lamentum est. Cum enim adolescentem dixit, florem ætatis emarcuisse denotavit. Cui quidem prima lanugo vestierat genas, nondum ad justam barbæ magnitudinem aucta, et in genis etiam tunc pulchritudine interlucente. In amore ac desiderio omnium puer erat. Innuptæ talis sponsi conjugium; conjuges progignere tales filios votis optabant; senes huic adolescenti, ut proprio filio, studebant. Vidua vero mater complexu se filio implicans identidem lætabatur, et ex labiis florem, ruborem ex genis, osculis decerpebat. Cincinnos modo illigabat, modo quatiendos remittebat auris, et fortassis etiam infelix formoso juveni sponsam despondere cogitabat, et circumspiciebat virgines ex quibus præstantissimam legeret: et corollam (9), et thalamum, et **34** hymenæum somniabat. Quin etiam si quid in sermone communi dubium jurejurando confirmandum accideret, per caput illud jurabat. Ita fruar unico nato meo, sic ejus coronam osculari detur, sic ejus filios educem, ita inter ejus manus (10) jucundissime exspirem. Atque ita mater solum spirabat filium: idque solum habebat vitæ solatium. At vero horrenda mors illum invadens, spes meliores præcidit, in ipsa adolescentia cum e vita præripiens. Grave porro parenti, ac plane tragicum infortunium illatum est. Quo enim animo fuisse existimatis ærumnosam illam matrem, si tamen anima in ea residebat, cum videret charissimum natum jam deficientem, et extremos cientem spiritus, et vix suprema matri mandata (11) committentem? Qua oratione describam, quo

A ὁρᾷς τὸ βάρος τῆς συμφορᾶς; πῶς ἐν ὀλίγοις ὁ λόγος τὸ πάθος ἐξετραγῴδησε. Τί γάρ ἐστι τὸ λεγόμενον; Οὐκ ἦν αὐτῇ παιδοποιΐας ἐλπὶς τὴν ἐπὶ τῷ ἐκλείποντι συμφορὰν θεραπεύουσα· χήρα γὰρ ἡ γυνή· οὐκ εἶχε πρὸς ἕτερον ἀντὶ τοῦ κατοιχουμένου βλέπειν· μονογενὴς γὰρ ὁ τόκος. Ὅσον δὲ τὸ ἐπὶ τούτου κακὸν, ῥᾴδιον συνιδεῖν τῷ μὴ ἀποξενομένῳ τῆς φύσεως. Μόνον ἐν ὠδῖσιν ἐκεῖνον ἐγνώρισε, μόνον ταῖς θηλαῖς τοῦτον ἐτιθηνίσατο, μόνος αὐτῇ φαιδρὰν ἐποίει τὴν τράπεζαν, μόνος ἦν τῆς κατὰ τὸν οἶκον φαιδρότητος; ἡ ὑπόθεσις, παίζων, σπουδάζων, ἀσκούμενος, φαιδρυνόμενος ἐν προόδοις, ἐν παλαίστραις, ἐν συλλόγοις νεότητος. Πᾶν ὅτι μητρὸς ὀφθαλμοῖς γλυκύ τε, καὶ τίμιον, μόνος ἐκεῖνος ἦν. Ἤδη τοῦ γάμου τὴν ὥραν ἄγων, ὁ τοῦ γένους ὁρπηξ, ὁ τῆς διαδοχῆς κλάδος, ἡ βακτηρία τοῦ γήρως. Ἀλλὰ καὶ τῆς ἡλικίας προσθήκη ἄλλος θρῆνος. Ὁ γὰρ νεανίαν εἰπὼν, τὸ ἄνθος εἶπε τῆς μαρανθείσης ὥρας. Ἄρτι τοῖς ἰούλοις ὑποχλοάζοντα, οὕπω τοῦ πώγωνος διὰ βάθους ὑποπιμπλάμενον, ἔτι τῷ κάλλει τῶν παρειῶν ἀποστίδοντα. Ἐράσμιος ἦν, καὶ ποθούμενος πᾶσιν ὁ παῖς. Αἱ παρθένοι ἐπηύχοντο τοιούτου νυμφίου γενέσθαι ὁμόζυγες· αἱ ὑπὸ ζυγὸν, τοιούτους ἔχειν υἱούς. Οἱ γέροντες τῷ νεανίᾳ προσεῖχον, ὡς οἰκείῳ παιδί. Ἡ δὲ χήρα μήτηρ ἔχαιρε θαμινὰ περιπλεκομένη τῷ υἱῷ, καὶ φιλοῦσα τῷ ἐπὶ τοῦ χείλους ἄνθος καὶ τῆς παρειᾶς τὸ ἐρύθημα, καὶ τοὺς βοστρύχους ποτὲ μὲν ἀναπλέκουσα, ποτὲ δὲ ἀνεῖσα ταῖς αὔραις περισοβολεῖν. Τάχα που ἡ ἀθλία, καὶ νύμφην ἀγαγεῖν ἐφαντάζετο τῷ καλῷ νεανίᾳ, καὶ τὰς παρθένους περιεσκόπει ἐκλεγομένη τὴν κρείττονα, καὶ τὸν στέφανον ὀνειροπόλει, καὶ τὴν παστάδα, καὶ τὸν ὑμέναιον. Ἤπου καὶ ὅρκος ἦν αὐτῇ ἐν τοῖς τῶν λόγων ἀμφιβόλοις ὁ παῖς, οὕτως ὀναίμην τοῦ μονογενοῦς μου υἱοῦ, οὕτω τὸν ἐκείνου φιλήσαιμι στέφανον, οὕτω παίδων ἐκείνου γενοίμην τροφὸς, οὕτω ταῖς τοῦ υἱοῦ χερσὶν ἡδέως ἐναποψύξαιμι. Ἀλλ' ἡ μὲν μήτηρ οὕτως ἀνέπνει μόνον μονονουχὶ τὸν παῖδα, τὸ γλυκὺ αὐτῇ παραμύθιον. Ὁ δὲ φόνος ῥαγδαῖος ἐπιπεσὼν, ἐπισκόπτει τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας ἀναρπάσας αὐτὸν τῆς ζωῆς ἐν αὐτῇ τῇ νεότητι. Βαρὺ δέ τι καὶ τραγικὸν πάθος τῇ μητρὶ συνηνέχθη. Τίνα γὰρ ψυχὴν ἐσχηκέναι νομίζετε τὴν δειλαίαν ἐκείνην μητέρα, εἰ τέως εἶχε ψυχὴν, ὁρῶσαν ψυχορραγοῦντα τὸν φίλτατον, καὶ τὰ ἔσχατα πνέοντα, καὶ μόλις ἐπισκήπτοντα τῇ μητρὶ τὰ τελευταῖα, καὶ συνταχτήρια; Πῶς παραστήσω τῷ λόγῳ ὅπως ὁ μὲν νέος τῷ σφοδρῷ πυρετῷ κατὰ βραχὺ ἐμαραίνετο, ἡ δὲ μήτηρ παρίστατο περιδεὴς, καὶ

B

C

D

Francisci Scorsi notæ.

(9) *Et corollam.* Corollæ mentionem injicit auctor ex more rituque Græcorum qui matrimonium solemne cum ineunt, coronari solent. In Euchologio ipsorum longa est ἀκολουθία τοῦ στεφανώματος, hoc est *ordo, seu ritus coronationis sponsi et sponsæ.*

(10) *Ita inter ejus manus.* Notissimum matrum votum. Senec. *Consolat. ad Helviam*, cap. 16: *Deos ore, contingat hunc nobis habere superstitem.* Alter Senec. *Contr.* v: *Ita mihi superstite filio mori liceat.* Inde querela in veteri inscriptione solemnis:

Quod decuit natum patri præstare sepulto,
Hoc contra nato præstitit ipse parens.

(11) *Suprema matri mandata.* Ita interpretatus sum vocem συνταχτήριον, primum quidem ex conjectura, deinde cum ad notas hasce elaborandas Patrum aliorum scripta, et interpretum notas pervolutarem, confirmari interpretationem meam, eamque vocem sensu a me reddito a Græcis Patribus usurpatam comperi; nam apud profanos scriptores hujus vocabuli exemplum nullum. Id obser-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὑπότρομος, ἀπηνθρακωμένη τὰ σπλάγχνα, πεφρυγμένη τὰ χείλη, κεκαρμένη τὴν κόμην, γυμνὴ τὰ στέρνα, ἀπαρακάλυπτος τὴν κεφαλὴν, ἐλπίδι, καὶ φόβῳ μεριζομένη, ἐνατενίζουσα τῷ παιδὶ ἀσκαρδαμύκτῳ καὶ κεχηνότι τῷ βλέμματι, καὶ ὥσπερ αὐτῷ συνεκπνέουσα, ἕως κατὰ βραχὺ ὑπορρεούσης αὐτοῦ τῆς τοῦ σώματος ἕξεως, καὶ τῶν φυσικῶν τόνων ἐλαττουμένων, καὶ ξαπανουμένου τοῦ πνεύματος ὁ παῖς ἐναπέψυξε; Πῶς εἶδε; πῶς ὑπέμεινε; πῶς οὐ συναπῆλθε τῷ τελευτήσαντι; Ἐμὲ γοῦν τοσοῦτον ἐπτέρωσεν ἡ ἀνάμνησις, ὡς δοκεῖν παρεῖναι τῷ τόπῳ, καὶ ὁρᾷν τὰ τοῦ δράματος. Ἡ μὲν οὖν πόλις Ναΐν πᾶσα συνέῤῥει ἐπὶ τῇ εἰσκομιδῇ τοῦ νέου, καὶ θροῦς ἐγεγόνει πολὺς, καὶ θρῆνος ἦν συμμιγὴς, ἀνδρῶν οἰμωγὴ γυναικῶν ὀλολυγὴ, παρθένων κωκυτὸς, παίδων κλαυθμυρισμὸς, πάντα δακρύων ἀνάμεστα. Ὁ δὲ νέκυς ἔκειτο ἐκταθεὶς ἐπὶ τοῦ σκίμποδος ὄπτιος, οἷα πεύκη τις ὑψίκομος, ἢ κυπάρισσος ἦν ἀνέμων διέσεισε προσβολὴ, καὶ αὐταῖς ῥίζαις

A pacto filius quidem vehementi febri sensim absumeretur; mater vero astaret exanimata, et trepida exustis visceribus, arentibus labiis, discissa coma, nudo pectore (12), capitis rejecto velamine fluctuans spem inter et metum; in filio immoto atque inhiante obtutu defixa, et una cum ipso propemodum animam efflans: donec dilabente paulatim corporis habitudine, et naturæ firmitate contrita, exhaustoque jam spiritu filius exspiravit. Qui vidit? qui sustinuit? qui cum pereunte filio non decessit? ac me sane ita hujusce rei commemoratio veluti quibusdam alis erexit, ut inibi præsens esse, et drama spectare mihi videar. Nam civitas Naim ad ejus adolescentis funus tota se effuderat, multumque turbabatur comploratione confusa; virorum gemitu,
B mulierum ululatu, virginum fletu, puerorum ejulatu, omnia plena lacrymis erant. Mortuus vero jacebat (13) in grabbato porrectus, veluti procera quædam pinus aut cupressus concussa ventorum impetu, et radi-

Francisci Scorsi notæ.

ravit Jacobus Billius, lib. 1 *Observ.* c. 21, ubi συντακτήριον λόγον, idem esse quod ἀποτακτήριον, hoc est orationem extremam, qua quis valere aliquos jubet; atque hoc sensu orationem eam quam Gregorius Nazianz. centum quinquaginta episcopis præsentibus habuit, appellari συντακτήριον. Nam quod συντακτήριον ibi idem atque εἰρηνικόν; non significet, colligitur ex eo quod nulla ibi de componendis episcoporum dissidiis mentio; at vero συντακτήριον appellatam, quod eam primo quoque tempore discessurus Nazianzenus habuerit, eaque episcopos extremum salutem justo sacramento contendere se Billius ait. Comprobat id duobus locis SS. Patrum, quos vide apud ipsum loco citato; et præterea in Notis ad orationem jam memoratam Gregorii, et in sanctum Damascenum loco infra a me referendo. Confirmatur etiam ex Niceta in Commentariis, qui in oratione Nazianzeni συντακτήριον λόγον interpretatur συγχαιρετικόν, *valedictorium*. Equidem ego non minus in hæc verba jurarem, qui multis locis nostri Theophanis consideratis, nihil aliud τὸ συντακτήριον dicere, quam quod dictum est pro comperto habui; sed non modo extremam salutationem inter vivos, sed et morientium novissima verba, ac mandata per hanc vocem, ut hoc, significari; nam et etymon eo conducit; συντάκτω enim, unde συντάκτης atque inde συντακτήριον propagatur, est *ordinare*, *disponere*, et συντακτήριος λόγος est sermo, seu oratio composita, conscriptaque. Hesychius: Σύνταγμα, σύγγραμμα, ἢ ἐκ λόγων τάγμα συντακτήριον. Cum igitur discessuri, ac præsertim in morte res suas componunt, D multa mandant, atque describunt per eos qui remanent et superstites sunt peragenda; inde bene συντακτήριον pro extremis verbis, seu mandatis in morte accipias. Confirmat id maxime Damascenus, sive quis auctor ejus libri: *Quod mortui viventium beneficiis juventur*, ubi de impiis loquens, qui in extremo judicio quosdam e familiaribus suis ab electorum parte stare videbunt, his utitur verbis: Καὶ ὅτι τινὰς ἐξ αὐτῶν ἐν δεξιοῖς ἴδωσι καταταχθέντας μέρεσι ἀποχωριζόμενοι θρηνοῦσι τὸ συντακτήριον. Hoc est: *Et cum aliquos ex ipsis constitutos a dextris viderint, ab iis digressi postremum lamentantur.* Ex hac notione hujus vocabuli lucem accipiet locus alter Joannis Curopalatæ in *Hist.* (nisi mavis ab illo lucem afferri huic nostro; mutuam certe sibi opem conferunt). Ait igitur Curopalata in Michaele imperatore, Bardam Cæsarem contra Cretenses cum omnibus copiis proficiscentem, cum ad Dei Genitricis templum Viatorum (Virginis Ὁδηγητρίας, *Hodegetriæ* templum significat, quæ vulgo hodie de Iria dicitur, a Pulcheria ad Constantinopolim ædificatum, adjunctumque monasterio ὁδηγείῳ, *Hodegio*, de quo vide plura in Commentariis Jacobi Gretseri in Codinum) cum igitur ad hoc templum pervenisset, ingressum esse cum facibus, ut syntacterium absolveret; ad marginem notatur *syntacterium* (sic enim Latinis tantum litteris vertit interpres vocem συντακτήριον) esse genus quoddam precum ad templum Virginis Viatorum fieri solitum. Cur syntacterium hoc precum genus? nisi quia in
C discessu Virgini ferebantur, eruntque velut postrema valedictio, et commendatio, qua peregre proficiscentes viatorum Virginem salutabant, et ejus auxilium implorabant. Hæc de voce συντακτήριος cujus crebet in Theophane usus, fuerunt necessario explananda, quippe de voce non obvia maxime eo significatu, et quæ multis aliis locis hujus auctoris afferent lumen.

(12) *Nudo pectore.* Habitus mulieris dolore externatæ consuetus. Petr. Arbiter, de matrona Ephesia: *Hæc ergo cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere, in conclavium etiam prosecuta est defunctum: positumque in Hypogeo Græco more corpus custodire, ac flere noctibus totis, diebusque cœpit.* Hæc Arbiter. Sed ritum omnem faciendi lessus, exactum habes apud Senecam in *Troadibus* (ita hanc tragœdiam cum viris doctis inscribas, non Troadam) ubi Hecuba captivas
D mulieres ad lugendum Hectorem et Priamum hortatur, et quo habitu præcipit. Vide ipsum, et Martinum Delrium soc. nostræ, plura ibi de hoc more erudite disserentem.

(13) *Mortuus vero jacebat.* In uno nomine variant admirabiliter codices. Vat. habet νέηλυς, cum quo consentiunt Gall. duo; quin et Esc. cod. et e Gallia missus scribit νέος. Omnium verissima visa est lectio P. C. ὁ δὲ νέκυς, ex qua per errorem exscribentium omnes illæ profluxisse videri possunt. Porro hic Theophanes poeticum plane stylum assumit ad augendam orationem: simili fere modo Catullus in Epith. de nuptiis Pelei et Thetidis:

Nam velut in summo quatientem brachia Tauro
Quercum, aut conigeram sudanti cortice Pinum
Indomitus turbo contorquens flamine robur
Eruit, illa procul radicibus exturbata
Prona cadit, lateque et cominus obvia frangit,
Sic domito sævum prostravit corpore Theseus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

citus exturbata. Miserandum spectaculum, et materies lacrymarum erat is, qui genarum rosas in pallorem paulo ante mutaverat: sed ita tamen ut reliquiæ pulchritudinis apparerent. Infelix vero mater iis quæ faciebat, quæque dicebat majorem lacrymarum vim eam intuentibus excutiebat: non secus atque avis (14), quæ direptos sibi pullos a serpente, qui irrepserat, conspicata, nidum gemebunda circumvolat, nec ulciscendi reperit facultatem. Et fortasse Michææ dicta illi conveniebant: « Planget, et lamentabitur; ibit discalceata **35** et nuda; faciet planctum quasi draconum, et luctum quasi filiarum sirenum [70]. » Scilicet ejus ærumnæ causa e mentis statu dimota, et inopinato malo veluti debacchata compita circumibat, dilaniabat canos, dilacerabat genas, in lapides impingebat pectus et caput, ubera quæ illum aluerant ostendebat, atque ad turbam populi conversa miseris modis, Num, aiebat, o vos qui adestis, filii mei nuptias visuri, et hymenæum choreis celebraturi convenistis, et gaudium mecum communicare cogitatis? Equidem pro vestro in me studio habeo gratiam; sed sponsus, repudiatis nuptiis, somnum capit. Hæc dicebat, et discerpens unguibus genas, sanguinis æque, ac lacrymarum fontibus extillabat, et jacentis ambiens lectum, quasi viventem sic mortuum alloquebatur: Quam tandem, fili mi, quam tandem ingrederis viam longinquam nimis, et irremeabilem? Quid sibi vult hæc in solvendo tam præpropera festinatio? Decepta sum utique, fili, cum tibi pararem animo non thalamum, sed feretrum (15), et facem non nuptialem, hei mihi! sed sepulcralem accendere cogitarem: nequidquam corollam (16), et sponsam, et prolem quamprimum ex te videre somniabam: et quæ socrum me fore sperabam, nec mater appeller. Hei, hei mihi quæ te morientem vidi, cum inter manus tuas (17) animam efflare debuissem; et justis a te mihi factis ante cohonestari! Quam felices illæ mulieres, quibus filii superstites sunt! quid ego ad hoc spectaculum servata sum? quando ad me reditum facies, o viscera mea? quando te rursum aspiciam? Hæc cum diceret, omnes comploRabant matres, patresque collacrymabant. Ubi vero extra portas civitatis processum est, et ad funus major multitudo concurreret, eos qui sepulcrum

[70] Mich. I, 8.

A ἐξήπλωσεν. Ἐλεεινὸν θέαμα, καὶ δακρύων ὑπόθεσις ἄρτι μὲν τὸ τῆς παρειᾶς ῥόδον μεταβαλὼν εἰς ὠχρότητα, δεικνὺς δὲ καὶ οὕτω τοῦ κάλλους τὰ λείψανα. Ἡ δὲ ἀθλία μήτηρ οἷς ἐποίει, καὶ οἷς ἐφθέγγετο, πλέον τῶν εἰς αὐτὴν βλεπόντων ἐπεσπᾶτο τὰ δάκρυα. Ὥσπερ τις ὄρνις πορθουμένους ὁρῶσα τοὺς νεοσσοὺς ὄφεως προσερπύσαντος, περιπτᾶται τὴν καλιὰν περιτρύζουσα, καὶ ἀμύνειν οὐκ ἔχουσα. Καὶ τάχα τὰ τοῦ Μιχαίου ἐν αὐτῇ ἐπεπλήρωντο· « Κόψεται καὶ θρηνήσει, περιπατήσει ἀνυπόδητος, καὶ γυμνὴ ποιήσεται κοπετὸν ὡς δρακόντων, καὶ πένθος ὡς θυγατέρων Σειρήνων. » Γενομένη γὰρ ὑπὸ τοῦ πάθους παράφορος, καὶ οἷον ἐκβακχευθεῖσα τῷ παρ' ἐλπίδα κακῷ περιενόστει τὰς ἀγυιάς, κατέξαινε τὰς πολιάς, ἐσπάρασσε τὰς παρειάς, λίθοις παίουσα, B καὶ στέρνα, καὶ κεφαλήν, μαστοὺς ὑπεδείκνυ τοὺς θρέψαντας, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἀνθυποστρέφουσα ἤπου, φησὶν, τοὺς τοῦ υἱοῦ μου γάμους ἰδεῖν, ὦ παρόντες, συνελήλυθατε, καὶ χορεύσοντες ἥκατε τὸν ὑμέναιον, καὶ τῆς χαρᾶς μοι κοινωνῆσαι προεθυμήθητε; Χάρις μὲν τῆς προθυμίας ὑμῖν· ἀλλ' ὁ νυμφίος καθεύδει τὸν γάμον ἀπαναινόμενος. Ταῦτα ἔλεγε, καὶ τοῖς ὄνυξι τὰς παρειὰς περιδρύφουσα, αἱμάτων ὁμοῦ, καὶ δακρύων ἀπέσταζε πίδακα, καὶ περιστείχουσα τοῦ κειμένου τὸν κράββατον, ὡς ζῶντι τῷ νεκρῷ διελέγετο. Τίνα ταύτην, υἱέ μου,, τίνα ταύτην βαδίζεις ὁδὸν τὴν μακράν τε καὶ ἀνεπίστροφον; τίς ἡ τοσαύτη ταχυτὴς περὶ τὴν ἀνάλυσιν; Ἐλάνθανον ἄρα φανταζομένη σοι, τέκνον, οὐ θάλαμον, ἀλλὰ θάνατον, καὶ λαμπάδα ὑφάψαι οὐ C γαμήλιον, οἴμοι, ἀλλ' ἐπιτάφιον. Μάτην ὠνειροπόλουν στεφάνους, καὶ νύμφην, καὶ παιδίον ὡς τάχος ἰδεῖν· ἡ δὲ γενέσθαι πενθερὰ προσδοκήσασα, οὐδὲ μήτηρ κατονομάζομαι. Οἴμοι! οἴμοι! ὅτι τὸν σὸν θάνατον εἶδον ἐγὼ, ἥτις ὤφελον ἐν ταῖς σαῖς ἐναποψύξαι χερσὶ, καὶ ταῖς σαῖς ἐπικηδείαις τιμηθῆναι προόδοις. Ὡς μακάριαι γυναῖκες, ὅσαις τελευτώσαις περίεστανται παῖδες. Ἵνα τί μέχρι ταύτης ἐτηρήθην τῆς θέας; Πότε μοι ἐπανήξεις, ὦ σπλάγχνον ἐμόν; τότε σε πάλιν ἐπόψομαι; Ταῦτα λεγούσης πᾶσα μήτηρ ἐθρήνει, καὶ οἱ πατέρες ὠδύροντο. Ὡς δὲ τῆς πύλης τῆς πόλεως ἔξω ἐγένοντο, τοῦ πλήθους ἐπιφερομένου τῇ ἐκφορᾷ, μακρόθεν ἰδοῦσα τοὺς τὸν τάφον ὀρύττοντας, ἐμμανὴς ἐπὶ τὸν κράββατον ἔ- D ται· καὶ περιχυθεῖσα τῷ πτώματι, καὶ μέλεσι μέλη

Francisci Scorsi notæ.

(14) *Non secus atque avis.* Et hæc a poetis similitudo frequentata, in qua ludit etiam Theophanes, ut omnes ferme illi lusere: sed princeps Virgilius et palmam fert, ubi de Orpheo amissa Eurydice uxore, quam ex inferna domo receperat:

Qualis populea mœrens Philomela sub umbra
Amissos queritur fœtus, etc.

(15) *Non thalamum, sed feretrum.* In Græco est hæc Παρονομασία φανταζομένη σοι τέκνον οὐ θάλαμον, ἀλλὰ θάνατον, καὶ λαμπάδα ὑφάψαι οὐ γαμήλιον, οἴμοι, ἀλλ' ἐπιτάφιον. Quam ego ut exprimerem utramque, pro θάνατον posui *feretrum*, quod lepide alludit cum *thalamo*: si *mortem* posuissem, venustatem figuræ non reddidissem; in cujus gratiam permiserit mihi quivis metonymiæ usum, ut feretrum funeris instrumentum, vel signum pro morte ponerem. In sequent. Latina potuerunt ad litteram ludere melius quam Græca οὐ γαμήλιον, ἀλλ' ἐπιτάφιον· *Non nuptialem, sed sepulcralem facem.* Illud adverto in V, inductam hic esse vocem ἐπιθάνατιον sic enim habet Οὐ γαμήλιον, οἴμοι, ἀλλ' ἐπιθάνατιόν τε καὶ ἐπιτάφιον, quæ cum in cæteris exemplaribus non exstaret, et supervacanea, quia et venustatem impedire paranomasiæ videretur, a me est merito prætermissa, ut insititia, non innata.

(16) *Nequidquam corollam.* Vide supra hac eadem homilia, not. 9.

(17) *Cum inter manus tuas.* Vide ibidem hac homilia, not. 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῖς τοῦ παιδὸς τὰ ἑαυτῆς συναρμόσασα, ἁπρὶξ εἶχετο καὶ γοεροῖς κατησπάζετο θρήνοις· τοιοῦτός σοι λέγουσα, τέκνον, θάλαμος ἑτοιμάζεται, τοιαύτη σοι παστὰς καλλωπίζεται; ἔγρεο, φίλτατε, καὶ γηραιᾷ μητρὶ ἐπάκουσον. Ἀποτίναξον τὸν βαρὺν τοῦτον ὕπνον, τὸν ἀώρως ἐπενεχθέντα σοι. Οἴκτειρον μητρὸς πολιάν, καὶ σπλάγχνα φρυγόμενα. Οἴμοι! σιωπᾷς, καὶ τὸ γλυκὺ στόμα κατέσχε σιγή, καὶ ζόφος περικέχυται ταῖς λαμπάσι τῶν ὀφθαλμῶν; Καὶ σὺ μὲν ὑπὸ λίθον οἰκήσεις τραχὺν, καὶ σκότος βαθὺ, ἐγὼ δὲ βλέψω τὸν ἥλιον; Οὔμενουν, οὐκ ἔστιν εἰκός. Πρὸς τῷ σῷ τάφῳ πήξομαι τὴν καλύβην, καὶ τάχα μοι φανήσῃ, καὶ λαλοῦντος ἀκούσομαί σου, μᾶλλον δὲ συνταφήσομαί σοι, ποθούμενε, καὶ τοῖς σοῖς νεαροῖς ὀστέοις, σάρκες γηραιαὶ συντακήσονται. Οὕτως ἐπετραγῴδει μὴ ἐπισπεῦσαι συγχωροῦσα τοῦ νεκροῦ τὴν κηδείαν, ἀλλ' ἐμφορεῖσθαι τοῦ πάθους ζητοῦσα ἐπὶ πλεῖστον αὐτῷ τοὺς ὀδυρμοὺς παρατείνουσα.

A fodiebant, eminus conspicata, ad loculum accedit quasi furore externata, et complexa cadaver, et sua cum membris nati membra componens tenaciter inhærebat; eumque lamentis flebilibus compellabat. Talis, o fili, thalamus tibi paratur; tale cubile adornatur? Expergiscere, dilectissime, et vetulam matrem audi. Excute gravem hunc somnum, qui te invasit intempestive; miserere canitiem matris, et viscera jam adusta. Hei mihi! taces; et silentio os tuum suave compescitur, et oculorum faces caligine circumfusæ sunt. Et tu quidem sub aspero **36** lapide et profundis tenebris domicilium habebis; ego vero solem aspiciam? atqui certe non convenit. Propter tuum tumulum struam ego tugurium, et forte mihi apparebis; teque loquentem B audiam; seu potius tecum una sepeliar; et cum recentibus tuis ossibus carnes senectute jam putridæ constabescent. Ilis plane tragicis deplorabat modis, et pompam funebrem retardabat: sed luctu illo exsatiari cupiens, plures super illo lamentationes augebat.

Αλλ' ἐπείπερ ὁρῶ τοὺς ὑμῶν ὀφθαλμοὺς ἐκ συμπαθοῦς διανοίας τεγγομένους τοῖς δάκρυσι, κἀμοὶ δὲ τῇ μνήμῃ τῆς φωνῆς ὁ τόνος ἐκκόπτεται, φέρε τὰ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἀπομάξαντες ἐπὶ τὸ τῆς ἱστορίας μετέλθωμεν χαριέστατον. Ἡ μὲν οὖν τοῦ νέου ψυχὴ τούτου, τὸν τοῦ ᾅδου χῶρον διήρχετο, τὸν σκοτεινὸν ἐκεῖνον καὶ ἀμειδῆ, καὶ γῆν περιεπόλει, ἧς οἱ μοχλοὶ κάτοχοι αἰώνιοι, ὡς εἶπε τῶν προφητῶν ὁ φυγάς. Ἴετο δὲ ὁ Σωτὴρ ἐκ τῆς Καπερναοὺμ, ἄρτι τὸν τοῦ ἑκατοντάρχου παῖδα τεθεραπευκὼς, ἐν δυσμαῖς τοῦ βίου γενόμενον. Ἴετο δὲ πεζῇ βαδίζων, ὡς ἔθος αὐτῷ, καὶ βάδην τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος, ἅμα μὲν διδάσκων ἡμᾶς μὴ ἐνυβρίζειν τὸ σεμνὸν τῆς καταστάσεως ἀτάκτῳ βαδίσματι, ἅμα δὲ καὶ θαῤῥῶν, ὡς εἰ καὶ τάφῳ κατακρύψαιεν τὸν νεκρὸν, ἀναστήσει τοῦτον ὥσπερ τὸν Λάζαρον· καὶ ἰδὼν τὴν χήραν οὕτως ἡμίγυμνον, αἵματι φυρωμένην καὶ δάκρυσιν, ἐσπλαγχνίσθη ὁ φύσει φιλάνθρω-

Nunc quoniam vestros oculos commiserationis affectu madentes lacrymis animadverto; et mihi etiam ipsa memoria vocis intercidit tonus, age jam abstersis lacrymis ad id quod historiæ jucundissimum est, animum referamus. Hujus igitur adolescentis anima inferorum loca illa tenebricosa tristiaque pervaserat; et versabatur in terra, cujus vectes (18), ut profugus vates dixit, « Retinacula sunt sempiterna [71]. » Redibat vero Salvator e civitate Capharnaum, cum jam centurionis puerum vergentem ad occasum vitæ curasset. Pedes vero rediens incedebat, ut mos ejus erat, et maturo gradu faciebat iter: simul ut nos doceret, ne incomposito gressu (19) gravitatem animi bene constituti afficiamus injuria, simul etiam confidens fore ut mortuum etiam tumulo conditum, uti Lazarum, revocaret ad vitam. Et ubi viduam seminudam, sanguine lacrymisque perfusam vidit, commota sunt ei viscera, utpote qui natura

[71] Jonæ II, 7.

Francisci Scorsi notæ.

(18) *Cujus vectes.* Quod nos habemus in editione Vulgata cap. II Jonæ: *Terræ vectes concluserunt me in æternum*, Septuaginta vertunt Κατέβην εἰς γῆν, ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιον· *Descendi in terram, cujus vectes ejus sunt retinacula sempiterna.* Quorum verborum sensus litteralis qui sit explicant interpretes, et præcipue Ribera, et Cornelius a Lapide nostræ societ., quos lege. Ea tamen accommodat noster ad inferorum claustra, quo descendisse animam filii viduæ, et a quibus a Christo revocatum in vitæ limine dicit. Et quidem nil obstat, quia verba Theophanis tum ipsius propria, tum quæ a Scriptura mutuatur, et connecti, cum suis de limbo intelligantur, ubi anima juvenis jam demortui, sed a morte suscitandi suspensa detinebatur. Etenim, ut bene advertit Cornelius a Lapide in cap. IX Matth., ubi filiam archisynagogi suscitatam narrat evangelista, horum animæ, qui in vitam restituendi sunt, non sunt judicatæ, nec damnatæ ad gehennam, vel purgatorium, sed eorum judicium a Deo suspensum, quippe qui eos suscitare jam decreverit. Sed qui locus, ubi depositæ hujusmodi animæ, difficile est divinare; limbum tamen, aut aliquem in centro terræ dicere non est improbabile: ita enim censet idem Cornelius in Joan. XI, ubi Christum voce magna clamasse in excitando ab inferis Lazaro dicit, eo quod e loco remoto, puta e limbo Patrum, et centro terræ ad corpus exanimum evocandum erat. De hoc itaque loco dictum Theophanis nostri par est intelligi. Quod si vocat ejus vectes *retinacula sempiterna*, id ita accipiendum, quod ab eo egredi maxime ut in corpus iterum redeat, nemo possit ex se, sed virtute ejus qui vincula mortis disrupit, et vectes ferreos confregit, et ex terræ inferno sinu eduxit quos voluit. Nam et hoc sensu, ne longius abieris, Jonas ventrem ceti, seu locum maris angustum et profundum, quo delatus ab ipso ceto fuerat, carcerem vocat æternum, cum ait ex nostra edit. *Terræ vectes concluserunt me in æternum;* vel ex Septuag. *Cujus vectes retinacula sempiterna;* nimirum quia æterno tempore ibi permansurum se esse credebat, et permansisset, nisi eodem divino nutu, quo in illum intrusus fuerat, fuisset sospes eductus.

(19) *Incomposito gressu.* ἀτάκτῳ βαδίσματι; sed non cohæret sententiæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

misericors, pro ea quæ inerat illi erga hominem benignitas. Et vocem emittit mulieri divina gratia reipsa plenam : « Noli flere. » O divina vox, quæ tantam mœstitiæ molem levavit! Etenim si alius quispiam eam desistere a fletu jussisset, nonne monita respuisset, et monentem, ut adversarium a se repulisset? vigescens enim mœror (20) consolationis verba non capit : ut in morbis malignæ fluxiones, si antequam maturescant iis mederi velis, recrudescunt magis. Dixisset enim fortasse acri eum ac truculento obtutu respiciens : O homo importune! vides qualem pulchritudinem mors immature consumpserit, et quod meam lucem conditum eo, anchoram vitæ meæ, tu vero præcipis mihi, ut perinde atque in modica quadam calamitate philosophiam exerceam : et dicis : Noli flere, ex adamante, uti videtur, vel ex ferro tibi viscera fabricata sunt. At **37** nihil tale (21) huic mulieri contigit; nam simul audivit, « Noli flere, » flere cessavit. Quam ob causam? Nimirum quia cum Domini allocutione suavis quædam consolatio in ejus animam instillata est, quæ mentem ad bene sperandum erexit. Stetit igitur ad eventum futuri suspensa. Sed quid moror adjungere, quod in hac historia jucundum et admirandum est? Accedit igitur Auctor vitæ, et divina manu loculum tangit; qui vero portabant, steterunt, rati fortasse eum amanter juvenem velle complecti. Ille vero dominatrice voce mortuum vocat : « Adolescens, tibi dico, surge : » et continuo, o rem miram! soluta sunt inferorum claustra; et ex mortuis prosilivit anima, et qui mortuus erat resedit; et ex grabbato desiliit; et omnia nova, et admirabilia exstiterunt. Sepulcrum (22) quod erat futurum fœtidi

πως ἐκ τῆς ἐνούσης αὐτῷ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀγαθότητος, καὶ φωνὴν ἀφίησι τῇ γυναικὶ ὄντως θείᾳ χάριτος ἔμπλεων· « Μὴ κλαῖε· » ὦ θεία φωνὴ τοσοῦτον ἄχθος λύπης κουφίσασα! εἰ γάρ τις ἕτερος μὴ κλαίειν αὐτῇ ἐπετέλλετο, ἆρα οὐκ ἂν ἀπέπτυσε τὴν νουθέτησιν, καὶ ὡς ἐχθρὸν τὸν νουθετοῦντα παρηγκωνίσατο; ἀκμάζουσα γὰρ λύπη, παραμυθητικῶν λόγων ἐστὶν ἀνεπίδεκτος, ὥσπερ τὰ τῶν ῥευματικῶν νοσημάτων κακοηθέστερα, ἐπαυξάνεται μᾶλλον πρὶν πεπανθῆναι θεραπευόμενα. Εἶπε γὰρ ἴσως δριμύ τι ἀπιδοῦσα, καὶ βλοσυρόν· ὦ τῆς ἀκαιρίας ἄνθρωπε! ὁρᾷς οἷον κάλλος ὁ θάνατος πρὸς ὥρας ἐμάρανεν, καὶ ὅτι ἄπειμι τῇ γῇ κατακρύπτουσα τὸ ἐμὸν φῶς, τῆς ζωῆς μου τὴν ἄγκυραν, καὶ ὡς ἐπὶ μετρίῳ τινὶ πάθει φιλοσοφεῖν ἐπιτάττεις, καὶ, Μὴ κλαῖε, λαλεῖς. Ὡς ἔοικεν ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδήρου τὰ σπλάγχνα κεχάλκευσαι. Ἀλλ' οὐδέν τι πέπονθεν ἡ γυνή. Ὁμοῦ δὲ ἤκουσε, « Μὴ κλαῖε, » καὶ σεσίγηκε. Διατί; Ὅτι σὺν τῷ Δεσποτικῷ λόγῳ, καὶ γλυκεῖά τις παραψυχὴ ἐνέσταξεν ἐν τῇ ταύτης ψυχῇ, πρὸς ἀγαθὴν ἐλπίδα τὸν νοῦν αὐτῆς διεγείρουσα. Ἔστη οὖν πρὸς τὸ μέλλον οὖσα μετέωρος. Ἀλλὰ τί μὴ θᾶττον ἐπάγω τὸ γλυκὺ τῆς διηγήσεως, καὶ παράδοξον; Ἔρχεται τοίνυν ὁ τῆς ζωῆς Χορηγὸς, ἅπτεται τῆς σοροῦ θείᾳ χειρί· οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν. Ἤοντο γὰρ ἴσως ἐθέλειν αὐτὸν ἀσπάσασθαι τὸν νεκρόν. Ὁ δὲ δεσποτικῇ φωνῇ καλεῖ τὸν νεκρόν· « Νεανία, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. » Καὶ αὐτίκα, ὦ τοῦ θαύματος! ὁ μὲν ᾅδης ἐλέλυτο, ἡ δὲ ψυχὴ ἐκ τῶν νεκάδων ἀνέσθορε, καὶ ὁ νεκρὸς ἀνεκάθισε, καὶ τοῦ κραββάτου ἐφήλατο, καὶ γίνεται πάντα καινὰ, καὶ παράδοξα. Ὁ καρωνίας τάφος ἔμεινε κενοτάφιον· οἱ ὀρύττοντες τὸ πτύον ῥίψαντες, καὶ τὴν δίκελλαν, πρὸς τὸ παρά-

Francisci Scorsi notæ.

(20) *Vigescens enim mœror.* Eam magni doloris vim expressit Seneca in *Troad.* :

Ratione quamvis careat, et flecti neget
Magnus dolor, sociosque nonnunquam sui
Mœroris ipsos oderit.

(21) *At nihil tale.* Inter hæc verba, ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, et antecedentia, πρὶν πεπανθῆναι θεραπευόμενα, in unico cod. G. inserta est hæc προσωποποιία mulieris viduæ, εἶπε γὰρ ἴσως δριμυσι ἀπιδοῦσα καὶ βλοσυρὸν, ὦ τῆς ἀκαιρίας ἄνθρωπε, et quæ sequuntur; quæ tamen si deessent ita consecutio sententiæ cohæreret, ut nemo suspicari posset ea deesse, sed potius quod inventa sint ἀλλόκοτα et ex alterius ingenio inserta possit quispiam criticus existimare. Ego vero quia et elegans est prosopopœia, et παθητική et ab aliis, quibus hic sermo non uno in loco καλλωπίζεται non absimilis, ab eodem auctoris genio composita, eademque officina exisse censui. Et demum quia ille inductus sermo mulieris vim, potentiamque in Christi verbis insitam ostendit, qui est auctoris scopus, interjicienda et edenda statui.

(22) *Sepulcrum.* Ludit more suo Theophanes in ἀντιθέτοις non tam verbis quam rebus. Opponit τὸ χαρωνίας τάφον τῷ κενοταφίῳ illud sepulcrum horridum futurum fœtidi corporis receptaculum (hoc enim in duabus his vocibus ὁ τάφος; χαρωνίας continetur) hic honoratius tumulus, id est, κενοτάφιος. Τὰ χαρώνια barathra quædam, et Plutonia fœdos odores exhalantia esse colligitur ex Laertio in Zenone, lib. VII, ubi ex ipsius Zenonis dogmate Ἔτι δὲ σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων οἷον χαρώνια, καὶ ἀμπότιδας, καὶ πηγὰς θερμῶν, debere dicit. Quæ verba sic reddit interpres : *Præterea nihil earum rerum admirari sapientem, quæ admirabiles videantur, ut Charonis januas, æstuum recessus et aquarum fontes.* Sed quæ sunt hæ Charonis januæ inter admiranda a Laertio, seu Zenone commemorata, quæ tamen admirari sapientem vetat? Jam has obscuras januas aperiam, et illustrabo, si prius quæ de voce χαρώνια apud grammaticos legi producam. Nam apud Pollucem lib. VII, cap. 9, et Phavorinum, et Hesychium, et Suidam in voce χαρώνιον, hæc iisdem ferme verbis leguntur Χάρωνος θύρα, μία τοῦ νομοφυλακίου θύρα, δι' ἧς οἱ κατάδικοι τὴν ἐπὶ θάνατον ἐξάγονται· *Una nomophylacii* (hoc est carceris, cui nomophylaces præerant) *ex qua capitis rei ad mortem efferuntur.* Addit Suidas ad aliorum verba versiculum ex Aristophanis *Pluto* : Ὁ δὲ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσι· *Charon autem symbolum dat* ἀντὶ τοῦ μέλλεις ἀποθανεῖν, *pro eo quod est : Moriendum tibi est.* Quibus verbis adductus Thomas Aldobrandinus in Adnotationibus ad illa verba Laertii putat per χαρωνεῖα, vel Charonis januas eo loco mortem significari, quasi dicat mortis januas; nam Χάρων apud Suidam etiam ὁ θάνατος explicatur. Sed neque adhuc hæ januæ patent; neque video quomodo cum cæteris admirabilibus, quæ sequuntur, mortis mentio cohæreat. Igitur τὰ χαρώνια apud Laertium sunt antra, seu cavernæ, seu barathra mephitim exhalantia : cujusmodi sunt in agro Puteolano, qui et Vulcanium forum, et Phlegræi campi apud veteres dictus, ubi lacus Avernus, et præcipue, antrum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δ.ξον ἔτρεχον, τὰ δάκρυα εἰς χαρὰν καὶ θαῦμα μετ- A cadaveris receptaculum inane monumentum mansit, fossores pala et ligone abjectis ad miraculum accurrebant; lacrymæ in gaudium admirationemque vertebantur; conventum illum hominum timor ac stupor invasit; et ex levioribus, credo, nonnulli oculos abstergebant, quasi per somnium ea se videre arbitrati. At felix illa mater provoluta ad Domini pedes, et altera manu cum filio implicita, vix cum se tenere credebat; et usquequaque luctum cum gestiente lætitia commutavit. Atque uti comprehendam brevi, vidit tunc sol Davidicum illud impletum, matrem super filio lætantem [72], et Largitorem vitæ Deumque nostrum Jesum gloria celebratum. Atque hic operis hujus admirandi, et supra opinionem hominum constituti finis. Quod B sane non parum animis nostris peperit utilitatis; iis maxime, quibus commiseratione compunctis lacrymæ dimanarunt, quas ad eluendas animi sordes (23) valere credimus.

ἤγοντο. Τοὺς συνελθόντας δέος εἶχε μετ' ἐκπλήξεως, καί τινες, οἶμαι, τῶν κουφοτέρων τοὺς ἑαυτῶν ἀπέματτον ὀφθαλμοὺς, ὡς ἐν ὀνείρῳ ταῦτα βλέπειν οἰόμενοι. Ἡ δὲ μακαρία μήτηρ ἐκείνη, καὶ τοῖς ποσὶ τοῦ Δεσπότου καλινδουμένη, καὶ θατέρᾳ χειρὶ τῷ παιδὶ περιπλεκομένη ἠπίστει κατέχουσα, καὶ διὰ πάντων μετήμειπτο τὸ πένθος εἰς ἀγαλλίασιν. Καὶ ἵνα συνέχω τὸ πᾶν, εἶδεν ὁ ἥλιος τότε τὸ Δαβιδικὸν ἐκεῖνο πληρούμενον, μητέρα ἐπὶ τέκνῳ εὐφραινομένην, καὶ τὸν τῆς ζωῆς Δοτῆρα, καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν δοξαζόμενον. Ἡ μὲν οὖν παράδοξος αὕτη θαυματουργία ὧδε κατέληξε, πλεῖστα τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ὠφελήσασα, καὶ μᾶλλον ὅσοι κατανυγέντες, συμπαθείας ἐστάξατε δάκρυον, ὅπερ καθαρτικὸν εἶναι τῶν ψυχικῶν ῥύπων πιστεύομεν.

Nec injucundum fortassis erit ad moralem considerationem traducere historiam : sic enim fructum utrinque decerpserimus. Unusquisque filium viduæ se esse recogitet, ejus scilicet constitutionis quæ justitiæ viduata sit spiritu, ac jam in tumulum inertiæ ab immundis dæmonibus et passionibus carnis, quæ animam in perniciem adducunt, miserabiliter efferatur. Quænam igitur salutis facultas? Pœnitentiæ lacrymæ, quas ubertim ex oculis profundentes deprecemur Dominum, ut spirituali tactu C feretrum tangat. Feretrum **38** porro est corpus multis malis obnoxium, gravis et onusta sarcina, atque ita qui portant loculum, stabunt et a vitiositate mortuum corpus ferentis cursum retrahent. Quorum ubi retardatus fuerit impetus incitatus ad malum, mens reviviscet, et cœlesti Hierosolymæ tanquam matri tradetur. Nec vero illud sine consideratione prætereundum est, quod secundum historiam gestum est quidem, aliquid vero spirituale significabat. Namque Thesbites propheta ejusque discipulus pueros imperfecta ætate mortuos excitarunt : alter quidem Sarephtanæ, alter vero Sunamitidis filium [73]. At vero Dominus et propria virtute pollens Jesus neque infantes, nec jam longa die senescentes revocavit ad vitam; hunc enim viduæ

Οὐκ ἄμουσον δὲ ἴσως μεταβαλεῖν τὴν ἱστορίαν εἰς ἠθικὴν θεωρίαν· οὕτω γὰρ ἀμφοτέρωθεν τὴν ὠφέλειαν καρπωσόμεθα. Ἕκαστος ἑαυτὸν ἐννοησάτω τῆς χήρας υἱὸν, καταστάσεως δηλαδὴ χηρευούσης δικαίου φρονήματος εἰς τὸν τῆς ἀπραξίας τάφον ἐλεεινῶς ἐκφερόμενον ὑπὸ τῶν φιλορυπάρων δαιμόνων, καὶ τῶν τὴν ψυχὴν κακῶς βασταζόντων παθῶν τῆς σαρκός. Τίς οὖν γένοιτο σωτηρίας λαβή; Τὸ ἐκ μετανοίας ἐκ τῶν ὀμμάτων δάκρυον, ὃ στάζοντες κρουνηδὸν ἐπευξώμεθα ἵν' ὁ Δεσπότης ἅψηται τῆς σοροῦ νοητῇ ἁφῇ. Σορὸς δὲ τὸ πολυπαθές ἐστι σῶμα, τὸ βαρὺ, καὶ βρίθον ἐφόλκιον· καὶ οὕτως οἱ βαστάζοντες στήσονται, καὶ τοῦ δρόμου τῆς νεκροφόρου κακίας παυθήσονται. Αὐτῶν δ' ἐμποδισθέντων τῆς πρὸς τὸ χεῖρον ὁρμῆς ὁ νοῦς ἀναστήσεται, καὶ ὡς μητρὶ ἀποδοθήσεται τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ. Κἀκεῖνο δὲ δεῖ μὴ παρελθεῖν ἀνεπίσκεπτον, ὃ γέγονε μὲν ἱστορικῶς, ἰδήλου δέ τι πνευματικόν. Ὁ μὲν γὰρ Θεσβίτης προφήτης, καὶ ὁ τούτου γέγονὼς φοιτητὴς παῖδας ἀτελεῖς τεθνηκότας ἀνέστησαν, ὁ μὲν τὸν τῆς Σαραφθίας, ὁ δὲ τὸν Σουμανίτιδος. Ὁ δὲ Δεσπότης καὶ Κύριος Ἰησοῦς οὔτε τοὺς ἐν νηπιώδει ἡλικίᾳ, οὔτε τοὺς χρόνῳ καταγηράσαντας ἐξήγειρε· τόν τε γὰρ τῆς χήρας υἱὸν νεανίαν ὀνομάζει τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἡ θυγάτηρ Ἰαείρου νεᾶνις· ἣν ὡδε-

[72] Psal. cxii, 9. [73] III Reg. vii; IV Reg. iv.

Francisci Scorsi notæ.

visitur, sive spiraculum mortiferum emittens halitum Charonæum signate appellatum, vulgo *Grotta de' cani* ab experimento in canibus capto : quod si vivum quodcunque animal prolabatur in eam scrobem, et plusculum immoretur, exspiret; sed si protinus educatur, aspersum ex aqua stagni, vitales recipit spiritus. Multa alia de hoc lacu, scatebrisque sulphureis, quibus totus ille campus fervet enarrata et descripta leges in *Theatro civitatum totius mundi*, lib. III, tom. II, a Gregorio Braun Agrippinati exhibito. Mirum igitur ni hæc ipsa tam mirifica loca a Laertio denotentur, quæ cum admirationem parere possint, per Zenonem non licet admirari sapienti. Certe nisi hæc denotet, alia hujusmodi dicat necesse est; atque hæ januæ D Charonis, seu mortis jure dicantur. Optime etiam noster Theophanes sepulcrum, in quo inferendum erat cadaver : τὸν Χαρωνείας τάφον appellat ex similitudine.

(23) *Ad eluendas animi sordes.* S. Ambrosius de obitu fratris sui Satyri : *Flevérunt et pauperes; et quod multo pretiosius est multoque uberius, lacrymis suis delicta laverunt. Istæ sunt lacrymæ redemptrices; isti gemitus, qui dolorem mortis abscindunt; iste dolor, qui perpetuæ ubertate lætitiæ veteris sensum doloris obducat.* Et S. Gregorius Nazianz. orat. 3, *in Julianum*, στηλιτευτικῇ prima lacrymas magnifice appellat ἁμαρτίας; κατα κλυσμὸν, κόσμου κάθαρσιν, *peccati diluvium, mundi piamentum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

filium adolescentem appellat Evangelium, et Jairi filia puella duodecennis erat [74]. Quid igitur ex hoc altioris intelligentiæ accipimus? Propheticum scilicet sermonem ad imperfectos ac tyrones in discendo traditum, quique secundum legem vivebant infantium vitam : atque his legalium præceptorum violatione mortuis vitam restituebat. At vero Christus ad perfectivam per Evangelium vitæ rationem instituens, perfectam attingit animam, vitam illi spiritualem præbens, quæ infantilem transgressa statum, et spirituali ætate vigescens non rugis peccatorum obducta inveteravit atque consenuit. Atque hoc Salomonis Canticum innuit : « Propterea adolescentulæ dilexerunt te [75]. » Si igitur anima nostra juvenescit, neque adhuc infantis more (24) ad sensum boni percipiendum inepta est, neque ad ejus intelligentiam senectutis vitio hebes et languida, pervadet eam sermo doctrinæ, et ab iniquitatis lecto excitabit, et ad æterna bona assequenda disponet : quibus nos omnes potiri contingat gratia Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi auctoris vitæ, cui debetur omnis honor et gloria cum Patre principii experte, et vivificante Spiritu, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

39 HOMILIA VII.

De parabola sementis.

Qui mercaturæ faciundæ causa longis peregrinationibus sese accingunt, cum jam ingredi viam volunt, preces initium itineris faciunt, Deumque orant ut dux et comes sibi sit vitæ. Quoniam igitur et nos ad quæstum cœlestium ac spiritualium divitiarum, Evangelii explicandi viam inimus, precemur, ut in nos omnes gratia Spiritus sancti abunde conferatur, quæ et linguam nostram expediat, et sermonis dirigat cursum, vestras vero aures ad audiendum vehementer excitet, ut hinc discedamus spiritualis sementis fructu percepto, ejus inquam sementis, de qua hodie Parabola evangelica [75*] disserens ait :

C

« Dixit Jesus parabolam hanc : Exiit qui seminat seminare semen suum. » Prædefinitum ab æternitate consilium Dei, et usque ad infimam (25) nostram conditionem divini Verbi exinanitionem, et inexplicabilem illam cum humana natura unionem grandiloquus Evangelii sermo exitum vocat. Sic enim et aliis in locis loquitur : « Videns Jesus, quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit, et ad Deum vadit [76] ; » et in eo sermone (26),

D

ΟΜΙΛΙΑ Ζ'.

Περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ σπόρου.

Οἱ τὰς μακρὰς ἀποδημίας κατ' ἐμπορίαν πλούτου στελλόμενοι, ἐπειδὰν τῆς ὁδοῦ βουληθῶσιν ἐφάψασθαι, εὐχὴν ποιοῦνται τῆς ὁδοιπορίας προοίμιον, Θεὸν αὐτοῖς γενέσθαι καθηγεμόνα καὶ συνοδοιπόρον αἰτούμενοι. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς κατ' ἐμπορίαν τοῦ δεσποτικοῦ πλούτου τε καὶ πνευματικοῦ, τῆς ὁδοῦ τῶν εὐαγγελικῶν ἐξηγήσεων ἐφαπτόμεθα, δεηθῶμεν ἐπιχορηγηθῆναι πᾶσι τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, ἡμῶν μὲν διατρανοῦσαν τὴν γλῶτταν, καὶ τὸν λόγον εὐθύνουσαι, ὑμῶν δὲ τὰς ἀκοὰς διεγείρουσαν εὖ μάλα πρὸς τὴν ἀκρόασιν, ἵν' ἀπέλθωμεν ἐντεῦθεν τοῦ πνευματικοῦ σπόρου καρπωσάμενοι τὸ γεώργιον, ἐκείνου τοῦ σπόρου, περὶ οὗ σήμερον ἡ εὐαγγελικὴ παραβολὴ διηγήσασα οὕτω λέγει·

« Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. » Τὴν προορισθεῖσαν ἐκ Θεοῦ ἀνέκαθεν βούλησιν, καὶ τὴν μέχρι τῆς ἡμετέρας ἐσχατιᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου κένωσιν, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἄῤῥητον ἕνωσιν ἡ μεγάλη τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴ ὀνομάζει ἐξέλευσιν· οὕτω γὰρ καὶ ἐν ἄλλοις φησίν· « Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει. »

[74] Luc. VIII, 42; Marc. V, 42. [75] Cant. V, 2. [75*] Luc. VIII, 5 seqq. [76] Joan. XIII, 3.

Francisci Scorsi notæ.

(24) *Infantis more.* Hæc, ὑπὸ νεότητος ἀναισθητοῦσα, καὶ νηπιάζουσα, supplevi, necessaria sane ad perfectum sensum, ex c. 5.

(25) *Usque ad infimam.* Sic locutus S. Dionysius Areop. *De divinis nomin.* cap. 1, ubi Deum appellat Φιλάνθρωπον διαφερόντως ὅτι τῆς καθ' ἡμᾶς πρὸς ἀλήθειαν ὁλικῶς ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἐκοινώνησεν ἀνακαλουμένην πρὸς ἑαυτὴν, καὶ ἀνατιθεῖσα τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιάν. Hoc est, ex interpretatione Joachimi Perionii : *Singulari quodam amore genus humanum complectentem, quod vere atque integre in una persona nobiscum commercium habuit, et vocans ad se, et jungens nostram humilitatem.*

(26) *In eo sermone.* Circumscripsi pluribus vocem συντακτήριον de qua vide not. 9 ad hom. 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἐν δὲ τοῖς πρὸς τοὺς μαθητὰς συνταχτηρίοις λόγοις, φησὶν ὁ Σωτήρ· « Ἐγὼ ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθον· ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα. » Ἐντυγχάνων δὲ τῷ Πατρὶ ὡς ὁμοτίμῳ εἰρήκει περὶ τῶν φοιτητῶν, « Καὶ αὐτοὶ ἔγνωσαν ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον. » Καὶ νῦν δὲ περὶ ἑαυτοῦ τὴν παραβολὴν συντιθεὶς, « Ἐξῆλθε, φησὶν, ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. » Ὁ θεηγόρος δὲ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ τὴν κατὰ σάρκα Χριστοῦ παρουσίαν, εἰσέλευσιν ὀνομάζει φάμενος οὕτωσί· « Ὅταν δὲ πάλιν εἰσάγῃ τὸν Πρωτότοκον. » Ἆρ' οὖν ἐναντιοῦνται ἀλλήλαις αἱ θεῖαι φωναί; καὶ εἰς ἂν εἰς τοῦτο προαχθείη χυδαιότητος λογισμῶν νοῆσαι, ἢ φράσαι τὸν Ἀπόστολον ἐναντία φάσκειν τῆς εὐαγγελικῆς ἀποφάσεως; Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ μυστικῶς ὁραθείσῃ τῷ Ἰακὼβ ποτε κλίμακι, οἱ αὐτοὶ ἄγγελοι ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον, ἑνὸς τοῦ ὑποκειμένου τυγχάνοντος, οὕτως ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Παῖς κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο σημαινόμενον λέγοιτ' ἂν εἰσελθεῖν τε καὶ ἐξελθεῖν τοῖς ἐκδεχομένοις τὰς θείας ἐκφαντορίας θεοπρεπῶς. Ὅταν γὰρ παρατραπῇ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, διώλισθεν, ἔξω γέγονε τοῦ Θεοῦ. Ἐξῆλθεν οὖν καὶ αὐτὸς ὡς ὁ πρέσβυς, ἵν' εἰσάγῃ ἡμᾶς, ἐξ οὗ κακῶς ἐκπεπτώκαμεν. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος τὴν εἰς τὴν κληρονομίαν εἴσοδον λέγων, καθ' ἣν τῶν ἐθνῶν κληρονόμος εἰσήνεκται, ὡς προέφησεν ὁ θεῖος χρησμός· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δόσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· » πρὸ γὰρ τῆς οἰκονομίας οὐδὲν ἦν Θεῷ καὶ τῇ κτίσει κοινόν· τίς γὰρ κοινωνία πρὸς τὴν αἰσθητὴν κτίσιν τῷ πανυλῳ, καὶ ἀκτίστῳ, καὶ ἀναφεῖ; κοινωνήσας δὲ ἡμῖν διὰ τοῦ προσλήμματος, εἰσαχθῆναι πρὸς τὴν κτίσιν παρὰ τῆς ἀποστολικῆς φαίνεται ῥήσεως,

A quo discipulos Dominus postremum instruxit: « Ego, ait, a Deo exivi : exivi a Patre, et veni in mundum; iterum vado ad Patrem [77]. » Cum Patre vero ut æquali colloquens de discipulis dixit : « Et ipsi cognoverunt quia a te exivi [78]. » Nunc vero etiam parabolam de seipso componens : « Exiit, inquit, qui seminat seminare semen suum. » Paulus vero divinitus loquens in ea quæ est ad Hebræos Epistola, Christi secundum carnem adventum introitum appellat sic dicens : « Et cujus iterum introducit Primogenitum in orbem terræ [79]. » An igitur divinæ voces sibi invicem adversantur? Quis vero in tam humilem (27) abjectamque cogitationem adduci potest ut putet aut dicat Apostolum contraria evangelicæ sententiæ loqui? Verum sicut in mystica B scala, quam vidit Jacob, iidem angeli ascendebant et descendebant, cum una utrique dicto (28) subjecta res esset, ita unigenitus Dei Filius alia atque alia significatione introire dicitur, et exire apud eos qui ita mysticam 40 doctrinam (29) accipiunt, uti par est sentire de Deo. Quando enim humana natura aberrans a via, lapsa est, excessit a Deo : exivit ergo et ipse quasi legatus quidam, ut eo nos introduceret, unde male excideramus. At vero divinus Apostolus de introitu sive aditu ad hæreditatem loquitur, sicuti prædixerat divinum oraculum : « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ [80]; » nam ante Incarnationem (30) nihil Deo cum rebus creatis commune : nam quæ communio cum sensibili C creatura sit ei qui ab omni materia purus et increatus est, et contrectari non potest? at vero cum per assumptam naturam nobiscum communicavit introductus in res creatas, per Apostoli verba

[77] Joan. XVI, 28. [78] Joan. XVII, 8. [79] Hebr. I, 16. [80] Psal. II, 8.

Francisci Scorsi notæ.

(27) *In tam humilem.* V. C. habet εἰς τοῦτο προαχθείη χυδαιότητα λογισμῶν; sed et sensus auctoris et syntaxis postulant lectionem, quam ex meo P. protuli : Εἰς τοῦτο προαχθείη χυδαιότητος.

(28) *Cum una utrique dicto.* Ἑνὸς τοῦ ὑποκειμένου τυγχάνοντος ad verbum rediderim, *Uno existente subjecto ;* unum hoc subjectum angeli sunt, de quibus prædicantur opposita, ascendere et descendere; sed alia, atque alia ratione. Quo D exemplo utitur auctor ut ostendat non repugnare dicta Scripturæ, quæ de eodem Christo exisse, et introiisse dicunt. Hoc enim verum est diversa consideratione, quam habes ab ipso auctore explicatam. S. Chrysost. hom. 3, *in epist. ad Hebræos,* eamdem quæstionem movet, atque exitum quidem explicat de reconciliatione a Christo facta inter Deum et homines : *Quomodo enim,* inquit, *in regia qui sunt in vinculis et regem offenderunt, stant foris ; qui vult autem eos reconciliare, non ipsos introducit, sed ipse foras egrediens eos alloquitur ; donec ipsis dignis effectis conspectu regis eos introducat : ita etiam fecit Christus, etc.* Ingressum autem explicat eo modo, quo Noster : *Paulus,* inquit, *eum nominat ingressum a metaphora eorum qui sunt hæredes, et aliquam accipiunt possessionem ; dicere enim : « Cum autem introduxerit Primogenitum in orbem terræ, » hoc est cum ei tradiderit possessionem ; tunc enim eam totam possedit, quando fuit cognitus.* Ita Chrysost. Porro huc facit formula illa loquendi Latinis usitata, *inire, adire hæreditatem ;* et altera alteram rem explicat.

(29) *Mysticam doctrinam.* Quid sit ἐκφαντορία, qua voce hoc loco, et aliis deinceps pluribus Theophanes utitur, docet Budæus in Comment. Ἐκφάντορες, inquit, et ἐκφαντορικοὶ *dicuntur* ὑποφητικαὶ τάξεις, *id est, angelorum ordines, qui divina interpretandi munere funguntur, et quæ divinitus acceperunt, aut a superioribus ordinibus hauserunt, deinceps infimis ordinibus quasi per manus tradunt ; at illi rursus viris sanctis enuntiant, et produnt : inde* ἐκφαντορία *doctrina rerum conditarum et mysticarum interpres et enarratrix.* Hæc Budæus. Hanc appellationem tribuit etiam Spiritui sancto Damascenus, lib. I, *De fide,* cap. 15, utpote enarratori divinorum arcanorum, juxta illud Joan. XIV : *Ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quæcunque mandavi vobis.* Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς Θεότητος δύναμις. Hoc est ex Billii interpretatione : *Ac spiritus sanctus Patris potentia est, Divinitatis latebram declarans.* Paulo etiam supra explanantem spiritum exponit.

(30) *Ante Incarnationem.* De vocabulo οἰκονομία, quod hoc loco habetur, vide homiliam V, not. 98.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

videtur : « Exiit qui seminat : » si de Deo igitur exitus dicitur, removeatur omnis mutationis loci suspicio, et ea cogitatio evincat, quæ Dei naturæ convenientia tribuit. Nec enim exivit loco, sed habitudine nobis appropinquavit factus homo. Deus enim cum esset, et humanam assumpsisset naturam (31), motum quodammodo subiisse videtur, licet locum non norit, sed in propria natura persistat immotus. Hoc ipsum autem Michæas vaticinatus est dicens : « Ecce Dominus egredietur de loco suo. »

A « Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων · » εἰ λέγοιτο τοίνυν ἐπὶ Θεοῦ ἐξέλευσις, διαῤῥίψωμεν πᾶσαν ὑποψίαν τοπικῆς μεταβάσεως· ἐπικρατείτω δὲ λογισμὸς τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει προσάπτων τὰ πρεπωδέστερα. Οὐ γὰρ τόπῳ ἐξῆλθεν, ἀλλὰ σχέσει γέγονε πλησίον ἡμῶν γενόμενος ἄνθρωπος· Θεὸς γὰρ ὑπάρχων, καὶ βροτωθεὶς, δοκεῖ πως ὑπομεῖναι κίνησιν, καί τοι τόπον οὐκ εἰδὼς, ἀλλ' ἐρημεισμένος ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει. Τοῦτο δὴ καὶ Μιχαίας προεχρησμῴδησεν· « Ἰδοὺ Κύριος, λέγων, ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. »

« Exiit qui seminat seminare semen suum [81]. » Quid hoc semen sit, ipse nos prævertens explicavit dicens esse verbum Dei atque adeo promulgationem Evangelii. Sator autem hujus boni seminis ipse est, qui hæc loquitur Jesus; ipse est omnis boni sator; et omnis spiritualis fructus ubertas ab ipso percipitur. Terra vero et agricultura ipsius, hominum animi. Dixit vero semen suum, quoniam non ab alio mutuatur verbum Dei in se subsistens. Sed quare non ad sementem novale præmittitur? Qui enim agris colendis dant operam, prius quidem terram arando novant, ac deinde semina jaciunt. Hic igitur scire oportet etiam prophetas legis aratro hominum animas per præcepta excoluisse, et eas ad semen Evangelii excipiendum reddidisse aptiores. Qui vero ad mundi totius beneficium venit, qui solares radios justis æque impertitur ac improbis, quique nubibus mandat ut bonis et malis pluant, hic sane doctrinæ verbum æqualiter omnibus explicavit, dispergens sine discrimine semina, ut non minus esset bonum ejus (32), qui fructum ferre voluisset, quam qui semina 41 præbuisset.

« Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. » Τί μὲν ὁ σπόρος, αὐτὸς προῶν ἐδήλωσεν, ὡς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστι, τὸ εὐαγγελικὸν πάντως κήρυγμα. Σπορεὺς δὲ τοῦ ἀγαθοῦ τούτου σπέρματος B αὐτὸς ὁ ταῦτα λαλῶν Ἰησοῦς· αὐτός ἐστιν ὁ παντὸς ἀγαθοῦ σπορεύς, καὶ παρ' αὐτοῦ πᾶσα καρποφορία πνευματική. Γῆ δὲ καὶ γεώργιον αὐτοῦ, αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί· εἶπε δὲ τὸν σπόρον αὐτοῦ, ἐπειδὴ οὐχ ὑπό τινος ἄλλου τὸν λόγον δανείζεται, λόγος ὢν αὐτὸς τοῦ Θεοῦ ἐνυπόστατος. Πῶς δὲ οὐ προηγεῖται τοῦ σπόρου ἡ νέωσις; Οἱ γὰρ τῇ γεωργίᾳ προσκείμενοι, πρότερον τὴν γῆν τῇ ἀρόσει νεώσαντες, οὕτω καὶ τὰ σπέρματα καταβάλλουσιν. Ἀλλὰ προσήκει νῦν εἰδέναι, ὡς κἀνταῦθα οἱ προφῆται τῷ τοῦ νόμου ἀρότρῳ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων νεώσαντες διὰ τῶν ἐντολῶν, δεκτικωτέρας αὐτὰς τοῦ εὐαγγελικοῦ σπόρου ἐποίησαν. Ἀλλ' ὁ ἐπ' εὐεργεσίᾳ παντὸς τοῦ κόσμου παραγενόμενος, ὁ τὰς ἡλιακὰς θάλψεις ἐπίσης δικαίοις καὶ φαύλοις διδοὺς καὶ ταῖς νεφέλαις C ἐπιτάττων ὑετίζειν ἐπὶ πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς, οὗτος καὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον ἐπίσης πᾶσιν ἐφήπλωσεν, ἀδιακρίτως διασκεδαννὺς τὰ καταβαλλόμενα, ἵν' ᾖ τοῦ ἑλομένου καρποφορεῖν οὐχ ἧττον ἀγαθὸν, ἢ τοῦ παρασχόντος τὰ σπέρματα.

« Et aliud cecidit secus viam, et conculcatum est, et volucres cœli comederunt illud. » Etiam eorum, qui magnam illam cœnam adire recusarunt, tres fuere classes; alius enim juga boum, alius villam emerat, alius uxorem duxerat. Et hic etiam trifariam mandatum est semen illud, quod in terram minime idoneam cecidit, et spes corrupit agricolæ: aliud secus viam tritam, aliud in aridis asperisque petris cecidit, aliud a spinis suffocatum est. Quid igitur ex hisce parabolis discimus? Tria nimirum fuisse genera eorum, qui semen evangelicum acceperunt, et tamen fructus non perfecerunt. Qui mundi sapientiam et Græcorum ineptias sectati sunt; et qui in lege illa figurarum umbris tecta

« Καὶ ὃ ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν καὶ κατεπατήθη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγε. » Καὶ οἱ τὸν μέγαν δεῖπνον ἐκεῖνον παραιτησάμενοι, τρεῖς δήπου ἐτύγχανον· ὁ τὰ ζεύγη τῶν βοῶν ὠνησάμενος, καὶ ὁ τὸν ἀγρὸν ἠγορακὼς, καὶ ὁ τὴν γυναῖκα γεγαμηκώς. Κἀνταῦθα δὲ τριχῇ δέδοται ὁ σπόρος, ὁ εἰς ἀνεπιτήδειον γῆν ἐμπεσὼν, καὶ τὰς ἐλπίδας ἀμαλδύνων τοῦ σπείραντος, ὁ παρὰ τῇ στιβουμένῃ ὁδῷ, καὶ ὁ ἐν τῇ πέτρᾳ τῇ καταξήρῳ, καὶ κραναῇ, καὶ ὁ D ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν συμπνιγείς. Τί οὖν ἐκ τῶν παραβολῶν ἐκμανθάνομεν; Ὅτι τρεῖς εἰσι οἱ τὸν εὐαγγελικὸν σπόρον δεξάμενοι, καὶ μὴ τελεσφορήσαντες. Οἱ τῇ τοῦ κόσμου σοφίᾳ, καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς τερθρείαις ἀκολουθήσαντες, καὶ οἱ τῷ σκιώδει νόμῳ

[81] Mich. I, 3.

Francisci Scorsi notæ.

(31) *Et humanam assumpsisset naturam.* Uno verbo Theophanes id explicuit, βροτωθείς. Cujus etiam usus est in tragœdia inscripta, *Christus patiens*, quæ Gregorio Nazianz. vulgo tribuitur, sed ab ejus ingenii musæo exisse non potuit, quod est item judicium doctorum virorum, ac præsertim doctissimi cardinalis Bellarmini, lib. *De scriptoribus ecclesiasticis.*

(32) *Ut non minus esset bonum.* Sententiam hanc et verba ipsa parum commutata a Gregorio Nazianz. desumpsit, qui orat. *De Christi Nativit.* agens de homine a Deo creato, et arbitrii libertate donato sic loquitur: Τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας ἵν' ᾖ τοῦ ἑλομένου τὸ ἀγαθὸν οὐχ ἧττον ἢ τοῦ παρασχόντος τὰ σπέρματα· *Arbitrii libertate donavit, ut bonum non minus esset ejus qui elegisset, quam ejus qui semina præbuisset.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐναπομείναντες, καὶ τὰ ἔθνη τὰ καθάπερ ἐν ἀκάνθαις ταῖς ἡδοναῖς συμπνιγόμενα. Οἱ μὲν οὖν πρῶτον σφᾶς αὐτοὺς ὁδὸν ἀπωλείας κατασκευάσαντες, ἅτε τὴν τοῦ νόμου αὔλακα μὴ δοξάμενοι, οὗτοι τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον ἀκούσαντες, ἀνακαγχάζουσι τὸ στόμα ῥηγνύμενοι. Εὐθὺς γὰρ οἱ πονηροὶ λογισμοὶ καθάπερ τινὰ πτερωτὰ καταπτάμενα, καὶ ὡς ἀπίθανον τὸν λόγον δεικνύοντες, τὸν νοητὸν σπόρον ἐκ τῆς ψυχῆς σκεδαννύουσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἐναέρια πνεύματα πετεινὰ οὐρανοῦ εἰρῆσθαι νοήσωμεν, ὑφ' ὧν τὸ εὐγενὲς ὑφαιρεῖται σπέρμα, οὐκ ἐκπέσοιμεν σκοποῦ τοῦ προσήκοντος. Τάχα δὲ εἰπὼν, παρὰ τὴν ὁδὸν καὶ ἄλλο τι ἐμφαίνει κρυφιωδέστερον. Εἰ γὰρ περὶ ὁδοῦ ἁπλῶς ἔλεγεν, εἶπεν ἄν· « Ὃ μὲν ἔπεσεν ἐν τῇ ὁδῷ, » ἢ ἐπὶ τὸν ὁδὸν, καθὼς ἐν τοῖς ἑπομένοις φησὶν, « ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ ἕτερον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, καὶ ἕτερον εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν. » Ἐνταῦθα δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν εἰπὼν, δέδωκε μᾶλλον νοεῖν ὑψηλότερόν τι καὶ θεωρητικώτερον. Ὑπηγάγετο δέ μοι πρὸς ταύτην τὴν ἔννοιαν, καὶ τοὺς τρεῖς εὐαγγελιστὰς ὁμοφώνως εἰπεῖν, « παρὰ τὴν ὁδόν. » Ἐπεὶ οὖν μεμαθήκαμεν, ὡς ὁδός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ εἰπών· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, » νοεῖν προσήκει, ὡς τὸ σπειρόμενον ἔξω τῆς ὁδοῦ ταύτης ὑπὸ τῶν δαιμόνων ὡς πετεινῶν διαρπάζεται.

A permanserunt; et gentes, quæ tanquam a spinis, sic a voluptatibus suffocantur; nam primi quidem se ipsos constituere perditionis viam, ut qui sulcum legis non admiserint: hi, audito mysterii verbo, in cachinnos erumpunt. Statim vero pravæ cogitationes quasi volucres alis pernicibus devolant, et sermonem ut absurdum indicantes, spirituale semen ex anima dissipant. Si vero aerios spiritus per volucres cœli intelligamus, a quibus hoc generosum semen auferatur, a proposito minime abducemur. Forsitan etiam quod secus viam dicitur cecidisse, aliud quid dam reconditum aperit magis. Si enim de via simpliciter sermo fuisset, dixisset fortasse, aliud cecidit in via, vel supra viam, quemadmodum in sequentibus ait: « Aliud cecidit super petram; aliud inter B spinas; et aliud in terram bonam [82]. » Ille vero cum « secus viam » dixit, sublimius aliquid et dignius contemplatione subjecit. In hanc porro sententiam adductus sum, cum viderem omnes tres Evangelistas uno ore dixisse, « secus viam. » Quoniam igitur Christum viam esse didicimus, qui ait: « Ego sum via [83], » par est intelligere, quod extra hanc viam semen est jactum a dæmonibus, ut a volucribus diripi.

« Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ φυὲν ἐξηράνθη διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα. » Σκόπει οὖν τῶν δεχομένων τὸν εὐαγγελικὸν λόγον τὸ διάφορον. Οἱ μὲν γὰρ πρῶτοι, οἱ τῇ λεωφόρῳ οἱμῳ παρομοιούμενοι, οὐδ' ὅλως τὸν σπόρον ἐδέξαντο. Ὁμοῦ τε γὰρ ἔσπαρτο καὶ ἀπὸ τῶν πετεινῶν ἀφυλάκτως διήρπαστο. Οὕτω γὰρ ἦσαν ἀπιστίᾳ ἐνεσχημένοι, ὡς μηδ' ὅλως τὸ κήρυγμα παραδέξασθαι, ὁδὸς ὄντες σκληρὰ καὶ ἀνήροτος. Διὸ καὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ ἐνετείλατο, εἰς τοιαύτην τῶν ἐθνῶν μὴ βαδίζειν ὁδόν. Οὗτοι δὲ οὓς πετρώδεις ὠνόμασε, πίστεως μὲν ἦσαν οὐκ ἄμοιροι, ἄλλως δὲ ἀσθενεῖς, καὶ ἐξίτηλοι. Ἐκείνους δὲ ὁ λόγος αἰνίττεται, ὅσοι τὸ μὲν εὐαγγελικὸν παρεδέξαντο κήρυγμα, καὶ τελεσφορεῖν δι' ἔργων ἀπήρξαντο· πειρασμοῦ δέ τινος ἐπισυμβάντος, ἢ θλίψεως, λειποτάκται γεγόνασι, καὶ ῥιψάσπιδες. Ὡς γὰρ ἐν τῇ πετρώδει γῇ σπόρος διὰ μὲν τὸν ἄνωθεν ἐπιπολάζοντα χοῦν, τέως ῥιζωθεὶς ἄρουρα γέγονεν, ἡλίου δὲ εἰσβάλλοντος θερμότερον, καὶ κάτωθεν μὴ ἀναλόγου ἰκμάδος ἀντιμαχούσης, αὐαίνεται· οὕτως οἱ μὴ πρὸς βάθος διαπυροῦ πίστεως τὸν λόγον δεξάμενοι, ἀτελεσφόρητοι μένουσιν. Εὐθέως γὰρ ἐλέγχονται τοῦ ἐναντίου ἡλίου σφοδρότερον ἐπαφήσαντος. Νοεῖς δὲ πάντως τίς οὗτος ὁ ἥλιος, ὁ τοῖς πνευματικοῖς βλαστήμασι λυμαινόμενος, μαθὼν ἐκ τῆς ᾠδῆς

« Et aliud cecidit super petram; et natum aruit, quia non habebat humorem. » Itaque considera differentiam eorum, qui semen evangelicum receperunt. Primi quidem, qui tritæ ac publicæ viæ comparantur, nihil omnino seminis susceperc : C simul enim satum, et a volucribus incaute sublatum est. Sic enim infidelitate tenebantur, ut nullo modo prædicationem admitterent, **42** cum essent via dura minimeque subacta. Unde etiam discipulis præcepit Dominus, ne in hujusmodi viam gentium irent [83a]. Hi vero, quos similes petris dixit, expertes quidem fidei non fuere, sed imbecilles alioqui et tenues. Atque illos oratio insinuat, quotquot prædicationem Evangelii acceperunt, et fructum operum proferre cœperunt, sed tentatione aliqua, vel adversa re incidente, desertores ordinis (33) facti sunt, et veluti clypeum abjecerunt. Nam sicuti si quis in petrosa seminet terra, propter pulverem in summo exstantem, tantisper radicibus actis fit seges; at ubi D sol ardentius eam percusserit, neque justus et congruens ab imo suppeditatus humor fuerit qui resistat, arescit: ita qui semen in ferventis fidei profunditatem non admiserunt, infructuosi relinquuntur. Statim enim deprehenduntur, ubi sol eos tetigerit vehementius, scis vero plane, quis hic sit

[82] Matt. XIII, 3; Marc. IV, 4; Luc. VIII, 4. [83] Joan. XIV, 6. [83a] Matth. X, 5.

Francisci Scorsi notæ.

(33) *Desertores ordinis* λειποτάκται, καὶ ῥιψάσπιδες dicuntur ab auctore, qui tentatione invadente a fide deficiunt, metaphora a re militari desumpta. In hac siquidem λειποτάκται dicuntur, qui loco cedunt, et ordinem deserunt. Unde et λειποταχτεῖν *ordinem deserere*, et λειποταξία *desertio ordinis*, quibus utitur Demosthenes Olynth. II; etymon apertum est. Jam ῥιψάσπιδες infamiæ nomine dicti, qui clypeum abjiciebant in fuga, quod maximæ ignominiæ fuit præsertim apud Lacedæmonios. Notum illud monitum mulieris Lacænæ obarmantis clypeo filium: *Vel cum hoc, vel in hoc*, quo ne clypeum præ timore abjiceret, sed in eo mortuus tanquam in feretro positus redire mallet, jubebatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sol, qui spiritualibus officit plantis, cum habeas ex cantico graduum : « Per diem sol non uret te [84], » et ex Sponsa canticorum : « Nolite aspicere me, quia ego denigrata sum, quia despexit me sol [85]. » Ita qui contrarios ac sol justitiæ facit affectus, illuminandi quidem virtute caret, neque sane vitalis est, sed æstu peccati immisso denigrat et exsiccat. Ideo magnus Isaias fidelium capita umbraculis operit [86], ut ea ab ardore solis hujusce nigrorem inducente defendat.

« Et aliud cecidit inter spinas; et simul exortæ spinæ suffocaverunt illud. » Fortassis hujusmodi spinas post primi parentis delictum terra produxit, divina illi voce denuntiante : « Spinas et tribulos germinabit tibi. » Ibi enim Adami carnem Scriptura terram appellat, multarum spinarum a quibus laceratur, aculeis obsitam. Quas nobis spinas invexit, hei mihi, ille, qui bonis frugibus superseminavit adulterina zizania, sicuti in alia parabola declaratum est. Nam ibi etiam bonum semen Paterfamilias seminavit, at vero inimicus tempus observans quo homines somno tenerentur, bono semini inspersit inutile, atque in medium triticum zizania injecit, quæ hic spinas vocavit. Cohærent enim inter se sacræ Scripturæ, et sensibus iisdem congruunt, quamvis discrepent verbis; per spinas itaque, quæ semen spirituale suffocant, intelligatur sexcentorum malorum referta farrago, quæ ab ira et concupiscentia pullulant; sollicitudines, cupiditates, luctus, calamitates, **43** quæque ex his multa passionum genera oriuntur, per quas bonæ actiones, etiamsi nasci in anima cœperint, maturitatem tamen non assequuntur, neque ad profectus altitudinem perveniunt.

« Et aliud cecidit in terram bonam, et ortum fecit fructum centuplum. » Vides, ut idem semen ab eodem sparsum agricola non eumdem afferat fructum? Quid igitur? culpa hoc factum agricolæ? quis vero eo perversitatis procedet, ut has cogitationes admittat, atque hæc blateret (3)? Sed uti eadem aqua in unum idemque pratum infusa alit genera diversa plantarum, et vis quidem una est, quæ singula rigat, at eorum, quæ irrigantur propria cujusque conditio, in diversas qualitates commutat humorem : eadem enim aqua in absinthio amarescit, et in vitiosum succum in faba convertitur (35), et rubescit quidem in rosa, in lilio vero candescit, et hic quidem calefit, ibi vero frigefit; et quot in terra videre est ab uno eodemque humore germinantia

τῶν ἀναβάσεων· « Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε· » καὶ ἐκ τῆς νύμφης τοῦ Ἄσματος· « Μὴ βλέψητέ με, ὅτι μεμελανωμένη εἰμὶ, ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος. » Οὕτως ὁ τἀναντία τοῦ δικαιοσύνης Ἡλίου διαπραττόμενος ἀμοιρος μὲν τοῦ φωτίζειν ἐστὶν, ἥκιστα δὲ οἷδε ζωογονεῖν, μελαίνει δὲ καὶ ξηραίνει τῆς ἁμαρτίας ἐπάγων τὸν καύσωνα. Διὰ τοῦτο Ἡσαΐας ὁ μέγας σκιαδίοις ἐπικαλύπτει τὰς τῶν πιστῶν κεφαλὰς ἀποκρουομένας τοῦ τοιούτου ἡλίου τὴν μελανοῦσαν πυράκτωσιν.

« Ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτό. » Τάχα τοιαύτας ἀκάνθας ἐβλάστησεν ἡ γῆ, μετὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παράβασιν, ἀποφηναμένης τῆς θείας φωνῆς· « Ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι ἡ γῆ. » Κἀκεῖσε γὰρ γῆν μὲν τὴν σάρκα Ἀδὰμ ὠνόμασεν ἡ Γραφὴ πολλῶν ἀκανθῶν περισπαρεῖσαν ταῖς ἁμυχαῖς, ἃς ἡμῖν προεξένησεν, οἴμοι, ὁ τὰ νόθα τοῖς τροφίμοις ἐπισπείρας ζιζάνια, καθὼς ἑτέρα παραβολὴ διεσάφησε. Κἀκεῖσε γὰρ ἔσπειρε τὸ καλὸν σπέρμα ὁ οἰκοδεσπότης· καθεύδοντας δὲ τοὺς ἀνθρώπους ὁ ἐχθρὸς ἐπιφυλάξας, ἐνέσπειρε τῷ τροφίμῳ τὸ ἄχρηστον, αὐτῷ τῷ σίτῳ κατὰ τὸ μέσον ἐνθεὶς τὸ ζιζάνιον, ὅπερ ἐνταῦθα ἀκάνθας ἐκάλεσεν. Ἐξέχονται γὰρ ἀλλήλαις αἱ θεῖαι φωναὶ, καὶ ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις συνείρονται, κἂν τοῖς ῥήμασι διαλλάσσωσιν. Εἶεν δ' ἂν καὶ ἄκανθαι αἱ τὸν νοητὸν σπόρον συμπνίγουσαι ὁ ἀπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας τικτόμενος μυριοπληθὴς τῶν κακῶν συρφετὸς, φροντίδες, μέριμναι, λύπαι, ἐπιθυμίαι, πένθη, συμφοραὶ, καὶ τὰ ἐκ τούτων πολύτροπα πάθη, δι' ὧν αἱ ἀγαθαὶ πράξεις, κἂν ἄρξωνται φύεσθαι ἐν τῇ ψυχῇ, ἀτελεσφόρητοι μένουσι, καὶ εἰς ὕψος προκοπῆς οὐ προβαίνουσι.

« Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. » Ὁρᾷς τὸν αὐτὸν σπόρον ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ σκιδνάμενον γεωργοῦ, καὶ μὴ τὴν αὐτὴν καρποφορίαν ἐπιδεικνύοντα; Τί οὖν; παρὰ τὴν αἰτίαν ταῦτα τοῦ γεωργοῦ; καὶ τίς ἂν εἰς τοῦτο προήκει σκαιότητος λογισμῶν, ὡς τοιαύτην φλυαρίαν ἑαυτῷ παραδέξασθαι; Ἀλλ' ὥσπερ τὸ αὐτὸ ὕδωρ ἐν ἑνὶ χειμῶνι χεόμενον, διαφόρους ἰδέας τῶν φυομένων τρέφει· καὶ ἡ μὲν ὑπονοτίζουσα τὸ καθ' ἕκαστον δύναμις μία ἐστὶν, ἡ δὲ τῶν δεχομένων ἰδιότης εἰς διαφόρους τὸ ὑγρὸν μεταβάλλει ποιότητας· τὸ γὰρ αὐτὸ ὕδωρ ἐν μὲν τῇ ἀψίνθῳ πικραίνεται, εἰς φθοροποιὸν δὲ χυμὸν ἐν τῷ κυάμῳ μεθίσταται, καὶ ἐρυθραίνεται μὲν ἐν τῷ ῥόδῳ, ἐν δὲ τῷ κρίνῳ λευκαίνεται, καὶ τὸ μὲν ἐνθερμαίνεται, τὸ

[84] Psal. cxx, 6. [85] Cant. I, 6. [86] Isa. IV, 6; XXV, 4.

Francisci Scorsi notæ.

(34) *Atque hæc blateret.* Ὡς τοιαύτης φλυαρίαν ἑαυτῷ παραδέξασθαι, *has nugas in se recipiat*, simpliciter vertissem, sed pluribus indulsi. C. V. habet τερθρείαν, quod idem ac φλυαρία, usitata vox a Gregorio Nyss. lib. *De anima et Resurr.*, et a Chrysostomo.

(35) *In faba convertitur.* Hæc verba εἰς φθοροποιὸν δὲ χυμὸν ἐν τῷ κυάμῳ μεθίσταται desunt in P. C.; sed supplevi ex V., et sane necessaria sunt ad alteram partem oppositionis signandam, sicut in duabus sequentibus exemplis auctor duo inter se committit ἀντίθετα. Porro quod faba mali sit succi, hebetet sensus, et insomnia turbulenta inducat, una est, Plinio id asserente, et φυσικὴ causa, cur ab Pythagora ejus usus damnatus eo edicto Κυάμων ἀπέχεσθαι· *A fabis abstinendum.* Sed et plures aliæ afferuntur ejus dicti rationes, quas commemorat Lilius Giraldus in Pythag. symbolis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ καταψύχεται, καὶ πάνθ' ὅσα κατὰ τὴν γῆν ἔστιν ἰδεῖν, ἐκ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἰκμάδος ἀναβλαστάνοντα εἰς τοσαύτας διαφορὰς διακρίνεται πρὸς τὴν τῶν δεχομένων φύσιν μεταποιουμένου τοῦ ὕδατος· οὕτως ὁ αὐτὸς τοῦ Θεοῦ λόγος ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς οἷόν τι σπέρμα καταβαλλόμενος, πρὸς τὴν τῶν δεχομένων ἕξιν προέκοψεν, ἢ καρποφορήσας, ἢ μείνας ἀτελεσφόρητος. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἱερὸς Ματθαῖος καὶ τὴν καρποφορίαν τῆς ἀγαθῆς γῆς ἀκριβέστερον ἔγραψεν, ὡς προῆκεν εἰς ἑκατόν, καὶ ἑξήκοντα, καὶ τριάκοντα, προσήκει ζητεῖν, τίς ἡ τρίτη τῆς γεωργίας διαφορά. Ὅσοι μὲν οὖν τοὺς ἀθλητικοὺς διελθόντες ἀγῶνας ἐν τῇ τῶν κολάσεων χωνείᾳ χρυσίου δίκην ἐδοκιμάσθησαν, ἢ παρὰ τοῦ τυράννου τοῦτο παθόντες, καθάπερ οἱ καλλίνικοι μάρτυρες, ἢ πειρασμοῖς διαφόροις παραδοθέντες ἐκ τοῦ Θεοῦ τῷ ἐχθρῷ καὶ ἐκδικητῇ, ὡς ἂν ὀφθεῖεν δόκιμοι, ὡς ὁ Ἰὼβ πολύαθλος· ἢ σφᾶς αὐτῶν ψυχὰς, ψαλμικῶς εἰπεῖν, « ὡς ἀράχνην ἐκτήξαντες, » καὶ τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ τὴν σάρκα διὰ παντὸς καθηλώσαντες, ἢ τῷ Θεῷ ἀμέμπτως ἱερατεύσαντες, καὶ τῇ ἁγιαστικῇ σωφροσύνῃ ἐλλαμπρυνόμενοι, οὗτοι δὴ πάντες τὸ πρῶτον καὶ ἀγαθὸν γεώργιον τὰ ἑκατὸν ἐγεώργησαν. Ὁ γὰρ ἑκατοστὸς ἀριθμὸς ἔχων τὴν τελείαν δεκάδα πολυπλασιαζομένην εἰς ἑαυτὴν παντέλειος γίνεται τὸ τῆς ἀρετῆς δηλῶν τελειότατον. Ὅσοι δὲ τὰς μὲν εὐμαράντους ἡδονὰς ἀπεστράφησαν, ἥττους γε μὴν ὤφθησαν τῶν ἀκροτάτων, οὗτοι καρποφορῆσαι λέγονται τὰ ἑξήκοντα, ὡς τὴν ἑξάδα τῶν θείων ἐντολῶν δεκαπλασιάσαντες, καὶ τηρηταὶ τούτων ὀφθέντες κατά τε τὸ φαινόμενον καὶ νοούμενον. Οἱ δὲ γάμῳ προσομιλήσαντες, καὶ κοσμικοῖς ἀναφυρθέντες πράγμασιν, ἐναρέτου γε μὴν ἐργασίας οὐκ ἀμελήσαντες, ὡς τὴν ἑξάδα αἰσθητῶς τῶν ἐντολῶν τετηρηκότες, ἐγεώργησαν τὰ τριάκοντα. Ὁ γὰρ τριακοστὸς ἀριθμὸς πεντάκις ἔχων τὰ ἕξ, διὰ μὲν τῆς πενταδος δεικνύει τὴν αἴσθησιν, διὰ δὲ τῆς ἑξάδος τὰς ἐντολὰς, δι' ὧν κληρονόμοι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας οἱ δίκαιοι γίνονται, καθὼς ὁ ἐπὶ θρόνου κριτὴς ταύτας ἠρίθμησεν. Ὁ γοῦν τὸν πεινῶντα θρέψας, καὶ τῷ διψῶντι παρέξας ποτὸν, καὶ περιβαλὼν τὸν γυμνὸν, καὶ ὑπὸ στέγην ἀγαγὼν τὸν ξενιτεύοντα, καὶ τῷ ἀσθενεῖ καὶ τῷ ἐν εἱρκτῇ τὴν προσήκουσαν ἐπίσκεψιν ἐνδειξάμενος, εἰ μὲν κατὰ τὸ φαινόμενον αἰσθητῶς ταῦτα ποιεῖ, λέγεται γεωργῶν τὰ τριάκοντα· εἰ δὲ πρὸς τῷ φαινομένῳ καὶ πνευματικῶς αὐτὰ κατορθώσειε, τρέφων τῷ τῆς ἀγάπης ἄρτῳ, καὶ τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας ποτίζων τὸν ἐνδεῆ, περιστέλλων δὲ ἠθικῇ εὐσχημοσύνῃ τὸν γυμνὸν ἀρε-

A tot ac tam variis discerni differentiis? cum pro cujusque recipientis natura transmutatum sit humidum alimentum : ita et idem divinum verbum in hominum animos instar seminis jactum, pro excipientium habitu, et conditione profecit, et vel fructum tulit, vel perficere fructum non potuit. Quoniam vero divus Matthæus terræ bonæ fructum enucleatius scripsit, nimirum ad centesimum, ad sexagesimum, et tricesimum provenisse, quærere operæ pretium est, quid sibi velit hæc triplex agriculturæ differentia. Quotquot igitur athletarum certamina subeuntes, tanquam aurum in tormentorum fornace probati sunt[87], sive ea perpessi sint a tyrannis, sicuti præstantes victoria martyres; sive variis tentationibus fatigandi in potestatem inimici, B et ultoris traditi a Deo, quo spectaretur virtus eorum, sicuti ille Job multis certaminibus clarus, qui suas ipsorum animas « tabescere fecerunt sicut araneas, » ut cum Psalmo loquar[88], et Dei timore carnem suam perpetuo confixerunt[89], vel qui Deo (36) ab omni culpa integri servierunt, et qui puritate castimoniæ claruerunt, hi sane omnes primum et optimum fructum centesimum protulerunt. Centenarius enim numerus (37) decadem, quæ perfectus est numerus in se multiplicatam continens, et ipso est omni ex parte perfectus, 44 virtutis perfectionem ostendit. Quotquot autem fluxas citoque marcescentes voluptates aversati sunt, hi sane sexagesimum ferre dicuntur, ut qui divinorum præceptorum senarium (38) decies multiplicantes, interius exteriusque servaverunt. Qui vero matrimonio juncti, C et mundanis negotiis impliciti, virtutis tamen actiones non neglexerunt, quasi senario præceptorum opere exteriore servato, tricesimum produxerunt. Tricesimus quippe numerus, cum quinquies senarium contineat, per quinarium sane significat sensus, per senarium vero ea præcepta, per quæ justi regni cœlestis capiunt hæreditatem, prout ea judex in tribunali considens dinumerabit. Qui igitur paverit esurientem, et poculum sitienti præbuerit, et nudum vestierit, et hospitem domum receperit suam, et infirma valetudine et in carcere detentum, ut par est, inviserit, si quantum ad exteriora, quæ sensibus patent, hæc effecerit, tricesimum ferre D dicitur fructum : si vero non modo corporaliter, sed etiam spiritualiter ea perficiat, et pane charitatis nutriens, et doctrinæ verbo potum ministrans indigenti, et eum qui nudus est a virtute, morum honestate contegat, et a cœlesti patria exsulantem ad-

[87] Sap. III, 6. [88] Psal. XXXVIII, 2. [89] Psal. CXVIII, 120.

Francisci Scorsi notæ.

(36) *Vel qui Deo.* In C. P. est scriptum λατρεύσαντες quod quamquam ministerium, et cultum Dei signet, tamen per aliam lect. C. V. ἱερατεύσαντες explicatur qui sit hic cultus ex mente Theophanis; agit enim de alio ordine perfectorum hominum, eorum sane, qui sacris initiati Deo in oratione et re divina ministrant.

(37) *Centenarius enim numerus.* Petrus Bongus, lib. II, *De myster. numerorum* eodem modo, quo Noster in centenario numero perfectionem, et mysterium agnoscit. *Denarius*, inquit, *numerus per semetipsum multiplicatus in centenarium surgit. Unde recte per centenarium magna perfectio designatur.* Et paulo post : *Christus etiam in Evangelio fertilissimum agrum centum asserebat producturum, fertilitatis probatæ animæ plenitudinem subostendens.* Lege plura apud ipsum.

(38) *Præceptorum senarium.* Vide hom. 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

divinam cognationem reducat : infirmum autem in fide assumat, et in peccati ergastulo inclusum visat, tunc sane sexagesimum dicitur fructum afferre. Admirare igitur agricultoris Domini et terræ colendæ rationem, et benignitatem, et obstupesce quo pacto non eamdem ab omnibus mensuram fructuum exigat; sed et eum qui multum reddidit, coronat, et cum qui parum, non aversatur. Id autem ostendit apertius in divina parabola operariorum, in qua primo itidem, ac novissimo merces denarii datur.

A τῶν, καὶ τὸν ἀποξενωθέντα τῆς ἄνω πατρίδος ἐπάγων πρὸς τὴν θείαν συγγένειαν, τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβανόμενος, καὶ τὸν κατάκλειστον ἐν ἁμαρτίαις ἐπισκεπτόμενος, τότε λέγεται γεωργεῖν τὰ ἐξήκοντα. Ἀγάσθητι οὖν τοῦ γεωργοῦ Δεσπότου τὴν γεωργίαν τε καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ καταπλάγητι, πῶς οὐ τῷ αὐτῷ μέτρῳ ἅπαντας ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν πολλὰ καρποφορήσαντα στεφανοῖ, καὶ τὸν ὀλίγα οὐκ ἀποστρέφεται. Διαλευκαίνει δὲ τοῦτο τρανώτερον ἐν τῇ τῶν ἐργατῶν θεολέκτῳ παραβολῇ, καὶ τῷ πρώτῳ καὶ τῷ ἐσχάτῳ παρασχὼν τοῦ μισθοῦ τὸ δηνάριον.

« Interrogabant autem eum discipuli ejus, quæ esset hæc parabola. » Discipuli cum multitudinis benevolentes essent, et dictorum viderent obscuritatem, ea sciscitando discere studebant, ut etiam turbæ eorum explicationem acciperent. Quid igitur Salvator? « Vobis datum est nosse mysteria Dei, cæteris autem in parabolis. » Cum « datum » dicit, donum esse rem eam ostendit; hoc autem divinum donum non omnes accipere possunt. Alii enim adhuc infantes in fide sunt; alii vero hebetiores animi sensus habent; nec satis idonei ad obscuriora mysteria audienda **45** quibus quasi infantibus parabolicus accommodatus est sermo, *Vos* vero, inquit, qui studio valde laudabili dignos altioribus vos reddidistis, quæ magis recondita sunt, discere potestis. Subdit porro propheticum illud dictum : « Ut videntes non videant, et audientes non intelligant[90]. » Cum enim a Deo facultas illis impertita sit, qua possent optima quæque seligere, quod pravis studiis mentes eorum hebetatæ sint, audientes sensu, animo non intelligunt, et corporeis videntes, animæ oculos claudunt. Particula vero, *ut* (39), hoc loco non causam significat, sed eventum. Non enim ideo in parabolis loquebatur, ut ne viderent, neve audirent; sed quia ob eorum nequitiam ita futurum erat, ut eveniret : ut si quis oculis male affectum, et cæcucientem, diuque eo morbo laborantem ideo in solis splendorem obturum defixisse dicat, ut plus acciperet detrimenti. Postea ut doceret non esse simpliciter accipienda, quæ dicebantur, sed per ea ad subtiliores sensus erigendam mentem, adjunxit : « Qui habet aures audiendi audiat. » Hoc est : Qui spiritualiter ratiocinando scit altiora colligere, et a sensibilibus transcendere ad ea, quæ per parabolas dicta sunt. Non enim sufficit ad salutem nuda auscultatio monitorum, nisi auscultationem opera comitentur. Hæc igitur scientes, charissimi, ne simpliciter et temere doctrinæ sermonibus præbeamus aures, ut verba quidem accipiamus, nihil vero ex auditis referamus fructus; adeo ut terra sterilis

B

C

D

« Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταί, τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη. » Φιλοστόργως ἔχοντες πρὸς τὸ πλῆθος οἱ μαθηταί, καὶ ὁρῶντες τὴν τῶν λεχθέντων ἀσάφειαν, φιλοπευστοῦσι τὰ λαληθέντα μαθεῖν, ὡς ἂν καὶ οἱ ὄχλοι μάθωσι τὴν αὐτῶν διασάφησιν. Τί οὖν ὁ Σωτήρ; « Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς. » Εἰπών, « Δέδοται, » δείκνυσιν ὅτι δωρεὰ τὸ πρᾶγμά ἐστιν· ἀλλὰ ταύτην τὴν θείαν δόσιν οὐ πάντες δύνανται λαβεῖν. Οἱ μὲν γὰρ τῇ πίστει ἔτι νηπιάζουσιν· οἱ δὲ παχύτερα φέρουσι τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, οὐκ ἐπιτηδείως ἔχοντες πρὸς τὴν τῶν μυστικωτέρων ἀκρόασιν, οἷς καθάπερ νηπίοις ὁ παραβολικὸς ἁρμόσει λόγος. Ὑμεῖς δὲ, φησίν, οἱ σπουδῇ μάλα καλλίστῃ ἀξίους ἑαυτοὺς τῶν ὑψηλοτέρων ποιήσαντες, δύνασθε ἂν μαθεῖν καὶ τὰ μυστικώτερα. Ἐπάγει δὲ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο ῥητόν· « Ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσι. » Δοθείσης γὰρ αὐτοῖς δυνάμεως ἐκ Θεοῦ εἰς τὸ δύνασθαι τὰ λῷστα ἐκλέξασθαι, διὰ τὸ παχυνθῆναι αὐτῶν τὰς διανοίας τοῖς φαύλοις ἐπιτηδεύμασιν ἀκούοντες αἰσθητῶς, οὐ συνιοῦσι δὲ νοητῶς, καὶ ὁρῶντες τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς τοὺς τῆς ψυχῆς ἐπιμύωσι. Τὸ δὲ, Ἵνα, ἐνταῦθα οὐκ αἰτιολογικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκβάσεως. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς ἐλάλει, ἵνα μήτε βλέπωσι, μήτε ἀκούωσιν, ἀλλ' ὅτι οὕτως ἀπέβη γενέσθαι διὰ τὴν ἐκείνων κακόνοιαν. Ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν τὰς ὄψεις βεβλαμμένον, καὶ ἀμβλυώττοντα, καὶ πλέον τοῦ πάθους ἐπιστάμενον ἐρεῖς, ὅτι διὰ τοῦτο ἐνητένισε πρὸς τὰ ἡλιακὰ σελαγίσματα, ἵνα πλείονα τὴν κάκωσιν δέξηται. Εἶτα διδάσκων μὴ ἁπλῶς τὰ λεγόμενα δέξασθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν εἰς ἰσχνοτέρας ἐννοίας ἀνάγεσθαι, ἐπάγει· « Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, » τουτέστιν, ὁ εἰδὼς πνευματικῶς τὰ ὑψηλότερα συλλογίζεσθαι, καὶ ἀποθρώσκειν ἀπὸ τῶν φαινομένων πρὸς τὰ παραβολικῶς λεγόμενα. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ πρὸς τὸ σωθῆναι γυμνὴ τῶν παραινέσεων ἡ ἀκρόασις, μὴ ἔχουσα ὁπαδὰ τὰ ἔργα τῆς ἀκροάσεως. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, ἀδελφοὶ, μὴ τοῖς λόγοις τῆς διδασκαλίας ἁπλῶς καὶ εἰκῇ τὰς

[90] Isa. VI, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(39) *Particula vero, ut.* Non causam antecedentem, sed eventum, et consequentiam significari per particulam, ut pluribus in locis Evangeliorum adnotat doctissimus Maldonatus, et post eum scientissimus sacrarum Litterarum Cornelius a Lapide in Canon ad Evangelii Commentaria. Vide porro ut libertatem arbitrii tueatur Theophanes noster in explicandis Isaiæ verbis : *Ut videntes non videant*, etc., contra novantes, qui eam evertunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀκμὰς πετεννύωμεν, ὥστε τὸν μὲν λόγον εἰσδέχεσθαι, μηδὲν δὲ καρποφορεῖν ἐκ τῆς ἀκροάσεως· ἵνα μὴ ὡς ἄκαρπος γῆ καὶ πεπατημένη ὁδὸς λογισθείημεν· μηδὲ τελεσφορεῖν τὸ ἀγαθὸν ἀπαρξάμενοι ἐπεισπεσούσης προσβολῆς πειρασμῶν παρὰ τοῦ βασκαίνοντος τὰ τῆς προκοπῆς ἡμῶν, καὶ ὡς ἄνικμος πέτρα τὴν νοητὴν τῆς ἀρετῆς ξηράνωμεν ἄρουραν, μηδὲ ταῖς ἀκαίροις μερίμναις ἐνασχολούμενοι, ταῖς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐξόδου μηδὲν ὠφελούσαις ἡμᾶς, ὡς ἐν ἀκάνθαις τὸ χρηστὸν γεώργιον ἀποπνίξωμεν, ἀλλὰ τὴν ἀγαθὴν γῆν μιμησώμεθα δι' ἐπιμελείας, καὶ σπουδῆς κατάλληλον τοῦ γεωργοῦντος ἡμῶν Δεσπότου ποιοῦντες καρπὸν ἐπάξιον τῆς μακαρίας ἀποθήκης ἐκείνης τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι δοξαζομένου, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A et trita via reputemur. Neque vero bonum fructum producere incipientes, irruente tentationum impetu, ejus opera, qui profectum invidet nobis, ut expers humoris petra, spiritualem virtutis segetem exsiccemus : neque importunis occupati curis nihil nobis in exitu vitæ profuturis, præstantem terræ fructum veluti in spinis suffocemus; sed bonam potius terram diligentia imitemur; et fructum feramus respondentem studio Domini nos excolentis, et dignum, qui convehatur in beatum illud horreum regni cœlestis, quod utinam nobis assequi contingat gratia Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui cum Patre et sancto Spiritu glorificatur, nunc, et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Η'.

Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ Λαζάρου.

Πάλιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνυπόστατος σοφία καὶ δύναμις, ἡ μὴ κινουμένη τοῦ πρωτοτύπου σφραγὶς, τὸ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς, ἡ ἀπαράλλακτος ἐκείνου εἰκὼν, ὁ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς ὁμοούσιος Παῖς, ὁ Δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς, μυστικῆς ἡμῖν διδασκαλίας προστίθησι κύλικα. Ἀρετῆς γὰρ καὶ κακίας ποιούμενος σύγκρισιν, ἄσπλαγχνον τρυφὴν καὶ πενίαν καρτερικὴν παράλληλα τίθησι, περάνας τὸν λόγον ἐν οἷς τὰ τῶν ἀμφοτέρων κατέληξεν. Ἄγε δὴ τῶν χρηστολέκτων αὐτοῦ ῥημάτων ἀκούσωμεν. Εἶπεν ὁ Κύριος·

« Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. » Παρατηρήσας πᾶσαν τὴν ἁγίαν Γραφὴν, ἥκιστα χρωμένην εὕροις αὐτὴν ἐν ἀγαθοῖς τῷ πλουσίου ὀνόματι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν φαύλων ὡς μάλιστα τοῦτι ἐπίθετον τίθεται. Δίκαιον μὲν γὰρ πολυκτήμονα καὶ πλουθυνθέντα ἐν ἀνδραπόδοις καὶ κτήνεσι μεμαθήκαμεν, ὥσπερ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰὼβ, ὧν τῶν οἰκοπέδων, καὶ τῶν κτηνῶν ἡ Γραφὴ ποιεῖται τὴν ἀπαρίθμησιν, πλουσίους γε μὴν αὐτοὺς οὐκ ἐκάλεσεν. Εἰ δὲ καὶ τὸν Ἀριμαθαῖον ἐκεῖνον ὁ Ματθαῖος ἐκάλεσε πλούσιον, οὐ διὰ χρημάτων δαψίλειαν, ἀλλ' ὅτι τὸν πολύτιμον μαργαρίτην διὰ παῤῥησίας

B

46 HOMILIA VIII.

De divite et Lazaro.

Rursus in se subsistens Dei sapientia, et virtus, immotum prototypi signum (40), splendor Patris, per omnia similis illius imago, Dei et Patris consubstantialis Filius, Dominus noster Jesus Christus mysticæ nobis doctrinæ calicem apponit. Nam virtutem et vitium in contentionem adducens, immisericordes delicias cum inopia patiente componit, eodem orationem fine concludens, quo res utriusque terminatæ sunt. Age ergo Christi ipsius dicta audiamus[91]. Dixit Dominus :

« Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. » Cum universam sacram Scripturam diligenter attenderis, minime invenies illam divitis nomine in bonam partem usam fuisse, sed de improbis plerumque loquens hoc apponit epithetum. Nam hominem quidem justum locupletem, et abundantem servitiis et pecore scimus, ut Abraham, Jacob et Job, quorum areas et pecora Scriptura connumerat; divites vero eos non appellat (41). Quod si Josephum illum ab Arimathæa oriundum Matthæus divitem vocavit[92], sane non propter abundantiam opum id fecit, sed quia pretiosam margaritam (42)

[91] Luc. xvi, 19-31. [92] Matth. xxvii, 5.

Francisci Scorsi notæ.

(40) *Immotum prototypi signum.* Idem fere elogium Verbi divini lege apud Nazianz. orat. *de Nativitate* : Ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ ἀθανασίας, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου κάλλους, ἡ μὴ κινουμένη σφραγὶς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ Πατρὸς λόγος, καὶ ὅρος. Quæ sic Billius vertit : *Ille fons vitæ, immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus, et ratio.* Verum hæc interpretatio postremæ vocis ὅρος excutitur a nobis ad hom. 17, n. 28, ubi Noster similiter loquitur, atque Greg. Nazianz. Nunc solum noto circa vocem ἀπαράλλακτον, eam in usu esse sacris scriptoribus cum Verbum Patris εἰκόνα appellant; adjungunt enim ἀπαράλλακτον, sicuti cum simile dicunt; addunt *Per omnia*, quod itidem ex Scholiast. Naz. advertit Consalvus Ponce, epist. 3 Theoph. hic.

(41) *Divites eos non appellat.* Atqui Genes. xiii de Abrahamo dicitur : *Erat autem dives valde in possessione auri, et argenti ;* et LXX Interp. Ἦν δὲ πλούσιος, etc. : *Abraham vero erat dives pecoribus, et argento et auro.* Advertas igitur Theophanem dicere ὡς τὰ μάλιστα, *ut in pluribus*, plerumque hoc epithetum divitis malis attribui hominibus : nam profecto raro de bonis, et de Jacobo, et Job hæc appellatio τοῦ πλουσίου non legitur.

(42) *Pretiosam margaritam.* Causam cur ab evangelista S. Matthæo cap. 27, sit additum de Joseph ab Arimathæa quod esset dives, eam interpretes, atque cum primis Maldonatus noster fuisse dicunt, ut innuerent quare ad Pilatum aditum habuerit facilem, et Christi corpus obtinuerit, quod rogavit; nam profecto divites plerumque et potentes et grati principibus sunt, id quod docet Arist. *Rhet.* lib. II. Quam rationem, S. Marcus itidem attigisse visus est, cum dixit : *Audacter introivit ad Pilatum :* Τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλᾶτον. Idem igitur videtur intelligere Theophanes noster divitem ab

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fidenter comparavit. De improbis vero cum loquitur, velut quoddam eorum nequitiæ argumentum divitis nomen apponit. Nam et Psalmographus hoc maxime ostendit, cum admonet justum, ne timeat : « Ne timueris cum dives factus fuerit homo. » Et : « Divitiæ si affluant, nolite cor apponere[93]. » Et : « Dives egnerunt » virtutis opibus, « et esurierunt[94] » non habentes panem vitæ. Et : « Quia speravit in multitudine divitiarum suarum[95]. » Et Salvator de stulto quodam agens : « Hominis cujusdam divitis, inquit, uberes fructus ager tulit[96]. » Affirmat etiam difficile esse, ut dives intret in regnum cœlorum[97]; et eum, qui de æterna vita dominum percunctatus, et divitias omnes divendere, et pauperibus erogare jussus, ob id dictum mœrore affectus est, propterea mœstum fuisse Evangelium dicit, quia « dives erat valde. » Etenim difficilius esse dicit ut dives cœlorum regnum **47** consequatur, quam ut camelus per foramen acus transeat. Et alias divitibus loquens : « Væ vobis divitibus, inquit, quia habetis consolationem vestram[98]. » Isaias vero quodam loco dicit : « Inhonorabitur gloria Moab in omnibus divitiis ejus[99]. » Itaque proœmium improbitatis viri præponit, cum divitem illum appellat. Quemadmodum enim Scriptura beatum Job, quamvis esset opulentissimus, divitem non appellat, sed quasi virtutem illius definiens justum eum nominat, et inculpatum, ac timentem Deum et abstinentem se ab omni malo[1], describens qualem esse oporteat eum, qui vere est homo : ita etiam improbum pro omni ejus nequitia divitem definit, et merito, quia si ex Domini sententia beati sunt pauperes[2], miri profecto divites erunt. Verumtamen divitiæ et paupertas non ex pecunia, sed ex voluntatis affectu dijudicantur.

« Et induebatur purpura et bysso. » Vestimentorum diversitas supervacaneam et inutilem mollitiem notat, quam anima deliciis dedita et colorum varietate superbiens excogitare consuevit. Multiplex etiam et illiberale ingenium (43) arguit. Antiquæ enim sanctiones, morum versutiam scilicet aversantes, non permittunt quemquam vestimentum ex duobus contextum induere[3]. Hic vero præter Sardanapali

A ὠνήσατο. Ἐπὶ δέ γε τῶν φαύλων, οἷόν τε γνώρισμα τῆς αὐτῶν κακίας, τοῦ πλουσίου τὴν κλῆσιν τίθησιν. Ὅτε γὰρ Ψαλμογράφος σφόδρα τοῦτο κατηγορεῖ παραινῶν τῷ δικαίῳ μὴ δεδίττεσθαι· « Μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος. » Καί· Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. »— « Οἵ τε πλούσιοι ἐπτώχευσαν » τοῦ κατ' ἀρετὴν πλούτου, « καὶ ἐπείνασαν » τῆς ζωῆς τὸν ἄρτον οὐκ ἔχοντες. Καί· « Ὅτι ἐκήλπισεν ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου. » Καὶ ὁ Σωτὴρ περί τινος διαλεγόμενος ἄφρονος· « Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου, φησὶν, εὐφόρησεν ἡ χώρα. » Ἀποφαίνεται δὲ καὶ δύσκολον τὸν πλούσιον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Καὶ περὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐρωτήσαντα, καὶ πωλῆσαι προσταχθέντα πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δοῦναι πτωχοῖς, καὶ λυπηθέντα τῷ

B ῥήματι, διὰ τοῦτο λελυπῆσθαι λέγει τὸ Εὐαγγέλιον, ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα. Ἀμέλει καὶ ἐργωδέστερον εἶναι λέγει πλούσιον τῆς οὐρανίου βασιλείας τυχεῖν, τοῦ κάμηλον διὰ τρυπημαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν. Καί ποτε πλουσίοις διαλεγόμενος· « Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, φησὶν, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. » Λέγει δέ που καὶ Ἡσαΐας· « Ἀτιμασθήσεται ἡ δόξα Μωὰβ ἐν παντὶ πλούτῳ αὐτοῦ. » Προοίμιον τοίνυν τῆς τοῦ ἀνδρὸς σκαιότητος πρατάττει τὸ πλούσιον. Ὥσπερ γὰρ τὸν μακάριον Ἰὼβ, καίτοι τυγχάνοντα πολυκτεανώτατον οὐκ ἐκάλεσε πλούσιον ἡ Γραφὴ ἀλλ' οἷον ὁριζομένη τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, δίκαιον αὐτὸν ὀνομάζει, καὶ ἄμεμπτον, καὶ θεοσεβῆ, ἀπεχόμενον ἀπὸ παντὸς κακοῦ καὶ πονη-

C ροῦ, ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν ἀληθῶς ἄνθρωπον ὑπογράφουσα· οὕτω καὶ τὸν φαῦλον ἀντὶ πάσης αὐτοῦ τῆς κακίας ὁρίζεται πλούσιον, καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ γὰρ μακάριοι οἱ πτωχοὶ, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἄθλιοι δηλονότι οἱ πλούσιοι. Πλὴν πλοῦτος, καὶ πενία οὐκ ἐν χρήμασιν, ἀλλ' ἐν προαιρέσει γνωρίζεται.

« Καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον. » Τὸ τῶν ἐνδυμάτων διάφορον σημαίνει μὲν καὶ τὸ τῆς βλακείας περιττὸν, καὶ ἀνόνητον, ὅπερ εἰωθὲν ἐφευρίσκειν τρυφῶσα ψυχὴ, καὶ ποικίλαις βρενθυομένη βαφαῖς. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ τοῦ τρόπου ποικίλον καὶ ἀνελεύθερον. Τὰ μὲν γὰρ παλαιὰ διατάγματα οὐκ ἐπιτρέπουσιν ἱμάτιον ἐκ δυοῖν ὑφασμένον ἀμπέχεσθαι, τὴν τοῦ τρόπου διπλόην ἀποτρεπόμενα. Οὗτος

[93] Psal. xlviii, 17. [94] Psal. lxi, 11. [95] Psal. li, 9. [96] Luc. xii, 16. [97] Luc. xviii, 24. [98] Luc. vi, 14. [99] Isa. xvi, 14. [1] Job. i, 1. [2] Matth. v, 3. [3] Deut. xxii, 2.

Francisci Scorsi notæ.

evangelista appellatum Josephum, ὅτι τὸν τίμιον μαργαρίτην διὰ παῤῥησίας ὠνήσατο, hoc est, *quia pretiosam margaritam fidenter comparavit :* ubi διὰ παῤῥησίας, videtur respondere τῷ τολμήσας S. Marci. Integra ergo auctoris sententia hæc est : Cum divitis nomen in malam partem sæpius accipiatur, appellatus fuit ab Evangelista Joseph dives, non quasi hoc magnum esset ejus laudis encomium, quod abundaret opibus, sed quia iis usus est bene, confidentiam ex illis sumens ad petendum, et recipiendum, et veluti Christi corpus per eas emendum. Et sane divitias et paupertatem non ex se, sed ex affectu et voluntate utentis in laude vel vitio ponendas idem auctor infra affirmat.

D (43) *Illiberale ingenium.* Multiplex ingenium, et versutum ἀνελεύθερον, illiberale Noster hic appellat, et recte ; quia duplicitas animi, et vafrities servile vitium est. Nota res est ex comicis, a quibus servi plerumque inducuntur versipelles, et pseudoli : Terentius in Adelph. Act. iii, scen. iv : *Hic Geta præterea ut captus est servorum non malus.* At quem locum Donatus : *Servum evenire bonum non ratio est, aut natura, sed casus, utpote in re rarissima.* Contra vero sincerus animus, ingenuus et nobilis. M. Tullius, *De amicit.* apertum pectus amici commendans subdit : *Vel aperte odisse magis ingenuum est.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ πρὸς τῇ Σαρδαναπάλῳ τρυφῇ, ἣ ὀσημέραι προσέκειτο, οἷόν τι περίβλημα εἶχε τὸ ἀνελεύθερον, καί τοι ἀνδρὶ μὲν πένητι συγγνωστὸν ἴσως τοῦτὶ τὸ κακόν· πλούτῳ δὲ βριθοντι τὸ κρυψίνουν εἶναι αἶσχος ἀπαίσιον. « Καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον. » Τοὺς κώμοις καὶ μέθαις προσέχοντας ἀνάγκη πᾶσα ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ ἥττονας γίνεσθαι. Ὁ δὴ κατ' ἄμφω δείκνυσι τὸ τῶν ἐνδυμάτων διάφορον. Καὶ διὰ μὲν τῆς πορφύρας τὴν ζέσιν περικαρδίου αἵματος ἐδήλωσεν, ὃ δὴ θυμὸν ὁρίζουσιν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ, διὰ δὲ τῆς βύσσου τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς. Ἢ ἐπειδὴ προσέχων ἦν τρυφῇ καὶ χλιδῇ, περὶ τὴν λιχνείαν ἐπτοημένος τῶν τὴν ὑπερφάν εὐφραινόντων, καὶ τὸν λαιμόν· ταῦτα δὲ αὐξητικὰ αἵματός τε, καὶ πιμελῆς, ἐδήλωσε διὰ τῆς βύσσου καὶ τῆς πορφύρας ἀμφότερα.

« Πτωχὸς δέ τις ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος. » Τί δήποτε οὐδ' ἐν μιᾷ τῶν παραβολῶν ὄνομα κύριον τεθεικὼς, ἐνταῦθα Λάζαρον καλεῖ τὸν πτωχόν; Ἐπειδὴ ἦν τις πτωχὸς καὶ ἀγύρτης ἐν Ἱερουσαλὴμ τῷ τότε καιρῷ ἐκ προσαιτήσεως τὴν ἐφήμερον μαστεύων τροφὴν, ὀνομαζόμενος Λάζαρος, ἀφ' οὗ λαβόμενος ἀφορμῆς ὁ Σωτὴρ τὴν παροῦσαν παραβολὴν συντάττει τῷ ἱστορικῶς γενομένῳ, δραματικὸν συμπλέξας διήγημα. Τάχα δὲ καὶ πᾶς πτωχὸς ἅτε βοηθείας ὑπὸ τῶν ἐχόντων δεόμενος Λάζαρός ἐστι· τὸ γὰρ ὃ ὄμα τοῦτο προσβοηθούμενος ἑρμηνεύεται. « Ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος. » Καὶ τοῦτο μείζων κατάκρισις τῆς βδελυρᾶς τοῦ πλουσίου ψυχῆς, τὸ καθ' ἑκάστην ὁρᾷν ἐν τῷ πυλῶνι βεβλημένον τὸν πένητα τροφῆς καὶ σκεπάσματος ἐνδεῆ, τῶν ἐκ τῆς πολυχλιωδοῦς τραπέζης ψιχίων μετασχεῖν ὀρεγόμενον. Τὸ δὲ καὶ ἡλκωμένον εἶναι ἄλλης συμφορᾶς μείζονος πρόσθεσις. Τί γάρ ἐστι τὸ λεγόμενον; Οὐκ ἦν αὐτῷ δύναμις θύραν ἐκ θύρας

luxum, in quo quotidie volutabatur, quasi amictum quemdam illiberalitatem habebat; et quanquam homini egeno venia fortasse dignum esset hoc vitium, in homine vero circumfluente divitiis versutum esse, detestabilis fœditas est. « Et induebatur purpura et bysso. » Necesse omnino est, eos qui luxuriosis conviviis et ebrietati indulgent, a libidine et ab ira superari. Quod utrumque sane diversitas vestimentorum ostendit. Et purpura quidem fervorem sanguinis circa cor indicavit, quæ est definitio iræ tradita ab hujusmodi rerum peritis; bysso vero mollitiem voluptatis. Sive quoniam luxui atque deliciis addictus erat, et liguritione eorum quæ palatum et gulam oblectant, vehementer captus, his autem sanguis et adeps augentur, bysso et purpura utrumque denotatur.

« Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus. » Quid tandem est, quod cum in nulla parabola cujusquam apposuerit nomen, **48** mendicum hic nominet Lazarum? Nimirum quia per id tempus erat Hierosolymis pauper (44) ac mendicus quidam, qui stipe cogenda victum in diem sibi quærebat, cui Lazarus erat nomen. Unde sumpta occasione Salvator præsentem componit parabolam cum eo quod re vera fuit, poeticam narrationem intexens. Forsitan etiam quilibet pauper utpote divitum auxilii indigus Lazarus est. Hoc enim nomen exponitur *adjutus* (45). « Qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus. » Et hoc gravius detestabilem divitis animum damnat, quod scilicet videret quotidie mendicum pro foribus jacentem, cibi vestimentique indigentem, qui etiam cupiebat particeps esse micarum quæ ex mensa illa multis referta deliciis (46) decidebant. Quod vero plenus esset ulceribus, alterius majoris calamitatis additamentum est. Quid enim est id, quod dicitur?

Francisci Scorsi notæ.

(44) *Erat Hierosolymis pauper.* Opinio hujus Patris, quod narratio de divite et Lazaro non sit ficta omni ex parte parabola, nec tota historica, sed quasi tragica fabula ex vero ac ficto composita, est, inquam, opinio multorum veterum Patrum, quos innuit et sequitur Suarius, lib. VIII *De Angelis*, cap. 12. Et ex interpretibus Evangeliorum Joannes Maldonatus, qui eam sententiam maxime probat, et eam esse germanam Justini sententiam dicit. At Cornelius a Lapide, quamvis videatur initio eam historiam appellare, tamen in hanc ipsam recidit opinionem, cum postea, quæ de sermone divitis et Abrahami ultro citroque habito, et de oculis, lingua, et digito dicuntur, parabolice dicta esse confitetur. Recte itaque Noster, et vere scribit mendicum illum nomine Lazarum vere fuisse Hierosolymis: Ἀφ' οὗ λαβόμενος ἀφορμῆς ὁ Σωτὴρ συντάττει τῷ ἱστορικῶς γενομένῳ δραματικὸν συμπλήξας διήγημα, hoc est: *Ex quo sumpta occasione Salvator præsertim componit parabolam cum eo, quod revera fuit, dramaticam narrationem intexens.* Hoc drama quasi *tragicomœdiam* appellat Maldonatus. Opiniones gravissimorum virorum retuli, ut iis accenseres Theophanis nostri sensum. Nam rationes, quibus eæ confirmantur, non attinet ad me prosequi. Una vero ex cæteris ea est, quod in hac narratione nomen Lazari Christus exprimat, quod in parabolis minime consuescit: at cur non etiam divitis, quem Nineusi appellatum ex Hebræorum traditione ait Euthymius, et approbat Cornelius noster? Id sane fuit prudentiæ et moderationis Christi, ut pauperem, quem laudabat, nominaret; divitem, quem vituperabat, non nominaret, ne et illi injuriam facere, et sibi invidiam conflare videretur.

(45) *Exponitur adjutus.* Integrum nomen est Eleazarus, unde decurtatum Lazarus: in integro vero nomine apparet etymon totum nominis Eleazari ab אל Deus, et עזר adjuvit; atque ita adjutorium Dei, vel adjutum a Deo significat.

(46) *Multis referta deliciis.* Ἐκ τῆς πολυχλιώδους τραπέζης ψιχίων μετασχεῖν ὀρεγόμενος. Hæc est emendata lectio, quam reperi in cod. G. et in Escuriali; eamdem esse colligo ex Glossario, quod πολυχλιώδους interpretatur πολυτροφοῦς, quo ego modo interpretatus sum. At P. et V. codd. habent πολλυλιδοῦς quæ scriptura depravata est, illa vera πολυχλιώδους facto λ ex χ, et omisso ω. Quanquam autem vox hæc germana sit auctoris, videtur tamen ab ipso oratore novata per compositionem ex voce χλίδη *voluptas, deliciæ*, et πολὺ *multum*; nullum enim illius apud veteres exemplum lego. In voce itidem ψιχίων est mendum in uno cod. ubi scribitur ψηχίων per η.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Non poterat ostiatim vitæ necessaria quærere? A
I firmus quippe erat, neque eum quisquam intra atrium recipiebat, utpote ulcerosum. Scitis autem quam horridum quamque molestum sit, ulcerata taboque stillantia corpora contrectare. Ab his enim etiam oculos avertere plerique consueverunt, et torvum alioque intentum (47) contorquere obtutum. Undique igitur inopia consilii premebatur; et vera nec simulata paupertas omnes ejus cogitationes frustrabatur.

« Sed et canes veniebant, et lingebant ulcera ejus. » Quanto erant homine canes humaniores, et immundi videlicet mundo! Hic enim ne micas quidem pauperi impertiebat : illi vero abstergendis lingua sua suppurationibus vulnera mitigabant (48). Fortasse autem tale aliquid etiam nunc in multis videre est. Nam sæpe dum nos negligimus pauperes, ii qui veræ fidei et religionis expertes sunt, quos propter immunditiam appellavit canes, legi naturali obtemperantes, curam eorum gerunt. B

« Factum est autem, ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. » Itaque ille patientiæ athleta in occasu vitæ constitutus ex hac vita decessit Abrahami sinu receptus. Hæc est patientiæ merces; hic laborum fructus; hæc est laudabilis paupertatis corona patriarchæ recipi sinu. Verum ne quisquam eorum, qui huc convenere, ita sit hebes, ut Abrahami sinum existimet esse corporeum (49), et in eo **49** collocari justos, ut in nutricum gremio infantes; nam hoc sentire insignis esset C amentiæ; sed bonum animæ statum, in quo Verbum justos reficit ac recreat, sinum Abrahami vocavit. Hic enim patriarcha primus fidei suæ merito (50),

ἀμείβειν, καὶ τὰ ἀναγκαῖα πορίζεσθαι. Ἰσθένει γὰρ, οὐδ' εἴσω πυλώνων τις αὐτὸν ὑπεδέχετο· ἡλκωτο γάρ. Ἴστε δὲ πάντως ὅπως φορτικόν τι καὶ δύσοιστον ἡλκωμένων καὶ μυδώντων σώματα ἐφάπτεσθαι. Τούτων γὰρ καὶ ἀπερείδειν τὸν ὀφθαλμὸν εἰώθασιν οἱ πολλοὶ, καὶ βλοσυρόν τι καὶ ἀτενὲς ἐνορᾶν. Πανταχόθεν οὖν τῇ ἀπορίᾳ συνείχετο, δαπανώσης ὥσπερ ὅλην αὐτοῦ τὴν φροντίδα τῆς ἀγοητεύτου πενίας.

« Ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. » Ὡς πολὺ τοῦ λογικοῦ οἱ κύνες ἦσαν φιλανθρωπότεροι, καὶ τοῦ δῆθεν καθαροῦ οἱ ἀκάθαρτοι! Ὁ μὲν γὰρ οὐδὲ ψιχίων μετεδίδου τῷ πένητι, οἱ δὲ παρηγόρουν τὰ τραύματα τῇ σφῶν γλώττῃ σαίνοντες τὰ ὑπώπια. Τάχα δὲ τοιοῦτον καὶ νῦν ἐν τοῖς πολλοῖς ἔστιν ἰδεῖν. Ἡμῶν γὰρ πολλάκις παραβλεπόντων τοὺς πένητας, οἱ ἔξωθεν τοῦ μυστηρίου τῆς πίστεως, οὓς κύνας ἐκάλεσε διὰ τὸ ἀκάθαρτον, ἐπιμελείας ἀξιοῦσι φυσικῷ νόμῳ πειθόμενοι.

« Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ. » Ὁ μὲν οὖν τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴς, ἐν δυσμαῖς τοῦ βίου γένομενος, τῆς ἐντεῦθεν μετέστη ζωῆς εἰς τοὺς Ἀβραμιαίους κόλπους· ἀχθείς. Αὕτη τῆς ὑπομονῆς ἡ ἀντίδοσις, οὗτος ὁ τῆς κακοπαθείας καρπὸς, οὗτος τῆς ἐπαινουμένης πτωχείας ὁ στέφανος, τὸ γενέσθαι τοῦ πατριάρχου ἐγκόλπιον. Ἀλλὰ μή τις τῶν συνειλεγμένων οὕτως ᾖ παχὺς τὴν διάνοιαν, ὡς σωματικῶς τὸν τοῦ Ἀβραὰμ κόλπον φαντάζεσθαι, καὶ τοὺς δικαίους ἐν τούτῳ ἑδράζεσθαι, ὥσπερ ἐν τοῖς κόλποις τῶν τιθηνῶν τὰ βρεφύλλια· ἀπόπληκτον γὰρ κομιδῇ τὸ τῇδε νοεῖν·

Francisci Scorsi notæ.

(47) *Et torvum alioque intentum.* Καὶ βλοσυρόν τι, καὶ ἀτενὲς ἐνορᾶν. Hæc deerant in cod. P. quæ reposui in hac mea editione ex G. et V.

(48) *Vulnera mitigabant.* Hic variant exempl. mss ; nam P. habet σαίνοντες prout edidi. Gall : Ληαίνοντες τὰ ὑπώπια, quod pravum est. et corrigendum ex V. quod exhibet λεαίνοντες τὰ ὑπώπια. Quæ sane lectio et recta est, et eodem incidit, ac P. σαίνοντες· quam ideo commutare nolui, nam canes ulcera lambendo utrumque præstant, λεαίνουσι, καὶ σαίνουσι, *abstergunt, et mitigant.* Utrumque complexus est Chrysost. serm. *De divite et Lazaro.* Placet hunc locum transcribere, ut Chrysostomi et Theophanis θεωρίαν hujus loci videas gemellam : Εὐγενέστεροι οἱ κύνες τοῦ πλουσίου, inquit Chrysost. ἀγαθώτεροι τῆς ἐκείνου ἀπανθρωπίας, ἐκείνου μηδέ ποτε ψεκάδα ἐλέου δροσίσαντος τῷ πένητι, οἱ κύνες τὴν ἀκμὴν τῶν ὀδόντων τῇ φιλανθρωπίᾳ πραῦνοντες ἀπαλῇ τῇ γλώσσῃ, αὐτὸν ἐθεράπευον· ὅπως πᾶσαν ῥυπαρίαν· καὶ πάντα ἰχῶρα τῶν τραυμάτων αὐτοῦ ἀποσμήχοντες, καὶ τὰ ἄγρια ἕλκη τῇ λειότητι τῆς γλώττης τιθασσεύοντες, καὶ πόνους τῶν τραυμάτων ἐπέκλεπτον· *Generosiores dirite canes, ejus inhumanitate meliores. Illo ne gutta quidem olei pauperi aspergente, canes dentium cuspidem humanitate mollientes, eum tenera lingua curabant, ut sordes omnes, atque vulnerum ejus saniem omnem abstergentes, et acerba ejus ulcera levitate linguæ mitigantes, ejus vulnerum dolores subtraherent.* Similem, vel potius eamdem sententiam affert Titus Bostrensis, a cujus verbis huc regerendis, ne longius in notis excurram, supersedeo.

(49) *Esse corporeum.* Per sinum Abrahami dictum in Evangelio, negat his verbis Theophanes corporis ipsius Abrahami sinum intelligendum ; non autem locum ipsum, in quo justi ante adventum Christi requiescebant, qui limbus Patrum dicitur, quod ipse sane diserte explicat : Καὶ τοὺς δικαίους ἐν τούτῳ ἑδράζεσθαι, ὥσπερ ἐν τοῖς κόλποις τῶν τιθηνῶν τὰ βρεφύλλια· *Et in eo collocari justos, ut in nutricum gremio infantes.* Tantum hoc admonuerim, quod pertinet ad hunc locum ; nam quid de inferno loco sentiat, an scilicet corporeum, an D spiritualem esse significet, infra erit disputatio. Porro sententiam hanc, quæ in cod. P. concisa erat, manca, obscura (sic enim habet : Ὡς σωματικῶς τὸν τοῦ Ἀβραὰμ κόλπον τοῖς κόλποις τῶν τιθηνῶν τὰ βρεφύλλια) restitui additis iis, quæ deerant ibi, et G. et V. habui.

(50) *Primus fidei suæ merito.* Cur sinus Abrahami potius quam alterius ex antiquis Patribus nominetur locus ille requietis, quo sancti illi ex hac vita commigrabant, alii alias excogitarunt rationes. Optima omnium est, quam etiam Joannes Maldonatus noster amplectitur, quod Abrahamus Pater credentium fuerit ; itaque omnes sanctos in sinum ejus tanquam filios in domum patris fuisse receptos, Adamum etiam ipsum et Abelem, et quicunque Abrahamum ætate præcesserint ; eo quod hi ipsi, nisi imitatione futuri Abrahami credidissent, ejusque quodammodo filii similitudine fidei exstitissent, salvi futuri non fuissent. Hanc igitur causam at-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλλὰ τὴν ἀγαθὴν κατάστασιν τῆς ψυχῆς, ἐν ᾗ τοὺς δικαίους ἀναπαύει ὁ Λόγος, κόλπον Ἀβραμιαῖον ὠνόμασε. Πρῶτος γὰρ οὗτος ὁ πατριάρχης διὰ πίστεως τῆς ἐλπιζομένης εὐκληρίας μετὰ τὴν πολλὴν κακοπάθειαν ἔτυχε. Τὴν γοῦν τῶν ἀμετρήτων ἀγαθῶν ἔνδειξιν τῷ τοῦ κόλπου διασημαίνει ὀνόματι, ᾧ πάντες δι' ἀρετῆς τὸν παρόντα διαπλέοντες βίον, ὅταν ἐντεῦθεν ἀπάρωσιν, ὡς ἐν ἀκλύστῳ λιμένι τὰς ψυχὰς ἐνορμίζονται. Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν ἀκόλουθον κἀκεῖνο ἐπαπορῆσαι, ἐπειδὴ οὐδὲν τῶν ἀπροαιρέτων ὑπάρχει μακαριστὸν, πῶς ὁ Λάζαρος ἀκουσίως πενόμενος τῆς μακαρίας ἔτυχεν ἀπολαύσεως; Οὔτε γὰρ ἂν καὶ πάντες οἱ πενόμενοι τῶν ἴσων αὐτῷ τεύξονται ἀμοιβῶν. Φαμὲν οὖν, ὡς ἐπαινουμένη μὲν ἔστιν ἔνδεια ἡ ἑκούσιος, ἣν μακαρίζει ὁ Κύριος· πλὴν ἀλλ' ὁ ἐχέφρων λογισμὸς δύναιτ' ἂν μεταγαγεῖν εἰς ἀρετὴν καὶ τὸ ἀκούσιον ἀγαθὸν, τὴν ἑκούσιον ὑπομονὴν τῷ συμβάντι ἀκουσίῳ συγκερασάμενος. Πολλοὶ μὲν γὰρ πτωχοὶ τῇ περιουσίᾳ, πλεονεκτικώτατοι δὲ τῇ προαιρέσει τυγχάνουσιν, οἷς οὐδεὶς ἔπεστι τῆς ἐνδείας μισθός· καὶ πόθεν ἂν, φησὶ, γνώριμος γένοιτο ἡ τοῦ Λαζάρου προαίρεσις; οὐδὲν γὰρ περὶ τούτων ὁ λόγος ἡμῖν ἐσήμανε· καὶ μὴν ἐξ αὐτῶν τῶν Εὐαγγελικῶν ῥημάτων τοῦτο ῥᾴδιον συνιδεῖν. Ἔλκεσι γὰρ καὶ γυμνητείᾳ, καὶ λιμῷ τετρυχωμένος, καὶ τοῦ πλουσίου τὴν τρυφὴν ὁσημέραι ἐρῶν, οὔτε τῆς βύσσου καὶ τῆς πορφύρας ἐν ἐπιθυμίᾳ ἐγένετο, οὔτε περὶ τὴν ποικιλίαν τῶν ἐδεσμάτων φαίνεται λιχνευσάμενος, ἀλλ' ἐκ τῶν ψιχίων μόνον ἐπεθύμει δοῦναι τὸ ἀναγκαῖον τῆς φύσεως ὄφλημα.

quam speramus hæreditatem, post multos labores consecutus est. Itaque immensorum bonorum demonstratio sinus appellatione continetur, ad quem omnes, qui vitæ hujus navigationem cum virtute conficiunt, postquam hinc solverunt, velut ad tranquillum portum animas appellunt. Consentaneum vero nobis est illud etiam quærere, cum nihil involuntarium beatitudine dignum sit, qui factum est, ut Lazarus, qui invitus paupertate angebatur, beatitudinem consequeretur (51)? Neque enim omnes, qui egestate laborant, parem cum illo remunerationem accepturi sunt. Itaque dicimus voluntariam quidem paupertatem esse laude dignam, quam Dominus beatam prædicat; tamen prudens ratio etiam invitum bonum ad virtutem transferre potest, commiscendo voluntariam tolerantiam cum casu qui contra voluntatem accidit; multi enim sunt fortunis pauperes, qui iidem voluntate habendi sunt avidissimi, quos nulla manet paupertatis merces. Et undenam, inquit ille, constat Lazari voluntas? Nihil enim de hac nobis evangelicus sermo significat. Sed tamen ex ipsis Evangelii verbis facile id intelligitur, quia cum ulceribus, nuditate, ac fame afflictaretur, et divitis luxum quotidie videret, neque byssum et purpuram concupivit, neque ciborum varietati inhiavisse videtur, sed de micis duntaxat necessarium naturæ debitum solvere cupiebat.

« Ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη. » Ἦρχετο καὶ διόλωλεν ὁ λαμπρός τε καὶ ἀβροδίαιτος, ὁ ἐν βύσσῳ καὶ πορφύρᾳ ὡραϊζόμενος, ὁ ἐσθίων ἐρίφους ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γαλαθηνά. Ταῦτα δὲ τὰ προφητικά· « Ὁ πίνων τὸν διϋλισμένον οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενος. » Σκόπει δὲ, ὡς ἐπὶ μὲν τοῦ πένητος, οὐκ ἐμνήσθη ταφῆς, ἐπὶ δὲ τοῦ πλουσίου καὶ ταύτην συντέταχεν, ἀκολούθως τοῦτο ποιῶν. Τὸ μὲν γὰρ Λάζαρον εἰκὸς ἀκηδέστως ῥιφῆναί που ἄταφον. Τίς γὰρ ἂν προσηκούσης ὁσίας ἠξίωσε, τὸν μηδὲ ψιχίων ἄξιον νομιζόμενον; Τῷ πλουσίῳ πολλοὶ μὲν οἱ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ προπομπεύοντες, πολλαὶ δὲ θρηνῳδοὶ τὰς εἱμωγὰς ἐπιτείνουσαι· λάρναξ δὲ τὸν νεκρὸν ἐπικρύπτουσα, καὶ ἡ κηδεία λαμπρὰ, καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ ἐκπληρούμενον· « Οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. »

« Mortuus est autem et dives, et sepultus est. » Excessit e vita, et interiit splendidus ille, et delicatus, et bysso et purpura conspiciendus, qui « comedebat hædos de grege, et lactentes vitulas de medio armentorum. » Hæc autem verba prophetæ sunt : « Qui bibebat vinum defæcatum, et unguentis primis ungebatur [a]. » Considera autem, cum de mendico loqueretur, nullam sepulturæ fecisse mentionem, cum vero de divite, eam statim adjunxisse. Quod congruenter fecit : verisimile enim est Lazarum justis funeris caruisse, atque insepultum aliquo fuisse projectum : quis enim eum supremis honoribus dignaretur 50 qui ne micis quidem dignus habebatur? Divitis vero funus multi prosequebantur : multæ etiam aderant præficæ quæ luctum næniis intendebant. Loculus vero, quo conditum cadaver erat, et pompa funeris splendida, et illud David implebatur : « Sepulcra eorum domus illorum in æternum [b]. »

« Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ, καὶ

« Et in inferno elevans oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu ejus, et clamans dixit : Abraham, miserere mei,

[a] Amos VI, 4. [b] Psal. XLVIII, 12.

Francisci Scorsi notæ.

tingit Theophanes noster, cum ait hunc patriarcham primum fidei suæ merito speratam hæreditatem fuisse consecutum. Uberiorem hujus loci explanationem si desideras, adi Gregorium Nyssenum in dialogo, seu libro *De anima et resurrectione*.

(51) *Beatitudinem consequeretur.* Quod Lazarus hic mendicus alius sit, atque ille quem Christus e mortuis revocavit constans est omnium auctorum opinio : imo et eam totius Ecclesiæ sententiam esse Maldonatus noster affirmat, quippe quæ duos faciat Lazaros, et utrique cultum exhibeat, et dedicet templa : quod unum est ex argumentis, quo probatur quod supra diximus, n. 6, historiam hanc ex parte censendam, non parabolam totam. Vide ipsum Maldonatum in cap. XVI Lucæ. Idem habet Cornelius a Lapide hic.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. » In hunc jam delatus (52) orationis locum video tanquam ex edita quadam specula, altissimum doctrinarum pelagus quod enavigare pertimesco, veritus ne immensitate sententiarum imbecilla mens nostra submergatur. Hæc dico cum illa considero : quisnam sit hic infernus, divinis profanisque litteris decantatus? Et quomodo dives ante communem hominum resurrectionem in tormentis esset? Et quænam sit illa aquæ stilla, qua indigebat, qui cruciabatur? et quos oculos in inferno tolleret dives, quamve linguam guttæ instillatione refrigerari cuperet, cum in sepulcro corporis ipsius membra corrumperentur? Et quomodo quod est corporis expers flammam sentiret? Et qui dicat Abrahamus : « Recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala, » quasi bona nobis et mala debeantur? Et quidnam sit chaos illud, quod bonum a malo disjungit, et transitum substantiæ ab omni corporis concretione liberæ potest impedire? Hæc sunt quæ considerans mens hæret quasi correpta vertigine, et a sua condemnatur ignavia. Verumtamen orationis nostræ clavum Deo gubernatori committentes, et precum vestrarum subsidium adhibentes, in altum provehamur. Dicimus igitur, sequentes sententiam illorum Patrum (53), qui hæc ante nos discusserunt, narrationem hanc per rerum corporatarum imagines a Salvatore fuisse propositam, multas vero sublimium dogmatum occasiones inspersas ac datas iis, qui ad ea investiganda mentem intendunt. Infernus igitur (54) dicitur animæ domi-

A φωνήσας εἶπε · Πάτερ Ἀβραάμ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου ὕδατος, καὶ καταψύξῃ μου τὴν γλῶτταν, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. » Ἐνταῦθα τῷ λόγῳ γενόμενος, ὥσπερ ἀπό τινος σκοπιᾶς ὑψηλῆς πολὺν ὁρῶ δογμάτων βυθὸν, πρὸς ὃν διανήξασθαι τέθηπα, δεδοικὼς μὴ τῷ τῶν νοημάτων ἀπεράντῳ ἡ ἐδρανὴς ἡμῶν διάνοια ὑποβρύχιος γένηται. Ταῦτα δέ φημι πρὸς ἐκεῖνο βλέπων, τίς οὗτος ὁ θρυλλούμενος ᾅδης, παρά τε τῆς θείας Γραφῆς, καὶ τῶν ἔξωθεν · πῶς δὲ ὑπῆρχεν ἐν βασάνοις ὁ πλούσιος πρὸ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως · τίς δὲ ἡ τοῦ ὕδατος σταγὼν ἧς ἐπιδεὴς ὀδυνώμενος γίνεται · ποίους δὲ ὀφθαλμοὺς ἐπαίρει ἐν τῷ ᾅδῃ ὁ πλούσιος, ἢ ποίαν γλῶσσαν καταψυχθῆναι διὰ τῆς ἐπιστάξεως τῆς σταγόνος ἐπεθύμει,

B τῶν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μελῶν φθειρομένων ἐν τῷ τάφῳ · πῶς δὲ τῆς φλογὸς ἐπῃσθάνετο τὸ ἀσώματον · πῶς δὲ, φησὶν ὁ Ἀβραάμ, ὅτι « Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακὰ, » ὥσπερ χρεωστουμένων ἡμῖν ἀγαθῶν καὶ κακῶν · καὶ τί τὸ χάσμα ἐκεῖνο τὸ διεῖργον τὸ ἀγαθὸν ἐκ τοῦ χείρονος, καὶ κωλύειν ἰσχύον τὴν τοῦ ἀσωμάτου διάβασιν. Ταῦτά ἐστι πρὸς ἃ βλέπων ὁ νοῦς ἐλυγγιᾷ, καὶ τῆς ἰδίας νωθείας καταψηφίζεται. Ὅμως τῷ κυβερνήτῃ Θεῷ τὸ τοῦ ἡμετέρου λόγου πηδάλιον ἐγχειρίσαντες, καὶ συνεργοὺς τὰς ὑμετέρας λαμβάνοντες εὐχὰς, τοῦ πελάγους κατατολμήσωμεν. Φαμὲν οὖν ἐπακολουθοῦντες τῇ δόξῃ τῶν ταῦτα προεξετασάντων Πατέρων, ὡς σωματικώτερον μὲν

C ὁ Σωτὴρ ἐκτίθεται τὸ διήγημα, πολλὰς δὲ ἐγκατασπείρει δογμάτων ὑψηλῶν ἀφορμὰς τοῖς προτέχουσιν ἐξεταστικώτερον. Ἅδης μὲν λέγεται ἡ ἐκ τοῦ

Francisci Scorsi notæ.

(52) *In hunc jam delatus.* Magnum negotium locus hic Evangelii omnibus auctoribus facessivit, præsertim cum de oculis, de lingua divitis, de digito Lazari sermo fit. Subscribam locum unius August. ex lib. VIII *De Genesi* ad litteram, cap. 5, ut intelligatur quam caute in hujusmodi interpretandis et definiendis procedendum sit, et uti hæc cautio, et pietas in nostro Theophane agnoscatur, cum non sine ratione tam timidum, tam anxium se esse profitetur, neque hæc per αὔξησιν sacris oratoribus usitatam, sed ex rei veritate ab eo esse prolata. Sic igitur D. Augustinus scriptum reliquit : *Melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Illum quippe divitem in ardore pœnarum, et illum pauperem in refrigerio gaudiorum intelligendos esse non dubito. Sed quomodo intelligenda sit illa flamma inferni, ille sinus Abrahæ, illa lingua divitis, ille digitus pauperis, illa sitis tormenti, illa stilla refrigerii, vix fortasse a mansuete quærentibus, a contentiose autem certantibus nunquam inventur.* Hæc Augustinus, cum quo vides convenire Theophanem in magnis hisce difficultatibus proponendis.

(53) *Sequentes sententiam illorum Patrum.* Quamvis de pluribus loquatur συνεχδοχικῶς, tamen uni Gregorio Nysseno adhæret, a quo non solum sensus sed etiam verba decerpit, quæ nos carptim, prout locus postulare videbitur, hic referemus ; nec tamen omnia, ne transcribendis, ubi usus non est, sententiis Notas nostras inferciamus. Disputat hæc Nyssenus in libro seu dialogo *De anima et resurrectione*, in quo sanctam Macrinam sororem suam tanquam magistram de animæ immortalitate et resurrectione disceptantem, se quæstiones proponentem facit, in qua sane disputatione nonnulla sunt difficilia intellectu ; quin ex hujus loci evangelici difficultate in errorem inductum ipsum Gregorium Maldonatus ait, ut non solum membra corporis, de quibus hic mentio fit, sed et locum ipsum inferni, et sinum Abrahæ spiritualiter tantum intelligenda putaret. Eamdem Gregorio sententiam tribuit Benedictus Justinianus, *in I epist. ad Corinth.*, cap. 3. Quoniam vero alii aliter hanc Gregorii sententiam de loco inferno referunt, quid itidem ego de ea censeam expromam, et ipsum Gregorium, unaque opera Theophanem ejus asseclam explicare conabor, nota sequenti.

(54) *Infernus igitur.* Infernum locum, in quo dæmones, et homines criminum capitalium damnati coercentur, et cruciantur, unum esse omnium, et esse corporeum, ex catholica doctrina et omnium theologorum certum est, quod ostendunt ex plurimis Scripturæ locis, et Patrum, Suarius, lib. VI *De angelis*, cap. 14, et Bellarminus, tom. I *Controvers.*, lib. II *De purgat.*, cap. 6. At vero ubi sit ille locus non ita certum esse, quia non est ita in Scriptura expressum, idem Suarius docet. Sed nec dubitandum est eum esse sub terra, propter communem consensum Patrum ita intelligentium Scripturas, quæ semper de eo ergastulo tanquam de loco subterraneo hoc modo visibili exsistente loquuntur. Cujus rectæ opinionis esse hunc Patrem, quem nos illustramus, ex aliis certe in aliis homiliis dictis, dubitari non potest, quanquam hoc, quem nunc notamus et expendimus, loco diversum quiddam videatur asserere. Sed certe perplexus hic locus ex aliis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁρωμενου πρὸς τὸ ἀειδὲς, καὶ ἀΘέατον κατάστασις τῆς ψυχῆς. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο οἱ παρά τε τῶν ἔξωθεν, A cilium a visibili ad tenebricosum et invisibile commigrantis. Nihil enim aliud hoc nomine cum apud

Francisci Scorsi notæ.

apertis, quæ jam refero, enodandus est. Nam hom. 6, de filio viduæ ita loquitur : Ἡ μὲν οὖν τοῦ νέου ψυχὴ τούτου τὸν τοῦ ᾅδου χῶρον διήρχετο τὸν σκοτεινὸν ἐκεῖνον, καὶ ἀμειδῆ καὶ γῆν περιεπόλει, ἧς οἱ μοχλοὶ κάτοχοι, αἰώνιοι, ὡς εἶπε τῶν προφητῶν ὁ φυγάς. *Hujus igitur adolescentis anima inferorum loca illa tenebricosa tristiaque pervaserat, et versabatur in terra, cujus vectes, ut profugus vates dixit, « retinacula sunt sempiterna. »* Alludit porro ad illa verba Jonæ cap. 11, quæ jam explanavimus in ejus homil. 6, not. 18. Quanquam autem ille locus de limbo potius quam de inferno damnatorum sit intelligendus, tamen quod ad quæstionem pertinet, eadem est de utroque ratio; agitur enim de loco ubi separatæ a corpore animæ contineantur, et alioqui infernus accipitur aliquando, quatenus omnes sinus tum purgatorii, tum limbi, tum inferni complectitur. Cum igitur τὸν ᾅδην, hoc est *infernum*, vocet χῶρον σκοτεινὸν, καὶ γῆν, *locum tenebricosum, et terram*, eamque vectibus obseratam, de corporeo et subterraneo aliquo carcere loqui videtur. Sed apertius hom. 9, ubi de dæmoniaco, qui legione dæmonum vexabatur, explicans verba illa Lucæ VIII : *Et rogabant illum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent.* Ἤδεσαν γὰρ, inquit, ὡς οὓς ἐκ τῶν ἄλλων ἐπήλασε δαίμονας εἰς τὴν ἄβυσσον τῷ παναλκεῖ λόγῳ παρέπεμψεν. Hoc est : *Sciebant enim alios ab aliis dæmones ejectos in abyssum* (*barathrum* illic verti) *omnipotenti verbo fuisse amandatos.* Ubi sine dubio præter aerem hunc caliginosum, in quo dæmones plurimos versari nunc certum est, alium agnoscit locum suppliciorum, quem ἄβυσσον, abyssum, seu barathrum cum vocet, profundissimum aliquem sub terra locum agnoscit. Et sane ex hoc loco Lucæ XVI argumentatur Suarius cum multis ex Patribus, quos adducit, dæmones quamvis nunc in aere hoc distineantur, tamen non ignorare se supremo judicii die ad imum infernumque locum esse retrudendos, et in hujus diei suppliciique perpetuo timore versari. Præterea hom. *De judicio* vocat Theophanes loca inferni, τὰ φοβερὰ κολαστήρια τὸ πῦρ τὸ παφλάζον. *Ergastula formidolosa, effervescentem ignem :* quæ sane de loco, et igne corporeo commode intelligenda sunt. Hom. vero *De Centurione* ita de igne loquitur : Λέγεται δὲ ἡ μέλλουσα τῶν ἁμαρτωλῶν τιμωρία σκότος ἐξώτερον· ἐπειδὴ μέλλει τοῦ πυρὸς ἡ διττὰ ἐνέργεια τότε διαιρεθήσεσθαι, καὶ τοῖς μὲν δικαίοις καθαρὸν ἀποδοθῆναι τὸ φῶς, καὶ ἀμέτοχον ποιότητος καυστικῆς, τοῖς δὲ φαύλοις διανεμηθῆναι τὸ καυστικὸν καὶ ἄμοιρον τοῦ φωτίζοντος· *Porro tenebrarum exteriorum nomine futura peccatorum pœna signatur, quoniam futurum est, ut duplex ignis operatio tunc dividatur; et justis quidem lux pura, et expers qualitatis ustivæ reddatur : improbis vero quidquid urendi vim habet, et luce cassum est, tribuatur.* Hæc partitio qualitatum ignis, quæ est etiam Basilii Psal. XXVIII, et Damasc. lib. II *Parall.*, cap. 52, et Greg. lib. IX *Moral. Ignis ille*, inquit, *qui reprobos cruciat, si lumen habere potuisset, is qui repellitur, nequaquam in tenebras mitti diceretur;* et Petri Dam. epist. *ad Blancam*, cap. 12 : *Ultrix flamma habet ardorem, non habet penitus lucem;* hæc, inquam, partitio non potest, nisi igni corporeo convenire. Igitur, ut ex his aliisque Patrum locis arguit Suarius, libro *De angelis* supra relato, si ignis inferni corporeus est, consequens est ut dicatur, illum in certo aliquo loco inferni ad cruciamentum reorum esse præparatum, et constitutum, adeoque hic ignis corporei locus corporeus erit. Quod si dixerit quispiam hæc duo postrema Theophanis loca de loco et igne corporeo pertinere ad diem judicii, quo corpora resumenda sunt, adeoque de animis corpore copulatis, non de separatis intelligi; occurram, ac dicam, non alium esse ignem, quo cruciantur homines etiam post diem judicii, atque illum quo dæmones juxta illud Christi Matth. XXV : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus :* quem itidem locum expendens Theophanes hom. *De judicio*, illum ignem non hominibus, sed diabolo et angelis ejus asseclis fuisse ab initio destinatum, eumque postmodum homines peccantes, et peccata non emendantes ad se convertisse dicit. Si igitur etiam ex sensu Theophanis idem est ignis hominum et dæmonum, atque illum jam ostensum est esse corporeum, poterit igne corporeo spiritualis substantia cruciari; atque adeo anima etiam, ut recte theologi ex hoc ratiocinantur : ergo etiam nunc ignis idem ante judicii diem excruciat, et quidem in aliquo certo et corporeo loco, ut dictum est. Quare tantum abest, ut duo illa Theophanis dicta ad exquirendum ejus de loco, et igne corporeo sensum non pertineant, prout objectum est, ut etiam magis ex illis deducatur, magisque confirmetur. Atque hactenus quidem ex præsignatis apertisque locis hujus auctoris ostendimus, quid ipse de re proposita sentiat : jam ex clarioribus aggredimur lucem afferre huic loco, in quo versamur, obscuro et ambiguo; quod in proferendis sanctorum Patrum testimoniis, cum in aliis, tum in hac præcipue quæstione, in qua non semper eodem modo loquuntur, fieri assolet. Verum hic, ut supra monui, non tam Theophanis nostri, quam Gregorii Nysseni, a quo ipse et sententiam et verba desumit, disquirendus est sensus. Et quidem operæ pretium me facturum arbitror, si per occasionem ipsum Gregorium, et una opera utrumque Patrem explicaro. Nam revera Gregorii Nysseni de inferno loco opinio nisi aperte falsa, ambigua certe videtur : et mirum est doctissimos scriptores alio atque alio modo eam accipere et referre, cum tamen ex uno eodemque opusculo *De anima et resurrectione* eam eliciant. Joannes Maldonatus in hoc caput XVI Lucæ, et Benedictus Justinianus in cap. IV Epist. I ad Cor., spiritualem infernum a Nysseno positum scribunt; at vero Franciscus Suarius lib. *De angelis* VIII, cap. 16, n. XVI, et Bellarminus lib. II *De purgatorio*, cap. 6, aerem hunc caliginosum, ubi dæmones versantur, locum pœnarum omnium ab eo existimatum dicunt, atque in hac existimatione idem Bellarm. ait fuisse Chrysostomum hom. *De præmiis beatorum*, et auctorem Operis imperfecti in Matth. hom. 55. Lege ipsum Bellarminum, qui historiam præterea S. Fursæi ex lib. III *Hist. Anglorum*, cap. 19, venerab. Bedæ refert, quæ hujusmodi opinioni astipulari videtur. Sed ego quid de Gregor. Nysseni opinione sentiam antequam expromam illud hic præmoneo, quod Suarius in exquirendis sanctorum dictis animadvertendum sapienter docet, non commaticam scilicet debere esse eorum explicationem, id est non unam, vel aliam sententiam a contextu præcisam, et separatam absolute sumendam, sed ut conjunctam aliis, quas in contextu sermonis proferunt, ex quarum connexione et singularum sensus, et auctoris mens eruenda est, alioqui τεμάχιον aliquod pro universo corpore statueretur. Si quis igitur totum illum Nysseni dialogum *De anima et resurrectione* perlegat et excutiat, quod ego impense me fecisse fateor, illud agere Gregorium plane comperiet, ut ostendat animam, spiritualem essentiam, et incorpoream et immortalem esse, eamque cum corpore ex iisdem constituto elementis

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

externos **51** scriptores, tum in sacris Litteris significatur, in quo anima constituti dicitur, postquam

A καὶ τῆς θείας Γραφῆς σημαίνει τὸ ὄνομα τοῦτο, ἐν ᾧ τὴν ψυχὴν γίνεσθαι λέγουσιν ἀποδυθεῖσαν τοῦ

Francisci Scorsi notæ.

supremo die revicturam. Instituta siquidem ea in illo dialogo *De anima* disputatio fuit, ut consoletur Gregorium de obitu fratris sui Basilii, quod nota præcedente monui. Cum igitur esset a Macrina communi sorore, quæ magistræ partes in eo dialogo agit, satis de substantia animæ, quod esset incorporea, disceptatum, contra eam assertionem jam probatam objicit Greg.: Ποῦ ἐκεῖνο τὸ πολυθρύλητον τοῦ ᾅδου ὄνομα; πολὺ μὲν ἐν τῇ συνηθείᾳ τοῦ βίου, πολὺ δὲ ἐν ταῖς συγγραφαῖς ταῖς τε ἔξωθεν, καὶ ταῖς ἡμετέραις περιφερόμενον, εἰς ὃ πάντες εἶναι καθάπερ δοχεῖον ἔνθεν δὲ τὰς ψυχὰς μεταλλάττεσθαι. Οὐ γὰρ ἂν τὰ στοιχεῖα τὸν ᾅδην λέγοις. Hoc est, Laurentio Sifano interpr.: *Ubi est illud, quod vulgo passim jactatur Orci, et inferni nomen, quod multum quidem in consuetudine vitæ, multum item in scriptis tum externis, tum nostris circumfertur? In quem infernum tanquam in quoddam receptaculum omnes hinc putant animas transire grave; non enim elementa Orcum et infernum dixeris.* Cui ita Magistra: Ἄτοπος εἶ, φησὶν, μὴ λίαν προσεσχηκὼς τῷ λόγῳ. Τὴν γὰρ ἐκ τοῦ ὁρωμένου πρὸς τὸ ἀειδὲς μετάστασιν τῆς ψυχῆς εἰποῦσα οὐδὲν ἡμᾶν ἀπολελοιπέναι εἰς τὸ περὶ τοῦ ᾅδου ζητούμενον· οὐδὲ ἄλλο τί μοι δοκεῖ παρά τε τῶν ἔξωθεν, καὶ παρὰ τῆς θείας Γραφῆς τὸ ὄνομα τοῦτο διασημαίνειν, ἐν ᾧ τὰς ψυχὰς γίνεσθαι λέγουσι, τὴν εἰς τὸ ἀειδὲς, καὶ ἀφανὲς μετέχουσι. Καὶ πῶς εἶπον, etc., quæ referemus infra suo loco. Hæc autem ita idem vertit Sif.: *Videris non admodum attendisse, et animum sermoni adhibuisse. Cum enim dicerem translationem animæ ex eo quod videtur, fieri ad id quod non videtur, nihil putabam me prætermisisse quod de inferno quæreretur; nec enim aliud quidpiam mihi videtur tum in externorum, tum in divina Scriptura per hoc nomen significari, in quo animas esse dicunt, præterquam in id, quod et obscurum est, et non videtur, transitionem.* Atque hic est scopulus, in quem offensum ab iis est, qui spiritualem a Gregorio infernum positum dicunt. Et quidem locum esse navifragum non negarim: nihilo tamen minus reputatis omnibus non censeo negari a Gregorio corporeum esse locum inferni, sed solum velle, quod ad propositum suum de animæ natura incorporea asserenda faciebat, non eum esse receptaculum animæ, tanquam sit ea aliqua corporea magnitudo: hanc enim solum vult maxime excludere; sed in eum recipi animam non corporali et visibili modo, sed spirituali, et, quod idem est, non circumscriptam esse eo loco tanquam corpora: atque, ut objecto de nomine pervulgato ᾅδου, quem nos Orcum, seu infernum dicimus, argumento occurrat, definit id esse obscurum quid et quod sub aspectum non cadat. Quam definitionem sumit ab ipsa etymologia nominis ᾅδου, quod ab *a* privante, et verbo εἶδω, deductum sine dubio obscurum aliquid, et ἀειδὲς, *quod non videtur*, qua voce utitur ipse Gregorius, signat. Sic itaque respondet argumento: Cum nihil aliud per hoc vocabulum ᾅδης signetur, nihil contra positam conclusionem infert, quod ab hac voce sumitur, argumentum, nisi animum ex eo, quod videtur, ad id quod non videtur, et obscurum est, transire. Itaque non tam locum animæ definit, quam statum. Atque hanc omnino explicationem adhibet S. Thomas in IV, dist. 44, quæst. 4, art. 2, quæst. 1 ad 1, ad locum August. ex lib. XII *in Genesim ad litteram* cap. 32, ubi totum inferni locum non esse materialem, sed spiritualem indicat. *Verum vocari locum inferni incorporeum*, inquit S. Thomas, *quia non corporali modo continet spiritus, sed spirituali*; quod ridem ipse Augustinus in principio illius capitis significavit his verbis: *Cito quidem responderem animam vel ad corporalia loca non ferri, nisi cum aliquo corpore, vel non localiter ferri.* Hæc ibi. Iidemque dist. eadem, quæst. 1, art. 1, quæst 1 ad 1: *Incorporalia non sunt in loco modo aliquo nobis noto et consueto secundum quod dicimus corpora proprie in loco esse: sunt tamen in loco modo substantiis spiritualibus convenienti, qui nobis plane manifestus esse non potest.* Hæc S. Thomas: eademque ratione hunc, quem explicamus Gregorii locum intelligendum arbitror. Et hanc interpretationem præterea confirmo primo ex verbis antecedentibus, quibus arguit magistra discipulum, quod non animum intenderit ad ea quæ superius dicta erant: refert autem se S. Macrina ad id, quod dixerat, cum consolari inciperet fratrem his verbis: *Quid igitur ex his* (porro Græcis, ubi usus Maximus non est) *triste et acerbum, atque animi demissione dignum est, si id, quod videtur cum invisibili commutatur? et cujus rei gratia adeo mens tua morti infensa est?* Quibus verbis ostendit non esse de obitu charissimorum dolendum, eo quod anima non dissolvatur a morte, sed alium statum acquirat invisibilem, et spiritui congruentem, felicem quidem, si bene vixerit; infelicem, si male; nam etiam cum de sinu Abrahami diceret τὴν ἀγαθὴν τῆς ψυχῆς κατάστασιν, bonum seu felicem animæ statum, sinus appellatione signari declaravit: eum quo Noster quoque consentit. Deinde ex ipsa voce μετάστασις, qua in definitione τοῦ ᾅδου utitur, quæ transmigrationem, et status vel sedis mutationem significat. Theophanes autem usus est hic voce κατάστασις, quæ item statum et conditionem ex vi nominis signat; interdum etiam habitationem, seu domicilium, quod scilicet ex uno in alium locum transfertur; qua voce in mea interpretatione sum usus. Tertio quia animam non esse extra rerum universitatem in præcedente Dialogi parte ostendit: ergo in aliqua est parte universi, ubi ubi tandem illa sit, certe corporea. Quarto potissimum ex sequenti sermonis serie; nam ad positam supra definitionem excipit auditor: *Et qua ratione subterraneum, inquam, locum nonnulli ita dici existimant, atque illum in sese animas quasi hospitio excipere, tanquam receptaculum quoddam ad recipiendum hujusmodi naturam aptum et idoneum, quod eas, quæ jam ex humana vita evolaverint, ad sese attrahat.* Quis non videat ex his verbis hanc oppositionem de inferno factam eo spectare, ut anima corporea esse dicatur? Ad quæ ita Magistra, cum rotunditatem terræ descripsisset, ex qua omnia, quæ in nostro hemisphærio fiunt, eadem in altero contingunt, concludit: *Cum per omnem partem terræ unus, et idem amplexus elementorum sit, neque contradicendum, neque patrocinandum arbitror iis, qui hanc quæstionem urgent, quod oportet existimare, vel hunc, vel subterraneum locum destinatum et attributum esse animis corpore solutis. Nam quamdiu urgendo et instando primariam, præcipuamque doctrinam, nempe quod post vitam, quæ in carne degitur, animæ sint, pervertere ac labefactare non conabitur, nullam de loco controversiam nostra movebit oratio, quæ corporum duntaxat propriam esse in loco positionem comprehendit; animam vero, quæ incorporea sit, nulla naturæ necessitate certis quibusdam locis detinert.* Idemque fere respondet ad alterum, quod sibi objectum erat ex loco Apostoli ad Philipp. II, ubi omne genu flectatur ad Jesu nomen cœlestium, terrestrium et infernorum; nihil enim ibi de loco determinare se velle ait, sed solum eatenus verba explicat, quatenus animam esse corpoream inde deduci non possit: quibus ex locis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σώματος. Διὰ δὲ τῶν ἑξῆς μέγα τι δόγμα ἔοικεν ὑποδεικνύειν τὸ Εὐαγγέλιον· προειπὼν γὰρ πρὸς τὸν πλούσιον ὁ πατριάρχης, « Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος τῶν κακῶν μετουσίαν, » εἶτα ἐπαγαγὼν περὶ τοῦ διατειχίζοντος, χάσματος, τοῦτο ἔοικεν ὑπογράφειν τῷ λόγῳ. Ἐπειδὴ τῆς μονοειδοῦς καὶ μακαρίας ζωῆς τῆς ἐν μόνῳ τῷ καλῷ θεωρουμένης ἀπολισθήσας ὁ ἄνθρωπος τοῦ συνθέτου ξύλου ἐνεφορήθη, καὶ θάνατος τῇ λαιμαργίᾳ ἐπηκολούθησε, καὶ διπλῆ γέγονεν ἡμῶν ἡ ζωή, ἥ τε ὠκύμορος αὕτη, καὶ ἀΐδιος, ἀκολούθως ὀφείλομεν μετασχεῖν τοῦ λυποῦντος ἐν μέρει, καὶ εὐφραίνοντος. Ὅσοι μὲν οὖν διακριτικῷ τε καὶ σώφρονι λογισμῷ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν διεξάγουσιν, ἐν τῷ βραχεῖ τούτῳ βίῳ τὸ τῆς ἀρετῆς ἐπίπονον ἐκλεξάμενοι, τῷ ἐφεξῆς αἰῶνι τὸ ἀγαθὸν ταμιεύονται. Οἱ δὲ τὸ ἡδὺ κατὰ τὴν ἐπίκηρον ταύτην ζωὴν ἑλόμενοι, καὶ μετανοίᾳ τὴν ἀβουλίαν μὴ θεραπεύσαντες, ἄβατον ἑαυτοῖς μετὰ ταῦτα τὴν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν ἐργάζονται, καθάπερ τι βάραθρον ἀχανές τε, καὶ ἀπαρόδευτον ἑαυτοῖς διαῤῥήξαντες. Τοῦτό ἐστι τὸ χάσμα, ὅπερ οὐχὶ γῆς διασχούσης γίνεται, ἀλλ' ἡ παρὰ τὸν βίον κρίσις πρὸς τὰς ἐναντίας προαιρέσεις διασχισθεῖσα ποιεῖ. Διὰ τοῦτο δεόμενος ὁ πλούσιος μικρᾶς ῥανίδος ἐλέους τυχεῖν, οὐκ εἰσακούεται· οὐχ ὅτι ζημίαν ἔφερεν ἡ μία σταγὼν τῇ μεγάλῃ τοῦ παραδείσου πηγῇ, ἀλλ' ὅτι ἡ τῆς ἀρετῆς ῥανὶς, ἀμίκτως ἔχει πρὸς τὴν τῆς κακίας ῥοπήν· « Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; » Οὕτω νοητέον καὶ τὴν διασμήχουσαν φλόγα τὸν πλούσιον. Ἡ γὰρ στέρησις τῶν ἀγαθῶν ὧν κατατρυφῶσιν οἱ δίκαιοι

A corporis vinculis soluta est. Per ea porro quæ sequuntur magnum quoddam dogma ab Evangelio indicari videtur. Nam cum patriarcha dixisset diviti : « Recepisti bona in vita tua ; et Lazarus similiter mala ; » tum de hiatu subjecisset, quod quasi murus quidam eos abjungeret, hoc visus est eo sermone describere quoniam homo (54*) a beata illa et æquabili vita quæ in eo, quod solum bonum est, cernitur, delapsus est, cum composita se arbore (55) ingurgitavit, et mors ingluviem secuta est, et duplex exinde facta est vita nostra, nimirum brevis hæc, et sempiterna illa, consentaneum est, ut eorum, quæ dolorem afferunt, deinde vicissim eorum quæ voluptate afficiunt, participes simus. Quotquot igitur perspicaci ac prudente judicio suam vitam instituunt, virtutis molestiam in hoc brevi vitæ curriculo deligentes, in sequens ævum bonum recondunt; qui vero voluptatem in fluxa hac vita selegerunt, neque errorem, et imprudentiam pœnitentia correxerunt, hi aditum sibi ad bonorum communionem intercluserunt, abrupto sibi ac patefacto quasi barathro quodam immenso, quod transmitti non possit. Hic ille hiatus est (56), qui non discedente terra fit, sed judicio de vitæ rationibus in contraria studia diviso. Propterea dives pauculas sibi stillas misericordiæ dari petens, non exauditur; non quod una stilla magno paradisi fonti afferat detrimentum, sed quia virtutis stilla cum propensione ad vitium commisceri non potest : « Nam quæ societas luci ad tenebras [a] ? » Ita intelligendum etiam est de flamma illa (57), quæ divitem comburit; privatio enim

[a] II Cor. vi, 15.

Francisci Scorsi notæ.

luce clarius mihi perspicere videor Gregorii mentem. Negat enim [s]olum infernum esse locum aliquem ex necessitate naturæ animæ destinatum, et naturalem, quasi illa corporea sit. Cæterum nihil determinat de subterraneo, vel supero loco, quod ad præsentem quæstionem attinet. Atque illud etiam colligo, Gregorium non eximere omnino animam a loco corporeo, quod auctores dicunt supra citati, sed velle in aliquo quidem esse loco, modo tamen spirituali, et sibi connaturali : deinde etiam colligo magis congruere dictis Gregorii opinionem, quam illi de aere caliginoso tribuunt Suarius et Bellarminus; sic enim paulo infra relata verba iterum concludit : *Quocirca cum hæc ita sint, nemo nos coegerit subterraneorum et inferorum nomine subterraneum intelligere locum : quippe cum aer æqualiter undique terræ circumfusus sit, ut nulla ejus pars ab aeris amplexu vacua, et nuda deprehendatur.* Ex dictis igitur hactenus illud saltem certi statui potest, ex mente Nysseni locum animorum esse corporeum; quicunque tandem ille sit, et ubi dicatur esse, in eoque animas non circumscriptive esse uti corpora, sed invisibili, ac spirituali modo. Eadem porro ratione, sano scilicet modo est intelligenda definitio Orci, quam hic noster Theophanes affert desumptam ab illo, qui fuit scopus hujusce nostræ disputationis.

(54*) *Quoniam homo.* Hæc etiam ratiocinatio excerpta ex illo Dialogo sæpe relato Gregorii Nysseni, ubi hanc divitis et Lazari parabolam explicat, quem adi; nec enim est operæ huc ea transferre.

(55) *Composita se arbore.* Scientiæ boni, et mali arborem compositam vocat, ut clarum est. Vide itidem hom. 15.

(56) *Hic ille hiatus est.* Et hic, et apud D. Lucam est vox Græca χάσμα quæ *hiatum* signat, in nostra vero editione est *chaos*. Sed uti bene Maldonatus notat, fortassis ex errore in Latino pro *chasma*, uti scribendum esset, *chaos* scribi cœptum. Cæterum hæc moralis τοῦ χάσματος interpretatio est, ut cæteræ, a Nysseno desumpta loco allato, ubi sic : *Hic igitur, ut mea quidem opinio fert, hiatus ille est, qui non terra discedente atque diducta fit, sed quem judicium, per hanc vitam in contraria studia atque instituta divisum, atque diductum facit.* Eamdem explicationem esse Ambrosii hoc loco, Augustini lib. II *Quæst. evang.* cap. 38, Chrysostomi, Bedæ, Theophylacti et Euthymii refert Maldonatus, eam etiam legi in Asterio Amaseno.

(57) *De flamma illa.* Nyssenus dialogo supra sæpe memorato sit habet : Τοῖς δὲ λοιποῖς ἡ τῶν φαινομένων αὐτοῖς ἀγαθῶν στέρησις φλὸξ γίνεται τὴν ψυχὴν διασμήχουσα, ῥανίδος τινὸς ἐκ τοῦ πελάγους τῶν τοὺς ὁσίους περικλυζομένων ἀγαθῶν εἰς παραμυθίαν προσδεομένη, καὶ οὐ τυγχάνουσα. Quæ verba sic interpretatur Laurentius Sifanius, cujus interpretationem recensuit noster Franciscus Turrianus : *Reliquis autem eorum, quæ bona videntur, eis electio, privatioque flamma animam perurens exsistit, guttam aliquam ex pelago bonorum, quibus sancti affluunt, et abundant, ad consolationem desiderans, et non adipiscens.* Ex qua versione apparet interpretem intellexisse Gregorium de bonis hujusce vitæ apparentibus; quæ improbi elegerant, quibusque cum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bonorum quibus justi fruuntur, peccatoribus objecta, fit flamma succendens animam, quæ stillam aliquam ex pelago illo bonorum justos inundante petit, et obtinere non potest. Oculorum autem et linguæ, et digiti mentionem faciens, quoniam anima opportuno tempore iterum proprium corpus assumet (agnosci autem etiamnum dicitur (58) proprium corpus a

A τοῖς ἁμαρτωλοῖς φαινομένη φλὸξ γίνεται τὴν ψυχὴν ὑποτύφουσα, ῥανίδος τινὸς ἐκ τοῦ πελάγους τῶν τοὺς δικαίους περικλυζόντων ἀγαθῶν δεομένην, καὶ οὐ τυγχάνουσαν. Ὀφθαλμῶν δὲ καὶ γλώττης μνησθεὶς καὶ δακτύλου, ἐπειδὴ μέλλει ἡ ψυχὴ τοῖς καθήκουσι χρόνοις τὸ ἴδιον σῶμα λαβεῖν (ἐπιγινώσκειν δὲ καὶ νῦν ἑκάστην ψυχὴν τὸ ἴδιον σῶμα λέγεται,

Francisci Scorsi notæ.

se privatos considerant in infernis locis tanquam aliqua flamma cruciantur. Sed noster Theophanes, qui eam sententiam in suam hanc transtulit homiliam, de bonis, quibus justi fruuntur, aperte loquitur, quorum privatione damnati torquentur. Ita mihi potior interpres esset Gregorii Theophanes, quam Laurentius : et mihi quidem antecedentia perpendenti non visum est dubium, quin Gregorius de æternorum bonorum privatione loquatur; quod idem legenti, et excutienti sermonis ἀκολουθίαν videbitur; sed de utravis sermo sit, certe utrorumque bonorum privatione æterni supplicii reos cruciari consentit D. Thomas in IV, dist. 1, quæst. 2 ar. 2, ad 1 quæst. in fine corporis. Et quidem de consideratione bonorum præteritorum sic ait, quæst. jam dicta : *Considerabunt enim et mala, quæ gesserunt, ex quibus damnati sunt, et bona dilecta, quæ amiserunt; et ex utroque torquebuntur.* De consideratione vero bonorum æternorum, quibus privati sunt eodem art. ad 3 quæst. : *Damnati ante diem judicii videbunt beatos in gloria; non hoc modo, quod gloria eorum qualis sit cognoscant, sed solum cognoscentes eos esse in gloria quadam inæstimabili, et ex hoc turbabuntur tum propter invidiam dolentes de felicitate bonorum, tum propter hoc, quod ipsi talem gloriam amiserunt; unde dicitur Sap.* VIII : « *Videntes turbabuntur timore horribili.* » Hæc D. Thomas, ex quibus sunt explicandi hi Patres tum Gregorius, et ejus sectator Theophanes, cum dicunt apprehensionem amissorum bonorum flammam damnatis evadere; non enim videntur his verbis negare flammam exteriorem et corpoream, sed solum, quatenus ad hunc locum spectat, flammam de qua dives loquitur, metaphorice explicare. Cæterum ex aliis locis vera Theophanis nostri opinio jam supra demonstrata est, not. 54. Cur autem hoc loco uterque metaphorice flammam accipiant? sane propter ἀκολουθίαν, hoc est, ut consequenter ad alias explicationes flammæ explicationem adjungant. Cum enim linguam, et digitos, et oculos per metaphoram acceperint, quo sane modo omnibus consentientibus accipienda sunt, consequenter etiam metaphorice flammam accipiunt; nam etiam propter hanc connexionem rerum de flamma corporea, dubitavit hoc loco Augustinus, lib. X *De civit.* cap. 16 : *Dicerem*, ait, *flammam illam esse corpoream, nisi convenienter responderi posset talem esse illam flammam, quales oculi, qualis lingua, qualis digitus, ubi erant sine corporibus animæ.* Hæc Augustinus : quin et Suarius theologiæ doctor, et scriptor eximius, lib. VIII *De angelis*, supra relato, ubi suam de igne corporeo sententiam statuit, cum sibi objecisset voces quæ in hac parabola ponuntur non posse corporali modo sumi, adeoque nec ignem, et præterea verba illa D. Augustini modo a nobis commemorata ad confirmandum objectum argumentum, adjecisset, respondet ac fatetur eo argumento ad summum concludi ex hac parabola solitarie accepta non convinci ignem inferni esse corporeum, quod maxime videtur intendisse Augustinus loco jam allato. Hæc igitur est Suarii ratiocinatio, quæ etiam nostræ commentationi in hæc loca Gregorii et Theophanis suffragatur; dicimus enim non ex hoc loco solum esse horum Patrum de igne inferni sententiam conjiciendam; Quamvis enim per flammam hic aliquid spirituale intelligant, tamen aliis in locis ignem corporeum admittunt. Et sane monuimus supra, not. 54, cum de loco ipso inferno discuteremus utriusque opinionem, spectandam esse mentem Gregorii Nysseni ex toto illo dialogi *De anima et resurrectione*, ubi hæc habentur; propositum enim illic habet Gregorius hanc constabilire veritatem, quod anima spiritualis et incorporea sit, et resoluto corpore adhuc permaneat. Cum igitur, qui discipulum agit in eo dialogo, objecisset ea, quæ in hac parabola dicuntur B de anima divitis, ex quibus eam esse corpoream confici videri posset, et uti esset adversariis occurrendum interrogasset, Magistra omnia ea spiritualiter esse intelligenda declarat, tum quod id ad solvendam oppositam argumentationem faceret, et satis videretur; tum quod multa sunt in ea parabola, quæ commode corpori aptari non possunt, atque adeo metaphorice accipienda : Ἄπορον, inquit, ἂν εἴη τὴν τοῦ διηγήματος κατασκευὴν κατὰ τὸ προχείρως νοούμενον ἐφαρμόσαι τῇ ἀληθείᾳ, εἰ μή τις μεταλαβὼν τὸ καθ' ἕκαστον εἰς νοητὴν θεωρίαν. *Difficile fuerit narrationis structuram, prout protinus ac prima fronte intelligitur, ad veritatem accommodare, nisi quis singulatim quæque verba a corpore traducat ad eam, quæ mente percipitur, speculationem.* Atque hactenus conatus sum hæc verba utriusque Patris in rectum sensum trahere. Cæterum hoc dogma de igne inferno, quod sit corporeus, non est ab Ecclesia definitum. Nam in concilio Florentino Græci aperte professi sunt, se non ponere C ignem in Purgatorio (eadem autem est ratio de igne inferni) et tamen in definitione facta sess. ultima definitur Purgatorium esse, nulla mentione ignis facta. Quamvis vero non sit de fide hæc sententia, tamen contraria judicatur a theologis erronea, propter communiorem Patrum et scholasticorum consensum, a quo non nisi temere recedas, ut Bellarminus ait, lib. II *De purgatorio* cap. 2; sed quod ad Patres attinet subscribam hic animadversionem Benedicti Justiniani Genuensis, qui mihi ejus Explanationes in Epistolas D. Pauli aliasque catholicas legenti videtur in lectione SS. Patrum maxime fuisse versatus. Sic igitur ille in explanat. cap. III I Epist. ad Cor. ubi de igne purgatorii : *Primum mihi persuadeo nullo modo eos esse audiendos, qui adeo putant certa fide credendum esse ignem illum fore corporeum, ut eum qui secus sentiat, impietatis ac perfidiæ reum esse non dubitet; nam* D *sacræ Litteræ ignem quidem nominant; sed eadem etiam ratione addunt vermem, quem cum omnes metaphorice explicent, cur non eadem ratione liceat ignem interpretari? Adde quod nihil est adhuc in alterutram partem sacrosancta auctoritate definitum. Veteres autem Patres secessionem fecerunt, ut qui ignem illum corporeum videntur asserere, obscure, et magna ex parte populariter loquuntur, et qui maxime hac de re disputavit Augustinus, videtur anceps, et dubius, et lib.* VIII *De Genesi ad litteram, cap.* 3 *et alibi, totam illam historiam, quæ est apud Lucam, divitis, et Lazari metaphorice explicandam censet.* Hoc Justiniani judicium. Quod tanquam corollarium additi, ne mirum videretur Theophanem nostrum alio modo hic de igne inferni locutum, atque in aliis homiliis ut diximus.

(58) *Agnosci autem etiam nunc dicitur.* Hoc ex aliorum sensu obiter tangit Theophanes; sed expressa est

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κἂν εἰς τὰ στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνέστηκε λέλυται), τὸ δυνάμει μὲν ὄν, ἐνεργείᾳ δὲ γενησόμενον προσεδήλωσε. Λείπεται οὖν ἡμᾶς ἐκεῖνο ζητήσαντας μαθεῖν, πῶς ὁ ἐν τῇ τοιαύτῃ συμηχόμενος συμφορᾷ, φροντίδα ποιεῖται τῶν ὑπὸ γῆς κατὰ γένος προσηκόντων αὐτῷ· φησὶ γὰρ πρὸς τὸν πατριάρχην·

Ἐρωτῶ σε, Πάτερ, ἵνα πέμψῃς αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ πατρός μου· ἔχω γὰρ πέντε ἀδελφούς, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τῆς βασάνου. » Καὶ Ἀβραὰμ εἰπόντος, ὡς ἀρκεῖ τούτοις ἡ ἐκ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν χειραγωγία· « Ἔχουσι γάρ, φησί, Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας. » Ἔτι προσελιπάρει πειθανωτέρων γενήσεσθαι αὐτοῖς λέγων, τὴν τοῦ νεκροῦ ἀναβίωσιν. Τί οὖν ἐν τούτοις δόγμα μανθάνομεν; Ἐπειδὴ ὁ μὲν Λάζαρος, ὡς ἐν λιμένι καθορμισθεὶς ἄσχολος ἦν πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν τῇ γῇ ὅλως ἐπιστρεφόμενος· τίνος γὰρ ἂν καὶ ἐμνήσθη μηδενὸς ἀπολαύσας τῶν κατὰ τὸν βίον ἡδέων; Ὁ δὲ πλούσιος τῇ τρυφῇ ἐναποθανὼν ἔτι καθάπερ τινὶ κόλλῃ τῇ σαρκίνῃ ζωῇ, καὶ μετὰ θάνατον ἴσχετο· ἔτι γὰρ αὐτῷ διὰ φροντίδος ἦν ἡ ἡδυπάθεια τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ αἵματος. Δι' ὧν γὰρ τῶν καθ' αἷμα προσωκειωμένων ἐμνήσθη, δῆλος ἦν μήπω τῆς σαρκίνης ἀπολυθεὶς προσπαθείας. Διὰ τοῦτο γάρ φησι καὶ πέντε εἶναι τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ τοῦ γένους ὡς διαιρουμένης πενταχῇ τῆς αἰσθήσεως. Δείκνυσι τοίνυν διὰ πάντων ὁ Κύριος, ὡς εἴ τις ὅλως δι' ὅλου ἀποσαρκωθείη τῇ διανοίᾳ πᾶσαν ψυχῆς κίνησιν, καὶ ἐνέργειαν ἐν τοῖς θελήμασι τῆς σαρκὸς ἀσχολῶν, ὁ τοιοῦτος οὐδὲ τῆς σαρκὸς ἔξω διὰ θανάτου γενόμενος, τῶν κατ' αὐτὴν παθημάτων χωρίζεται, ἀλλ' ὡς ἰξῷ τινι τῇ τῆς ἡδυπαθείας συνηθείᾳ ἐνίσχεται. Διὰ τούτων οὖν παιδευθέντες, ἀγαπητοὶ, σπουδάσωμεν διὰ τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς χωρίζεσθαί πως, καὶ ἀπολύεσθαι τῆς πρὸς τὰ γήϊνα σχέσεως, ἵνα μετὰ θάνατον μὴ φέρωμεν τὰ λείψανα τῆς σαρκώδους ζωῆς, οἷά τινα γλυώδη πηλὸν καὶ ἐχέκολλον· ἀλλὰ καθάπερ τινὸς δεσμοῦ περιῤῥαγέντος τοῦ σώματος, κοῦφος, καὶ ἄνετος τῇ ψυχῇ ὁ πρὸς τὸ ἀγαθὸν γένηται δρόμος, οὐδὲ μιᾶς αὐτὴν σαρκίνης ἀχθηδόνος πρὸς ἑαυτὴν ὑφελκούσης, καὶ οὕτως ἔσται διὰ παντὸς

A qualibet anima, quamvis in elementa, ex quibus constitutum erat, sit dissolutum), esse quidem nunc illud potestate (59), futurum vero actu præsignificavit. Superest **52** igitur, ut quæramus (60), quomodo is, qui hujusmodi calamitate uritur, curam gerit eorum qui se super terram generis cognatione contingunt. Nam patriarchæ dicit :

« Rogo te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei : habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. » Cumque dixisset Abrahamus, sufficere eis, quod a lege, ac prophetis manuducantur : « Habent, enim inquit Moysem et prophetas » perorabat adhuc dicens, facilius eis persuasurum, si mortuus aliquis excitaretur. Quod igitur ex his dogma discimus? B Nimirum Lazarum quidem tanquam qui portum ceperit, hoc consecutum fuisse, ut omni prorsus rerum terrenarum cura vacaret : quid enim recordaretur, qui nulla re delectatus fuerat earum, quæ in hac vita jucundæ habentur? Divitem vero, qui in luxu, et divitiis diem obierat, etiam post mortem tanquam glutino quodam carnalis vitæ detentum : quippe oblectamenta carnis et sanguinis etiam tum illi curæ erant. Cum enim meminerit eorum, quibuscum sanguine conjunctus erat, manifeste ostendit ab affectionibus carnis nondum se esse liberum. Nam et idcirco dicit quinque esse eos, qui secum cognatione conjuncti erant, quod sentiendi facultas in quinque sit distributa. Ostendit ergo omnibus his Dominus, si quis totum se penitus carni, mente et C cogitatione dediderit, omnes animæ motus, et operationes in appetitionibus carnis exercens, eum qui est hujusmodi, ne per mortem quidem a carne disjunctum ab illius passionibus esse remotum, sed in consuetis voluptatibus tanquam in visco inhærescere. His igitur edoeti, charissimi, studeamus per vitam cum virtute actam divelli quodammodo ac liberari ab affectu terrenarum rerum, ne post obitum reliquias vitæ carnalis tanquam lutum quoddam glutinosum, ac tenax nobiscum feramus, sed ruptis quasi quibusdam vinculis corporis, levis et expeditus ad summum bonum fiat animæ cursus, nulla eam ad se trahente molestia carnis; et ita erit

Francisci Scorsi notæ.

Gregorii Nysseni doctrina in supradicto dialogo, quem mihi non est dubium a Theophane significari, sicut in multis aliis, tota hac homilia. Cæterum an, et quomodo anima separata intelligat et singularia, et ea quæ in hac vita sunt, cognoscat disputat D. Thomas in IV, dist. 1, quæst. 1, articulis quatuor, quem lege.

(59) *Esse quidem potestate.* Scholastice hic planissime loquitur hic Pater de corpore dissoluto, et resurrecturo supremo die loquens δυνάμει μὲν ὄν, ἐνεργείᾳ δὲ γενησόμενον. Potentia quidem est; futurum vero actu. Quid concisius et verius?

(60) *Superest igitur, ut quæramus.* Hanc quæstionem movet Nyssenus in sæpe citato dialogo, cujus verba quia continent moralem expositionem, et documentum, simul ut congruens Theophanis nostri sensus agnoscatur, hic referam : Ἐκ τούτων δὲ τῶν διηγημάτων οἰόμεθα τοῦτο δογματίζειν τὸν Κύριον, τὸ

D δεῖν ὅτι μάλιστα τοὺς ἐν σαρκὶ βιοτεύοντας διὰ τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς χωρίζεσθαί πως, καὶ ἀπολύεσθαι τῆς πρὸς αὐτὴν σχέσεως, ἵνα μετὰ τὸν θάνατον μὴ πάλιν ἄλλου θανάτου δεώμεθα τὰ λείψανα τῆς σαρκώδους κόλλης ἀποκαθαίροντος. *Per has narrationes existimamus censere Dominum, quod oporteat eos qui in carne vivunt, quam maxime secundum virtutem vivendo quodammodo separari, et expediri ab affectu carnis ne post mortem alia morte rursus opus habeamus, quæ reliquias carnalis glutinis separet, excernat et expurget.* Hunc locum affert etiam D. Thomas in Catena aurea. Verum in Sententiis, dist. 44, quæst. 2, art. 1, quæstiuncula 4 ad secundum, ait damnatos non conservare amicitiam ad eos quos inordinate dilexerunt, sed in hoc voluntatem eorum perversam remansuram, quod causam inordinatæ dilectionis adhuc diligerent.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

perpetuo conjuncta cum Deo optimo, cui debetur gloria et laus in sæcula sæculorum. Amen.

συνημμένη τῷ ἀγαθῷ Θεῷ, ᾧ πρέπει δόξα, καὶ αἶνεσις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

53 HOMILIA IX.

In illa verba (61) : « *Cum venisset Jesus in regionem Gadarenorum, occurrit illi vir quidam de civitate, qui habebat dæmonia jam multis temporibus.* »

Cohibet mihi linguam (62) adversa corporis valetudo; sed eamdem solvit desiderium perfectionis Ecclesiæ : dolores silere cogunt; amor suadet ut loquar, ac mihi quædam morbi consolatio est, vobiscum conferre sermones. Talis est sincera charitas, quæ extrinsecus accidunt, contemnit; ad id vero, quod amatur, intuens delectatur. Verum quando ad satietatem obsequi desiderio non licet, nec tam longo me vobiscum oblectare sermone, quam propensum animi studium postulat, pauca quædam certe loquamur, ut et invaletudini, et charitati aliquid largiamur : illam quidem non fatigantes oratione prolixa, hanc vero longiore silentio non remittentes. Sint igitur hujus vobiscum institutæ collocutionis argumentum hodierna luce recitata Evangelii verba.

« In illo tempore cum venisset Jesus in regionem Gadarenorum, occurrit illi vir quidam de civitate, qui habebat dæmonia jam temporibus multis. » Et sanctus Marcus (63), et Matthæus hoc miraculum ambo conscripserunt et discordare videntur inter se; sed omnino consentiunt Marcus et Lucas. Matthæus quidem miraculum hoc factum in regione Gerasenorum, et furore agitatos duos fuisse dicit; Marcus autem et Lucas in regione Gadarenorum, unumque duntaxat a dæmonibus commemorant furiatum. Verum nihil auditorem conturbet hæc dissensio inter illos apparens. Eadem enim est regio (64)

ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

Εἰς τό· « Ἐλθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν. »

Ἐνέχει μου τὴν γλῶτταν ἡ νόσος τοῦ σώματος, λύει δὲ ταὐτην ὁ πόθος τοῦ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματος. Οἱ πόνοι σιγᾷν ἀναγκάζουσι, τὸ φίλτρον λαλεῖν ἀναπείθει με, καί μοι παρηγορία τῆς νόσου ἡ πρὸς ἡμᾶς ὁμιλία καθίσταται. Τοιοῦτον ἡ ἀκραιφνὴς ἀγάπη· τῶν μὲν ἔξωθεν προσπιπτόντων ὑπερφρονεῖ, πρὸς δὲ τὸ φιλούμενον ἀφορῶσα ἡδύνεται. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν εἰς κόρον τῷ πόθῳ χαρίσασθαι, καὶ τοσούτοις μεθ' ὑμῶν ἐντρυφῆσαι λόγοις, ὅσον ἡ προθυμία βούλεται, κἂν ὀλίγα τινὰ φθεγξώμεθα, καὶ τῇ νόσῳ, καὶ τῇ ἀγάπῃ χαριζόμενοι τὴν μὲν τῇ μακρηγορίᾳ μὴ καταξαίνοντες, τὴν δὲ μακροτέρᾳ σιγῇ μὴ ἀμβλύνοντες. Ἔστω δὲ τῆς πρὸς ἡμᾶς ὁμιλίας λαβὴ σήμερον ἡ ἀναγνωσθεῖσα τοῦ Εὐαγγελίου φωνή.

« Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐλθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν. » Καὶ Μάρκος ὁ θεῖος, καὶ Ματθαῖος συνεγραψάτην ἄμφω τὸ θαῦμα τουτὶ, ἀλλήλοις δὲ διαπεφωνήκατον, ὡς δοκεῖ. Συνῳδέτην δὲ πάντη Μάρκος τε καὶ Λουκᾶς. Ματθαῖος μὲν ἐν Γεργεσηνοῖς τὸ θαῦμα τοῦτο γενέσθαι, καὶ δύο τοὺς κορυβαντιῶντάς φησι. Μάρκος καὶ Λουκᾶς ἐν Γαδαρηνοῖς, ἕνα δὲ τῶν ὑπὸ δαιμόνων παράφορον. Ἀλλ' ἡ δοκοῦσα διαφωνία θορυβησάτω μηδὲν τὸν ἀκροατήν. Ἦτε γὰρ χώρα τῶν Γεργεσηνῶν, καὶ ἡ τῶν Γαδαρηνῶν ἡ αὐτή ἐστιν, ὡς ἀπὸ

Francisci Scorsi notæ.

(61) *In illa verba.* In mss. hæc exstat inscriptio, Περὶ τοῦ ἔχοντος τὴν λεγεῶνα, *De eo qui habebat legionem;* verum cum pleræque homiliæ verba ipsa Evangelii in fronte præferant, huic etiam ea præscribere visum est, ut statim ejus esset argumentum apertum. Quod idem hom. v factum a nobis adnotavimus. In aliis eam præposuimus epigraphen quæ in mss. est; sed cum variæ aliquando essent, eam selegimus quæ clarior esset.

(62) *Cohibet mihi linguam.* Magnum Pastoris studium erga gregem suum, et non intermissum officium ejus alendi verba divino ex hoc procœmio exsistit, quod lege in procœmio isag. III, a nobis pluribus expensum.

(63) *Et sanctus Marcus.* In utroque exemplari ms hujus loci lectio decurtata est, et confusa, in altero præcisa verba; in altero unus evangelista prætermissus· utrobique non cohærent cum re grammatica voces; sed integravi sanavique lectionem non addidis e meo, sed ordinatis tantum vocibus, quæ in utroque disjectæ leguntur. Nec dubium est, eam esse veram, quam edidi lectionem, et ex re ipsa, et ex mente auctoris, ut patet legenti.

(64) *Eadem enim est regio.* Nominum diversitas hic a Theophane notata in nostra Latina lectione non apparet, sed in Græca aperta est; nam Matthæus regionem τῶν Γεργεσηνῶν, *Gergesenorum;* Marcus vero et Lucas τῶν Γαδαρηνῶν *Gadarenorum;* Latinus autem interpres omnibus in locis posuit Gerasenorum, quæ vox eadem ac Gergesenorum, ut mox dicam. Una enim et eadem regio est Gadarenorum, et Gergesenorum, eaque trans Jordanem et mare Galilææ sita; sed alteram appellationem a Gadara, alteram a Gerasa, seu Gergesa oppidis in ipsamet regione positis, nec longe altero dissitis, nacta est. Quod igitur aliqui putarunt Gadarenos et Gergesenos esse unius civitatis, vel contra alii duarum regionum nomina ab auctoribus Josepho, Hieronymo, Baronio reprobatum est. Gerasa sane, et Gergesa sunt ejusdem civitatis nomina; et quidem metropolis totius regionis, quæ vel Gergesenorum, vel Gerasenorum ab illa nuncupata : et Gergesa quidem a Gergesio quinto Chanan filio, a quo Gergesei ejus oppidi incolæ, dicta est. Noster vero Latinus interpres ideo Gerasenorum appellatione in omnibus evangelistis usus esse creditur, quia ea notior esset suo ævo et vulgatior. Nam et S. Hieronymi tempore, ut ipse scribit in libro *De locis Hebraicis*, Gerasa, seu Gergesa adhuc viculus ostendebatur. Et hoc quidem quantum ad rem subjectam ita se habet. Theophanes vero etiam ab etymo nominis eamdem regionem Gergesenorum, et Gadarenorum vult significari; utrumque enim suburbanum domum interpretari videtur. Quod in Gergesenis quidem apertum est. Nam a radice גרש quæ *ejicere* significat, fit מגרש villa extra urbem, seu subur-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦ διὰ τούτων σημαινομένου μανθάνομεν. Ἀμφότερα γὰρ οἶκον προαστείων σημαίνουσι, μεταμειβομένης τῆς Ἑβραΐδος εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. Τὸ δὲ δύο τοὺς δαιμονῶντας εἰπεῖν τὸν Ματθαῖον, ἕνα δὲ τοὺς λοιποὺς, ἐναντιοφωνίαν οὐδεμίαν ἐνδείκνυται. Ὁ μὲν γὰρ ὑποστάσεις τῶν πεπονθότων ἠκρίβωσεν, οἱ δὲ τὸ ταὐτὸν τῆς φύσεως συναγαγόντες εἰς ἕν, περὶ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ ἀκρίβειαν οὐκ ἐφρόντισαν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἰαθέντων τυφλῶν ἐν τῇ Ἱεριχῷ· ὁ μὲν Ματθαῖος δύο λέγει τοὺς ἁλόους, ἕνα δὲ ὁ Μάρκος, καὶ ὁ Λουκᾶς. Καὶ καινὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἄπορον. Καὶ γὰρ καὶ ὁ κοινὸς τῆς ἐλευθερίας λόγος τοιαύτην πολλάκις ἔχει συνήθειαν ἑνικῷ ἀριθμῷ πλῆθος σημαίνεσθαι. Φαμὲν γὰρ, ὡς ἦλθεν ὁ Θεὸς σῶσαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ ἀπολωλὸς ἐζήτησε πρόβατον, διὰ τῆς ἑνικῆς σημασίας τὴν ὅλην φύσιν τῶν ἀνθρώπων σημαίνοντες. Εἶχε μὲν οὖν ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος ἐφ' ἱκανοῖς ἔτεσι τὰ δαιμόνια, καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνεδιδύσκετο, καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνημείοις. Ἄθρει δὲ πόση τοῦ κακοῦ ἦν ἡ ἐπίτασις. Ἤρκει μὲν γὰρ δαιμόνιον ἓν κατατρέχειν τὸν δείλαιον, τὸ δὲ καὶ πολλὰ κατοικεῖν, ἐν αὐτῷ καθάπερ ἐν σίμβλῳ τὰ σμήνη τῶν μελισσῶν, ποίαν οὐχ ὑπερβέβηκε συμφοράν; τὸ δὲ καὶ λεγεῶνα εἰπεῖν, ἄλλην προσθήκην κακοῦ· λεγεὼν γὰρ ἡ ἐπίλεκτος λέγεται στρατιά· δηλοῖ δὲ τοὺς ἀπηνεστέρους δαίμονας, καὶ κομιδῇ πονηρούς. Περιστροβοῦντες οὖν ἤλαυνον τὸν ἄθλιον ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς πόλεως εἰς τὰς ἐρήμους, καὶ εἰς τὰ χαρώνεια γυμνοῦντες τῆς ἀμπεχώνης τὰ δεσμὰ διαῤῥήσσοντες, ὡς ὀργάνοις χρώμενοι ταῖς ἐκείνου κατ' ἐκείνου χερσίν. Ἀλλὰ τί δὴ περισκοποῦντες οἱ δαίμονες εἰς τὰ μνημεῖα τοὺς ἀνθρώπους ἐλαύνουσιν, ἀναγκαῖον ἰδεῖν. Οἱ τῇ σοφίᾳ τῆς πλάνης, καὶ ταῖς ἐξ αὐτῆς φλυαρίαις ὥσπερ καρηβαρήσαντες, οὐδὲ τοῦτο εἰπεῖν κατωῤῥώδησαν,

A Gerasenorum, et Gadarenorum, ut ex significatione horum vocabulorum intelligimus. Ambo enim domum suburbanam significant, si in Græcam linguam Hebraica commutetur. Quod autem Matthæus duos energumenos dixit, reliqui vero unum, nullam præ se fert repugnantiam; nam ille quidem oppressorum a dæmone personas distincte **54** recensuit; hi vero complexi in unum eos, qui ejusdem erant naturæ, referre exquisite numerum non curaverunt, sic etiam cæcos, qui in urbe Jerichunte curati sunt, Matthæus quidem duos fuisse dicit [7], unum autem Marcus [8] et Lucas [9], sed hoc novum non est, nec ambiguum. Nam solet sæpe etiam in communi sermone singulari numero multitudo significari. Dicimus enim Deum venisse, ut salutem homini daret,
B et ovem perditam quæsivisse, singulari nomine universam naturam hominum significantes. Habebat igitur multos jam annos infelix homo dæmonia, et vestimento non induebatur, neque domi manebat, sed in monumentis (65). Considera vero quanta fuerit mali magnitudo. Nam misero illi infestando satis fuisset dæmonium unum: multa vero in illo quasi apum examina in alveario sedem fixisse, quam non superat calamitatem? quod vero legionem dixit, alia mali accessio est. Legio enim dicitur (66) selectus exercitus; indicat autem crudeliores dæmones, et insigniter improbos. Torquentes igitur ærumnosum hominem agebant ex urbe in solitudines, et in monumenta denudantes eum vestimento,
C et vincula disrumpentes, et ipsiusmet manibus tanquam instrumento contra ipsum utentes. At quo consilio mali dæmones illos ad monumenta compellerent, necesse est intelligere. Qui sapientia erroris (67) et iis quæ inde oriuntur ineptiis, quasi quadam ebrietate laboraverunt, ne hoc quidem

[7] Matth. xx, 29. [8] Marc. x, 46. [9] Luc. xviii, 35.

Francisci Scorsi notæ.

banum, quod sit ex urbe semotum. At in voce Gadarenorum non ita res est liquida; possis tamen eo nomen trahere; nam גדר signat maceriem, seu septum, et clausum, et parietem quemcunque non validum, qualis est ovium caula, quæ cum suburbana esse soleant aptari ejus etymon poterit, ut suburbanam significet habitationem.

(65) *Sed in monumentis.* Quomodo energumeni in monumentis degere potuerint intelliges, si sepulcra non ritu nostro in terra defossa, sed Judaico, quasi speluncas, seu cavernas excisas in petra reputaveris, cujusmodi ego magno numero et longo ordine ac duplici disposita monumenta adhuc exstare ex Saracenorum fortasse tempore et more vidi Tauromenii extra oppidum, ut nunc res sunt ad S. Petri templum. Facit vero ad rem quod Baronius lib. I *Annalium*, anno Christi 31, ex Epiphanio hæres. 30 refert, fuisse prope Gadaram civitatem tumbas in speluncis, quæ erant in petris excisæ, sed desuper structæ, illicque præstigiatores dæmonum invocationes exercuisse.

(66) *Legio enim dicitur.* Latine se scire Theophanes indicat, cum de legionis nomine veriloquium affert. Legionem enim a *legendo* dictam, quod in eam milites delectu habito scriberentur, cuivis parum erudito notum est ex Varrone lib. IV *De lingua Latina.*

(67) *Qui sapientia erroris.* Platonem, ejusque sectarios notat Theophanes, quos in eo errore fuisse, animos hominum post mortem in deos mutari S. Augustinus scribit lib. IX *De civit.* cap. 11, his verbis: *Dicit quidem Plato animas hominum dæmones esse, et ex hominibus fieri lares, si meriti boni sint, lemures, seu larvas, si mali; manes autem deos dici, cum incertum est bonorum eos, seu*
D *malorum esse meritorum.* Hæc Augustinus; disputat autem id Plato in *Timæo.* Vide plura apud ipsum Augustinum et commentaria Ludovici Vives in eum locum. Porro vox δαίμων in Græca lingua *deum* significat quemcunque, minorum tamen gentium, ut hujusmodi lares, et larvas. Id cuique notum vel ex illo obvio Aristophanis in *Pluto*, ubi Carion viso Pluto per quidquid deorum est exclamat Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, καὶ θεοὶ, καὶ δαίμονες. Est etiam vox τῶν μέσων nec solum bonum, sed etiam malum genium, nec bonam solum, sed etiam malam fortunam signat. Exemplis opus non est in re cuivis prompta. Sed in lingua Latina ea vox ambiguitatem parere potuisset; nam pro malo genio, seu cacodæmone etiam absolute prolata accipi consuevit. Igitur uno loco vertendum a nobis fuit τὸ δαίμονες deos; in sequenti dæmones, cum pro ipsis malis angelis sumitur.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

dicere veriti sunt, animas videlicet hinc decedentes dæmones fieri, hanc ergo impiam opinionem confirmare volentes, quos invadunt lymphaticos (68), in monumenta detrudunt (69).

« Is ut Jesum vidit exclamans, voce magna dixit : Quid mihi, et tibi est, Fili Dei altissimi? ne me torqueas. » Dubitandi locus hic est, undenam dæmonibus hæc cognitio advenerit (70)? Minime enim credendum est eam ipsos intrinsecus habere, postquam a divina gloria exciderunt, et tenebræ appellati sunt, qui lux antea dicebantur. Verum id sagaci quadam et solerti dispensatione factum, ut ipso etiam inimicorum testimonio conspicua fieret divinæ gloriæ magnitudo; nam divina quædam **55** vis mastigias illos occulto quodam modo cruciabat, quæ etiam hæc dicere compellebat.

« Et rogabat illum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent. » Sciebant enim alios ab aliis dæmones ejectos ab ipso in barathrum (71) omnipotenti verbo fuisse amandatos. Quod igitur alii essent eo præmissi, pertimuerunt, et paratos sibi cruciatus vel inviti prædicentes, ingredi in porcos, quam eos subire malunt.

« Erat enim inquit, ibi grex porcorum pascentium, et orabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi et permisit illis. » Habitationem se dignam postulavere; nam ut erant fetidi, appetierunt animal quod fetore delectatur. Illud vero etiam operæ pretium fuerit indicare, eos ne in animantes quidem rationis expertes nullam Deo abnuente

A ὡς αἱ τῶν κατοιχομένων ψυχαὶ δαίμονες γίνονται. Ταύτην οὖν τὴν δυσσεβῆ δόξαν βεβαιοῦν οἱ δαίμονες σπεύδοντες, τοὺς ἀπ' αὐτῶν κορυβαντιῶντας εἰς τὰ χαρώνεια συνελαύνουσιν.

« Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀναχράξας φωνῇ μεγάλῃ εἶπε · Τί ἐμοὶ καὶ σοί, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου ; μή με βασανίσῃς. » Ἄξιον ἀπορῆσαι, πόθεν τοῖς δαίμοσιν ἡ πρόγνωσις προσεγένετο · οὐ γὰρ πιστευτέον ἔχειν αὐτοὺς ταύτην οἰκοθεν τῆς θείας δόξης ἀποῤῥαγέντας, καὶ σκότος ἀντὶ φωτὸς χρηματίσαντας. Ἢ πάντως κατ' οἰκονομίαν τινὰ σοφὴν, καὶ εὐμήχανον, ὡς ἂν καὶ ἐκ τῆς τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίας τὸ μεγαλεῖον τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ὀφθῇ · θεία γάρ τις ἀοράτως τοὺς μαστιγίας ἐδάμαζε δύναμις, ἡ καὶ ταῦτα λέγειν καταναγκάζουσα.

B

« Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν · » ᾔδεσαν, γὰρ, ὡς, οὓς ἐκ τῶν ἄλλων ἀπήλασε δαίμονας, εἰς τὴν ἄβυσσον τῷ παναλκεῖ λόγῳ παρέπεμψεν. Ὡς οὖν ἑτέρων ἤδη προαποσταλέντων τὸ πρᾶγμα καταπεφρίκασι καὶ τὴν ἡτοιμασμένην αὐτοῖς βάσανον ἄκοντες ἐμαντεύσαντο, κἀκείνης προκρίνουσι τὴν εἰς τοὺς χοίρους εἰσέλευσιν.

« Ἦν γὰρ ἐκεῖ, φησὶ, ἀγέλη βοσκομένων χοίρων, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν · καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς. » Ἐπάξιον τῆς αὐτῶν οὐσίας ἐζήτησαν οἰκητήριον · ὡς γὰρ δυσώδεις ὄντες τὸ χαῖρον τῇ δυσωδίᾳ ζῶον ἠγάπησαν.

C Ἐπισημήνασθαι οὖν κἀκεῖνο εἶναί που χρήσιμον ὡς οὐδὲ ζώων ἀλόγων κατεξουσιάζειν ἐστὶ τούτοις

Francisci Scorsi notæ.

(68) ***Lymphaticos.*** Et hic et supra etiam ipso explicationis initio utitur Theophanes voce κορυβαντιῶντας quam ibi furore agitatos, hic lymphaticos variandæ interpretationis gratia reddidi. Si Corybantum more in furorem adactos vertissem, putidus nimis fuissem. Non eadem omnino vi usurpantur sæpe nomina, quam ab etymo, et prima impositione præ se ferunt. Κορυβάντας cui non scitum fuisse sacerdotes Cybeles, Gallos etiam et Idæos Dactylos dictos, qui in ejus sacris ἐνθουσιασμῷ seu sacro quodam correpti agitabantur, ideoque ἀπὸ τοῦ κορύττειν hoc est caput motare vel cornu petere dictos? Inde atque κακοδαιμονᾶν. Et energumenis vero κορυβαντᾶν idem atque a dæmone vexatis, ac furiatis a Theophane tribuitur; nec aliud quidquam signat quam furore agitari, vel lymphaticum esse.

(69) ***In monumenta detrudunt.*** Ut nimirum ibi numen aliquod esse crederetur.

(70) ***Hæc cognitio advenerit.*** An dæmones certo sciverint Christum esse Filium Dei naturalem, quo tempore mortalis adhuc in terris degebat, disputant theologi scholastici cum S. Thoma. Communior, et mihi quidem magis probabilis opinio censetur, eos id indubitatum omnino non habuisse; sed vehementer esse suspicatos; et ex hac vehementi suspicione vocasse Christum Filium Dei, sicuti fieri solet, ut ea etiam quæ maxime opinamur, ut certa quodam animi impulsu proferamus. Huic opinioni suffragatur Theophanes, cum minime credendum dicit, eam cognitionem dæmones intrinsecus habuisse; sed virtute divina ad id fatendum fuisse coactos. Verum fidem hujus mysterii certam, sed coactam, postquam illud satis declaratum et signis miraculisque confirmatum habere dæmones dicunt iidem theologi; neque enim ei dissentire possunt, quod tot testimoniis evidenter credibile esse cognoscunt: ac de fide coacta intelligunt illud Jacobi cap. II: ***Dæmones credunt, et contremiscunt.***

(71) ***In barathrum.*** Quod ait auctor dæmones deprecatos ne in barathrum amandarentur, ne paratos ibi cruciatus subirent, non ita accipiendum est, perinde quasi dæmones in hoc aere caliginoso versantes non igne inferno assidue torqueantur. Nam ut optime docent Suarius, lib. VIII ***De angelis*** cap. 14, n. 17; et cap. 16, n. 22; et Toletus ***in Luc.*** adnot. 63, essentialis pœna damni et ignis æterni jam inde ex quo peccaverunt dæmonibus D est inflicta, eamque omnes luunt: sed accipiendum de pœna rigorosæ incarcerationis, ut aiunt, et alligationis in illo loco, quæ reservatur in diem judicii: permissa enim sibi illa licentia vagandi per hunc mundum multum in præsenti minuit illam detentionis pœnam. Ideo expostulabant dæmones cum Christo quod ante tempus se torqueret, ideoque rogabant ne in abyssum ablegarentur, ibique arctius concluderentur. Atque hoc eodem sensu S. Ambrosius dixit: ***Dæmones ante tempus debita sibi tormenta formidant;*** eodemque loquutum Theophanem nostrum intellige. Illud etiam putat Suarius, quod hoc loco Theophanes innuit, multos ex dæmonibus perpetuo in inferno residere ac detineri. Cæterum quo pacto illi qui in hoc aere pervagantur, etiam illo inferno igne assidue crucientur, variosque dicendi modos auctorum vide ab ipso Suario subtiliter disceptatos loco supra relato cap. 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλκὴ, μὴ τῆς θείας ψήφου ἐπινευούσης. Ἀλλ' οἱ τῇ ματαίᾳ σοφίᾳ κατασαπέντες, καὶ καθ' ἡμῶν τὰς ἑαυτῶν γλώσσας ὡς μάχαιραν θήξαντες, καὶ ταῖς ἑαυτῶν εὐγλωττίαις συνηγοροῦντες τῷ ψεύδει, καὶ τὴν ἀπάτην κατακαλλύνοντες, ἀνατρέψαι τὸ θαῦμα τοῦτο ἐπιχειρήσαντες, εἰς ἄτοπον τὸ τῆς ἱστορίας ἐμβαλεῖν ἐπειράθησαν. Φασὶ γάρ· Πῶς ὁ Ἰησοῦς τῶν δαιμόνων ἐχθρῶν ὄντων ἐπλήρου τὴν ἀντιβόλησιν ἐπιτρέψας αὐτοῖς τὴν εἰς τοὺς χοίρους εἰσέλευσιν; ποῦ δὲ καὶ συῶν ἀγέλη κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐγένετο τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου μηδὲ ἐπιθιγγάνειν χειρὶ χοίρων, ὡς ἀκαθάρτων κελεύοντος; Κἂν δῶμεν φέρειν τὴν Παλαιστίνην συβώσια, εἰς ἀντιπαράστασιν τὸ τῆς ἐνστάσεως μεταφέροντες, πῶς οὐκ ἦν ἄδικον τοὺς δεσπότας τῶν χοίρων τῶν ἰδίων στερίσκεσθαι; Ἔστι τὰ τῆς ἀπορίας κομιδῇ γέλωτος ἄξια. Ταύτῃ τοι καὶ μάλα εὐφρόνως ἡμεῖς τὴν συκοφαντίαν ἀποκρουόμενοι τοῦτό φαμεν· ὡς εἰ μὴ ἐπέτρεψεν εἰς τοὺς χοίρους εἰσδύναι τοὺς δαίμονας, ἄδηλον ἦν τοῖς πολλοῖς ὅπη μετέστησαν, καὶ τοῖς κατηγόροις τῆς ἀληθείας λέγειν ἐδέδοτο, ὡς οὐκ εἰς τὴν ἄβυσσον ᾔχοντο, ἀλλ' ἴσως εἰς ἕτερον ἄνθρωπον, καὶ οὐδεμία τοῦ θαύματος ὄνησις. Καὶ ὥσπερ ἂν εἴ τις λωποδύτης ἐκ λόχου τινὸς διωχθεὶς ἀπεισιν, ἐν ἑτέρῳ λόχῳ τὰ τῆς λῃστείας ἐπιδεικνύμενος. Δηλοποιεῖ γοῦν ἐκ τούτων, ὡς οὐχ οἷοί εἰσιν ἀντιστῆναι τῷ ἐπιτάγματι. Ὅτι δὲ ἐν Ἰουδαίᾳ ἦσαν ἀγέλαι συῶν, δῆλον ἐκ τοῦ πᾶσαν εἶναι τὴν Παλαιστίνην Ῥωμαίοις ὑπόφορον. Τοῖν γὰρ Ἡρῴδοιν ἀμφοῖν τῷ τε υἱῷ, καὶ τῷ υἱωνῷ Ἀντιπάτρου τοῦ Ἕλληνος τῆς

potestatem habere. Verum qui inani sapientia putruerunt, et linguas adversum nos tanquam gladium acuerunt, suaque facundia mendacii patrocinium tuentur, ac fallacias adornant, miraculum hoc evertere conantes, absurdam ostendere narrationem historicam conati sunt. Dicunt enim : Quomodo Jesus dæmonum sibi inimicorum supplicationem perfecit permittens eis, ut ingrederentur in porcos? ubi vero grex porcorum in Judæa pascebatur, cum Mosis lege sancitum esset, ut ne manu quidem porcos utpote immundos quisquam contingeret. Quod si demus etiam in Palæstina procreari porcos, intentionem (72) criminis ad mitiorem obsistentiam transferentes, qui æquum erat, porcorum possessione dominos spoliari? At risu plane digna dubitatio est. Adeoque nos rectissimo sensu calumniam repellentes hoc dicimus ; quod nisi permisisset dæmonibus in porcos intrare, incertum multitudini futurum fuisset, quonam immigrassent, et veritatis calumniatoribus data fuisset occasio dicendi, eos non in barathrum, sed forsan in alium hominem irruisse, et ita nullus fuisset miraculi fructus. Haud aliter quam si grassator quispiam ex aliquo insidiarum loco depulsus, alibi insidias collocet, ubi det operam latrociniis. Ex his itaque manifestum facit, eos præcepto non posse resistere. Quod vero porcorum greges in Judæa fuerint inde liquet, quod universa Palæstina Romanis **56** vectigalis erat (73). Tradiderat enim Cæsar Judææ principatum utrique Herodi (74), et filio, et nepoti Antipa-

Francisci Scorsi notæ.

(72) *Intentionem.* Ἔνστασις et ἀντιπαράστασις quid sint ex Hermogenis his verbis intelliges. Ἡ μὲν γὰρ ἔνστασις βλαιόν τί ἐστι. Φήσει γὰρ μὴ ἐξεῖναι. Ἡ δὲ ἀντιπαράστασις παρασκευάζει, ὅτι εἰ καὶ ἔξεστιν, ἀλλ' οὐχ οὕτως, οὐδὲ ἐπὶ τούτοις. Hoc est: Ἔνστασις *enim violentum quiddam est; dicet enim non licere: at* ἀντιπαράστασις *addit quod etiamsi licuerit, non tamen hoc modo, nec in his.* Intentio criminis a Latinis ἔνστασις dicitur ; at vero secunda quædam, et mitior intentio, seu obsistentia, ut ait Budæus ἀντιπαράστασις. His vocabulis rhetorum propriis utitur hic Theophanes ῥήτωρ seu potius ῥητορικώτατος (sic enim inscribitur in aliquot exemplaribus) et quasi forensi more secum adversarios et calumniatores evangelicæ historiæ agentes facit. Nam ἔνστασιν primam eorum objectionem appellant : Non sunt in Palæstina porcorum greges ; ἀντιπαράστασιν secundam : Quamvis, inquiunt adversarii (ex eorum enim persona loquitur), demus in Palæstina fuisse porcos, primam intentionem ad secundam mitiorem transferamus obsistentiam : et quam æquum erat, etc. Hæc secunda obsistentia firmamentum videtur vocari apud auctorem ad Herennium, lib. I : itidemque apud Cyprianum Suarium, qui ejus verbis et præceptione utitur lib. II, cap. 13, quod hoc exemplo a rhetoribus usurpato explicatius fiet. *Orestes*, inquit accusator, *injuste occidisti matrem.* Hæc erit intentio. At Orestes reus depellit intentionem allata ratione : Non injuste ; illa enim patrem meum occiderat. Hoc concesso instat secundo per ἀντιπαράστασιν accusator : *At non indemnatam abs te pœnas dare oportebat.* Hæc explanandi hujus loci causa a rhetorum penu depromenda a me fuerunt. Cæterum firmamentum idem esse quod ἀντιπαράστασιν dixi apud auctorem ad Herennium ; nam apud Ciceronem, lib. I *De invent.*, et Quintilianum, lib. III, cap. 9, Ciceroni suffragantem paulo secus accipitur hoc verbum ; firmamentum enim ad defensorem attinere docent, et definiunt firmissimam argumentationem defensoris, et aptissimam ad judicationem, ut si velit Orestes dicere ejusmodi animum matris suæ fuisse in patrem suum, in seipsum, in sororem, in regnum, in famam generis et familiæ, ut ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Hæc Tullius. Quintilianus vero loco citato hoc firmamentum συνέχον Græce, quod Latine, continens, dixeris quasi totam contineat causam, quod firmissimum ad judicationem affertur, et post quod nihil quæritur. Hæc de his vocabulis explicata sint ἐκ παρέργου, quæ non tam fortasse omnibus explorata. Cæterum ad explicandum nostrum auctorem parum refert utrum firmamentum prima, an secunda notione velis accipere. Satis habeo si quid sibi velit ἀντιπαράστασις intellectum sit.

(73) *Romanis vectigalis erat.* Facta fuit tributaria a Pompeio Magno Palæstina. Cum enim in Judæam ad controversias Hyrcani et Aristobuli, filiorum Alexandri Judæorum regis, de regno dissidentium dirimendas venisset, ab Aristobulo irritatus Hierosolymam vi cepit, ac muros diruit : Hyrcano sacerdotium a parentibus legatum reddidit ; et per hanc occasionem Judæam vectigalem populo Romano fecit, illisque procuratorem reliquit Antipatrum ; qui deinde Pompeio mortuo Cæsaris permissu Hierosolymæ muros refecit ; vide Josephum.

(74) *Utrique Herodi.* Alter Herodes Antipatri filius Ascalonita, qui fuit infanticida, usque ad nonum Christi annum, quo ab Octaviano Cæsare sup-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tri, qui erat ethnicus, et Pilatum præsidem, et judicem miserat. Consentaneum igitur est, ut existimemus greges illos porcorum exercitus Romani fuisse, qui in Judæorum ritus minime abibat. Sed neque porcorum dominos ulla affecit injuria; imo punivit injustitiam opere ipso docens Judæam immundis animalibus non debuisse contaminari, quorum contactum etiam lex vetabat. Nam vetera tantisper honorat, ut ne Mosi contrarius videatur.

« Exierunt ergo dæmonia ab homine, et intraverunt in porcos : et impetu abiit grex per præceps in stagnum, et suffocatus est. » Et grex quidem velut œstro percitus, et per præceps actus in caput submersus est : subulci ergo abierunt in civitatem nuntiatum quid accidisset. Nos vero historia, quantum satis est, explicata, in interiores illius recessus subeamus. Adumbrat igitur hujus historiæ narratio prævaricationem primi hominis, qua cecidit in peccatum, et dæmonum una cum peccato internecionem. Cum enim ille consilio dæmonis arquiesset, ejectus est, ut hic a dæmonibus agitatus, a beata civitate Edem, et immortalitatis veste spoliatus monumenta incolebat, mortalis scilicet factus. Compedes etiam rumpebat, et catenas aspernabatur. Cum enim divinam legem et mandata diversis sibi data temporibus ad coercendam moderandamque naturam, ne ad inordinatos motus prorumperet, homo perfregisset, in impietatis solitudines vagabatur, ubi scilicet erant pecorum pascua. Sed natura illa summe bona pro ingenita sibi benignitate casum ab incuria profectum miserata est : et naturam ratione præditam in pejus mutatam videns, misericordia tacta, et nostram suscipiens paupertatem, insaniam per dæmones injectam sustulit, ut ne pro diis haberentur amplius dæmones, et graveolens quidem peccatum, cujus symbolum sues cœno gaudentes, una cum ejus auctoribus dæmonibus baptismi aqua submergitur. Natura vero, quam in insaniam illi compulerant, mentis compos facta per animi puritatem primæ restituitur felicitati. Sed quidea persequor, quæ **57** sunt naturæ communia? Huc adesto unusquisque nostrum, quotquot tanquam a dæmonibus, sic a passionibus tyrannico premimur dominatu; et hanc historiam ad nos ipsos accommodemus. Vere enim a legione dæmonum possidetur, qui peccatorum multitudine premitur. Quando quidem malorum operum consuetudine abactus ex civitate virtutum ejicitur, et domum nostram, Ecclesiam inquam, transilit, et divina mandata quasi vincula abjicit, et temperantiæ veste detracta, nudus, hei mihi! a bonis operibus turpiter prosilit, et virtutum actionibus omissis in inertia, velut in monumentis degit, ea vita, quæ secundum Deum agitur, mortuus. Quod vero passiones homi-

A Ἰουδαίας τὴν ἀρχὴν ὁ Καῖσαρ ἐνεχείρησε, καὶ τὸν Ἕλληνα Πιλάτον ἡγεμόνα, καὶ δικαστὴν ἐξαπέστειλεν. Ἀκόλουθον τοίνυν νοεῖν, ὡς ἦσαν Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ τὰ συβώσια, ἥκιστα στοιχούντων ἔθεσιν Ἰουδαϊκοῖς. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς δεσπότας τῶν χοίρων ἠδίκησε· τὴν δὲ ἀδικίαν ἐκόλασεν, ἔργῳ διδάξας μὴ καταχραίνειν τὴν Ἰουδαίαν ζώοις μιαροῖς, οἷς καὶ τὸ ἐφάψασθαι ὁ νόμος ἀπείπατο. Τιμᾷ γὰρ τέως τὰ παλαιὰ, ἵνα μὴ δόξῃ τοῦ Μωϋσέως ἀντίθετος.

« Ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους, καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπεπνίγη. » Ἡ μὲν οὖν ἀγέλη ἐξοιστρηθεῖσα, καὶ κατὰ τοῦ κρημνοῦ κυβιστήσασα, γέγονεν ὑποβρύχιος· οἱ δὲ συβῶται ᾤχοντο πρὸς τὴν πόλιν, αὐτάγγελοι τοῦ δράματος γενησόμενοι. Ἡμεῖς δὲ ἀποχρώντως τὰ τῆς ἱστορίας ἀφηγησάμενοι, τῶν αὐτῆς ἀδύτων εἴσω γενώμεθα. Ὑπογράφει οὖν ἡ τῆς ἱστορίας ἀφήγησις τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παράβασιν, καὶ τὴν εἰς τὴν ἁμαρτίαν κατάπτωσιν, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων μετὰ τῆς κακίας ἐξάλειψιν. Τὴν συμβουλὴν γὰρ ἐκεῖνος ἐνασμενίσας τοῦ δαίμονος, ἀπελαύνεται μὲν, ὡς οὗτος ὁ δαιμονῶν τῆς μακαρίας πόλεως τῆς Ἐδὲμ, ἐκδύεται δὲ τῆς ἀφθαρσίας τὸ ἄμφιον, καὶ ἦν ἐν μνήμασι κατοικῶν, θνητὸς δηλονότι γενόμενος. Διέῤῥηξε δὲ καὶ τὰς πέδας τῶν ἀλύσεων ἀλογῶν, τὸν γὰρ τοῦ Θεοῦ νόμον, καὶ τὰς δοθείσας ἐντολὰς κατὰ διαφόρους καιροὺς εἰς σωφρονισμὸν τῆς φύσεως, ὡς μὴ ἐφάλλοιτο πρὸς ἀτάκτους ὁρμὰς διαῤῥήσσων ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὰς ἐρήμους τῆς ἀσεβείας ἀλᾶται, ἅπερ ἦσαν αἱ χοιρώδεις νομαί. Ἀλλ' ᾤκτειρε τὸ ἐξ ἀμελείας πτῶμα ἐξ ἐμφύτου γαληνότητος ἡ πανάγαθος φύσις, τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν τῆς λογικῆς φύσεως ἐλεήσασα, καὶ τὴν ἡμετέραν ὑποδῦσα πτωχείαν, ἠφάνισε τὴν ἐκ τῶν δαιμόνων παραφορὰν, ἵνα μηκέτι νομίζωνται θεοὶ τὰ δαιμόνια. Καὶ ἡ μὲν δυσώδης ἁμαρτία, ἧς σύμβολον οἱ τῷ βορβόρῳ χαίροντες χοῖροι μετὰ τῶν δημιουργῶν αὐτῆς δαιμόνων ἀποπνίγεται τῷ ὕδατι τοῦ βαπτίσματος. Ἡ δ' ὑπ' αὐτῶν ἐκβακχευθεῖσα φύσις σωφρονοῦσα τὴν πρώτην ἀπολαμβάνει καθαρῶς ὀλβιότητα. Ἀλλὰ τί πρὸς τὰ κοινὰ βαδίζω τῆς φύσεως; Δεῦρο δὴ ἕκαστος ἡμῶν, ὅσοι καθάπερ ὑπὸ δαιμόνων τῶν παθῶν τυραννούμεθα εἰς ἑαυτοὺς τὴν ἱστορίαν ἐπισπασώμεθα. Ἀληθῶς γὰρ λεγεῶνι δαιμόνων συνέχεται ὁ πλήθει ἁμαρτιῶν βαρυνόμενος· ἀμέλει καὶ ὑπὸ τῆς συνηθείας τῶν φαύλων πράξεων ἐλαυνόμενος τῆς μὲν τῶν ἀρετῶν ἐξάγεται πόλεως, ὑπερπηδᾷ δὲ τὴν οἰκίαν ἡμῶν, τὴν Ἐκκλησίαν φημὶ, καὶ καθάπερ δεσμοὺς ἀποτίθεται τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς τῶν τῆς σωφροσύνης ἀμφύων ἀποδυόμενος, καὶ γυμνὸς, οἴμοι, πράξεων ἀγαθῶν ἀσχημόνως ἐφάλλεται, τῇ ἀπραξίᾳ τῶν ἐναρέτων ἔργων, ὡς ἐν μνήμασι κατοικῶν, νεκρὸς τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας γενόμε-

Francisci Scorsi notæ.

plex exoravit, regnum Judæorum, cum esset alienigena, tenuit. Vide Josephum, qui tamen in annorum dictorum numero non consentit. Sed nobis potior visa Baronii sententia, qui illum acriter refellit tom. I, sub initium. Secundus Herodes, cui Antipas cognomentum, qui Joannem obtruncavit, et Christum illusit, filius ejus fuit, nepos Antipatri. Vide eumdem Josephum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νος. Ὅτι δὲ τὰ πάθη ἐκδακχεύει τὸν ἄνθρωπον, καὶ ποιεῖ αὐτὸν μαίνεσθαι, ἐννόησον τοὺς ὑπὸ φθόνου τηκομένους, τοὺς τῶν ἀλλοτρίων δεμνίων δριμεῖς, καὶ λυσσώδεις ἔρωτας. Τὸ δὲ τῆς ὀργῆς πάθος, καὶ ἡ τῶν θυμουμένων ἀσχημοσύνη, ἀτεχνῶς τῶν δαιμονώντων οὐκ ἀπολείπεται. Εἶδον ἐγώ ποτε θυμούμενον ἄνθρωπον πέρα τοῦ δέοντος, καὶ τὴν φύσιν ἡμῶν ἐταλάνισα. Ὀφθαλμοὶ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὴν τῶν βλεφάρων περιγραφὴν ἐξωθοῦντο, ὕφαιμόν τι, καὶ δρακοντῶδες δεδορκότες πρὸς τὸν λυπήσαντα· ἄσθματι δὲ πυκνῷ τὰ σπλάγχνα συνείχετο· διοιδοῦσαι δὲ ὁρῶντο τοῦ αὐχένος αἱ φλέβες, καὶ ἡ γλῶσσα δεινῶς ἐπαχύνετο, καὶ ἡ φωνὴ στενουμένης τῆς ἀρτίας ὀξύνετο, καὶ τὰ χείλη τῇ ὑποσπορᾷ τῆς χολῆς ἐπήγνυτο πελιδνούμενα, ὡς μηδὲ τὸν ἐν τῷ στόματι σύελον περικρατεῖν δύνασθαι, ἀλλὰ τὸν ἀφρὸν συνεκβάλλειν ταῖς ὕβρεσι. Χεῖρες δὲ καὶ πόδες ἄστατοι, καὶ βρασμὸς ὅλος τοῦ σώματος. Ἆρα οὐ κοινὰ ταῦτα τῶν δαιμονώντων καὶ τῶν θυμουμένων; Δεηθῶμεν οὖν τῷ πάντα δυναμένῳ Θεῷ ἀπαλλάξαι ἡμᾶς, ὡς ἀπὸ δαιμόνων τουτωνὶ τῶν παθῶν, καὶ ἀξιῶσαι ἡμᾶς τῶν τοῖς δικαίοις ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A nem de mentis statu deturbent, cogita eos qui invidiæ livore tabescunt; cogita alieni tori acres rabiosasque libidines. Iræ vero passio (75), et irascentium fœditas plane nihil a lymphatis differt. Vidi ego aliquando hominem plus æquo ira permotum, et naturam nostram miseram reputavi. Nam oculi quidem illius extra palpebrarum ambitum eminebant, sanguinolento quodam ac serpentino obtutu in eum qui molestia affecerat, intuentes: crebro vero anhelitu viscera coartabantur; inflatæ venæ cervicis exsistebant; lingua mirum in modum hebescebat, et vox contrahente se arteria acuebatur; labia vero bilis suffusione liventia astringebantur; ita ut neque sputum in ore collectum continere possent, sed una cum conviciis spumam B ingererent: manus autem et pedes stare loco nequibant, et toto corpore æstuabat. Nonne hæc communia sunt energumenorum et iratorum? Precemur igitur omnipotentem Deum, ut nos quemadmodum a dæmonibus, ita ab his passionibus liberet; et dignos nos reddat iis bonis, quæ justis promissa sunt, quæ utinam omnes consequamur in Christo Jesu Domino nostro cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Ι'.

Περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου, καὶ περὶ τῆς αἱμορροούσης.

Διπλῆν ἡμῖν σήμερον ἀφηγήσατο θαυμάτων διήγησιν τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον· μᾶλλον δὲ κατὰ πολὺ τῶν προγεγονότων ὑπὸ Χριστοῦ τεραστίων τοῦτο παραδοξότερον, ὅσον τοῦ μογιλάλου θεραπευθῆναι, ἢ παρειμένον, ἢ ἄλαλον, ἢ παράφορον, τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναβιῶναι θαυμασιώτερον. Νῦν δὲ πρώτως τῶν νεκρῶν θαυματουργεῖ τὴν ἀνάστασιν τῆς Ἰαείρου θυγατρὸς ἀπαρξάμενος, ταύτην τὴν παρθένον λαμβάνει πρωτόλειον, καὶ τὸν ᾅδην αἰχμαλωτίζειν ἀρξάμενος, μάλα γε ἀκολούθως τοῦτο ποιῶν· ἐπειδὴ καὶ

HOMILIA X

De archisynagogi filia et hæmorrhoissa.

C Duplex hodie nobis miraculorum narratio in sacro prodita est **58** Evangelio: quin imo cæteris prodigiis a Christo jam editis, tanto hoc admirabilius est, quanto majorem facit admirationem quod mortuus reviviscat, quam quod mutus, vel paralyticus, vel lymphatus sanetur. Nunc vero primum in excitandis ab inferis mortuis miracula operatur ab Jairi filia exorsus (76): et cum infernum hostem (77) sibi subigere incipiat, hanc virginem quasi spoliorum primitias sumit; idque maxime

Francisci Scorsi notæ.

(75) *Iræ vero passio.* Luculenta est de ira tractatio D. Gregorii Magni in lib. v *Moral. in Job*, cap. xxx, ex qua hæc pauca decerpo maxime similia, vel potius eadem, ac quæ noster de ira: *Nam iræ suæ stimulis accensum cor*, inquit, *palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, et nequaquam recognoscuntur noti; ore quidem clamorem, sed sensus quid loquatur ignorat: in quo itaque iste ab abreptitiis longe est, qui actionis suæ conscius non est?* Et plura deinceps in eamdem sententiam. Consentiunt quoque in hujus perturbationis fœditate et insania philosophi externi, poetæque. M. Tullius Tusc. IV: *Bene igitur nostri, cum omnia essent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos solos morbosos appellaverunt.* Horatius lib. I:

Ira brevis furor est, animum tene, qui nisi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catenis.

Figmentum illud poeticum de Chimæra ad ethicam rationem traduxit egregie Natalis Comes Myth. lib. X, per eamque vult iram esse significatam his verbis: *Per hanc eamdem fabulam nos antiqui ab ira omnium monstrorum turpissima provosita, ita turpitudine ejus revocabant. Nam furibundos illos facit, qui illo motu animi exagitantur, oculosque rubro colore perfundit, quare flammas exspirare Chimæra dicta est; nullum est vitium magis vel honori, vel* D *vitæ mortalium, vel facultatibus infestum, quam ira, quæ omnia uno tempore evertit. Qui sint huic vitio dediti non minus a nostra consuetudine avertendi sunt ac deritandi quam teterrimi et maxime pernicosi serpentes.*

(76) *Ab Jairi filia exorsus.* Primo prædicationis anno, ætatis suæ tricesimo primo eam Christus excitavit a morte. Baronius, et Jansenius in Dispositione, seu Concordiæ evangelicæ historiæ, quem ipse Baronius plerumque sequitur, anno prædicationis secundo viduæ filium, tertio exacto et quarto ineunte Lazarum suscitavit, ex iisdem auctoribus. D. item Hieronymus octavum hoc signum numerat, primamque a morte restitutionem.

(77) *Et cum infernum hostem.* Manca erat in cod. P., imo ἀκέφαλος sententia deficientibus his verbis καὶ τὸν ᾅδην αἰχμαλωτίζειν ἀρξάμενος, quæ supplevi ex G.; et sane caput et ratio sunt ejus sententiæ, qua auctor ludit de primitiis spoliorum, deque Virgine opposita virgini Evæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

congruenter facit. Quandoquidem mortis ad nos aditus Evæ virginis vitio patefactus est. Verum aperto sacro codice, verba ipsa audiamus [10].

« In illo tempore, homo quidam accessit ad Jesum, cui nomen Jairus, et ipse princeps Synagogæ, et cecidit ad pedes Jesu rogans eum, ut intraret in domum ejus; quia unica filia erat ei fere annorum duodecim; et hæc moriebatur. » Admirationi mihi est in ipso explicationis initio, quanto intervallo, jam inde a principio, qui inter ethnicos fidem suscepere, Judæos anteiverint. Nam centurio quidem ille tantopere confidebat, ut crederet posse Salvatorem etiam absentem ægrotanti puero valetudinem verbo restituere, et propterea dicebat: « Dic verbo, et sanabitur puer meus. » Hic vero princeps Synagogæ Jairus Dominum rogat ut domum ingrediatur, existimans eum alia ratione salutem puellæ afferre non posse. Erat enim Jairo filia forma insignis, quæ incontaminatum virginitatis florem tanquam calice inclusum intactumque servabat. Multa paucis complexus est evangelista, lamentationem narratione texens. « Unica, inquit, erat puella. » Vides calamitatis gravitatem, ut paucis hic sermo casum tragice repræsentarit? quid enim indicavit his verbis? Non erat, ea mortua, proles alia ad quam parentes oculos convertere, et lacrymas cohibere possent; erat enim partus unigena. Ad hoc puellam duodenum annorum notans, jucundissimum ostendit tempus ætatis; quando nimirum puellæ hymenæum cogitant, et formosum sponsum, et genialem thalamum. Multæ etiam de formæ præstantia contendentes pigmenta ad naturalem pulchritudinem adjungunt, ut intuentibus formosæ videantur. Et fortasse domum illius multi proci frequentabant; et erat inter eos contentio quædam ingenua **59** quis reliquis præoptatus virginem in matrimonium duceret. Et pronubæ vicissim succedentes, atque alia alium sponsum laudibus efferens, conjugium urgebat. Sed spem de puella conceptam excipit morbus futuram paulo post mortem intentans. Venit igitur parens arentibus præ illa ærumna visceribus, et ardenti corde precationem Salvatori proponit. Accipit supplicationem is qui salutem mundo daturus advenerat. Verum ut opere ipso principis Synagogæ diffidentiam emendaret, spatium sibi in itinere sumpsit, curationem mulieris, quæ fluxione sanguinis laborabat, quo magis inopinatum et admirabile fieret miraculum puellæ a potestate mortis ereptæ.

« Et contigit, dum iret, a turbis comprimebatur; et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari. » Considera quanta illum hominum turba prosequeretur, ut etiam coarctatis compitis illum comprimerent: inter quas erat muliercula, quam male sanguinis fluxus habebat; quæ re omni domestica in medicos

[10] Luc. VIII, 41 seqq.

A ἡ τοῦ θανάτου παρείσδυσις ἐκ τῆς παρθένου Εὔας ἐγένετο. Ἀλλὰ τὴν ἱερὰν δέλτον ἀναπτύξαντες, αὐτῶν τῶν ῥημάτων ἀκούσωμεν.

« Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄνθρωπός τις προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ, ὀνόματι Ἰάειρος, καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς Συναγωγῆς, καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὅτι θυγάτριον μονογενὲς τῷ αὐτῷ, ὡς ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. » Ἔπεστί μοι θαυμάσαι ἀρχομένῳ τῆς ἐξηγήσεως, ὅσον ἀρχῆθεν οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες τοὺς Ἰουδαίους ὑπερηκόντισαν. Ὁ μὲν γὰρ ἑκατόνταρχος ἐκεῖνος οὕτως ἐτεθαῤῥήκει πιστεύσας, ὡς καὶ ἀπὼν ὁ Σωτὴρ οὐκ ἀδυνατεῖ τὸν ἀσθενοῦντα παῖδα τῷ λόγῳ ἰάσασθαι· διὸ καὶ ἔλεγεν· « Εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. » Ὁ δὲ B παρὼν Συναγωγῆς ἄρχων Ἰάειρος εἴσω τῆς οἰκίας εἰσελθεῖν τὸν δεσπότην παρακαλεῖ, οἰόμενος μὴ ἄλλως δύνασθαι τῇ παιδὶ τὴν θεραπείαν ἐπαγαγεῖν. Ἦν γὰρ τῷ Ἰαείρῳ θυγάτριον μάλα καλὸν, τὸ τῆς παρθενίας ἄνθος ἄχραντον φέρουσα, ὡς ἐν κάλυκι τηρούμενον ἄθικτον. Πολλὰ ἐν ὀλίγοις ὁ εὐαγγελιστὴς, περιέλαβε θρῆνον ὑφάνας τῷ διηγήματι· « μονογενὴς, φησὶν, ὑπῆρχεν ἡ παῖς. » Ὁρᾷς τὸ βάρος τῆς συμφορᾶς, ὡς ἐν ὀλίγοις ὁ λόγος τὸ πάθος ἐξετραγῴδησε; τί γὰρ ἐν τούτοις ἐδήλωσεν; Οὐκ ἦν ἐκείνης θανούσης εἰς ἕτερον τοὺς γονεῖς ἀπιδεῖν παιδίον, καὶ στῆσαι τὸ δάκρυον· μονογενὴς γὰρ ὁ τόκος· ἀλλὰ καὶ τὸ δωδεκαετῆ τὴν παῖδα εἰπεῖν, αὐτὸ τὸ τῆς ἡλικίας ἐμφαίνει τὸ χαριέστατον· ὅτε τὸν ὑμέναιον αἱ κόραι φαντάζονται· καὶ νυμφίον ὡραῖον, καὶ παστάδα C γαμήλιον, πολλαὶ δὲ καὶ περὶ κάλλους ἐρίζουσαι τῇ φυσικῇ ὥρᾳ καὶ κομμωτικά τινα προστιθέασιν, ὡς ἂν τοῖς ὁρῶσιν ὀφθῶσι καλαί. Τάχα που καὶ μνηστῆρες ἐφοίτων πολλοὶ, καὶ ἅμιλλα ἦν τούτοις οὐκ ἀγεννὴς, τίς ἂν προκριθεὶς γένοιτο τῆς παρθένου ἀνήρ· καὶ προμνήστριαι ἀμοιβαδὸν εἰσιοῦσαι, καὶ ἄλλη ἄλλον νυμφίον ἐπὶ μέγα ἐξαίρουσα τὸ κῆδος ἔσπευδεν. Ἀλλὰ τὰς ἐπὶ τῇ κόρῃ ἐλπίδας ἡ νόσος διαδέχεται ἀπειλοῦσα τὸν μετ' ὀλίγον ἔσεσθαι θάνατον. Ἴεται οὖν ὁ πατὴρ τὰ σπλάγχνα τῷ πάθει φρυγόμενος, καὶ ζεούσῃ καρδίᾳ προσάγων τῷ Σωτῆρι τὴν δέησιν. Δέχεται τὴν ἱκεσίαν ὁ ἐπὶ σωτηρίαν τοῦ κόσμου παραγενόμενος. Ἔργῳ γε μὴν τοῦ ἀρχισυναγώγου τὴν ἀπιστίαν ἐπανορθούμενος D δίδωσι σχολὴν ἑαυτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς αἱμορροούσης τὴν ἴασιν, ὡς ἂν ἐπ' ἀδείας τοῦ θανάτου τῆς κόρης κατακρατήσαντος, γένηται τὸ θαῦμα παραδοξότερον.

« Ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, οἱ ὄχλοι συνέθλιβον αὐτόν· καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, ἥτις ἰατροῖς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυεν ἀπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι. » Σκόπει δὲ ὅσος ὄχλος παρείπετο, ὡς καὶ θλίβειν αὐτὸν στενουμένων τῶν ἀγυιῶν. Ἐν οἷς ἦν καὶ γύναιον αἵματος ἀμέτρου κεκακωμένον φορᾷ, ἣ τὰ προσόντα τοῖς ἰατροῖς ἀναλώσασα, καὶ κέρδος εὑραμένη μηδέν·

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἦν γὰρ τὸ πάθος ἀνθρωπίνοις ἐπινοίαις ἀνήκεστον. Ἀπηρεικυῖα πρὸς πάντα βουλὴν βουλεύεται συνετὴν, πρὸς τὸν ἄμισθον ἰατρὸν ὀρθαλέως δραμεῖν, ὡς ἄδρὸν μάλα μισθὸν τὴν πίστιν κομίζουσα. Ἔλεγε γὰρ, ὡς ἄλλος φησὶ εὐαγγελιστὴς, ὅτι, « Κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ μόνον ἅψωμαι, σωθήσομαι. » Ἀλλὰ τίνος χάριν οὐ πρόσεισι φανερῶς, ὡς ἡ Χαναναία καὶ ἡ συγκύπτουσα; Ἐπίσημος ἦν αὕτη καὶ γνώριμος τοῖς πᾶσιν, ἦν δὲ τῷ νόμῳ ἀκάθαρτος ἡ κατεχομένη αἱμάτων ῥοῇ, καὶ οὐκ ἦν αὐτοῦ θεμιτὸν ἐπιθιγγάνειν τινὸς ἱεροῦ. Φησὶ γὰρ ὁ νόμος· « Γυνὴ ἐὰν ῥέῃ ῥύσει αἵματος ἡμέρας πλείους, πᾶσαι αἱ ἡμέραι ῥύσεως ἀκαθαρσίας, πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς, ἀκάθαρτος ἔσται. » Δεδοικυῖα τοίνυν ποδῶν ἀχράντων ἐφάψασθαι, καὶ ἅμα κρύπτειν ἐθέλουσα, ἃ σωφρονοῦσαι γυναῖκες ἀνακαλύπτειν αἰσχύνονται, κλέπτειν τὴν σωτηρίαν ἐπινοεῖ.

A insumpta, nullum fecerat lucrum. Morbus enim erat ejusmodi, ut nulla posset humana arte curari. Desperatis igitur omnibus remediis, sapienti sibi consilio consulit celeriter ad medicum, qui gratis curat, confugiendi, fidem ferens copiosæ mercedis loco (78). « Dicebat enim, ut alius evangelista ait : « Quia si vel vestimentum ejus tetigero, salva ero [11]. » Sed quid est, quod non palam, et manifesto accedit, ut Chananæa [12], et mulier illa inclinata [13]? Celebris hæc, et nota omnibus erat, lege autem immunda mulier habebatur, quæ sanguinis fluxu teneretur, nec fas ei erat quidquam sacri contingere. Ait enim lex : « Mulier, si fluat fluxu sanguinis plures dies, omnes dies fluoris immunditiæ : omnis tangens eam, immundus erit [14]. » Itaque incontaminatos pedes attingere verita, et simul ut celaret quæ pudicæ mulieres patefacere erubescunt, salutem suffurari constituit. B

« Καὶ προσελθοῦσα ὄπισθεν ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς. Ὦ τοῦ θαύματος! καινόν τι τοῦτο θαυματουργίας εἶδος ὁ Δεσπότης ἐνδείκνυται, μήτε τῆς νοσούσης ἁψάμενος, μήτε λόγῳ θεραπεύσας τὴν κάκωσιν, ἀλλὰ τῇ πίστει ἐπιμετρήσας τὸ ἔλεος· προσῆλθε μετὰ πίστεως, καὶ τῆς ἐλπίδος οὐχ ἥμαρτεν. Ὡς καλὸν ἡ πίστις ἰσχύει, παρασκευάζουσα ἐν ἡμῖν τὴν θεόδοτον χάριν· τὸ δὲ διψυχεῖν ἐπιζήμιον. Εἰ γὰρ καὶ ἱερὸν ἦν τοῦ ἀχράντου χιτῶνος τὸ ἱερώτατον κράσπεδον, ὡς Θεοῦ σαρκὸς ἐφαπτόμενον, ἀλλ' ἡ τῆς γυναικὸς πίστις πρόξενος τῆς χάριτος γέγονεν. Ἥψαντο γὰρ τῶν ἱματίων οἱ στρατιῶται κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν τὸν ἰουδαϊσμὸν αὐτῶν κληροποιούμενοι, ἀλλ' οὐκ ὀνήσιμος ἡ πρόσαψις γέγονεν. Ἐξεταστικώτερον δὲ ὁ ἱερὸς Μάρκος ἐπεξηγησάμενος τὸ διήγημα· « Ἔγνω, φησὶ, τῷ σώματι, ὅτι ἰάθη ἀπὸ τῆς μάστιγος. » Τί τοῦτο δηλῶν; Ὡς αἱ τοῦ σώματος κακώσεις, οἷά τινες μάστιγες, ὡς ἐπίπαν ἐπάγονται ταῖς ἀτακτούσαις ψυχαῖς. Ὅτι δὲ ταῦτα ἀληθῆ, ὁ λόγος δείξει ἀμογητί· τῷ τε γὰρ θεραπευθέντι ἐν τῇ πενταρίθμῳ τοῦ Σολομῶντος στοᾷ, οὕτω φησὶν ὁ Χριστός· « Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μή τι χεῖρον εἰς σὲ γένηται. » Καὶ τοῖς κεχραμμένῳ συνειδότι δεχομένοις τὰ ἅγια, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς, καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. »

« Et accedens retro tetigit fimbriam vestimenti ejus; et confestim stetit fluxus sanguinis ejus. » O rem admirandam! novum miraculi genus est hoc, quod Dominus ostendit, neque ægrotam tangens, neque verbo morbum expellens, sed misericordiam fide dimetiens; accessit cum fide mulier; **60** et spes illam sua frustrata non est. Quantum bonum est fides, quæ præparat, ut divina gratia in nobis sit efficax, diffidentia vero damnosa. Nam et si purissimæ tunicæ sanctissima fimbria sacra erat, ut quæ Dei carnem contingebat, tamen fides mulieris illius doni conciliatrix fuit. Tetigerunt enim milites vestimenta Domini tempore Passionis, ea sortito tribuentes, sed nihil illos juvit contactus eorum. Sanctus vero Marcus narrationem hanc accuratius exponens : « Sensit, inquit, corpore, quia sanata esset a plaga [14a]. » Quid his verbis significat? corporis nimirum afflictationes et morbos quasi verbera quædam, et plagas plerumque intemperatis animis incuti. Hæc autem vera esse facile ostendet oratio nostra; nam et illi qui in quinque Salomonis porticibus curatus est, ita Christus inquit : « Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat [15]. » Et Apostolus iis, qui impura conscientia sancta sumebant : « Ideo, inquit, inter vos multi infirmi, et imbecilles, et dormiunt multi [16]. » C D

« Καὶ εἶπεν Ἰησοῦς· Τίς μου ἥψατο; Ἀρνουμένων δὲ πάντων, εἶπεν ὁ Πέτρος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· Ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε, καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ λέγεις· Τίς μου ἥψατο; » Οὐκ ἔλαθε τὸν καρδίας καὶ νεφροὺς ἐμβατεύοντα ἡ τῆς γυναικὸς ἐπαινουμένη κλοπὴ, οὔτε μὴν καλύπτει ταύτην σιγή.

« Et ait Jesus, quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, et qui cum illo erant : Præceptor, turbæ te comprimunt, et affligunt, et dicis : Quis me tetigit? » Non latuit eum, qui corda et renes scrutatur [17], laudabile mulieris furtum, neque tamen id silentio celat. Quid est

[11] Marc. v, 28. [12] Matth. xv, 22. [13] Luc. xiii, 11. [14] Levit. xv, 25. [14a] Marc. v, 29. [15] Joan. v, 14. [16] I Cor. xi, 30. [17] Psal. vii, 10.

Francisci Scorsi notæ.

(78) *Copiosæ mercedis loco.* Et hæc etiam pia æque ac venusta sententia una litterula, librarii credo inscitia inserta deformata erat. Quid enim sibi volunt hæc ὡς ἀνδρῶν μάλα μισθὸν τὴν πίων κομίζουσα, *fidem ferens ut pretium hominum valde.* Legendum itaque ἀνδροὶ pro ἀνδρῶν ex cod. C. et quidem τὸ μάλα recte appositum τῷ ἀδρὸν perperam τῶν ἀνδρῶν. Sententia vero auctoris id aperte postulat, quod edidimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero quod, cum sanaret alios, imperabat ut rem tacitam secum haberent, et nemini dicerent, hic autem rem gestam prædicat gloriose? Maxime convenienter id facit; simul enim ostendit mulieri, eam non fuisse occultam illi, a quo salutem acceperat: et simul ferventem illius fidem iis qui se sequebantur, palam facit. Verum considera mihi discipulos imperfectos. Ille enim interrogabat, quisnam accessit, et me tetigit fide? hi vero tactum sensilem suspicabantur. Quid vero est, quod ait: « Novi virtutem de me exiisse? » Num qua diminutio fiebat ejus virtutis dispertitæ in eos qui sanabantur? Apage! quemadmodum enim licet ex una face sexcentas alias accendas, impertito omnibus lumine, manet illa imminuta; ita indeficiens Dei virtus, cum donum valetudinis omnibus largiretur, integra remanebat; vel si mavis, ut scientiæ cum iis qui docentur communicatæ, apud doctores ipsos integræ permanent, **61** ita divina gratia distributa iis qui illam accipiunt, nihil prorsus patitur detrimenti.

« Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, et procidit ante pedes ejus; et ob quam causam tetigerit eum, indicavit coram omni populo, et quemadmodum confestim sanata est. » Illa sane mulier, inquit, exterrita, et timens, ne forte non recte hoc furtum sibi procederet, ad ejus accidit pedes, et profitetur, quod erat occultum: Christus vero dilaudat illius fidem; et filiam illam per fidem adoptatam appellat. Quam beata celebris hæc mulier, quæ et valetudinem citra laborem obtinuerit, et ad Dei cognitionem admissa fuerit, quippe cum Jesu filia vocata sit! Felix vero etiam anima illa, quæ Jesum ut hæc mulier pone sequitur, et ejus laciniam tangit; quippe cum hac historia nos doceat Spiritus, quod, quanto quis Christum per imitationem, quoad homini datum est, fuerit consecutus, et per virtutem propius ad Deum accesserit, fimbriam adhuc duntaxat tetigit, eo quod nullum habeat fixum modum ac terminum (79) virtus.

« Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ dicens ei, quia mortua est filia tua: noli vexare illum. » Cum tantum in itinere moræ traxissent, mors adolescentula potita est, et renuntiatur patri puellæ, ne inutilem præceptori laborem exhibeat; existimabant enim virtutem illis eatenus efficacem esse, quoad anima cum corpore conjuncta esset. Hoc ipsum et Martha sentire visa ex illis ver-

Πῶς οὖν ἄλλους μὲν θεραπεύων ἐχεμυθεῖν ἀπέστελλε, καὶ ἥκιστα λέγειν τινὶ, ἐνταῦθα δὲ καὶ θριαμβεύει τὸ γεγονός; Λίαν προσηκόντως τοῦτο ποιεῖ· ὁμοῦ τε γὰρ δείκνυσι τῇ γυναικὶ ὡς οὐκ ἔλαθε τὸν τὴν ἴασιν παρεχόμενον, καὶ ἅμα τοῖς ἑπομένοις φανερὸν τῆς πίστεως αὐτῆς τὸ διάπυρον. Ἀλλά μοι σκόπει τὸ τῶν μαθητῶν ἀτελές. Ὁ μὲν γὰρ ἤρετο· Τίς ὁ προσεγγίσας, καὶ ἁψάμενός μου τῇ πίστει; οἱ δὲ τὴν κατ' αἴσθησιν ἀφὴν ὑπετόπαζον. Τί δέ ἐστι τό· Ἔγνων τὴν δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ; μήτις ἐλάττωσις ἐν τοῖς θεραπευομένοις ἐγένετο σκιδναμένης αὐτοῦ τῆς δυνάμεως; Ἄπαγε! ὥσπερ γὰρ ἀπὸ μιᾶς λαμπάδος, κἂν μυρίας ἄλλας ὑφάψῃς, αὕτη τε μένει ὁλόκληρος, καὶ πάσαις τοῦ φωτισμοῦ μεταδίδωσιν· οὕτως ἡ τοῦ Θεοῦ ἀκάματος δύναμις πᾶσι χορηγοῦσα τῶν ἰαμάτων τὴν χάριν, ὁλόκληρος ἦν. Εἰ δὲ βούλει, ὥσπερ αἱ ἐπιστῆμαι τοῖς διδασκομένοις μεταδιδόμεναι παρὰ τοῖς διδασκάλοις ὁλόκληροι μένουσιν, οὕτως ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις μεριζομένη τοῖς δεχομένοις, οὐδ' ἠντιναοῦν ὑφίσταται μείωσιν.

(98) *Ut expellatur Isaac.* Maxime mihi dolet omni me præsidio, ac luce historiæ vel Tauromenitanæ, vel Siciliensis destitui; unde huic loco tam insigni possem lumen accendere: insignem hunc locum dico ex quo insignis episcopi hujus Tauromenitani sanctitas, quæ semper ab improbis odio haberi, et insectationibus vexari, et opprimi solet, intelligi posset: modo omnia quæ hic dicuntur liquido intelligerentur: qui enim illi τῆς Ἐκκλησίας λυμαντῆρες, καὶ τῶν αὐτῆς πραγμάτων ἅρπαγες comedones, raptoresque in Ecclesia? et qua de causa concilia inirent, insidias struerent? quæ vero aula Caiphæ et Præcursoris oratorium, ubi conciliabulum coactum? quis Isaac expellendus, quis Ismael introducendus? Ad hæc omnia explananda non quovis conjectore; sed Delio natatore usus esset; ni tamen et ipse in hoc pelago mergeretur, et præfocaretur, ut Socrates timebat in Heracliti σκοτεινοῦ libro ei ablato. Ne tamen hunc locum ita conclamatum deploratumque relinquam in medio, et nulla ab Apollinis, sive Æsculapii medica, et στοχαστικῇ τέχνῃ medelam ac vitam adhibeam, conjecturam, seu potius suspicionem meam expromam in quam me adduxit, cum in familiari congres u cum eo hunc locum conferrem, doctissimus vir nostræ societatis, et cum linguarum omnium, tum sacræ profanæque historiæ peritissimus Hortensius Scammacha (neque enim decet celare τὸν πατέρα τοῦ λόγου, ὥσπερ αἱ φαῦλαι τῶν γυναικῶν τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι. Ea autem conjectura ex tempore, quo Theophanes floruit, et has Homilias habuit petenda est. Id vero fuit illud, quo Sicilia pene universa sub Saracenicam tyrannidem jam redacta erat, excepto Tauromenio; hoc enim sub Leonis imperio demum expugnatum est, sub quo Theophanem nostrum ecclesiæ suæ clavum tenuisse demonstravimus in Procem. II; et Syracusæ porro jam ante captæ fuerant sub imperio Basilii Macedonis Leonis patris, ut ibi etiam satis aperte ostendimus. Igitur absimile vero non est, per eam tempestatem, cum Tauromenium liberum quidem adhuc, sed tamen solum a Saracenicis armis ac dominatu, vix videretur immune diutius posse conservari; præsertim cum satis validum ab imperatore Græco præsidium sperari non posset, Tauromenitanos aliquos potentes et factiosos, priusquam belli calamitatibus premerentur, deditionem facere et Ismaelitas introducere in oppidum cogitasse. Cui consilio cum bonus pastor, providens rei Christianæ perniciem, nullo modo assensurus videretur, et factiosi illi aciem ejus linguæ pertimescerent, ut ipse ait Theophanes, non ausos episcopo sentiente illud agitare consilium, vel ejus absentiæ occasione usos vel in domum alicujus ex principibus civitatis (quam aulam Caiphæ hic auctor vocat, alludens ad eum, in quo de Christo prodendo nefarium concilium habitum est) vel in sacellum, sive ædem S. Joanni Baptistæ sacram convenire solitos conjurationis conscios. Eam hic τοῦ Προδρόμου εὐκτήριον Theophanes appellat, cui eleganti paronomasia βουλευτήριον opposuit, sicuti mox idem sacellum βαπτιστήριον cui ἐπιβουλευτήριον quæ vocum allit terationes et allusiones reddi in Latina lingua non potuerunt. Ad hanc autem conjecturam inclinavit animus ex illis verbis: Ἵνα τί γένηται; ἵνα ἐξωθῇ μὲν ὁ Ἰσαάκ, ἀντεισαχθῇ δὲ Ἰσμαήλ (hæc enim in cod. Vat. et Pan. scripta sunt nomina). Nam per Ismaelem Saracenicum regem, per Isaac vero legitimum Tauromenii dominum imperatorem interpretari incongruum non videtur. Quod tamen ut injustum ac nefarium Theophanes reprehendit: contra enim fieri oporteret, ut in Isaac qui retentus ejecto Ismaele. Non celabo tamen lectorem in cod. Gall. alia hæc esse nomina exarata ἵνα ἐξωθῇ μὲν ὁ Ἰακὼβ, εἰσαχθῇ δὲ ὁ Ἡσαύ. Sed non inde conjecturæ acies hebetatur. Eadem enim est allegoria. Quippe Jacob electus, Esau reprobatus a Deo. Quare per illum legitimus imperato-, per hunc invisus Deo et hominibus intelligi potest. Hæc igitur ita ad hunc locum scripta a me accipi volo, non perinde atque eam sciam, ut dixi, sed solum ut conjectem seu potius divinem; utinam vero εὐστόχως.

C

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

inclinata. » Consueverat Dominus die Sabbati multa ex divinitatis suæ signis efficere, et mellita doctrinæ fluenta in synagogis effundere; quippe cum in has populus maxime congregaretur : nimirum et habentem manum aridam ; et paralyticum in porticu Salomonis ; et cæcum a nativitate ; et hanc inclinatam Sabbato curavit; et facto quidem ipso Sabbati appellationem interpretans (99), sabbatismum præbebat morbis, hoc est, requiem iis qui illis divexantur, et cum animos præstantissima doctrina confirmabat, tum vero corpora malis opprimentibus liberabat. Ostendit vero etiam Pharisæos et Scribas legis interpretes tam exactam Sabbati observationem insipienter exigere. Quod intelliges planius, si mentem intenderis in hujus lectionis extremum, ubi cum archisynagogo disputat Dominus. Nunc vero sermonem a capite repetamus : « Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis. » Ubi sunt, qui agitationis a dæmonibus effectæ causam in periodos lunæ, in fervorem et nimiam sanguinis adustionem, et in materiei abundantiam 71 conferunt? adeoque veritatis verba dilacerant? Ecce enim quod inclinata mulier esset, et in terram vergeret, ut dæmonis opera factum infirmitatis spiritum vocat Evangelium. Etenim hic magnus evangelista Lucas, ut qui versatus esset in libris qui de medicinæ scientia scripti sunt, nec ignoraret physicorum opinionem, eorum judicium corrigit : ut neque nervorum torporem dissolutionemque vertebrarum, et quæque de naturæ rationibus dictitant, causari possent ii qui nihil supra sensum attingunt. Nec vero hæc in eam sententiam dico, ut naturales causas de medio tollam. Permulta enim etiam natura peccat; alioquin supervacanei digiti, et vel oculis, aliove quo membro ab ortu ipso capti unde proficiscuntur. Quamobrem filiorum imbecillitatis in parentes plerumque conferenda causa est, qui ebrietate, vel intemperantia exilem et mancam sobolem edidere? Hinc et Moyses (1) ejus, qui mutilus natus fuerat, patrem lapidavit, quod uxoris purgationem præ incontinentia non exspectavit. Verumtamen et hæc non sine gubernatrice rerum omnium providentia contingunt, quæ per corporis damna futuram plerumque coercet improbitatem. Non solum enim in corporis morbis, sed etiam animi, contrariorum contraria medicamenta sunt. Iis vero, quorum futura nequitia non cohibetur, admoventur, vel admovebuntur certe

ἦν συγκύπτουσα. » Εἴθιστο τῷ Σωτῆρι ἐν τοῖς Σάββασι μάλιστα τὰ πολλὰ τῶν θεοσημείων ἐπιτελεῖν, καὶ τὸ μελιχρὸν τῆς διδασκαλίας νᾶμα προχέειν ἐν ταῖς συναγωγαῖς· ἐν ταύταις γὰρ μᾶλλον ὁ λαὸς συναγειρόμενος ἦν. Ἀμέλει, καὶ τὸν ἔχοντα τὴν ξηρὰν χεῖρα, καὶ τὸν ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Σολομῶντος παράλυτον, καὶ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν, καὶ ταυτηνὶ τὴν συγκύπτουσαν ἐν τῷ Σαββάτῳ ἰάσατο· ἔργῳ μὲν ἑρμηνεύων τοῦ Σαββάτου τὴν κλῆσιν, παρεῖχε ταῖς νόσοις σαββατισμὸν, καὶ κατάπαυσιν τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὀχλουμένοις διδοὺς, καὶ τὰς μὲν ψυχὰς τῇ ἀριπρεπεῖ διδασκαλίᾳ ῥωννὺς, τὰ δὲ σώματα τῶν ἐνοχλούντων ἀπαλλάττων παθῶν. Δείκνυσί γε μὴν καὶ τοὺς τοῦ νόμου ἐξηγητὰς Φαρισαίους καὶ Γραμματεῖς ἀσυνέτως τηροῦντας τὴν τοῦ Σαββάτου ἀκρίβειαν. Εἴσῃ δὲ τοῦτο σαφέστερον, ἐρείσας τὸν νοῦν εἰς τὸ τῆς ἀναγνώσεως ταύτης ἀκροτελεύτιον, ἐν ᾧ πρὸς τὸν ἀρχισυνάγωγον ὁ Σωτὴρ διελέξατο. Νῦν δὲ τὸν λόγον ἀναλάβωμεν ἄνωθεν· « Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἦν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας. » Ποῦ εἰσιν οἱ τῆς ἐκ δαιμόνων παραφορᾶς περιόδους σελήνης, καὶ ζέσιν, καὶ ὑπερόπτησιν αἵματος, καὶ ὕλης πλεονασμὸν αἰτιώμενοι, καὶ διὰ τοῦτο τὸν τῆς ἀληθείας λόγον κατασπαράσσοντες; Ἰδοὺ γὰρ καὶ τὸ κεκυφέναι τὸ γύναιον, καὶ νενευκέναι πρὸς γῆν, ὡς ἐκ δαιμονικῆς ἐνεργείας συμβὰν, πνεῦμα ἀσθενείας ὀνομάζει τὸ Εὐαγγέλιον. Ὁ γὰρ μέγας εὐαγγελιστὴς οὗτος Λουκᾶς, ἅτε ταῖς ἰατρικαῖς βίβλοις ὡμιληκὼς, καὶ τὴν τῶν φυσικῶν δόξαν οὐκ ἀγνοῶν, ἐπανορθοῦται τὴν ἐκείνων ὑπόληψιν, ὡς ἂν μὴ ἔχοιεν αἰτιᾶσθαι νευρῶν νάρκωσιν, καὶ σπονδύλων διάλυσιν, καὶ ὅσα φυσιολογεῖν εἴθισται τοῖς μὴ πλέον τῶν ἐν αἰσθήσει προσέχουσι. Ταῦτα δὲ λέγω οὐκ ἀναιρῶν τὴν αἰτίαν τῆς φύσεως. Καὶ γὰρ ἡ φύσις ἁμαρτάνει ὡς τὰ πολλά· ἢ πόθεν οἱ παρίττοί τινες ἐπιγίνονται δάκτυλοι, ἢ μελῶν ἔλλειψις, ἢ πήρωσις ὀφθαλμῶν ἐξ αὐτῆς τῆς γεννήσεως; Διὸ καὶ πατέρας τῆς τικτομένων ἀσθενείας πολλάκις αἰτιατέον, μέθῃ καὶ ἀκολασίᾳ ποιοῦντες ἐξίτηλα τὰ σπειρόμενα. Ἐντεῦθεν καὶ Μωϋσῆς τὸν τοῦ λελωβημένου πατέρα κατέλευσεν, ὅτι δι' ἀκρασίαν τῆς γυναικὸς τὸν καθαρισμὸν οὐκ ἀνέμεινε. Ἠλὴν ὅτι καὶ ταῦτα οὐκ ἔξω τῆς πάντα εὐθυνούσης προνοίας ἐκπέπτωκε, μέλλουσαν ἔσεσθαι κακίαν κωλυούσης πολλάκις διὰ πηρώσεως. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς σωματικοῖς, ἀλλὰ κἀν ταῖς ψυχαῖς τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα. Οἷς δὲ μὴ μέλλουσα κακία προσαναστέλλεται, ἄλλοι καυτῆρες ἐπάγονται, ἢ

Francisci Scorsi notæ.

(99) *Sabbati appellationem interpretans.* Veram Sabbati notationem Theophanes desumit a verbo שבת *cessavit, quievit.* Aliud etymon non verum Lactantius commentus est, perinde quasi a שבע quod est *septem*, quasi septimus dicatur dies. Sed multo magis explodenda etymologia Plutarchi lib. IV *Symp.*, quæst. 5, ubi a Baccho, qui Sabbos inter alia multa sua nomina appellatur, detorquet ; falso etiam ejus cultum Judæis affingens. Lege præterea quæ infra not. 6 et 8 adnotantur.

(1) *Hinc et Moses.* Lata quidem fuit a Mose pœna mortis in eum, qui cum muliere in fluxu sanguinis menstruo coivisset, Levit. cap. XX. Hoc tamen exemplum ab ipso proditum in ejus patre, qui fuerat mutilus natus, et pœnam lapidationis nusquam in Pentateucho, nec apud Josephum, vel alium ex hujusmodi scriptoribus adhuc legi ; arbitror vero Theophanem id non dicturum fuisse, nisi alicunde accepisset; potuit autem accipere ab aliqua traditione Hebræorum, vel aliquo libro, qui me adhuc latet. Certe quidem locum aliquem Scripturæ sacræ ipse non designat. Utitur etiam S. Hieronymus hujusmodi traditionibus, quæ in sacris Libris non leguntur, quas itidem ipse non proferret, nisi vel legisset vel audisset. Id animadvertet qui ejus in Evangelia legerit commentaria.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπαχθήσονται. « Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἔχουσα πνεῦμα ἀσθενείας ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ. » Ὅρα τοῦ κακοῦ τὴν ἐπίτασιν, ἐννόησον δὲ καὶ τῆς ἀσθενείας τὸ μέγεθος, ἐν πόσοις ἐτῶν περιόδοις εἰς γῆν ἡ ἀθλία κέκυφε κτηνηδόν, μήτε πρὸς τὰ οὐράνια κάλλη ἐνατενίζειν ἰσχύουσα, μήτε τὰς ὄψεις τῶν συναντώντων περιαθρεῖν δυναμένη, ἀλλὰ μηνοειδῶς καμπομένη δίκην στοᾶς, τοῦ δαίμονος οἱά τινος μολυβδίνου βάρους βρίθοντος, καὶ τὸν νῶτον συγκύπτοντος. Ἴεται τοίνυν ἐπὶ τὴν ἴασιν αὐτόμολος ὁ Σωτὴρ, ἐκ τῆς ἐνούσης αὐτῷ ἐμφύτου πρὸς τὸν ἄνθρωπον γαληνότητος, ἐλεήσας τὴν φύσιν παιζομένην οὕτως ὑπὸ τοῦ δαίμονος, καὶ φωνὴν ἐπαφίησι τῆς νόσου λυτήριον· « Γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου. » Καὶ τῷ λόγῳ προστίθησι τὴν ἀφήν· « Ἐπέθηκε γάρ, φησὶν, ἐπ' αὐτῇ τὰς χεῖρας, καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη. » Ἄθρει δὴ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τὸ κατάλληλον φάρμακον. Ἐπειδὴ γὰρ, τῆς ψυχῆς ἁμαρτησάσης, ἐδόθη τῷ Σατανᾷ τὸ σῶμα πρὸς κόλασιν, διὰ μὲν τοῦ λόγου ἀπολύει τὴν ψυχὴν τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἐνοχῆς, διὰ δὲ τῆς θείας ἁφῆς ἀνορθοῖ τὸ σῶμα τῆς εἰς γῆν κατανεύσεως.

« Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ Σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ· Ἓξ ἡμέραι εἰσὶν, ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι· ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου. » Ὡς χαλεπὸν πάθος ὁ φθόνος, τὴν ψυχὴν ὑποτήκων τοῦ τρέφοντος, καὶ λαθεῖν μὴ δυνάμενος, κἂν πρὸς ὀλίγον ὑποκριτικῷ προσωπείῳ καλύπτοιτο, ὡς πῦρ ἐν ἀχύροις καλυπτόμενον δριμὺν μὲν τέως καπνὸν ἀναδίδωσιν, εἰ δέ τινος τύχοι διὰ πνοῆς, τότε ἀναῤῥιπίζει τὴν φλόγα εἰς τοὐμφανές· τοιοῦτόν τι συνέβη καὶ περὶ τὸν ἀπόπληκτον τοῦτον ἀρχισυνάγωγον ὃς, τοῦ Κυρίου διδάσκοντος, ὤδινε μὲν ἐν ἀπορῥήτοις τὸν φθόνον, κατεῖχε δὲ μόλις μηδεμίαν εὑρίσκων λαβήν. Τὸ δὲ παράδοξον θαῦμα τεθεακὼς, διαῤῥήσσει τὴν ἐνδομυχοῦσαν κακίαν, καὶ εἰς φῶς προσάγει τοῦ φθόνου τὸ ἀμβλωθρίδιον. Ἀφεὶς γὰρ θαυμάζειν, τὴν τοῦ νόμου παράβασιν δῆθεν προβάλλεται, οὐ τὸ Σάββατον μᾶλλον τιμῶν, ἢ τοῖς θεραπευομένοις ἐπιφθονῶν. Ἀλλ' ἀνεπικούρητον ἀεὶ τὸ ψεῦδος ἀφ' ἑαυτοῦ, ῥᾷστα παρὰ τῶν σωφρόνων διελεγχόμενον. Ὁ μὲν γὰρ δὲ δυσφορηκὼς ἀναισχυντεῖ προφανῶς, καὶ τῷ θαύματι ἀντεξάγει τῆς ἑαυτοῦ

A cauteria (2). « Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo. » Considera quantum increverit malum, et quam magna infirmitas fuerit; per quot annorum spatia miserabilis mulier pecudum ritu cernua nec in cœli pulchritudinem figere obtutum, neque in occurrentium sibi vultus potuerat intueri, sed lunata curvataque instar fornicis, dæmone quasi quodam plumbi pondere opprimente, et dorsum inflectente pandabat; ad eam igitur sanandam sponte sua Jesus accurrit, et pro innata sibi erga hominem clementia naturam humanam sic ludificatam a dæmone miseratus, et vocem emittit morbi expultricem : « Mulier, dimissa es ab infirmitate tua; » et verbo tactum adjungit : « Imposuit enim, inquit, illi manus et erecta est. »
B Considera vero congruentem corpori et animæ **72** medicinam. Quoniam enim peccante anima traditum erat Satanæ corpus ad pœnam, per verba quidem a peccatorum reatu (3) absolvit animam, per divinum vero contactum, corpus in terram antea vergens restituit.

« Respondens autem archisynagogus indignans, quod Sabbato curasset Jesus, dicebat turbæ : Sex dies sunt, in quibus oportet operari; in his ergo venite, et curamini, et non in die Sabbati. » Quam atrox est invidiæ passio altricem illius animam tabe conficiens (4), quæ neque latere potest, etiam si paulisper personata facie abscondatur. Ut ignis
C sub paleis conditus acrem interim fumum emittit, si vero eum efflari contingat, jam excitat flammam aperte, simile quiddam et huic stolido archisynagogo usuvenit : qui docente Domino in intimis præcordiis parturiebat invidiam, eamque continebat ægre nullam adhuc nactus occasionem, ubi vero inopinatum miraculum vidit, latentem in penetralibus cordis nequitiam erumpit, et profert in lucem abortum. Mirari enim omittens objicit illi quod legem videlicet violasset, non tam Sabbati rationem habens, quam sanatis valetudinem invidens. Sed mendacium semper auxilio destituitur, et a sapientibus facillime coarguitur. Qui enim iniquo animo rem ferebat, vim aperta loquitur impudentia. et miraculo suæ ipsius invidentiæ

Francisci Scorsi notæ.

(2) In Græco est καυτῆρες, sed idem valet, eademque forma tum origine ac καυτήριον, quod Latine cauterium reddas; cauter autem minus est in usu. Utrumque vocabulum significat ferrum ignitum, vel instrumentum chirurgicæ artis, quo carnes putridæ aduruntur, vel certe notantur. Vult igitur ea metaphora Theophanes; in quibus Deus non ea utitur providentia, ut morbis malisque corporis, vel ab utero matris contractis, futuram coerceat improbitatem, eos per alia graviora remedia, quasi per adustionem putrefactæ carnis a vitiis suis esse sanandos; juxta illud, quod orabat D. Augustinus· *Hic ure, hic seca, ut in æternum parcas.* Correxi vero ex C. V. ubi rectius scriptum est ἄλλοι aliorum scripturam ἀλλ' οἱ καυτῆρες.

(3) *A peccatorum reatu.* Nulla mentio in Evangelio peccata huic mulieri fuisse condonata; sed tamen de plerisque qui corpore, animo etiam fuisse
D sanatos credendum est, ut Maldonatus ait.

(4) *Tabe conficiens.* In Vat. legitur ὑποτύφων, *succendens*, sed rectius censui ex aliis mss., ὑποτήκων, *tabefaciens*. Et profecto hæc invidentiæ tabes cui poetarum non decantata? Edax livor inde dicta Ovidio, *Amor.* lib. I :

Quid mihi, livor edax, ignavos objicis annos?

Lucretius pulchre lib. III :

Macerat invidia ante oculos illum esse potentem,
Illum aspectari, claro qui incedit honore,
Ipsi se in tenebris volvi cœnoque queruntur.

Salsum est etiam illud epigramma ex Anthol. lib. I, et τὸ ὑποτήκων quod ait noster, notat :

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον· ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ· Τήκει γὰρ φθονερῶν δίματα, καὶ καρδίην.

Grande malum invidia est; tamen hoc bonitatis in [*illa est :*
Cor etiam osorum devorat, atque oculos.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

demonstrationem opponit (5) : nec animadvertit contra se ipsum movisse se argumentum. Quid enim illi Salvator? « Hypocrita, unusquisque vestrum Sabbato non solvit bovem suum, aut asinum a præsepio, et ducit adaquare? » Ostendit illum præ invidia ad rabiem pene redactum : quid vero sibi velit lex, aperit, et illustrat, simulque suadet ut a littera manuducamur ad spiritum. Vetabat ne lex Sabbato admovere manum ad opus; beneficentiam vero neutiquam prohibebat. Attamen et ipsa operum cessatio cautio erat eorum quæ sub intelligentiam cadunt. Quod vero hæc ita se habeant, ratio ipsa nullo negotio ostendet. Lex præcipit, ne portentur pondera; ne quid accendatur ignis : nec de suo quispiam egrediatur loco [32]. Qui igitur hæc corporaliter accipit, maledicto legis (6) obnoxius fit [33]. Nam nec fieri potest (7), ut ne quis suo loco **73** cedat : et omne quod tollitur aliquid oneris est, etiamsi panis vel pallium sit. Verum lex per Sabbati observationem ab opere malo cessare nos jubet, ut neque peccati pondere prægravemur; hoc est enim onus non tollere, neque a mansione in Deo desistamus; hoc est enim a suo loco non recedere; neque vel iræ vel malæ cupiditatis accendamus ignem. Quin etiam quod lapidatus sit, qui Sabbato ligna collegerat [34], ita par est intelligere,

A βασκανίας τὴν ἔνδειξιν, διαλέληθε δὲ καθ' ἑαυτοῦ κινήσας τὸν ἔλεγχον. Τί γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτήρ; « Ὑποκριτά, ἕκαστος ὑμῶν ἐν τῷ Σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ καὶ τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει; » Δείκνυσι μὲν οὖν αὐτὸν οἷον λελυττηκότα τῷ φθόνῳ· ἀνακαλύπτει δὲ διαλευκαίνων τοῦ νόμου τὸ βούλημα, καὶ πείθων πρὸς τὸ πνεῦμα χειραγωγεῖσθαι ὑπὸ τοῦ γράμματος. Ἀπείπατο μὲν γὰρ ὁ νόμος τῷ Σαββάτῳ χειρονεκτεῖν, ἥκιστα δὲ κωλύει εὐεργετεῖν, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτὴ τῶν πράξεων ἡ σχολὴ νοουμένων ἦν φυλακή. Ὅτι δὲ ταυτὶ ἀληθῆ, ὁ λόγος δείξει ἀμογητί. Ἐπιτάττει ὁ νόμος ἐν Σαββάτῳ μὴ αἴρειν βάσταγμα, καὶ πῦρ μὴ καίειν, καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ μὴ ἐξέρχεσθαι. Ὁ τοίνυν ἐκλαμβάνων ταῦτα σωματικῶς τῇ τοῦ νόμου κατάρᾳ ὑπόδικος γίνεται. Τὸ γὰρ μὴ κινεῖσθαι ἀπὸ τοῦ τόπου ἀμήχανον· καὶ πᾶν τὸ ἐπαιρόμενον βάσταγμά ἐστι, κἂν ἄρτος ᾖ, κἂν ἱμάτιον. Ἀλλ' ὁ νόμος διὰ τοῦ σαββατισμοῦ τὴν ἐν τῷ κακῷ ἀπραξίαν νομοθετεῖ. Καὶ μήτε τῷ βάρει τῆς ἁμαρτίας καταφορτίζεσθαι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μὴ αἴρειν βάσταγμα· μήτε τῆς ἐν Θεῷ μονῆς ἀφίστασθαι, ὅπερ ἐστὶ τὸ μὴ ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ ἐξέρχεσθαι· μήτε τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς φαύλης ἐπιθυμίας ἀναφλέγειν τὸ πῦρ. Ἀλλὰ καὶ τὸ καταλευσθῆναι τὸν κατὰ τὸ Σάββατον φρυγανιζόμενον, οὕτω προσήκει νοεῖν, ὡς; δεῖ τοὺς; ἀναιρετικοὺς

B

[32] Jerem. xvii, 21; Exod. xxxv, 3; xvi, 29. [33] Galat. iii, 10. [34] Num. xv, 32.

Francisci Scorsi notæ.

C

(5) *Demonstrationem opponit.* Acuta sententia, quam hic magis explano, quod haud sciam an interpretandis verbis eam assequi satis potuerim. Græca sunt, καὶ τῷ θαύματι ἀντεξάγει τῆς ἑαυτοῦ βασκανίας τὴν ἔνδειξιν, quibus verbis hic auctor opponit τῷ θαύματι τὴν ἔνδειξιν perinde ac si diceret : Evidenti Christi miraculo nihil habuit aliud, quod ad illud elevandum oppone ret archisynagogus, nisi demonstrationem invidentiæ suæ, hoc est id argumentum, quo manifeste suam demonstrabat invidiam. Unde subjungit τῷ θαύματι τὴν ἔδειξιν, διαλέληθε δὲ καθ' ἑαυτοῦ κινήσας τὸν ἔλεγχον· non enim animadvertit verbis suis movere contra se reprehensionem, qua Christus eum aperte stultitiæ redarguit : Hypocrita, unusquisque vestrum Sabbato non solvit bovem suum, et asinum, et ducit adaquare?

(6) *Maledicto legis.* Alludit ad locum D. Pauli ad Galat. iii, ubi adversus eos ageus, qui legis operibus confidebant, eos sub maledicto legis esse dicit, eo quod sine Christi gratia legem omnem spiritualiter in plere non possent, atque adeo subjacerent illi maledicto, quod est Deut. xxvii : *Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciant ea.* Eodem igitur sensu et hic, et toto hoc tractu Theophanes intelligendus; arguit enim Judæos quod legem, ac legis observationes exteriore solum cultu et acciperent, et custodirent; peccata vero, quæ cavenda præciperentur, et symbolis illis significarentur, non vitarent. Unde ipse auctor a littera, ad spiritum, ut ipsemet loquitur, auditores manuducit; hoc est observationes legis ad spiritualem transfert intelligentiam, quæ salvo semper litterali sensu, est accipienda.

(7) *Nam nec fieri potest.* Ex eorum opinione deducit contra Judæos argumentum; quod est ad homines, ut dialectici loquuntur, arguere : Si, inquit, ea quæ in lege dicuntur quod ad exteriorem sensum, et religiosius accipitis, quam par est; quippe qui Sabbato curari non posse afflictam mulierem dicitis; sane nec loco moveri paululum, nec panem, nec pallium tollere, quandoquidem aliquod onus est, et onus Sabbato portari prohibetur, licebit. Ex absurdo igitur eos abducit, ut non σωματικῶς, ut auctor infra loquitur, sed ὀρθῶς καὶ πεφροντισμένως verba legis intelligant, hoc est non corporaliter solum, sed recte, et accurate, et cum judicio expendant, spiritualem magis sensum, quam litteralem spectantes. Sed mens Theophanis magis explicatur a S. Cyrillo in lib. *Adversus Judæos* cum elegantissimis quæstionum solutionibus, quæst. 11, quæ ita proponitur : *Qui statuit, ut Sabbato nullum fieret opus, quomodo permittit sacerdotibus ligna secare, et mactare, et carnes dividere, et omnia operari, quæ sunt sacrificii?* Respondet : *Lex quæ lata fuit de Sabbato, ut multa prætermittamus, abduxit quidem ab ea operatione, quæ ad victum pertinet; traduxit autem ad spiritualem, ut illi in Sabbato cessantes ab iis quæ ad victum pertinent, etiam spiritualiter ex parte apprehendant. Res autem spiritualis est et Dei cultus, et circumcisio cum sit divinum signaculum, et ut semel dicam, omnis actio pia et religiosa, quamobrem Christus quoque Sabbato curans ægrotos non solvit legem Sabbati.* Et in Collectaneis cap. 20 : *Porro autem jussit etiam per vocem Jeremiæ prophetæ non tollere onera in die Sabbatorum, neque opus facere, neque proficisci extra Jerusalem. Oportet enim eos, qui sabbatizant spiritualiter non tollere rursus pondera peccati; neque malum opus facere; neque ferri extra sacratissimam piamque, ac religiosam vitæ institutionem. Quod autem malum opus prohibuerit, est perspicuum ex eo quod sacerdotes in Sabbato mactent hostias, et carnes distribuant, et circumcidant, et omnia faciant quæ pertinent ad Dei cultum.* De eo vero, qui ligna die Sabbati collegit, similem tropologiam adducit. Ex quibus vides ut concinat cum Cyrillo Theophanes, in legalium præceptorum tropologia.

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς κακίας λογισμοὺς σφενδονᾷν κατὰ τοῦ συλλέγοντος τῆς ἁμαρτίας τὰ φρύγανα. Ἅπερ ὁ Ἀπόστολος ξύλα, καὶ χόρτον, καὶ καλάμην ὠνόμασεν. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι οὐκ ὀρθῶς, οὐδὲ πεφροντισμένως, ἀλλὰ σωματικῶς σαββατίζοντες, καὶ διὰ τῆς ἀπραξίας τιμῶντες τὸ Σάββατον, τῇ κτίσει λατρεύουσιν, ὡς τούς γε σωματικῶς σαββατίζοντας προφητικὴ ταλανίζει φωνή, « Οὐαὶ, λέγουσα, οἱ ἐφαπτόμενοι Σαββάτων ψευδῶν! » Ὁ γὰρ τοίνυν νόμος καὶ τοῖς Σάββασι διδάσκει μηδὲ τὸν βοῦν, ἢ τὸν ὄνον παριδεῖν ἀτημέλητον, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς οἰκτείρειν κτηνῶν, ὡς τὸ λόγιον· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ βοῶν οὐ μέλει τῷ Θεῷ, ὡς Παύλῳ δοκεῖ τῷ ἀκριβεῖ τοῦ νόμου ἐξηγητῇ,

A quod oporteat rationes, quæ mali enecandi vim habeant, quasi lapides jacere in eum qui arida peccati sarmenta colligit, quæ Apostolus ligna, et fenum, et stipulam appellavit [35]. Judæi vero nec recte, neque accurate, sed corporaliter servantes Sabbatum, et operum vacatione colentes, creaturæ obsequium præstant (8); ita qui Sabbatum exteriore observatione colunt, prophetica vox (9) miseros prædicat : « Væ, inquiens, vobis, qui attingitis Sabbata mendacia [36] ». Lex igitur docet etiam in Sabbatis nec bovem, nec asinum negligenter habendum, sed potius miserandas jumentorum animas (10), ut sacra Eloquia docent [37]. Verumtamen

[35] I Cor. III, 13. [36] Amos VI, 3. [37] Deut. XXII, 3; Prov. XII, 10.

Francisci Scorsi notæ.

(8) *Creaturæ obsequium præstant.* Districte præcepit Deus olim Hebræis observationem Sabbati, eamque in memoriam beneficii creatæ universitatis rerum a qua Deus die septimo cessavit. Itaque per Sabbati custodiam omnis legis observationem præcepit, ut notavit Cornelius a Lapide in comment. ad cap. XVII Jeremiæ; et colligitur ex Isaiæ cap. LVI, v. 2, ubi sic ait Dominus : *Beatus vir, qui facit hoc custodiens Sabbatum, ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum.* Et item ex v. 4. Qui enim Sabbatum custodiebat, hoc ipso tacite profitebatur Deum esse conditorem et gubernatorem cœli et terræ; qui vero contemnebat Sabbatum, videbatur infitiari Deum esse conditorem mundi : sicuti siquis hodie diem Dominicum celebrare recusaret, videretur negare Christum resurrexisse, in cujus memoriam dies ille constitutus est. Cum igitur observatio Sabbati in Dei honorem tota referretur, adeo ut etiam omnem legis custodiam complecteretur: qui Sabbatum exteriore solum cultu observabant, spiritualem vero cultum et abstinentiam a peccatis negligebant, creaturæ potius quam Creatori videbantur exhibere cultum, quasi dies Sabbati per se, et non in honorem Dei esset observandus. Atque hic est sensus Theophanis in hoc loco adversus Judæos loquentis qui Christum insimulabant violationis Sabbati. In eumdemque sensum congruunt cum Theophane S. Cyrillus et S. Maximus, atque alter per alterum hoc modo est explicandus. Primus enim in Collect. cap. 23, ita loquitur : *Non dies volens honorari ab hominibus jussit Deus honorari Sabbata, et dies novæ lunæ, et festorum; non enim permisisset creaturam colere plusquam Creatorem, sed symbolice per hujusmodi dies statuit, ut ipse honoraretur; ipse autem est Sabbatum, id est, requies laborum animæ*, etc. Alter vero Œconom. cent. v, cap. 46 : *Mandavit Deus* in honore haberi Sabbatum, Neomenias et festa, non quod vellet, *honorari dies ab hominibus, nam hac ratione contra legem mandati colere creaturam, plusquam Creatorem præscriberet iis qui natura venerandos esse putant dies, et idcirco adorandos. Verum per dies figurative seipsum honorandum esse declaravit.* Hæc S. Maximus, qui multis etiam aliis capitibus cent. IV et V Œcon. docet in veteri lege esse spiritualem sensum maxime attendendum.

(9) *Prophetica vox.* Locus est ex cap. VI Amos, vers. 3, nam ubi nostra editio habet : *Qui separati estis in diem malum, et appropinquatis solio iniquitatis*, LXX sic, Οἱ ἐρχόμενοι εἰ; ἡμέραν κακὴν, οἱ ἐγγίζοντες, καὶ ἐφαπτόμενοι Σκέβάτων ψευδῶν· *Venientes in diem malum, appropinquantes, et tangentes Sabbata mendacia.* Hanc varietatem notavit Ribera noster; additque oriam ex eo quod שבה pro diversitate punctorum et Sabbatum, et solium signat. Sed apud ipsum male impressa vox שבה pro

B שבת; prima quippe radix, quæ valet mitigare vel compescere nihil ad rem nostram facit : שבת autem significat quidem Sabbatum a radice שבת *quiescere, cessare*, sed non solis punctis differt a שבט quæ vox virgam, et dominium, seu solium signat; sed, ut jam ex Scriptura apparet, una littera, eaque postrema. Censeo igitur D. Hieronymum legisse in suo libro cum *u* eam vocem, atque adeo vertisse *solium;* LXX autem, prout quoque hodie in Hebraica Scriptura habemus cum שבת unde verterunt *Sabbatum.* Cæterum sensus litteralis horum verborum ex nostra editione legi potest apud ipsum Riberam, et Cornelium a Lapide, qui tamen de ea duplici lectione ne verbum quidem; tropologicus vero etiam juxta versionem LXX affertur ab ipso Ribera præclare ut cætera, sed luculenter, et ad mentem nostri Theophanis exprimitur a S. Cyrillo Alex. cujus Exegesim in prophetas minores edidit nuper noster Jacobus Pontanus ex Bavarica, et Vat. Biblioth. a se Latinam factam. Juvat igitur et ad illustrandum simul et prophetæ locum, et locum Theophanis, ipsam interpretationem huc ascribere ex eo opere Cyrilli non satis vulgato, qui sic habet : Ἄλλως τε (χρῆναι γὰρ ὑπολαμβάνω καὶ τῶν ἀναγκαιοτέρων ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν) ψευδῆ σάββατα τὰ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις· ἐπεί ἐστι σκιὰ μὲν ὁ νόμος, καὶ τύπος κατὰ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὰ διὰ Μωσέως. Ὁ δὲ τύπος οὐκ ἀλήθεια, μόρφωσιν δὲ μᾶλλον τῆς ἀληθείας εἰσφέρει. Τοιγάρτοι καὶ Παῦλος ὁ Ἑβραίοις ἐπιστέλλει, καί φησιν περὶ τῶν ἀρχαιοτέρων· ἄρα ἀπολείπεται ὁ Σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ κατέπαυσεν ἐκείνους ὁ Ἰησοῦς, οὔτε μὲν εἰσεληλάκασιν εἰς κατάπαυσιν τοῦ Θεοῦ. Σαββατίζομεν δὲ πνευματικῶς ἡμεῖς ἐν Χριστῷ, καταλύοντες, καὶ ἀποφοιτῶντες μὲν ἁμαρτίας, καταλήγοντες δὲ παντὸς φθαρτοῦ καὶ γηΐνου πράγματος· *Ad hæc (puto enim mihi quippiam eminentius de his dicendum) falsa Sabbata sunt res Judæorum. Siquidem lex et quæ per Moysen facta sunt typus sunt et adumbratio. Typus autem non est veritas, sed figura et simulacrum veritatis potius. Quare et Paulus Hebræis scribit, et de antiquioribus ait :* « *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.* » *Non enim illos requiescere fecit Jesus, nec ingressi sunt in requiem Dei. Sabbatizamus autem spiritualiter nos in Christo omittentes, et deserentes quidem peccata, desinentes autem ab omni corruptibili et negotio terreno.* Quid his illustrius ad mentem nostri auctoris afferri potuit? Vide itidem not. proximam 8.

(10) *Jumentorum animas.* Alludit ad illud Prov. XII, v. 10 : *Novit justus jumentorum suorum animas.* LXX vero sic habent : Οἰκτείρει, δίκαιος ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ· *Justus miseretur animas jumentorum suorum.* Cujus logi vera germanaque sententia illa est, quam tradit D. Chrysostomus hom. 29 *in Epist. ad Rom.* quamque refert, et sequitur Salazar in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quoniam de bobus (11) cura non est Deo, ut Paulo videtur [38], qui legem subtilius interpretari velit, per bovem asinumque solvendum eos oportet intelligat, qui ex Hebræis et gentibus sub servitute erant, quos certo temporum septeno circuitu lex donari libertate (12) jubebat, ut Deuteronomii liber ostendit [39]. Hebræum igitur bovem appellat, ut mundum animal; asino vero gentilem assimilat, ut immundo. Quos oportebat constitutis sabbatismis præsepio, hoc est servitutis vinculis solvere, et libertatis large potum effundere. Jam vero auctorem morbi, quo tenebatur mulier, Satanam dicit : « Hanc enim, inquit, filiam Abrahæ non oportebat solvi vinculo isto die Sabbati. » Cum signate dicat, hoc vinculo, digito propemodum indicat dæmonem, qui eam ligarat; sicuti discipulis ostendit lunaticum illud dæmonium (13) dicens : « Dicetis huic monti, Tollere, et mitte te in mare [40]. » Illud autem in die Sabbati, idem est ac si dicat, Incarnationis meæ tempore, per quam venio ut sabbatismum ac requiem malis passionibus præstem.

« Hæc cum diceret, erubescebant omnes adversarii ejus, » aperte quidem 74 Pharisæi, et Scribæ reprehensi erubescebant. Magis vero etiam adversarii dæmones confundebantur pertimescentes suam ipsorum perniciem mox futuram. Atque hic quidem est exterior sermonis sensus et explicatio. Prorsus autem per spiritualem considerationem ab eo utilitatem excerpere par est.

Igitur Synagoga verissime typus erat illius universæ Synagogæ, ad quam venit Christus in carne : Sabbatum vero eam significat malitiæ cessationem, quam factus homo operatus est. Jam archisynagogus adumbrat sacerdotes omnes, et Scribas, et Pharisæos contra Christum et ejus miracula rabie infrendentes, et eum criminantes quasi profanaret

Α βοῦν καὶ ὄνον λυόμενον προσήκει νοεῖν τοὺς ἐξ Ἑβραίων, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐκδουλεύοντας, οὓς κατά τινα χρόνων ἑβδομαδικὴν περίοδον ἐκέλευσεν ἡ νομοθεσία ἐλευθεροῦν, ὡς ἡ τοῦ Δευτερονομίου βίβλος διέξεισι. Τὸν μὲν οὖν Ἑβραῖον, βοῦν ὀνομάζει, ὡς καθαρόν· ὄνῳ δὲ ἀφομοιοῖ τὸν ἐθνικὸν, ὡς ἀκάθαρτον, οὓς προσήκει ἐν τοῖς ὁρισμένοις σαββατισμοῖς λύειν ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τῆς δουλικῆς φάτνης, καὶ τὸ πόμα τῆς ἐλευθερίας χαρίζεσθαι. Αἰτίαν δὲ τῆς νόσου τῆς γυναικὸς λέγει τὸν Σατανᾶν· « Ταύτην γὰρ, φησὶ, θυγατέρα οὖσαν Ἀβραὰμ, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου. » Ἐν τῷ δεικτικῷ εἰπεῖν τούτου, δακτύλῳ δείκνυσι τρόπον τινὰ τὸν πεδήσαντα δαίμονα, ὥσπερ τοῖς μαθηταῖς ἐδείκνυ τὸ σεληναῖον ἐκεῖνο δαιμόνιον. λέγων· « Ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· Ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν. » Τὸ δὲ, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου, ἐν τῇ ἐμῇ ἐνανθρωπήσει, φησὶ, καθ' ἣν ἥκω σαββατισμὸν τῶν παθῶν ἐργασόμενος.

« Ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι, » φανερῶς οἱ Φαρισαῖοι, καὶ Γραμματεῖς κατῃσχύνοντο ἐλεγχόμενοι, κατῃσχύνοντο δὲ μᾶλλον οἱ ἀντικείμενοι δαίμονες δεδιότες τὴν μικρὸν ὅσον ἐσομένην σφίσιν ἀπώλειαν. Ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ σωματικωτέρα τοῦ λόγου διήγησις· χρὴ δὲ πάντως καὶ τὸ ὠφέλιμον αὐτῆς ἐπιγνῶναι διὰ τῆς ἐν πνεύματι θεωρίας.

Ἡ μὲν οὖν Συναγωγὴ τύπος ἦν, ὡς ἀληθῶς, τῆς ὅλης συναγωγῆς, εἰς ἣν ἐπεδήμησε ὁ κατὰ σάρκα Χριστός. Τὸ δὲ Σάββατον τοῦ τῆς κακίας σαββατισμοῦ, ὃν ἐνανθρωπήσας εἰργάσατο. Ὁ δὲ ἀρχισυνάγωγος τοὺς ἱερεῖς καὶ Γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους ὑπέγραψε, τοὺς κατὰ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐκείνου θαυμάτων λυττήσαντας, καὶ ὡς βεβηλοῦντος τὸ σάββατον, καὶ καταλύ-

[38] 1 Cor. IX, 9. [39] Deut. XV, 1 seqq. [40] Matth. XVII, 19; Marc. I, 23.

Francisci Scorsi notæ.

hunc locum : *Sunt enim sanctorum animæ vehementer mites, et hominum amantes non solum erga suos, sed etiam alienos; ita ut hanc suam mansuetudinem etiam ad animantia bruta extendant : propterea et sapiens quidem dixit : « Justus miseretur animas jumentorum suorum. » Si ergo jumentorum, multo magis hominum.* Hæc Chrysostomus.

(11) *Quoniam de bobus.* Alludit ad locum D. Pauli 1 Cor. cap. IX, ubi agens de mercede non neganda operariis vineæ Domini, et afferens in eam sententiam verba Deut. cap. XXV : *Non alligabis os bovi trituranti*, subjungit : *Nunquid de bobus cura est Deo? an propter nos utique hæc dicit? Nam propter nos scripta sunt.* Quibus verbis docet D. Paulus magis Deo curæ fuisse homines eo præcepto instruere, quam boves alendos præcipere : atque adeo moralem sensum eorum verborum spectandum magis, quam litteralem, utpote magis a Deo intentum. Neque igitur D. Paulus providentiam Dei circa boves negat, neque ipsam litteralem, ac primam præcepti vim de non alligando ore bovi trituranti, ut refici posset ex iis in quibus laborat. Hoc eodem Theophanes sensu hic intelligendus est, quo hactenus explicatus a nobis, et ab omnibus communiter D. Paulus.

(12) *Lex donari libertate.* Ex Deut. cap. XV : *Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, et sex annis servierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum.* Quem locum sic allegorice explicat sanctus Cyrillus in *Collect.* cap. 20 : *Nam quoniam septimum quidem est Sabbatum, et ultimum totius hebdomadis; in ultimis autem diebus Redemptor homo factus est, tunc nos emisit per fidem in ipsum, et filiorum adoptionem, quæ fit per sanctum baptismum, liberos a servitute peccati, qui eramus ei venundati.* Ita Cyrillus. Noster autem Theophanes eamdem allegoriam agnoscit in hoc loco Deuteronomii : ex quo allegoriam illam alteram confirmat de bove et asino solvendis die Sabbati, quorum alterum gentilem, alterum Hebræum populum esse symbolice dicit; quod quidem in asino et bove recte habet. Advertendum tamen est in illo Deuteronomii loco nullam gentilis servi fieri mentionem; sed cum Theophanes allegoriam illius loci spectaret, cum Hebræo servo etiam gentilem, non quidem in littera, sed in allegoria comprehendit. Nam sane quoad sensum hunc allegoricum non minus gentilis, quam Hebræus libertate per Christum donatus est, ut ait sanctus Paulus ad Galat. IV : *Qua libertate Christus nos liberavit.*

(13) *Lunaticum illud dæmonium.* Vide dicenda homil. 23, ubi de hoc agitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ντος τὸν νόμον τοῦτον κατηγορήσαντας. Ἡ δὲ κατὰ πάροδον γενομένη τῆς συγκυπτούσης θεραπεία τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας τὴν σωτηρίαν εἰκόνιζεν ἀνορθωθείσης ἐκ τῆς πρὸς τὰ εἴδωλα καταπτώσεως. Ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς ἀσθενείας χρόνος ἀριδήλως δείκνυσι, περὶ ἃ ἠσθένει τὰ ἔθνη πρὸ τῆς παρουσίας Χριστοῦ. Ὁ γὰρ ὀκτὼ καὶ δέκατος ἀριθμὸς, πράξεως καὶ θεωρίας ἐστὶ σύμβολον· ἡ μὲν γὰρ δεκὰς τὰς ἐντολὰς σημαίνει τὰς πρακτικάς· ἡ δὲ ὀγδοὰς τῆς πανσόφου θεολογίας ἐστὶν εἰκών. Ἀμφοτέρωθεν οὖν τὰ ἔθνη ἐχώλευε· κατὰ μὲν τὸ σέβας, ἀθεΐαν καὶ πολυθεΐαν νοσήσαντα· κατὰ δὲ τὴν πρᾶξιν, τἀναντία τῆς ἐπαινουμένης δεκάδος διαπραττόμενα. Καὶ οὕτω κεκυφότα ἦσαν ἐν τῇ γῇ χοιρηδὸν ὕλῃ ἐμπεπαρμένα χαμαιζήλων κακῶν, καὶ πρὸς τὸ κτηνῶδες καὶ ταπεινὸν ἐπικύπτοντα. Ἀλλ' ἦλθε Θεὸς οἰκείοις σπλάγχνοις ἐπικαμφθείς, καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ μείνας Θεὸς, λύει τὰ ἔθνη τῶν τῆς ἀσεβείας δεσμῶν, καὶ ἀνορθοῖ πρὸς τὴν θείαν ἐπίγνωσιν. Καὶ τοῦτο ἡ πνευματοκιθάρα προὔψαλλεν· « Κύριος ἀνορθοῖ κατερραγμένους· Κύριος λύει πεπεδημένους. » Τῷ δὲ λόγῳ καὶ ἁφῇ θεραπευθῆναι τὴν πάσχουσαν, δηλωτικὸν ἦν τῶν ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεων. Εἰ δὲ καὶ βασκαίνει τῇ θεραπευθείσῃ ὁ ἀρχισυνάγωγος, καὶ τοῦτο τῇ θεωρίᾳ ἀκόλουθον. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι τῶν ἐκ Θεοῦ δοθέντων τοῖς ἔθνεσιν τὴν ἀφθονίαν τῶν ἀγαθῶν ὁρῶντες βασκαίνουσι, καὶ τοῦτο προλέγει διὰ Μωσέως ὁ Θεός· « Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ. » Ἀνανήψωμεν οὖν, καὶ ἡμεῖς τῆς πρὸς τὰ γήϊνα καταπτώσεως. Ἐπάρωμεν εἰς οὐρανοὺς τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν, γενώμεθα ἐν αἰσθήσει τοῦ πρέποντος· ἀποσεισώμεθα τὴν ἀχλὺν τὴν ἐπισκοτοῦσαν ἡμῶν τὸ ἡγεμονικόν· ἕως πότε πρὸς ἔρεις, καὶ μάχας, καὶ ψευδορκίας σχολάσομεν; Ἐμὲ γοῦν φρίκη καὶ δέος αἱρεῖ διὰ τοὺς συνεχεῖς ὅρκους τοὺς γενομένους εἰς τὰ κριτήρια· καὶ ὅπως πρόκειται τὸ πάσης αἰδοῦς ἄξιον Εὐαγγέλιον ἐν τῇ τῶν λοιμῶν καθέδρᾳ περιφρονούμενον· τὸ μὲν γὰρ παραινεῖ μὴ ὀμνύειν ὅλως, οἱ δὲ ἅρπαγες σύνεργον αὐτὸ τῆς πλεονεξίας λαμβάνουσιν· οὕτω καὶ τῶν ἁπίστων

A Sabbatum legemque dissolveret. Quæ autem obiter inclinatæ mulieri reddita valetudo est, salutem Ecclesiæ gentium signat, quæ erecta est, cum fuisset antea in idolorum adoratione curvata. Tempus vero infirmitatis aperte demonstrat, quibus morbis ante adventum Christi gentes ægrotaverint. Numerus quippe octonarius actionis et contemplationis symbolum est: decas enim practica præcepta signat; octonarium vero (14) perfectæ Dei cognitionis significatio est. Gentes igitur utrinque claudicabant. Quod enim ad religionem attinet, atheismi et idololatriæ morbo laborabant; quod vero ad actionem, contraria his quæ laudata decas præcipit, faciebant. Atque ita veluti sues in terram pronæ, addictæ

B afflixæque erant terrenorum vitiorum cœno, et ad abjectissima quæque et pecudum propria incurvatæ. Sed venit Deus suis erga nos visceribus inclinatus, et factus homo, ac manens Deus vinculis impietatis gentes exsolvit, et erigit ad Dei cognitionem: idque cithara a Spiritu sancto pulsa præcinuit: « Dominus solvit compeditos: Dominus erigit elisos [40]. » Quod vero et verbo, et tactu ægrota curata sit, duas in Christo naturas significavit. Quod si etiam restitutam illi valetudinem archisynagogus invidit, nostræ etiam consequens est allegoriæ. Judæi enim videntes bonorum copiam, quæ large a Deo (15) gentibus donabantur, invidebant: idque per Mosem prædixit Deus: « Ipsi me irritaverunt in eo, qui non erat deus, et ego in

C gente stulta irritabo illos [41]. » Resipiscamus igitur **75** et nos, nec ad terrena propensi simus: sustollamus in cœlum oculos, et sensum aliquem honesti percipiamus; excutiamus caliginem, quæ principem animi partem obscurat: quousque tandem ad contentiones, et rixas, et perjuria incumbemus? Me quidem horror et tremor invadit considerantem, quam crebra in tribunalibus juramenta fiant: et quo pacto Evangelium omni veneratione dignum in pestilentiæ cathedra parvipendatur. Hoc enim præcipit (16) non jurare omnino: at vero

[40] Psal. CXLV, 8. [41] Deut. XXXII, 21.

Francisci Scorsi notæ.

(14) *Octonarium vero.* In numero annorum, quos inclinata mulier jam laborabat, mysterium agnoscunt multi ex Patribus tum Græcis, tum Latinis, quos refert hoc loco Maldonatus noster: atque in denario quidem Decalogi signante præcepta conveniunt omnes. Sed octonarium illi beatæ vitæ futuræ symbolum faciunt; noster perfectissimæ theologiæ, seu cognitionis Dei, qua carebant gentes, per infirmam mulierem adumbratæ: atque adeo utrinque ægrotabant tum in actione virtutum, tum in Dei contemplatione: sed enim de octonario numero, quod perfectionis symbolum sit, vide disputatum apud Petrum Bongum lib. 1 *De mysteriis numer.*, ubi etiam profert adagium antiquitus usurpatum, cum nihil alicui rei deesse significatur ἅπαντα ὀκτώ omnia octo; quod a Stesichori poetæ insignis Lyrici Siciliæ nostræ sepulcro desumptum erat; quod sane ex octonis omnibus columnis, gradibus, angulis Catanæ exstructum diu exstitit; nunc autem vix aliquod ejus vestigium, locus tantum signatus est mihi, cum Catanæ fui, ubi esse tradebatur. Sed fuit Stesichorus Himerensis, quamvis

D Catanæ sepultus; de quo vide epistolam Phalaris Agrigentini tyranni. In hunc numerum conjicio etiam variam lectionem, quam sero reperi in Vat. cod. cujusque obscurum vestigium exstat in Gall.; hic enim legitur, ἀμφοτέρωις οὖν ἰγνύαις, perperam plane; ac recte in Vat. ἀμφοτέραις οὖν ταῖς ἰγνύαις τὰ ἔθνη ἐχώλευσε· *Utroque igitur poplite gentes claudicabant.* Quod eodem recidit, atque ea quæ in Pan. est lectio; quam jam descriptam mutare nolui, ne numeros permutarem; et sane sensus idem et integer utrobique.

(15) *Quæ large a Deo.* Τῶν ἐκ Θεοῦ δοθέντων τοῖς ἔθνεσι. Hæc verba apprime necessaria ad sententiam, et allegoriam desunt in uno cod. leguntur in duobus Vat. et Gall.

16) *Hoc enim præcipit.* Præcisa hoc loco sunt in cod. P. multa, quæ gravem et elegantem sententiam auctoris continent, verba nimirum, καὶ τὸ μὲν παραινεῖ usque ad πλεονεξίας λαμβάνουσι, sed inserui auctoritate cod. V. et G.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illud adjumentum suæ avaritiæ fures assumunt. Ita multo deteriores sunt gentibus fidei expertibus. Clinias quidam (17) Græcus homo trium talentorum damnum ferre quam jurare maluit, et talenta dedit accusatori, nec juravit ; quodque majus est, cum non esset pejeraturus. Annon igitur summus gentilibus nequiores ? Cum quis adversarius tuus te jurare compellit, et ponit ante te venerandum Evangelii librum, omisso juramento librum ipsum aperi, et lege quid jubeat Dominus : « Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est; neque per Hierosolymam, quia civitas est magni regis ; neque per caput tuum juraveris, neque enim potes unum capillum album facere aut nigrum [42-44], » perhorresce verbum, pertimesce mandatum. Penetra subtiliter Evangelii scopum, non enim simpliciter (18) jurare per cœlum vetat : neque hanc Hierosolymam dicit, quam multi sæpe Persarum, et Medorum, et Romanorum exercitus oppugnarunt; sed cœlum quidem vocat intelligibilem Cherubicum thronum suum ; Hierosolymam vero supernam Dei metropolim, de qua gloriosa dicta sunt, ut Propheta loquitur [45] ; caput vero, per quod jurare prohibet, non aliud omnino convenit intelligere, quam caput omnium nostrum, hæc ipsa præcipientem Christum. Hujusce quippe capitis capilli neque albescunt, neque nigrescunt. Invariabilis enim est divina natura, neque nigrescens, neque senescens. Sit igitur sermo noster Est, est, Non, non [46]. At non credit, inquit, qui mecum contendit per solum, Est, mea dicta confirmanti, sed recogita (19) quam grave sit præ-

ἐθνῶν εἰσιν ἀθλιώτεροι. Κλεινίας τις, Ἕλλην ἀνὴρ, προέκρινε ζημίαν ὑποστῆναι ταλάντων τριῶν, ἢ ὀμόσαι. Καὶ δέδωκε τῷ κατηγόρῳ τάλαντα, καὶ οὐκ ὤμοσε· καὶ ταῦτα μὴ μέλλων ἐπιορκεῖν. Ἆρα οὖν οὐκ ἐσμὲν καὶ τῶν Ἑλλήνων αὐτῶν ἀθλιώτεροι ; Ὁπηνίκα τις ἀντίδικος ὢν ἐνορκῶσαί σε βούλεται, καί σοι τίθησιν ἔμπροσθεν τὴν σεβασμίαν τῶν Εὐαγγελίων πυκτίδα, ἄφελ; ὀμνύειν, ἀνάπτυξον ταύτην, ἀνάγνωθι τί ὁ Δεσπότης διακελεύεται· « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, μήτε ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως, μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν, ἢ μέλαιναν ποιῆσαι· » φρίξον τὸ ῥῆμα, φοβήθητι τὸ παράγγελμα. Εἴσιθι πρὸς τὸν ἀκριβῆ τοῦ Εὐαγγελίου σκοπόν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ποιεῖται τὸν οὐρανὸν ἀπόμοτον· οὐδὲ ταύτην λέγει τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἣν πολλὰ πολλάκις στρατόπεδα Περσῶν, καὶ Μήδων, καὶ Ῥωμαίων ἐδήωσαν, ἀλλ' οὐρανὸν μὲν τὸν νοερὸν αὐτοῦ τὸν Χερουβικὸν θρόνον καλεῖ, Ἱερουσαλὴμ δὲ τὴν ἄνω τοῦ Θεοῦ μητρόπολιν, περὶ ἧς δεδοξασμένα ἐλαλήθη, ὡς ὁ Προφήτης φησί. Κεφαλὴν δὲ, ἣν ὀμνύειν ἀπείπατο, οὐκ ἄλλην πάντως προσήκει νοεῖν, ἢ τὴν πάντων ἡμῶν κεφαλὴν τὸν ταῦτα νομοθετοῦντα Χριστόν. Ταύτης γὰρ τῆς κεφαλῆς αἱ τρίχες οὔτε μελαίνονται οὔτε λευκαίνονται. Ἀναλλοίωτος γὰρ ἡ θεία φύσις, μήτε μελαινομένη μήτε γηράσκουσα. « Ἔστω δὲ ὑμῖν λόγος, φησὶ, τὸ, Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ, Οὒ, οὔ. » Ἀλλ' οὐ πιστεύει μοι, φησὶν, ὁ ἀντιμαχόμενός μοι, βεβαιουμένῳ τοῦτον διὰ μόνου τοῦ Ναί· ἀλλ' ἐννόησον ὅσον τὸ παραβῆναι τὴν ἐντολὴν, κἂν πάντα προῇς τὰ χρήματα, ἑκατονταπλασίονα ἀπο-

[42-44] Matth. v, 34, 35. [45] Psal. LXXXVI, 3. [46] Jac. v, 12.

Francisci Scorsi notæ.

(17) *Clinias quidam.* Hoc exemplum Cliniæ desumpsit fortasse Theophanes ex S. Basilio hom. *De legendis gentilium libris;* unde autem Basilius nondum habeo compertum : *Illud quoque*, inquit Basilius, *Cliniæ unius ex secta Pythagoreu difficile est credere, quod casu, non de industria nostros imitatur. Nam illi, dum per jurameutum multam trium talentorum vitare liceret, injuriam pati maluit, quam jurare; idque cum non esset falso juraturus. Atque ita jam tum quasi illud de juramento nobis interdicto præceptum audivisse videtur.* Hæc Basilius. De hoc Clinia Pythag. mentionem Plutarchus facit lib. III *Symp.* quæst. 6.

(18) *Non enim simpliciter.* Cum dicat Theophanes, Οὐ γὰρ ἁπλῶς ποιεῖται τὸν οὐρανὸν ἀπώμοτον· *Non simpliciter jurare per cœlum vetat*, non negat per cœlum etiam, et alias creaturas, quatenus ad Deum referuntur, jurari non oportere ; nam hæc est irreverentiæ culpa, et hic sensus est planus, et litteralis verborum Evangelii ; sed hoc dicit non esse uno modo hæc verba intelligenda (id enim significat οὐχ ἁπλῶς et verbum Latinum, non simpliciter), eumdem sensum reddit, ut notavi ad Quint. lib. IV *Inst. orat.* cap. 2. Non evertit igitur sensum litteralem hic auctor, sed transfert verba Evangelii more suo ad anagogicum sensum. Quod ideo inter concionandum facit, ut populum absterreat a jurando falso per Christum et ejus Evangelium, qui est scopus hujus postremæ partis, et παρασκεύασεως hujus homiliæ. Quod magis explicatur not. proxima.

(19) *Sed recogita.* Hic locus, in exemplari Pan. et truncus et imperfectus, redintegratus est a me ex uno exemplari Vat., et partim etiam ex Gallic. ab illis verbis, Ὁ ἀντιμαχόμενός μοι, usque ad ἀπολαύσῃς· hæc enim deerant omnia. Quod ad sententiam attinet, ne quis hic erret existimans in errorem Theophanem lapsum, cum hoc loco dicat, non jurandum etiam in forensi lite, cum ad veritatem confirmandam juramentum licite adhibetur ; animadverto non alio modo intelligendum hunc locum, ac verba Christi accipienda sunt, cum ait non jurandum omnino, et sermonem nostrum non ultra hæc monosyllaba, *est est, non non*, esse producendum. Atque hæc cautio et responsio multorum etiam sanctorum dictis est adhibenda, qui ita videntur loqui, ut negent Christiano homini jurejurando uti licere. Ilos commemorant Maldonatus, et Cornelius in hunc locum, Hilarium, Ambrosium, Basilium, Origenem, Epiphanium, Athanasium, Chrysostomum, Hieronymum, Euthymium, Theophylactum. Quia enim ipsi videbant homines crebro jurare falsum, vel iniquum, et injustum, aut sæpenumero leviter, inaniter, aut temerarie, hinc ob periculum perjurii, vel inaniter jurandi, vetabant et dissuadebant Christianis juramentum, ut illo abstinerent quantum possent. Id patet legenti homilias Chrysostomi ad populum Antiochenum, cujus zelum hic noster imitari videtur; ille enim frequenter, et assidue, et acriter insectatur consuetudinem populi in temere jurando, quæ tunc Antiochiæ vigebat, ac mirantibus id respondet : *Dico, et repeto quod soleo, quia vos dicitis, et repetitis quod soletis;* asseritque se ab hac repetitione non

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λαύσῃς. Ἀλλὰ μηδὲ τοῦτο ἐννοήσῃς ἁπλῶς, ἀλλὰ A ἴσθι, ὡς διὰ τοῦ διπλοῦ τούτου ναὶ, ἡ ὀρθὴ πίστις ἡμῶν, καὶ ὁ βίος ἐνδείκνυται. Ἂν γὰρ ἡ πίστις τοῖς δόγμασιν ἐν εἰλικρινείᾳ φυλάττοιτο, πάσης δὲ ἀδικίας καὶ βδελυρίας καθαρεύει ὁ βίος ἡμῶν, τότε κατορθοῦται ἡμῖν τὸ εὐαγγελικόν, Ναὶ, ναὶ, καὶ οὕτως ἐπαινεθήσεται ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ. Ἂν οὕτω παιδαγωγήσωμεν ἑαυτοὺς τῷ τῆς ἀληθείας ἅλατι τὸν λόγον ἀρτύοντες, οὐ δεησώμεθα ὅρκου πρὸς τὸ πιστεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος ἡμῶν τοῖς λόγοις συμφθέγγοιτο, καὶ ὁ Δεσπότης ἡμῶν καὶ Κύριος δι' ἡμᾶς δοξασθήσεται, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα τιμὴ, καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ceptum transgredi, et ut jactura pecuniæ faciendæ sit, centeno tamen fœnore eam lucraberis **76** adanctam. Verum neque hoc uno modo intelligas : sed scias per geminatum hoc, *est*, rectam fidem vitamque nostram significari. Si enim in dogmatis fides sincere custodiatur, ab omni vero injustitia et improbitate pura sit vita nostra, tunc bene nobis succedet evangelicum est (20), est; atque ita laudabitur, qui jurat in eo. Si hoc modo assuescemus orationem nostram veritatis sale condire, ad conciliandam nobis fidem jurejurando non indigebimus : sed fiet, ut et vita nostra consonet dictis, et Dominus noster per nos gloria afficiatur. Ipsi enim omnis honor et gloria debetur in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ'.

Περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ δείπνου.

Μυστικὸν ἡμῖν δεῖπνον ἡ θεόλεκτος τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴ προτίθησι σήμερον οὐ σωματικῆς τροφῆς αἴτιον, ἀλλὰ ψυχικῆς ἀπολαύσεως πρόξενον Ἑαυτοὺς οὖν, ἀγαπητοὶ, πρὸς τὴν ἑστίασιν ἑτοιμάσωμεν κατέδοντες ἁρπαλέως τὰ νοήματα, ὡς ἐδέσματα· ἵν' ἀπέλθωμεν ἕκαστος κορεσθέντες τῆς οὐρανίου τροφῆς, τῆς μὴ βαρυνούσης κόρῳ τὸ σῶμα, ἀλλ' ἐλαφρυνούσης τοῦ νοῦ τὸ πτερὸν πρὸς τὴν ἄνω φορὰν, καὶ ἀπὸ τῶν γηΐνων, καὶ χαμερπῶν ἀναγούσης πρὸς τὰ οὐράνια. Μὴ τοὺς τὸν δεῖπνον παραιτησαμένους ἄφρονι λογισμῷ μιμησώμεθα, ἐπίσκεψιν ἀγρῶν, καὶ γεηπονίαν, καὶ γάμον τῆς δεσποτικῆς κλήσεως προτιμήσαντες, ἀλλ' ἄξιοι τοῦ ἑστιάτορος δαιτυμόνες γενώμεθα, καθαρὰν τὴν διάνοιαν ἐν τῇ ἀκροάσει τῶν παραβολικῶν λόγων φέροντες, οὓς ὀλ ταῖς θεοφιλέσιν ὑμῶν ἀκοαῖς ἐπεξηγησώμεθα.

« Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγαν, καὶ ἐκάλεσε πολλούς. » Τῆς παρούσης παραβολῆς ὁ μέγας Ματθαῖος ἐπιμνησθεὶς οὐ δεῖπνον, ἀλλὰ γάμον φησὶν, οὕτως

HOMILIA XIII.

De parabola cœnæ.

Mysticam nobis cœnam divinus Evangelii sermo hodierna luce proponit non effectricem alimenti corporei, sed spiritualis delectationis conciliatricem. Nosmet igitur, charissimi, ad epulum præparemus sumpturi avidissime sensa, quasi fercula : ut hinc discedamus omnes saturi dape cœlesti, quæ corpus saltetate non gravat, sed alas elevat mentis, ut in sublime feratur, et a terrenis et imis evehit ad cœlestia. Ne imitemur eos qui per mentis insipientiam cœnam recusavere : ne villæ inspiciendæ studium, vel agri colendi, vel ducendæ uxoris, divinæ vocationi anteponamus. Demus operam, ut tali convivatore digni convivæ simus, et mentem ad sermones parabolicos audiendos puram afferamus, quos vobis Dei amantibus auditoribus explicabimus [37].

« Dixit Dominus parabolam hanc : Homo quidam fecit cœnam magnam et vocavit multos. » Hujusce parabolæ mentionem faciens magnus evangelista Matthæus, non cœnam, sed nuptias vocat : « Simile factum est, inquit, regnum cœlorum homini regi,

[37] Luc. XIV, 16 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

destiturum, donec ipsi a jurando desistant : duro enim nodo durus adhibendus est cuneus, isque continuus. Ita Cornelius. Atque hoc idem spectare Theophanem nostrum in hac postrema homiliæ parte, quæ digressionem de vitandis juramentis continet, censendum est. Quod facile constabit, si ea, quæ paulo ante hunc locum, quem notamus, verba præcesserunt, quis adverterit, et præsertim cum ait, fures Evangelium avaritiæ suæ adjutorem facere : et homiliam postremam *De siccitatis plaga*, ubi eam ex abusu jurandi immissam a Deo monet; et revocat in memoriam ea quæ hac homilia, et aliis fortasse quæ non exstant, sæpius inculcarit de fugiendis juramentis. Cæterum juramentum adhibere, quod est contestari primam veritatem ad confirmandum verum dictum, cum necessitas exigit et licet, et actus est pertinens ad virtutem religionis. Quod ex perpetuo sensu, et usu, et praxi Ecclesiæ, et ipsa ratione colligitur. Conducit vero etiam maxime tum ad hunc locum, tum ad alios similes excusandos adnotatio Sixti Senensis *Biblioth. sanctæ* lib. VI, anno. 151, ubi ait : *Patrum qui concionabantur, non sunt verba semper eo rigore accipienda, quo primum ad aures auditorum perveniunt. Multa enim declamatores per hyperbolem crebro enuntiant, et inculcant, vel occasione locorum, temporum, ac personarum, vel affectuum impetu, et orationis cursu rapti.* Hæc ille.

(20) *Evangelicum Est, est.* In hac morali interpretatione consonat Hilarius, cujus hæc verba : *In fidei simplicitate viventibus jurare opus non est, cum quibus semper quod est, est; quod non, non; et eorum et opus, et sermo omnis in vero est.* Et Rab. apud S. Thomam in Caten. : *Sive ideo dicitur bis Est est, Non non, ut quod ore affirmes, operibus probes; et quod verbis negas, factis non confirmes.* Et S. Maximus, *Œcon.* cent. IV : *Laudabitur enim omnis, qui jurat in eo, hoc est omnis qui cum po lic us sit se victurum vitam Deo gratam, complet etiam in veritate per opera justitiæ sacramenta pollicitationis honesta.* Facit ad hanc rem morum insigne exemplum Xenocratis philosophi, quod uti corollarium his notis addam; et quidem erit in re dispari par exemplo, quod auctor ex Clinia philosopho altero adduxit. Ille igitur cum ad aras ut tactis sacris prout moris erat, ad jurandum accederet, a judicibus prohibitus est; illi enim injurato magis quam cæteris juratis credere se dixerunt. Tanti momenti est ad fidem dictis conciliandam honesta vita.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qui fecit nuptias filio suo [38]. » Nihil vero est, quod hæsitent auditorum mentes hoc loco, nisi si aliqui forte cavillatores et contentiosos esse se velint. Non enim a seipsis duo evangelistæ discordant, quamvis hoc videatur; sed maxime 77 concinunt. Rem enim eamdem et nuptias, et cœnam Evangelium vocat, quippe cum Incarnationis unigeniti Filii Dei mysterium utrumque significet. Hic etenim ad intelligibilium nuptiarum conjunctionem duxit Ecclesiam, quam in canticis Salomon, et David in Psalmis sermone conciliant et adornant (21). Hic quidem sponsam adhortans, ut prioris populi, et falsi parentis obliviscatur, et regi ac sponso adhæreat : « Audi, inquit, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum [39]. » Ecclesia quippe ex gentibus congregata cultorem impietatis populum, et adulterinum parentem, diabolum, inquam, oblita, aures ad audiendam Christi vocem applicuit. Sponsa vero Canticorum ad spirituales has nuptias advocans animas Christo credentes : « Egredimini, ait, filiæ Jerusalem, et intuemini in regem Salomonem in corona qua coronavit eum mater ejus, in die sponsalium ejus [40]. » Et quidem per Salomonem indicat eum, qui ex Salomone duxit originem; per matrem vero naturam Dei et Patris, omnium, quæ sunt, rerum causam. Qui sane quandoquidem naturaliter neque mas est, neque femina, merito et Pater, et Mater appellari potest, natura quidem Filii, gratia vero etiam nostrum. Has itidem nuptias Salvator innuens adhortatur ut præcinctos habeamus lumbos, et similes simus hominibus exspectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis [41]. Per hæc enim verba significat præcingendos nobis lumbos temperantiæ zona, et vitam nostram lucerna conscientiæ illustrandam; similesque nos angelis sanctis (22) esse debere, qui pro cœli foribus considentes, Domini e terris reditum præstolabantur, cum scilicet reversurus esset, ut postquam sibi nos per baptismum desponsasset, in cœlestem thalamum introduceret. Per has nuptias Paulus ille Paranymphus discipulos suos Christo

εἰπών· « Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ. » Δισταζέτω δὲ μηδὲν ἐντεῦθεν ὁ τῶν ἀκροατῶν λογισμός, εἰ μή τινες εἶεν φιλοκέρτομοι καὶ μεμψίμοιροι. Οὐ γὰρ ἀλλήλοιν τὼ Εὐαγγελιστὰ διαπεφωνήκατον, κἂν τοῦτο δοκῇ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνάδετον. Τὸν αὐτὸν γὰρ καὶ γάμον καὶ δεῖπνον ὀνομάζει τὸ Εὐαγγέλιον, ἀμφοτέρων δηλούντων τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς τὸ μυστήριον, ἐπειδὴ πρὸς τὴν τοῦ νοητοῦ γάμου συνάφειαν τὴν Ἐκκλησίαν ἠγάγετο, ἣν Σολομὼν ἐν τοῖς Ἄσμασι, καὶ Δαβὶδ ἐν Ψαλμοῖς νυμφοστολοῦσι τοῖς λόγοις. Ὁ μὲν προτρέπων τὴν νύμφην ἐπιλαθέσθαι τοῦ προτέρου λαοῦ, καὶ τοῦ ψευδωνύμου πατρὸς, καὶ τῷ βασιλεῖ, καὶ νυμφίῳ ἐξέρχεσθαι· « Ἄκουσον γάρ, φησὶ, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. » Ἐπιλαθομένη γὰρ ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία τοῦ τῆς ἀσεβείας λαοῦ, καὶ τοῦ νόθου πατρὸς, τοῦ διαβόλου φημὶ, ἔκλινε τὸ οὖς εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. Ἡ δ' ἐν τῷ Ἄσματι νύμφη πρὸς τὸν νοητὸν τοῦτον γάμον καλοῦσα τὰς πιστευσάσας ψυχάς· « Ἐξέλθετε, φησὶ, καὶ ἴδετε, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν τῷ βασιλεῖ Σολομῶντι, καὶ ἐν τῷ στεφάνῳ, ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ, » διὰ μὲν τοῦ Σολομῶντος τὸν ἐκ τοῦ Σολομῶντος μηνύουσα, διὰ δὲ τῆς μητρὸς τὴν ὄντων αἰτίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ὃς ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν οὔτ' ἄρρεν οὔτε θῆλύ ἐστι, λέγοιτ' ἂν εἰκότως καὶ Πατὴρ, καὶ Μήτηρ· φύσει μὲν τοῦ Υἱοῦ, χάριτι δὲ καὶ ἡμῶν. Τοῦτον τὸν γάμον αἰνιττόμενος ὁ Σωτὴρ, προτρέπει τὰς ὀσφύας ἔχειν ἡμᾶς διεζωσμένας, καὶ τοὺς λύχνους καιομένους, καὶ ὁμοίους εἶναι ἀνθρώποις ἐκδεχομένοις πότε ὁ Κύριος αὐτῶν ἀναλύσει ἐκ τοῦ γάμου. Διὰ τούτων γὰρ βούλεται ἡμᾶς ἐζωσμένην ἔχειν τὴν ὀσφὺν τῇ ζώνῃ τῆς σωφροσύνης, καιομένου τοῦ λύχνου τοῦ συνειδότος τὸν ἡμέτερον βίον φωτίζοντος· ὁμοιοῦσθαί τε τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, οἳ ταῖς οὐρανίαις ἐφεζόμενοι πύλαις, ἀπεκδέχοντο τὴν τοῦ Κυρίου ἀπὸ γῆς ἀναφοίτησιν, πότε ὑπονοστήσει διὰ τοῦ βαπτίσματος ἡμᾶς ἁρμοσάμενος,

[38] Matth. xxii, 2. [39] Psal xliv, 11. [40] Cant. iii, 11. [41] Luc. xii, 1 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(21) *Conciliant et adornant.* Τὸ νυμφοστολῆσαι quo verbo hic usus Cerameus, exponit Suidas νύμφην κοσμῆσαι, unde est νυμφοστοληθεῖσα nova sponsa quæ ornata ad sponsum ducenda est. Gregorius Nazianz. Ἐγὼ τούτου γάμου συναρμοστὴς, ἐγὼ νυμφοστόλος, *Ego auspex nuptiarum, instructor, et exornator.* Porro νυμφοστόλος, idem ac νυμφαγωγός qui et νυμφευτής ab Hesychio eodemque Suida explicatur, parumque discrepat ab his παράνυμφος qui apud sponsum sive eadem vehicula cum sponso sponsam adducente considet; *pronubum* etiam Latini dicunt. Quas appellationes et hic et infra videas attributa Davidi, Salomoni, D. Paulo, ubi de Ecclesia Christi Sponsa sermo est; eademque est in omnibus ratio. Nam S. Paulus crebro a SS. Patribus sponsor ac paranymphus sponsæ dicitur per allusionem ad illa ipsius verba cap. ix : *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Et cap. vii epist. i, ubi Virginem adhortatur et instruit. S. Ephrem Syrus Encomio in omnes SS. martyres : *Hujus vero sponsor ac paranymphus divinus Paulus sapiens architectus, etc.* Porro quia et David Psal. xliv. et Salomon Cant. iii, de sponsa sive ad sponsam Christi Ecclesiam verba faciunt, merito ab hoc Patre etiam νυμφοστόλοι dicuntur.

(22) *Angelis sanctis.* Utitur Theophanes hic obiter explicatione Gregorii Nysseni, quam ad illum locum Lucæ xii affert et refert S. Thomas in *Cat. aurea*, his verbis : *Consummatis nuptiis et desponsata sibi Ecclesia et admissa ea in thalamum secretorum, præstolabantur angeli reditum Regis ad naturalem beatitudinem quibus similem fieri docet nostram vitam; ut sicut illi sine malitia conversantes parati fuerunt Dominum regressum recipere; sic et nos vigilantes ad obedientiam promptos nos faciamus cum advenerit pulsans.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ εἰς τὸν οὐράνιον νυμφῶνα εἰσοικισάμενος. Τούτῳ τῷ γάμῳ Παῦλος ὁ νυμφαγωγὸς συνάπτων τοὺς μαθητὰς ἔλεγεν· « Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. » Νυμφίον δὲ τὸν Δεσπότην Χριστὸν καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας κήρυξ ὠνόμασεν· « Ὁ ἔχων γάρ, φησί, τὴν νύμφην νυμφίος ἐστίν, ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου χαρᾷ χαίρει ἀκούων τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου. » Ὁρᾷς ὡς ὁ γάμος ἐστὶν ἡ πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου οἰκονομία, καὶ ἄῤῥητος κένωσις; Γάμος δὲ λέγεται διὰ τὸν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ πόθον, καὶ διὰ τὴν ἁρμονίαν καὶ συνάφειαν. Δεῖπνος δὲ ὁ αὐτὸς, ὅτι ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων ἐγένετο, ὥσπερ ὁ δεῖπνος ἐπὶ τέλει τῆς ἡμέρας προτίθεται· « Ὅτε γὰρ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ. » Ἐν ἑσπέρᾳ δὲ καὶ τὸν μυστικὸν δεῖπνον ἑτοιμάσας ὁ Κύριος, ἐδίδου εἰς βρῶσιν ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς. Καὶ τοῦτο Μωϋσῆς αἰνιττόμενος ἐν ἑσπέρᾳ, καὶ ὑπὸ λύχνοις ἐσθίειν τὸ Πάσχα προσέταξεν. Ἐν ἑσπέρᾳ γὰρ καὶ ὁ ὑπὲρ ἡμῶν τυθεὶς τοῖς Χριστῷ κλῆσις ὠνόμασται.

A concilians dicebat : « Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo [43]. » Sponsum vero Dominum magnus etiam ille præco Joannes appellavit. Ait enim : « Qui habet sponsam sponsus est : amicus autem sponsi gaudio gaudet propter vocem sponsi [44]. » Vides ut verbi Dei œconomia et ineffabilis exinanitio **78** nuptiæ sint ? Nuptiæ vero dicuntur propter Dei in nos amorem et conjunctionem, et propinquitatem nobiscum initam. Cœna porro eædem appellantur nuptiæ, quod in fine sæculorum peractæ sunt, sicuti cœna in fine dici apponitur : « Ubi enim venit plenitudo temporis, inquit Apostolus, misit Deus Filium suum [45]. » Vesperi etiam mysticam instruens cœnam Dominus, discipulis se dedit in cibum : et hoc per ænigma insinuans Moyses B vesperi, et ad lucernas manducari Pascha præcepit. Vesperi enim etiam, qui pro nobis immolatus est, interfectoribus suis est traditus. Cœna igitur congruenter vocatio ad Christum appellata est.

Καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις ἔρχεσθαι, ὅτι ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα. » Αὐτὸν ἐκεῖνον ἀπέστειλε τὸν Πρωτότοκον καὶ Μονογενῆ· ἀλλὰ δοῦλον ἀκούων μηδέν τι πάθῃς μικρόψυχον γραώδη σκηπτόμενος δείματα, ἐκδεδιὼς μὴ ἄρα τι πάθῃ ἡ θεία φύσις ἐκ τοῦ δοῦλον κληθῆναι τὸν καθ' ἡμᾶς ἑαυτὸν σχηματίσαντα, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ τὴν αἰσχύνην τὴν ἡμετέραν περιβαλλόμενον. Δεδούλευκε γὰρ ἀληθῶς ἵνα ἐλευθερώσῃ τοὺς ἑαυτοὺς τῷ τυράννῳ καταδουλώσαντας. Οὕτως οὖν ἅπαντας εἰς τὸν νοητὸν τοῦτον δεῖπνον καλεῖ, καὶ βοᾷ κατασαλπίζων τὰς ἀκοάς· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Ἕτοιμα δὲ εἶναι πάντα φησίν· ἐξήπλωται δὲ πᾶσιν ἑτοίμως τὸ κήρυγμα ἑτοιμάζον τοῖς κεκλημένοις ἀμαρτιῶν ἀπόθεσιν, Πνεύματος ἁγίου μέθεξιν, υἱοθεσίας λαμπρότητα, οὐρανῶν βασιλείας ἀπόλαυσιν. Ἀλλ' οἱ τῇ ἀπάτῃ ἐνισχυμένοι καθάπερ ἰξῷ, σφᾶς αὐτοὺς ἀποστεροῦντες τῆς τῶν ἀγαθῶν μετοχῆς ἀπηνήναντο τὴν τοῦ θείου δείπνου ἀπόλαυσιν.

« Ἤρξαντο γάρ, φησὶν, ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες. Ὁ πρῶτος εἶπεν· Ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν, καὶ ἰδεῖν αὐτὸν, ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον. Καὶ ἕτερος εἶπε· Ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, καὶ πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτὰ, ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον. Καὶ ἕτερος εἶπε· Γυναῖκα ἔγημα, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. « Τρεῖς εἰσιν οἱ τὸν γάμον παραιτησάμενοι· ὁ τὸν ἀγρὸν ἠγορακὼς, καὶ ὁ τὰ ζεύγη τῶν βοῶν ὠνησάμενος, καὶ ὁ τῇ γυναικὶ συζευχθείς.

« Et misit hora cœnæ servum suum dicere invitatis, ut venirent, quia jam parata sunt omnia. » Illum ipsum Primogenitum et Unigenitum misit ; sed servum cum audis, ne pusillo animo consterneris, anilia quædam lingens tibi terriculamenta, ac formidans ne quid mali divina natura patiatur ex eo quod servus vocetur (23), qui habitum induit nostrum, et in forma servi nostrum sibi circumjecit C opprobrium. Servum enim vere se fecit, ut in libertatem assereret eos, qui se tyranno in servitutem addixerant. Sic igitur omnes ad spiritualem hanc cœnam vocat, et quasi tuba feriens aures : « Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [46]. » — « Parata vero omnia » dicit esse ; explicata enim et parata est omnibus Evangelii prædicatio, in promptu esse nuntians peccatorum depositionem, communionem sancti Spiritus, nobilitatem adoptionis filiorum, cœlestis regni fruitionem. Sed qui fallacibus rebus tanquam visco inhærebant, se ipsos horum bonorum consortio privantes divinæ cœnæ delicias repudiarunt.

«Cœperunt enim, inquit, ad unum omnes se excusare. Primus dixit : Agrum emi, et necesse habeo D exire, et videre illum : rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit : Juga boum emi quinque, et eo probare illa ; rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit : Uxorem duxi, et ideo non possum venire. » Tres sunt qui nuptias repudiarunt : qui agrum, qui juga boum emerat, et qui se uxori conjunxerat. Datur igitur per hæc intelligere, tres hominum or-

[43] II Cor. xi, 2. [44] Joan. iii, 9. [45] Galat. iv, 4. [46] Matth. xi, 38.

Francisci Scorsi notæ.

(23) *Quod servus vocetur.* Christus homo et servus est et Filius. Servus secundum humanam naturam in se nude spectatam ; Filius, quatenus eadem natura in hypostasi Filii subsistit : *vere enim hic homo est Filius Dei.* Cornelius in cap. II Epist. ad Philippi. Quo vero sensu negetur a S. Joanne cap. VIII, et aliquoties a SS. Patribus, Christum esse servum, explicat ibidem Cornelius noster. Hic primo explicato sensu interpretandus est, ut ipse etiam dictum suum interpretetur ex jam citato loco ad Philipp. II.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dines esse prædicationem Evangelii recusantium, Græcorum, Judæorum, 79 et gentium legis expertium. Græci enim vanæ sapientiæ intenti in mundi consideratione se ipsos occupantes veram sapientiam non receperunt, humanis rationibus omnia metientes. Agrum hunc mundum sæpe Scriptura figurate vocat. Et hoc in parabola zizaniorum dilucide dixit Salvator, cum agrum appellavit mundum [46]; quin etiam ager ille thesaurum absconditum continens mundus est : in quo etiam filias Jerusalem adjurat, quæ in Cantico loquitur sponsa : « Adjuravi vos, filiæ Jerusalem, in virtutibus agri [47]. » Græcorum igitur sapientia cum in speculatione naturali hujus mundi vim omnem suam impendisset exhausissetque, salutarem renuit prædicationem. Judæi vero Decalogum legis a Domino datæ quasi boum juga quinque cum accepissent, eamque quantum sensu ducerentur, intellexissent, et quantum ad exteriora corpusque pertinent, præcepta servare conati, a gratia Christi exciderunt. Per juga vero Decalogum adumbravit, quoniam apta sunt ex sese invicem, et quasi conjugata præcepta. Etenim, « Diliges Dominum Deum tuum et proximum tuum sicut te ipsum [48], » gemina quidem præcepta sunt, unum vero utriusque charitatis jugum. Ita, « Non furaberis, Non adulteraberis, » differunt quidem inter se, sed ambo uno continentiæ vinculo colligantur; fur enim est (24), et qui aufert aliena, et qui thalamis insidiatur alienis : et res quidem subjecta (25) duplex est; quod vero efficit utramque vel prohibet, simplex. Vides ut sapientissime eo quod convexa jugataque præcepta sint, juga vocentur? Illa etiam bobus assimilat, eo quod ex una parte spiritualia sunt, ex altera vero symbolorum illa crassitie obtecta : nam et purum animal bos est, et ad terræ labores natum, et hebeti sensu præditum. Judæi ergo cum horum custodes esse sibi viderentur, Christi jugum detrectaverunt. Utile porro est et illud animadvertere. Non enim dixit : Juga boum emi quinque, et aratum eo; sed, Eo probatum illa. Quid hoc sibi vult? Judæi sane quantumvis servare sibi videantur

Δίδωσιν οὖν διὰ τούτων νοεῖν, ὅτι τρεῖς τάξεις εἰσὶ τῶν παραιτησαμένων τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα. Ἕλληνες, Ἰουδαῖοι, καὶ τὰ ἄνομα ἔθνη. Οἵ τε γὰρ τῇ ματαίᾳ σοφίᾳ προσκείμενοι Ἕλληνες ἐν τῇ κατανοήσει τοῦ κόσμου σφᾶς αὐτοὺς ἀσχολήσαντες, τὴν ἀληθῆ σοφίαν οὐ παρεδέξαντο λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντες. Ἀγρὸν τὸν κόσμον τροπικῶς ἡ Γραφὴ πολλάκις ὠνόμασε, καὶ τοῦτο σεσαφήνικεν ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ τῶν ζιζανίων παραβολῇ, ἀγρὸν τὸν κόσμον εἰπών. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἀγρὸς ὁ ἔχων κεκρυμμένον τὸν θησαυρὸν ὁ κόσμος ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ ὁρκίζει τὰς θυγατέρας Ἰερουσαλὴμ ἡ νύμφη τοῦ Ἄσματος· « Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ. » Ἡ γοῦν Ἑλληνικὴ σοφία ἐν τῇ φυσικῇ κατανοήσει τούτου τοῦ ἀγροῦ πᾶσαν αὐτῆς τὴν ἰσχὺν ἐκκενώσασα, ἀπείπατο τὸ σωτήριον κήρυγμα. Ἰουδαῖοι δὲ καθάπερ ζεύγη πέντε δεξάμενοι τὴν τοῦ Κυρίου δεκάλογον αἰσθητῶς τε ταύτην ἐκλαμβανόμενοι, καὶ σωματικὰς τὰς ἐντολὰς φυλάττειν πειρώμενοι τῆς ἐν Χριστῷ ἐξέπεσον χάριτος. Ζεύγεσι δὲ εἴκασε τὴν δεκάλογον, ἐπειδὴ ἐξέρχονται ἀλλήλων αἱ ἐντολαὶ οἱονεὶ συνεζευγμέναι τυγχάνουσαι. Τὸ γάρ· « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτὸν, » δύο μέν εἰσιν ἐντολαὶ, εἷς δὲ ὁ τῆς ἀμφοτέρας ἀγάπης ζυγός. Οὕτω καὶ τό· « Μὴ κλέψῃς, Μὴ μοιχεύσῃς, » ἀλλήλοις μὲν διενηνόχατον, συνδεῖ δ' ἄμφω εἷς δεσμὸς, ἡ ἐγκράτεια· κλέπτης γὰρ καὶ ὁ συλῶν τὰ ἀλλότρια, καὶ ὁ ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύων κηδεύμασιν· καὶ τὰ μὲν ὑποκείμενα δύο. Τὸ δὲ ἐνεργὸν, ἢ ἀπεῖργον ἁπλοῦν. Ὁρᾷς ὅπως πανσόφως ζεύγη τὰς ἐντολὰς κατὰ συζυγίαν ἐκάλεσε. Βουσὶ καὶ ταύτας ἀφομοιοῖ, ἅτε ἱερὰς οὔσας καὶ συμβολικῇ καλυπτομένας παχύτητι. Καθαρὸν γὰρ ζῶον καὶ γεηπόνον ἀμβλυτέραν ἔχον τὴν αἴσθησιν. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι τούτων φύλακες εἶναι δοκοῦντες τὸν τοῦ Χριστοῦ ζυγὸν παρῃτήσαντο. Χρὴ δὲ κἀκεῖνο δήπου σκοπεῖν· οὐ γὰρ εἶπε, Ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, καὶ πορεύομαι ἀροτριάσαι, ἀλλὰ, « Πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτά. » Τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ἐπειδὴ μόνον δοκιμασταί εἰσιν οἱ Ἰουδαῖοι τῶν ἐντολῶν,

[46] Matth. XIII, 38, 43. [47] Cant. III, 5. [48] Matth. XXII, 37, 39.

Francisci Scorsi notæ.

(24) *Fur enim est.* Belle hic auctor ἀλληγορίζει in jugatione præceptorum, et sane usque ad præceptum charitatis geminum recte procedit allegoria : quod autem ad furtum et adulterium attinet, eatenus procedit, quatenus adulterium est contra justitiam, in quo cum furto cognationem habet. Eadem enim virtus utrumque efficit et vetat. Efficit ut servetur jus alienum illæsum; tum in muliere tum in re, vetat ne lædatur. At vero si res ulterius et subtilius disquiratur, non convenient furtum et adulterium, neque in materia, neque in forma; nam in præcepto non adulterandi vetatur etiam res omnis venerea inhonesta, quæ profecto non adversatur justitiæ, sed temperantiæ. Itaque τὸ ὑποκείμενον, res nimirum subjecta, duplex est, et virtus etiam, seu forma, quæ dat speciem præcepto duplex. Verumtamen hæc non aurificis trutina expendenda sunt, et jugata hæc duo præcepta cum Theophane dici possint rudi Minerva, et nomine tenus, ut ita dicam, quatenus sub uno continentiæ nomine comprehenduntur. Nam ἐγκράτεια Græce, et Latine continentia, eam vim habet, ut non solum significet a voluptatibus corporis, sed etiam a rebus alienis abstinentiam. Isocrates τούτων ἐγκράτειαν ἄσκει πάντων, ἀφ' ὧν κρατεῖσθαι τὴν ψυχὴν αἰσχρόν· *Exerce in his omnibus continentiam, a quibus teneri animum turpe est.* Idem, ἐγκράτειαν ἄσκει κέρδους, *Continentiam exerce a cupiditate lucri.* Exempla alia ex Græcis congerere, ac multo magis ex Latinis de nomine continentiæ est otio abuti in re, quæ ut a concionatore, non a scholastico accipienda est.

(25) *Et res quidem subjecta.* Hæc verba, quæ nimium quantum sententiam auctoris explanant, reperi in v. Καὶ τὰ μὲν ὑποκείμενα δύο, τὸ δὲ ἐνεργὸν, καὶ ἀπειργὸν ἁπλοῦν, reliqua hic notanda diximus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οὐχὶ τηρηταί, κἂν ὅτι μάλιστα οἴωνται νομοφυλακεῖν. Αἰσθητῶς γὰρ τοῖς τοῦ νόμου προσέχοντες παραγγέλμασιν εἰκότως, λέγονται μόνον ἀποπειρᾶσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐργάζεσθαι. Ὁ δὲ τὴν γυναῖκα γήμας ἠνίττετο τὰ δεδουλωμένα ἔθνη ταῖς ἡδοναῖς, καὶ κεχηνότα ἐν αὐταῖς ἀκρατῶς. Ὁποίους ὁρῶμεν τοὺς ὁμόρους ἡμῖν ἀπογόνους τοῦ Ἰσμαὴλ, οἳ δὴ θαμινῶς ἄλλας ἀντ' ἄλλων γυναῖκας ἀμείβονται, καθάπερ εἰς ὀχείαν γεγονότες δίκην τετραπόδων, καὶ γαστρὶ, καὶ τοῖς μετὰ γαστέρα πάθεσιν ὑποκύπτοντες, καὶ χύδην ταῖς ἡδοναῖς καλινδούμενοι, πρὸς τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα μύουσι τὰ τοῦ νοὸς αἰσθητήρια. Ἠρκέσθη δὲ ὁ λόγος διὰ τῆς γυναικὸς τὸ ποικίλον ὀφθῆναι τῶν ἡδονῶν. Ἄθρει δὲ σοφίαν ἄφαντον κεκρυμμένην τοῖς ῥήμασιν, ἣν εἰ παρέλθοιμεν, γένοιτ' ἂν ἡμῖν οὐκ ἀζήμιον. Ὁ μὲν γὰρ τὸν ἀγρὸν ἠγορακὼς, καὶ τὰ ζεύγη ἐωνηκὼς, ἀμφότεροι μετὰ παρακλήσεως πεποιήκατον τὴν παραίτησιν· « Ἐρωτῶ σε, γάρ, φησὶν, ἔχε με παρῃτημένον· » ὁ δὲ τὴν γυναῖκα γήμας, ἀδυνατεῖν ἔφη πρὸς τὸ δεῖπνον ἐλθεῖν· φησὶ γάρ· « Γυναῖκα ἔγημα, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. » Οἱ γὰρ τῇ τοῦ κόσμου σοφίᾳ προσέχοντες, δύναιντ' ἂν καὶ τὸν Εὐαγγελικὸν λόγον δέξασθαι· ἥ τε γὰρ φυσικὴ καὶ ἠθικὴ τῶν Ἑλλήνων φιλοσοφία ὁδηγὸς μᾶλλον τῆς εἰς Χριστὸν γένοιτο πίστεως, καὶ οἱ ἐξ Ἰουδαίων τότε μάλιστα ἔσονται τῶν νομικῶν ἐντολῶν τηρηταί, ὅταν γένωνται τοῦ Χριστοῦ μαθηταί. Γνόντες γὰρ τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου, καὶ τῶν προφητῶν κηρυττόμενον, διδαχθήσονται μετὰ τῶν ζεύγεων ἀροτριᾷν τὴν τῆς πίστεως αὔλακα· νῦν γὰρ δοκιμάζουσι μόνον, ὡς λέλεκται. Ὁ δὲ ταῖς ἡδοναῖς ἀσυνέτως δουλαγωγούμενος οὐ δύναται δέξασθαι τῆς ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης τὸ Εὐαγγέλιον. Εἰς γὰρ ἀσύνετον ψυχὴν, σοφία οὐκ εἰσελεύσεται. Καὶ οἱ τοῦ κηρύγματος μαργαρῖται τοῖς χοιρώδεσιν ἀνθρώποις τοῖς δίδονται. Διὰ τοῦτο οὗτοι μὲν αἰτιασθῆναι παρακαλοῦσιν· ὁ δὲ εἰδὼς ἀδύνατον Θεῷ δουλεύειν, καὶ ἡδοναῖς, « Οὐ δύναμαι, εἶπεν, ἐλθεῖν. » Ὁ γὰρ δεῖπνος δέχεται, καὶ τὸν κτώμενον τὸν ἀγρὸν, καὶ τὸν ἠγορακότα τὰ ζεύγη, οὐ μὴν τὸν μὴ ἐνδεδυμένον τῆς ἀφθαρσίας τὸ ἔνδυμα· οὕτω μὲν οὖν δέδεικται, ὡς ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις τόποις ἀποπίπτουσιν οἱ μὴ παραδεξάμενοι τὴν τοῦ Κυρίου ἐνανθρώπησιν· τοιγαροῦν καὶ τὰ ἑξῆς ἐξετάσωμεν.

legem, probatores ejus duntaxat non servatores sunt. Externo enim sensu præceptionibus legis intenti jure dicuntur eos solum experiri, **80** non operari. Qui vero uxorem duxit per ænigma innuit gentes voluptatibus mancipatas, eisque intemperanter inhiantes. Cujusmodi videmus esse hos, qui nostris in finibus habitant, posteros Ismaelis (26), qui alias identidem aliis permutantes uxores, quasi ad coitum, pecudum more sint nati, et ventri, et iis quæ secundum ventrem sunt, passionibus proni, et obedientes, in omni voluptatum genere, sine discrimine volutantur, atque ad Evangelii vocem mentis aures occludunt. Satis vero fuit ei qui loquebatur uno uxoris nomine, varias id genus comprehendere voluptates. Sed vide arcanam sapientiam verbis latentem, quam si prætermiserimus, non parum fecerimus detrimenti. Nam villæ itidem et jugorum emptor cum quadam obsecratione recusarunt : « Rogo, inquit, habe me excusatum ; » qui vero uxorem duxerat, fieri non posse respondit, ut ad cœnam veniret; ait enim : « Uxorem duxi, et ideo non possum venire; » qui enim ad sapientiam hujus mundi animum appulerunt, possunt etiam Evangelii doctrinam recipere. Nam et naturalis, et moralis Græcorum philosophia potius ad Christi fidem ducere posset : et Judæorum gens tum maxime servatrix erit legalium præceptorum, cum ad Christi se tradiderit disciplinam : ubi enim agnoverint eum qui sub lege clauditur, et prophetis, tunc jugalis bobus fidei sulcum exarare condiscent; nunc vero probant solum, ut diximus. Qui vero sine intellectu se voluptatibus mancipavit, non potest continentiæ, et temperantiæ Evangelium capere. Etenim in animam intelligentiæ expertem sapientia non intrabit [49]; et prædicationis evangelicæ margaritæ hominibus porcorum more viventibus non objiciuntur [50]. Ob eam causam illi quidem rogant, ut excusentur, hic vero fieri non posse intelligens, ut Deo simul et voluptatibus serviat, Non possum inquit, venire. Recipit enim cœna et possessorem agri, et jugorum emptorem, non vero illum qui incorruptionis veste non sit indutus. Sic itaque ostensum est, ut hisce tribus in locis offendant qui Incarnationis Domini prædicationem non recipiunt. Ergo quæ deinceps sunt expendamus.

« Τότε ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπότης εἶπε τῷ δούλῳ αὐτοῦ· Ἔξελθε εἰς τὰς πλατείας, καὶ ῥύμας τῆς πόλεως, καὶ τοὺς πτωχοὺς, καὶ ἀναπήρους, καὶ χωλοὺς, καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε ὧδε. » Πλατείας ἀκούων, καὶ ῥύμας εὐθὺς, ὡς ἐγὼ οἶμαι, νενόηκας τὴν πλατεῖαν τῆς ἀπωλείας, δόλιν, καὶ εὐρύχωρον, περὶ ἣν ἁλῶνται οἱ πτωχοὶ πάσης ἀρετῆς, οἱ τῇ ἐνδείᾳ τοῦ ἐπουρανίου ἄρτου λιμώττοντες, καὶ οἱ πεπηρωμένοι τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς πορείαν

« Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo : Exi in plateas, et vicos civitatis, **81** et pauperes, et debiles, et claudos, et cæcos introduc huc. » Plateas et vicos audiens, latam perditionis viam et spatiosam, credo, intellexisti, per quam oberrant, qui ab omni virtute sunt inopes, et cœlestis panis penuria famelici, et capti sensibus animi, et qui in virtutis itinere claudicant, et qui peccati sepe circumclusi sunt. Hos omnes evangelicus sermo ad mysticæ cœnæ

[49] Sap. I, 4, 5. [50] Matth. VII, 6.

Francisci Scorsi notæ.

(26) *Posteros Ismaelis.* Hunc locum expendimus in conjectaneis Prooemiorum εἰσαγωγικῶν. Vide Proœm. III.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

communionem per fidem præparat. Sed cum natura nostra libero arbitrio prædita sit, et ad virtutem ac vitium spontaneo motu feratur, quo pacto præcipit, ut invitatos cogat? Ait enim : Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Per necessitatem hoc loco non est intelligenda violentia, sed afflictio (27), quæ multis sæpenumero salutis conciliatrix fuit. Multi enim in tentationes varias incidentes, per eas melioris boni vim sentiunt : atque ita fit, ut involuntaria tentatio causa illis, et occasio salutis evadat. Utinam vero contingat et nobis futuræ illius cœnæ deliciis liquidius ac perfectius frui, cum Deus in medio deorum beatitudinis fructus mœrentibus abunde concedet, quæ quidem non est aliud nisi sanctæ, et vivificæ Trinitatis vera cognitio, cui convenit omnis gloria, honor et veneratio nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A χωλεύοντες, καὶ οἱ τῷ φραγμῷ τῆς ἁμαρτίας περιειργόμενοι. Τούτους ἅπαντας ὁ εὐαγγελικὸς λόγος διὰ πίστεως τοῦ μυστικοῦ δείπνου μετασχεῖν παρεσκεύασεν. Ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως τιμηθείσης αὐτεξουσιότητι, καὶ τὴν πρὸς ἀρετὴν, ἢ κακίαν ὁρμὴν ἐχούσης ἀδέσποτον, πῶς ἀναγκάζειν τοὺς κεκλημένους παρεγγυᾷ; Φησὶ γάρ· Ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμοὺς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου. Ἀνάγκην ἐνταῦθα οὐ τὴν βίαν προσήκει νοεῖν, ἀλλὰ τὴν πολλοῖς πολλάκις γινομένην πρόξενον σωτηρίας περίστασιν. Πολλοὶ γὰρ πειρασμοῖς περιπεσόντες, δι' αὐτῶν ἐν αἰσθήσει γεγόνασι τοῦ βελτίονος, καὶ σωτηρίας αὐτοῖς ὁ ἀκούσιος πειρασμὸς γέγονεν αἴτιος. Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς τοῦ μέλλοντος ἐκείνου δείπνου κατατρυφῆσαι ἐκτυπώτερόν τε, καὶ τελειότερον, ὁπηνίκα Θεὸς ἐν μέσῳ θεῶν τὴν B μακαρίαν ἀπόλαυσιν τοῖς ἀξίοις χαρίζεται, ἥτις οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν, ἀλλ' ἢ τῆς ἁγίας, καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος ἀληθὴς κατανόησις, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XIV.

Dominica ante Christi nativitatem. In illud : « Liber generationis (28) *Jesu Christi Filii David. »*

Attollente se supra horizontem hoc sole, qui sub sensum cadit, astrorum nitor absconditur majoribus splendoribus occupatus ; Sole vero justitiæ velut ex oriente uteri Virginei exsurgente, Patrum Catalogus uti chorus stellarum præluceat, et sublatis intelligentiæ facibus adventum Christi præmuntiat (29). Quoniam igitur sanctus Matthæus suum hodie exorsus C Evangelium in quodam quasi monili consertos illos enumeravit : age jam genealogiæ scopum investigemus. Ille enim cæterorum evangelistarum primus, **82** octo post annos (30), ex quo Christus assumptus

ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

Κυριακῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· Εἰς τό· « Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ Δαβίδ. »

Τοῦ μὲν αἰσθητοῦ ἡλίου τοῦ ὁρίζοντος ὑπερτέλλοντος, αἱ ἀστραῖαι ἀγλαΐαι καλύπτονται τοῖς μείζοσι στενοχωρούμεναι σελαγίσμασι· τοῦ δὲ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, ὡς ἐξ ἀνατολῆς τῆς Παρθενικῆς νηδύος ἀνίσχοντος, ὁ τῶν πατέρων κατάλογος, ὥσπερ ἀστέρων χορὸς, προλάμπει νοηταῖς μαρμαρυγαῖς φρυκτωρούμενος. Ἐπεὶ οὖν ὁ ἱερὸς Ματθαῖος τοῦ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίου ἀρχόμενος σήμερον, ὡς ἐν ὄρμῳ τινὶ τούτους ἠρίθμησε· φέρε τὸν τῆς γενεαλογίας σκοπὸν ἐξετάσωμεν. Πρῶτος μὲν γὰρ οὗτος τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν μετὰ ὀκταετῆ χρόνον τῆς τοῦ

Francisci Scorsi notæ.

(27) *Sed afflictio.* Nomen περίστασις, plerumque significat τὸ συμβάν, *accidens et circumstans.* Hoc loco eo utitur Theophanes, ut significet calamitatem, et afflictionem, quæ homini accidere eumque circumstare, et opprimere solet : *Unde*, inquit, *ex his sæpe compellitur, ut animum convertat ad Deum* ; atque hanc vult esse illam impulsionem, de qua dicitur in Evangelio : *Et compelle intrare.* Post paulo πειρασμούς, appellat quas ante περιστάσεις, ego verti *tentationes*, nomine minus latino, sed tamen sacro, et ad rem signandam maxime necessario : allusum enim ad illud Jacobi cap. 1 : *Omne gaudium existimate, fratres, cum in tentationes varias incideritis :* Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις. Atqui hoc loco πειρασμοί, quibus lætandum ait S Jacobus, sunt περιστάσεις, circumstantes afflictiones hujusce vitæ, quæ salutis sunt, ut ait Theophanes, πρόξενοι, *conciliatrices.*

(28) *Liber generationis.* Hujus Homiliæ titulus in utrisque codd. Vat. ita se habet, ut edidimus ; in codd. Parisiensibus additum : καὶ περὶ Θάμαρ, *et de Thamar*, et in alio, εἰς τὴν ἱστορίαν τῆς Θάμαρ, de qua fit mentio in Christi genealogia, et quia cæteris omissis in ejus enarranda historia populo, et allegorice de Christo et Ecclesia interpretanda longius detinetur auctor in hoc sermone.

(29) *Adventum Christi præmuntiat.* Conjectorem, seu enarratorem hoc loco egi ; nec verbum verbo curavi reddere fidus interpres· Φρυκτωρεῖν et idem pass. φρυκτωρεῖσθαι est signum e specula sublatis facibus dare. Nam et φρυκτός fax est, qua signum hujuscemodi datur : εἰφρυκτώριον specula excubitorum ad hujusmodi signa præferenda ; in hac igitur propria notatione visus est mihi Theophanes usus hoc verbo, ut significaret chorum sanctorum Patrum, quorum catalogus in genealogia recensetur, quasi stellas ante exortum Christi D prælucentes ejus adventum splendore suo sublato prænuntiare. Nam ut ex epigrapha intelligitur, Dominica die proxime antecedente Christi Natalem diem, illud Evangelium legitur. Ea igitur de causa plane περιφραστικῶς verti, *adventum Christi prænuntiat.*

(30) *Octo post annos.* S. Matthæum primum omnium evangelistarum scripsisse Evangelium suum, in confesso est apud omnes ; idque omnibus constat ex anno, quo scripsit, qui fuit Christi 41, ut tradit *Annalium* conditor ad hunc annum ; eo nimirum tempore quo apertus est aditus ad edocendas gentes, quo ipse Matthæus ad ipsas expeditionem adornabat ; ut nimirum Hebræis, quibus ad eam diem prædicaverat, reliqueret idem Evangelium patrio sermone conscriptum. Vide ipsum Baronium : qui censet omnino sequendum Eusebii *Chronicon* ; quod etiam secutus est, ut advertit, noster hic auctor. Porro quod ait eleganter hic Ecclesiastes,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Χριστοῦ ἀναλήψεως, Ἑβραΐστι τὸ Εὐαγγέλιον συνεγράψατο τοῖς ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσασι πνευματοκινήτως τοῦτο ποιῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πᾶσα τοῦ Εὐαγγελίου περιοχὴ τοῦτο ἡμῖν ὑποτίθησι πρὸς τὴν ὀγδόην βλέπειν τὴν μέλλουσαν ἐκείνην κατάστασιν, εἰκότως ὄγδοον ὁ Ἀπόστολος διελθὼν χρόνον, ἀφ' οὗ τὰς θείας ἐλλάμψεις ἐν τῇ Σιὼν ὑπεδέξατο, οὕτω τῆς συγγραφῆς ἐθάρρησεν ἅψασθαι. Διὸ καὶ πρὸς Ἰουδαίους γράφων τὸ σύνηθες αὐτοῖς, καὶ τετριμμένον ἔθος τιμᾷ ἀπὸ γενεαλογίας ἀρχόμενος. Καὶ Μωϋσῆς τὰ περὶ κτίσεως κόσμου, καὶ πλάσεως ἀνθρώπου θεολογῶν· « Βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, » καὶ « Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπου » φησί. Καὶ οὗτος οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς γενεῶν ποιούμενος ἀπαρίθμησιν, ὀνομάζει τὸ βιβλίον, « Βίβλος γενέσεως, » ὡς ἄν τις εἴποι Βίβλος γενεαλογίας. Ὅτου δὲ χάριν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἤρξατο, βραχυλογήσας ἐρῶ γέγονεν Ἀβραὰμ ἀρχὴ τῶν δύο λαῶν· πιστεύσας μὲν ἐν ἀκροβυστείᾳ, μείνας δὲ πιστὸς καὶ μετὰ τὴν περιτομήν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς θείους χρησμοὺς αὐτὸς ἐδέδεκτο τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως. « Ἐν γὰρ τῷ σπέρματί σου, » φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Θεὸς, « εὐλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη. » Διὰ τί δὲ τὸν Δαβὶδ τοῦ Ἀβραὰμ ἔταξε πρότερον; Ἦν γὰρ ἀκολουθέστερον ἴσως εἰπεῖν, « Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ Ἀβραὰμ, υἱοῦ Δαβίδ. » ἦτην μὲν ἄμφω προφῆται, καὶ θεοπάτορες· βασιλεὺς δὲ κατεξαίρετον ὁ Δαβίδ· προτιμᾷ τὸ χρίσμα, καὶ τὸ ἀξίωμα. Ἀρρένων δὲ τὴν γενεαλογίαν ποιεῖ Μωσαϊκῷ ἕθει κἀν τούτῳ στοιχῶν· ἐπειδὴ γὰρ παρακολούθημα τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ, κεφαλὴ δὲ αὐτῆς ὁ ἀνὴρ, τοῦ κρείττονος οὖν ποιεῖ τὸν κατάλογον.

Φιλοπευστήσει δέ τις ἐπαπορῶν, πῶς τὴν μὲν ἁγίαν Σάῤῥαν, καὶ τὴν Ῥεβέκκαν παρέδραμεν ἥκιστα μνημονεύσας αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ τῆς Λείας, ἢ τῆς Ῥαχὴλ, ἢ τινος ἄλλης ἐπιδόξου γυναικός· τεσσάρων δὲ μόνων ἐμνημόνευσε γυναικῶν, δύο μὲν ἐθνικῶν δύο δ' ἐχουσῶν τὸν βίον ὑπεύθυνον. Μιγνύει γὰρ τῷ καταλόγῳ τὴν ἐθνικὴν Θάμαρ, καὶ τὴν πόρνην Ῥιχὰ, ἥτις καὶ Ῥαὰβ διωνύμως ἐκέκλητο, καὶ τὴν Μωαβῖτιδα Ῥοὺθ, καὶ τὴν σύνοικον Οὐρίου Βηρσαβεέ. Τίς δὲ οὐκ οἶδε τῶν ἐντυγχανόντων ταῖς ἱεραῖς Βίβλοις, ὡς ἡ Θάμαρ μὲν καὶ ἡ Ῥοὺθ ἐκ τῶν ἐθνικῶν εἰσήχθησαν εἰς τὴν Ἰουδαϊκὴν φυλήν; Ῥαὰβ κασσωρὶς ἦν, καὶ μαχλῶσα ἐν Ἰεριχὼ παρὰ τῇ πύλῃ τῆς πόλεως ἔχουσα τῆς ἀσελγείας τὸ ἐργαστήριον τοῖς βουλομένοις πιπράσκουσα ἑαυτήν. Βηρσαβεὲ δὲ ἦν μὲν ἀνδρὸς ἀρίστου γυνὴ, ἀλλὰ γέγονε Δαβὶδ τῶν αὐτῆς γάμων κλοπεὺς, καὶ τοῦ Οὐ-

est in cœlum, iis qui ex Judæis crediderant Hebraice conscripsit Evangelium : id quod impulsu divini Spiritus fecit. Quoniam enim universa Evangelii summa hoc nobis suggerit, ut spectemus octavam, futurum scilicet illum statum, merito Apostolus decurso octennii spatio, ex quo divinos fulgores in monte Sion accepit, animum sumpsit, ut hanc scriptionem attingeret. Quapropter cum ad Judæos scriberet, morem servavit illis consuetum ac tritum, ab genealogia initium faciens. Et Moses quidem de creatione mundi, et hominis formatione divinitus scribens ait : « Liber generationis cœli et terræ [51]; » et « Liber generationis hominis [52]. » Et hic itidem evangelista generationum numerum recensens, « librum generationis » inscribit, quasi si quis diceret : Liber genealogiæ. Qua vero gratia ab Abraham initium sumpserit, expediam brevi. Fuit Abraham duorum populorum caput, cum et in præputio credidisset, et post circumcisionem in fide permansisset. Ipse etiam divina oracula de gentium vocatione et Incarnatione Verbi accepit. Dixit enim ad ipsum Deus : « In semine tuo benedicentur omnes gentes [53]. » Cur autem Davidem Abrahamo præposuit? Fuerat enim magis fortasse consequens dicere : « Liber geneationis Jesu Christi filii Abraham, filii David. » Erant sane ambo prophetæ, et Dei parentes; sed enim præcellebat regia dignitate David. Præferenda igitur fuerant unctio et dignitas. Quod vero marium persequitur genealogiam, Mosaicam etiam sequitur consuetudinem; quoniam enim portio viri mulier est, caput autem ejus vir, a præstantiore catalogum texit.

Illud fortasse dubitans quispiam quæreret, cur sanctam Sarram, et Rebeccam præterniserit, nulla earum mentione facta; sed nec Liæ (31) quidem, et Rachelis, vel cujuspiam illustrium feminarum? sed quatuor duntaxat mulierum meminerit; duarum quidem ethnicarum, duarum vero quæ vitiosam vitam egerunt. Inserit enim in Catalogo, gentilem Thamar, et meretricem Richa, quæ et Rhaab duplici nomine (32) appellatur; et Ruth Moabitidem, et uxorem Uriæ Bersabee. Quis vero eorum, qui in sacris Libris versatus sit, ignorat, **83** uti Thamar quidem et Ruth ex gentibus in judaicas tribus traductæ sint; Rhaab meretrix fuerit et in Jericho propter urbis portam officina lasciviæ constituta, turpi questu vulgarit corpus [54]? Bersabee vero optimo quidem nupta fuerit viro, sed ipsius nuptiarum raptor, et interfector Uriæ, et prolis ille-

[51] Gen. II, 4. [52] Gen. V 1. [53] Gen. XXII, 18. [54] Josue II, 1, sqq.

Francisci Scorsi notæ.

Πνευματικῶς τοῦτο ποιῶν, *divino impulsus Spiritu*, congruit cum eo quod ipse S. Matthæus aperuit S. Birgittæ ad sepulcrum ejus oranti in urbe Malphi lib. I *Revel.* cap. 128 : *Cum illud*, inquit, *scriberem, tantus divinæ inflammationis ardor perseverabat mecum, quod si tacere voluissem, nullatenus præ ardore intenso potuissem.*

(31) *Sed nec Liæ.* Mentio Liæ et Rachelis erat etiam in cod. P. prætermissa : deerant enim hæc, ἀλλ' οὐδὲ τῆς Λείας ἢ τῆς Ῥαχὴλ, ἢ τῆς ἄλλης ἐπιδόξου γυναικός· sunt autem in cod. G. et quidem collato cum cod. CP.

(32) *Duplici nomine.* Unde acceperit hic auctor Rahab illam Jerichuntinam fuisse binominem, adhuc me latet. Ipse certo credendus est non temere hoc effudisse, cum nihil hæc vana διωνυμία profutura esset.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gitimæ sator, hei mihi, fuerit ille, qui et propheta erat, et rex. Ethnicarum ergo mulierum mentionem fecit, quoniam qui natus est nobis parvulus, et datus Emmanuel, non solum eos qui ex Israel, sed etiam qui ex gentibus orti erant, in aulam introduxit suam. Eas etiam nominat, quarum erat vituperabilis vita, ut obstupescas humilitatem Domini tui, qui ex meretricibus, et mœchis genus (33) recenseri suum propter te facile passus est. Quo exemplo superbiam cohibet tuam, ut si forte in celebri patria natus, et clarus ab imagine (34) et luto corporis sis, ne supercilium contrahas adversus eos qui humile sortiti sunt genus, cum videas Dominum tuum ex hujusmodi majoribus ducere originem. Sed fortassis et Thamar et Ruth et par aliud duarum mulierum, futurorum figuræ, et significationes fuerunt, et gentium Ecclesiam manifeste repræsentarunt. Quod quomodo se habeat, age jam explanemus, et ex iis quæ sensu percipiuntur, ad ejus intelligentiam manuducamur. Sed prius, quoad fieri poterit, compendium verbis faciens primam historiam percurram; postea quid per eam significetur planum faciam. Erit enim quod eam ignorantes discant (35) quodque scientes reminiscantur.

Non multo post quam castus Joseph divenditus a consanguineis, et in Ægyptum abductus esset, uxorem duxit Judas puellam ex Chananæis, Sava erat illi nomen, ex qua filios suscepit tres: Er, Aynan, et Selem. Primo autem ex his pater in matrimonium dedit Thamar quæ etiam ex gentibus erat, ætatis flore venustam, et omnibus suis æqualibus pulchritudine præstantem. Sed qui duxerat eam Er, cum nequam in conspectu Domini visus esset, immatura morte præripitur, nulla relicta prole, parvoque ex puellæ pulchritudine fructu percepto. Ex more autem, qui ea tempestate vigebat, Aynan (36) secundus a defuncto in lectum adolescentis (37) admittitur, ut suscitaret semen **84** fra-

A ρίου σφαγεύς, καὶ γονῆς ἀθεμίτου σπορεὺς ὁ προφήτης, οἶμοι, καὶ βασιλεύς. Τῶν μὲν οὖν ἐθνικῶν γυναικῶν ἐποιήσατο μνήμην, ἐπειδὴ τὸ γεννηθὲν ἡμῖν παιδίον, καὶ δοθὲν ὁ Ἐμμανουὴλ οὐ μόνον τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν εἴσω τῆς ἰδίας αὐλῆς εἰσῳκίσατο. Ὀνομάζει δὲ καὶ τὰς βίον σχούσας ἐπίμωμον, ἵνα φρίξῃς τὴν τοῦ Δεσπότου ταπείνωσιν, ὅτι καὶ ἀπὸ μαχλάδων, καὶ μοιχαλίδων γενεαλογεῖσθαι καταδέχεται διὰ σέ. Συστέλλει δέ σοι καὶ ἀπὸ τούτων τὸ φύσημα, ἵν', εἴπερ εὐπατρίδης τυγχάνεις, καὶ εὐγενὴς τὸν ἀνδριάντα, καὶ τὸν πηλὸν τὸν τοῦ σώματος, μὴ μεγάλην ὀφρῦν κατὰ τῶν δυσγενοῦς λαχόντων γενέσεως ἀνασπᾷς, ὁρῶν τὸν Δεσπότην ἐκ τοιούτων γενεαλογούμενον. Τάχα δὲ καὶ Θάμαρ, καὶ Ῥοὺθ, καὶ ἡ συζυγία ταῖν ἄλλαιν δυοῖν

B τῶν μελλόντων ἦσαν εἰκόνες, καὶ προμηνύματα· τὴν γὰρ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν ἀριδήλως εἰκόνιζον· καὶ ὅπως, φέρε, δὴ διατρανίσωμεν ἐκ τῶν αἰσθητῶν εἰς τὰς περὶ τούτων ἐννοίας χειραγωγούμενοι. Ἀλλὰ πρότερον συντεμὼν τῷ λόγῳ, ὡς ἂν οἷός τε ᾖ, τὴν πρώτην ἱστορίαν δι' ὀλίγων ἐπιδραμοῦμαι. Εἶτα τὸ δι' αὐτῆς σαφηνίσω δηλούμενον· ἔσται γὰρ τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι διδασκαλία, τοῖς δὲ εἰδόσιν ὑπόμνησις.

Ἄρτι τοῦ σώφρονος Ἰωσὴφ ἀπὸ συγγόνων ἀπεμπωληθέντος, καὶ ἀπαχθέντος εἰς Αἴγυπτον, ἄγεται ἑαυτῷ Ἰούδας γύναιον ἐκ τῶν Χαναναίων· Σαββὰ τούτης τὸ ὄνομα· ἐξ ἧς υἱοὶ αὐτῷ τίκτονται τρεῖς, ὁ Ἤρ, ὁ Αὐνὰν καὶ ὁ Σηλώμ. Τῷ δὴ πρώτῳ υἱῷ δί-

C δωσι ὁ πατὴρ γυναῖκα τὴν Θάμαρ, καὶ αὐτὴν οὖσαν ἐκ τῶν ἀλλοφύλων, καλήν τε οὖσαν τὴν ὥραν, καὶ κάλλει πασῶν διαφέρουσαν κατ' αὐτήν. Ἀλλ' ὁ λαβὼν αὐτὴν Ἤρ πονηρὸς ὀφθεὶς εἰς Θεὸν, τελευτᾷ τὸν βίον ἄπαις, ἄωρος, τοῦ κάλλους τῆς κόρης μικρὸν ἀπονάμενος. Κατὰ δέ τι ἔθος τότε κρατοῦν, εἰσάγεται πρὸς τὰ λέκτρα τῆς μείρακος Αὐνὰν ὁ τοῦ τελευτήσαντος δεύτερος ἀναστῆσαι σπέρμα τῷ ἀδελφῷ. Ὃς δὴ λογισάμενος, ὡς εἰ τέκοι Θάμαρ ἐκ τῶν ὠδί-

Francisci Scorsi notæ.

(33) *Ex meretricibus et mœchis.* Ἀπὸ μαχλάδων καὶ μοιχαλίδων, edidi ut habet cod. G. collatus cum Parisiens. exemplari. Meus scriptum exhibet, ἀπὸ ἑταιρίδων καὶ μοιχαλίδων, idem. Verum in priore scripta est elegantior alliteratio, qua gaudet hic noster. Porro μαχλὰς *meretrix* Rahab, μοιχαλὶς *mœcha* Bersabee.

(34) *Et clarus ab imagine.* Et hæc visa sunt restituenda hoc loco ex codd. quos secutus sum. Quæ dempta erant ab exempl. P. Τὸν ἀνδριάντα, καὶ τὸν πηλὸν τὸν τοῦ σώματος. Explicans enim nobilitatem auctor, qua mortales efferri supra cæteros solent, signat eam, quæ ex imagine, alludens fortassis ad Romanorum veterum morem, qui nobilitatem generis æstimabant ex imaginibus majorum, quas plures, paucioresque quis poneret, et ostentaret in atriis, de quibus eruditissime Sigonius scribit, libello de Jure veterum Roman., ubi docet quinam jus imaginis ponendæ habuerint: et Plinius lib. XXXV, cap. 2. Poeta satyricus eam his versiculis exagitat.

Longa licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est, atque unica, virtus.

Et M. Tullius contra Pisonem: *Obrepdisti ad honores errore hominum, commendatione famosarum imaginum, quarum nihil simile habes præter colorem.* Addit etiam Theophanes ad eam nobilitatem clevandam, abjiciendamque magis: καὶ τὸν πηλὸν τὸν τοῦ σώματος, *et lutum illud, ex quo corpus est compactum.* Inde enim nobilitas gignitur: vel lu-

D teum corpus solum imago repræsentat.

(35) *Erit enim quod eam ignorantes discant.* Deerat hæc optima præmunitio auctoris in uno exemplari: reposita est ex Gall. et aliis. Duas vero causas dicit, quamobrem historiam de Thamar narrare aggrediatur: Ἔσται γὰρ τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι διδασκαλία, τοῖς δὲ εἰδόσι ὑπόμνησις. *Nam et qui ignorant eam docebuntur: et scientes reminiscentur.*

(36) *Aynan.* Paulo aliter scribuntur hæc nomina in editione Latina: Her nimirum, et Onan. Sed nostra orthographia respondet Græcæ, et habetur in interpretatione Latina facta ex Græca LXX Interpr. apud quos scribitur Ἤρ, καὶ Αὐνάν.

(37) *In lectum adolescentis.* Hic non solum lacera, sed et prava est scriptura codd. P. Εἰκὼς Αὐνὰν ὁ τοῦ τελευτήσαντος δεύτερος ἀναστῆσαι σπέρμα, etc. Quam recte in aliis codd. Κατὰ δέ τι ἔθος τότε κρατοῦν εἰσάγεται πρὸς τὰ λέκτρα τοῦ μείρακος Αὐνὰν ὁ τοῦ τελευτήσαντος, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νων τὸ κάλλος αὐτῆς μαρανθήσεται, καὶ τοῦ προτέ- A
ρου ἀνδρὸς τὸ τεχθὲν λογισθήσεται, βουλὴν σκέπτε-
ται πονηράν. Ἀλλὰ πῶς σεμνολογήσω τὸ ἄσεμνον;
Πλὴν ὅτι καὶ ἡ ἁγία Γραφὴ οὐκ ἐπαισχύνεται τοῦτο
εἰπεῖν, ὡς τὰ μὲν τῆς ἡδονῆς ὀπετέλει ὁ βδελυ-
ρὸς, οὐ μὴν δὲ παρεῖχε ταῖς αὐλαξι τῆς μήτρας
ἐκεῖνο, δι' οὗ ἐνεργεῖται ἡ σύλληψις. Μυσάττεται
οὖν τοῦτον ἡ μισοπόνηρος δίκη, καὶ τελευτᾷ καὶ
αὐτός. Οὕτως ἡ Θάμαρ ὑποπεσοῦσα χηρείᾳ δι-
πλῇ καὶ ὡς ἐν ὀνείροις τοῖς γάμοις πελάσασα, καὶ
ἀνδρὸς, καὶ παιδὸς ἀμοιρήσασα, εἰς τὸν τρίτον παῖδα
Σηλὼμ ὄντα μειράκιον μικρὸν κομιδῇ τὸν ὀφθαλμὸν
ἐνεπήρειδε, καραδοκοῦσα τοῦτον λαβεῖν, οὐχ ἡδο-
νῆς ἐρῶσα, ἀλλ' ἐκ τοῦ Ἀβραμιαίου σπέρματος
γλιχομένη τεκεῖν. Ἀλλ' ὁ Ἰούδας ὑποτοπάσας, ὅπερ
οὐκ ἦν, ἐξ αἰτίας τῆς Θάμαρ ἀώρους οὕτως τοὺς B
παῖδας ἀποθανεῖν, καὶ δείσας μὴ καὶ τὸν τρίτον ζη-
μιωθῇ, ἔγνω ψευδέσιν ἐπαγγελίαις τὴν Θάμαρ παραγ-
κωνίσασθαι, καὶ τέως ἀνελθεῖν αὐτὴν ἐπέτρεψεν ἐν
τῇ κώμῃ, ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ φύντες αὐτὴν, καὶ ἀπο-
κλαίεσθαι τὴν χηρείαν, ἕως ὁ Σηλὼμ ἀνδρυνθῇ.
Ἐγένετο ταῦτα· καὶ ἡ μὲν μελανειμονοῦσα οἴκοι
ἐπένθει, καὶ ὁ χρόνος παρετάθη, καὶ Σηλὼμ ἠνδρύνθη,
καὶ ὁ γάμος ἦν οὐδαμοῦ. Ἔγνω οὖν ἡ Θάμαρ φενα-
κισθεῖσα, καὶ βουλὴν βουλεύεται πονηρίᾳ πρέπουσαν
γυναικὸς, κατὰ τοὺς δεινοὺς τὰ πολεμικὰ, οἳ τὴν κατὰ
στόμα παράταξιν τῶν πλεονεκτούντων κατὰ τὴν δύ-
ναμιν δυσανταγώνιστον ὁρῶντες, λόχοις καὶ ἐνέδραις
καταστρατηγοῦσι τὸ ἀντικείμενον· οὕτως ἡ Θάμαρ
ἔγνω τοῦ ἀντιπατῆσαι τὸν ἀπατήσαντα, καὶ τοῦ τε- C
χνάσματος οὐ διήμαρτε, καὶ ὅπως, ἤδη λεχθήσεται.
Ἐτεθνήκει Σάββα ἡ τοῦ Ἰούδα γυνή. Καιρὸς ἦν
τῆς τῶν προβάτων κουρᾶς, ἔδει δὲ τὸν Ἰούδαν δι'
ἐκείνης τῆς κώμης διελθεῖν εἰς τὰ ποίμνια. Τοῦτο ἡ
Θάμαρ ὡς ἤσθετο, ἀπεδύσατο τὰ πενθικὰ, ἐνεδύσατο
τὰ νυμφικὰ, ἐπλάσατο ἦθη ἑταιρικὰ, μετήμοιψεν ἑαυ-
τὴν εἰς τὰ πορνικὰ, προσέθηκε κάλλη κομμωτικὰ,
καὶ ἐπὶ τῆς λεωφόρου καθίσασα, ἐκαραδόκει τοῦ πεν-
θεροῦ τὴν διέλευσιν. Ἤδη δὲ κλινούσης ἡμέρας, ἵεται
Ἰούδας, καὶ μετ' αὐτοῦ οἰκέτης ποιμήν. Εἶρας ὁ
ποιμὴν ἐκαλεῖτο, εἴτι ὑμῖν καὶ τούτου τοῦ ὀνόματος
μέλει. Ὡς οὖν ἡ Θάμαρ εἶδεν αὐτοὺς πλησιάσαντας,
τοῦ δράματος ἄρχεται, τοσαῦτα πλαττομένη, ὅσα
αἱ δι' ἀκολασίας ὑπερβολὴν ἀποξύσασαι τοῦ προσώ-
που πᾶσαν αἰδὼ, νεύμασι καὶ καγχάσμασι, καὶ λυγί- D
σμασι τὸν κηδεστὴν εἰς πόθον ὑφανάπτουσα. Ἀνα-
καλύπτουσα μὲν ἐπ' ὀλίγον τὸ θέριστρον, ὅσον τὸ
κάλλος ἐνδείξασθαι, εἶτα κρύπτουσα τὴν μορφήν·
ὁμοῦ τε λανθάνουσα τίς εἴη, καὶ ὑποκνίζουσα τῶν

tri suo. Qui secum reputans, si Thamar pareret (38), fore ut et doloribus partus ejus pulchritudo marcesceret, et quidquid ex se genuisset, priori viro ascriberetur, nefarium consilium excogitat. Sed quomodo honestis efferam verbis, quod est inhonestum? Verumtamen sacræ Litteræ non erubescunt hoc dicere, quod nimirum id quod erat delectabile perficiebat impurus, at vero muliebris uteri sulco non exhibebat id per quod conceptus efficitur. Illa igitur justitia, quæ odio habet iniquitatem, hominem abominatur; atque ipse etiam moritur. Sic Thamar duplici afflicta viduitate, et quasi per somnium (39) matrimonio conjuncta, virique simul et prolis expers, in tertium Judæ filium Selom adhuc adolescentulum conjecit oculos, exspectans donec maturus nuptiis esset, non delectationis cupiditate, sed studio prolis ex Abram semine procreandæ. Sed Judas suspicans, quod non erat, vitio Thamar filios sibi tam immature sublatos, et metuens ne et tertio orbaretur, statuit falsis pollicitationibus Thamar expellere; atque ita eam hortatus est, ut in vicum, in quo parentes ejus degebant, interim remigraret, et ibi viduitatem deploraret suam, dum pubesceret Selom, quod ita factum est. Nam ea quidem atrata sedebat domi, ac procedente tempore Selom quidem adolevit; at conjugium nequaquam est initum. Advertit igitur ludificari se Thamar. Atque adeo consilium commenta est (40) mulieris improbitati conveniens. Sicut enim callidi in re militari, cum vident aciem, quæ ex adverso est, copiis, ac virtute valentiorem, et imparem esse congressum, per dolos et insidias hostem vincere aggrediuntur; ita Thamar fraudulento fraudem imponere cogitavit. Neque eam fefellit astutia; quod quomodo ei successerit, jam dicetur. Obiit Sava uxor Judæ, tempus erat ovium tondendarum, atque oportebat per ejus vicum iter facere Judam ad ovilia sua. Id ubi resciit Thamar, lugubri veste deposita sponsæ sumpsit ornatum; simulavit amantium mores (41), atque ad meretricias illecebras, adscitis ad pulchritudinem fucis, sese composuit; ita in publica considens via præstolabatur soceri transitum. Cum jam vesperasceret venit Judas, famulo suo pecoris magistro comitatus (Eras pastor appellabatur, si **85** tamen scire studetis (42) illius nomen). Ergo, ut eos appropinquare Thamar animadvertit, actionem inceptat, eaque confingit omnia quæ exsuperante libidine et omni absterso pudore mulieres solent, nutibus, cachinnis, blandimentis socerum ad sui

Francisci S. orsi notæ.

(38) *Si Thamar pareret.* Hæc reperi in cod. G. et exstant in aliis, cum quibus ille collatus, Εἰ τέκει Θάμαρ ἐκ τῶν ὠδίνων τὸ κάλλος αὐτῆς μαρανθήσεται.

(39) *Et quasi per somnium.* Duplex hic lectio cod. P. Καὶ ὡς ἐν ὀνείροις τοῖς γάμοις τελέσασα, καὶ οὐδὲ παιδὸς εὐμοιρήσασα, etc.; cod. G. et alii, τοῖς γάμοις τελέσασα, καὶ ἀνδρὸς, καὶ παιδὸς ἀμοιρήσασα, quam edidi utpote planiorem, et τῇ συντάξει aptiorem. Quid enim est τοῖς γάμοις τελέσασα, nonne rectius τοὺς γάμους τελέσασα?

(40) *Consilium commenta est.* καὶ βουλὴν βουλεύεται, habet cod. G., quam lectionem secutus sum, ut Atticam et elegantiorem. Cod. P. Καὶ βουλὴν σκέπτεται.

(41) *Simulavit amantium.* Hæc sunt ex cod. G. ἐπλάσατο ἤθη ἑταιρικά.

(42) *Si tamen scire studetis.* Et hæc cautio qua utitur orator ne videatur minuta narrandi diligentia, erat omissa in cod. P. εἴ τι ὑμῖν καὶ τούτου τοῦ ὀνόματος μέλει.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

concupiscentiam incendens. Eatenus quidem theristrum aperiens (43), quatenus ostenderet pulchritudinem, cæterum formam abscondens simul ut quæ esset non agnosceretur, simul etiam ut amorem videntium irritaret. Sed ne in hujusmodi sermonibus (44) immorer, verba præcidam. Capitur igitur pulchritudine bonus ille Judas, et ratus eam esse unam ex iis quæ venalem voluptatem habent, utitur famulo, ut lenone. Per eum significat ut noctem sibi det, et hædum missurum se pollicetur. Hic illa lætissime arripit dictum, atque ubi nox eos conjunxit, et prædam inter retia tenuit, Thamar blanditiis eum emolliens, et fictis tergiversationibus rursus inflammans pignora petit hædi mittendi baculum, et armillam (45), et annulum; ille vero ejus cupidine penitus contabescens cingulum exuit (46), baculumque extemplo abjicit, et confestim etiam præter hæc annulum donat. Atque exinde nocturna opera silentio tegam. Tantum dicam quod utriusque nominum principia commutata sunt, et facta est Thamar uxor, et socer amator. Ubi vero illuxit, e cubili Judas exsiliit, silentium fuga lucratus, ut opus ipsis tenebris obvolveretur. Cognovit igitur Thamar concepto semine se gravidam factam, et clarescente die abiit domum pignora referens, ut victoriæ præmia. Nec longum intercessit tempus, cum uterum ferre visa est, et ipso tumore prodidit, quod factum erat. Ita apud Judam meritricii insimulatur, qui eam morte damnavit. Cum vero ad supplicium duceretur, misit Judæ socero pignora, ut ex illis agnosceret, quis secum concubuisset. Ille vero eorum aspectu, admiratione perculsus, merito se illusum intellexit, et mutato judicio: « Justa, inquit, est Thamar;

A ὁρώντων τὸν ἔρωτα. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐμβραδύνω τουτοισὶ τοῖς λόγοις, ἐπιτέμνω τὸν λόγον. Ἁλίσκεται οὖν τῷ κάλλει ὁ βέλτιστος Ἰούδας, καὶ νομίσας μίαν εἶναι τῶν τὰς ἡδονὰς πωλουσῶν χρῆται τῷ οἰκέτῃ προαγωγῷ, καὶ μηνύει ὑποδέξασθαι αὐτὸν ἐν τῇ νυκτὶ ἐπαγγειλάμενος αὐτῇ πέμψειν ἔριφον. Ἡ δὲ ἁρπάζει τὸ ῥῆμα περιχαρῶς. Ἐπεὶ δὲ ἡ νὺξ αὐτοὺς ἐκοινώσατο, καὶ εἴσω δύκτιων ἡ Θάμαρ εἶχε τὸ θήρευμα κολακείαις αὐτὸν ὑποχαυνώσασα, καὶ αὖθις τοῖς ἀκκισμοῖς ἀναφλέξασα ἐνέχυρα ζητεῖ τῆς τοῦ ἐρίφου ἀποστολῆς τὴν ῥάβδον, καὶ τὸν ὁρμίσκον, καὶ δακτύλιον. Ὁ δὲ τοῖς ἰμέροις αὐτῆς γεγονὼς ὅλως ἐξίτηλος ἀποζώννυται τὴν ζώνην, εὐθὺς ῥίπτει τὴν ῥάβδον, γοργῶς δίδωσι πρὸς τούτοις καὶ τὸν δακτύλιον, καὶ τὸ ἐντεῦθεν τὰ νυκτὸς ἔργα σιγήσομαι

B τοσοῦτον εἰπών, ὡς ἀμφοτέρων αἱ κλήσεις διήμειψαν τὰς ἀρχὰς, καὶ γέγονεν ἡ Θάμαρ δάμαρ, καὶ ὁ κηδεστὴς ἐραστής. Ὀρθρου δὲ γενομένου ἀναθρώσκει τῆς εὐνῆς ὁ Ἰούδας, καὶ κλέπτει φυγῇ τὴν σιγὴν, ἵνα τὸ πραχθὲν τῷ σκότει διαλάθῃ. Ἔγνω οὖν ἡ Θάμαρ κυοφορήσασα τὴν καταβολήν. Ἡμέρας δὲ σκιδναμένης ᾤχετο οἴκαδε, ὡς ἄθλια νίκης φέρουσα τὰ ἐνέχυρα. Καιρὸς οὐ παρῆλθε συχνὸς, καὶ ὠγκοῦτο αὐτῆς ἡ γαστὴρ καὶ ἤλεγχε τὸ γεγονὸς ἡ νηδὺς, καὶ διαβάλλεται πρὸς Ἰούδαν, ὡς εἴη ἄρα πεπορνευκυῖα· ἐπιψηφίζεται οὖν θάνατον κατ' αὐτῆς. Ἡ δὲ ἀγομένη πρὸς τὴν σφαγὴν, τὰ ἐνέχυρα πέμπει τῷ Ἰούδᾳ τῷ κηδεστῇ, ὡς ἂν ἐξ αὐτῶν ὁ πεπορνευκὼς μετ' αὐτῆς γνωρισθῇ. Ὁ δὲ τῇ θέᾳ καταπλαγεὶς ἔγνω δικαίως φενακισθεὶς καὶ γίνεται

C μετάμελος δικαστής· « Δεδικαίωται γὰρ, φησὶ, Θάμαρ, ἐγὼ δὲ κατακέχριμαι μὴ δοὺς αὐτῇ τὸν υἱόν μου Σιλώμ. » Καὶ οὕτως ἡ Θάμαρ ἐκ μιᾶς ὠδῖνος τὸν Φαρὲς τίκτει, καὶ τὸν Ζαρᾶ.

Francisci Scorsi notæ.

(43) *Theristrum aperiens.* Theristrum Græcum vocabulum θέριστρον dictum παρὰ τὸ θέρος ab æstate videlicet; est enim velum subtile quod ad accendendum æstum adhibebatur. (Suidas.) Huic oppositum χείμαστρον Latine *Chimastrum* παρὰ τὸν χειμῶνα ab hieme. Lex. θέριστρον θερινὸν ἱμάτιόν ἐστι, ut χείμαστρον χειμερινόν. *Theristrum restimentum messoris; chimastrum vestis hiberna agricolæ.* (Bud.)

(44) *Sed ne in hujuscemodi sermonibus.* Et hæc significatio verecundiæ, qua, se impediri a narratione rei meretriciæ præ se fert orator, deest in codd. P. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐμβραδύνω τούτοισι τοῖς λόγοις, ἐπιτέμνω τὸν λόγον.

(45) *Baculum et armillam.* Variant hic codices. Pan. sic habet, Ἐνέχυρα ζητεῖ τῆς ἐρίφου ἀποστολῆς τὴν ῥάβδον, καὶ τὸν ἁρμίσκον, ἤτοι δακτύλιον, καὶ ζώνην. Gall. autem, Ἐνέχυρα τοῦ ἐρίφου ζητεῖ τὴν ῥάβδον, καὶ τὸν ὁρμίσκον καὶ τὸν δακτύλιον. Quæ sane lectio vera est, ut quæ ea solum data pignori Thamar contineat, quæ leguntur et in nostra Vulgata editione, et apud LXX interpretes. At vero in priore illa lectione pro eodem sumitur ὁρμίσκος et δακτύλιον et tertii pignoris loco additur ζώνη quod tamen in sacris Litteris usquam est. Suspicor autem illa verba Ἤτοι δακτύλιον, καὶ τὴν ζώνην, esse glossema ex ingenio librarii, vel cujuspiam scioli additum, et occasionem errori præbere potuit, quod mox Theophanes, et infra etiam in explicanda et conferenda hujus denarratæ historiæ allegoria pro vocabulo ὁρμίσκον, nec est, *armilla*, ponat ζώνην *zonam*. Sed hoc nihil inobscurat veræ lectionis, quam sequimur, lumen. Nam cum ὁρμίσκος sit quoddam monile parvum quo mulieres, vel etiam viri circumdant collum, vel brachia ornamenti gratia, sine dubio forma quædam est cinguli. Hesych. Ὁρμίσκον περιτραχήλιοι κόσμοι γυναικεῖοι, ἢ μανιάκης, ἢ περιδέραια, ἢ κλοιοὶ, ἢ δακτύλιοι· id est, Ὁρμίσκοι, *ornamenta muliebria sunt collo circumdata, vel torques, vel collarium, vel ligamen cervicis, vel annuli.* Porro hoc etiam ornamento usos fuisse viros notum est ex historia T. Livii, lib. I, qui de Sabinis tradit gemmatos magna specie annulos, et aureas armillas in lævo brachio gestare solitos. Cum igitur cingendi, ligandique ratio, quæ in armillis est, maxime allegoriæ, quam hic auctor explicat, congrueret, ὁρμίσκον ipse ζώνην appellavit. Quid quod Hebraica vox פתיל quæ legitur cap. Genes. XXXVIII varie ab interpretibus exponitur? Symm. vertit Στρεπτόν σου, Pagnin. *Pallium*, qui etiam *fasciam pilis intortam* hac significari vult voce; Arias Montanus *tænium tuam*. Sanctus autem Cyrillus fuisse putat ornamentum, quod δέρρις, hoc est, *pellis*, seu vestimentum e pilis confectum quod circumdabatur ex Chaldaica consuetudine, quo etiam ornatum censet tum fuisse Judam. Itaque ne mirere si ζώνη appelletur a nostro.

(46) *Cingulum exuit.* Vide dicta proxima nota; quare armilla cingulum appelletur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ego vero condemnor, qui filium meum Semom illi non dederim. » Ita uno partu Phares, et Zaram edidit Thamar.

Φανερὸν μὲν οὖν, ὡς τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν εἰκόνιζεν. Τὰ γὰρ ἔθνη τὰ μὲν ἀθεΐαν, τὰ δὲ πολυθεΐαν νοσήσαντα, καὶ τὸ σπέρμα τῆς πίστεως, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν δικαιοσύνης εἰς τὴν γῆν τῆς πλάνης, καὶ τῶν παθῶν ἐκχέαντα ἔμεινεν ἀνήροτα. Ἐπεὶ μηδένα καρπὸν ἐξ αὐτῶν ἡ Ἐκκλησία ἐκίσσησεν, ἁρπάζει τὸν ἐκ τοῦ Ἰούδα καρπόν· νοεῖς δὲ πάντως τὸν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀνατείλαντα Κύριον. Ἀκούοντες δὲ, ὡς Ἰούδας εἰς τὰ πρόβατα πορευόμενος τῇ Θάμαρ κατὰ πάροδον ἐκοινώνησεν, οὐ ξενιζώμεθα· ἐντεῦθεν γὰρ μᾶλλον συναίρεται τὸ ἀκόλουθον· καὶ γὰρ ὁ ἐξ Ἰούδα Χριστὸς προηγουμένως μὲν εἰς τὰ πρόβατα ἀπεστάλη οἴκου Ἰσραὴλ, ὡς ἐκεῖνός φησιν, ἐνηργήθη δὲ κατὰ πάροδον ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν. Ὁρᾷς πῶς ἡ θεωρία τῇ ἱστορίᾳ συμφθέγγεται; Λαμβάνει οὖν ἡ Ἐκκλησία, ὡς μὲν δακτύλιον τὸν ἀῤῥαβῶνα τῆς πίστεως, καὶ τῆς συγκεχωσμένης εἰκόνος τὴν ἐπανάληψιν, ἣν δηλοῖ ἡ ἐν τῇ σφενδόνῃ γλυφὴ, καὶ τὴν ζώνην τὴν περιζωννύουσαν αὐτὴν τὴν δύναμιν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς χάριτος, καὶ τὴν ῥάβδον, φημὶ δὴ τὸν σταυρὸν, δι' οὗ ἐν τῇ στάσει τῆς πίστεως στηριζόμεθα, καὶ τοὺς ὑλακτῶντας ἡμᾶς κύνας ἐκτρεπόμεθα· καὶ τίκτει δύο παῖδας ἐν μιᾷ τῆς ψυχῆς νηδύϊ τὴν ὀρθὴν πίστιν, καὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων συνείδησιν.

Ei δὲ δεῖ μεταβαλεῖν τὴν ἱστορίαν, καὶ εἰς ἠθικὴν θεωρίαν, τοῦτο σαφῶς διδασκόμεθα, ὡς ἡ ὡραία Θάμαρ ἐκείνη, ἐπειδὴ *Πικρασμὸς* ἑρμηνεύεται, σημαίνει τὴν ἡδονὴν τὴν ὡραίαν εἰς ὅρασιν, καὶ ἡδεῖαν εἰς βρῶσιν, πικρὰν δὲ τὴν ὕστερον ἀνάδοσιν ἔχουσαν, μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ τῶν τῆς κακίας χειλέων εἰς πικρίαν καταλῆγον χολῆς. Αὕτη γοῦν ἡ ἡδονὴ εἰσποιουμένη πρότερον τὸ ἐν ἡμῖν ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδὲς, τὰ ὑπ' ἐξουσίᾳ τοῦ λογικοῦ, καὶ ὥσπερ συνοικοῦσα τούτοις, ὥσπερ τῷ Ἤρ ἡ Θάμαρ, καὶ τῷ Ἀὼνᾶν θανατοῖ, καὶ θάπτει ταῦτα εἰς ἀλογίαν μετάγουσα. Εἶτα κατ' αὐτοῦ τοῦ νοὸς στρατεύεται, καὶ ὑποσαίνουσα τῷ νόθῳ κάλλει χρῆται τῷ οἰκέτῃ, ὡς μαστροπῷ. Εἴη δ' ἂν τοῦ νοὸς οἰκέτης ἡ αἴσθησις, δι' ἧς τῇ ἁμαρτίᾳ συμπλέκεται, προδοὺς πρότερον τὴν ῥάβδον, καὶ τὴν ζώνην, καὶ τὸν δακτύλιον, ἅπερ παρ' ἡμῶν κακία ζητεῖ· δουλαγωγεῖ γὰρ ἡμᾶς, ὡς βούλεται, τούτων γυμνώσασα. Ἡ μὲν οὖν ζώνη ἐπειδὴ συσφίγγει τὴν ὀσφὺν, καὶ ἀναστέλλει διαῤῥέοντα τὸν χιτῶνα ἐπὶ τὴν ἰξὺν, σημαίνει δὲ τὸ σώφρονα λογισμὸν, δι' οὗ ἥτε ἀπολαυστικὴ τοῦ βίου χαυνότης συστέλλεται, καὶ ἡ μὴ πρέπουσα τῶν νεφρῶν συσφίγγεται πύρωσις. Τοῦτον τὸν σώφρονα λογισμὸν ἀφαιροῦσα ἡ ἡδονὴ, τὸ τοῦ νοὸς ἀνδρῶδες ἐξίτηλον ἀπεργάζεται, ὥστε προδοῦναι καὶ τὴν τοῦ συνειδότος ἐλευθερίαν, ἣν αἰνίττεται ὁ δακτύλιος, καὶ ἀπολέ-

A Planum igitur est per eam adumbratam Ecclesiam gentium. Gentes enim partim atheismo, partim idololatriæ morbo affectæ, et **86** fidei, et ejus quæ secundum fidem est, justitiæ semen per errores, et passiones suas, velut in terram profundentes, inaratum, incultumque agrum Ecclesiæ destituerunt. Postea vero quam nullum ex his fructum excerpsit Ecclesia, eum abstulit, qui ex Juda est; scis autem omnino ex Judæ tribu Dominum ortum esse. Cum vero audiamus Judam ad ovile profectum per iter convenisse cum Thamar, ne evagemur; hinc enim magis series allegoriæ colligitur. Etenim natus ex Juda Christus potissimum quidem ad oves domus Israel missus est, ut ipse dixit; sed per viam salutem gentium operatus est. Vides uti allegoria historiæ concinat. Accipit igitur Ecclesia quasi annulum arrhabonem fidei, et obscuratæ imaginis renovationem, quam ostendit palæ ipsius annuli cælatura, et cingulum, quod eam incingat, hoc est virtutem evangelicæ gratiæ; et baculum, crucem dico, per quam fulcimur, ut stemus in fide; et canes nobis oblatrantes arcemus, et in uno utero animæ filios geminos parit, rectam fidem et bonorum operum conscientiam.

Quod si in moralem considerationem convertere historiam opus sit, hinc etiam aperte docemur, quod scilicet pulchra illa Thamar, quæ *Amaritudinem* (47) suo nomine signat, denotat voluptatem pulchram quidem aspectu, et gustatu dulcem, sed amaram in digerendo: melle enim distillant malitiæ labia, quod in bilis amaritudinem desinit. Hæc igitur voluptas principio quidem concupiscendi et irascendi facultates rationi subjectas adsciscit sibi, et cum illis consuescens uti cum Er et Aynan Thamar eas occidit, ac sepelit. Cum avertit a ratione, postea mentem ipsam aggreditur, et mentita pulchritudine illiciens famulum adhibet, ut lenonem. Porro autem mentis famulus sensus est, per quem peccato irretitur tradens ante baculum, et cingulum, et annulum, quæ a nobis nequitia flagitat, simul enim ac illis nos spoliarit, suo arbitratu in servitutem redigit. Zona siquidem quoniam lumbos præcingit, et tunicam diffluentem in iis continet, temperantiæ significat cogitationes, per quas coercetur delectabilis vitæ luxus, et renum indecens ardor comprimitur. Hanc temperantiæ rationem adimens voluptas **87** debilitat mentis robur, ita ut etiam nobilitatem conscientiæ prodat, quod adumbrat annulus, et signum imaginis perdat. Quod per sculpturam in pala annuli (48) factam exprimitur.

B

C

D

Francisci Scorsi notæ.

(47) *Quæ amaritudinem.* Ex radice מרר, quod est *amarescere*, fit תמר nomen Hebraïcum per detractionem unius radicalis, et additionem servilis ת. Alii Thamar *palmam* interpretantur.

(48) *In pala annuli.* Annuli pala est pars ejus plana et latior, in qua apud veteres sigillum exsculptum, apud nos inseritur gemma. Cic. de fabuloso annulo Gygis: *Ibi cum palam ejus annuli ad palmam converteret, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.* Ea σφενδόνη Græcis. Unde inter officia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Baculus vero propulsator canum spei ratio est, per quam defatiscentem animam sustentamus, et latrantem desperationis motum compescimus. Quod vero baculus bonam spem significet, testatur Asceticorum graduum (49) scriptor, cum ait : Qui lapsus est, conteritur; et laudabili audacia orat suffultus baculo spei, quo persequens canem desperationis expellit. Postquam igitur peccatum hoc nos etiam adminiculo privarit, facile nos pro suo arbitratu versat. Hæc intelligentes, charissimi, attendamus nobismetipsis : ea siquidem ad nostram admonitionem scripta sunt. Fugiamus allicientem voluptatis escam; primos ejus impetus declinemus, subit enim per animæ fenestras ex improviso se insinuans, ne continentiæ, quæ puros nos reddit, cingulo spoliemur, neque nobilem imaginem, ut annulum prodigamus. Si vero horum aliquo privari contigerit, baculum spei a nobis desperatio non extorqueat. Ita sanctam Christi Nativitatem pura mente contemplabimur; eumque una cum angelis, et pastoribus laudabimus, offerentes auri loco fidem, et actiones, ut thus, et instar myrrhæ corporis afflictationem : atque ita mystica perfruemur mensa in Christo Jesu Domino nostro, qui cum Patre et Spiritu sancto adoratur nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

σαι τὸ κατ' εἰκόνα, ὃ δηλοῦται διὰ τῆς ἐν τῇ σφενδόνῃ γλυφῆς. Ἡ δὲ ἀμυντικὴ τῶν κυνῶν ῥάβδος, ὁ τῆς ἐλπίδος λόγος ἐστί, δι' οὗ τὸ κάμνον τῆς ψυχῆς ἐπερείδομεν, καὶ τὸ ὑλακτοῦν πάθος τῆς ἀπογνώσεως ἀμυνόμεθα. Ὅτι δὲ ἡ ῥάβδος τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα δηλοῖ, μαρτυρεῖ ὁ τῆς ἀσκητικῆς Κλίμακος συγγραφεὺς οὕτως εἰπών· Ὁ πεσὼν συντρίβεται καὶ μετ' ἐπαινουμένης ἀναιδείας προσεύχεται ῥάβδῳ ἐλπίδος ὑποστηριζόμενος, καὶ ταύτῃ διώκων τὸν κύνα τῆς ἀπογνώσεως ἐξορίζει. Ὅταν οὖν καὶ ταύτης ἡμᾶς τῆς ῥάβδου ἡ ἁμαρτία στερήσῃ, εὐχειρώτους ἕξει πρὸς ὅ τι βούλεται. Ταῦτ' οὖν μαθόντες, ἀγαπητοὶ, προσέχωμεν ἑαυτοῖς· ἐγράφη γὰρ ταῦτα εἰς νουθεσίαν ἡμῶν. Φύγωμεν τὴν δελεάζουσαν ἡδονὴν, ἐκκλίνωμεν αὐτῆς τὰς ἀρχὰς, παρεισδύεται γὰρ ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς θυρίδων ἀπροόπτως εἰσδύουσα, μὴ συληθῶμεν τὴν ζώνην τὴν ἁγιαστικὴν σωφροσύνην, μηδὲ τὸ κατ' εἰκόνα προσδώσωμεν, ὡς δακτύλιον. Εἰ δέ τινι τούτων ζημιωθῆναι συνέβη, τὴν ῥάβδον τῆς ἐλπίδος μὴ ἀποσπάσῃ ἀφ' ἡμῶν ἡ ἀπόγνωσις. Οὕτω τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν καθαροὶ ὑποψώμεθα, καὶ μετὰ ἀγγέλων δοξάσομεν, καὶ μετὰ ποιμένων αἰνέσομεν, ὡς χρυσὸν τὴν πίστιν προσάγοντες, ὡς δὲ λίβανον τὰς πράξεις, ὡς δὲ σμύρναν τὴν τοῦ σώματος νέκρωσιν καὶ τῆς μυστικῆς τραπέζης καταπτυφήσομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνουμένῳ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XV.

De Zacchæo principe publicanorum.

Mysticæ illius, ac divinæ scalæ, quam patriarchæ Jacob in itinere obdormienti Deus ostendit [88], primus gradus paulum ascendentem attollebat e terra; cæteri vero deinceps sequentes sensim eum elevando ad extremum usque, summumque fastigium cui innitebatur Dominus, evehebant. Angeli vero ascendebant et descendebant manuducentes eos qui in altum erigebantur. Quorsum vero patriarchæ illius scalæ exemplo sum usus? **88** Personat aures meas vox evangelica, et ex iis quæ lecta sunt, appropinquare conjicio pœnitentiæ tempus, et jejuniorum

ΟΜΙΛΙΑ ΙΕ'.

Περὶ τοῦ ἀρχιτελώνου Ζακχαίου.

Τῆς μυστικῆς ἐκείνης καὶ θείας κλίμακος, ἣν ὁ Θεὸς ὑπέδειξε τῷ πατριάρχῃ καθ' ὕδον ἀφυπνώσαντι, ἡ μὲν πρώτη βαθμὶς ἀπὸ γῆς ἀνῆγε τὸν ἀνιόντα μικρόν· αἱ δὲ καθ' ἑξῆς κατ' ὀλίγον κουφίζουσαι, πρὸς τὸ ἀνώτατον ἦγον καὶ τέλειον, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς ὑπεστήρικτο. Ἄγγελοι δὲ ἀνέβαινον, καὶ κατέβαινον χειραγωγοὶ τῶν ἀναγομένων γενόμενοι. Τί δὲ βουλόμενος ἐχρησάμην τῷ τῆς πατριαρχικῆς κλίμακος παραδείγματι; περιηχεῖ μου τὰ ὦτα εὐαγγελικὴ φωνὴ κἀκ τῶν ἀναγνωσμάτων ἐγγίζειν τεκμαίρομαι τὸν τῆς μετανοίας καιρὸν, καὶ τῶν νηστειῶν

[88] Gen. xxviii, 12.

Francisci Scorsi notæ.

Palatina, recensetur a Codino Curopalata cap. 11, ὁ παραχοιμώμενος τῆς σφενδόνης *Præfectus sigilli*, seu *annuli signatorii*, ut recte Gretserius noster interpretatur : inepte autem ipso quoque notante Grets. Junius ill nominis *accubitor fundæ* reddit; melius in Catalogo Juris Græco-Rom. vertit interpres *accubitor magnæ palæ*. Erat igitur παραχοιμώμενος τῆς σφενδόνης sigillifer, seu custos annuli imperatorii quo litteræ obsignabantur; qui annulus per unam sui partem, nempe per σφενδόνην seu palam significatur, quod hujus in obsignando sit usus.

(49) *Asceticorum graduum*. S. Joannem cognomento Climacum, quod cognomentum nactus est ex libro quem Κλίμακα inscripsit, Græci vocant : Τῆς Ἀσκητικῆς Κλίμακος συγγραφέα, *Asceticæ Scalæ scriptorem*. Celebris est et auctor, et liber; legat tamen qui plura cupit Isagogem Matthæi Raderi soc. nostræ viri apprime eruditi, qui Opera omnia Joannis Climaci naviter vertit, et edidit Græce simul et Latine. Locus autem quem hic refert Theophanes, est ex gradu 7. Græca sunt hæc : Ἀπόθου τὸν κύνα τὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ προσερχόμενον, καὶ τὸν Θεὸν ἄσπλαγχνον καὶ ἀσυμπαθῆ ὑποβάλλοντα · *Expelle canem, qui in maximo pœnitentiæ luctu accedens, Deum immisericordem et durum objicit*. Solum igitur hic Climacus desperationem appellat canem. Itaque non ex hoc Climaci loco solo sententiam suam Theophanes desumpsisse videtur; sed etiam ex Gregorio Nysseno, qui aperte per baculum spem signari docet lib. *De vita Mosæ* · Ἧς αὐτῶν θηρίων ἀμυντικὴ βακτηρία ὁ τῆς ἐλπίδος λόγος ἐστί, ᾧ καὶ τὸ κάμνον τῆς ψυχῆς ὑπερείδομεν, καὶ τὸ ὑλακτοῦν ἀμυνόμεθα · *Baculus vero, quo feras repellimus, spes est : quo labores, et molestias animi sustentamus, et latratum canum arcemus.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αἱ ἡμέραι, ὡς ἔοικε, γειτνιάζουσι. Τίθησι γοῦν ἡμῖν ἡ εὐαγγελικὴ κλίμαξ οἷον βαθμίδα πρώτην, ἀρίστην τε ὑψώσεως εἴσοδον τὴν μετάνοιαν, διὰ τῆς τοῦ Ζακχαίου ἱστορίας διδάσκουσα ἡμᾶς ὅσον ἰσχύει ἡ τῶν ἡμαρτημένων μετάγνωσις. Οὐ γὰρ διηγεῖται περὶ ἀνθρώπου ἁπλῶς ἁμαρτήσαντος, ἀλλὰ τελώνην ἡμῖν ὑποτίθεται τὸ πάντων ἁμαρτημάτων ἀκρότατον. Βδελυρὸν γάρ τι χρῆμα τὸ τελωνεῖν, καὶ τῶν μάλιστα κατεστυγημένων τῷ παναγάθῳ Θεῷ. Διὰ τοῦτο ὅτε βούλεται ὁ Σωτὴρ μεθ' ὑπερβολῆς κατηγορῆσαί τινος, τοῦτο τὸ ὄνομα τίθησι· ποτὲ μέν· « Ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς, καὶ ὁ τελώνης· » ποτὲ δέ· « Οἱ τελῶναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ

A dies (50) appetunt, ut videtur. Proponit igitur nobis evangelica scala quasi primum gradum, et aditum aptissimum unde ad altitudinem pertingere liceat, pœnitentiam, quippe cum per historiam Zacchæi nos doceat quantum valeat pœnitentia peccatorum. Non enim de homine agit, qui vulgari more peccasset, sed publicanum nobis proponit, peccatorum omnium summam : abominandum enim publicanorum negotium (51) erat, quodque Deus usquequaque purus, ac sanctus maxime odio habebat. Ideo Salvator, quotiescunque aliquem vituperare vult maxime, hoc utitur nomine : modo enim ait : « Sit tibi tanquam ethnicus, et publicanus [56] ; » modo :

[56] Matth. xviii, 17.

Francisci Scorsi notæ.

50) *Et jejuniorum.* De tempore jejunii magni appropinquante fit in hac homilia mentio, quia legitur Evangelium de Zacchæo ex cap. XIX S. Luc. Dominica præcedente Triodium. Vocant Græci Triodium in Ritualibus suis libris tempus illud, quod nos Latini a Septuagesima incipimus usque ad Pascha, quo canticum *Alleluia* siletur. Nec tamen adhuc satis apparet cur appetere dies jejunii dicat etiam a Dominica ante Triodium, nisi Græcorum ritus in jejunio Quadragesimæ servando intelligatur, qui discrepat a Latino more ; nam in Ecclesia Latina a feria IV post Quinquagesimæ Dominicam, quæ Cinerum dies, seu Caput jejunii dicitur, illud auspicamur, cujus consuetudinis ea est ratio ; nam a Quadragesimæ Dominica usque ad Pascha interfluunt dies duo et quadraginta : a quo numero si Dominicas sex dempseris ἀνηστεύτους (his enim antiquissimo Ecclesiæ ritu et canone receptum est, ut non jejunetur, de quo Baronius tom. I), reliqui sunt dies sex et triginta. Et profecto S. Gregorii tempore tot erant jejunii dies, ut ex his ipsius verbis hom. 14 *in Evang.* intelligitur : ***Dum vero per trecentos sexaginta dies annus ducitur, et nos per triginta et sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus.*** Postea ut dierum ἀποσίτων numerum cum Christi Domini jejunio conveniret, institutum fuit ut essent quadraginta ; adeoque additi quatuor ante primam Quadragesimæ Dominicam, et ad diem Mercurii retractum jejunii tempus. Et hæc quidem est ratio Latinorum. Græci autem, qui non solum Dominicos dies, sed etiam Sabbata immunia jejunio faciunt, majori supplemento dierum egent. Nam ex duobus et quadraginta diebus a Quadragesima usque ad Pascha intercurrentibus, supersunt ἀπόσιτοι triginta tantum dies, vel triginta et unus, eo quod Sabbato solo majoris hebdomadæ jejunent ; quam ob causam hanc iniere rationem, ut duabus ante hebdomadis Quadragesimale jejunium inchoarent, hoc est a feria II post Dominicam, quæ nobis Sexagesima dicitur. Quæ duæ hebdomades cum dies decem, et quatuor complectantur, si item ab his eximas Sabbata, et Dominicos dies qui in jejunio non computantur, ut diximus, superabunt decem, quos ad Quadragesimæ integritatem addunt : hac tamen ratione quod prima hebdomada laxius molliusque jejunent, abstinentes solum a carnibus, lacte vero, et ex lacte confectis cibis utentes. Unde Dominicam Sexagesimæ vocant ἀπόκρεω vel ἀποκρεωσίμου ἑορτήν, quasi dicas *Carnisprivii* festum ; postrema enim est, qua carnibus vesci liceat, et terminus nomen hebdomadæ subsequentis sibi sumit ; Dominicam vero, quæ nobis est Quinquagesimæ, τὴν τυρινῆς seu τυροφάγου quia in ea terminatur casei vicus. Eximie vero, hoc est feria II, jejunium magnum austerumque incipiunt, quod ipsorum ritu dies continet sex et triginta, Sabbato magno in eam summam computato. Quod diserte

B noster hic auctor, hom. *in Dominic.* IV *jejuniorum* asserit, ut ibi videbimus. Atque hæc ratio Græcanici ritus in obeundo jejunio τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς, cognita necessaria fuit non solum ut locus ille hom. *in Dom* IV, posset intelligi, sed ut et proœmia ipsa sequentium homiliarum, et alia loca essent illustrata. Ratio cur Orientalis Ecclesia Sabbata a jejunio excipiat, et quomodo hoc ipsum a principio in universa Ecclesia institutum, deinde ab Occidentali sit antiquatum, lege apud Baronium tom. I. Non enim est nostri instituti ea disputatio. Itidem de aliis Quadragesimis a Græcis, tum laicis, tum monachis servari solitis, quæ tamen Quadragesimæ non re, sed solo nomine tales, utpote jejunio paucis diebus circumscripto, de his, inquam, agere esset egredi fines nostrarum Adnotationum, cum ad hanc rem non pertineant. Leges eas apud Gretserum nostrum lib. III Comment. in Codinum Curopalatem, cap. 2, et Theodorum Balsamonem in responso ad 55 quæstionem Marci

C patriarchæ Alexandrini.

(51) *Publicanorum negotium.* Publicanorum munus apud Romanos honestissimum fuit, eo quod ex honestissimo ordine equestri qui vectigalia populi Romani exercerent, essent delecti, de quibus Tullius, in *Orat. pro Planc.*, hæc ait : *Qui ordo quanto adjumento sit et honore, quis nescit? flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipublicæ Publicanorum ordine continetur.* Eodemque modo eos commendat *Orat. pro lege Manilia*, ubi de Asiæ vectigalibus ; et ad Q. Fratrem de regimine Præfecturæ Asianæ. Apud Judæos tamen, maxime Christi tempore, id muneris odiosum et infame habebatur, adeoque a magistratibus publicis una cum cæteris turpibus personis prohibebatur, quin et ab eorum consuetudine ut ethnicorum, quod peccatores publici reputarentur, Judæi abhorrebant, juxta illud Christi Matth. XVIII : *Sit tibi tanquam ethnicus et publicanus.* Id ea maxime

D ratione quod in publicanorum negotiatione multæ fieri solent injuriæ, et vexationes debitorum ; cum vero Hebræorum gens liberam se esse, utpote ex Abrahamo ortam censeret, ad pendendum tributum per eos cogi maxime odiosum habebant : præsertim si qui ex sua gente id muneris pro Romanis administrarent. Claudat hanc notam Suidas, qui in voce Τελώνης sic habet : Διαβέβληται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ τοῦ Τελώνου ὄνομα· τελώνης ἀλλοτρίων πραγμάτων μεριδῆς, πεπαρόηκιασμένων ἡ βία, ἀνεπιτίμητος ἁρπαγή, ἀναίσχυντος πλεονεξία, πραγματεία λόγον οὐκ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορία· *Criminosum erat publicani nomen apud veteres. Publicanus alienæ rei particeps, aperta violentia, impunita rapina, negotiatio nulla ratione constans, inverecunda mercatura.* Lepidum etiam Jamblici scomma in publicanum, cui torques traditus, vide apud ipsum. Refert hæc itidem Baronius tom. I, ann. 31, n. 73.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Publicani præcedent vos in regnum Dei; » aliquando etiam reprehendens eos, qui spe fœnoris reperta munera dant pecuniam : « Nonne et publicani, inquit, hoc faciunt? » Cum enim publicanum nominat, eo nomine complectitur (52) avarum, injustum, raptorem, lucri cupidum; quod idem est, ac si dicas idolis servientem; siquidem Paulus idolorum servitutem avaritiam appellavit [87]. Sed cum non simpliciter publicanum, sed principem publicanorum Zaccheum vocet evangelista, malitiæ magnitudinem notat. Hoc enim obtinuit consuetudo, ut quando quis in aliquo genere bonæ vel malæ artis perfectionem sit consecutus, principatus nomen cum professione componatur. Ita princeps latronum (53), princeps coquorum, princeps fabrorum dicitur. Nunc igitur si publicanus, cum usque eo exercuisset, et infame impurumque vitæ institutum ita persecutus esset, ut aliis etiam malæ artis magister evaderet, Dominum tamen pœnitentia propitium sibi fecit, quis non omni festinatione, studioque confugiat ad hanc pœnitentiæ medicinam divinitus datam? Sed a principio, si videtur, explicationem repetamus [88]. « In illo tempore Jesus perambulabat Jericho : et ecce vir nomine Zacchæus, et hic erat princeps publicanorum, et ipse dives; et quærebat videre Jesum. » Revertebatur sane Dominus in Jerusalem, ex Galilæa; et cum posset aliam inire viam (ex Samaria enim facilis erat reditus in Jerusalem), certo tamen **89** consilio per Jericho fecit iter; si primo se offerentem, apertamque spectemus rationem, ut Bartimæum a cæcitate liberaret [89], et principem publicanorum Zacchæum ad pœnitentiam revocaret. Si vero magis mysticam : quoniam parabolice de Adamo ante præmiserat (54), quod descendens ex Jerusalem in Jericho inciderat in latrones, et nudus, saucisque relictus fuerat, et ex contrariis oportebat confici vulnerati medicinam (contrariorum enim contraria medicamenta sunt); idcirco regreditur vice versa Salvator ex Jericho in Jerusalem reducens per semetipsum eo, unde deciderat, hominem vulneratum. Jericho enim *descensus* (55) interpretatur, denotat vero ruinam in quam cecidit lapsum genus humanum. Sed historiæ seriem resumamus : « Perambulabat, inquit, Jesus, » ac populi quidem multitudo pompæ quadam specie partim

Θεοῦ. » Ἄλλοτε ὀνειδίζων τοὺς δανείζοντας ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κομίσασθαι δάνειον · « Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; » Ὁ γὰρ τελώνην εἰπών, ἐν ταὐτῷ παρελαμβάνει, καὶ πλεονέκτην, καὶ ἄδικον, καὶ ἅρπαγα, καὶ φιλάργυρον · ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τοῖς εἰδώλοις λατρεύοντα · ὁ μὲν γὰρ Παῦλος εἰδωλολατρείαν τὴν φιλαργυρίαν ἐκάλεσε · καὶ οὐδὲ τελώνην ἁπλῶς, ἀλλ' ἀρχιτελώνην ὁ εὐαγγελιστὴς τὸν Ζακχαῖον ὠνόμασε τὴν ἐπίτασιν τοῦ κακοῦ παρεδήλωσεν. Οὕτω γὰρ ἡ συνήθεια τοῦ ἐν εἴδει τινὶ κακίας, ἢ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἐλάσαντος, τὴν τῆς ἀρχῆς προστηγορίαν προστίθησι τῷ ἐπιτηδεύματι, ὥσπερ ἀρχιληστήν, ἢ ἀρχιμάγειρον, ἢ ἀρχιτέκτονα. Εἰ γοῦν ὁ τελώνης οὗν εἰς τοσοῦτον ἀσκήσας, καὶ τὴν ἀκλεῆ, καὶ ἀκάθαρτον πολιτείαν οὕτως ἐπιτηδεύσας, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ κακοῦ γενέσθαι διδάσκαλος, μετανοίᾳ τὸν Κύριον ἱλεώσατο, τίς οὐ προσδράμοι μετ' ἐπείξεως πάσης πρὸς τὸ τῆς μετανοίας θεόδοτον φάρμακον. Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ἄνωθεν τὴν διήγησιν ἀναλάβωμεν. « Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ διήρχετο ὁ Ἰησοῦς τὴν Ἰεριχώ, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ καλούμενος ὀνόματι Ζακχαῖος, καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, καὶ οὗτος ἦν πλούσιος, καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Κύριον. » Ἦλθε μὲν ὁ Σωτὴρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλήμ, δυνάμενος καὶ ἀπ' ἄλλης ἰέναι ὁδοῦ, καὶ γὰρ ἐκ Σαμαρείας ῥᾴδιον ἐλθεῖν εἰς Ἱερουσαλήμ · ὅμως οἰκονομικῶς διὰ τῆς Ἰεριχὼ εἰσπορεύεται. Κατὰ μὲν τὸ πᾶσι φαινόμενον, ἵνα καὶ τὸν Βαρτιμαῖον τῆς ἀβλεψίας ἰάσηται, καὶ τὸν ἀρχιτελώνην Ζακχαῖον εἰς μετάνοιαν ἐπισπάσηται · κατὰ δὲ μυστικώτερον λόγον, ἐπείπερ ἔφθη προειπὼν παραβολικῶς περὶ τοῦ Ἀδάμ, ὡς κατιὼν ἐξ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ λῃσταῖς περιέπεσε, καὶ τὴν στολὴν ἀφῃρέθη, κτὶ τραυματίας ἐγένετο, ἔδει δὲ διὰ τῶν ἐναντίων γενέσθαι τοῦ πληγέντος τὴν ἴασιν. (Τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων εἰσὶν ἰάματα.) Διὰ τοῦτο ἄνεισιν ὁ Σωτὴρ ἀντιστρόφως ἐξ Ἱεριχὼ πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ, ἀνάγων δι' ἑαυτοῦ τὸν τραυματίαν, ὅθεν ἐκπέπτωκεν · Ἱεριχὼ γὰρ κατάβασις ἑρμηνεύεται, δηλοῖ δὲ τὴν καταφορὰν, εἰς ἣν ὀλισθῆσαν κατέπεσε τὸ ἀνθρώπινον. Ἀλλὰ τὴν ἱστορικὴν ἀκολουθίαν ἐπανελάβωμεν. « Διήρχετο, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς. » Τὸ δὲ τοῦ λαοῦ πλῆθος τὸ μὲν προεπόμπευε, τὸ δὲ παρείπετο τῷ τῆς διδασκαλίας ὑφελκόμενον πείσματι. Ἦν γὰρ θεία χάρις, καὶ ἄῤῥητος τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις συντρέχουσα, καὶ τὰς τῶν

[87] Matth xxi, 31. [88] Ephes. v, 5. [89] Luc. xix, 1 seqq. [90] Marc. x, 46.

Francisci Scorsi notæ.

(52) *Eo nomine complectitur.* Vide nota proxima quæ protulimus ex Suida.

(53) *Princeps latronum.* Ἀρχιλῃστής. Hoc vocabulo utitur Joseph. Hebr. de Ezechia latrone primario, quem Herodes sustulit. Καταβαλὼν γὰρ Ἐζεκίαν, inquit, τὸν ἀρχιλῃστὴν, τὸν προσεχῆ τῆς Συρίας κατατρέχοντα σὺν μεγάλῳ στίφει, τοῦτον κατασχὼν κτείνει καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ λῃστῶν. Meminit et hujus nominis Etymolog. magnum; dicitur etiam, commutato compositionis ordine, λῃσταρχος, et ληστάρχης habetur in versione LXX in Genes. et lib. IV Regum et apud Jeremiam et Isaiam.

(54) *Ante præmiserat.* Verti sic ex emendata scriptura cod. I. G. ἔφθη προειπὼν. Nam in P. apertum est mendum ἔφην προειπὼν. Non enim de se dicit Theophanes : *Præoccupavi dicere;* sed de Christo, quod antequam Zacchæum ad se converteret, præoccupaverat parabolice dicere de homine illo, qui descendens ab Jerusalem in Jericho, inciderat in latrones cap. x Lucæ; unde nunc ἀντιστρόφως regreditur ipse ex Jericho in Jerusalem; perinde quasi facto ipse suo significare vellet reduci ab se hominem eo unde peccando deciderat.

(55) *Jericho enim descensus.* Vide hom. 11, nota 88, ubi de hoc etymol.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀκουόντων ψυχὰς καταθέλγουσα. Οὕτω καὶ γέγραπται, ὅτι « Πάντες ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. » Ὑφ' ἧς καὶ Ζακχαῖος ἁλοὺς παραγκωνίζεται τὸ τελώνιον· καὶ ἐπειδὴ μικρὸς ἦν τὴν ἡλικίαν (καὶ τοῦτο γὰρ ὁ λόγος ἐδήλωσεν) ἄνεισιν εἰς τὴν συκομοραίαν, ἐκεῖθεν τὸν Κύριον κατοψόμενος. Ὡ πόσα δι' ὀλίγων ἡ ἱστορία τοῖς φιλομαθέσιν ἐνδείκνυται, ὅσοις οὐ παρέργως οἱ θεῖοι λόγοι ἀναγινώσκονται! Τοιγάρτοι τὰ τῆς ἱστορίας μαθόντες πρὸς θεωρίαν χωρήσωμεν οἷον περιελόντες τὸ ἔξωθεν ἔλυτρον, καὶ τὴν κεκρυμμένην φιλοσοφίαν ἀνακαλύπτοντες. Διὰ τί μικρὸς τὴν ἡλικίαν ὁ Ζακχαῖος εἶναι ἱστόρηται; Πῶς δὲ καὶ τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν οὐκ ἠδύνατο ἐστὼς ἐν τῇ γῇ; καὶ διὰ τί μὴ ἐν ἄλλῳ φυτῷ, ἀλλ' εἰς συκομοραίαν ἀνέρχεται; Καὶ τὴν μὲν ὑψηλοτέραν ἀναγωγὴν εἰδεῖεν ἂν οἱ καθαροὶ τὴν ψυχὴν, οἱ δι' ὅλβον ἀρετῆς τηλαυγῶς τῷ θείῳ Πνεύματι καταλάμποντες· ἡμεῖς δὲ οἱ ἐνισχημένοι τῇ ἰλύϊ τῶν ἁμαρτιῶν, περὶ τὰ μέσα τῶν νοημάτων χωρήσωμεν. Μικρὸς ἦν τὴν ἡλικίαν ὁ Ζακχαῖος, ὄντως μικρὸς ὁ περὶ τὰ μικρὰ καὶ οὐτιδανὰ καλινδούμενος, ὁ μὴ φθάσας ἐν τῇ τῶν ἀρετῶν τελειότητι, ὁ τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν σμικρύνων τοῖς πάθεσι. Πῶς οὖν δυνατὸν ἦν τὴν ἀτελῆ ψυχὴν ἐν τῇ κατ' ἀρετὴν πολιτείᾳ Θεὸν ἰδεῖν τὸν παντέλειον; διὰ τοῦτο κάτω ὢν ὁ Ζακχαῖος ἐν γῇ οὐχ ἑώρα τὸν Ἰησοῦν ἐπιπροσθούσης τῆς ἁμαρτίας, ἕως τῶν γηΐνων ἐπήρθη, καὶ ὑπέρτερος τῆς συκομοραίας ἐγένετο. Νοεῖς δὲ πάντως τίς ἡ συκομοραία διὰ τοῦ συνθέτου ὀνόματος, τὸ σύνθετον ἐκεῖνο φυτὸν, τὸ τὴν πτῶσιν προξενῆσαν ἡμῖν. Ὡς γὰρ ἐκεῖνο γνωστὸν ἦν καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἐδήλου δὲ τὴν ἁμαρτίαν δοκοῦσαν μὲν καλὴν κατὰ τὴν ἡμαρμένην τοῦ καλοῦ κρίσιν, πονηρὰν δὲ οὖσαν τῇ ἀληθείᾳ· οὕτω δὲ καὶ τὸ φυτὸν ἡ συκομοραία δοκεῖ μὲν εἶναι συκῆ, οὐ μὴν τῇ ἀληθείᾳ ἐστὶ συκῆ. Ἕως οὖν κάτωθεν ἂν τις τῆς συκομοραίας ᾖ, ἤγουν τῆς ἁμαρ-

A præibat, partim subsequebatur, doctrinæ ejus fune pertracta. Inerat enim divina quædam et inexplicabilis gratia in Domini verbis, quæ una cum illis ex ejus ore fluens audientium animos (56) permulcebat. Sic enim scriptum est, quod « Mirabantur omnes in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius [61]; » qua etiam captus Zacchæus telonium deseruit; et quoniam statura pusillus erat (nam hoc etiam sermo Evangelicus notat), ascendit in sycomorum (57), ut inde prospectum Domini caperet. O quam multa discendi cupidis, iisque, qui non obiter legunt verba divina, brevi comprehendit historia. Quare nos, iis quæ ad historiam pertinent, intellectis, ad contemplationem faciamus gradum, et quasi putaminibus circumcisis reconditam B intus sapientiam aperiamus. Quare pusillum statura fuisse Zacchæum historia prodidit? Quid autem erat, quod Jesum videre stans in terra non posset? Quid porro non aliam arborem, quam sycomorum ascendit? Et altiorem sane anagogiam (58) perscrutari poterunt ii qui mundo sunt corde, quibus ob virtutum copiam a divino Spiritu liquido mens illustratur; nos vero peccatorum luto inhærentes mediocres sensus ingrediemur. Pusillus erat statura Zacchæus, et vere pusillus, qui circa parva, et nullius pretii volutabatur; qui nondum in virtutis perfectione promoverat; qui spiritualem animi **90** staturam passionibus imminuerat; qui igitur fieri poterat, ut anima adhuc in virtutum statu imperfecta Deum videret usquequaque perfectum? C Ideo, cum in infima esset terra Zacchæus, luminibus officiente peccato, non videbat Jesum, usque dum a terrenis sublatus, et supra sycomorum evectus est. Plane vero intelligis ex compositione nominis (59), quid significet sycomorus: plantam scilicet illam, quæ lapsus causa nobis fuit. Sicut enim illa erat scientia boni, et mali, et peccatum

[61] Luc. IV, 22.

Francisci Scorsi notæ.

(56) *Audientium animos.* In cod. P. post verba τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις συντρέχουσα sequuntur hæc, τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος, etc., quæ nemo non videt inter se cohærere quidem aliquo modo, sed multo melius et verius si interjiciantur ex alio cod. hæc: Καὶ τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς καθέλκουσα. Οὕτω καὶ γέγραπται ὅτι πάντες D ἐθαύμασαν ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις, etc.

(57) *Ascendit in sycomorum.* Et hic apud Theophanem, et Lucæ ipso cap. XIX, συκομοραίαν Græce scribitur; sed tamen verti *sycomorum*, ut cum interpretatione Latina convenirem; utrumque vero et συκόμωρον, et συκομωραίαν vel συκομωρέαν Græci scriptores dicunt: συκάμηνον etiam Theophrastus; et eamdem significant *plantam*. In P. exempl. alterum ρ irrepsit, et συκομωρόαία scriptum est. De hac vero vide Ruillium in *Hist. plant.* qui ex Dioscoride hæc affert: *Est arbor magna fico similis, frondosa, multo lacte abundans, foliis mori; pomum ter aut quater anno fert, non ramis ut ficus, sed caudice ipso; caprifico non dissimile, dulcius grossis, sive granis interioribus, quod non maturescit, nisi ungue aut ferro scalpatur: Ægypti peculiaris est arbor; quanquam etiam in Caria et Rhode loci*sque nonnullis tritici multi non feracius, progignatur. Vide et Plin. lib. XIII, cap. 7.

(58) *Et altiorem sane anagogiam.* Desunt ad hanc sententiam perficiendam aliqua in cod. P. quæ restitui ex Gall. nimirum, οἱ δι' ὅλβον τῆς ἀρετῆς ἀτηλαυγῶς τῷ θείῳ πνεύματι καταλάμποντες. Similem modestiam, demissamque sui opinionem animadvertas in Greg. Nyss., libro *De vita Mosæ*, ubi de mysteriis, sive anogogia tabernaculi et sanctorum, similiter loquitur.

(59) *Ex compositione nominis.* Componitur quidem συκόμωρον ex duarum arborum nominibus ἀπὸ τῆς συκῆς, καὶ μώρου. Sed de ratione hujus compositionis contendunt medicæ artis scriptores Dioscorides et Galenus; ille enim ita dictum putat διὰ τὸ ἄτοπον τῆς γεύσεως, hoc est, *propter fatuum gustum*, quem fructus sycomori præbet, μῶρον scilicet ignavum, in quo nulla sit acrimonia. Galenus vero ridiculos ait esse eos, qui συκόμωρα dicunt appellata, quod τοῖς μωροῖς συκαῖς, id est, fatuis ficubus similia sint; cum a similitudine, quam cum moro et ficu habeant, nomen eis sit inditum; constat tamen semper compositionis ratio, unde unde ea petita sit, quod satis huic Theophanis loco.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

denotabat, quod bonum sane judicio circa bonum erranti videtur, re autem vera, malum est; sic et ipsa sycomorea planta ficus quidem apparet (60), et tamen reipsa ficus non est. Dum igitur subter sycomoream, hoc est subter peccatum quispiam sit, Deum videre non potest: si vero se supra peccatum elevet, et superior illo videatur, jam conspicit lucis datorem Jesum, et eum, qui est vera salus, dicentem sibi: « Hodie salus domui tuæ facta est. »

« Suspiciens enim Jesus, inquit, vidit illum, et ait: Zacchæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. » O beatam vocem, quam Zacchæus audivit; o divinam in homines benignitatem, quæ publicani fidem celeritate prævenit. Simul enim eum vidit paululum e terrenis sublatum, ad se vocat hominem perditum, fiduciam impertiens illi, qui loqui non audebat. Sic et in prodigum filium se gessit. Ubi eum vidit a porcorum convictu sejunctum, et ad paternam domum reversum, longe obviam occurrens complexus est, et collum osculatus. Talis est Dominus noster: quamvis sexcentis maculis notati simus, quamvis oblita cœno sit vita nostra; si modo promptum ostenderimus animum, et unam pœnitentiæ lacrymam stillemus, statim recipit nos in ulnas suas, et placabilem suam naturam ostendit, et præteritorum omnium peccatorum obliviscitur. Sed revertendum unde digressi sumus: « Zacchæe, festinans descende. » Nunc vere Zacchæus evasisti, nunc facta nomini congrua ostendisti. Zacchæus enim, victorem vi nominis (61) signat; nunc igitur victor diceris peccatorum: « Zacchæe, festinans descende, » quare festinationem adjungit? Ut discas non oportere socorditer et negligenter, sed alacri promptoque studio ingredi **91** viam virtutis. Fluxa enim est vita nostra, adeoque oportet ad bonum capessendum nos festinare, dum hoc corporis tabernaculo circumtecti sumus. Sed enim videtur hoc dictum tradito a nobis intellectui adversari quodammodo. Si enim præclarum Zacchæo fuit sycomoream ascendere (a terrenis quippe sublatus, et peccato superior factus est), qua ratione jubetur descendere? « Zacchæe enim inquit, festinans descende. » Quo pacto eum, qui bene ascenderat, incitat ad descendendum? Quod ad historicum sensum attinet, ab arbore eum descendere Salvator jubet, anagogica vero consideratione nos docet nullum alium magis idoneum esse pœnitendi principium quam descensum. Hæc vero est felix humilitas, ex adverso diaboli superbiæ opposita. « Zacchæe, festinans descende; » vis pœnitentiam auspicari? fundamentum, et inconcussam pœnitentiæ basim pone humilitatem; descende ut attollaris virtutum alis

τίας, οὐ δύναται ἰδεῖν τὸν Θεόν· εἰ δὲ τῆς ἁμαρτίας ὑπεραρθῇ, καὶ κρείττων ταύτης ὀφθῇ, ὁρᾷ τὸν φωτοδότην Ἰησοῦν, τὴν ὄντως σωτηρίαν ἐκφωνοῦσαν αὐτῷ· « Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ σου. »

« Ἀναβλέψας γὰρ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς εἶδεν αὐτὸν, καὶ εἶπε· Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι. » Ὦ μακαρίας φωνῆς, ἧς ὁ Ζακχαῖος ὑπήκουσεν! Ὦ θείας φιλανθρωπίας φθασάσης τῇ ταχύτητι τοῦ τελώνου τὴν πίστιν! Ὁμοῦ γὰρ εἶδεν αὐτὸν μικρὸν τῶν γηΐνων ὑπεραρθέντα, καὶ προσκαλεῖται τὸν ἀπολωλότα, καὶ μεταδίδωσι θάρσους τῷ ἀπαῤῥησιάστῳ· οὕτω καὶ τῷ ἀσώτῳ ποιεῖ. Ὁμοῦ τε εἶδε τὸν χοιρώδη βίον ἀποσεισάμενον, καὶ πρὸς τὴν πατρικὴν ἑστίαν παλινδρομήσαντα, καὶ μακρόθεν δραμὼν περιεπλάκη φιλήσας τὸν τράχηλον. Τοιοῦτος ὁ ἡμέτερος Δεσπότης· κἂν μυρίαις κηλῖσι κατεστιγμένοι ἐσμὲν, κἂν βορβορώδης ἐστὶν ὁ βίος ἡμῶν, εἰ προθυμίαν μόνην ἐπιδειξαίμεθα, καὶ δάκρυον μεταγνώσεως ἐπιστάξαιμεν, εὐθὺς ἐναγκαλίζεται, τὴν ἵλεω φύσιν ἐνδείκνυται, πάντων τῶν προτέρων ἐπιλανθάνεται. Ἀλλ' ἐπαντέον ὅθεν ἐξέβημεν. « Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι. » Νῦν ὄντως Ζακχαῖος γέγονας· νῦν τῇ κλήσει κατάλληλον ἐπέδειξας τὴν ἐνέργειαν. Ζακχαῖος γὰρ *νικητὴς* ἑρμηνεύεται· νῦν οὖν νικητὴς τῶν παθῶν ἐχρημάτισας. « Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι. » Διὰ τί καὶ τὴν σπουδὴν προστίθησιν; Ἵνα μάθῃς, ὡς οὐ χρὴ ῥᾳθύμως καὶ ἀμελῶς μετιέναι τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ μετὰ προθύμου σπουδῆς. Ἐπειδὴ παροδική ἐστιν ἡμῶν ἡ ζωὴ, καὶ χρὴ σπεύδειν ἡμᾶς εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἕστ' ἂν περιβεβλήμεθα τὸ σάρκινον τοῦτο περισκήνιον. Ἀλλὰ δοκεῖ πως τὸ ῥητὸν ἐναντίον πρὸς τὸν ἀποδοθέντα σκοπόν. Εἰ γὰρ καλὴ τοῦ Ζακχαίου ἡ πρὸς τὴν συκομορίαν ἀνάβασις (ὑπερήρθη γὰρ τῶν γηΐνων, καὶ ἄνω τῆς ἁμαρτίας ἐγένετο), πῶς κατελθεῖν ἐγκελεύεται· « Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι; » Πῶς τὸν καλῶς ἀνελθόντα ἐπισπεύδει πρὸς τὴν κατάβασιν; Ἱστορικῶς μὲν ἀπὸ τοῦ φυτοῦ ὁ Σωτὴρ κατελθεῖν κελεύει· ἀναγωγικῶς δὲ διδάσκει ἡμᾶς, ὡς ἀρχὴ μετανοίας τῷ ἁμαρτήσαντι οὐκ ἄλλη τις ἁρμόδιος εἴη, ὡς ἡ κατάβασις. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ μακαρία ταπείνωσις, ἡ ἐναντία τῆς δαιμονιώδους ἐπάρσεως. « Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι; βούλει μετανοῆσαι; ὑποδάθραν τῆς μετανοίας, καὶ ἀσειστον κρηπῖδα θὲς τὴν ταπείνωσιν· κατάβηθι ἵνα ὑψωθῇς τοῖς πτεροῖς τῶν ἀρετῶν ἀνυψούμενος. Ἀλλὰ τίς ἡ τοῦ ἀρχιτελώνου ἐπαγγελία ἀκούσωμεν, μετὰ τὸ τὸν Κύριον ὑποδέξασθαι οἴκοι.

Francisci Scorsi notæ.

(60) *Ficus quidem apparet.* Ex Dioscoride supra, pot. 57, fico similis sycomorus dicitur, nec ficus tamen est. Hic autem est abrupta sententia in cod. P. deficientibus omnino necessariis post verbum δοκεῖ μὲν his, εἶναι συκῆ, οὐ μὴν τῇ ἀληθείᾳ ἐστι συκῆ.

(61) *Victorem vi nominis.* Hebræis בעז est vincere, et victoria mutatis punctis, quæ posteriores rabbini apposuerunt. Ab hac videtur deducere Theophanes Zacchæi nomen, quod victoriam sonare vult, dempta tamen principe littera; sed video hoc nomen interpretatum *purum*, et quidem rectius a זכה, quod est *purum esse*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

levatus. Sed quæ fuerit principis publicanorum promissio, postquam Dominum domum recepit, audiamus :

« Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς. » Ὡς καλὴ τοῦ τελώνου ἡ τῆς μετανοίας ὑποβάθρα· διὰ τῆς πρὸς τοὺς πένητας εὐποιΐας εὐστεῖβητον ἑαυτῷ κατασκευάζει τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν· « Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς. » Ἐμεμαθήκει ὅτι ἐν οὐδενὶ, ὡς ἐλέῳ Θεὸς θεραπεύεται, καὶ ἔλεον, οὐχὶ θυσίαν ζητεῖ. Ἐμεμυσταγώγητο ὑπὸ τοῦ Δανιὴλ· « Τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις ἐξαλείψεις, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων· » διὰ τοῦτο δοῦναι τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ τοῖς πένησιν ἐπηγγείλατο· τάγε μὴν ἐκ πλεονεξίας αὐτῷ πορισθέντα ἐκ τοῦ τετραπλοῦν ἀποτίσειν ὑπέσχετο.

« Εἴ τινος γὰρ, φησὶν, ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. » Τιμᾷ τοῦ νόμου τὸ πρόσταγμα. Ὁ γὰρ Θεσπέσιος Μωϋσῆς ταύτην ἐνομοθέτησε τῷ ἅρπαγι τὴν ἀπόσισιν, καὶ τοῦτο καταμάθοις τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ νόμοις προσεσχηκώς. Ἐπεὶ οὖν ὑπέσχετο τὰ ἡμίση τῶν ἐνόντων δοῦναι πτωχοῖς, ᾔδει δὲ μάλα σαφῶς, ὡς τὰ ἐξ ἀδικίας Θεὸς οὐ προσίεται, εἰ μὴ πρότερον λυθεῖεν αἱ κατὰ τῶν ἀδικηθέντων πλεονεξίαι, εὐγνωμόνως τοῦτο ποιεῖν ἐπαγγέλλεται. Φρενοβλαβείας γὰρ ἐσχάτης, καὶ ἥκιστα τῷ καθαρῷ ἀρέσκον Θεῷ ἐκ τῆς ἐπαράτου φιλοκερδείας, καὶ ἁρπαγῆς ἐλεημοσύνην ποιεῖν, καὶ οἴεσθαι τοῦτο θεραπεύειν Θεόν. Ταῦτ' οὖν μυσταγωγηθέντες, ἀγαπητοὶ, τὸν Ζακχαῖον τουτονὶ μιμησώμεθα· μηδὲ τελώνου μετανοίας ἀπολειφθείημεν· ἐσμὲν γὰρ, ὡς ἀληθῶς, καὶ ἡμεῖς, ἐν Ἰεριχῷ ἐν τῇ καταβάσει τοῦ κόσμου τούτου, εἰς ὃν ἀπερρίφημεν, καὶ διέρχεται ὁ Σωτὴρ καθ' ἑκάστην διὰ τῶν εὐαγγελικῶν διδασκαλιῶν εὐαγγελιζόμενος. Καταλείψωμεν τὸ γήϊνον φρόνημα, ὑπεράνω τῆς συκομοραίας, ἤγουν τῆς ἁμαρτίας γενώμεθα. Οὐκ ἔνι γὰρ ἄλλως ἰδεῖν τὸν Χριστὸν, εἰ μὴ τὴν ἐπισκοτοῦσαν ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας ὑπερβῶμεν σκιάν. Δῶμεν καὶ ἡμεῖς τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων τοῖς πτωχοῖς. Κοινωνοὺς τῆς σῆς περιουσίας λάβε τοὺς πένητας. Ἀποφόρτισαι τὰ πολλὰ τῆς νηὸς, ἵνα πλέῃς κουφότερον, ὁ Θεολόγος παραινεῖ Γρηγόριος. Ἴσως ἐχθροὶ κληρονομήσουσι τὰ κτηθέντα σοι· τί μὴ προαρπάσας δίδως αὐτὰ τῷ Θεῷ; Εἰπὲ δὲ μετὰ τοῦ Ζακχαίου· « Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι δίδωμι τοῖς πτωχοῖς. » Ἀλλὰ λόγισαι τὰς σὰς πράξεις, καὶ ὅσαι μὲν φαῦλαι, καὶ πονηραὶ, δοθήτωσαν τοῖς δαίμοσι τοῖς πτωχοῖς παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ ἀνθ' ἑνὸς ἀδικήματος ἀπότισαι τετραπλοῦν. Ἀντὶ τῆς μιᾶς ψυχῆς, ἣν τοῖς τῆς σαρκὸς θελήμασιν ὑπείκων ἐπλεονέκτησας, ἀπότισαι τετραπλοῦν τὸ τετράστοιχον σῶμα τοῖς εἰς μετάνοιαν πόνοις δίδους, ἵνα τῆς εὐκταίας ἐκείνης, καὶ μακαρίας ἀκούσῃς

« Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus. » Quam bene a publicano jactum pœnitentiæ fundamentum. Beneficentia in pauperes expeditam sibi parat ad salutem viam : « Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus [61]*; » rem unam esse ex multis, quæ Deum propitium reddat, misericordiam sciebat, quodque misericordiam, non sacrificium petit. Instructus a Daniele fuerat : « Peccata tua in eleemosynis redime, et iniquitates in miserationibus pauperum [62]; » ideo dimidium bonorum suorum pauperibus se daturum, et quæ per avaritiam cumulata fuerant, eorum quadruplum persoluturum se promittit.

« Si quid, inquit, aliquem defraudavi, reddo quadruplum. » Legis præceptum observat. Divinus enim Moyses hanc solvendi rationem raptori sancivit. Quod intelliges, si sacras ejus leges (62) attenderis. Postquam igitur eorum quæ possidebat, dimidiam partem pauperibus pollicitus est se daturum, sciebat vero planissime ea quæ per injustitiam quæsita sunt, accepta Deo non esse, nisi prius injusta lucra solvantur, libenti animo id se recipit præstiturum. Extremæ enim dementiæ est, et nequaquam ei qui purus est, placitum Deo, de exsecrando lucro, et **92** rapina benigne pauperibus facere; et hoc Dei obsequio ducere. Hac igitur doctrina initiati, charissimi, Zacchæum hunc imitemur, neque publicani pœnitentia careamus. Versamur enim et nos verissime in Jericho, hoc est in hac mundi valle, in quam dejecti fuimus; et per eum quotidie Salvator ambulat per evangelicam doctrinam nobis prædicans. Terrenum sensum abjiciamus; et supra sycomorum, hoc est supra peccatum attollamur. Neque enim fas aliter Christum videre, nisi peccatum nobis obumbrans transcendamus. Demus et nos pauperibus dimidium opum nostrarum. Pauperes tibi adjunge socios fortunarum tuarum. Exonera a supervacaneis navem, ut levius naviges, quod theologus Gregorius monet. Inimici tui fortassis ea quæ possides, hæreditate obtinebunt. Quidni igitur hæc ab illis præripis (63), et Deo largiris? dic age cum Zacchæo : « Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. » Sed ea actionum tuarum rationem puta, et quæ male ac perversæ sunt, dæmonibus dentur omnis boni indigentibus : pro una fraude quadruplum redde, pro una scilicet anima quam corporis libidinibus obsequendo defraudasti, corpus ex quatuor constitutum elementis laboribus pœnitentiæ addicens, quasi quadruplum redde; ut optabilem illam, ac

[61]* Matth. IX, 13. [62] Dan. IV, 21.

Francisci Scorsi notæ.

(62) *Si sacras ejus leges.* Exodi cap. XXII, v. 1, ubi Deus præcipit ei, qui ovem furatus sit, quadruplum reddere.

(63) *Quidni igitur hæc ab illis præripis.* Varietas est in codd. sed parvi momenti. P. sic : Τί οὐχ ἁρπάζων πρότερον δίδως Θεῷ; G. Τί μὴ προαρπάσας; δίδως αὐτῷ τῷ Θεῷ; quæ mihi lectio visa concinnior est.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

beatam audias vocem : « In domo tua oportet me manere, » vere enim resipiscentis, et revertentis ad Deum, et per pœnitentiam conscientiæ domum verrentis anima domus efficitur Dei ; in nobis enim, si puri simus, inhabitare, et inambulare se verax Deus promittit, quem decet omnis laus, et magnificentia in sæcula sæculorum. Amen.

φωνῆς· « Ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι. » Ἀληθῶς γὰρ ἡ τοῦ μετανοοῦντος ψυχὴ, καὶ ἐπιστρέφοντος εἰς Θεὸν, καὶ διὰ μετανοίας τὴν οἰκίαν σαροῦντος τῆς συνειδήσεως οἶκος γίνεται τοῦ Θεοῦ. Κεκαθαρμένοις γὰρ οὖσιν ἐνοικῆσαι ἐν ἡμῖν, καὶ ἐμπεριπατῆσαι ὁ ἀψευδὴς Θεὸς ἐπαγγέλλεται· ᾧ πρέπει πᾶσα αἴνεσις καὶ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

HOMILIA XVI.

De Publicano et Pharisæo.

Rursus ad illam patriarchæ scalam sermo Evangelii nos attollens secundum subjicit gradum. Etenim cum superiore Dominica die (64) per historiam Zacchæi viam pœnitentiæ nobis aperuisset, et per ea verba : « Festinans descende, » humilitatis consilium sensim insinuasset, hodie explanat hoc **93** clarius, et quam bene feliciterque per illam res gerantur, quam male per superbiam cadant, quantum in una justitiæ lucrum, quantum in altera damni sit, ostendit illustrius. Quoniam vero publicani negotium (65) postremum omnium omnino malorum est, quippe cum in eo rapacitas, circumscriptio aliorum, habendique cupiditas, quam idololatriam vocat Apostolus [63], comineatur ; Pharisæi vero gloriatio omnium optima videbatur, cum et legis exactissimam observationem, et ab omni sorde puritatem præ se ferret (Pharisæus siquidem *purus* interpretatur (66) : idcirco quod est postremum in vitiis, quodque in virtute summum in parabola Dominus componit. Solet quippe exemplum ab eo ductum, quod in quaque re maxime excellit, ad imitationem animos irritare. Sed melius factu est, si parabolam ab initio exorsi eam vestris auribus divini verbi cupidis explicemus.

« Dixit Jesus parabolam hanc [64] : Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, unus Pharisæus, et alter Publicanus. » Quid sane parabola sit, et quamobrem Dominus in parabolis multa disseruerit, aliis a nobis discussum est locis. Nunc vero illud etiam animadvertere opus est, quod quoties in parabolis de Deo, et de singulari, divinaque natura sermonem instituit, tunc sane unum substituit hominem : ut, « Homo quidam fecit cœnam magnam ; » et, « Simile est regnum cœlorum homini regi [65] ; » quin etiam si quando solam improbitatem vituperandam vel virtutem laudandam sibi proponit, singulari utitur numero : ut de divite, cujus ager attulit fructum [66] ; et de judice iniquo [67]. Circa virtutem vero de negotiatore illo, qui datis omnibus bonis pretiosam redemit margaritam [68] ; et de homine bono proferente de thesauro cordis

ΟΜΙΛΙΑ ΙϚ'.

Περὶ τοῦ Τελώνου καὶ Φαρισαίου.

Πάλιν ἡ εὐαγγελικὴ φωνὴ πρὸς τὴν πατρικὴν ἡμᾶς ἀνάγουσα κλίμακα, τὴν δευτέραν βαθμίδα προτίθησι· τῇ γὰρ παρελθούσῃ Κυριακῇ ὑπανοίξασα ἡμῖν τὴν τῆς μετανοίας ὁδὸν διὰ τῆς τοῦ Ζακχαίου ἱστορίας, καὶ ῥῆμα ἐμφήνασα τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης παράγγελμα ἐκ τοῦ εἰπεῖν· « Σπεύσας κατάβηθι, » σήμερον διαλευκαίνει τοῦτο λαμπρότερον, καὶ δείκνυσιν ἀριδηλότερον τὸ ἐκ ταύτης κατόρθωμα, καὶ τὸ ἐκ τῆς κενοδοξίας ὀλίσθημα, καὶ ὅσον τῆς μὲν τὸ δικαίωμα, τῆς δὲ τὸ ἐλάττωμα· ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν τελωνεῖν ἔσχατόν ἐστι κομιδῇ πάντων τῶν κακῶν, ἅτε περιεκτικὸν ἁρπαγῆς, καὶ πλεονεξίας, καὶ φιλαργυρίας τυγχάνον, ἣν ὁ Ἀπόστολος εἰδωλολατρείαν ἐκάλεσε, τὸ δὲ τῶν Φαρισαίων καύχημα πάντων ἐνομίζετο κρεῖττον, ὡς τοῦ νόμου τηροῦν τὴν ἀκρίβειαν, καὶ παντὸς καθαροῦν μολύσματος (Φαρισαῖος γὰρ καθαρὸς ἑρμηνεύεται), διὰ τοῦτο τὸ ἔσχατον ἐν ἀδικίαις, καὶ τέλειον δῆθεν ἀρετῆς ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ παραβολῇ παρεντίθησιν. Οἶδε γὰρ ἐρεθίζειν πρὸς μίμησιν τὸ ἐκ τῶν κρειττόνων παράδειγμα. Ἀλλὰ βέλτιον ἄνωθεν λαβόντες τὴν παραβολὴν ταῖς φιλοθέοις ὑμῶν ἐπεξηγησόμεθα ἀκοαῖς.

« Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος Τελώνης. » Τί μὲν οὖν ἐστι παραβολὴ, καὶ διατί ὁ Σωτὴρ ἐν παραβολαῖς τὰ πολλὰ διελέγετο, ἐν ἄλλοις ἡμῖν προεξήτασται. Νῦν δὲ καὶ τοῦτο ἐπισημήνασθαι χρὴ, ὡς ὁπόταν ἐν ταῖς παραβολαῖς ἐθέλῃ θεολογεῖν, καὶ περὶ τῆς ἐνιαίας καὶ θείας φύσεως διαλέγεσθαι, τότε δὴ ἕνα ὑποτίθεται ἄνθρωπον, ὡς τό· « Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγαν· » καί· « Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ. » Ἀλλὰ καὶ ὀπηνίκα μόνην τὴν κακίαν διαβάλλειν ἐθέλῃ, ἢ τὴν ἀρετὴν ἐπαινεῖν, χρῆται τῷ ἑνικῷ ἀριθμῷ, ὡς ἐπὶ τοῦ πλουσίου, οὗ ἡ χώρα εὐφόρησε, καὶ τοῦ τῆς ἀδικίας κριτοῦ. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς, τοῦ ἐμπόρου ἐκείνου τοῦ ἀντὶ πάντων τὸν πολύτιμον μαργαρίτην κτησαμένου, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνθρώπου, τοῦ ἐκβάλλοντος ἐκ τοῦ

[63] Ephes. v, 5. [64] Luc. xviii, 10 seqq. [65] Luc. xiv, 16; Matth. xxii, et c. xviii. [66] Luc. xii, 17. [67] Luc. xviii, 7. [68] Matth. iii, 46.

Francisci Scorsi notæ.

(64) *Superiore Dominica die.* Vide supra not. 50.

(65) *Publicani negotium.* Vide not. 51.

(66) *Purus interpretatur.* Si ad vim originationis respicias, Pharisæus ad verbum *divisus* exponitur a radice פרש, *dividere*, quia vero divisi, ideo dicti Pharisæi, quod puritatem, et sanctimoniam legisque cultum præ aliis singularem præ se ferrent; ideo quod ad rem nomini subjectam vera est Theophanis interpretatio.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θησαυροῦ τῆς καρδίας καινὰ καὶ παλαιά. Ὀπηνίκα δὲ σύγκρισιν ἀρετῆς, καὶ κακίας ἐθέλει ποιήσασθαι, δύο ἀνθρώπους ἐναντιογνωμονοῦντας παρίστησιν, ὡς τὸν πλούσιον, καὶ τὸν Λάζαρον, καὶ δύο υἱοὺς, τοὺς ὑπὸ πατρὸς κελευσθέντας εἰς τὸν ἀγρὸν ἀπελθεῖν, καὶ τὰς δύο τὰς ἐν τῷ μύλωνι, ὧν τῆς μιᾶς παραλαμβανομένης, ἡ ἑτέρα ἀφίεται. Ἀλλὰ καὶ οἱ δύο υἱοὶ, ὧν ὁ μὲν ἔμεινε σὺν τῷ Πατρὶ, ὁ δὲ συβώτης ἐγένετο], ἀρετῆς, καὶ κακίας ἦσαν ὑπόδειγμα. Κἀνταῦθα γοῦν παράλληλα τιθεὶς, οἴησιν καὶ ταπείνωσιν, καὶ Φαρισαῖον καὶ τελώνην παρέλαβεν. « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· » ἐκ τοῦ εἰπεῖν, *Ἀνέβησαν*, φαίνεται ὅτι μετεωρότερος ἦν τῆς πόλεως ὁ ναός. Στοαὶ γὰρ κάτωθεν ἐκ τῶν κρηπίδων, καὶ ἀψῖδες ἀμοιβαδὸν τὸν ναὸν ἐπερείδουσαι εἰς τὸ ὕψος αὐτὸν μετεώριζον. Ἔξωθεν δὲ λίθιναι βαθμίδες ἐκ τῶν χθαμαλωτέρων ἄχρι τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ διηγείροντο· ὡς παντὶ βουλομένῳ εἰσελθεῖν ἐν τῷ ἱερῷ, εὐρίσκειν ἀνωφερῆ τὴν εἴσέλευσιν· διὰ τοῦτό φησιν· « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν· » καλῇ μὲν οὖν καὶ ἡ καθ' ἱστορίαν σαφήνεια τοῦ τόπου τὴν θέσιν ἐφερμηνεύουσα· ἀλλὰ τῷ γε φιλομαθεῖ οὐκ ἀρκετὴ τῆς ἱστορίας ἡ μάθησις, ἀλλὰ βατεύων εἰς θεωρίαν ὁ νοῦς τῷ τῆς ἀναγωγῆς φωτὶ ἐλλαμπρύνεται. Τί οὖν ἐστι τὸ νοούμενον ἐκ τοῦ, « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι; » Ἐδήλωσε τῆς προσευχῆς τὴν ἰσχὺν, ἀπὸ τοῦ φάναι, Ἀνέβησαν. Ἐπὶ καλῷ μὲν ἀμφοτέρων ἡ πρὸς τὸ ἱερὸν ἀνάβασις· προσευχῆς γὰρ χάριν ἀναβεβήκατον. Ἡ δὲ προσευχὴ γῆθεν ἀνάγει πρὸς αἰθέρα τὸν προσευχόμενον, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἑνοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἐπιθιγγάνειν τε παρασκευάζει τοῖς ἀΰλοις τὸν ἔνυλον. Εἶτά δι' αὐτῶν ὁ νοῦς φωτιζόμενος χειραγωγεῖται, ὡς ἐφικτὸν, πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ κατανόησιν. Εἴ τις ὑμῶν φιλοπόνως ἀνέγνω τὴν Ἀσκητι-

A sui nova et vetera [69]. Quando vero virtutem, ac vitium vult in contentionem adducere, duos homines contrariis studiis dissidentes committit, ut divitem et Lazarum [70]; et duos filios agrum a parente jussos adire [71], et duas in mola, quarum altera assumpta, derelinquitur altera [72]; quin et duo filii, quorum alter apud patrem mansit, alter subulcus evasit [73], virtutis, et vitii imaginem referunt. Et hoc igitur loco existimationem sui, demissionemque **94** invicem opponens, Pharisæum et Publicanum assumit : « Duo homines ascenderunt in templum ut orarent. » Dum eos ascendisse dicit, in edito civitatis loco positum templum (67) ostendit. Porticus enim a fundamentis, et fornices vicissim suffulcientes templum in altitudinem ipsum elevabant. Extra vero lapidei gradus ex imo solo ad usque portas erigebantur, B ita ut, quisquis in templum ingredi vellet, acclivem aditum inveniret. Ideo ait : « Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent. » Atque hæc cohærens historiæ declaratio (68) belle habet, ut quæ positum loci exposuerit : at vero discendi cupidus non satis habet historiam didicisse nisi mens in allegoriam pervadens sensus anagogici luce illustretur. Quid igitur his verbis intelligendum : « Duo homines ascenderunt in templum ut orarent? Sane ex eo quod ascendisse dicit, vim orationis ostendit. Bene profecto habebat amborum in templum ascensus, orandi quippe gratia ascenderunt. Oratio porro evehit orantem in cœlum e terra, et cum angelis associat hominem, eumque ex materia constitutum ita comparat, ut ad eos possit pertingere, qui ab omni materia sejuncti sunt. Postea per eos illuminata mens ad Dei notitiam, quantum fas est homini capere, manuducitur. Si quis vestrum studiose legit Asceticas scalas (69), quod dictum est,

[69] Matth. III, 32. [70] Luc. XVI, 19. [71] Matth. XXI, 28. [72] Matth. XXIV, 41. [73] Luc. XV, 1 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(67) *Positum templum.* De hoc vide Joannem Baptistam Willalpandum soc. Jesu de Apparatu urbis, et templi Hierosolymitani, ubi hæc ad amussim et graphice describit [*in catena ad Jeremiam*].

(68) *Cohærens historiæ declaratio.* Non ita cohærebat sensus in exempl. P. sicuti cohærere suam historiæ explicationem auctor dicit. Nam ex Evangelii verbis primo loco positis : *Duo homines ascenderunt*, usque ad ea iterum recitata, deerant ea omnia, quæ legis inserta, et addita a nobis beneficio cod. G. Quid autem scriptori indiligenti occasionem ejus fragmenti omittendi dederit facile est conjicere; nam post illa Evangelii verba ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν, sequuntur καλῇ μὲν οὖν καὶ ἡ καθ' ἱστορίαν, etc., sed eum eadem repetantur infra, subjunxit scriptor εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι intermediis omissis.

(69) *Asceticas scalas.* Difficile est indigitare certum locum ubi expresse S. Joannes Climacus, quem hic testem producit auctor, de quo itidem hom. 14, n. 29, mentio fuit, sententiam hanc habeat, quæ refertur. Nam gradu 38, ubi Περὶ τῆς ἱερᾶς, καὶ μητρὸς τῶν ἀρετῶν τῆς μακαρίας προσευχῆς, *De sancta, et virtutum genitrice oratione*, hæc habet : Ἀρχὴ μὲν προσευχῆς προσβολαὶ μονολογίστως διωκόμεναι ἐκ προσιμίων αὐτῶν, μεσότης τὸ ἐν τοῖς λεγομένοις, ἢ νοουμένοι; μόνοις εἶναι τὴν διάνοιαν, τὸ δὲ ταύτης τέλειον ἁρπαγὴ πρὸς Κύριον. Quibus C verbis de principio, medio, et fine orationis disserit, uti ex hac luculenta Matthæi Raderi versione planum est : *Principium orationis est obstrepentes mentis distractiones statim ab initio, solo mentis nutu repellere : medium vero cum mens in iis tantum hæret, quæ meditanda et tractanda proposuit; finis est raptus in Deum.* Atque in eamdem sententiam, licet non iisdem verbis, interpretatur Climacum Dionysius Chartusianus; ubi agitur de mediis angelis, in quibus versetur orans, ubi mediam dicit orationem, in his quidem supra relatis verbis non apparet; atque haud scio an uspiam alibi apud Climacum id legatur. Possum auspicari Theophanem hoc Climaci loco τὸ νοουμένοις accipere pro νοεραῖς οὐσίαις, nimirum *mentibus cœlestibus*, quæ solum in intelligentiam cadunt, et præterea pro λεγομένοις legisse μεσουμένοις in suo aliquo codice ms., ita ut Climacum in hunc sensum interpretetur : *Mentem nostram, cum ad medium processerit orationis*, γίνεσθαι ἐν τοῖς μεσουμένοις ἢ νοουμένοις, hoc est, D versari cum iis qui medii sunt inter Deum et hominem, et solo intellectu videntur, nimirum angelis. Quod si cui hæc mea conjectatio, vel potius divinatio non placeat, aliam inibo conjectandi viam, ac dicam non unum hunc locum Theophanem spectasse, sed plura Climaci dicta, quin etiam facta; nam quoad dicta, sic loquitur Climacus gradu jam relato 38 : Τί γὰρ ὑψηλότερον ἀγαθὸν τοῦ τῷ Κυ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non ignorat, intelligens profecto ab eo viro Spiritum Dei habente, quemadmodum accedens ad medium versatus sit in mediis : atque hoc pacto illuminatam dicit mentem divinæ similitudinis vehementi desiderio sitientem. Mediam enim dicit orationem. In mediis vero, angelis scilicet, versatum dicit; hi enim medium inter Deum et homines locum tenent. Quoniam igitur oratio tantam vim nacta est, ut ad angelos usque, atque etiam Deum ipsum, orantem attollat, merito dicit : « Ascenderunt in templum, » quanquam non bene usus est Pharisæus orationis ascensu, ut siquis per scalas ascendens, et incomposito pede prolapsus in barathrum præceps cadat. « Homines duo ascenderunt in templum, ut orarent. » Quid inter εὐχὴν votum, et προσευχὴν orationem distet, dignum est quod quæratur. Votum enim est promissio alicujus rei ex iis quæ religiose Deo consecrantur, **95** sicuti dixit Gregorius Nyssenus (70), Siren Ecclesiæ, ut illud : « Vota mea reddam tibi, quæ distinxerunt labia mea [74];» et, «Vovete, et reddite [75].» Est etiam

[74] Psal. xxi, 26. [75] Psal. lxxv, 12.

A χὴν κλίμακα, οὐκ ἀγνοεῖ τὸ λεγόμενον, μαθὼν παρὰ τοῦ πνευματοφόρου ἀνδρὸς ἐκείνου, πῶς μετερχόμενος τὸ μέσον ἐν μέσοις γέγονε, καὶ οὕτω πεφωτίσθαι λέγει τὸν ἐπιτεταμένως διψῶντα νοῦν τὸν θειοδέστατον. Μέσην γὰρ λέγει τὴν προσευχήν· ἐν μέσοις δὲ, τοῖς ἀγγέλοις δηλονότι, γενέσθαι φησίν· οὗτοι γὰρ μέσοι Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων εἰσίν. Ἐπεὶ οὖν ἡ προσευχὴ ταύτην εἴληφε τὴν ἰσχὺν, ὡς μέχρι; ἀγγέλων, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Θεοῦ ἀνάγειν τὸν προσευχόμενον, εἰκότως φησὶν, ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερόν· κἂν οὐ καλῶς τῇ τῆς προσευχῆς ἀνόδῳ ὁ Φαρισαῖος ἐχρήσατο, ὥσπερ ὁ διὰ κλίμακος ἀνιὼν, καὶ ὀλισθήσας ἀτάκτῳ ποδὶ, καὶ εἰς χάος καταπεσών. « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι. » Ἄξιον ζητῆσαι τίς ἡ διαφορὰ εὐχῆς, καὶ B προσευχῆς. Εὐχὴ μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ἡ τῆς Ἐκκλησίας Σειρὴν ὁ Νυσσαεὺς ἔφη Γρηγόριος, ἐπαγγελία τινὸς τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερουμένων Θεῷ, ὡς τὸ· « Τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω σοι, ἃς διέστειλε τὰ χείλη μου· » καὶ τό· « Εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε. » Ἔνεστιν ἀκοῦσαι καὶ φυγάδος προφήτου λέγοντος πρὸς Θεόν·

Francisci Scorsi notæ.

ρίῳ προσκολλᾶσθαι, καὶ ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει ἀδιαλείπτως προσκαρτερεῖν; *Quid enim sublimius et præstantius bonum est, quam cum Deo conjungi, et in illius conjunctione perpetuo perseverare?* Et paulo supra : Ὁ γὰρ φύλαξ ἡμῶν τότε ὑπάρχει ὁ συμπροσευχόμενος ἡμῖν. *Noster angelus tum nobiscum precatur;* et ibidem : Ἀγγέλων ἔργον, *Angelorum officium* inter alia elogia orationem vocat. Præterea gradu 7 : Μακάριος μὲν ὁ μοναχὸς ὁ τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι ταῖς νοεραῖς δυνάμεσι ἐνατενίζειν δυνάμενος. *Felix quidem ille monachus, qui oculis animæ beatas cœlium mentes intueri potest.* Quod autem ad facta pertinet, de Climaco hæc testatur Daniel monachus e cœnobio Rhaitheno, scriptor ejus Vitæ : Ὅπως δὲ ἐκεῖσε τοῖς ἀΰλοις ὁ ἔνυλος συνθέων ἐστὶ λέξω μάλα σαφῶς. *Quomodo autem corpore olim septus ad mentes illas purissimas aspirarit, nunc quam potero clarissime dicam.* Ex his igitur omnibus locis potuit Theophanes unam hoc loco concinnare sententiam, eamque Climaco ascribere : nimirum quod ex Climaci lectione et exemplo intelligitur, eum qui orat in angelis mediis versari; quandoquidem Climacus angelos, ac præcipue custodem nostrum, nobiscum simul orare dixit, et felicem illum monachum qui eos mentis oculis intueri possit; et de ipso scriptum est, cum constaret ex communi materia corporis, cum iis tamen habuisse commercium, qui omni materia carent. Confirmat hanc postremam meam conjecturam modus loquendi Theophanis; ait enim qui legerit Asceticos gradus, ut non ad unum, sed ad plures auditorem remittere videatur; tum quod de ipso etiam sancto viro loquatur, non solum de ejus dictis : Παρὰ τοῦ πνευματοφόρου ἀνδρὸς ἐκείνου πῶς μετερχόμενος τὸ μέσον ἐν μέσοις γέγονε. Quæ vide traducta in ipsa homilia, et perpende cum reliquis.

(70) *Gregorius Nyssenus.* Tradit hanc distinctionem Nyssenus orat. 1, *De orat. Dominica.* Pauca huc transcribam multis præcisis, quæ legas apud auctorem ipsum : Ὅταν προσεύχησθέ φησιν. Οὐκ εἶπε Ὅταν εὔχησθε, ἀλλ' Ὅταν προσεύχησθε. Τίς δὲ τῶν ὀνομάτων τούτων κατὰ τὸ σημαινόμενόν ἐστι διαφορά. Ὅτι εὐχὴ μέν ἐστι ἐπαγγελία τινὸς τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερουμένων. Προσευχὴ δὲ αἴτησις ἀγαθῶν μετὰ ἱκετηρίας προσαγομένων τῷ Θεῷ. *Cum oratis* inquit, non dixit Ὅταν εὔχησθε, *id est, Cum vota facitis, sed* Ὅταν προσεύχησθε, *id est. Cum oratis; sed quænam est horum nominum quod ad significationem attinet differentia?* εὐχὴ, *id est votum, quidem, promissio est alicujus rei quæ pietatis nomine dedicetur;* προσευχὴ *autem, id est oratio, est petitio bonorum quæ Deo cum supplicatione offertur.* Infra itidem hoc ipsum explicat pluribus. Jam vero Gregorium Nyssen. elegantí commendat elogio hic C Pater, cum eum Syrenem Ecclesiæ vocat, ob suavitatem scilicet eloquentiæ. Consonant Carmina Theodori Prodromi encomiastica in ipsum Nyssenum; ex quibus delibo pauca, quæ maxime ad rem :

Salve, acre ingenium, natura alata, disertum,
Os charitum, fragrans hortule, dives opum.
Stillans lingua suavius ipso nectare Hymetto,
Mens constans, species sculpta pudicitiæ, etc.

In concilio Florentino sess. 7, laudatur hic Gregorius : Ἀδελφὸς αὐτοῦ (hoc est Basilii Magni, cujus ante præcesserat mentio) οὐχ ἧττον τῷ ἀξιώματι, ἢ τῇ σοφίᾳ. *Frater hujus non minus dignitate, quam sapientia.* Suidas de eodem : *Gregorius Nyssenus episcopus, Basilii Cæsariensis frater, vir et ipse insignis, omnique doctrina exuberans, addictior tamen rhetorices studiis, tam celeber, præclarusque in ea evasit, quam quisquam veterum.* Græca Suidæ non retuli, quia non necessaria. Vide plura in fronte Operum ejus; elogia pauca hæc ideo excerpsi, et D congessi huc, ut quam meritum, quam verum sit elogium ab hoc Patre antiquiori Ecclesiæ Patri attributum, et quanta auctoritas sit illa, quam hic sequitur, intelligas. Laudat scilicet illum hic noster non solum ejus merito, sed etiam suo quodam propenso in eum studio; est enim illius doctrinæ maxime addictus, et familiaris, quod ex his nostris notis, in quibus loca conferimus, cognoscere licet. Postremum illud hic animadverto in uno ms. deesse et Greg. Nyss. nomen, et ejus elogium : sed reperta in aliis, in hac nostra editione sunt reddita. An vero Sirenes quæ dictæ sint apud poetas quæras. Qui autem hoc non dictum; illud fortasse non ita vulgo notum hoc nomen in laude attributum apud Latinos etiam Valerio Catoni, de quo Suetonius, lib. *De illustribus grammaticis,* hoc refert distichon jactari solitum :

Cato Grammaticus, Latina Syren,
Qui solus legit, et facit poetas.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Ὅσα ηὐξάμην ἀποδώσω σοι· » καὶ περὶ Ἰεφθάε θύσαντος τὴν παῖδα, φησὶν ἡ Γραφὴ, ὡς ἐτέλεσε τὴν εὐχὴν αὐτοῦ. Ἀλλὰ τί πρὸς ἀλλήλους ἀπειδόντες ὑμεῖς συνεστείλατε τὰς ὀφρῦς; Οἶμαι, τὴν ἱστορίαν ἐοίκατε ἀγνοεῖν· ἀλλ' εἰ καὶ πάρεργος ἡ ἀφήγησις πρὸς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, ὅμως ἐπιτεμὼν τῷ λόγῳ τὰ πλείονα ἐπιτροχάδην ταύτην ὑμῖν διηγήσομαι.

A quod fugitivum Prophetam audiamus dicentem Deo : « Quæcunque vovi, reddam tibi [76], » et de Jephte sacrificante filiam sacræ Litteræ dicunt fecisse, sicut voverat [77]. Sed quid alter ad alterum ora obvertistis, et supercilia contraxistis? significatis, ut arbitror, historiam ignorare; sed quamvis ejus narratio non pertineat ad propositum argumentum, tamen compendium verbis faciens, cursim eam vobis exponam.

Ἰεφθάε ἦν Γαλααδίτης ἀνὴρ, ἀποτεχθεὶς μὲν ἐξ ἑταιρίδος μητρὸς, εὐσεβὴς δὲ καὶ πολὺς τὴν ἰσχύν. Οὗτος κριτὴς κατέστη παντὸς τοῦ λαοῦ· κατετροποῦτο δὲ τότε τὸν Ἰσραὴλ Ἀμμὼν ὁ ἀλλόφυλος· καὶ τὰ μὲν τῶν Ἑβραίων ἦν ἐν στενῷ κομιδῇ· ὁ δὲ ἀλλόφυλος ᾖρετο τῇ νίκῃ, καὶ ὑπέροφρυς ἦν. Ὁ γοῦν Ἰεφθάε στρατὸν συναγείρας ἀδρὸν καταστρατηγεῖ B τὸν ἀντίπαλον· ἀλλὰ πρὸς τὴν παράταξιν ἐξιὼν εὐχὴν ηὔξατο τῷ Θεῷ, οὐ πάνυ τὸν λόγον περισκεψάμενος, ὡς, εἰ γένοιτο τῶν ἐχθρῶν ἐγκρατὴς, ἐν τῷ ὑπονοστῆσαι ἀπὸ τοῦ πολέμου τὸν πρότερον ἐξελθόντα τῆς οἰκίας, καὶ συναντήσαντα ὁλοκαυτῶσαι τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ Θεῷ. Ἡττᾶται οὖν ὁ Ἀμμὼν, κρατεῖ ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους διοδεύσας ληΐζεται, καὶ ὁ στρατηγὸς ἐπάνεισι τῇ νίκῃ καὶ τοῖς λαφύροις, ὡς εἰκὸς, λαμπρυνόμενος. Καὶ ἡ πόλις εὐαγγελισθεῖσα τὸ τρόπαιον διεξεῖτο πᾶσα πρὸς ἀπαντὴν, μετὰ χορῶν, καὶ τυμπάνων τὸν στρατηγὸν ἐκθειάζουσα. Τὸ δ' ἐντεῦθεν ἔχει τι σκυθρωπὸν ἡ διήγησις. Θυγάτριον ἦν τῷ Ἰεφθάε μονογενὲς, καὶ μάλα καλὸν, ἤδη τοῦ γάμου τὴν ὥραν ἔχον. Ἐπ' αὐτῇ C δὲ μόνῃ ὁ πατὴρ τὰς ἐλπίδας ἐσάλευε, διάδοχον τοῦ γένους, καὶ κληρονόμον ταύτην ἕξειν ἡγούμενος· τάχα που καὶ εἰς τὸ ἱερὸν προσφοιτῶν ἀπὸ τῆς παιδὸς ἀπήρχετο τῶν εὐχῶν. Αὕτη τοῦ φῦντος εὐαγγελισθεῖσα τὰ τρόπαια, καὶ χαρᾶς ὑποπλησθεῖσα, ἐξανίσταται μάλα γοργῶς, καὶ νυμφικῶς ἑαυτὴν κοσμήσασα, ἔξεισι τοῦ θαλάμου, πάντων τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ κάλλει ἐπισπωμένη πρὸς ἑαυτήν. Ἐπιταχύνασα οὖν τὴν πορείαν πρώτη τῷ πατρὶ δυστυχῶς ἀπαντᾷ, καὶ περιβαλοῦσα τὸν αὐχένα μετ' αἰδοῦς, καὶ πόθου θερμοῦ κατησπάζετο χαριστηρίους ἀφιεῖσα φωνάς. Πρὸς ταῦτα ὁ Ἰεφθάε ἀνώμωξε, καὶ, Οἴμοι, θύγατερ, εἶπεν, ὅτι σε καταθύσειν ηὐξάμην Θεῷ. Εἰ δὲ, ἄκουσον εὐγενοῦς παρθένου φωνῆς· ἀλλ' ἐνταῦθα D σκόπει μοι εὐγενὲς φρόνημα παρθένου καλῆς. Μικρὸν ἐπιστυγνάσασα τῷ παραλόγῳ τῆς ἀκοῆς ἀνέλαβεν ἑαυτὴν, καὶ πᾶσαν δειλίαν ἐξ ἑαυτῆς ἐκβάλλουσα, ὅλη τοῦ πατρικοῦ θελήματος γίνεται. Ἄγχουσα δὲ τὰ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιγενόμενα, οἷα δέ τις εἰαρινὴ ἀηδὼν αἰλινον μυρομένη ᾠδὴν, ἠρέμα πως ἔφασκε τῷ πατρί· Πάτερ, εἰ ἐν ἐμοὶ ἤνοιξας τὸ

Jephte vir Galaadites fuit : et quanquam ex matre meretrice natus, pietate tamen et fortitudine præstabat. Hic judex toti populo præerat. Porro per id tempus Ammon alienigena subegerat Israelem : atque in magnas angustias deducta res Hebræorum erat. Alienigena vero ille victoria elatus insolescebat. Jephte igitur magnas copias coactas contra hostem ducit, ac progressus in aciem votum vovit Deo, non satis verba considerans (71), si hostium potiretur, quicunque primus egressus domo sibi e bello revertenti procederet obviam, eum victoriæ auctori Deo in holocaustum a se offerendum. Vincitur ergo Ammon, atque Israel strenue rem gerens, ac persequens prædas agit : et dux victoria et spoliis, ut par erat, conspicuus redit. Ac civitas de triumpho certior facta effusa est omnis in occursum, choris ac tympanis ducem ad cœlum tollens. Cæterum reliqua narratio continet triste quiddam : filiolam Jephte unicam, et specie insignem, ac nuptiis jam maturam habebat. In ipsa una spes suas agitabat pater, quam et genus propagaturam, et hæreditatem inituram cogitabat. Et fortassis ad templum cum ventitaret, vota auspicabatur a filia. Hæc de parentis tropæis lætum nuntium cum accepisset, gaudio delibuta ocissime prosilit, et sponsæ ritu exornata e thalamo egreditur omnium in se ob pulchritudinem oculos vertens. Igitur iter accelerans omnium prima parenti infeliciter occurrit; et cum reverentia flagrantique affectu collo ejus implicito, gratulationis verba emittens salvere jubebat. Ad hæc Jephte ingemuit; et, Hei mihi, inquit, filia, quod Deo te vovi immolandam. Sed hei! audi virginis ingenuæ vocem, et pulchræ generosos spiritus considera paululum. 96 Primo rem tam inopinatam audiens mœrore tacta est : post se ipsam collegit, et, omni a se excusso timore, totam se parentis voluntati permisit. Lacrymas vero ex oculis reprimens jam erumpentes; et qualis verno tempore luscinia (72) lugubri cantilena deplorans placide patrem est allocuta : Pater, si in meum caput os tuum Domino aperuisti, perfice quomodo votum nuncupasti tuum. Quo pacto af-

[76] Jonæ XII, 10. [77] Jud. XXI, 39.

Francisci Scorsi notæ.

(71) *Non satis verba considerans.* Temerarium igitur Jephte votum fuisse his verbis insinuat hic Pater, et quidem vere, quod ostendit Suarius noster tom. II *De religione*, lib. II, cap. 10, ubi de hoc subtilius quærit. Habetur id etiam ex sancto Hieronymo, lib. I *Contra Jovinianum*, parum ante medium, ubi ait reprehendi solitum Jephte ab Hebræis voti temerarii : *Nam si canis*, inquiunt, *occurrisset, si asinus, quid faceret?* et subjungit : *Ex quo volunt dispensatione Dei factum, ut qui imperfecte voverat, errorem voti in filiæ morte sentiret.* Hæc ex Hieronymo. Idem igitur de hoc voto sentit hic auctor, cum eum non satis verba dispexisse dicit.

(72) *Verno tempore luscinia.* Vide hom. VI, not. 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Baculus vero propulsator canum spei ratio est, per quam defatiscentem animam sustentamus, et latrantem desperationis motum compescimus. Quod vero baculus bonam spem significet, testatur Asceticorum graduum (49) scriptor, cum ait : Qui lapsus est, conteritur; et laudabili audacia orat suffultus baculo spei, quo persequens canem desperationis expellit. Postquam igitur peccatum hoc nos etiam adminiculo privarit, facile nos pro suo arbitratu versat. Hæc intelligentes, charissimi, attendamus nobismetipsis : ea siquidem ad nostram admonitionem scripta sunt. Fugiamus allicientem voluptatis escam; primos ejus impetus declinemus, subit enim per animæ fenestras ex improviso se insinuans, ne continentiæ, quæ puros nos reddit, cingulo spoliemur, neque nobilem imaginem, ut annulum prodigamus. Si vero horum aliquo privari contigerit, baculum spei a nobis desperatio non extorqueat. Ita sanctam Christi Nativitatem pura mente contemplabimur; eumque una cum angelis, et pastoribus laudabimus, offerentes auri loco fidem, et actiones, ut thus, et instar myrrhæ corporis afflictationem : atque ita mystica perfruemur mensa in Christo Jesu Domino nostro, qui cum Patre et Spiritu sancto adoratur nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A σαι τὸ κατ' εἰκόνα, ὃ δηλοῦται διὰ τῆς ἐν τῇ σφενδόνῃ γλυφῆς. Ἡ δὲ ἀμυντικὴ τῶν κυνῶν ῥάβδος, ὁ τῆς ἐλπίδος λόγος ἐστί, δι' οὗ τὸ κάμνον τῆς ψυχῆς ἐπερείδομεν, καὶ τὸ ὑλακτοῦν πάθος τῆς ἀπογνώσεως ἀμυνόμεθα. Ὅτι δὲ ἡ ῥάβδος τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα δηλοῖ, μαρτυρεῖ ὁ τῆς ἀσκητικῆς Κλίμακος συγγραφεὺς οὕτως εἰπών· Ὁ πεσὼν συντρίβεται καὶ μετ' ἐπαινουμένης ἀναιδείας προσεύχεται ῥάβδῳ ἐλπίδος ὑποστηριζόμενος, καὶ ταύτῃ διώκων τὸν κύνα τῆς ἀπογνώσεως ἐξορίζει. Ὅταν οὖν καὶ ταύτης ἡμᾶς τῆς ῥάβδου ἡ ἁμαρτία στερήσῃ, εὐχειρώτους ἔχει πρὸς ὅ τι βούλεται. Ταῦτ' οὖν μαθόντες, ἀγαπητοί, προσέχωμεν ἑαυτοῖς· ἐγράφη γὰρ ταῦτα εἰς νουθεσίαν ἡμῶν. Φύγωμεν τὴν δελεάζουσαν ἡδονήν, ἐκκλίνωμεν αὐτῆς τὰς ἀρχάς, παρεισδύεται γὰρ ἀπὸ τῶν
B τῆς ψυχῆς θυρίδων ἀπροόπτως εἰσδύουσα, μὴ συληθῶμεν τὴν ζώνην τὴν ἁγιαστικὴν σωφροσύνην, μηδὲ τὸ κατ' εἰκόνα προσδώσωμεν, ὡς δακτύλιον. Εἰ δέ τινι τούτων ζημιωθῆναι συνέβη, τὴν ῥάβδον τῆς ἐλπίδος μὴ ἀποσπάσῃ ἀφ' ἡμῶν ἡ ἀπόγνωσις. Οὕτω τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν καθαροὶ ὑποψόμεθα, καὶ μετὰ ἀγγέλων δοξάσομεν, καὶ μετὰ ποιμένων αἰνέσομεν, ὡς χρυσὸν τὴν πίστιν προσάγοντες, ὡς δὲ λίβανον τὰς πράξεις, ὡς δὲ σμύρναν τὴν τοῦ σώματος νέκρωσιν καὶ τῆς μυστικῆς τραπέζης κατατρυφήσομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνουμένῳ, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XV.

De Zacchæo principe publicanorum.

Mysticæ illius, ac divinæ scalæ, quam patriarchæ Jacob in itinere obdormienti Deus ostendit [48], primus gradus paulum ascendentem attollebat e terra; cæteri vero deinceps sequentes sensim eum elevando ad extremum usque, summumque fastigium cui innitebatur Dominus, evehebant. Angeli vero ascendebant et descendebant manuducentes eos qui in altum erigebantur. Quorsum vero patriarchæ illius scalæ exemplo sum usus? 88 Personat aures meas vox evangelica, et ex iis quæ lecta sunt, appropinquare conjicio pœnitentiæ tempus, et jejuniorum

ΟΜΙΛΙΑ ΙΕ'.

C *Περὶ τοῦ ἀρχιτελώνου Ζακχαίου.*

Τῆς μυστικῆς ἐκείνης καὶ θείας κλίμακος, ἣν ὁ Θεὸς ὑπέδειξε τῷ πατριάρχῃ καθ' ὕδον ἀφυπνώσαντι, ἡ μὲν πρώτη βαθμὶς ἀπὸ γῆς ἀνῆγε τὸν ἀνιόντα μικρόν· αἱ δὲ καθ' ἑξῆς κατ' ὀλίγον κουφίζουσαι, πρὸς τὸ ἀνώτατον ἦγον καὶ τέλειον, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς ὑπεστήρικτο. Ἄγγελοι δὲ ἀνέβαινον, καὶ κατέβαινον χειραγωγοὶ τῶν ἀναγομένων γενόμενοι. Τί δὲ βουλόμενος ἐχρησάμην τῷ τῆς πατριαρχικῆς κλίμακος παραδείγματι; περιηχεῖ μου τὰ ὦτα εὐαγγελικὴ φωνὴ κἀκ τῶν ἀναγνωσμάτων ἐγγίζειν τεκμαίρομαι τὸν τῆς μετανοίας καιρὸν, καὶ τῶν νηστειῶν

[48] Gen. xxviii, 12.

Francisci Scorsi notæ.

Palatina, recensetur a Codino Curopalata cap. 11, ὁ παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης *Præfectus sigilli*, seu *annuli signatorii*, ut recte Gretserius noster interpretatur : inepte autem ipso quoque notante Grets. Junius ill nominis *accubitor fundæ* reddit; melius in Cataloqo Juris Græco-Rom. vertit interpres *accubitor magnæ palæ*. Erat igitur παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης sigillifer, seu custos annuli imperatorii quo litteræ obsignabantur; qui annulus per unam sui partem, nempe per σφενδόνην seu palam significatur, quod hujus in obsignando sit usus.

(49) *Asceticorum graduum*. S. Joannem cognomento Climacum, quod cognomentum nactus est ex libro quem Κλίμακα inscripsit, Græci vocant : Τῆς Ἀσκητικῆς Κλίμακος συγγραφέα, *Asceticæ Scalæ scriptorem*. Celebris est et auctor, et liber; legat tamen qui plura cupit Isagogem Matthæi Raderi soc. nostræ viri

D apprime eruditi, qui Opera omnia Joannis Climaci naviter vertit, et edidit Græce simul et Latine. Locus autem quem hic refert Theophanes, est ex gradu 7. Græca sunt hæc : Ἀπόθου τὸν κύνα τὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ προσερχόμενον, καὶ τὸν Θεὸν ἄσπλαγχνον καὶ ἀσυμπαθῆ ὑποβάλλοντα · *Expelle canem, qui in maximo pœnitentiæ luctu accedens, Deum immisericordem et durum objicit*. Solum igitur hic Climacus desperationem appellat canem. Itaque non ex hoc Climaci loco solo sententiam suam Theophanes desumpsisse videtur; sed etiam ex Gregorio Nysseno, qui aperte per baculum spem signari docet lib. *De vita Mosæ* · Ἓν' αὐτῶν θηρίων ἀμυντικὴ βακτηρία ὁ τῆς ἐλπίδος λόγος ἐστί, ᾧ καὶ τὸ κάμνον τῆς ψυχῆς ὑπερείδομεν, καὶ τὸ ὑλακτοῦν ἀμυνόμεθα · *Baculus vero, quo feras repellimus, spes est : quo labores, et molestias animi sustentamus, et latratum canum arcemus.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αἱ ἡμέραι, ὡς ἔοικε, γειτνιάζουσι. Τίθησι γοῦν ἡμῖν ἡ εὐαγγελικὴ κλίμαξ οἷον βαθμίδα πρώτην, ἀρίστην τε ὑψώσεως εἴσοδον τὴν μετάνοιαν, διὰ τῆς τοῦ Ζακχαίου ἱστορίας διδάσκουσα ἡμᾶς ὅσον ἰσχύει ἡ τῶν ἡμαρτημένων μετάγνωσις. Οὐ γὰρ διηγεῖται περὶ ἀνθρώπου ἁπλῶς ἁμαρτήσαντος, ἀλλὰ τελώνην ἡμῖν ὑποτίθεται τὸ πάντων ἁμαρτημάτων ἀκρότατον. Βδελυρὸν γάρ τι χρῆμα τὸ τελωνεῖν, καὶ τῶν μάλιστα κατεστυγημένων τῷ παναγάθῳ Θεῷ. Διὰ τοῦτο ὅτε βούλεται ὁ Σωτὴρ μεθ' ὑπερβολῆς κατηγορῆσαί τινος, τοῦτο τὸ ὄνομα τίθησι· ποτὲ μέν· « Ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς, καὶ ὁ τελώνης· » ποτὲ δέ· « Οἱ τελῶναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ

A dies (50) appetunt, ut videtur. Proponit igitur nobis evangelica scala quasi primum gradum, et aditum aptissimum unde ad altitudinem pertingere liceat, pœnitentiam, quippe cum per historiam Zacchæi nos doceat quantum valeat pœnitentia peccatorum. Non enim de homine agit, qui vulgari more peccasset, sed publicanum nobis proponit, peccatorum omnium summam : abominandum enim publicanorum negotium (51) erat, quodque Deus usquequaque purus, ac sanctus maxime odio habebat. Ideo Salvator, quotiescunque aliquem vituperare vult maxime, hoc utitur nomine : modo enim ait : « Sit tibi tanquam ethnicus, et publicanus [56] ; » modo :

[56] Matth. xviii, 17.

Francisci Scorsi notæ.

50) *Et jejuniorum.* De tempore jejunii magni appropinquante fit in hac homilia mentio, quia legitur Evangelium de Zacchæo ex cap. XIX S. Luc. Dominica præcedente Triodium. Vocant Græci Triodium in Ritualibus suis libris tempus illud, quod nos Latini a Septuagesima incipimus usque ad Pascha, quo canticum *Alleluia* siletur. Nec tamen adhuc satis apparet cur appetere dies jejunii dicat etiam a Dominica ante Triodium, nisi Græcorum ritus in jejunio Quadragesimæ servando intelligatur, qui discrepat a Latino more ; nam in Ecclesia Latina a feria IV post Quinquagesimæ Dominicam, quæ Cinerum dies, seu Caput jejunii dicitur, illud auspicamur, cujus consuetudinis ea est ratio ; nam a Quadragesimæ Dominica usque ad Pascha interfluunt dies duo et quadraginta : a quo numero si Dominicas sex dempseris ἀνηστεύτους (his enim antiquissimo Ecclesiæ ritu et canone receptum est, ut non jejunetur, de quo Baronius tom. I), reliqui sunt dies sex et triginta. Et profecto S. Gregorii tempore tot erant jejunii dies, ut ex his ipsius verbis hom. 14 *in Evang.* intelligitur : ***Dum vero per trecentos sexaginta dies annus ducitur, et nos per triginta et sex dies affligimur, quasi anni nostri decimus Deo damus.*** Postea ut dierum ἀποσίτων numerum cum Christi Domini jejunio conveniret, institutum fuit ut essent quadraginta ; adeoque additi quatuor ante primam Quadragesimæ Dominicam, et ad diem Mercurii retractum jejunii tempus. Et hæc quidem est ratio Latinorum. Græci autem, qui non solum Dominicos dies, sed etiam Sabbata immunia jejunio faciunt, majori supplemento dierum egent. Nam ex duobus et quadraginta diebus a Quadragesima usque ad Pascha intercurrentibus, supersunt ἀπόσιτοι triginta tantum dies, vel triginta et unus, eo quod Sabbato solo majoris hebdomadæ jejunent ; quam ob causam hanc iniere rationem, ut duabus ante hebdomadis Quadragesimale jejunium inchoarent, hoc est a feria II post Dominicam, quæ nobis Sexagesima dicitur. Quæ duæ hebdomades cum dies decem, et quatuor complectantur, si item ab his eximas Sabbata, et Dominicos dies qui in jejunio non computantur, ut diximus, superabunt decem, quos ad Quadragesimæ integritatem addunt : hac tamen ratione quod prima hebdomada laxius molliusque jejunent, abstinentes solum a carnibus, lacte vero, et ex lacte confectis cibis utentes. Unde Dominicam Sexagesimæ vocant ἀπόκρεω vel ἀποκρεωσίμου ἑορτήν, quasi dicas *Carnisprivii* festum ; postrema enim est, qua carnibus vesci liceat, et terminus nomen hebdomadæ subsequentis sibi sumit ; Dominicam vero, quæ nobis est Quinquagesimæ, τὴν τυρινῆς seu τυροφάγου quia in ea terminatur casei vicus. Eximde vero, hoc est feria II, jejunium magnum austerumque incipiunt, quod ipsorum ritu dies continet sex et triginta, Sabbato magno in eam summam computato. Quod diserte

B noster hic auctor, hom. *in Dominic.* IV *jejuniorum* asserit, ut ibi videbimus. Atque hæc ratio Græcanici ritus in obeundo jejunio τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς, cognita necessaria fuit non solum ut locus ille hom. *in Dom.* IV, posset intelligi, sed ut et proœmia ipsa sequentium homiliarum, et alia loca essent illustrata. Ratio cur Orientalis Ecclesia Sabbata a jejunio excipiat, et quomodo hoc ipsum a principio in universa Ecclesia institutum, deinde ab Occidentali sit antiquatum, lege apud Baronium tom. I. Non enim est nostri instituti ea disputatio. Itidem de aliis Quadragesimis a Græcis, tum laicis, tum monachis servari solitis, quæ tamen Quadragesimæ non re, sed solo nomine tales, utpote jejunio paucis diebus circumscripto, de his, inquam, agere esset egredi fines nostrarum Adnotationum, cum ad hanc rem non pertineant. Leges eas apud Gretserum nostrum lib. III Comment. in Codinum Curopalatem, cap. 2, et Theodorum Balsamonem in responso ad 55 quæstionem Marci

C patriarchæ Alexandrini.

(51) *Publicanorum negotium.* Publicanorum munus apud Romanos honestissimum fuit, eo quod ex honestissimo ordine equestri qui vectigalia populi Romani exercerent, essent delecti, de quibus Tullius, in *Orat. pro Planc.*, hæc ait : *Qui ordo quanto adjumento sit et honore, quis nescit? flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipublicæ Publicanorum ordine continetur.* Eodemque modo eos commendat *Orat. pro lege Manilia*, ubi de Asiæ vectigalibus ; et ad Q. Fratrem de regimine Præfecturæ Asianæ. Apud Judæos tamen, maxime Christi tempore, id muneris odiosum et infame habebatur, adeoque a magistratibus publicis una cum cæteris turpibus personis prohibebatur, quin et ab eorum consuetudine ut ethnicorum, quod peccatores publici reputarentur, Judæi abhorrebant, juxta illud Christi Matth. XVIII : *Sit tibi tanquam ethnicus et publicanus.* Id ea maxime

D ratione quod in publicanorum negotiatione multæ fieri solent injuriæ, et vexationes debitorum ; cum vero Hebræorum gens liberam se esse, utpote ex Abrahamo ortam censeret, ad pendendum tributum per eos cogi maxime odiosum habebant : præsertim si qui ex sua gente id muneris pro Romanis administrarent. Claudat hanc notam Suidas, qui in voce Τελώνης sic habet : Διαβέβληται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ τοῦ Τελώνου ὄνομα· τελώνης ἀλλοτρίων πραγμάτων μεριδῆς, πεπαῤηγιασμένων ἡ βία, ἀνεπιτίμητος ἁρπαγή, ἀναίσχυντος πλεονεξία, πραγματεία λόγον οὐκ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορία· *Criminosum erat publicani nomen apud veteres. Publicanus alienæ rei particeps, aperta violentia, impunita rapina, negotiatio nulla ratione constans, inverecunda mercatura.* Lepidum etiam Jamblichi scomma in publicanum, cui torques traditus, vide apud ipsum. Refert hæc itidem Baronius tom. I, ann. 31, n. 73.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Publicani præcedent vos in regnum Dei; » aliquando etiam reprehendens eos, qui spe fœnoris repetendi mutuam dant pecuniam : « Nonne et publicani, inquit, hoc faciunt? » Cum enim publicanum nominat, eo nomine complectitur (52) avarum, injustum, raptorem, lucri cupidum; quod idem est, ac si dicas idolis servientem; siquidem Paulus idolorum servitutem avaritiam appellavit [56]. Sed cum non simpliciter publicanum, sed principem publicanorum Zacchæum vocet evangelista, malitiæ magnitudinem notat. Hoc enim obtinuit consuetudo, ut quando quis in aliquo genere bonæ vel malæ artis perfectionem sit consecutus, principatus nomen cum professione componatur. Ita princeps latronum (53), princeps coquorum, princeps fabrorum dicitur. Nunc igitur si publicanus, cum usque eo exercuisset, et infame impuramque vitæ institutum ita persecutus esset, ut aliis etiam malæ artis magister evaderet, Dominum tamen pœnitentia propitium sibi fecit, quis non omni festinatione, studioque confugiat ad hanc pœnitentiæ medicinam divinitus datam? Sed a principio, si videtur, explicationem repetamus [57]. « In illo tempore Jesus perambulabat Jericho : et ecce vir nomine Zacchæus, et hic erat princeps publicanorum, et ipse dives; et quærebat videre Jesum. » Revertebatur sane Dominus in Jerusalem, ex Galilæa; et cum posset aliam inire viam (ex Samaria enim facilis erat reditus in Jerusalem), certo tamen **89** consilio per Jericho fecit iter; si primo se offerentem, apertamque spectemus rationem, ut Bartimæum a cæcitate liberaret [58], et principem publicanorum Zacchæum ad pœnitentiam revocaret. Si vero magis mysticam : quoniam parabolice de Adamo ante præmiserat (54), quod descendens ex Jerusalem in Jericho inciderat in latrones, et nudus, sauciusque relictus fuerat, et ex contrariis oportebat confici vulnerati medicinam (contrariorum enim contraria medicamenta sunt); idcirco regreditur vice versa Salvator ex Jericho in Jerusalem reducens per semetipsum eo, unde deciderat, hominem vulneratum. Jericho enim *descensus* (55) interpretatur, denotat vero ruinam in quam cecidit lapsum genus humanum. Sed historiæ seriem resumamus : « Perambulabat, inquit, Jesus, » ac populi quidem multitudo pompæ quadam specie partim

Θεοῦ. » Ἄλλοτε ὀνειδίζων τοὺς δανείζοντας ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κομίσασθαι δάνειον · « Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; » Ὁ γὰρ τελώνην εἰπών, ἐν ταὐτῷ παραλαμβάνει, καὶ πλεονέκτην, καὶ ἄδικον, καὶ ἅρπαγα, καὶ φιλάργυρον · ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τοῖς εἰδώλοις λατρεύοντα · ὁ μὲν γὰρ Παῦλος εἰδωλολατρείαν τὴν φιλαργυρίαν ἐκάλεσε · καὶ οὐδὲ τελώνην ἁπλῶς, ἀλλ' ἀρχιτελώνην ὁ εὐαγγελιστὴς τὸν Ζακχαῖον ὠνομακὼς τὴν ἐπίτασιν τοῦ κακοῦ παρεδήλωσεν. Οὕτω γὰρ ἡ συνήθεια τοῦ ἐν εἴδει τινὶ κακίας, ἢ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἐλάσαντος, τὴν τῆς ἀρχῆς προσηγορίαν προστίθησι τῷ ἐπιτηδεύματι, ὥσπερ ἀρχιληστὴν, ἢ ἀρχιμάγειρον, ἢ ἀρχιτέκτονα. Εἰ γοῦν ὁ τελώνης νῦν εἰς τοσοῦτον ἀσκήσας, καὶ τὴν ἀκλεῆ, καὶ ἀκάθαρτον πολιτείαν οὕτως ἐπιτηδεύσας, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ κακοῦ γενέσθαι διδάσκαλος, μετανοίᾳ τὸν Κύριον ἱλεώσατο, τίς οὐ προσδράμοι μετ' ἐπείξεως πάσης πρὸς τὸ τῆς μετανοίας θεόδοτον φάρμακον. Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ἄνωθεν τὴν διήγησιν ἀναλάβωμεν. « Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ διήρχετο ὁ Ἰησοῦς τὴν Ἰεριχὼ, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ καλούμενος ὀνόματι Ζακχαῖος, καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, καὶ οὗτος ἦν πλούσιος, καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Κύριον. » Ἦετο μὲν ὁ Σωτὴρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλὴμ, δυνάμενος καὶ ἀπ' ἄλλης ἰέναι ὁδοῦ, καὶ γὰρ ἐκ Σαμαρείας ῥᾴδιον ἐλθεῖν εἰς Ἱερουσαλήμ · ὅμως οἰκονομικῶς διὰ τῆς Ἰεριχὼ εἰσπορεύεται. Κατὰ μὲν τὸ πᾶσι φαινόμενον, ἵνα καὶ τὸν Βαρτιμαῖον τῆς ἀβλεψίας ἰάσηται, καὶ τὸν ἀρχιτελώνην Ζακχαῖον εἰς μετάνοιαν ἐπισπάσηται · κατὰ δὲ μυστικώτερον λόγον, ἐπείπερ ἔφθη προειπὼν παραβολικῶς περὶ τοῦ Ἀδὰμ, ὡς κατιὼν ἐξ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ λῃσταῖς περιέπεσε, καὶ τὴν στολὴν ἀφῃρέθη, κτὶ τραυματίας ἐγένετο, ἔδει δὲ διὰ τῶν ἐναντίων γενέσθαι τοῦ πληγέντος τὴν ἴασιν. (Τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων εἰσὶν ἰάματα.) Διὰ τοῦτο ἄνεισιν ὁ Σωτὴρ ἀντιστρόφως ἐξ Ἰεριχὼ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀνάγων δι' ἑαυτοῦ τὸν τραυματίαν, ὅθεν ἐκπέπτωκεν · Ἰεριχὼ γὰρ κατάβασις ἑρμηνεύεται, δηλοῖ δὲ τὴν καταφοράν, εἰς ἣν ὀλισθῆσαν κατέπεσε τὸ ἀνθρώπινον. Ἀλλὰ τὴν ἱστορικὴν ἀκολουθίαν ἐπανελάβωμεν. « Διήρχετο, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς. » Τὸ δὲ τοῦ λαοῦ πλῆθος τὸ μὲν προεπόμπευε, τὸ δὲ παρείπετο τῷ τῆς διδασκαλίας ὑφηλκόμενον πείσματι. Ἦν γὰρ θεία χάρις, καὶ ἄῤῥητος τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις συντρέχουσα, καὶ τὰς τῶν

[56] Matth. xxi, 31. [57] Ephes. v, 5. [58] Luc. xix, 1 seqq. [59] Marc. x, 46.

Francisci Scorsi notæ.

(52) *Eo nomine complectitur.* Vide nota proxima quæ protulimus ex Suida.

(53) *Princeps latronum.* Ἀρχιλῃστής. Hoc vocabulo utitur Joseph. Hebr. de Ezechia latrone primario, quem Herodes sustulit. Καταβαλὼν γὰρ Ἐζεκίαν, inquit, τὸν ἀρχιλῃστὴν, τὸν προσεχῆ τῆς Συρίας κατατρέχοντα σὺν μεγάλῳ στίφει, τοῦτον κατασχὼν κτείνει καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ λῃστῶν. Meminit et hujus nominis Etymolog. magnum; dicitur etiam, commutato compositionis ordine, λῃσταρχος, et ληστάρχης habetur in versione LXX in Genes. et lib. IV Regum et apud Jeremiam et Isaiam.

(54) *Ante præmiserat.* Verti sic ex emendata scriptura cod. G. ἔφθη προειπών. Nam in P. apertum est mendum ἔφην προειπών. Non enim de se dicit Theophanes : *Præoccupavi dicere;* sed de Christo, quod antequam Zacchæum ad se converteret, præoccupaverat parabolice dicere de homine illo, qui descendens ab Jerusalem in Jericho, inciderat in latrones cap. x Lucæ; unde nunc ἀντιστρόφως regreditur ipse ex Jericho in Jerusalem; perinde quasi facto ipse suo significare vellet reduci ab se hominem eo unde peccando deciderat.

(55) *Jericho enim descensus.* Vide hom. 11, nota 88, ubi de hoc etymol.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἀκουόντων ψυχὰς καταθέλγουσα. Οὕτω καὶ γέγραπται, ὅτι « Πάντες ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. » Ὑφ' ἧς καὶ Ζακχαῖος ἁλοὺς παραγκωνίζεται τὸ τελώνιον· καὶ ἐπειδὴ μικρὸς ἦν τὴν ἡλικίαν (καὶ τοῦτο γὰρ ὁ λόγος ἐδήλωσεν) ἀνεισιν εἰς τὴν συκομοραίαν, ἐκεῖθεν τὸν Κύριον κατοψόμενος. Ὡ πόσα δι' ὀλίγων ἡ ἱστορία τοῖς φιλομαθέσιν ἐνδείκνυται, ὅσοις οὐ παρέργως οἱ θεῖοι λόγοι ἀναγινώσκονται! Τοιγάρτοι τὰ τῆς ἱστορίας μαθόντες πρὸς θεωρίαν χωρήσωμεν οἷον περιελόντες τὸ ἔξωθεν ἕλυτρον, καὶ τὴν κεκρυμμένην φιλοσοφίαν ἀνακαλύπτοντες. Διὰ τί μικρὸς τὴν ἡλικίαν ὁ Ζακχαῖος εἶναι ἱστόρηται; Πῶς δὲ καὶ τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν οὐκ ἠδύνατο ἑστὼς ἐν τῇ γῇ; καὶ διὰ τί μὴ ἐν ἄλλῳ φυτῷ, ἀλλ' εἰς συκομοραίαν ἀνέρχεται; Καὶ τὴν μὲν ὑψηλοτέραν ἀναγωγὴν εἰδεῖεν ἂν οἱ καθαροὶ τὴν ψυχήν, οἱ δι' ὅλβον ἀρετῆς τηλαυγῶς τῷ θείῳ Πνεύματι καταλάμποντες· ἡμεῖς δὲ οἱ ἐνισχημένοι τῇ ἰλύϊ τῶν ἁμαρτιῶν, περὶ τὰ μέσα τῶν νοημάτων χωρήσωμεν. Μικρὸς ἦν τὴν ἡλικίαν ὁ Ζακχαῖος, ὄντως μικρὸς ὁ περὶ τὰ μικρὰ καὶ οὐτιδανὰ καλινδούμενος, ὁ μὴ φθάσας ἐν τῇ τῶν ἀρετῶν τελειότητι, ὁ τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν σμικρύνων τοῖς πάθεσι. Πῶς οὖν δυνατὸν ἦν τὴν ἀτελῆ ψυχὴν ἐν τῇ κατ' ἀρετὴν πολιτείᾳ Θεὸν ἰδεῖν τὸν παντέλειον; διὰ τοῦτο κάτω ὢν ὁ Ζακχαῖος ἐν γῇ οὐχ ἑώρα τὸν Ἰησοῦν ἐπιπροσθούσης τῆς ἁμαρτίας, ἕως τῶν γηΐνων ἐπήρθη, καὶ ὑπέρτερος τῆς συκομοραίας ἐγένετο. Νοεῖς δὲ πάντως τίς ἡ συκομοραία διὰ τοῦ συνθέτου ὀνόματος, τὸ σύνθετον ἐκεῖνο φυτὸν, τὸ τὴν πτῶσιν προξενῆσαν ἡμῖν. Ὡς γὰρ ἐκεῖνο γνωστὸν ἦν καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἐδήλου δὲ τὴν ἁμαρτίαν δοκοῦσαν μὲν καλὴν κατὰ τὴν ἡμαρμένην τοῦ καλοῦ κρίσιν, πονηρὰν δὲ οὖσαν τῇ ἀληθείᾳ· οὕτω δὲ καὶ τὸ φυτὸν ἡ συκομοραία δοκεῖ μὲν εἶναι συκῆ, οὐ μὴν τῇ ἀληθείᾳ ἐστὶ συκῆ. Ἕως οὖν κάτωθεν ἂν τις τῆς συκομοραίας ᾖ, ἥγουν τῆς ἁμαρ-

A præibat, partim subsequebatur, doctrinæ ejus fune pertracta. Inerat enim divina quædam et inexplicabilis gratia in Domini verbis, quæ una cum illis ex ejus ore fluens audientium animos (56) permulcebat. Sic enim scriptum est, quod « Mirabantur omnes in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius [61] ; » qua etiam captus Zacchæus telonium deseruit; et quoniam statura pusillus erat (nam hoc etiam sermo Evangelicus notat), ascendit in sycomorum (57), ut inde prospectum Domini caperet. O quam multa discendi cupidis, iisque, qui non obiter legunt verba divina, brevi comprehendit historia. Quare nos, iis quæ ad historiam pertinent, intellectis, ad contemplationem faciamus gradum, et quasi putaminibus circumcisis reconditam B intus sapientiam aperiamus. Quare pusillum statura fuisse Zacchæum historia prodidit? Quid autem erat, quod Jesum videre stans in terra non posset? Quid porro non aliam arborem, quam sycomorum ascendit? Et altiorem sane anagogiam (58) perscrutari poterunt ii qui mundo sunt corde, quibus ob virtutum copiam a divino Spiritu liquido mens illustratur; nos vero peccatorum luto inhærentes mediocres sensus ingrediemur. Pusillus erat statura Zacchæus, et vere pusillus, qui circa parva, et nullius pretii volutabatur; qui nondum in virtutis perfectione promoverat; qui spiritualem animi **90** staturam passionibus imminuerat; qui igitur fieri poterat, ut anima adhuc in virtutum statu imperfecta Deum videret usquequaque perfectum? C Ideo, cum in infima esset terra Zacchæus, luminibus officiente peccato, non videbat Jesum, usque dum a terrenis sublatus, et supra sycomorum evectus est. Plane vero intelligis ex compositione nominis (59), quid significet sycomorus : plantam scilicet illam, quæ lapsus causa nobis fuit. Sicut enim illa erat scientia boni, et mali, et peccatum

[61] Luc. IV, 22.

Francisci Scorsi notæ.

(56) *Audientium animos.* In cod. P. post verba τοῖς Σωτῆρος λόγοις συντρέχουσα sequuntur hæc, τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος, etc., quæ nemo non videt inter se cohærere quidem aliquo modo, sed multo melius et verius si interjiciantur ex alio cod. hæc : Καὶ τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς καθέλκουσα. Οὕτω καὶ γέγραπται ὅτι πάντες ἐθαύμασαν ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις, etc. D

(57) *Ascendit in sycomorum.* Et hic apud Theophanem, et Lucæ ipso cap. XIX, συκομοραίαν Græce scribitur; sed tamen verti *sycomorum*, ut cum interpretatione Latina convenirem; utrumque vero et συκόμωρον, et συκομωραίαν vel συκομωρέαν Græci scriptores dicunt : συκάμηνον etiam Theophrastus; et eamdem significant *plantam.* In P. exempl. alterum ρ irrepsit, et συκομωρόαία scriptum est. De hac vero vide Ruillium in *Hist. plant.* qui ex Dioscoride hæc affert : *Est arbor magna fico similis, frondosa, multo lacte abundans, foliis mori; pomum ter aut quater anno fert, non ramis ut ficus, sed caudice ipso; caprifico non dissimile, dulcius grossis, sive granis interioribus, quod non maturescit, nisi ungue aut ferro scalpatur : Ægypti peculiaris est arbor; quanquam etiam in Caria et Rhode loci-sque nonnullis tritici multi non feracius, progignatur.* Vide et Plin. lib. XIII, cap. 7.

(58) *Et altiorem sane anagogiam.* Desunt ad hanc sententiam perficiendam aliqua in cod. P. quæ restitui ex Gall. nimirum, οἱ δι' ὅλβον τῆς ἀρετῆς ἀτηλαυγῶς τῷ θείῳ πνεύματι καταλάμποντες. Similem modestiam, demissamque sui opinionem animadvertas in Greg. Nyss., libro *De vita Mosæ*, ubi de mysteriis, sive anagogia tabernaculi et sanctorum, similiter loquitur.

(59) *Ex compositione nominis.* Componitur quidem συκόμωρον ex duarum arborum nominibus ἀπὸ τῆς συκῆς, καὶ μώρου. Sed de ratione hujus compositionis contendunt medicæ artis scriptores Dioscorides et Galenus; ille enim ita dictum putat διὰ τὸ ἄτοπον τῆς γεύσεως, hoc est, *propter fatuum guatum*, quem fructus sycomori præbet, μῶρον scilicet ignavum, in quo nulla sit acrimonia. Galenus vero ridiculos ait esse eos, qui συκόμωρα dicunt appellata, quod τοῖς μωροῖς συκαῖς, id est, fatuis ficubus similia sint; cum a similitudine, quam cum moro et ficu habeant, nomen eis sit inditum; constat tamen semper compositionis ratio, unde unde ea petita sit, quod satis huic Theophanis loco.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

denotabat, quod bonum sane judicio circa bonum erranti videtur, re autem vera, malum est; sic et ipsa sycomorea planta ficus quidem apparet (60), et tamen reipsa ficus non est. Dum igitur subter sycomoream, hoc est subter peccatum quispiam sit, Deum videre non potest: si vero se supra peccatum elevet, et superior illo videatur, jam conspicit lucis datorem Jesum, et eum, qui est vera salus, dicentem sibi: « Hodie salus domui tuæ facta est. »

« Suspiciens enim Jesus, inquit, vidit illum, et ait: Zacchæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. » O beatam vocem, quam Zacchæus audivit; o divinam in homines benignitatem, quæ publicani fidem celeritate prævenit. Simul enim eum vidit paululum e terrenis sublatum, ad se vocat hominem perditum, fiduciam impertiens illi, qui loqui non audebat. Sic et in prodigum filium se gessit. Ubi eum vidit a porcorum convictu sejunctum, et ad paternam domum reversum, longe obviam occurrens complexus est, et collum osculatus. Talis est Dominus noster: quamvis sexcentis maculis notati simus, quamvis oblita cœno sit vita nostra; si modo promptum ostenderimus animum, et unam pœnitentiæ lacrymam stillemus, statim recipit nos in ulnas suas, et placabilem suam naturam ostendit, et præteritorum omnium peccatorum obliviscitur. Sed revertendum unde digressi sumus: « Zacchæe, festinans descende. » Nunc vere Zacchæus evasisti, nunc facta nomini congrua ostendisti. Zacchæus enim, victorem vi nominis (61) signat; nunc igitur victor diceris peccatorum: « Zacchæe, festinans descende, » quare festinationem adjungit? Ut discas non oportere socorditer et negligenter, sed alacri promptoque studio ingredi **91** viam virtutis. Fluxa enim est vita nostra, adeoque oportet ad bonum capessendum nos festinare, dum hoc corporis tabernaculo circumtecti sumus. Sed enim videtur hoc dictum tradito a nobis intellectui adversari quodammodo. Si enim præclarum Zacchæo fuit sycomoream ascendere (a terrenis quippe sublatus, et peccato superior factus est), qua ratione jubetur descendere? « Zacchæe enim inquit, festinans descende. » Quo pacto eum, qui bene ascenderat, incitat ad descendendum? Quod ad historicum sensum attinet, ab arbore eum descendere Salvator jubet, anagogica vero consideratione nos docet nullum alium magis idoneum esse pœnitendi principium quam descensum. Hæc vero est felix humilitas, ex adverso diaboli superbiæ opposita. « Zacchæe, festinans descende; » vis pœnitentiam auspicari? fundamentum, et inconcussam pœnitentiæ basim pone humilitatem; descende ut attollaris virtutum alis

τίας, οὐ δύναται ἰδεῖν τὸν Θεόν· εἰ δὲ τῆς ἁμαρτίας ὑπεραρθῇ, καὶ κρείττων ταύτης ὀφθῇ, ὁρᾷ τὸν φωτοδότην Ἰησοῦν, τὴν ὄντως σωτηρίαν ἐκφωνοῦσαν αὐτῷ· « Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ σου. »

« Ἀναβλέψας γὰρ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς εἶδεν αὐτὸν, καὶ εἶπε· Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι. » Ὦ μακαρίας φωνῆς, ἧς ὁ Ζακχαῖος ὑπήκουσεν! Ὦ θεϊκῆς φιλανθρωπίας φθασάσης τῇ ταχύτητι τοῦ τελώνου τὴν πίστιν! Ὁμοῦ γὰρ εἶδεν αὐτὸν μικρὸν τῶν γηΐνων ὑπεραρθέντα, καὶ προσκαλεῖται τὸν ἀπολωλότα, καὶ μεταδίδωσι θάρσους τῷ ἀπαῤῥησιάστῳ· οὕτω καὶ τῷ ἀσώτῳ ποιεῖ. Ὁμοῦ τε εἶδε τὸν χοιρώδη βίον ἀποσεισάμενον, καὶ πρὸς τὴν πατρικὴν ἑστίαν παλινδρομήσαντα, καὶ μακρόθεν δραμὼν περιεπλάκη φιλήσας τὸν τράχηλον. Τοιοῦτος ὁ ἡμέτερος Δεσπότης· κἂν μυρίαις κηλῖσι κατεστιγμένοι ἐσμὲν, κἂν βορβορώδης ἐστὶν ὁ βίος ἡμῶν, εἰ προθυμίαν μόνην ἐπιδειξαίμεθα, καὶ δάκρυον μεταγνώσεως ἐπιστάξαιμεν, εὐθὺς ἐναγκαλίζεται, τὴν ἴλεω φύσιν ἐνδείκνυται, πάντων τῶν προτέρων ἐπιλανθάνεται. Ἀλλ' ἐπαντέον ὅθεν ἐξέβημεν. « Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι. » Νῦν ὄντως Ζακχαῖος γέγονας· νῦν τῇ κλήσει κατάλληλον ἐπέδειξας τὴν ἐνέργειαν. Ζακχαῖος γὰρ *νικητὴς* ἑρμηνεύεται· νῦν οὖν νικητὴς τῶν παθῶν ἐχρημάτισας. « Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι. » Διὰ τί καὶ τὴν σπουδὴν προστίθησιν; Ἵνα μάθῃς, ὡς οὐ χρὴ ῥᾳθύμως καὶ ἀμελῶς μετιέναι τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ μετὰ προθύμου σπουδῆς. Ἐπειδὴ παροδικὴ ἐστιν ἡμῶν ἡ ζωὴ, καὶ χρὴ σπεύδειν ἡμᾶς εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἕστ' ἂν περιβεβλήμεθα τὸ σάρκινον τοῦτο περισκήνιον. Ἀλλὰ δοκεῖ πως τὸ ῥητὸν ἐναντίον πρὸς τὸν ἀποδοθέντα σκοπόν. Εἰ γὰρ καλὴ τοῦ Ζακχαίου ἡ πρὸς τὴν συκομορέαν ἀνάβασις (ὑπερήρθη γὰρ τῶν γηΐνων, καὶ ἄνω τῆς ἁμαρτίας ἐγένετο), πῶς κατελθεῖν ἐγκελεύεται· « Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι; » Πῶς τὸν καλῶς ἀνελθόντα ἐπισπεύδει πρὸς τὴν κατάβασιν; Ἱστορικῶς μὲν ἀπὸ τοῦ φυτοῦ ὁ Σωτὴρ κατελθεῖν κελεύει· ἀναγωγικῶς δὲ διδάσκει ἡμᾶς, ὡς ἀρχὴ μετανοίας τῷ ἁμαρτήσαντι οὐκ ἄλλη τις ἁρμόδιος εἴη, ὡς ἡ κατάβασις. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ μακαρία ταπείνωσις, ἡ ἐναντία τῆς δαιμονιώδους ἐπάρσεως. « Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι; βούλει μετανοῆσαι; ὑποβάθραν τῆς μετανοίας, καὶ ἀσειστον κρηπῖδα θὲς τὴν ταπείνωσιν· κατάβηθι ἵνα ὑψωθῇς τοῖς πτεροῖς τῶν ἀρετῶν ἀνυψούμενος. Ἀλλὰ τίς ἡ τοῦ ἀρχιτελώνου ἐπαγγελία ἀκούσωμεν, μετὰ τὸ τὸν Κύριον ὑποδέξασθαι οἴκοι.

Francisci Scorsi notæ.

(60) *Ficus quidem apparet.* Ex Dioscoride supra, not. 57, fico similis sycomorus dicitur, nec ficus tamen est. Hic autem est abrupta sententia in cod. P. deficientibus omnino necessariis post verbum δοκεῖ μὲν his, εἶναι συκῆ, οὐ μὴν τῇ ἀληθείᾳ ἐστι συκῆ.

(61) *Victorem vi nominis.* Hebræis נצח est vincere, et victoria mutatis punctis, quæ posteriores rabbini apposuerunt. Ab hac videtur deducere Theophanes Zacchæi nomen, quod victoriam sonare vult, dempta tamen principe littera; sed video hoc nomen interpretatum *purum*, et quidem rectius a נקי, quod est *purum esse*.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

levatus. Sed quæ fuerit principis publicanorum promissio, postquam Dominum domum recepit, audiamus :

« Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς. » Ὡς καλὴ τοῦ τελώνου ἡ τῆς μετανοίας ὑποβάθρα· διὰ τῆς πρὸς τοὺς πένητας εὐποιΐας εὐστεβητον ἑαυτῷ κατασκευάζει τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν· « Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς. » Ἐμεμαθήκει ὅτι ἐν οὐδενὶ, ὡς ἐλέῳ Θεὸς θεραπεύεται, καὶ ἔλεον, οὐχὶ θυσίαν ζητεῖ. Ἐμεμυσταγώγητο ὑπὸ τοῦ Δανιὴλ· « Τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις ἐξαλείψεις, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων· » διὰ τοῦτο δοῦναι τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ τοῖς πένησιν ἐπηγγείλατο· τάγε μὴν ἐκ πλεονεξίας αὐτῷ πορισθέντα ἐκ τοῦ τετραπλοῦν ἀποτίσειν ὑπέσχετο.

« Εἴ τινος γὰρ, φησὶν, ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. » Τιμᾷ τοῦ νόμου τὸ πρόσταγμα. Ὁ γὰρ θεσπέσιος Μωϋσῆς ταύτην ἐνομοθέτησε τῷ ἅρπαγι τὴν ἀπόσισιν, καὶ τοῦτο καταμάθοις τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ νόμοις προσεσχηκώς. Ἐπεὶ οὖν ὑπέσχετο τὰ ἡμίση τῶν ἐνόντων δοῦναι πτωχοῖς, ᾔδει δὲ μάλα σαφῶς, ὡς τὰ ἐξ ἀδικίας Θεὸς οὐ προσίεται, εἰ μὴ πρότερον λυθείεν αἱ κατὰ τῶν ἀδικηθέντων πλεονεξίαι, εὐγνωμόνως τοῦτο ποιεῖν ἐπαγγέλλεται. Φρενοβλαβείας γὰρ ἐσχάτης, καὶ ἥκιστα τῷ καθαρῷ ἀρέσκον Θεῷ ἐκ τῆς ἐπαράτου φιλοκερδείας, καὶ ἁρπαγῆς ἐλεημοσύνην ποιεῖν, καὶ οἴεσθαι τοῦτο θεραπεύειν Θεόν. Ταῦτ' οὖν μυσταγωγηθέντες, ἀγαπητοὶ, τὸν Ζακχαῖον τουτονὶ μιμησώμεθα· μηδὲ τελώνου μετανοίας ἀπολειφθείημεν· ἐσμὲν γὰρ, ὡς ἀληθῶς, καὶ ἡμεῖς, ἐν Ἰεριχῷ ἐν τῇ καταβάσει τοῦ κόσμου τούτου, εἰς ὃν ἀπερρίφημεν, καὶ διέρχεται ὁ Σωτὴρ καθ' ἑκάστην διὰ τῶν εὐαγγελικῶν διδασκαλιῶν εὐαγγελιζόμενος. Καταλείψωμεν τὸ γήϊνον φρόνημα, ὑπεράνω τῆς συκομοραίας, ἤγουν τῆς ἁμαρτίας γενώμεθα. Οὐκ ἔνι γὰρ ἄλλως ἰδεῖν τὸν Χριστὸν, εἰ μὴ τὴν ἐπισκοτοῦσαν ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας ὑπερβῶμεν σκιάν. Δῶμεν καὶ ἡμεῖς τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων τοῖς πτωχοῖς. Κοινωνοὺς τῆς σῆς περιουσίας λάβε τοὺς πένητας. Ἀποφόρτισαι τὰ πολλὰ τῆς νηὸς, ἵνα πλέῃς κουφότερον, ὁ Θεολόγος παραινεῖ Γρηγόριος. Ἴσως ἐχθροὶ κληρονομήσουσι τὰ κτηθέντα σοι· τί μὴ προαρπάσας δίδως αὐτὰ τῷ Θεῷ; Εἰπὲ δὲ μετὰ τοῦ Ζακχαίου· « Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι δίδωμι τοῖς πτωχοῖς. » Ἀλλὰ λόγισαι τὰς σὰς πράξεις, καὶ ὅσαι μὲν φαῦλαι, καὶ πονηραὶ, δοθήτωσαν τοῖς δαίμοσι τοῖς πτωχοῖς παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ ἀνθ' ἑνὸς ἀδικήματος ἀπότισαι τετραπλοῦν. Ἀντὶ τῆς μιᾶς ψυχῆς, ἣν τοῖς τῆς σαρκὸς θελήμασιν ὑπείκων ἐπλεονέκτησας, ἀπότισαι τετραπλοῦν τὸ τετράστοιχον σῶμα τοῖς εἰς μετάνοιαν πόνοις δίδους, ἵνα τῆς εὐκταίας ἐκείνης, καὶ μακαρίας ἀκούσῃς

« Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus. » Quam bene a publicano jactum pœnitentiæ fundamentum. Beneficentia in pauperes expeditam sibi parat ad salutem viam : « Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus [61*] ; » rem unam esse ex multis, quæ Deum propitium reddat, misericordiam sciebat, quodque misericordiam, non sacrificium petit. Instructus a Daniele fuerat : « Peccata tua in eleemosynis redime, et iniquitates in miserationibus pauperum [62] ; » ideo dimidium bonorum suorum pauperibus se daturum, et quæ per avaritiam cumulata fuerant, eorum quadruplum persoluturum se promittit.

« Si quid, inquit, aliquem defraudavi, reddo quadruplum. » Legis præceptum observat. Divinus enim Moyses hanc solvendi rationem raptori sancivit. Quod intelliges, si sacras ejus leges (62) attenderis. Postquam igitur eorum quæ possidebat, dimidiam partem pauperibus pollicitus est se daturum, sciebat vero planissime ea quæ per injustitiam quæsita sunt, accepta Deo non esse, nisi prius injusta lucra solvantur, libenti animo id se recipit præstiturum. Extremæ enim dementiæ est, et nequaquam ei qui purus est, placitum Deo, de exsecrando lucro, et **92** rapina benigne pauperibus facere; et hoc Dei obsequio ducere. Hac igitur doctrina initiati, charissimi, Zacchæum hunc imitemur, neque publicani pœnitentia careamus. Versamur enim et nos verissime in Jericho, hoc est in hac mundi valle, in quam dejecti fuimus; et per eum quotidie Salvator ambulat per evangelicam doctrinam nobis prædicans. Terrenum sensum abjiciamus; et supra sycomorum, hoc est supra peccatum attollamur. Neque enim fas aliter Christum videre, nisi peccatum nobis obumbrans transcendamus. Demus et nos pauperibus dimidium opum nostrarum. Pauperes tibi adjunge socios fortunarum tuarum. Exonera a supervacaneis navem, ut levius naviges, quod theologus Gregorius monet. Inimici tui fortassis ea quæ possides, hæreditate obtinebunt. Quidni igitur hæc ab illis præripis (63), et Deo largiris? dic age cum Zacchæo : « Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. » Sed ea actionum tuarum rationem puta, et quæ male ac perversæ sunt, dæmonibus dentur omnis boni indigentibus : pro una fraude quadruplum redde, pro una scilicet anima quam corporis libidinibus obsequendo defraudasti, corpus ex quatuor constitutum elementis laboribus pœnitentiæ addicens, quasi quadruplum redde; ut optabilem illam, ac

[61*] Matth. IX, 13. [62] Dan. IV, 21.

Francisci Scorsi notæ.

(62) *Si sacras ejus leges.* Exodi cap. XXII, v. 1, ubi Deus præcipit ei, qui ovem furatus sit, quadruplum reddere.

(63) *Quidni igitur hæc ab illis præripis.* Varietas est in codd. sed parvi momenti. P. sic : Τί οὐχ ἁρπάζων πρότερον δίδως Θεῷ; G. Τί μὴ προαρπάσας δίδως αὐτῷ τῷ Θεῷ; quæ mihi lectio visa concinnior est.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

beatam audias vocem : « In domo tua oportet me manere, » vere enim resipiscentis, et revertentis ad Deum, et per pœnitentiam conscientiæ domum verrentis anima domus efficitur Dei ; in nobis enim, si puri simus, inhabitare, et inambulare se verax Deus promittit, quem decet omnis laus, et magnificentia in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVI.

De Publicano et Pharisæo.

Rursus ad illam patriarchæ scalam sermo Evangelii nos attollens secundum subjicit gradum. Etenim cum superiore Dominica die (64) per historiam Zacchæi viam pœnitentiæ nobis aperuisset, et per ea verba : « Festinans descende, » humilitatis consilium sensim insinuasset, hodie explanat hoc **93** clarius, et quam bene feliciterque per illam res gerantur, quam male per superbiam cadant, quantum in una justitiæ lucrum, quantum in altera damni sit, ostendit illustrius. Quoniam vero publicani negotium (65) postremum omnium omnino malorum est, quippe cum in eo rapacitas, circumscriptio aliorum, habendique cupiditas, quam idololatriam vocat Apostolus [62], contineatur ; Pharisæi vero gloriatio omnium optima videbatur, cum et legis exactissimam observationem, et ab omni sorde puritatem præ se ferret (Pharisæus siquidem *purus* interpretatur (66) : idcirco quod est postremum in vitiis, quodque in virtute summum in parabola Dominus componit. Solet quippe exemplum ab eo ductum, quod in quaque re maxime excellit, ad imitationem animos irritare. Sed melius factu est, si parabolam ab initio exorsi eam vestris auribus divini verbi cupidis explicemus.

« Dixit Jesus parabolam hanc [63] : Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, unus Pharisæus, et alter Publicanus. » Quid sane parabola sit, et quamobrem Dominus in parabolis multa disseruerit, aliis a nobis discussum est locis. Nunc vero illud etiam animadvertere opus est, quod quoties in parabolis de Deo, et de singulari, divinaque natura sermonem instituit, tunc sane unum substituit hominem : ut, « Homo quidam fecit cœnam magnam ; » et, « Simile est regnum cœlorum homini regi [64] ; » quin etiam si quando solam improbitatem vituperandam vel virtutem laudandam sibi proponit, singulari utitur numero : ut de divite, cujus ager attulit fructum [65] ; et de judice iniquo [67]. Circa virtutem vero de negotiatore illo, qui datis omnibus bonis pretiosam redemit margaritam [68] ; et de homine bono proferente de thesauro cordis

φωνῆς· « Ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι. » Ἀληθῶς γὰρ ἡ τοῦ μετανοοῦντος ψυχὴ, καὶ ἐπιστρέφοντος εἰς Θεὸν, καὶ διὰ μετανοίας τὴν οἰκίαν σαροῦντος τῆς συνειδήσεως οἶκος γίνεται τοῦ Θεοῦ. Κεκαθαρμένοις γὰρ οὖσιν ἐνοικῆσαι ἐν ἡμῖν, καὶ ἐμπεριπατῆσαι ὁ ἀψευδὴς Θεὸς ἐπαγγέλλεται· ᾧ πρέπει πᾶσα αἴνεσις καὶ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙϚ'.

Περὶ τοῦ Τελώνου καὶ Φαρισαίου.

Πάλιν ἡ εὐαγγελικὴ φωνὴ πρὸς τὴν πατρικὴν ἡμᾶς ἀνάγουσα κλίμακα, τὴν δευτέραν βαθμίδα προτίθησι· τῇ γὰρ παρελθούσῃ Κυριακῇ ὑπανοίξασα ἡμῖν τὴν τῆς μετανοίας ὁδὸν διὰ τῆς τοῦ Ζακχαίου ἱστορίας, καὶ ῥῆμα ἐμφήνασα τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης παράγγελμα ἐκ τοῦ εἰπεῖν· « Σπεύσας κατάβηθι, » σήμερον διαλευκαίνει τοῦτο λαμπρότερον, καὶ δείκνυσιν ἀριδηλότερον τὸ ἐκ ταύτης κατόρθωμα, καὶ τὸ ἐκ τῆς κενοδοξίας ὀλίσθημα, καὶ ὅσον τῆς μὲν τὸ δικαίωμα, τῆς δὲ τὸ ἐλάττωμα· ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν τελωνεῖν ἔσχατόν ἐστι κομιδῇ πάντων τῶν κακῶν, ἅτε περιεκτικὸν ἁρπαγῆς, καὶ πλεονεξίας, καὶ φιλαργυρίας τυγχάνον, ἣν ὁ Ἀπόστολος εἰδωλολατρείαν ἐκάλεσε, τὸ δὲ τῶν Φαρισαίων καύχημα πάντων ἐνομίζετο κρεῖττον, ὡς τοῦ νόμου τηροῦν τὴν ἀκρίβειαν, καὶ παντὸς καθαροῦν μολύσματος (Φαρισαῖος γὰρ καθαρὸς ἑρμηνεύεται), διὰ τοῦτο τὸ ἔσχατον ἐν ἀδικίαις, καὶ τέλειον δῆθεν ἀρετῆς ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ παραβολῇ παρεντίθησιν. Οἶδε γὰρ ἐρεθίζειν πρὸς μίμησιν τὸ ἐκ τῶν κρειττόνων παράδειγμα. Ἀλλὰ βέλτιον ἄνωθεν λαβόντες τὴν παραβολὴν ταῖς φιλοθέοις ὑμῶν ἐπεξηγησόμεθα ἀκοαῖς.

« Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος Τελώνης. » Τί μὲν οὖν ἐστι παραβολὴ, καὶ διατί ὁ Σωτὴρ ἐν παραβολαῖς τὰ πολλὰ διελέγετο, ἐν ἄλλοις ἡμῖν προεξήτασται. Νῦν δὲ καὶ τοῦτο ἐπισημήνασθαι χρὴ, ὡς ὁπόταν ἐν ταῖς παραβολαῖς ἐθέλῃ θεολογεῖν, καὶ περὶ τῆς ἐνιαίας καὶ θείας φύσεως διαλέγεσθαι, τότε δὴ ἕνα ὑποτίθεται ἄνθρωπον, ὡς τό· « Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα· » καὶ· « Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ. » Ἀλλὰ καὶ ὀπηνίκα μόνην τὴν κακίαν διαβάλλειν ἐθέλῃ, ἢ τὴν ἀρετὴν ἐπαινεῖν, χρῆται τῷ ἑνικῷ ἀριθμῷ, ὡς ἐπὶ τοῦ πλουσίου, οὗ ἡ χώρα εὐφόρησε, καὶ τοῦ τῆς ἀδικίας κριτοῦ. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς, τοῦ ἐμπόρου ἐκείνου τοῦ ἀντὶ πάντων τὸν πολύτιμον μαργαρίτην κτησαμένου, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνθρώπου, τοῦ ἐκβάλλοντος ἐκ τοῦ

[62] Ephes. v, 5. [63] Luc. xviii, 10 seqq. [64] Luc. xiv, 16; Matth. xxii, et c. xviii: [65] Luc. xii, 17. [67] Luc. xviii, 7. [68] Matth. iii, 44.

Francisci Scorsi notæ.

(64) *Superiore Dominica die.* Vide supra not. 50.

(65) *Publicani negotium.* Vide not. 51.

(66) *Purus interpretatur.* Si ad vim originationis respicias, Pharisæus ad verbum *divisus* exponitur a radice פרש, *dividere*, quia vero divisi, ideo dicti Pharisæi, quod puritatem, et sanctimoniam legisque cultum præ aliis singularem præ se ferrent; ideo quod ad rem nomini subjectam vera est Theophanis interpretatio.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θησαυροῦ τῆς καρδίας καινὰ καὶ παλαιά. Ὁπηνίκα δὲ σύγκρισιν ἀρετῆς, καὶ κακίας ἐθέλει ποιήσασθαι, δύο ἀνθρώπους ἐναντιογνωμονοῦντας παρίστησιν, ὡς τὸν πλούσιον, καὶ τὸν Λάζαρον, καὶ δύο υἱοὺς, τοὺς ὑπὸ πατρὸς κελευσθέντας εἰς τὸν ἀγρὸν ἀπελθεῖν, καὶ τὰς δύο τὰς ἐν τῷ μύλωνι, ὧν τῆς μιᾶς παραλαμβανομένης, ἡ ἑτέρα ἀφίεται. Ἀλλὰ καὶ οἱ δύο υἱοὶ, ὧν ὁ μὲν ἔμεινε σὺν τῷ Πατρὶ, ὁ δὲ συβώτης ἐγένετο], ἀρετῆς, καὶ κακίας ἦσαν ὑπόδειγμα. Κάνταῦθα γοῦν παράλληλα τιθεὶς, οἴησιν καὶ ταπείνωσιν, καὶ Φαρισαῖον καὶ τελώνην παρέλαβεν. « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· » ἐκ τοῦ εἰπεῖν, *Ἀνέβησαν*, φαίνεται ὅτι μετεωρότερος ἦν τῆς πόλεως ὁ ναός. Στοαὶ γὰρ κάτωθεν ἐκ τῶν κρηπίδων, καὶ ἀψῖδες ἀμοιβαδὸν τὸν ναὸν ἐπερείδουσαι εἰς τὸ ὕψος αὐτὸν μετεώριζον. Ἔξωθεν δὲ λίθιναι βαθμίδες ἐκ τῶν χθαμαλωτέρων ἄχρι τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ διηγείροντο· ὡς παντὶ βουλομένῳ εἰσελθεῖν ἐν τῷ ἱερῷ, εὑρίσκειν ἀνωφερῆ τὴν εἰσέλευσιν· διὰ τοῦτό φησιν· « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν· » καλὴ μὲν οὖν καὶ ἡ καθ' ἱστορίαν σαφήνεια τοῦ τόπου τὴν θέσιν ἐφερμηνεύουσα· ἀλλὰ τῷ γε φιλομαθεῖ οὐκ ἀρκετὴ τῆς ἱστορίας ἡ μάθησις, ἀλλὰ βατεύων εἰς θεωρίαν ὁ νοῦς τῷ τῆς ἀναγωγῆς φωτὶ ἐλλαμπρύνεται. Τί οὖν ἐστι τὸ νοούμενον ἐκ τοῦ, « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι; » Ἐδήλωσε τῆς προσευχῆς τὴν ἰσχὺν, ἀπὸ τοῦ φάναι, Ἀνέβησαν. Ἐπὶ καλῷ μὲν ἀμφοτέρων ἡ πρὸς τὸ ἱερὸν ἀνάβασις· προσευχῆς γὰρ χάριν ἀναβεβήκατον. Ἡ δὲ προσευχὴ γῆθεν ἀνάγει πρὸς αἰθέρα τὸν προσευχόμενον, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἑνοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἐπιθιγγάνειν τε παρασκευάζει τοῖς ἀΰλοις τὸν ἔνυλον. Εἶτα δι' αὐτῶν ὁ νοῦς φωτιζόμενος χειραγωγεῖται, ὡς ἐφικτὸν, πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ κατανόησιν. Εἴ τις ὑμῶν φιλοπόνως ἀνέγνω τὴν Ἀσκητι-

sui nova et vetera [69]. Quando vero virtutem, ac vitium vult in contentionem adducere, duos homines contrariis studiis dissidentes committit, ut divitem et Lazarum [70]; et duos filios agrum a parente jussos adire [71], et duas in mola, quarum altera assumpta, derelinquitur altera [72]; quin et duo filii, quorum alter apud patrem mansit, alter subulcus evasit [73], virtutis, et vitii imaginem referunt. Et hoc igitur loco existimationem sui, demissionemque **94** invicem opponens, Pharisæum et Publicanum assumit : « Duo homines ascenderunt in templum ut orarent. » Dum eos ascendisse dicit, in edito civitatis loco positum templum (67) ostendit. Porticus enim a fundamentis, et fornices vicissim suffulcientes templum in altitudinem ipsum elevabant. Extra vero lapidei gradus ex imo solo ad usque portas erigebantur, ita ut, quisquis in templum ingredi vellet, acclivem aditum inveniret. Ideo ait : « Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent. » Atque hæc cohærens historiæ declaratio (68) belle habet, ut quæ positum loci exposuerit : at vero discendi cupidus non satis habet historiam didicisse nisi mens in allegoriam pervadens sensus anagogici luce illustretur. Quid igitur his verbis intelligendum : « Duo homines ascenderunt in templum ut orarent? Sane ex eo quod ascendisse dicit, vim orationis ostendit. Bene profecto habebat amborum in templum ascensus, orandi quippe gratia ascenderunt. Oratio porro evehit orantem in cœlum e terra, et cum angelis associat hominem, eumque ex materia constitutum ita comparat, ut ad eos possit pertingere, qui ab omni materia sejuncti sunt. Postea per eos illuminata mens ad Dei notitiam, quantum fas est homini capere, manuducitur. Si quis vestrum studiose legit Asceticas scalas (69), quod dictum est,

[69] Matth. III, 32. [70] Luc. XVI, 19. [71] Matth. XXI, 28. [72] Matth. XXIV, 41. [73] Luc. XV, 1 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(67) *Positum templum.* De hoc vide Joannem Baptistam Willalpandum soc. Jesu de Apparatu urbis, et templi Hierosolymitani, ubi hæc ad amussim et graphice describit [*in catena ad Jeremiam*].

(68) *Cohærens historiæ declaratio.* Non ita cohærebat sensus in exempl. P. sicuti cohærere suam historiæ explicationem auctor dicit. Nam ex Evangelii verbis primo loco positis : *Duo homines ascenderunt*, usque ad ea iterum recitata, deerant ea omnia, quæ legis inserta, et addita a nobis beneficio cod. G. Quid autem scriptori indiligenti occasionem ejus fragmenti omittendi dederit facile est conjicere; nam post illa Evangelii verba ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν, sequuntur καλὴ μὲν οὖν καὶ ἡ καθ' ἱστορίαν, etc., sed eum eadem repetantur infra, subjunxit scriptor εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι intermediis omissis.

(69) *Asceticas scalas.* Difficile est indigitare certum locum ubi expresse S. Joannes Climacus, quem hic testem producit auctor, de quo itidem hom. 14, n. 29, mentio fuit, sententiam hanc habeat, quæ refertur. Nam gradu 38, ubi Περὶ τῆς ἱερᾶς, καὶ μητρὸς τῶν ἀρετῶν τῆς μακαρίας προσευχῆς, *De sancta, et virtutum genitrice oratione*, hæc habet : Ἀρχὴ μὲν προσευχῆς προσβολαὶ μονολογίστως διωκόμεναι ἐκ προοιμίων αὐτῶν, μεσότης τὸ ἐν τοῖς λεγομένοις, ἢ νοουμένοις μόνοις εἶναι τὴν διάνοιαν, τὸ δὲ ταύτης τέλειον ἁρπαγὴ πρὸς Κύριον. Quibus verbis de principio, *medio*, et fine orationis disserit, uti ex hac luculenta Matthæi Raderi versione planum est : *Principium orationis est obstrepentes mentis distractiones statim ab initio, solo mentis nutu repellere : medium vero cum mens in iis tantum hæret, quæ meditanda et tractanda proposuit; finis est raptus in Deum.* Atque in eamdem sententiam, licet non iisdem verbis, interpretatur Climacum Dionysius Chartusianus; ubi agitur de mediis angelis, in quibus versetur orans, ubi mediam dicit orationem, in his quidem supra relatis verbis non apparet; atque haud scio an uspiam alibi apud Climacum id legatur. Possum suspicari Theophanem hoc Climaci loco τὸ νοουμένοις accipere pro νοεραῖς οὐσίαις, nimirum *mentibus cœlestibus*, quæ solum in intelligentiam cadunt, et præterea pro λεγομένοις legisse μεσουμένοις in suo aliquo codice ms., ita ut Climacum in hunc sensum interpretetur : *Mentem nostram, cum ad medium processerit orationis*, γίνεσθαι ἐν τοῖς μεσουμένοις ἢ νοουμένοις, hoc est, versari cum iis qui medii sunt inter Deum et hominem, et solo intellectu videntur, nimirum angelis. Quod si cui hæc mea conjectatio, vel potius divinatio non placeat, aliam inibo conjectandi viam, ac dicam non unum hunc locum Theophanem spectasse, sed plura Climaci dicta, quin etiam facta; nam quoad dicta, sic loquitur Climacus gradu jam relato 38 : Τί γὰρ ὑψηλότερον ἀγαθὸν τοῦ τῷ Κυ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non ignorat, intelligens profecto ab eo viro Spiritum Dei habente, quemadmodum accedens ad medium versatus sit in mediis : atque hoc pacto illuminatam dicit mentem divinæ similitudinis vehementi desiderio sitientem. Mediam enim dicit orationem. In mediis vero, angelis scilicet, versatum dicit; hi enim medium inter Deum et homines locum tenent. Quoniam igitur oratio tantam vim nacta est, ut ad angelos usque, atque etiam Deum ipsum, orantem attollat, merito dicit : « Ascenderunt in templum, » quanquam non bene usus est Pharisæus orationis ascensu, ut siquis per scalas ascendens, et incomposito pede prolapsus in barathrum præceps cadat. « Homines duo ascenderunt in templum, ut orarent. » Quid inter εὐχὴν votum, et προσευχὴν orationem distet, dignum est quod quæratur. Votum enim est promissio alicujus rei ex iis quæ religiose Deo consecrantur, **95** sicuti dixit Gregorius Nyssenus (70), Siren Ecclesiæ, ut illud : « Vota mea reddam tibi, quæ distinxerunt labia mea [74];» et, «Vovete, et reddite [75].» Est etiam

[74] Psal. xxi, 26. [75] Psal. lxxv, 12.

A κὴν κλίμακα, οὐκ ἀγνοεῖ τὸ λεγόμενον, μαθὼν παρὰ τοῦ πνευματοφόρου ἀνδρὸς ἐκείνου, πῶς μετερχόμενος τὸ μέσον ἐν μέσοις γέγονε, καὶ οὕτω πεφωτίσθαι λέγει τὸν ἐπιτεταμένως διψῶντα νοῦν τὸν θεοειδέστατον. Μέσην γὰρ λέγει τὴν προσευχήν· ἐν μέσοις δὲ, τοῖς ἀγγέλοις δηλονότι, γενέσθαι φησίν· οὗτοι γὰρ μέσοι Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων εἰσίν. Ἐπεὶ οὖν ἡ προσευχὴ ταύτην εἴληφε τὴν ἰσχὺν, ὡς μέχρι; ἀγγέλων, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Θεοῦ ἀνάγειν τὸν προσευχόμενον, εἰκότως φησὶν, ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερόν· κἂν οὐ καλῶς τῇ τῆς προσευχῆς ἀνόδῳ ὁ Φαρισαῖος ἐχρήσατο, ὥσπερ ὁ διὰ κλίμακος ἀνιὼν, καὶ ὀλισθήσας ἀτάκτῳ ποδὶ, καὶ εἰς χάος καταπεσών. « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι. » Ἄξιον ζητῆσαι τίς ἡ διαφορὰ εὐχῆς, καὶ B προσευχῆς. Εὐχὴ μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ἡ τῆς Ἐκκλησίας Σειρὴν ὁ Νυσσαεὺς ἔφη Γρηγόριος, ἐπαγγελία τινὸς τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερουμένων Θεῷ, ὡς τό· « Τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω σοι, ἃς διέστειλε τὰ χείλη μου· » καὶ τό· « Εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε. » Ἔνεστιν ἀκοῦσαι καὶ φυγάδος προφήτου λέγοντος πρὸς Θεόν·

Francisci Scorsi notæ.

ρίῳ προσκολλᾶσθαι, καὶ ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει ἀδιαλείπτως προσκαρτερεῖν; *Quid enim sublimius et præstantius bonum est, quam cum Deo conjungi, et in illius conjunctione perpetuo perseverare?* Et paulo supra : Ὁ γὰρ φύλαξ ἡμῶν τότε ὑπάρχει ὁ συμπροσευχόμενος ἡμῖν. *Noster angelus tum nobiscum precatur*; et ibidem : Ἀγγέλων ἔργον, *Angelorum officium* inter alia elogia orationem vocat. Præterea gradu 7 : Μακάριος μὲν ὁ μοναχὸς ὁ τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι ταῖς νοεραῖς δυνάμεσι ἐνατενίζειν δυνάμενος. *Felix quidem ille monachus, qui oculis animæ beatas cœlitum mentes intueri potest.* Quod autem ad facta pertinet, de Climaco hæc testatur Daniel monachus e cœnobio Rhaitheno, scriptor ejus Vitæ : Ὅπως δὲ ἐκεῖσε τοῖς ἀΰλοις ὁ ἔνυλος συνθέων ἐστὶ λέξω μάλα σαφῶς. *Quomodo autem corpore olim septus ad mentes illas purissimas aspirarit, nunc quam potero clarissime dicam.* Ex his igitur omnibus locis potuit Theophanes unam hoc loco concinnare sententiam, eamque Climaco ascribere : nimirum quod ex Climaci lectione et exemplo intelligitur, eum qui orat in angelis mediis versari; quandoquidem Climacus angelos, ac præcipue custodem nostrum, nobiscum simul orare dixit, et felicem illum monachum qui eos mentis oculis intueri possit; et de ipso scriptum est, cum constaret ex communi materia corporis, cum iis tamen habuisse commercium, qui omni materia careut. Confirmat hanc postremam meam conjecturam modus loquendi Theophanis; ait enim qui legerit Asceticos gradus, ut non ad unum, sed ad plures auditorem remittere videatur; tum quod de ipso etiam sancto viro loquatur, non solum de ejus dictis : Παρὰ τοῦ πνευματοφόρου ἀνδρὸς ἐκείνου πῶς μετερχόμενος τὸ μέσον ἐν μέσοις γέγονε. Quæ vide traducta in ipsa homilia, et perpende cum reliquis.

C

D

(70) *Gregorius Nyssenus.* Tradit hanc distinctionem Nyssenus orat. 1, *De orat. Dominica.* Pauca huc transcribam multis præcisis, quæ legas apud auctorem ipsum : Ὅταν προσεύχησθέ φησιν. Οὐκ εἶπε Ὅταν εὔχησθε, ἀλλ' Ὅταν προσεύχησθε. Τίς δὲ τῶν ὀνομάτων τούτων κατὰ τὸ σημαινόμενόν ἐστι διαφορά. Ὅτι εὐχὴ μέν ἐστι ἐπαγγελία τινὸς τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερουμένων. Προσευχὴ δὲ αἴτησις ἀγαθῶν μετὰ ἱκετηρίας προσαγομένων τῷ Θεῷ. *Cum oratis* inquit, non dixit Ὅταν εὔχησθε, *id est, Cum vota facitis, sed* Ὅταν προσεύχησθε, *id est. Cum oratis; sed quænam est horum nominum quod ad significationem attinet differentia?* εὐχὴ, *id est votum, quidem, promissio est alicujus rei quæ pietatis nomine dedicetur*; προσευχὴ *autem, id est oratio, est petitio bonorum quæ Deo cum supplicatione offertur.* Infra itidem hoc ipsum explicat pluribus. Jam vero Gregorium Nyssen. eleganti commendat elogio hic Pater, cum eum Syrenem Ecclesiæ vocat, ob suavitatem scilicet eloquentiæ. Consonant Carmina Theodori Prodromi encomiastica in ipsum Nyssenum; ex quibus delibo pauca, quæ maxime ad rem :

Solve, acre ingenium, natura alata, disertum,
Os charitum, fragrans hortule, dives opum.
Stillans lingua suavius ipso nectare Hymetto,
Mens constans, species sculpta pudicitiæ, etc.

In concilio Florentino sess. 7, laudatur hic Gregorius : Ἀδελφὸς αὐτοῦ (hoc est Basilii Magni, cujus ante præcesserat mentio) οὐχ ἧττον τῷ ἀξιώματι, ἢ τῇ σοφίᾳ. *Frater hujus non minus dignitate, quam sapientia.* Suidas de eodem : *Gregorius Nyssenus episcopus, Basilii Cæsariensis frater, vir et ipse insignis, omnique doctrina exuberans, addictior tamen rhetorices studiis, tam celeber, præclarusque in ea evasit, quam quisquam veterum.* Græca Suidæ non retuli, quia non necessaria. Vide plura in fronte Operum ejus; elogia pauca hæc ideo excerpsi, et congessi huc, ut quam meritum, quam verum sit elogium ab hoc Patre antiquiori Ecclesiæ Patri attributum, et quanta auctoritas sit illa, quam hic sequitur, intelligas. Laudat scilicet illum hic noster non solum ejus merito, sed etiam suo quodam propenso in eum studio; est enim illius doctrinæ maxime addictus, et familiaris, quod ex his nostris notis, in quibus loca conferimus, cognoscere licet. Postremum illud hic animadverto in uno ms. deesse et Greg. Nyss. nomen, et ejus elogium : sed reperta in aliis, in hac nostra editione sunt reddita. An vero Sirenes quæ dictæ sint apud poetas quæras. Qui autem hoc non dictum; illud fortasse non ita vulgo notum hoc nomen in laude attributum apud Latinos etiam Valerio Catoni, de quo Suetonius, lib. *De illustribus grammaticis*, hoc refert distichon jactari solitum :

Cato Grammaticus, Latina Syren,
Qui solus legit, et facit poetas.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

« Ὅσα ηὐξάμην ἀποδώσω σοι· » καὶ περὶ Ἰεφθάε θύσαντος τὴν παῖδα, φησὶν ἡ Γραφή, ὡς ἐτέλεσε τὴν εὐχὴν αὐτοῦ. Ἀλλὰ τί πρὸς ἀλλήλους ἀπειδόντες ὑμεῖς συνεστείλατε τὰς ὀφρῦς; Οἶμαι, τὴν ἱστορίαν ἠοίκατε ἀγνοεῖν· ἀλλ' εἰ καὶ πάρεργος ἡ ἀφήγησις πρὸς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, ὅμως ἐπιτεμὼν τῷ λόγῳ τὰ πλείονα ἐπιτροχάδην ταύτην ὑμῖν διηγήσομαι.

Ἰεφθάε ἦν Γαλααδίτης ἀνήρ, ἀποτεχθεὶς μὲν ἐξ ἑταιρίδος μητρὸς, εὐσεβὴς δὲ καὶ πολὺς τὴν ἰσχύν. Οὗτος κριτὴς κατέστη παντὸς τοῦ λαοῦ· κατετροποῦτο δὲ τότε τὸν Ἰσραὴλ Ἀμμὼν ὁ ἀλλόφυλος· καὶ τὰ μὲν τῶν Ἑβραίων ἦν ἐν στενῷ κομιδῇ· ὁ δὲ ἀλλόφυλος ᾖρετο τῇ νίκῃ, καὶ ὑπέροφρυς ἦν. Ὁ γοῦν Ἰεφθάε στρατὸν συναγείρας ἀδρὸν καταστρατηγεῖ τὸν ἀντίπαλον· ἀλλὰ πρὸς τὴν παράταξιν ἐξιὼν εὐχὴν ηὔξατο τῷ Θεῷ, οὐ πάνυ τὸν λόγον περισκεψάμενος, ὡς, εἰ γένοιτο τῶν ἐχθρῶν ἐγκρατὴς, ἐν τῷ ὑπονοστῆσαι ἀπὸ τοῦ πολέμου τὸν πρότερον ἐξελθόντα τῆς οἰκίας, καὶ συναντήσαντα ὁλοκαυτῶσαι τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ Θεῷ. Ἥττᾶται οὖν ὁ Ἀμμὼν, κρατεῖ ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους διοδεύσας ληΐζεται, καὶ ὁ στρατηγὸς ἐπάνεισι τῇ νίκῃ καὶ τοῖς λαφύροις, ὡς εἰκὸς, λαμπρυνόμενος. Καὶ ἡ πόλις εὐαγγελισθεῖσα τὸ τρόπαιον διεχεῖτο πᾶσα πρὸς ἀπαντὴν, μετὰ χορῶν, καὶ τυμπάνων τὸν στρατηγὸν ἐκθειάζουσα. Τὸ δ' ἐντεῦθεν ἔχει τι σκυθρωπὸν ἡ διήγησις. Θυγάτριον ἦν τῷ Ἰεφθάε μονογενὲς, καὶ μάλα καλὸν, ἤδη τοῦ γάμου τὴν ὥραν ἔχον. Ἐπ' αὐτῇ δὲ μόνῃ ὁ πατὴρ τὰς ἐλπίδας ἐσάλευε, διάδοχον τοῦ γένους, καὶ κληρονόμον ταύτην ἕξειν ἡγούμενος· τάχα που καὶ εἰς τὸ ἱερὸν προσφοιτῶν ἀπὸ τῆς παιδὸς ἀπήρχετο τῶν εὐχῶν. Αὕτη τοῦ φῦντος εὐαγγελισθεῖσα τὰ τρόπαια, καὶ χαρᾷ ὑποπλησθεῖσα, ἐξανίσταται μάλα γοργῶς, καὶ νυμφικῶς ἑαυτὴν κοσμήσασα, ἐξεισι τοῦ θαλάμου, πάντων τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ κάλλει ἐπισπωμένη πρὸς ἑαυτήν. Ἐπιταχύνασα οὖν τὴν πορείαν πρώτη τῷ πατρὶ δυστυχῶς ἀπαντᾷ, καὶ περιβαλοῦσα τὸν αὐχένα μετ' αἰδοῦς, καὶ πόθου θερμοῦ κατησπάζετο χαριστηρίους ἀφιεῖσα φωνάς. Πρὸς ταῦτα ὁ Ἰεφθάε ἀνώμωξε, καὶ, Οἴμοι, θύγατερ, εἶπεν, ὅτι σε καταθύσειν ηὐξάμην Θεῷ. Εἰ δὲ, ἄκουσον εὐγενοῦς παρθένου φωνῆς· ἀλλ' ἐνταῦθα σκόπει μοι εὐγενὲς φρόνημα παρθένου καλῆς. Μικρὸν ἐπιστυγνάσασα τῷ παραλόγῳ τῆς ἀκοῆς ἀνέλαβεν ἑαυτὴν, καὶ πᾶσαν δειλίαν ἐξ ἑαυτῆς ἐκβάλλουσα, ὅλη τοῦ πατρικοῦ θελήματος γίνεται. Ἄγχουσα δὲ τὰ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιγενόμενα, οἷα δέ τις εἰαρινὴ ἀηδὼν αἰλινον μυρομένη ᾠδὴν, ἠρέμα πως ἔφασκε τῷ πατρί· Πάτερ, εἰ ἐν ἐμοὶ ἠνοιξας τὸ

quod fugitivum Prophetam audiamus dicentem Deo: « Quæcunque vovi, reddam tibi [76], » et de Jephte sacrificante filiam sacræ Litteræ dicunt fecisse, sicut voverat [77]. Sed quid alter ad alterum ora obvertistis, et supercilia contraxistis? significatis, ut arbitror, historiam ignorare; sed quamvis ejus narratio non pertineat ad propositum argumentum, tamen compendium verbis faciens, cursim eam vobis exponam.

Jephte vir Galaadites fuit: et quanquam ex matre meretrice natus, pietate tamen et fortitudine præstabat. Hic judex toti populo præerat. Porro per id tempus Ammon alienigena subegerat Israelem: atque in magnas angustias deducta res Hebræorum erat. Alienigena vero ille victoria elatus insolescebat. Jephte igitur magnas copias coactas contra hostem ducit, ac progressus in aciem votum vovit Deo, non satis verba considerans (71), si hostium potiretur, quicunque primus egressus domo sibi e bello revertenti procederet obviam, eum victoriæ auctori Deo in holocaustum a se offerendum. Vincitur ergo Ammon, atque Israel strenue rem gerens, ac persequens prædas agit: et dux victoria et spoliis, ut par erat, conspicuus redit. Ac civitas de triumpho certior facta effusa est omnis in occursum, choris ac tympanis ducem ad cœlum tollens. Cæterum reliqua narratio continet triste quiddam: filiolam Jephte unicam, et specie insignem, ac nuptiis jam maturam habebat. In ipsa una spes suas agitabat pater, quam et genus propagaturam, et hæreditatem inituram cogitabat. Et fortassis ad templum cum ventitaret, vota auspicabatur a filia. Hæc de parentis tropæis lætum nuntium cum accepisset, gaudio delibuta ocissime prosilit, et sponsæ ritu exornata e thalamo egreditur omnium in se ob pulchritudinem oculos vertens. Igitur iter accelerans omnium prima parenti infeliciter occurrit; et cum reverentia flagrantique affectu collo ejus implicito, gratulationis verba emittens salvere jubebat. Ad hæc Jephte ingemuit; et, Hei mihi, inquit, filia, quod Deo te vovi immolandam. Sed hei! audi virginis ingenuæ vocem, et pulchræ generosos spiritus considera paululum. 96 Primo rem tam inopinatam audiens mœrore tacta est: post se ipsam collegit, et, omni a se excusso timore, totam se parentis voluntati permisit. Lacrymas vero ex oculis reprimens jam erumpentes; et qualis verno tempore luscinia (72) lugubri cantilena deplorans placide patrem est allocuta: Pater, si in meum caput os tuum Domino aperuisti, perfice quomodo votum nuncupasti tuum. Quo pacto af-

[76] Jonæ XII, 10. [77] Jud. XXI, 39.

Francisci Scorsi notæ.

(71) *Non satis verba considerans.* Temerarium igitur Jephte votum fuisse his verbis insinuat hic Pater, et quidem vere, quod ostendit Suarius noster tom. II *De religione*, lib. II, cap. 10, ubi de hoc subtilius quærit. Habetur id etiam ex sancto Hieronymo, lib. I *Contra Jovinianum*, parum ante medium, ubi ait reprehendi solitum Jephte ab Hebræis voti temerarii: *Nam si canis*, inquiunt, *occurrisset, si asinus, quid faceret?* et subjungit: *Ex quo voluit dispensatione Dei factum, ut qui imperfecte voverat, errorem voti in filiæ morte sentiret.* Hæc ex Hieronymo. Idem igitur de hoc voto sentit hic auctor, cum eum non satis verba dispexisse dicit.

(72) *Verno tempore luscinia.* Vide hom. VI, not. 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fecti estis ad hanc narrationem, quotquot parentes estis, et amoris in filios vim experimento didicistis? Quomodo sustinet pater sua manu cædem facere unicæ filiæ, tam pulchræ, tam modestæ, tam prudentis, tam amantis patris? quomodo non obrutus est lacrymis, cum pulchritudinem filiæ cerneret, et unicæ vocem audiret? Alter Abraham (73) factus est Jephte; et novus Isaac adolescentula, excepto quod ille vetitus est mactare Isaac; hic vero mactavit, et votum solvit. Ego vero admiror patris quidem pietatem; filiæ vero obedientiam. Ille quidem ob promissum Deo factum, non flexit viscera sua in filiam, sed obduravit. Hæc vero ob patris reverentiam mori præoptavit, quam aliquid absonum paternæ voluntati proferre. Tales educate filios. Quid vero adumbret historia (74), et qua de causa Deus (75) non siverit Abraham filium suum perimere, Jephte vero non prohibuerit, non hujus est temporis dicere. Sed quoniam jam explicuimus quid esset εὐχή, *votum*, addamus quid sit προσευχή, *oratio*.

Est autem oratio bonarum rerum postulatio cum supplicatione oblata Deo. Est vero votum oratione prius (76), cum illud promissio sit, ut diximus, hæc petitio: « Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus Pharisæus, et alter publicanus. » In ascensu præposuit Pharisæi nomen, sed in descensu mutavit ordinem. « Descendit » enim, inquit, « hic justificatus ab illo. » Etenim in ascendendo

A στόμα σου πρὸς Κύριον, πλήρωσον ὃν τρόπον ἤνοιξας τὴν σὴν εὐχήν. Τί πεπόνθατε πρὸς τὴν διήγησιν, ὅσοι πατέρες ἐστὲ, καὶ τὴν πρὸς τοὺς παῖδας στοργὴν ἐκ τῆς πείρας αὐτῆς ἐδιδάχθητε; Πῶς δέχεται πατὴρ μονογενοῦς θυγατρὸς αὐτόχειρα σφαγὴν, οὕτω μὲν καλῆς, οὕτω δὲ σώφρονος, οὕτω δὲ νουνεχοῦς τε καὶ φιλοπάτορος; Πῶς οὐκ ἀπεπνίγει τοῖς δάκρυσι τὸ κάλλος τῆς κόρης ὁρῶν, καὶ τῆς φωνῆς ἐπαΐων τῆς μονογενοῦς; Ἄλλος Ἀβραὰμ γέγονεν Ἰεφθάε, νέος δὲ Ἰσαὰκ ἡ νεᾶνις, πλὴν ὅτι ὁ μὲν ἐκωλύθη καταθῦσαι τὸν Ἰσαὰκ, ὁ δὲ καὶ ἔθυσε, καὶ ἐπλήρωσε τὴν εὐχήν. Ἐγὼ γοῦν ἄγαμαι τοῦ μὲν τὴν εὐσέβειαν, τῆς δὲ τὴν εὐπείθειαν. Ὁ μὲν γὰρ τὴν πρὸς Θεὸν ὑπόσχεσιν, οὐ κατελάσθη τὰ σπλάγχνα, ἀλλ' ἔμεινεν ἀτειρής. Ἡ δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν φῦντα αἰδὼ

B εἵλετο μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ φθέγξασθαί τι τοῦ πατρικοῦ ἀπᾴδον θελήματος. Τοιούτους παῖδας ἐκτρέφετε. Τί μὲν οὖν ἡ ἱστορία εἰκόνιζε, καὶ διὰ τί ὁ Θεὸς τὸν μὲν Ἀβραὰμ τεκνοκτονῆσαι οὐκ εἴασε, τὸν Ἰεφθάε δὲ οὐκ ἐκώλυσεν, οὐ τοῦ παρόντος λέγειν καιροῦ. Ἀλλ' εἰπόντες τί ἐστιν εὐχὴ, προσθῶμεν καὶ τί ἐστι προσευχή.

Ἔστιν οὖν προσευχὴ αἴτησις ἀγαθῶν μετὰ ἱκετηρίας; προσαγομένη Θεῷ. Ἔστι δὲ εὐχὴ πρώτη τῆς προσευχῆς, ἡ μὲν ὑπόσχεσις οὖσα, ὡς ἔφημεν, ἡ δὲ αἴτησις. « Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος τελώνης. » Ἐν τῇ ἀναβάσει προέταξε τοῦ Φαρισαίου τὸ ὄνομα, ἀλλ' ἐν τῇ καταβάσει τὴν τάξιν παρήλλαξε. « Κατέβη » γὰρ, φησὶν, « οὗτος δεδικαιωμένος, ἢ γὰρ ἐκεῖνος. »

Francisci Sc rsi notæ.

(73) *Alter Abraham.* Qui alter Abraham Jephte nunc dicitur, cum hujus votum temerarium etiam **ex ipsius Theophanis dicto, quod supra expendimus** not. 71; Abrahami vero prudens ac pium sacrificium, utpote a Deo præceptum, qui, cum Dominus vitæ et mortis hominum sit, potuit ab Abrahamo judicari, illud revera et recte esse a Deo imperatum, atque adeo recte etiam perfici? Nec vero temerarium modo fuit Jephte votum, et proprio spiritu conceptum, sed etiam exsecutio ejus impia saltem in se spectata, quia et contra legem naturalem erat, et scriptam de non interficiendo innocente Exod. xx. Et pater non est dominus vitæ filiæ, ut eam vovere et sacrificare possit. Itaque vera et communis scholasticorum theologorum sententia est, Jephte in eo voto perficiendo peccasse; qui neque ex ignorantia, neque ex instinctu Spiritus sancti excusari potuerit. Quod bene probat Suarius loco supra dicto ex D. Thoma quæst. 88, a. 2, ad 2 arg. Non desunt tamen multa veterum Patrum dicta, quibus excusant intentionem Jephte, eumque a peccato liberant; præsertim vero D. Hieronymus, epist. 34, quæ est consolatio ad Juliam: tantum abest ut dicat, Jephte in eo peccasse, ut eum hac ipsa de causa ab Apostolo inter sanctos recenseri velit: *Jephte*, inquit, *obtulit virginem filiam, et idcirco in enumeratione sanctorum ab Apostolo ponitur.* Sanctus Augustinus ubique se valde dubium ostendit, et ut rem utrinque probabilem et dubiam relinquere videtur, teste eodem Suario *De relig.*, loco dicto, apud quem alios Patres huic sententiæ affines vide. Cum quibus si quis velit annumerare Theophanem nostrum, non vetabo; cum ea res, priusquam illis temporibus, ut visum est, non tam certa et explorata fuerit. Sed ne sibi ipsi, qui temerarium hoc votum dixit, et veritati jam receptæ contrarius videatur, melius illum in bonum sensum interpretarer. Cum enim dicit Jephtem gessisse se ut alterum Abrahamum, quod spectat ad exteriorem illum actum intelligas, in quo non flexit viscera in filiam suam; itemque cum admirari se patris pietatem dicit nihil de illa determinare. Et sane negari non potest, id quod etiam fatetur Suarius, quin magna virtutis signa in eo actu ostenderit Jephte; maxime vero fidelitatem et religionem in Deum; quamvis enim errarit cogitans se obligatum, tamen posita ea dispositione egregium in Deum ostendit affectum, fortem ac liberalem, cum amore unicæ filiæ non potuerit ab observatione voti retardari. Quod igitur ad hæc virtutum indicia, quæ in illo opere materiali, ut scholæ loquuntur, considerari possunt, potuit Jephte cum Abrahamo a Theophane comparari.

(74) *Quid vero adumbret historia.* Lege Chrysostomum tom. I, serm. singulari de hac historia, ubi eam moraliter de unoquoque homine, et allegorice de Christo interpretatur.

(75) *Qua de causa Deus.* Multi ex SS. Patribus hanc quæstionem ineunt, ut habet Suarius loco jam dicto, cur Deus impediverit Abrahamum ne filium immolaret, non item Jephtem; respondent quia Abrahamus Spiritu Dei, Jephtes proprio spiritu et errore movebatur. Idem dixisset Theophanes, si rem definire sui negotii esse censuisset.

(76) *Oratione prius.* Id explicat Nyssenus hac ratione loco relato supra, not. 70: Ὡς τοῦ κατὰ τὴν εὐχὴν ἤδη προκατορθωθῆναι προσήκοντος πρὶν διὰ τῆς προσευχῆς τῷ Θεῷ προσεγγίσαι· *Quasi id quod ad votum pertinet, officium jam ante præstitum esse conveniat, priusquam per orationem Deum adeamus.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀνιόντων γὰρ αὐτῶν, ὁ μὲν τελώνης πεφορτισμένος ἦν κακῶν, ἐπιφερόμενος φορυτόν· ὁ δὲ Φαρισαῖος ἐμπλέως ἦν τῆς τῶν ἐντολῶν φυλακῆς· ἀμφότεροι δὲ ἀπεφορτίσαντο ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ ὁ δοκῶν ὑπερβαίνειν ἐν ἀρετῇ, ὤφθη λοίσθιος. Ἄθρει δὴ ἐνταῦθα ταπεινώσεως μὲν τὸ ἀνώτατον ὕψωμα, τῆς ἐπάρσεως δὲ τὴν βαθεῖαν καταβολήν. Καί μοι δοκεῖ ὁ μέγας Δαβὶδ ἐν ψαλμικοῖς ὕμνοις τοὺς ὑπερόφρυδας, καὶ ὑψαύχενας παρεικάζειν τοῖς κύμασιν, ἐν οἷς φησιν· « Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῆς ἀβύσσου. » Ποῦ γὰρ εὕροι τις ἕως τῶν οὐρανῶν ἀναβαίνοντα κύματα, εἰ κατὰ τὴν πρόχειρον ἔννοιαν λάβοιμεν τὸ ῥητόν; Ἀλλὰ τοὺς ἐξ οἰήσεως ἀξίους τῶν οὐρανῶν ἑαυτοὺς κρίνοντας, καὶ δίκην κυμάτων ἐπαιρομένους ὁ λόγος ἠνίξατο.

A publicanus quidem onustus erat cum fascem portaret malefactorum, Pharisæus vero refertus erat observationibus præceptorum; ambo vero in templo exonerati sunt. Sed, qui videbatur virtute præcedere, postremus apparuit. Considera jam celsissimam humilitatis evectionem, profundam vero superbiæ dejectionem. Ac mihi quidem videtur magnus David, in sacris Psalmorum cantibus, eos **97** qui elato supercilio (77) erectaque cervice sunt fluctibus comparare, de quibus ait: « Ascendunt usque ad cœlos, et descendunt usque ad abyssum [78]. » Ubi enim inveniat aliquis undas ad cœlum usque sublatas, si dictum hoc primo se offerente sensu interpretetur? sed eo velut ænigmate insinuantur ii qui sui quadam existimatione dignos se cœlo reputant, et undarum instar attolluntur.

B

« Ὁ Φαρισαῖος σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο. » Ὁ μὲν οὖν ἀλαζὼν Φαρισαῖος καὶ ὑπερήφανος, ἅτε παιδαγωγήσας ἑαυτὸν δῆθεν ταῖς νομικαῖς ἐντολαῖς, ἴετο πλησίον τῶν τοῦ ναοῦ ἀδύτων, τὰς τῆς οἰήσεως ἐκπέμπων φωνάς, οὐ πρὸς Θεὸν, ἀλλὰ πρὸς ἑαυτὸν προσευχόμενος. Τοῦτο γὰρ ἔδειξεν εἰπὼν ὁ Σωτὴρ, ὅτι « Πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο. » Οὐ γὰρ ἦν θέμις τὴν ἀκάθαρτον προσευχὴν εἰς Θεὸν ἀνελθεῖν· ὅτι δὲ ἀκάθαρτος, ἔδειξεν ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Ἀκάθαρτος παρὰ Κυρίῳ πᾶς ὑψηλοκάρδιος. » Ἴδωμεν δὲ καὶ αὐτὰ τοῦ κόμπου τὰ ῥήματα.

« Pharisæus stans apud semetipsum hæc orabat. » Pharisæus igitur gloriosus et tumidus tanquam semetipsum introducens, legalibus videlicet præceptis, propius accessit ad adyta templi, et voces quas sui æstimatio suggerebat emittens, non ad Deum, sed ad semetipsum dirigebat orationem. Hoc enim indicavit Salvator, cum diceret, quod, « Hæc apud se orabat. » Non enim fas erat, impuram orationem ad Deum ascendere. Quod vero impura esset, ostendit Scriptura dicens: « Immundus apud Dominum omnis sublimi corde [79]. » Jam vero ipsa jactantiæ verba intelligamus.

« Ὁ Θεός, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοὶ, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. » Μέν', ὦ ταλαίπωρε, ἀτρέμας σοῖς ἐνδεμνίοις, φαίη τις τῶν ἔξωθεν πρὸς αὐτόν· οὐ σαφῶς γὰρ ὁρᾷς ἅπερ βλέπειν δοκεῖς. Πῶς γὰρ οὐκ εἶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων; Οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπλάσθης χοὸς κατὰ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων γέννησιν; Οὐχ ὁ αὐτὸς τῆς συλλήψεως ῥύπος τῷ βίῳ σε τούτῳ παρήγαγε; Πῶς οὖν φῂς, « Ὅτι οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων; » Ἀλλ' εἴποι τις ἴσως ἐπαπορῶν· Καὶ μὴν οὐδὲ ψευδηγορῶν ἔλεγεν, ὅτι νηστεύει δὶς τοῦ Σαββάτου, καὶ ἀποδεκατεῖ πάντα ὅσα κτᾶται. Τί οὖν ἡμάρτανε χάριν ὁμολογῶν τῷ Θεῷ, ὅτιπερ ἦν νομοφυλακῶν; Ὁρῶ-

« Deus, gratias tibi ago, quod non sum sicut **C** cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. » Mane, o infelix (78) Pharisæe, dixerit aliquis externorum, quiete in stragulis tuis. Non enim plane perspicis quæ videris tibi videre. Quomodo enim non es sicut cæteri hominum? Non ex eodem pulvere juxta communem hominum generationem effictus es? nonne iisdem conceptus in sordibus accepisti vitæ hujus usuram? Qui igitur jactas: « Non sum sicut cæteri homines? » Sed fortasse quispiam addubitans dixerit: Certe non mentitus est, cum jejunare se bis in Sabbato dixit, et decimas dare omnium quæ possideret; quid igitur peccavit grates agens Deo, quod ser-

[78] Psal. cvi, 26. [79] Prov. xvi, 5.

Francisci Scorsi notæ.

(77) *Qui elato supercilio.* Græce τοὺς ὑπερόφρυδας. Supercilium Latine, et ὀφρὺν Græce pro fastu et superbia poni, quamvis paulo eruditioribus scitum sit, placet hic tamen ad ornandam hanc spartam, quam nacti sumus, hanc symbolam ferre. Plinius, *Supercilia*, inquit, *homini, et pariter, et alterne mobilia: et in his pars animi; hæc maxime indicant fastum; superbia alicubi conceptaculum; sed hic sedem habet in corde, nascitur, huc subit, hic pendet; nihil altius simul abruptiusque invenit in corpore, ubi solitaria esset.* Hactenus ille, et præclare. Inde proverbio dicimus, *attolli supercilium*, arrogantem significantes; *adduci supercilium*, fastidium indicantes. Inde et philosophicum supercilium fastum philosophicum appellamus. Juvenalis satyr. VI: **D**

Si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium.

Cicero pro Sextio etiam dicacius: *Tanta erat gravitas in oculo, ut illo supercilio tanquam Atlante cœlum respublica niti videretur.* Vide plura apud Dionysium Lambinum in versiculum illum Horatii ep. 2, lib. I:

De me supercilio nubem.

Ubi multa ad hunc adagii modum, et alia huic consentanea colligit.

(78) *Mane, o infelix.* Versiculus iambicus poetæ veteris, cujus sic emendes scripturam, ut constent syllabæ, Μέν', ὦ ταλαίπωρ', ἀτρέμα σοι ἐν δεμνίοις. Edidi tamen ut scriptum illum reperi in utroque cod., sat habens hic advertisse mendum quod sensum nihil mutat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vantissimus legis esset ? Videmus vero etiam ærumnosum illum Job in disputatione cum regibus (79) habita, multa gloriantem non vituperari; hic vero damnatur. Cujus rei hæc ratio est, quod sanctus quidem et justus Job cum recte multa gessisset, quæque Deo accepta, et ipsi gloriæ fuerant, nunquam visus est ea gloriose prædicare, sed prærogativas suas occultas habuit. Cum vero, qui videbantur amici, inimicorum in modum illi exprobrabant, et sine ulla misericordia calumniabantur [80], arundinem quassatam confringentes, et semimortuum sermonibus **98** suis dilacerantes, ex illo criminationes strenuissime refellere occepit, et importunum eorum impetum reprehendit, ita ut, si qua in gloriando suberat culpa, ejus obnoxii magis essent, qui immerito illi obtrectabant. Pharisæus vero, nemine lacessente, agebat insolenter, omnibus se ipsum præponens, neque, quid esset quoad naturam, agnoscebat. Si enim hominem se natum esse reputasset, omnino naturæ miseriam intellexisset; quod fieri non possit, ut homo purus a sordibus sit, etiamsi unius diei sit ejus vita, ut sacra Eloquia docent (80) [81]. Quis enim tam excelsus, tam alta mente atque consilio a natura præditus, ut vel in cogitatione, vel in actione, ab omni culpæ labe sit liber? Quod vero magis in barathrum hominem deturbavit, illud fuit, quod signate dixit : « Vel etiam ut hic publicanus ; » cum enim se supra omnes quos terra sustinet homines alis superbiæ extulisset, adjungit etiam publicanum.

A μεν δὲ καὶ τὸν πολύτλαν ἐκεινον Ἰὼβ ἐν τῇ πρὸς τοὺς βασιλεῖς διαλέξει, ὅτι πολλὰ καυχησάμενος οὐ κατακρίνεται, οὗτος δὲ ὑπευθύνεται. Ἐπειδὴ ὁ μὲν ἅγιος καὶ δίκαιος Ἰὼβ, τὰ εὐκλεῆ καὶ Θεῷ ἀνδάνοντα κατορθῶν, οὐδέποτε φαίνεται καυχησάμενος, ἀλλ' ἔκρυπτε τὰ οἰκεῖα πλεονεκτήματα· ἐπειδὴ δὲ οἱ δοκοῦντες φίλοι ὠνείδιζον ἐχθροπρεπῶς, καὶ κατηγόρουν ἀσυμπαθῶς κάλαμον συντετριμμένον κατεαγνύντες, καὶ ἡμιθνῆτα τοῖς λόγοις αἰκίζοντες, τότε λοιπὸν ἀποδύεται τὰ ἐγκλήματα μάλα γενναίως, καὶ τὴν ἄκαιρον αὐτῶν ἐλέγχει καταφοράν, ὥστε, εἴ τις αἰτία τῆς καυχήσεως, ἔνοχοι μᾶλλον οἱ μὴ δεόντως κατηγορήσαντες. Ὁ Φαρισαῖος δὲ, μηδενὸς ἐρεθίζοντος, ἀπηυθαδιάζετο, πάντων ἑαυτὸν προτιθεὶς, οὐδ' ἐπιγινώσκων, τί κατὰ φύσιν ἐτύγχανεν ὤν. Εἰ B γὰρ ἐγνώκει, ὅτι ἄνθρωπος ἦν, πάντως ἂν ᾔδει καὶ τὴν τῆς φύσεως ἀθλιότητα, ὡς ἀδύνατον ἄνθρωπον ἀπὸ ῥύπου καθαρεύειν, κἂν μία ἡμέρα ᾖ ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ὡς διδάσκει τὰ Λόγια. Τίς γὰρ οὕτως ὑψηλὸς καὶ μεγαλοψυὴς τῷ φρονήματι, ὡς κατά τε διάνοιαν καὶ πρᾶξιν ἔξω γενέσθαι παντάπασι τοῦ κατὰ κακίαν μολύσματος; Ὁ δὲ μᾶλλον αὐτὸν ἐβαράθρωσε τοῦτ' ἦν, τὸ καὶ τὸν τελώνην εἰπεῖν δεικτικῶς· « Ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. » Πάσης γὰρ τῆς οἰκουμένης ὑπερκουφίσας ἑαυτὸν τῷ πτερῷ τῆς οἰήσεως, καὶ τὸν τελώνην προστίθησιν.

« Publicanus vero longe stans, neque oculos volebat in cœlum tollere. » Observa publicani humilitatem : procul stetit non ausus ad sacra templi penetralia accedere. Verebatur enim impuris pedibus templi sanctissimum calcare pavimentum, neque eo se dignum existimabat. Verebatur etiam ad cœlum oculos tollere, quippe qui degentem in cœlo Deum exasperarat : didicerat nimirum a Job [82], quod Deus demissum oculis salvabit, ideoque eos declinabat in terram, uti et ex habitu ipso corporis, et ex loco, et ex petitione humilitas ejus ostenderetur. Insinuat etiam quiddam aliud, quod dictum est : « A longe stans ; » longe scilicet a perniciosa Pharisæi superbia stabat, contrariam atque ille viam ingressus. Ille enim se ipsum instar bullæ verbis inflabat; hic C autem percussus a conscientia se comprimebat, et ob peccatum contritus, speique baculo innixus

« Ὁ δὲ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς, οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπάραι. » Ὅρα τὴν τοῦ τελώνου ταπείνωσιν· μακράν που ἑστη, μὴ θαρρήσας προσεγγίσαι πρὸς τὰ θεῖα ἀνάκτορα· κατωρρώδει γὰρ κεχραμμένοις πατῆσαι ποσὶ τὸ τοῦ ναοῦ ἁγιώτατον δάπεδον, ἄξιον οὐκ ἔκρινεν ἑαυτόν· ἠὐλαβεῖτο δὲ καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀπιδεῖν, ὡς τὸν ἐν οὐρανοῖς παραπικράνας Θεόν· ἐπειδὴ ἐμεμαθήκει ἐκ τοῦ Ἰὼβ, ὅτι Κύριος συγκεκυφότας ὀφθαλμοὺς σώσει· διὰ τοῦτο πρὸς γῆν νενευκὼς ἦν, ὡς ἐμφαίνεσθαι τὸ ταπεινὸν αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ τόπου, καὶ τῆς αἰτήσεως. Ὑποδηλοῖ δέ τι καὶ ἄλλο τὸ « μακρόθεν ἑστώς· » πόρρω γὰρ ἑστη τῆς ἐπιβλαβοῦς τοῦ Φαρισαίου οἰήσεως, τὴν ἐναντίαν ἐκείνου βαδίσας ὁδόν. Ὁ μὲν ἐξώγκου ἑαυτὸν τοῖς λόγοις δίκην πομφόλυγος, ὁ δὲ συνεστέλλετο ὑπὸ τοῦ συνειδότος πληττόμενος· καὶ συντριβεὶς ὑπὸ τῆς

[80] Matth. XII, 20. [81] Job IV, 4, juxta LXX. [82] Job XXII, 29.

Francisci Scorsi notæ.

(79) *In disputatione cum regibus.* Hic locus plenior verbis est in cod. Gall., quæ in mea editione restitui, quanquam iis detractis nihil offici videtur sententiæ, prout eam exhibet C. P. hoc modo : Ὁρῶμεν δὲ καὶ πολύτλαν ἐκεῖνον Ἰὼβ ἐν τῇ πρὸς τοὺς βασιλεῖς διαλέξει, ὅτι πολλὰ καυχησάμενος οὐ κατακρίνεται, οὗτος δὲ ὑπευθύνεται. Ἐπειδὴ ὁ μὲν ἅγιος Ἰὼβ, etc. Cæterum reges appellat amicos Jobi ex editione LXX interpretum, qui singulis nominibus eorum titulum τὸ βασιλεύς apponit. Et Pineda noster eum locum interpretans reges fuisse pro certo ponit in lib. Tobiæ cap. II : *Diserte reges appellantur : Nam sicut beato Jobo insultabant reges, ita isti parentes et cognati ejus irridebant.*

(80) *Ut sacra Eloquia docent.* Hoc testimonium ex cap. XIV, v. 4, libri Job desumptum juxta versionem LXX interpr. qui versiculum quartum cum initio versiculi quinti, ubi de brevitate vitæ hominis agitur, conjungentes integram hujusmodi sententiam confecerunt : *Quis enim mundus erit a sorde? At nemo, etsi unius diei sit vita ejus super terram :* Τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου; Ἀλλ' οὐδεὶς ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ γῆν. Hanc sententiam Patres multi receperunt et usurpant : Clemens Alex. lib. II *Strom.* et lib. IV; Ambrosius, *in Lucam*; Augustinus, *in Psal.* I; Leo pontifex, serm. *De Nativit.*; Bernardus, serm. 20, *in Cant.*, quos omnes lege apud Pinedam nostrum in eruditis Comment. cap. dicto.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἁμαρτίας τῇ ῥάβδῳ τῆς ἐλπίδος ἐπερειδόμενος προσεύχετο μετ' ἐπαινουμένης ἀναιδείας, πατρική τις εἶπε φωνή. Ἔστη οὖν τηλόθι δακρυχέων, καὶ στήθεα χερσὶ πατάσσων, ὡς ἡ θεολογικὴ μοῦσά φησι. Διὰ τί δὲ μὴ τὴν κεφαλὴν ἔτυπτεν, ἢ τὰ γόνατα, ἢ ἄλλο μέρος τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ στῆθος ἐπάτασσεν;

A laudabili cum audacia, ut quidam ex Patribus loquitur, precabatur. Stetit igitur longe collacrymans, et tundens pectora palmis, ut ait theologica musa. Quare autem neque caput, neque genua, neque aliam corporis partem, sed pectus pulsabat?

« Ἔτυπτε γάρ, φησίν, εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ λέγων· Ὁ Θεός, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. » Ἐπειδὴ ἐκ τῆς καρδίας οἱ λογισμοί, οἱ πρὸς πλεονεξίαν αὐτὸν διεγείροντες, καὶ ταῖς χερσὶ πρὸς τὰ πονηρὰ λήμματα χρώμενος. Ἡ δὲ τοπικὴ τῆς καρδίας θέσις ἐν τῷ στήθει ἐστίν, εἰκότως τύπτει τὸ πονηρὸν ἐργαστήριον αὐταῖς ταῖς χερσίν, αἷς πρὸς πλεονεξίαν ἐχρήσατο.

« Percutiebat, inquit, pectus suum dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. » Nimirum ex corde cogitationes ad avaritiam ipsum excitantes eruperant; et manibus **99** ad alienam rem injuste accipiendam abusus fuerat. Locus enim, in quo situm est cor, pectus est. Merito igitur improbitatis officinam manibus iisdem verberat, quæ ad avaritiam fuerant famulatæ.

« Ὁ Θεός, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. » Οὐ δικαιωθῆναι ζητεῖ, ᾔδει γὰρ ἑαυτὸν ἀνάξιον τοῦτο λαβεῖν, ἀλλ' ἱλεων αὐτῷ γενέσθαι παρακαλεῖ τὸν Θεόν· καὶ τὸ ἐντεῦθεν τὸ πρᾶγμα ἀνέστραπτο. Ὁ μὲν γὰρ Φαρισαῖος οἷα δένδρον κομῶν τῷ καρπῷ, τῆς τῶν ἐντολῶν φυλακῆς, ἐξαίφνης ὡς ὑπὸ ῥαγδαίου πνεύματος, τῷ τῆς κενοδοξίας ἀνέμῳ ἐκτιναχθεὶς ὡράθη γυμνός, ὡς τερέβινθος ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, τὸ τοῦ Ἡσαΐου εἰπεῖν. Ὁ δὲ πεφορτισμένος τῆς φιλαργυρίας τὸν μόλιβδον, ἑνὶ λόγῳ νουνεχεῖ καὶ σχήματι ταπεινῷ τὸ βάρος τῶν κακῶν ἀποτίθεται. Ἰλιγγιῶ λογιζόμενος, πῶς ὁ δείλαιος Φαρισαῖος φέρων τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καθάπερ ὁλκάδα μυρίων πλήθουσαν ἀγωγίμων, εἰς τὸν λιμένα αὐτοῦ ἱεροῦ πεφθακὼς, καὶ τῶν τοῦ νοὸς πηδαλίων ἠμεληκὼς, ἀθλίως ὤφθη ναυαγηκώς· διὰ τί; « Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. » Δοκεῖ μοι ἐνταῦθα ὑπογραφήν τινα ποιεῖσθαι ὁ Κύριος τῆς οἰήσεως καὶ τῆς ταπεινώσεως· καὶ τάχα τις ἐκ τούτων ὁρμώμενος ἄνοδον ἐπὶ τὰ κάτω τὴν κενοδοξίαν ὁρίσαιτο. Τοῦτο γὰρ καὶ ἱστορία παλαιὰ συμβολικῶς ὑπηνίξατο. Ἀβειρὼν γὰρ καὶ Δαθὰν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πάντας ἑαυτοὺς ἅραντες ἀλαζονικῶς, καὶ τῆς ἱεροσύνης σφᾶς ἀξίους κρίναντες ἰταμῶς, τῆς γῆς διασχούσης κατέδυσαν ἐν τῷ χάσματι, καὶ ὑψωθέντες τῇ διανοίᾳ ἐταπεινώθησαν. Πρὸς ταῦτα σκοποῦντες, ἀγαπητοὶ, μετριάζειν ἐκπαιδευθῶμεν, καὶ μὴ ἀλόγως ἐπαίρεσθαι· μὴ δ' εἴπερ ἡμῖν τι τῶν δεξιῶν κεκατώρθωται, διὰ τοῦτο ὑπερφέρειν τῶν ἄλλων νομίζωμεν. Ἀλλὰ κατορθοῦντες ψάλλειν διδαχθῶμεν μετὰ τοῦ Δαβίδ· « Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἐν σοὶ δὸς ἡμῖν ἐγκαυχᾶσθαι. » Παρά σου γὰρ « ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, » τοῦ μέλλοντος δηλαδὴ αἰῶνος. Ἀληθῶς γὰρ « Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει, » ἀλλ' « Ἐν τῇ ταπεινώσει ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος. » Ἀστεῖον δὲ κἀκεῖνο προσειρῆσθαι καὶ χαρίεν, ὡς οἱ γεωργοὶ τοὺς μὲν κάτω νενευκότας τῶν ἀσταχύων καὶ βρίθοντας πολὺν τὸν καρπὸν φέρειν τεκμαίρονται· τοὺς δὲ ὀρθίους καὶ ἀνεμώδεις, ἀλαζόνας καὶ κενοὺς ὀνομάζουσι. Καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν

B « Deus, propitius esto mihi peccatori. » Non petit, ut justificetur; videbat enim se indignum, qui hoc impetraret; sed Deum propitium sibi esse precatur. Atque exinde in contrarium versæ sunt rerum vices. Etenim Pharisæus quasi arbor superbiens fructu, observantiæ præceptorum repente inanis gloriæ vento, ut a spiritu violento concussus, nudus apparuit, et quasi terebinthus, abjectis foliis, ut illud Isaiæ usurpem [83]. Hic autem avaritiæ quasi plumbo prægravatus, uno verbo sapienter prolato, habituque demisso, onus deposuit peccatorum. Attonitus hæreo, cum recogito, quo pacto infelix Pharisæus animam suam quasi navim onerariam sexcentis refertam mercibus vehens, et portu etiam ipse templi capto, mentis neglecto gubernaculo, miserabiliter naufragium facere visus est. Quamobrem? « Quia omnis qui se exaltat humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur. » Hic mihi videtur descriptionem quamdam facere Dominus superbiæ et humilitatis. Et fortasse quispiam his verbis impulsus inanem gloriam, reversionem ad inferiora esse definierit. Hoc enim etiam vetus historia symbolice involvit. Abiron enim et Dathan arroganter se supra alios efferentes, et sacerdotio dignos se per impudentiam arbitrantes, dehiscente terra in hiatum subierunt, et qui sua cogitatione elati fuerant, depressi sunt. Huc animum advertentes, charissimi, doceamur modeste nos gerere, neque supra modum extollere. Neque si quid recte gestum a nobis est, idcirco præferendos nos aliis existimemus. Sed cum aliquid bene et ex virtute actum a nobis erit, assuescamus canere cum David: « Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam [84]; » apud te enim, « Laus nostra in ecclesia magna [85], » futuri scilicet sæculi. Vere enim « Cor contritum et humiliatum non despiciet Deus [86]; sed « In humilitate Dominus memor fuit nostri [87]. » Jucundum porro erit, et illud dictis adjungere, quod agricolæ quas spicas præ onere viderint vergentes in terram, uberem fructum allaturas esse conjiciunt; quas vero rectas stare ac **100** ventis obnoxias, superbas et inanes vocant. Sic et hominum quicunque

[83] Isa. VI, 5. [84] Psal. CXIII, 1. [85] Psal. XXI, 26. [86] Psal. L, 19. [87] Psal. CXXXV, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

elati et erecta cervice sunt, omnis virtutis et prudentiæ sunt expertes. Qui vero sunt humili spiritu multos gignunt prudentiæ fructus. Et alias profecto passiones bestiis etiam convenire, et a ratione aliena esse comperimus; quarum causa jumentis insipientibus comparata est humana natura, et similis facta est illis. Sive enim rapiat quis, uti leo se gerit; sive irascatur, ut taurus; sive mulierum amore insaniat, ut equus; sive injuriarum sit memor, ut camelus; sive in voluptatum limo volutetur, ut scarabeus. At superbiæ vitium diabolo nos similes reddit; ille enim ob elationem dejectus est. Ita si superbia ex angelis dæmones facit, consequens est, ut humilitas nos possit ex dæmonibus vertere in angelos. Et illa quidem dæmonum propria; hæc vero re vera Christum imitatur vestigiis ejus insistens qui « Humiliavit semetipsum usque ad mortem [80]. » Quicunque igitur hæc puro mentis oculo considerarit, et humilitatis affectu se gubernarit, facile cæterarum virtutum deinceps consequentium acquisiverit habitum, et quasi publicanus in humilitatis templum ascendens justificatus descendat, ei qui Pharisaico more magna de se jactarit, dicens vetus illud : Huc ascende inferius; nunc enim superius descendisti. Etenim, « Super humilem et quietum respicit Deus [81], » cui debetur omnis gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A ὑπερήφανοι καὶ ὑψαύχενες, ἄμοιροι πάσης ἀρετῆς καὶ φρονήσεως· οἱ δὲ ταπεινὸν ἔχοντες φρόνημα πολὺν τὸν καρπὸν τῆς φρονήσεως ἐπιφέρονται. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν παθῶν εὕροι τις ὄντα κτηνοπρεπῆ τε καὶ ἄλογα· δι' ὧν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Ἢ γὰρ ἁρπάζει τις ὡσεὶ λέων, ἢ θυμοῦται ὡς ταῦρος, ἢ θηλυμανεῖ ὥσπερ ἵππος, ἢ μνησικακεῖ ὡς ἡ κάμηλος, ἢ τῇ κόπρῳ τῶν ἡδονῶν καλινδεῖται ὡς κάνθαρος. Τὸ δὲ τῆς ὑπερηφανίας πάθος τῷ διαβόλῳ ὡμοίωται. Ἐκεῖνος γὰρ δι' ἐπάρσεως καταβέβληται. Ὥστε εἰ ἐξ ἀγγέλων δαίμονας ἡ ὑπερηφανία ἐποίησεν, ἀκολούθως ἡ ταπείνωσις καὶ ἐκ δαιμόνων δύναται ἀγγέλους ποιεῖν. Καὶ εἰ ἐκείνη δαιμονιώδης, αὕτη ὡς ἀληθῶς χριστομίμητος κατ' B ἴχνος ἐφομαρτοῦσα τοῦ μέχρι θανάτου ταπεινώσαντος ἑαυτόν. Ὁ ταῦτα τοίνυν σκοπῶν κεκαθαρμένῳ τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ, καὶ τῇ ταπεινοφροσύνῃ καλῶς παιδαγωγήσας ἑαυτὸν, καὶ τῷ καταλόγῳ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ῥᾷον ἐν ἕξει γενήσεται· καὶ ὡς ὁ τελώνης εἰς τὸ τῆς ταπεινώσεως ἀνελθὼν ἱερὸν κατέλθῃ δεδικαιωμένος, τῷ φαρισαϊκῶς μεγαλαυχοῦντι τὸ παλαιὸν λέγων ῥητόν· Δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης. « Ἐπὶ τὸν πραῦν γὰρ καὶ ἡσυχον ἐπιβλέπει Θεός· » ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XVII.

De filio prodigo.

Evangelica philosophia ab inferioribus et singularibus ad universa et perfectiora nos jam a principio cœpit evehere. Cum enim ante Zacchæi pœnitentiam et publicani proposuisset humilitatem, nunc humani generis miseriam universe describit, quam inde a mundi primordio subiit; juvenili quodam impetu a divino præcepto refugit, et ad pecudum vitam sua sponte transivit, et quo deinde modo Dei ac Patris clementia longe præveniens per Filii Verbique Incarnationem eam amplexa sit, et in priorem **101** restituerit nobilitatem : ipsam igitur divinam parabolam aure et mente audiamus attenta [82].

« Dixit Jesus parabolam hanc : Homo quidam habuit duos filios. » Sane sapientissimus ac divinus Chrysostomus (81), quæ ad hanc parabolam pertinent accurate tractans (82), per duos hosce filios justos intelligi vult et injustos : illos quidem in divinis præceptis firmiter persistentes; hos autem ad turpem et ingloriam vitam sponte trans-

ΟΜΙΛΙΑ ΙΖ'.

Περὶ τοῦ ἀσώτου υἱοῦ.

C Ἔφθασεν ἡ εὐαγγελικὴ φιλοσοφία ἀπὸ τῶν κάτω καὶ μερικῶν ἀνάγουσα ἡμᾶς εἰς τὰ καθόλου καὶ τελεώτερα· ὑποθεῖσα γὰρ πρότερον τὴν τοῦ Ζακχαίου μετάνοιαν, καὶ τὴν τοῦ τελώνου ταπείνωσιν, νῦν καθόλου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπογράφει τὴν ἀθλιότητα, ἣν ἀρχῆθεν ὑπέστη, νεωτερικαῖς ὁρμαῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς δραπετεύσασα, καὶ πρὸς τὸν χοιρώδη βίον αὐτομολήσασα, ὅπως τε ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φθάσασα γαληνότης μακρόθεν διὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου σαρκώσεως ἐνηγκαλίσατο ταύτην, καὶ πρὸς τὴν πρώτην εὐγένειαν ἐπανήγαγεν. Αὐτῆς οὖν τῆς θεολέκτου παραβολῆς ἀκοῇ καὶ διανοίᾳ νηφούσῃ ἀκούσωμεν.

D « Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς. » Ὁ μὲν πάνσοφος καὶ θεῖος Χρυσόστομος τὰ τῆς παρούσης παραβολῆς ἐπεξεργασάμενος, τοὺς δύο τούτους υἱοὺς τοὺς δικαίους εἶναι λέγει καὶ τοὺς ἁμαρτωλούς· τοὺς μὲν ἀραρότως μείναντας ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ, τοὺς δὲ πρὸς τὸν αἰσχρὸν καὶ ἀκλεῆ βίον

[80] Philipp. II, 8. [81] Isa. LXVI, 1. [82] Luc. XV, 11.

Francisci Scorsi notæ.

(81) *Sane sapientissimus ac divinus Chrysostomus.* Hoc loco duo codd. in uno verbo variant. P. enim : Ὁ μὲν πάνσοφος καὶ θεῖος Χρυσόστομος. G.: Ὁ μὲν πάνσοφος καὶ μέγας Χρυσόστ. At Vat.: Ὁ μὲν οὖν χρυσοῦς τὴν γλῶτταν καὶ τὴν ψυχὴν Ἰωάννης ὁ πάνσοφος.

(82) *Accurate tractans.* Disserit de hac parabola Chrysostomus, hom. *De duobus filiis*, in qua hæc habet : *Sunt qui dicant de duobus filiis istis, seniorem angelos esse, juniorem vero hominem ponunt, qui in longinquam peregrinationem abierit, quando in terram de cœlis et paradiso excidit; et aptant consequentia respicientes, ad causam, vel statum Adæ. Sed hic sensus pius quidem videtur; nescio tamen si verus sit.* Cætera vide, si libuerit, apud ipsum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτομολήσαντας. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς ἐξήγησιν, ὡς εἰκὸς, σεβαζόμεθα, καὶ Πατράσιν ἄλλοις στοιχεῖν οὐκ ἀπαναινόμεθα. Ἡ γὰρ πολύτροπος τοῦ Θεοῦ σοφία ηὐδόκησε ποικιλοτρόπως νοεῖσθαι τῆς Γραφῆς τὰ μυστήρια. Φαμὲν οὖν, ὡς διὰ τοῦ παρόντος νέου πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἐκ Θεοῦ ἀπόπτωσιν ἔδειξε, καὶ τὴν αὖθις ἀνάκλησιν τῷ παραβολικῷ ταύτην κρύψας παραπετάσματι. Ὁ δὴ καὶ ἐν ταῖς πρὸ ταύτης παραβολαῖς ὁ Σωτὴρ ἐσχημάτισε, ποτὲ μὲν δραχμὴν εἰπὼν τῇ κόπρῳ συγχωσθεῖσαν τῶν ἡδονῶν, ἧς ἀποταρωθείσης ἡ ταύτης εὕρεσις γέγονε· ποτὲ δὲ πρόβατον ἱερᾶς ἑκατοντάδος ἀποφοιτῆσαν, καὶ γεγονὸς ὀρειάλωτον, καὶ ζητηθὲν ὑπὸ τοῦ καλοῦ ποιμένος, καὶ εὑρεθέν. Ἄλλοτε ὑπογράφει τὸν ἄνθρωπον τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἀποφοιτήσαντα, καὶ λωποδύταις περιπεσόντα, καὶ τὴν στολὴν ἀφαιρεθέντα, καὶ τραυματίαν γενόμενον, καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν οὐδ' ὁτιοῦν ὠφεληθέντα (οὐ γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων σώζειν ἠδύνατο), ἀλλ' ὑπὸ μόνου θεραπευθέντα Χριστοῦ· καὶ διὰ τῆς νῦν ῥηθείσης παραβολῆς τὰ αὐτὰ ὑποτίθησιν· « Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς. » Ἄνθρωπος ὁ Θεὸς κατὰ τὸν ἀποδοθέντα ἡμῖν σκοπὸν ἐν ἑτέρᾳ παραβολῇ· δύο δὲ κατὰ χάριν υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πᾶσα ἡ λογικὴ κτίσις, τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν· ἡ μὲν προγενεστέρα κατὰ τὴν γένεσιν· πρῶτον γὰρ ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς τάξεις, παραγαγὼν ταύτας διὰ ἐννοήματος· ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων ὑστερον παραχθεῖσα μετὰ τὴν τῶν αἰσθητῶν δια-

A fugientes. Nos vero et hanc Patris illius explicationem, ut par est, reveremur, et in aliorum Patrum (83) ire sententiam non recusamus. Placitum quippe divinæ sapientiæ plurimorum fecundæ sensuum fuit, ut sacrarum Litterarum mysteria variis etiam modis intelligi possent. Dicimus igitur per adolescentem, quo de hic agitur, universam hominum a Deo dilapsam significari naturam; ejusque rursus revocationem hoc parabolæ aulæo velari. Quod etiam in superioribus parabolis Salvator adumbravit, quandoque sane drachmam eam vocans voluptatum fimo obvolutam, quo expurgato illa inventa est [91]; quandoque vero ovem a sacro centenario recedentem et errabundam in montibus, et a bono pastore perquisitam et repertam [92], B Alio in loco hominem describit a superna Jerusalem recedentem, et incidentem in latrones, et denudatum vestimentis et vulneratum, et a lege ac prophetis ne paululum quidem adjutum (nec enim sanguis taurorum et hircorum salvare valebant [93]), sed a solo Christo curatum [94]. Eadem igitur hac proposita parabola, subjicit: « Homo quidam habuit duos filios. » Per hominem Deus accipitur juxta redditum a nobis in alia parabola intellectum. Duo vero Dei per gratiam filii complectuntur omnem creaturam rationalem, tum eos scilicet qui intelligentia solum, tum eos qui sensu etiam præditi sunt. Et altera quidem est natu major. Prius enim angelicos ordines (84) intelligit, per intellectum eas producens,

[91] Luc. xv, 8. [92] Ibid. 4. [93] Hebr. xi, 14. [94] Luc. x, 30 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(83) *Aliorum Patrum.* Patres hi fortasse fuerint, C quos ipse Chrysostomus, suppresso nomine, refert supra, not. 2. Et Titus Bostrensis Chrysostomi sectator: Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι δοκεῖ τισιν διὰ τῆς τῶν υἱῶν δυάδος, τούς τε ἁγίους ἀγγέλους σημαίνεσθαι, καὶ ἡμᾶς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς· *Sciendum vero est videri quibusdam per duos filios significari sanctos angelos, et nos in terris versantes.* Unde colligitur eam sententiam, quam ex hoc Patre de novo producimus, antiquissimam esse. Alii itidem nostri Evangeliorum expositores, ut Maldonatus et Barradas, eamdem explicationem nonnullorum esse dicunt, quos tamen non nominant. Citatur liber inter Opera S. Hieronymi, in quo hæc parabola de angelis et hominibus exponitur. Alium nominatum hujus explicationis auctorem præter hunc Theophanem, quem in lucem nove damus, non legimus.

(84) *Prius enim angelicos ordines.* Primum hic moneo variare lectiones codd. quod attinet ad verba. D Gall. sic exhibet scriptum: Πρῶτον γὰρ ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς τάξεις καὶ οὐρανίους, ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων, etc. At vero P. cum V. consentiunt ita: Πρῶτον γὰρ ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς τάξεις, παραγαγὼν αὐτὰς διὰ ἐννοήματος. Quæ lectio, et quia plenior, et quia duorum codicum consensu firmata, et potissimum quia eadem fere continet verba quæ Greg. Nazianz. mox referenda, quæque eadem refert Damasc., lib. II *De fide orthodoxa*, cap. 3, magis mihi jure sequenda fuit. Quod ad rem attinet, sententia fuit communis veterum Patrum Græcorum, quos etiam secutus est Hieronym. ut habet D. Thomas, p. I, quæst. 61, art. 3, ad primum, et aliorum etiam Latinorum, quos vide relatos a Suario, lib. I *De angelis*, cap. 3, angelos ante mundum fuisse creatos. Familiam ducit Gregorius Nazianz. qui eam profert orat. *De Nativit. et de Resur.*, ubi eadem repetit. Verba ex Damasc., qui eum sequitur, referam, unaque opera ipsum producam Damascenum. Hic igitur, lib. II *De fide orthod.*, cap. 3: Τινὲς μὲν οὖν φασιν, ὅτι πρὸ πάσης κτίσεως (angeli), ὡς ὁ Θεολόγος λέγει Γρηγόριος· πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίους, καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν. Hoc est: *Aliqui vero dicunt ante omnes res creatas angelos fuisse, ut ait Gregorius Theologus; primum angelos et cœlestes spiritus cogitavit, et illa cogitatio opus erat.* Alia loca vide apud Suarez, lib. dicto; sed hæc sententia a theologis scholasticis non est recepta; qui omnes communi consensu censent angelos ante mundum corporeum non fuisse productos, sed simul cum ipso; contrariam vero illam sententiam nemo ut erroneam damnat. Id quod expresse S. Thomas quæst. supra memorata, art. 3 in corpore, ubi eam erroneam non putandam dicit præcipue propter auctoritatem Gregorii Nazianz. *Cujus tanta est*, inquit, *in doctrina Christiana auctoritas, ut nullus unquam ejus dictis calumniam inferre præsumpserit, sicut Athanasii documentis, ut Hieronymus dicit.* Hæc sunt D. Thomæ, ex quibus vides quanti faciat sanctus doctor auctoritatem Gregorii in theologia, ejusque discipulus Hieronymus. Ex Latinis doctoribus præter Hieronymum S. Ambrosius id etiam censuit, quod notavit Sixtus Senensis, *Biblioth.* lib. V, in adnot. ad Ps. primum. Hæc ideo adnotavi, si quis Theophani nostro non solum verba, sed etiam sensum Gregorii Nazianz. et Damasc. velit tribuere, cum eum asseclam Nazianz. sciat esse. Cæterum ex hoc loco id

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

posterius vero humana natura creata est, postquam sensilibus rebus ornatus est mundus. Propter cognationem igitur, quam cum intellectivo spiritu habet anima, frater hominis angelus (85); quia vero ante nostram angelica, et corporis expers natura condita est, junior frater homo **102** appellatur. Sed quæ mihi ratio opponatur animadverto. Dixerit enim fortasse quispiam parabolæ finem spectans, ubi senior frater indignatus dicitur, quod tam blande adolescentior esset exceptus, dixerit, inquam, hoc nostræ allegoriæ quodammodo adversari; si enim « Gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente [98], » qui succenseat sancta illa supernarum virtutum multitudo, quæ ab omni invidentia vacua est? Considerandum igitur est, non totum parabolæ contextum allegoriæ congruere (86). Neque vero si qua historiæ pars morali intellectu vacat, idcirco totum esse rejiciendum. Non enim ideo hoc dicit, quod passionem invidiæ naturæ illi in quam perturbatio non cadit, velit affingere, sed ut paternam erga nos (87) Dei indulgentiam, et gratiæ magnitudinem homini impertitam ostendat. Nam multo etiam minus congruet, si de justis senior frater intelligatur, non modo quod non invideant peccatoribus justi salutem, sed etiam quod alia quæ sequuntur, ab intelligentia illa omnino dissidere videantur. Quid enim distribuit illis Salvator, cum et creatæ res omnes, et facultas, arbitriumque ad fugiendum malum, et eligendum bonum æqualiter, et communiter justis, injustisque sint data? Quod autem a seniore dictum est : « Nunquam, mandatum tuum

[98] Luc. xv, 10.

A κόσμησιν. Διὰ μὲν οὖν τὴν πρὸς τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς συγγένειαν ἀδελφὸς τοῦ ἀνθρώπου ἄγγελος, διὰ δὲ τὸ προκατασκευάσθαι τῆς φύσεως ἡμῶν τὴν ἀγγελικὴν καὶ ἀσώματον φύσιν, νεώτερος ἀδελφὸς ὠνομάσθη ὁ ἄνθρωπος. Ἀλλ' οἶδα τὸν ἀντιτείνοντα λόγον. Ἐρεῖ γάρ τις ἴσως, πρὸς τὸ τῆς παραβολῆς ἐνατενίσας ἀκροτελεύτιον, ἐν οἷς φησιν ἀχθεσθῆναι τὸν πρεσβύτερον ἀδελφὸν, διὰ τὴν περὶ τὸν νέον φιλοφροσύνην, ὡς τοῦτο δοκεῖ πως ἐναντιοῦσθαι τῇ θεωρίᾳ. Εἰ γὰρ « Χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, » πῶς ὀργίζεται ἡ τῶν ἄνω δυνάμεων ἁγία πληθὺς ἢ φθόνου παντὸς ἀνεπίμικτος; Σκοπεῖν τοίνυν προσήκει, ὡς οὐ πᾶσα ἡ τῆς παραβολῆς ἔκθεσις τῇ θεωρίᾳ συνήρμοσται· οὐδ' εἴπερ τι τοῦ διηγήματος ἔξω τῆς τροπικῆς διανοίας B εὑρίσκοιτο, δι' ἐκεῖνο καὶ τὸ πᾶν ἀθετεῖσθαι. Οὐ γὰρ πάθος βασκανίας προσάψαι βουλόμενος τῇ ἀπαθεῖ τῶν ἀγγέλων φύσει ταῦτά φησιν, ἀλλὰ τὴν περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν τοῦ Θεοῦ δεικνύμενος, καὶ τὸ τῆς χάριτος μέγεθος, ἧς μετέσχεν ὁ ἄνθρωπος. Ἐπεὶ κατὰ πολὺ μᾶλλον οὐχ ἁρμόσῃ ἐπὶ τῶν δικαίων ὁ πρεσβύτερος ἀδελφὸς ἐκλαμβάνεσθαι, οὐ μόνον, ὅτι οὐ βασκαίνουσι τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν σωτηρίας οἱ δίκαιοι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑπόμενα πάντη δοκεῖ πρὸς ἐκεῖνον τὸν σκοπὸν ἀνακόλουθα. Τί γὰρ καὶ διεῖλεν αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ, ἐπίσης καὶ κοινῇ δοθείσης δικαίοις τε καὶ ἁμαρτωλοῖς πάσης τῆς κτίσεως, δυνάμεώς τε καὶ κρίσεως τῆς αὐτῆς, πρός τε τὴν φυγὴν τοῦ χείρονος καὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ βελτίονος; τὸ γὰρ πρὸς τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ ῥηθέν· « Οὐδέποτέ C σου ἐντολὴν παρῆλθον, » τίς ἂν εἰπεῖν ἀπερυθριάσῃ, κἂν Ἀβραὰμ εἶη, κἂν Μωσῆς, κἂν Σαμουὴλ, κἂν

Francisci Scorsi notæ.

nemo coget Theophanem dicere, solum enim ante hominem angelum creatum esse asserit; atque adeo congruenter hunc majorem fratrem, illum minorem in allegoria parabolæ appellari, quod sane verum est.

(85) *Frater hominis angelus.* Idem dicit Gregorius Nyss. lib. *De vita Mosis*, ex quo fortasse mutuatus est Noster. Agit autem ibi Nyssenus de Aarone fratre auxilium ferente Mosi, per quem anagogice, in quo totus ille liber est, angelum bonum, custodemque interpretatur : *Tunc ei*, inquit, *manifestius fratris adminicula undique apparent secum adversus hostes armati; frater enim quodammodo hominis animo angelus est, rationali quippe et intellectuali natura secum adnectuntur; qui tunc maxime nobis assistere videtur, cum Pharaoni appropinquamus.* Et paulo infra idem habet.

(86) *Allegoriæ congruere.* Multa in parabolis dicta sunt, quæ non pertinent ad mysterium, vel moralem sensum, sed ut πάρεργα et ornamenta quædam ad complementum narrationis parabolicæ inseruntur. Id advertit non uno in loco optimus enarrator Evangeliorum Joannes Maldonatus; Barradas itidem ex societ. nostra Evang. interpres. De hac enim ipsa parabola in qua sumus, sic ait : *Est parabola intellectu facilis; illud vero observandum habere parerga quædam, quæ rei significatæ ad amussim convenire nemo non videt. Reperiuntur enim parabolis aliqua, quæ non ut significata conveniunt; sed ut narratio integra sit adhibentur.* Idem fuit judicium veterum Patrum. Titus Bostrensis opera Theodori Mopsuesteni soc. Jesu in lucem editus Græce et Lat., tom. II *Biblioth. SS. Patrum* editione novissima : Λέγει δὲ περὶ τῶν παραβολῶν ὁ ἅγιος Κύριλλος, ὅπερ καὶ ὁ Χρυσόστομός φησιν, ὅτι πλαγίως καὶ ἀσυμφώνως ἡμῖν αὗται πραγμάτων ὀνησιφόρων δήλωσιν εἰσάγουσιν, ὅταν αὐτῶν ἐν βραχεῖ καὶ συνεσταλμένως τὸν νοῦν καταθρήσομεν· οὐ γὰρ πάντα, φησὶ, τῆς παραβολῆς τὰ μέλη πολυπραγμονεῖσθαι χρὴ λεπτῶς καὶ ἐξητασμένως· *De parabolis Cyrillus idem sentit et scribit quod Chrysost., nempe dum breviter succincteque explicantur, utilium rerum notitiam afferre, et si hoc ipsum oblique, et dissentanee; ut autem singulæ parabolæ partes subtiliter et exquisite discutiantur, id minime opus est.* Hoc igi- D tur illud est, quod respondet Theophanes iis qui objiciunt non posse invidentiam fratris natu majoris angelis sanctis, quos ipse per illum intelligit convenire : neque vero ideo, quod una pars, quæ quasi ἔμβλημα ornatus gratia interjecta est, susceptæ allegoriæ non congruat, ideo totam esse rejiciendam. Quod idem excusat Gregorius Nyss. lib. *De vita Mosis*, anagogico sensu ab ipso in universa Mosæ historia excogitato : *Nemo autem historiæ veritatem per omnia nos cogat ad propositum accommodare; nec si quid non consentaneum huic tropologiæ in historia venial, idcirco universam hanc intelligendæ Scripturæ viam aspernetur, atque contemnat*, etc.

(87) *Ut paternam erga nos.* Quæ tanta videlicet fuerit, ut etiam in invidiam sanctos angelos compelleret, si invidiæ capaces essent. Vide porro ejusdem auctoris expositionem sub homiliæ finem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἠλιοὺ, κἂν Πέτρος τῶν μαθητῶν ἡ κρηπίς; Τίς A prætérivit; » quis audeat dicere, etiam si Abraham, etiam si Samuel, vel Elias, vel Petrus discipulorum princeps? Quis tam excelsa (88) magnaque mente, atque consilio natus est, cujus et sensus, et cogitatio ab omni macula culpæ sit libera? Quis, juxta proverbium [96], gloriari poterit, mundum se cor habere? quis mundus a sorde, ut testatur Job [97]? Non sic loqui justi sciunt (89): « Nunquam mandatum tuum prætérivi; » sed Abraham quidem: « Ego pulvis et cinis sum [98]; » David vero: « Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum [99]; » Isaias etiam: « Infelix ego, quia pollutus labiis sum [1]; » et sancti cum Azaria (90) pueri [2]: « Nec observavimus, nec fecimus juxta ac præcepisti nobis. » Joannes vero et virgo, et B theologus, qui et puritate, et cæteris virtutibus tantum præstat, ita manifeste clamat: « Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est [3]. » Quod vero de se ipso **103** etiam hoc dicat, neque solum ex animi demissione, sed etiam ex veritate sancta synodus Carthaginiensis (91) ostendit, anathemati subjiciens eos qui

οὕτως ὑψηλὸς καὶ μεγαλοφυὴς τῷ φρονήματι, ὡς κατά τε αἴσθησιν καὶ διάνοιαν ἔξω γενέσθαι τοῦ κατὰ κακίαν μολύσματος; Τίς καυχήσεται, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἁγίαν ἔχειν καρδίαν; Τίς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, ὡς μαρτύρεται Ἰώβ; Οὐκ ἴσασι λέγειν οἱ δίκαιοι· « Οὐδέ ποτέ σου ἐντολὴν παρέβην. » Ἀλλ' ὁ μὲν Ἀβραάμ· « Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός. » Ὁ δὲ Δαβίδ· « Αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου. » Ἡσαΐας· « Ὢ τάλας ἐγὼ, ὅτι ἀκάθαρτα χείλη ἔχω. » Οἱ περὶ τὸν Ἀζαρίαν ἅγιοι παῖδες· « Οὐδὲ συνετηρήσαμεν, οὐδὲ ἐποιήσαμεν καθὼς ἐνετείλω ἡμῖν. » Ἰωάννης δὲ ὁ παρθένος καὶ Θεολόγος, ὁ τοσοῦτος τὴν καθαρότητα καὶ τὴν λοιπὴν ἀρετὴν, διαῤῥήδην οὕτω βοᾷ· « Ἂν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν· » Ὅτι δὲ καὶ δι' ἑαυτοῦ ταῦτα λέγει, καὶ οὐ ταπεινοφρονῶν μόνον, ἀλλ' ἀληθεύων, ἔδειξεν ἡ ἐν Καρθαγένῃ ἁγία σύνοδος, ἀναθέματι ὑποβαλοῦσα τοὺς μὴ οὕτως ἐκλαμβανομένους τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς, ἀλλ' οἰομένους ἐκ μόνης ταπεινοφροσύνης ταῦτα λαλεῖν. Ἀλλ' ἡ φωνὴ αὕτη,

[96] Prov. x, 9. [97] Job 14, 4; xxv, 4. [98] Gen. xviii, 27. [99] Psal. xxxvii, 5. [1] Isa. vi, 5. [2] Dan. iii, 30. [3] I Joan. i, 8.

Francisci Scorsi notæ.

(88) *Quis tam excelsa.* Hæc eadem verba auctoris legis hom. proxima de publicano, et quidem in eamdem rem, tamen in cod. 5, reperi hoc loco aliis verbis eumdem sensum afferri: Τίς γὰρ οὕτως ἰσχυρὸς καὶ ἀνένδοτος, ὥστε κατά τε αἴσθησιν καὶ διάνοιαν φυλαχθῆναι ἀῤῥύπωτος. Hic etiam lectorem nolo esse nescium hanc homiliam in cod. P. laceram, et non pauculis sententiis decurtatam me habuisse: sed subsidio cod. Gall. accedente etiam 5 auctoritate, qui cum Gall. plerumque consentit esse in hac mea editione integritati suarum partium restitutam. Quin etiam aliquas sententias quæ eædem sunt in utroque cod. P. et G. alio loco in uno quam in alio collocatas composui, prout mihi concinnius visum est ex utroque cod. sed præsertim Gallicani ἀκολουθίαν servari. Contextus porro hoc modo, quem dixi, intercisus et transjectus est ab illis verbis: *Quod autem a seniore dictum est, Nunquam mandatum tuum prætérivi*, usque ad illa: *Oportebat enim orta fame*, qui sane longus est; et præter multa salutaria documenta, magnam vim eloquentiæ continet, qua hic Ecclesiastes urget palmare suum illud argumentum quo tuetur suam allegoriam, ab innocentia sumptam, illis verbis significata: *Nunquam mandatum tuum prætérivi*, quæ nonnisi sanctis angelis convenire posse contendit. Intelligendus tamen auctor loqui de perfectissima innocentia, et puritate ab omni macula etiam originali et actuali levi labecula; atque in hoc rigoroso sensu accipere verba illa: *Nunquam mandatum tuum prætérivi*, in eodemque tam universe de omnibus justis loqui; eodemque quo sanctus Joannes epist. prima, v. 8, cum ait: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Quem locum explicatum habes in concil. Carthag. quod noster infra citat. Lege itidem luculentam disputationem Benedicti Justiniani in hunc locum S. Joannis, ubi illum de leviculis culpis et venia dignis peccatis loqui ostendit. (*Vide* not. 91.) Alioqui enim nonnullos sanctos homines ab omni letali peccato divino congruente et abundante auxilio integros fuisse servatos certum est in Ecclesia: nullum vero ab originali vel veniali, B. Virgine Deipara excepta, prout nunc est de uno certus, de altero etiam receptus et communis Ecclesiæ sensus, quæ tamen ab hoc ordine seu classe hominum de quibus Theophanes loquitur, semper exempta intelligatur.

(89) *Non sic loqui justi sciunt.* Lege quæ adverti nota proxime superiori et sequenti.

(90) *Et sancti cum Azaria.* Mendose hic locus in ms. G. exaratus Οἱ περὶ τὸν Ἀβαρίαν, emendavi: Ἀζαρίαν et συνεστήσαμεν. Corrigendum συνετηρήσαμεν. Ita si legatur apertus est sensus, et locus ex Daniele cap. III. Magis autem apparuit mendum, ut legi exemplar 5, quod verum sensum licet aliis verbis ostendit: Οἱ δὲ τρεῖς ἱεροὶ παῖδες, οὐδὲ συνετηρήσαμεν ὅ τι ἐνετείλω ἡμῖν. In hoc itidem exempl. aliud est præterea exemplum ex Daniele quod in Gall. deest: Δανιὴλ δὲ ὁ πολὺς ἡμαρτ. ἐν ταῖς ἀδικίαις ὑμῶν, etc. Vide de his etiam Justin. laudatum supra.

(91) *Sancta synodus Carthaginiensis.* Can. 116: Ὅτι οὐ μόνον ταπεινὴ, ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴ ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν αὕτη· « Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν. » Ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα ὅπερ εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος· « Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν. » Ὅστις δήποτε οὕτως παραληπτέον νομίσῃ, ὡς εἰπεῖν διὰ ταπεινοφροσύνης μὴ ὀφείλειν λέγεσθαι ἡμᾶς μὴ ἔχειν ἁμάρτημα, οὐχ ὅτι ἀληθῶς οὕτως ἐστὶν, ἀνάθεμα· *Quod non solum humilis, sed etiam vera est hæc vox sanctorum:* « *Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Placuit similiter, ut quod dixit Joannes apostolus:* « *Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est;* » *quicunque sic accipiendum existimarit, ut dicat per humilitatem debere nos dicere non habere peccatum, non quod vere ita est, sit anathema.* Sed et concilium Tridentinum sess. VI, can. 22, etiam anathemati subjecit eum qui existimarit justum posse in tota vita omnia etiam venialia peccata vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non ita sanctorum verba accipiunt, sed ex humilitate duntaxat dicta esse arbitrantur. Verum hæc vox : « Nunquam mandatum tuum præterivi, » in angelicum ordinem solum convenit, qui immunis omni culpa servatus est. Quid vero de prima stola dixerint, qua servorum opera adolescentem induit Pater, quæ baptismum liquido repræsentat, an improbi juxta cum probis ea non vestiuntur? Atqui in sermone parabolæ solus adolescentior ea induitur; quasi ea nunquam senior fuisset exutus. Idem de annulo, calceisque intelligendum. Quin etiam vitulus pro nobis ad sacrificium ductus non pro peccatoribus solum, sed etiam pro justis immolatus est, cum esset pretium redemptionis universæ naturæ. Qua igitur ratione de cæde vituli indignatur justus, qua fuit etiam ipse liberatus? Quo vero modo dicat ipsi Pater : « Tu semper mecum es? » Non enim semper cum Deo justi fuerunt. Si enim, ut sit Apostolus [a], in Adamo omnes mortui sumus et omnes in Christo vitæ restituti, omnes sane qui Adami naturæ participes sumus, lapsum etiam cum illo communem (92) habemus, et per Christum communiter liberati sumus. Non igitur semper cum Deo justi fuerunt, sed intellectivæ angelorum naturæ : quæ nunquam a Deo disjunctæ sunt, quorum causa ne hædus quidem unquam mactatus est; pro angelis enim neque peccator aliquis morti traditus est; at pro hominum salute ipse Dei Filius in sacrificium oblatus. Sed nimium a recta via evagati sumus. Age igitur sermonem instar equi, remissis habenis, extra orbitam exsultantis, iis adductis iterum convertamus.

« Homo quidam habuit duos filios; et dixit adolescentior ex illis patri : Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. » Quoniam, inquit, liber creatus sum, nolo ex necessitate servire : permitte me mea sorte uti arbitratu meo. Secus enim quomodo mei ipsius Dominus videri potero præceptis legibusque subjectus.

« Et divisit illis substantiam, » incorporeis quidem cœlestem regionem, hominibus vero terrenam attribuit. Hæc enim duo sunt elementa (93) in universa re creata, **104** in quibus naturæ participes rationis degant, cœlum, et terra. Locus eorum qui vitam in corpore sortiti sunt, terra; cœlum vero corporis expertium est, in quo sanctissimæ mentes versantes, divinæ perfectæque omni ex parte beatitudini propius accedunt. Homo igitur quasi adolescentior filius hunc mundum sensibus

A « Οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, » τῆς ἀγγελικῆς τάξεως μόνον ἁρμόδιος, ἥτις τετήρηται πρὸς τὸ κακὸν ἀνεπίμικτος. Τί δ' ἂν εἴποιεν καὶ περὶ τῆς πρώτης στολῆς, ἣν διὰ τῶν δούλων ὁ πατὴρ τὸν νέον ἀνέδυσε, τὸ βάπτισμα καθαρῶς εἰκονίζουσαν; ἆρ' οὐ δίκαοι καὶ ἁμαρτωλοὶ ταύτην περιχλαινίζονται; Ἀλλ' ἐν τῷ τῆς παραβολῆς λόγῳ μόνος αὐτὴν ὁ νεώτερος ἐνδιδύσκεται, ὡς τοῦ πρεσβυτέρου μηδέποτε γυμνωθέντος αὐτῆς. Τοῦτο δὲ περὶ τοῦ δακτυλίου, καὶ περὶ τῶν ὑποδημάτων νοήσωμεν. Καὶ μὴν καὶ ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀχθεὶς εἰς θυσίαν μόσχος οὐχ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ δικαίων τέθυται, λύτρον γεγονὼς πάσης τῆς φύσεως. Πῶς οὖν ὁ δίκαιος ὑπὲρ τοῦ μόσχου τῆς σφαγῆς ἐδυσχέραινεν, ὑφ' οὗ καὶ αὐτὸς ἐλελύτρωτο; Πῶς δὲ καὶ
B πρὸς αὐτόν φησιν ὁ Πατήρ · « Σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ; » Οὐ γὰρ πάντοτε μετὰ Θεοῦ ἦσαν οἱ δίκαιοι. Εἰ γὰρ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, καὶ πάντες ἐν Χριστῷ ἐζωοποιήθημεν, πάντες οὖν οἱ κοινωνοῦντες τῆς φύσεως τῆς Ἀδὰμ, καὶ τῆς ἐκείνου πτώσεως ἐκοινώνησαν, καὶ τῆς διὰ Χριστοῦ ἀπολυτρώσεως. Οὐκ οὖν πάντοτε μετὰ Θεοῦ ἦσαν οἱ δίκαιοι, ἀλλ' αἱ νοεραὶ τῶν ἀγγέλων οὐσίαι, αἱ μηδέποτε διακριθεῖσαι Θεοῦ · ὑπὲρ ὧν οὐδὲ ἔριφος ἐθύθη ποτέ. Ὑπὲρ γὰρ τῶν ἀγγέλων οὐδὲ ἁμαρτωλὸς εἰς θάνατον δέδοται · ὑπὲρ δὲ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς τέθυται. Ἀλλὰ πολὺ τῆς εὐθείας ἀπεπλανήθημεν. Φέρε οὖν τὸν λόγον ὥσ-
C περ ἵππον ἔξω τῆς νύσσης ἀφηνιάσαντα ἡνιοστροφήσωμεν.

« Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς · καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ νεώτερος · Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. » Ἐπειδὴ, φησὶν, αὐτεξούσιος ἔκτισμαι, οὐ θέλω δουλεύειν ἀνάγκῃ · παραχώρησον χρήσασθαί με τῷ κλήρῳ, ὡς βούλομαι · ἢ πῶς ἂν φανείην αὐτοδέσποτος, ἐντολαῖς καὶ νόμοις δουλαγωγούμενος;

« Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον, » τοῖς ἀσωμάτοις ἀπένειμε τὸν οὐράνιον χῶρον, τοῖς ἀνθρώποις δὲ τὸν περίγειον. Δύο γὰρ ταῦτα στοιχεῖα ἐν τῇ τῶν ὄντων κτίσει πρὸς διαγωγὴν τῆς λογικῆς φύσεως, οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ. Τόπος τῶν διὰ σαρκὸς τὴν ζωὴν εἰληχότων ἡ γῆ · ὁ δὲ οὐράνιος τῶν ἀσωμάτων ἐστὶν, ἐν ᾧ πανήγυρις νόες περιπολοῦντες γειτονοῦσι τῇ πανευδαίμονι καὶ θείᾳ μακαριότητι. Ὁ τοίνυν ἄνθρωπος οἷα νεώτερος παῖς, ὡς κλῆρον τὸν αἰσθητὸν τοῦτον κόσμον καὶ τὸν παράδεισον εἰς δίαιταν εἰληφὼς,

[a] I Cor. xv, 22.

Francisci Scorsi notæ.

(92) *Lapsum etiam cum illo communem.* Vide notam superiorem.

(93) *Duo sunt elementa.* Non solum quatuor sublunaria corpora, sed etiam cœlum vides vocari στοιχεῖον apud Græcos. Arist. lib. *De mundo* : Στοιχεῖον οὖσαν ἕτερον τῶν τεσσάρων, ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον· *Quod aliud est a quatuor, elementum purissimum et divinum*; de cœlo loquitur. Gregorius Nyss. *Dialogo de anima et resur.* : *Atque etiam lunæ diminutionem et incrementum cum vides, per eam, quæ apparet in elemento, figuram, alia discis.* Chrysost. hac ipsa homilia de filio prodigo : *Qui enim in cœlum peccat, quod etsi supremum, tamen visibile elementum est.* Græca Chrysost. non sunt in promptu. Ex Latinis vero S. Ambrosius de defectu lunæ, nisi auctor sit S. Maximus Taurinensis episcopus : *Clamabatis enim ne tacentibus vobis perderet elementum.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἔπαιζε λελυμένος, καὶ παρήγετο ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ὑπέπιπτεν ἡδονῇ, καὶ τῆς δοθείσης ἁγίας ἐντολῆς χωρισθείς, ἀπώλεσε τῆς σωφροσύνης τὸν πλοῦτον, ἐστερήσατο τοῦ ἀργυρίου τῆς γνώσεως, ἐσυλήθη τῶν ἀρετῶν τὴν περιουσίαν, καὶ οὕτω μακρὰν ἐγεγόνει Θεοῦ πολλῷ τινι καὶ ἀπείρῳ μεταξὺ διαστήματι. Τῇ γὰρ μετοχῇ τοῦ χείρονος καὶ τῇ πρὸς τὴν κακίαν ἐγγύτητι πόῤῥω γινόμεθα τοῦ Θεοῦ· μακρύνεται τῆς δικαιοσύνης ὁ τὴν ἀδικίαν ἐγκολπωσάμενος· πόῤῥω γίνεται τῆς σωφροσύνης ὁ τῷ ῥύπῳ τῶν ἡδονῶν μολυνόμενος· ἐξοστρακίζεται τῆς φρονήσεως ὁ τῇ τῶν παθῶν ἀχθηδόνι καταχωννύμενος· ἀποσκορακίζεται τῆς ἀνδρείας ὁ ὑποκύπτων τοῖς πάθεσιν. Οὕτως ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακρὰν ὁ ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἀνδραποδισθείς, πάσας τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις καὶ τὰς αἰσθήσεις τοῦ σώματος ἀναλώσας ἐν ταῖς ἡδοναῖς τῆς σαρκός. « Αἱ γὰρ ἁμαρτίαι ὑμῶν, φησὶν ὁ Θεὸς, διιστῶσιν ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. »

Δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, « ἐγένετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι. » Οὐκ ἀπαρχῆς γέγονε λιμὸς, ἀλλ' ὅταν ὁ νέος τὴν οὐσίαν ἅπασαν κατεπάτησεν. Ἡ γὰρ παντελὴς τῶν ὀρετῶν στέρησις λιμὸς ἰσχυρὸς γίνεται τῇ ψυχῇ, ὑφ' οὗ καταξηρανθεῖσα, ὡς ὑπό τινος αὐχμοῦ, παντὸς ὄμβρου δικαιοσύνης λιμώττει. Καὶ γὰρ, ᾗ φησιν ὁ θεῖος Μάξιμος, λιμός ἐστιν ὡς ἀληθῶς ἡ ἔκλειψις, καὶ σπάνις τῶν κατ' αὐτὴν τὴν πεῖραν ἐγνωσμένων ἀγαθῶν, καὶ ἀπορία τῶν τῆς ψυχῆς πνευματικῶν βρωμάτων. Οὕτως ἐλίμωττε μακρόθεν ὁρῶν ὁ Ἀδὰμ τὴν Ἐδὲμ, καὶ δι' αὐτοῦ πᾶσα ἡ φύσις ἡμῶν λιμώττουσα θητεύειν τοῖς δαίμοσιν ᾑρετίσατο· λιμώξασα δὲ πρὸς ἀπόγνωσιν τρέπεται. Τί γὰρ ὁ τῆς παραβολῆς λόγος φησί;

« Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης, καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους. » Ὁρᾷς τὸ κακὸν μείζονι κακῷ οἷον θεραπευόμενον; Ἔχρῃν γὰρ, τοῦ λιμοῦ γενομένου, εἰς συναίσθησιν εὐθὺς τῆς προτέρας ἀφθονίας ἐλθεῖν, καὶ σπεῦσαι πρὸς τὴν εὐδαίμονα ἑστίασιν ἐπανελθεῖν. Ὁ δὲ ἐπίσης ἀτάκτῳ πώλῳ τὰ δεσμὰ διαῤῥήξας ἐπὶ τὰ χείρω πρυέκοπτε. « Πορευθεὶς γὰρ ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης. » Ἐνταῦθά ἐοικέ τι τῶν κεκρυμμένων ἀνακαλύπτειν ὁ Κύριος, ὅπερ κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων διάβολος ὑπερηφανευσάμενος, καὶ καταβληθεὶς ἅμα ταῖς ὑπ' αὐτὸν ἀποστατικαῖς δυνάμεσι, τῆς πολυσχιδοῦς ἁμαρτίας τὰ εἴδη ἑκάστῳ δαίμονι ἀπεκλήρωσε, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρισμάτων πολλάς τις εὕροι διαφοράς· πνεῦμα γὰρ σοφίας, πνεῦμα δυνάμεως, υἱοθεσίας τε καὶ ἁγιασμοῦ, καὶ

objectum, et paradisum ad habitandum veluti hæreditatem nactus, dissolutus lusit, et cupiditatibus obsecutus est, et succubuit voluptatibus, et cum a tradito sibi sancto mandato discessisset, opes temperantiæ perdidit, cognitionis pecunia privatus est, virtutum abundantes copias amisit, atque ita longe a Deo, magno quodam et infinito intervallo intercedente disjunctus. Etenim mali consortio, et propinquitate peccati longe a Deo dissiti sumus; longe recedit a justitia, qui injustitiam amplexatur; longe abit a temperantia, qui voluptatum sordibus inquinatur; relegatur a prudentia qui passionum molestiis involutus est; rebellat a fortitudine, qui perturbationibus subjacet. Ita profectus est in regionem longinquam, qui sub peccatis redactus in servitutem omnes animi facultates, et corporis sensus in voluptatibus carnis exhausit: « Peccata enim vestra diviserunt, inquit, inter me et vos [5]. »

Cum igitur omnia prodegisset, « Facta est fames valida in regione illa, et ipse cœpit egere. » Non a principio contigit fames, sed postquam juvenis omnem pecuniam dilapidavit. Omnis enim virtutum amissio fames est animæ vehemens, a qua veluti terræ siccitate arefacta omnem esurit justitiæ humorem. Etenim, ut D. Maximus (94) ait, fames verissime est defectus et penuria eorum bonorum, quæ antea experimento sunt cognita, et egestas spiritualium animæ eduliorum. Hac fame laboravit Adam procul Edem respiciens; et ejus culpa, omnis nostra natura famelica elegit sub dæmonum imperio subulcum agere; esuriens porro in desperationem vertitur. Quid enim ait parabolicus sermo?

« Et abiens adhæsit uni civium civitatis illius: et misit eum in villam suam ut pasceret porcos. » Vides malum veluti curatum malo majore? Oportebat enim orta fame statim in prioris abundantiæ venire cognitionem, et ad beatas epulas reditum properare; ille vero, æque ac jumentum effrene, compedibus ruptis **105** in pejora prolabitur: « Abiens enim, inquit, adhæsit uni civium civitatis illius, » hoc loco arcanum quiddam videtur Dominus aperire: quod mea quidem sententia tale est. Princeps mundi hujusce diabolus superbia elatus, et una cum sequacibus virtutibus deturbatus, multiplices peccati species unicuique dæmoni veluti sortito distribuit, et sicuti in Spiritus sancti charismatibus multas est reperire differentias; spiritus quippe est sapientiæ, spiritus fortitudinis, et adoptionis filiorum, et sanctificationis, et intelligentiæ, et quotquot magnus recensuit Isaias [6], ita æmulatores Dei contra-

[5] Isa., 2. [6] Isa. xi, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(94) *D. Maximus.* Sententiam quam hic Theophanes refert, habes cent. v *Œconom.* cap. 29: *Qui non credit spiritualem esse Scripturam, suam cognitionis inopiam non sentit, sed fame conficitur. Quia fames est haud dubie defectus cognitorum ipsa experientia bonorum et escarum spiritualium animam corroborantium penuria, et raritas omnimoda. Quo enim pacto qui piam oblationem eorum quæ sibi nullo modo nota sunt, famem esse vel damnum existimaverit?* Denique fere repetit cap. 30.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

riis præfecti sunt vitiis (95) : ut alius quidem sit dæmon iræ, alius inanis gloriæ, alius avaritiæ, alius invidiæ, et alius alii præsit, odio intemperantiæ, probro, pigritiæ : et singula vitia auctorem proprium, et perniciosum hominibus consiliarium nacta sint; ita ut dicantur hujusmodi animi perturbationum conditores. Cum igitur audias lascivientem illum adolescentem uni civium adhæsisse, hoc significari scias, quod unius ex vitiis, ad quæ dæmones instigant, servus, ac mancipium factus sit. Si vero etiam de civitate sciscitaris cujus erat, custos et præses qui adolescentis operam porcos pascendi conduxit, docebit te Psalmus, cum civitatem vocat malarum affectionum contubernium. « Vidi iniquitatem et contradictionem in civitate, et labor in medio ejus, et injustitia, et iniquitas, et usura, et dolus in plateis eorum[7]. » Qui igitur hanc civitatem habebat, emisit hominem in villam suam ut pasceret porcos. Fortasse per porcos abominandæ et rabidæ luxuriæ passio innuitur : in qua porcorum more volutantur, qui huic spurco dæmoni parent. Hujus vero turpis dæmonis agros intellige homines carnis suæ amatores, et voluptatibus deditos. Optime porro lasciviæ vitium similitudine porcorum adumbravit. Voluptas enim veluti circæo in poculo miscens potionem suam, et stultorum mentem ad vitam similem vitæ porcorum traducens, eos in servitutem redigit suam. Et sicuti porcorum oculi ad ima suapte natura conversi nihil admirabilium, cœlestium rerum percipiunt, ita ad hæc vitia detractus animus rerum intelligibilium pulchritudinem non sentit. Cum vero multæ sint **106** passiones, quæ rationem humanam oppugnant, nullam profecto tantam vim habet alia, ut cum hoc voluptatis morbo æquiparari queat. Pecudes enim revera homines facit, suum more, fœditate illa gloriantes; ut etiam sordibus ipsis satiari usque concupiscant.

« Cupiebat enim, inquit, satiari ventrem suum de siliquis quas porci comedebant, ac nemo illi dabat. » Ille igitur ex ætate et sensu adolescentior tantum et subulci ministerio lucratus est, ut fame angeretur, et porcorum pabulo expleri percuperet. Hæc sunt amatorum nequitiæ præmia : hisce donis assectatores suos remuneratur voluptas; tales honores dæmonum solent esse. Qui enim temperate

A συνέσεως, καὶ ὅσα ὁ μέγας Ἡσαΐας ἠρίθμησεν, οὕτως οἱ τοῦ Θεοῦ ἀντίπαλοι τοῖς ἐναντίοις τετάχαται, ὡς ἄλλον μὲν εἶναι τὸν δαίμονα τοῦ θυμοῦ, ἄλλον δὲ τῆς φιλοδοξίας, ἕτερον τῆς φιλαργυρίας, καὶ ἄλλον τοῦ φθόνου, καὶ ἄλλον ἄλλου, τοῦ μίσους τῆς ἀκολασίας, τῆς ὕβρεως, τῆς ἀκηδίας, καὶ τῶν παθῶν ἕκαστον ἐφευρετὴν ἴδιον κέκτηκε, καὶ τοῖς ἀνθρώποις σύμβουλον πονηρόν, ὡς πολίτας λέγεσθαι τῶν παθῶν τοὺς τούτων δημιουργούς. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς, ὡς ἀποσκιρτήσας ἐκεῖνος ὁ νέος ἑνὶ ἐκολλήθη τῶν πολιτῶν, τοῦτο δηλοῦσθαι κατάμαθε, ὡς ἑνὶ τῶν δαιμονιωδῶν παθῶν λάτρης καὶ ὑποχείριος γέγονεν. Εἰ δὲ καὶ τὴν πόλιν ζητεῖς μαθεῖν, ἧς πολιοῦχος ἦν ὁ μισθωσάμενος τὸν νέον συοβωτεῖν, διδάξει σε ὁ ψαλμὸς, τὴν πόλιν λέγων ἐκείνην τὴν B ἐκ τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων συνῳκισμένην. « Εἶδον ἀνομίαν ἐν τῇ πόλει καὶ ἀντιλογίαν, καὶ ἀνομία καὶ κόπος ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἀδικία, καὶ τόκος, καὶ δόλος ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς. » Ὁ γοῦν τὴν τοιαύτην πόλιν οἰκῶν ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ βόσκειν χοίρους. Τάχα διὰ τῶν χοίρων τὸ τῆς βδελυρᾶς καὶ λυσσώδους ἀκολασίας πάθος ἠνίξατο, ᾧ χοιρηδὸν ἐγκαλινδοῦνται οἱ τῷ μιαρῷ πειθόμενοι δαίμονι. Ἀγροὺς δὲ νοήσεις τοῦ βδελυροῦ τούτου δαίμονος τοὺς φιλοσάρκους, καὶ φιληδόνους. Ἄριστα δὲ τὸ τῆς ἀκολασίας πάθος τοῖς χοίροις παρείκασεν· ἡ γὰρ ἡδονὴ καθάπερ κιρκαίῳ κρατῆρι τὸν ἑαυτοῦ κυκεῶνα κεράσασα, καὶ τὸν τῶν ἀφρόνων νοῦν πρὸς τὴν χοιρώδη ζωὴν μεταμείδουσα, C λάτρας ἑαυτῆς τίθησι· καὶ ὥσπερ οἱ τῶν συῶν ὀφθαλμοὶ εἰς τὸ κάτω παρὰ τῆς φύσεως ἐστραμμένοι τῶν οὐρανίων θαυμάτων ἀπείρως ἔχουσιν, οὕτως ἡ πρὸς τὰ πάθη κατασπασθεῖσα ψυχὴ πρὸς τὸ νοητὸν κάλλος ἀναισθητεῖ. Πολλῶν δὲ ὄντων παθῶν, ἃ τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων καταγωνίζεται, οὐδεμίαν καθ' ἡμῶν ἰσχὺν ἕτερον πάθος ἔχει, ὡς πρὸς τὴν νόσον τῆς ἡδονῆς ἐξισάζεσθαι. Βοσκήματα γὰρ ἀληθῶς τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖ τῇ ἀτιμίᾳ δίκην συῶν ἐκπομπεύοντας, ὡς ἀεὶ ἐπιθυμεῖν κορέννυσθαι τοῦ μιάσματος.

« Ἐπεθύμει γάρ, φησὶ, γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ. » Ὁ μὲν οὖν νεώτερος κατὰ τὴν γένεσιν καὶ τὴν φρόνησιν τοσοῦτον ἀπώνατο ἐκ τοῦ συβώτης γενέσθαι, ὅσον ἄγχεσθαι τοῦ λιμοῦ, καὶ D ἐμείρεσθαι τῆς χοιρώδους ἐμπλησθῆναι τροφῆς. Τοιαῦτα τῶν ἐραστῶν τῆς κακίας τὰ ἔπαθλα· τοιούτοις δώροις δεξιοῦται ἡ ἡδονὴ τοὺς ἑπομένους αὐτῇ·

[7] Psal. LIV, 10, 11, 12.

Francisci Scorsi notæ.

(95) *Præfecti sunt vitiis.* Quod dæmones distributa habeant ministeria ratione personarum et nationum quibus impugnandis præfecti sint, probabile videtur theologis etiam scholasticis cum Magistro in II, dist. 6, et illud insinuat D. Thomas I part. quæst. 106, art. 1, his verbis : *Deputant sibi ministros ad hominum impugnationem, sicuti et angeli Deo ministrant ad hominum salutem.* Quod vero etiam dispertita habeant vitia, et peccata ad quæ sollicitent homines, ut alius dæmon sit alius potissimum impulsor, id etiam probabilitate non caret, et gravi Patrum auctoritate nititur, ut ait Suarius, lib. VIII *De angelis*, cap. 21, n. 28. Patres porro ipse citat Origenem, abbatem Serenum apud Cassianum, Hieronymum multis locis id asserentem, magistrum Guillelmum Paris., et alios quos lege apud ipsum Suar., in quorum numerum Theophanes noster venit qui dæmonem æmulandi Dei studio id conari dicit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοιαῦται πεφύκασιν αἱ τῶν δαιμόνων τιμαί. Τῷ μὲν γὰρ σωφρονοῦντι, καὶ λογισμῷ γενναίῳ τῶν παθῶν κατευμεγεθοῦντι, ῥαγδαῖον ἐπιφέρουσι πόλεμον, πανταχόθεν περιιστῶντες τὰ θέλγητρα, μέλιτι τὸ δηλητήριον παραρτύοντες, καὶ χρυσαῖς φιάλαις κιρνῶντες τὸν θάνατον. Ἐπειδὰν δὲ εἴσω παγίδος συσχῶσι τὸ θήραμα, καὶ τὴν ψυχὴν ἐν ἕξει τοῦ κακοῦ δουλαγωγήσωσι, τότε δὴ τότε δυσχερῆ ποιοῦσι τῶν κακῶν, τὴν ἀπόλαυσιν, ὡς ἂν διακαῶς ἔχοιεν πρὸς αὐτὰς, τῷ τῆς ἐπιθυμίας οἴστρῳ νυττόμενοι· κατὰ τὰς δεινὰς τῶν ἑταιρίδων, αἳ μέχρι τότε τοὺς νέους ἀγρεύουσι νεύμασι, καὶ λυγίσμασι, καὶ καγχάσμασι, καὶ συνθήμασιν, ἕως ἂν ἅψωσι τῆς ἐπιθυμίας τὸ πῦρ. Εἶτα μεταβάλλουσαι ἀκκίζονται, τοὺς ἐραστὰς ὑποκνίζουσαι. Διὰ τί δὲ τῶν κερατίων μόνον, καὶ οὐκ ἄλλου καρποῦ ἐμνημόνευσε; Τάχα τὴν ἐγχώριον συνήθειαν τῶν κατὰ Φοινίκην συοτροφιῶν ἡ λέξις ἐδήλωσεν. Ὡς γὰρ παρ' ἡμῖν ἐκ τῶν βαλάνων οἱ χοῖροι, οὕτως παρ' αὐτοῖς ἐκ τῶν κερατίων ἐκτρέφονται. Πλὴν ὅτι καὶ παραφερὴς ὁ καρπὸς οὗτος τῇ βδελυρᾷ ἡδονῇ. Τὰ μὲν γὰρ λοιπὰ καρποφόρα φυτὰ ἐν τοῖς νεοβλάστοις τῶν κλάδων καὶ τοῖς ἀκρέμοσι βλαστάνει τὸ ἄνθος καὶ τὸν καρπόν· τουτὶ δὲ τὸ δένδρον ἐν αὐτῷ τῷ πρέμνῳ τοῦ καρποῦ ποιεῖται τὴν βλάστησιν, μικρὰν μὲν γλυκύτητα φέρουσαν, πολὺ δὲ τὸ ἀχυρῶδες καὶ ἄτροφον ἔχουσαν. Σαφὴς δὲ πάντως ἡ πρὸς τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν τούτων ὁμοίωσις, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος, ὡς « Πᾶσα ἁμαρτία ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν, ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. » Οἱ γὰρ πρὸς τὴν λυσσώδη μίξιν ἐρεθισμοὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος πᾶν τὸ γόνιμον τοῦ αἵματος καὶ μυελώδες ἐξοίστρουσι· καὶ οὕτως ὁ τοῦ δένδρου τῆς ἁμαρτίας καρπὸς ἐκ

A se gerit, et suis passionibus generoso animo dominatur, ei horrendum inferunt bellum, undique objicientes illecebras, venenum melle condientes, et aureis phialis mortem infundentes. Ubi vero intra retia continuerint prædam, et peccandi consuetudine redegerint animam in servitutem; tunc sane, tunc difficilem reddunt malarum voluptatum usuram, ut œstro concupiscentiæ stimulati ardentissime illas appetant, sicuti callidæ meretriculæ assolent, quæ adolescentes nutibus et verborum lenociniis, et cachinnis, et pactionibus venantur, usquedum implicent cupiditatis ignem: mutata deinde ratione amatores fastidiose repudiant (96), eoque magis irritant. Quid vero est, quod siliquarum duntaxat, non autem alterius fructus mentionem fecit peculiarem? Fortasse consuetudinem pascendi in Palæstina porcos significavit hic sermo; ut enim apud nos glande, sic apud ipsos siliquis sues aluntur (97). Verum amen etiam fructus iste cum detestabili voluptate similitudinem habet. Etenim cæteræ plantæ fructiferæ in surculis recens natis, et in grandioribus ramis (98) florem et fructum emittunt: hæc vero arbor in ipso trunco (99) germen fructus educit, qui parum sane dulcedinis (1) continet, plurimum vero acerum (2) expertium alimenti. Præclare vero cum his omnibus intemperantia voluptatis convenit, cum dicat Apostolus, quod « Omne peccatum extra corpus est; fornicator vero peccat in corpus suum [8]. » Rabida enim ad coitum irritamenta ex ipso corpore quidquid est genitalis seminis, ac medullæ similis **107** extrahunt; atque ita hic arboris peccati fructus quasi ex trunco quodam corporis germinat, et parum quidem voluptatis præbet,

[8] I Cor. vi, 17.

Francisci Scorsi notæ.

(96) *Fastidiose repudiant.* ἀκκίζονται habet Græcus auctor. Quid autem sit ἀκκίζεσθαι et quæ origo adagionis hujus luculenter explicat Paulus Manutius in Adagiis; eo usus est M. Tullius, *Ad Atticum*, lib. II: *Hoc opinor certi sumus, periisse omnia, quid enim* ἀκκιζόμεθα *tandiu?* Id est quid dissimulamus. Unde intelligas cum Theophanes de meretriculis ait ἀκκίζεσθαι significare eas simulato quodam fastu, seu fastidio amatores suos repudiare, ut magis eos in amorem inducant et incendant. Hoc more utitur dæmon, ubi animum hominum in cupidinem malarum voluptatum illexerit, et irretierit, earum usuram difficilem reddit, nec copiam fruendi facit.

(97) *Siliquis sues aluntur.* Siliqua commune vocabulum folliculum, seu integumentum, quo grana leguminum claûduntur, significat; sed et proprium ejus arboris, quam κερατωνίαν Græci, quasi cornutam siliquam, cujus fructus κεράτια eadem ratione appellati sunt. Porro sanctum Lucam hoc cap. XV, cum κεράτια vocet ea quibus prodigus filius vescebatur, de hujusmodi fructibus quos siliquas vertit interpres Latinus propria notione agere constantissime Maldonatus noster affirmat; porcis enim eas vescendas dari non solum hominibus usui esse, in calidioribus præsertim regionibus, ubi magna eorum copia, sicuti alibi glandes. Id quod de Nicea et maris Ligustici accolis etiam testatur Ricilius, in *Hist. plant.* De his igitur etiam noster intelligit, in eisdemque tropologicam persequitur rationem. Quæ enim de earum natura affert, consona sunt iis quæ scriptores naturalium rerum docent; quæ nos breviter adnotasse ad illustrandum doctum hunc Patrem non pigebit, nec pœnitebit. Vide Notas sequentes.

(98) *Et in grandioribus ramis*, καὶ τοῖς ἀκρέμοσι, proprie grandis ramus ἀκρέμων· quamvis etiam virgultum quandoque significat Phavorinus ubi partes arboris exsignat. Δένδρου τὸ μὲν λέγεται ῥίζα· τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ στέλεχος, τὸ δὲ τεμνόμενον ἐκ τούτου εἰς πλείονα ἀκρέμονες. Quid apertius? Nam κλάδος dicitur tenerior ramus seu summum flagellum ἀπὸ τοῦ κλάζειν, *frangere*; fragilis quippe magis.

A duci intelligentiam nesciat, si tamen eam non obiter legerit? Nam cum plueret Deus manna in deserto filiis Israel, et unusquisque divini cibi mensuram ex eo colligeret, nemo in crastinum reponebat. Si quis vero per dolum aliquid ex eo in diem proximum reservasset, inutile ad esum erat, et in vermium materiam vertebatur. Quod in Parasceve solum propter operum cessationem asservabatur in Sabbatum, manebat incorruptum, ut nihilo recente deterius (41), et uti repositum videretur [39]. Clamat igitur hæc adversus avaros historia, docetque quidquid ultra necessitatem circumfluit ob avaritiam, postero die, hoc est in futura vita, effici vermem ei qui reservavit: per quem sane vermem intelligis illum omnino, qui nunquam moritur, qui per avaritiam progenitus est. Quod vero id quod reponebatur in Sabbatum ad eum diem modo sufficeret, neque putresceret, hoc tibi consilii suadere videtur, tunc esse utendum iis quæ possidendi studio atque industria coacervata fuerint, cum ea corruptio non attinget. Tunc constitutam utilitatem (42), cum videlicet exacta Parasceve hujus vitæ, vacuitatem operum in altera nacti fuerimus. Hæc enim vita præparatio quædam est **124** ad sabbatismum illum, ad quem commeatum in illa vita utendum instruimus. Ibi enim cum fuerimus, ab omnibus hujus vitæ studiis negotiisque vacui agemus, percipientes eorum quæ hic jecerimus, seminum fructus: et quidem incorruptos, si per eleemosynam condiderimus illic thesauros, et divitias in æterna domicilia per manus pauperum præmiserimus, ubi nulla erit ærugo, vel tinea, neque grassator accedit, aut fur: corruptioni vero obnoxios, si tam bonam mercaturam exercere destiterimus. Sic igitur cum veteri historia concinit Evangelium, quoniam non eas solum divitias, quæ in pecunia continentur, sed eas etiam quæ in virtute vel vitio, quasi thesauros aggerimus. Alio præterea modo thesauri nomen accipiendum; sed prius verba resumamus.

B

C

« Μὴ θησαυρίζετε ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι· θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανοῖς. » Γῆ μὲν ἡ σὰρξ τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶν, ὡς ὁ σοφὸς εἶπε Μάξιμος, ἡ τὰς τῆς κατάρας ἀκάνθας

« Nolite thesaurizare vobis thesauros in terrâ, ubi ærugo ac tinea demolitur, et ubi fures effodiunt ac furantur: thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo. » Terra quidem est hominis caro, ut sapiens

D Maximus dixit, quæ spinis maledictionis silvescit

[39] Exod. xvi, 19-22.

Francisci Scorsi notæ.

præclare tractat Gregorius Nyss. *De vita Mosæ*; ex quo mutuatus est noster, ut plerumque assolet, verbis sæpe iisdem, quæ ideo non transcribenda duco. Legat qui volet apud ipsum.

(41) *Ut nihilo recente deterius.* Ὡς κατ' οὐδὲν τοῦ προσφάτου νεαρώτερον. Sic habet P. Sed sensum auctoris melius exprimit vox ἐωλότερον quæ est in Gall. c. quæ proprie de cibis frigidis et repositis in crastinum diem dicitur quasi πρὸς τὴν ἕω λειπόμενον. Etymol. magnum ἔωλος ὁ χθεσινός. Παρὰ τὴν ἕω τὴν ἡμέραν γίνεται ἔωλος. Vide et aliam notationem apud ipsum, et A. Gellium, qui hanc vim enucleatius explicat. Tullius lib. IX *Epist.* ad epistolam transtulit id verbi: *Et si erat* ἔωλος, *illa epistola, præsertim tamis postea novis rebus allatis; tamen perire meam lucubrationem nolui.* Paulo post in P. deest vox τοῖς πλεονέκταις, quæ reposita ex G. in quo tamen etiam omissa sunt post vocem διὰ τὴν τοῦ Σαββάτου, illa sane necessaria ἀπραξίαν τὸ ταμιευθὲν ἔμεινεν ἀδιάφθορον, exinde sequuntur hæc ὡς κατ' οὐδὲν τοῦ προσφάτου δοκεῖν ἐωλότερον. Itaque ex utroque cod. semper studui veram integramque lectionem et auctoris mentem elicere, et quandoque quidem ex P. C. correxi Gal., sed sæpissime ex hoc illum. Nam ut alias admonui, C. G. in sententiis perfectior et plenior: in ὀρθογραφίᾳ seu re grammatica mendis plenus.

(42) *Tunc constitutam utilitatem.* Τότε καθιστάμενον χρήσιμον deerat in P. C.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

atque luxuriat; congestæ vero divitiæ uniuscujusque sunt opera, quæ si Deo accepta ac placita fuerint, thesaurizantur in cœlo : si vero odiosa et exsecranda, in carne velut in terra defodiuntur. « Qui enim seminat in spiritu, inquit Apostolus, de spiritu metet vitam æternam; qui autem seminat in carne, de carne metet corruptionem [39]. » Ærugo autem, et tinea, et fur ille est, qui ad animarum nostrarum perniciem multimodis malitiam suam exercet, qui cogitationibus hominum quasi tinea innascens, in qua parte animæ (43), inhæret, eam depravat, et qua corrodendi demoliendique facultate valet, irrepens corrumpit ea quæ reposita sunt. Si vero interna bene se habent et in tuto sunt, tunc furandi vafritiem exserit, per externas tentationes insidians. Vel enim per voluptatem (44), quasi perfosso pariete thesaurum cordis invadit, vel per alium animi morbum virtute evacuat loculos animæ, ira, vel cupiditate, vel alia simili perturbatione surripiens rationem. In ea vero vita, quæ degitur in cœlo, neque æruginem, neque tineam exsistere, et cessare furis insidias Dominus dicit : atque adeo illuc potius transferendam mercaturæ rationem, **125** in qua quidquid congestum fuerit intactum semper et integrum (45) manet; atque instar seminum multiplicatur (46), ut non modo depositum iis qui crediderint, reddat; sed et responsionem ipsam plurimum adaugeat. Erogemus igitur, dilectissimi, pro sua quisque facultate, bona nostra, et in cœlestes ea thesauros conferamus exspectantes, juxta Domini promissionem, dum restituantur nobis magna pro parvis, et terrena cœlestibus, sempiternis fluxa hæc et caduca permutentur, de quibus Scriptura divinitus inspirata testatur : « Quod nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se [40]. » Quibus utinam perfruamur omnes gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

A ὑλομανήσασα· πλοῦτος δὲ θησαυριζόμενος, τὰ ἑκάστου ἔργα, ἅπερ εἰ μὲν εἴεν Θεοφιλῆ καὶ ἀνδάνοντα τῷ Θεῷ, ἐν οὐρανοῖς θησαυρίζονται. Εἰ δὲ κατεστυγμένα καὶ βδελυρὰ, ἐν τῇ γῇ τῆς σαρκὸς κατορύττεται. « Ὁ γὰρ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. » Σὴς δὲ, καὶ βρῶσις, καὶ κλέπτης ἐστὶν, ὁ ἐπὶ λύμῃ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν πολυειδῶς τὴν ἑαυτοῦ κακίαν κατὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐνεργῶν, ὃς ταῖς τῶν ἀνθρώπων διανοίαις σητὸς τρόπον τικτόμενος, ἀχρειοῖ τὸ μέρος, εἰς ὅπερ ἂν ἐμφυῇ διὰ τῆς βρωτικῆς καὶ ἀφανιστικῆς δυνάμεως μεθέρπων, διαφθείρει τὰ παρακείμενα. Εἰ δὲ τὰ ἐντὸς ἀσφαλῶς ἔχει, τότε τὴν κλεπτικὴν πανουργίαν ἐνδείκνυται, ἐπιβουλεύων διὰ τῶν ἔξωθεν περιστάσεων. B Ἢ γὰρ δι' ἡδονῆς τὸν θησαυρὸν τῆς καρδίας ἐτοιχωρύχησεν, ἢ δ.' ἑτέρου πάθους κενὸν τῆς ἀρετῆς τὸ τῆς ψυχῆς ὀχεῖον ἐποίησεν, θυμῷ, ἢ λύπῃ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ πάθει τὸν λογισμὸν ὑποκλέψας. Ἐν μέντοι τῇ ἄνω ζωῇ, οὔτε σῆτά φησιν ὁ Κύριος οὔτε βρῶσιν ἐγγίνεσθαι, καὶ τοῦ κλέπτου δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἀπρακτεῖν. Διὸ μᾶλλον ἐκεῖ μεταστρεπτέον τὴν ἐμπορίαν, ἐν ᾗ καὶ τὸ θησαυρισθὲν ἀσυλόν τε καὶ ἀμείωτον ἐς ἀεὶ παραμένει, καὶ σπερμάτων δίκην πολλαπλάσιον, ὡς οὔτε μόνην τὴν παραθήκην τοῖς προδεδωκόσιν ἀντιχαρίζεσθαι, ἀλλὰ κατὰ πολὺ μεγαλύνεσθαι τὴν ἀντίδοσιν. Δῶμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἕκαστος τοῖς ἄνωθεν θησαυροῖς συνεισφέροντες, καὶ ἀναμένοντες κατὰ τὴν C Δεσποτικὴν ἐπαγγελίαν, μεγάλα τῶν μικρῶν ἀντιλαλάξασθαι, οὐράνια τῶν γηΐνων, καὶ ἀΐδια τῶν ὠκυμόρων ἀμείβοντες· περὶ ὧν ἡ θεόπνευστος διδάσκει Γραφὴ, ὅτι « Οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Ὧν ἐν ἀπολαύσει πάντες γενοίμεθα χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[39] Galat. VI, 6. [40] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(43) *In qua parte animæ.* Integra et plena sententia est, quam edidimus subsidio cod. G. Nam in P. hæc non solum sententia, sed tota fere homilia decurtata est, ut multis supra notavi. Ad hanc sententiam deerant hæc, ἀχρειοῖ τὸ μέρος; εἰς ὅπερ ἂν ἐμφυῇ, et præterea duo illa καὶ ἀφανιστ. et μεθέρπων, quibus loco positis et ordinatis, ut vides in nostra editione, quam uberior et illustrior sit sensus, animadvertis.

(44) *Vel enim per voluptatem.* Cod. P. : Διὰ γὰρ ἡδονῆς τὸν τῆς καρδίας τοῖχον διώρυξεν, ἢ δι' ἑτέρου πάθους τὸν τῆς ἀρετῆς θησαυρὸν ἐκ τοῦ τῆς ψυχῆς δοχείου ἐσύλησεν· ἐν μέντοι τῇ ἄνω ζωῇ, etc. Quæ si conferat lector cum iis quæ restituimus ex cod. G. intelliget, illa P. C. fuisse ex industria contracta et concisa.

(45) *Et integrum.* Ἀσύλωτον καὶ ἀμείωτον in cod. G. quorum unum ἀμείωτον deest in P.

(46) *Multi, locatur.* Hanc sententiam integritati suæ restitui ex duplici lectione, emendata tamen, additaque particula aliqua; nam P. sic habet : Καὶ σπερμάτων δίκην πολλαπλασίονα ἐργάζεται τὴν αὔξησιν, Gall. καὶ σπερμάτων δίκην πολλὰ πλασίονα ὄντα μόνην τὴν παραθήκην τοῖς προσδεδωκόσιν ἀντιχαρίζεσθαι, ἀλλὰ πολὺ μεγαλύνεσθαι τὴν ἀντίδοσιν. Quis non videt eumdem locum male habitum in utroque cod. et in uno fuisse contractum in breviora, in altero scriptura depravatum? Restitui igitur locum sic emendatis in Gall. πολλὰ πλασίον in πολλαπλάσιον et ex ὄντα facto οὔτε, addita tamen ex mea conjectura particula ὡς Græcis familiari cum infinitis sequentibus ἀντιχαρίζεσθαι et μεγαλύνεσθαι. Ita ut sit sensus, mercaturam nostram, si transferatur in cœlum, sementis ritu multiplicari, ut non modo depositum reddat, sed et largo auctum fœnore retribuat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΟΜΙΛΙΑ Κ'.

Τῇ Κυριακῇ τῆς Ὀρθοδοξίας, περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων.

Λαμπρὰ ἑορτὴ, καὶ πανήγυρις ἐπέστη σήμερον τοῖς φιλεόρτοις ὑμῖν, τῆς τῶν σεβασμίων εἰκόνων προσκυνήσεως τὰ ἐγκαίνια. Διὸ πᾶσα ἡ πληθὺς τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ ἐνταῦθα συνελήλυθε πνευματικῆς εὐφροσύνης ἐπαπολαύουσα. Κἂν γοῦν οὐ συγχωρεῖ τοῦ σώματος ἡ ἀσθένεια ἱκανῶς τὰ τῆς διδασκαλίας ἀφοσιώσασθαι, τὸ γοῦν μετρίως εἰπεῖν μὴ ὀκνήσωμεν, ἵνα μὴ τοὺς συνειλεγμένους τῇ τελείᾳ σιγῇ ἀνιάσωμεν. Ἔσται δὲ ὁ λόγος διηγηματικὸς, σαφηνίζων ἐν ἁπλῷ καὶ ἀκατασκευάστῳ διηγήματι, ἐκ ποίας λαβῆς ἡ τῆς ἑορτῆς ταύτης συνέστη ἀρχή.

A

HOMILIA XX.

Dominica Orthodoxiæ (47), *de sanctis imaginibus.*

Præclara diei festi celebritas instat hodie religionis amantibus vobis, qua venerandarum imaginum adorationis recoluntur encæniæ. Ideoque omnis Christiani populi multitudo huc congregata est spiritualem lætitiam perceptura. Et si igitur corporis imbecillitas (48) non permittat, quantum satis est, sermonis officio defungi, modica tamen dicere non pigebit : ne si omnino sileamus, mœstitia afficiamus eos, qui convenerunt. Erit igitur historicus sermo explicans simplici et extemporali narratione qua occasione ab initio sit institutum.

Francisci Scorsi notæ.

(47) *Dominica Orthodoxiæ.* Sic inscribitur hæc homilia in omnibus mss. V. duobus. G. tribus, et P. In eo vero quod in cœnobio Folientinorum in Gallia asservatur, eadem est, sed amplior paulo epigraphe : Τῇ Κυριακῇ τῆς Συνάξεως Ὀρθοδοξίας περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεβασμίων εἰκόνων· *Dominica Synaxeos Orthodoxiæ de sanctis et venerandis imaginibus.* Sic dicta est hæc Dominica; quia in ea instituta celebris memoriæ restitutæ venerationis sanctarum imaginum orthodoxis per concilium generale VII. Id habes ex Baronio anno Christi 842 : *Haud satis visum Ecclesiæ Orientali pro tot tantisque a Deo beneficiis consecutis in restitutione sacrarum imaginum unica tantum celebritate immensitatem, quam deberet gratiarum actionis explere. Quamobrem sacro antistite una cum collegis episcopis Methodio decernente, statutum fuit ut annua die, eadem prima Dominica Quadragesimæ perpetua memoria tanti beneficii coleretur recoleturque in ea cum ingenti gratiarum actione restitutus in Oriente sacer cultus imaginum : quæ tanta celebritas pietatis hactenus apud eos feliciter perseverat.* Hæc Baronius, qui post sacra duo cantica, et sermonem in eadem Græcorum Ecclesia ex eo tempore recitari cœptum, subjunxit hunc alterum nostri Theophanis, his verbis : *Hactenus sermo annis singulis dicta die in Ecclesia recitari solitus : cui subjungimus alium ejusdem argumenti eadem pariter die ab archiepiscopo Tauromeniæ Theophane ad populum dictum*, etc. Habuit hunc sermonem Baronius ex *Hoplotheca* mss. Franciscì Turriani soc. Jesu, qui eum Latinum fecit, nisi quod aliquot verba Græca hinc inde, et duas tresve periodos intactas reliquit : sed perfecit qui ultimam apposuit manum Jacobus Sirmundus ejusdem soc. professor. Ita ibidem testatur idem Annalium scriptor. Verum uterque ἀκέφαλον, καὶ ἀτέλειον sine Proœmio, et peroratione veluti areopagitico more, argumento, seu corpore sermonis solum contenti. Nos eum, ut accepimus ex P. nostro, et C. c. omnibus numeris absolutum edidimus. Et quidem quidquid ubique sermonis hujus exstat impressum, cum nostris exemplaribus studiose contulimus. Ex qua collatione si quid erit varians suis locis adnotabimus. Nunc redeo ad epigraphen, quæ eadem habetur in typico S. Sabæ cap. 42; cujus titulus est : Διατάξις τῆς πρώτης Κυριακῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν, ἤτοι τῆς Ὀρθοδοξίας· *Dispositio, seu ordo primæ Dominicæ sanctorum jejuniorum, vel Orthodoxiæ.* Prima vero verba capitis sunt hæc : Τῇ κυριακῇ τῆς Ὀρθοδοξίας. Ab hac itaque inscribendi formula, quod esset legitima, recedere nolui, non modo in Græca, sed ne in Latina quidem lingua; in qua vocem ipsam Orthodoxiæ posui, quod et hic, et aliis locis facilitatum a Gretsero viro longe doctissimo animadverto in comment. in Codinum Curopal. cap. 10, lib. III, ex quo excerpsi hæc etiam ex Philothæi patriarchæ Constant. sermone eodem die primo Quadrag. dicto, qui breviter causam hujus appellationis ipso narrat initio : Τῇ κυριακῇ ταύτῃ, καὶ πρώτῃ τῶν Νηστειῶν ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία ἑορτάζειν παρέβαλε τὴν Ὀρθοδοξίαν, ἤτοι τὴν ἀναστήλωσιν τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων γενομένην παρὰ Μιχαὴλ βασιλέως, καὶ Θεοδώρας τῆς τούτου μητρὸς, καὶ μακαρίας βασιλίδος, καὶ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. *Dominicæ ista, et prima Jejuniorum celebrare solet Christi Ecclesia Orthodoxiam, sive restitutionem venerabilium, et sacrarum imaginum factam ab imperatore Michaele, et Theodora matre ejus beata imperatrice, et S. Methodio patriarcha Constantinopoleos.* Hæc ex Philotheo. Habes idem ex typico S. Sabæ ritum hujus diei festi. Λιτανεύομεν κοινῶς, inquit, cap. dicto, μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ σταυροῦ ξύλων, καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Supplicationem in communi instituimus cum sacrosanctis crucis lignis, et venerandis imaginibus.* Legebatur etiam eodem die decretum concilii secundi Nicæni œcumenici VII, de quo paulo supra memini, de imaginibus reparandis, retinendis et honorandis, stante imperatore ex eodem typico, et Gretsero, dicto loco. Cæterum ex hac nostra homiliæ hujus editione magis, magisque risum debebit Junius ille Calvinicola scholiastes Curopalatæ, quem refellit egregie Gretserus noster; negatur enim ille Dominicam Orthodoxiæ aut junctam, aut certe proximam esse Pentecostæ. Λῆρος, ac gerræ meræ, non enim solum ex ordine ipso homiliarum, in quo hæc Dominica in omnibus omnino mss. recensetur post τὴν τοῦ τυροφάγου et ante secundam Quadragesimæ, ut ex homilia antecedente et sequente apparet; sed ex fine hujusce homiliæ, ubi episcopus, sumpta ex tempore occasione, sic suos adhortatur : Πρὸς τούτοις ἐπειδὴ ἐν τῷ καιρῷ γεγόναμεν τῶν ἱερῶν νηστειῶν, δράμωμεν πάντες πρὸς τὴν ἐξομολόγησιν· *Præterea quoniam sacri Jejunii tempus adest, ad confessionem festinemus omnes.* Atqui etiam obstrepet post Dominicam primam post Pentecostem instituunt Græci minorem Quadragesimam, seu jejunium usque ad festum SS. Apostolorum, nihil efficit; jugulabitur ab acerrimo telo seu potius opprimetur a calce ejusdem homiliæ : Οὕτω διέλθοιμεν ἀπροσκόπτως τὸν τῆς νηστείας καιρὸν, καὶ οὕτως ἀξιωθείημεν τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν ἰδεῖν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, etc. *Sic sine offensa tempus jejunii transigamus, atque ita digni, et idonei erimus videre vivificam resurrectionem Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi.* Quo de jejunio agatur in hac homilia certo certius est. Atque his ἐκ παρέργου adversus impium Calvinistam dictis pergamus ad notas.

(48) *Etsi igitur corporis imbecillitas.* Vide quæ ex his verbis observemus de Theophane, Proœm. III.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quoniam per ineffabilem divini Verbi incarnationem, prædicationemque apostolorum sublatus est idolorum cultus, cum victum se ferre non posset antiquus hostis Ecclesiæ adversus eam hæresum principes suscitavit, qui recta fidei dogmata everterent. Sed postquam hi etiam a sanctis Patribus variis synodis anathematizati rejectique sunt, aliud malum semen in Ecclesia disseminavit callidus inimicus, per speciem scilicet pietatis suggerens sanctarum **126** imaginum adorationem idololatriam esse censendam. Nanciscitur ergo ad eam rem idoneum instrumentum Leonem Isauricum (49), qui privatus homo initio fuerat. Sed cum in Hebræos magos aliquando obiter incidisset, edoctus ab iis est potiturum se Romanorum imperio, si jurejurando ipsis affirmaret venerabiles imagines, et statuas se de medio sublaturum. Quod cum fecisset, nec multo post thronum imperii tyrannus invasisset, perinde quasi vereretur ne perjurii reus esset, promissum celerrime præstare festinat, et bellum contra Ecclesiam atrocissimum movet. Et quidem in exsilium ejicit Germanum sanctissimum patriarcham (50), quod impio dogmati non consentiret; tum vero omnes sanctorum sacras imagines delet; earumque loco animalium rationis expertium (51), et ferarum effigies depingi jubet. Sed cum is impuram abrupisset vitam, filius ejus Constantinus Copronymus (52) imperio et impietati successit; ut recte quis diverit eum ex dracone serpentem (53). Hic vero, cum multo magis hæresim corroborasset (54), ad illa alterius vitæ (55) tribunalia

Ἐπειδὴ διὰ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐνανθρωπήσεως καὶ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἡ τῶν εἰδώλων κατηργήθη προσκύνησις, μὴ φέρων τὴν ἧτταν ὁ τῆς Ἐκκλησίας ἀρχῆθεν πολέμιος, ἐξήγειρε κατ' αὐτῆς τοὺς ἐξάρχους τῶν αἱρέσεων τὰ ὀρθὰ τῆς πίστεως διαστρέφοντας δόγματα. Ἀλλὰ καὶ τούτων ὑπὸ τῶν θεοφόρων Πατέρων διαφόροις συνόδοις ὑποβληθέντων τῷ ἀναθέματι, ἄλλο τῇ Ἐκκλησίᾳ ὁ παλαμναῖος ἐχθρὸς ἐπισπείρει ζιζάνιον· ἐν σχήματι δῆθεν εὐλαβείας ὑποθεὶς εἰδωλολατρείαν νομίζεσθαι τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκύνησιν. Εὑρίσκει οὖν ἐπὶ τοῦτο ἐπιτήδειον ὄργανον τὸν Ἴσαυρον Λέοντα, ὃς ἰδιώτης ἦν πρότερον, καὶ μάγοις Ἑβραίοις ἐντυχών ποτε κατὰ πάροδον, διδάσκεται παρ' αὐτῶν, ὡς ἐγκρατὴς ἔσται τῆς βασιλείας Ῥωμαίων, εἰ ὅρκοις αὐτὸν ἐμπεδώσῃ ἀφανίσαι τὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἱδρύματα. Ὁ δὴ πεποιηκὼς καὶ μετ' οὐ πολὺ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας ὁ τύραννος ἐπιβάς, καὶ ὥσπερ δεδιὼς μὴ ψευδορκήσας ἁμαρτάνων ὀφθῇ, ἐπισπεύδει γοργῶς τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ πόλεμον ἐγείρει κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τὸν χαλεπώτατον, ὑπερορίσας μὲν τὸν ἐν Πατριάρχαις ἀγιώτατον Γερμανὸν τῷ ἀσεβεῖ δόγματι μὴ πεισθέντα· ἀποξέει δὲ πάντα τὰ ἐν τοῖς θείοις ναοῖς ἱερὰ ἐκτυπώματα· καὶ ἀντ' ἐκείνων, ζώων ἀλόγων καὶ κνωδάλων τύπους κελεύσας ἐγγράφεσθαι. Τούτου δὲ τὴν μιαρὰν ψυχὴν διαῤῥήξαντος, διάδοχος τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἀσεβείας ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος γίνεται· ὡς ἄν τις εὐστόχως εἴποι, ὄφις ἐκ δράκοντος. Καὶ οὗτος δὲ ἐπὶ πλεῖστον κρατύνας τὴν αἵρεσιν, ᾤχετο πρὸς τὰ ἐκεῖθεν δικαιωτήρια, Λέοντα τὸν υἱὸν κληρο-

Francisci Scorsi notæ.

(49) *Leonem Isauricum.* Historiam proseminatæ hæreseos, et seriem Iconoclastarum imperat. breviter hoc sermone Theophanes perstringit. Sed eam leges longiorem apud Baronium, et Theophanem historicum aliosque apud ipsum, cum quibus convenit in re historica etiam noster Theophanes.

(50) *Germanum sanctissimum patriarcham.* Triennio post promulgatum nefarium edictum hunc acerrime constantissimeque sibi obsistentem Leo in exsilium ejicit. Ex Baron. an Leon. X modum etiam, et crudelitatem, qua pulsus est, attingit sanctus Joan. Damasc. orat. 3, *De imaginibus : Et nunc beatus Germanus alapis percussus, et in exsilium missus est, et complures alii Patres, quorum nomina nos ignoramus.* Vide etiam Acta S. Stephani Junioris per idem scripta tempus, et cum S. Damasc. operibus a Billio edita, ubi hæc leguntur : *Imperator milites gladiis accinctos mittit, qui sanctum virum contumeliose habitum, et plagis male multatum a throno exturbarent.* Aliter narrat hanc Germani depositionem Theophanes historicus, plane nimirum et ipso Germano postulante peractam : sed major habenda fides Damasceno qui ipso vivebat tempore et hæc scribebat, quam Theophani, quod et Baronius censet. Noster Theophanes de hac crudelitate nihil.

(51) *Animalium rationis expertium.* Hoc a Leonis filio nequiore impietatis hærede Copronymo factum narrat Theophanes historicus his verbis : *Quibus omnibus* (mysteriis scilicet Christi) *horrendum in modum abrasis, atque deletis ille perditionis filius Constant. imper. arborum species, atque omnis generis avium formas eorum loco supplendas curavit.* Idem a Theophilo Iconomachorum postremo factum affirmat Horat. Tursellinus in Epit. hist. his verbis : *Theophilus impietate certans cum patre sacras imagines pingi vetuit omnino : earum loco, pecudum, aviumque simulacra reponi jussit.*

(52) *Constantinus Copronymus.* De hoc Baronius ex Theophane historico, cujus hæc verba eadem fere quæ nostri Theophanis : *Similiter et Constantinus filius ejus imperii, et impietatis successor regnare cœpit.* Plura de hac bellua, et unde cognomen illi Copronymi vide apud relatos scriptores ; non est enim præsentis operis.

(53) *Ex dracone serpentem.* Formam adagii habet hoc dictum, cui simillimum, vel geminum illud alterum κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν· *mali corvi malum ovum.* Quod optime usurpatur, quoties a malo magistro discipulus malus, ex improba patre filius improbus, ex illaudata patria civis illaudatus exoritur. Historiam sive fabellam, unde adagium hoc originem habuit leges apud Paulum Manutium, qui alias etiam causas innuit naturales.

(54) *Hæresim corroborasset.* Vere ; nam nefarium conciliabulum congregavit trecentorum, et triginta octo episcoporum (vide cladem orientalis Ecclesiæ : tot enim imperio subacti episcopi in hæresim prolapsi sunt) quod et septimam synodum œcumenicam vocari jussit, ubi decretum factum contra sacras imagines, quod postmodum damnatum, et irritum declaratum a vera VII S. synodo œcumenica, Nicæna II, in qua et multi ex lapsis episcopis erroris sui pœnitentes restituti, et admissi. Consule de his Baronium et alios apud ipsum.

(55) *Alterius vitæ.* Etiam antequam impuram animam exhalaret, vim divini judicii, et ignis æterni sentire cœpit. Nam ex Theophane hist. Baronius

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νόμον καταλιπὼν τῶν σκήπτρων καὶ τῆς αἱρέσεως· A abiit; et Leonem filium sceptri et hæresis reliquit hæredem. Qui, avi sui impietatem æmulatus, studuit, ut ejus fautor etiam ferventior (56) videretur. Ubi vero Constantinus et Irene (57) imperium excepissent, rursus Ecclesia sanctarum imaginum decorem proprium recuperavit, et ab œcumenica synodo (58) rejecta impietas est, et subjecta anathemati. Reliqui vero pauci fuerunt, qui quasi indelebilem tincturam (59), impietatem occultam in animis habuerunt. Tres post orthodoxam Irenem subsecuti sunt imperatores : Nicephorus, Stauracius (60), et Michael cognomento Rangabes; et rursus hæresis initium sumpsit, et profecto redintegranda erat ab eo qui ferinum nomen idemque habebat ac prior; adeoque tyrannidem occupavit (61) Leo Armenius, B indignus qui purpuram imperatoris indueret. Hic a quodam pseudo-abbate (62), qui in domuncula et in erroris tenebris instar vespertilionis ætatem agens, sectam Iconomachorum colebat, deceptus, ac persuasum habens nisi funditus imagines tolleret, fore ut quam primum vitam cum imperio amitteret, impio consilio paret, et consopitam hæresis flammam rursus accendit. Et quidem **127** Nicephorum (63) sanctissimum patriarcham exsilio multat, quod in pietate constantissime permaneret, et perturbationibus implet universam Ecclesiam. Sed enim octavo suæ tyrannidis anno a Michaele Balbo (64) in ipsis sacri templi adytis interficitur.

Δ῾ Δ῾ Δ῾

Et tyrannus sane periit; hæresis viguit. Nam Michael malam majorum suorum victoriam vincere contendens in ea impietate ferventior exstitit. Moritur vero (65) etiam ipse, et impietatem, et superstitionem, et imperium Theophilo relinquit. Sed hic quoque etsi justitiam (66), ut si quis alius, sibi vindicaret, fuit tamen paternæ impietatis fervens amator; piam vero duxit uxorem. Hæc Theodora (67) fuit illa re vere digna quæ fama celebretur. Quæ ex naturæ lege cum imperatore communicabat, hæreseos tamen particeps non erat, ac dissimulabat quidem propter imperatoris crudelitatem; sed in arca (68) quadam sanctas imagines clausas habens, occulte eas colebat, et salutabat. Et evenit aliquando quiddam, quod con liendi sermonis gratia dicatur. Versabatur in regia fatuus quidam homo, ac deformis, et despicabili specie, qualem Thersitem describit Homerus. Stultiloquus præterea, et hæsitante lingua multa delirans. Alunt porro hujusmodi homines aulæ imperatorum, ut maximum mœstitiæ levamentum, et in conviviis oblectamentum; Benderum opinor (69), hunc appellabant, si tamen etiam nomen scire studetis. Hic cum in conclavia regia sine ulla cautione introire consuesset, quadam die suspenso ingreditur gradu, et deprehendit Theodoram Augustam sacras manibus tenentem imagines, easque multa cum reverentia, et fervente studio deosculantem. Cum igitur impudens ille in sacras effigies oculos defixisset, reginam scisitatus est, quid esset illud tandem, quod manibus gerens oscularetur. Illa vero simpliciter et jocose, Hæ sunt, inquit, pupæ meæ (70) bellæ. Egreditur

A

B

C

ναοῦ· καὶ ὁ μὲν τύραννος ᾤχετο, ἡ δὲ ἀσέβεια ἤκμαζεν. Ὁ γὰρ δὴ Μιχαὴλ τὴν φαύλην νίκην τῶν πρὸ αὐτοῦ νικῆσαι φιλονεικῶν, θερμότερος γίνεται. Τελευτᾷ δὲ καὶ αὐτὸς, τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν θρησκείαν τῷ υἱῷ Θεοφίλῳ καταλιπών. Ἀλλὰ καὶ οὗτος, εἰ καὶ τοῦ δικαίου εἴπερ τις ἄλλος ἀντείχετο, ἀλλὰ καὶ τῆς πατρικῆς ἀσεβείας διάπυρος ἦν ἐραστής. Ἠγάγετο οὖν γυναῖκα θεοφιλῆ· αὕτη δὲ ἦν Θεοδώρα ἡ τῷ ὄντι ἀοίδιμος· ἥτις ἐκοινώνει τῷ βασιλεῖ, νόμῳ τῆς φύσεως, οὐ μὴν μετεῖχε τῆς αἱρέσεως, ἀλλ' ὑπεκρίνετο μὲν διὰ τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀπήνειαν, ἐν κιβωτίῳ δέ τινι θείας εἰκόνας ἐγκρύπτουσα, λάθρα θεραπεύουσα κατησπάζετο. Καί ποτε γενέσθαι τι συνέβη τοιοῦτον· λεγέσθω γὰρ οἷον ἥδυσμα. Ἐτρέφετό τις ἐν τοῖς βασιλείοις παραπαίων ἀνὴρ, αἰσχρὸς τὴν μορφὴν καὶ ἀειδὴς, οἷον τὸν Θερσίτην παρίστησιν Ὅμηρος, ἀκαιροβόας ὤν, καὶ ὑποβατταρίζων τῇ γλώττῃ, καὶ παρακεκομμένα φθεγγόμενος. Τρέφουσι δὲ τοὺς τοιούτους αἱ βασιλικαὶ αὐλαὶ, ὡς τὰ μάλιστα λύπης παραψυχὴν καὶ πότοις ἥδυσμα. Βένδερον, οἶμαι, τοῦτον ὠνόμαζον, εἴπερ ὑμῖν μέλει καὶ τοῦ ὀνόματος. Οὗτος εἰωθὼς ἐν τοῖς βασιλικοῖς θαλάμοις ἀφυλάκτως εἰσέρχεσθαι, εἴσεισι κατὰ τὸ λεληθὸς ἐν μιᾷ, καὶ καταλαμβάνει τὴν Αὐγοῦσταν Θεοδώραν ἱερὰς εἰκόνας κρατοῦσαν ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ μετ' αἰδοῦς καὶ πόθου θερμοῦ κατασπαζομένην αὐτάς. Ἀτενίσας οὖν καὶ ὁ μολοβρὸς ἐκεῖνος τοῖς ἱεροῖς ἐκτυπώμασιν, ἤρετο τὴν βασιλίδα, τί ἂν εἴη, ἃ ταῖς χερσὶ κρατοῦσα φιλοῖη. Ἡ δὲ ἁπλοϊκῶς οὕτω καὶ παιδικῶς· Ταῦτά εἰσι τὰ καλά μου παιδία, φησίν. Ἐξεισιν εὐθὺς τοῦ θαλάμου ὁ εἰσεχθὴς, καὶ ἀπαγγέλλει ταῦτα τῷ βασιλεῖ· καὶ

Francisci Scorsi notæ.

contracta cum his mentito monachorum habitu sicas ferentibus imperatorem inter monachos sacros præcinentem hymnos in adytis templi, ubi se conabatur occulere, interficit. Curopal. in editione Banii desunt verba, quibus hunc modum interempti Leonis a Michaele auctor attingit: sed ea cum reperissem in utroque exemplari meo quo usus sum, reposui. Porro hic Michael Græce Traulus τραῦλος cui respondet Latinum cognomen Balbus dictus ab impedita et hæsitante lingua, sed non solum balbus, sed etiam bardus fuit, siquidem jumentorum ingenia, atque indolem nosse sibi pulchrum ratus tardissimo ipse ingenio erat, rudisque penitus litterarum: perinde ne pueros se doctiores cerneret, eruditi eos litteris vetuit.

(65) *Moritur vero.* Dysenteriæ morbo confectus cum annos novem, menses octo imperium tenuisset. Curopal. In cod. P. desunt hæc, quæ nemo non videt esse necessaria ad sententiæ consecutionem, quam tamen integram reddit G. Τελευτᾷ δὲ καὶ αὐτὸς, τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν θρησκείαν καὶ τὴν βασιλείαν, etc.

(66) *Etsi justitiam.* Id de Theophilo testatur etiam Curopal.: *Profitens*, inquit, *ille justitiam omnibus improbis terrori; bonis vero erat admirationi; illis quod improbos odisse, et justos videretur: his quod valde gravis, et austerus. Verum non licebat, eum ab omnibus prorsus malis purum esse; retinebat enim in Deum fidem; sed multo magis improba Iconomachorum secta a patre tradita deditus erat, pinmque, et sanctissimum populum vexabat, numquam ili per omne tempus imperii sui quiete concessa.* Hæc Curopal. quæ cum Theophane nostro

D

consentiunt. Plura apud ipsum historicum leges.

(67) *Hæc Theodora.* De hac præclarum est apud Baronium tom. IX, anno 864 elogium: decus eam, et ornamentum sanctarum feminarum vocat, de fide catholica optime meritam, unicum in Oriente exemplum egregiæ sanctitatis in fornace tribulationis diu excoctam, atque probatam, aurum purissimum redditam. Ad eam ex imperio pulsam a Theophilo impio filio, et in monasterium detrusam scripsit Nicolaus papa I, quam epistolam refert Baronius. Ejus dies Natalis celebratur a Græcis 11 Februarii, ut habet Martyrolog. Basilii imperatoris jussu editum.

(68) *Sed in arca.* Id faciebat Theodora, ex matris Theoctistæ piissimæ, et constantissimæ feminæ disciplina et exemplo, quæ imagines in arca repositas nepotibus suis Theodoræ filiis ori, et manibus ipsorum admovens identidem ostentabat, et ad ipsarum amorem eos provocabat, obsecrabatque ne molirentur, neve quod erant, feminæ permanerent; sed viros sese præstarent, et materna educatione digna cogitarent patris hæresim exsecrantes. Hæc ex Curopalate.

(69) *Benderum opinor.* Narrant hanc historiam pariter Curopalata, atque Cedrenus, et ex utroque Baronius anno 831, apud quos appellatur hic homo nanus, Danderus etiam vocatur, sed facilis mutatio τοῦ δ in β.

(70) *Pupæ meæ.* Hæc percontatio Morionis, responsioque Theodoræ abest ab utraque editione Latina hujus homiliæ, tum ea quæ apud Baronium, tum ea quæ apud Gretserum locis jam supra relatis impressa est fortassis ab eorum Græco exem-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὃς αὐτίκα ὑποτοπασας ὅπερ ἦν· καὶ γὰρ προενείχετο ὑπολήψει, ὡς ἡ μακαρία σέβοιτο τὰς θείας μορφάς· ἐμβριμησάμενος βαρύ τι καὶ θυμικὸν, ἀναθρώσκει τοῦ θρόνου, καὶ εἴσεισι πρὸς αὐτήν· καὶ ἐντυχὼν τοῦ θαλάμου ὑπεξιούσῃ αὐτῇ, ὕβρεσι πλύνει πολλαῖς, ἀσεβεστάτην ἀποκαλῶν, καὶ εἰδώλων θεράπαιναν, ἅ τῷ ὄντι ἀσεβὴς καὶ παράνομος. Ἀλλά μοι σκόπει τὸ συνετὸν τῆς μακαρίας, καὶ πρὸς τὴν ἀπόκρισιν ἕτοιμον. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν, γοργῶς ἅμα καὶ συνετῶς· Ἀκαίρως ὀργίζῃ καὶ μάτην, ὦ βασιλεῦ· τῷ γὰρ κατόπτρῳ συνήθως ἔτυχον ἀτενίζουσα, καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς κρήδεμνον δεσμοῦσα εὐσχημονέστερον. Τῷ γοῦν ἐσόπτρῳ ἐνατενίσας καὶ οὗτος ὁ βδελυρὸς, εἰκόνων τύπους ᾤετο καθορᾶν. Οὕτως ἡ μακαρία τὴν τοῦ βασιλέως ὑπόνοιαν ἀπεκρούσατο. Ἀλλὰ καὶ Θεόφιλος δυσεντερίᾳ ληφθεὶς, τῆς ἐνταῦθα μετέστη ζωῆς. Διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μιχαὴλ, ἔχων τὴν μητέρα Θεοδώραν συμβασιλεύουσαν. Ἥτις δὴ συναγείρει Πατέρων θεολήπτων χορὸν, ὑφ' ὧν τῶν μὲν εἰκονομάχων ἡ αἵρεσις καταβάλλεται καὶ ἀναθέματι ὑποβάλλεται· ἡ δὲ Ἐκκλησία τοὺς ἱεροὺς τύπους οἷά τινα κόσμον ἀποσυληθεῖσα πρότερον, ὥστε δοκεῖν αὐτὴν ἀποδύρεσθαι, καὶ τοὺς τῶν προφητῶν στεναγμοὺς κινεῖν εἰς συμπάθειαν. Ἐδόκει γὰρ ἡ τοῦ βασιλέως νύμφη τὰ τῆς ἐν τῷ Ἄσματι νύμφης ὀδυνηρῶς ἀποκλαίεσθαι· « Ἐπάταξάν με, ἐτραυμάτισάν με, ἦραν τὸ θέριστρόν μου ἀπ' ἐμοῦ οἱ φυλάσσοντες τὴν πόλιν· » βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς, οἱ ὀφείλοντες εἶναι τῆς πίστεως φύλακες.

A statim e thalamo deformis ille, et hæc imperatori renuntiat. Et is extemplo suspicatus id quod erat; nam jampridem etiam hanc hauserat opinionem, quod beata illa mulier sacras imagines coleret, graviter et iracunde fremens e throno prosilit, et ad ipsam vadit. Atque e conclavi egredientem offendens conviciis onerat **128** multis, impiissimam et famulam idolorum eam appellans, qui revera impius et nefarius homo erat. Sed considera mihi prudentiam beatæ illius imperatricis, et quam in promptu responsionem habuerit. Ait enim ad ipsum acriter simul et prudenter (71) : Importune et temere irasceris, imperator. In speculo enim (72), de more, me forte contemplabar, et vittam capitis decentius revinciebam. Cum igitur etiam in speculum hic impurus oculos conjecisset, imaginum formas se videre arbitratus est. Sic beata illa femina repulit opinionem imperatoris. Sed Theophilus dysenteria oppressus (73) ex hac vita migravit. Atque imperio succedit ejus filius Michael, Theodoram matrem imperii consortem habens. Hæc vero Patrum divinitus inspiratorum (74) congregavit cœtum, a quibus hæresis Iconomachorum rejicitur, et subjicitur anathemati. Atque Ecclesia, quæ sacris imaginibus tanquam ornatu quodam fuerat spoliata, ut quasi lamentari videretur, et ad sui commiserationem ciere illa suspiria prophetarum. Videbatur enim illa regis sponsa, ea quæ de Sponsa dicuntur in Canticis flebiliter deplorare : « Percusserunt me,

B

Francisci Scorsi notæ.

plari præcisa fuerat, ut sæpe fit, sed quod Theophanes narrat confirmant itidem posteriores ipso scriptores Cedrenus, et curopalates, qui eadem referunt utriusque dicta. Verum curopalatæ interpres eam responsionem obscuram ineptamque reddidit, vel non recte in Græco scriptam vel a se non recte intellectam : sic enim reddit : at regina calami rustice respondit imaguncula. Græca curopalatæ non habeo; ut inde intelligerem, quæ sint ipsius germana verba, quæ mens; at ex Cedreno possumus lucem afferre curopalatæ versioni, eademque opera Baronio verba curopalatæ referenti : *Calamisticæ respondit imaguncula*. Quæ verba magis depravata sunt, quam quæ in ipsa curopalatæ historia a me modo relata. Verum *Annalium* scriptor sic ea legit in suo libro. Sed ea tamen oculatus ille asterisco notavit, utpote quæ luce indigerent. Cedrenus itaque sic habet, β. Ἡ δὲ βασιλὶς τὰ καλά μου ἔφησεν ἀγροικῶς νηΐα, καὶ ἀγαπῶ ταῦτα πολλά. Ex quibus verbis deprehenditur error interpretis curopalatæ, (si tamen ipsius est, et non exemplaris Græci error) qui ex duabus vocibus καλά μου in unam more encliticarum coalescentibus, unam simplicem apprehendit, et calami interpretatus est. Ἀντὶ τοῦ νηΐα (quæ vox *infantes* significat ut ex eo derivatis videtur colligi; nam νηϊατὸς apud Hesychium, itidemque apud Phavorin. explicatur ἀνόητος sine mente, et νηϊατὸς νόμος παιδριώδης, *lex puerilis*. Cæterum vocem ipsam νηΐα non facile apud antiquiores Cedreno scriptores invenias; pro hac, inquam, mei codices habent παιδία nimirum pueri, infantes. Sed cum sacræ imagines parva figura (nam et imagunculas eas appellat curopalates) vel ex cera fictæ, vel pictæ coloribus in manu Theodoræ fortasse fuerint. Usus sum in versione mea eadem voce, qua Latinus interpres Cedreni, ac *pupas* reddidi τὰ παιδία. Nam id sensus verborum, quo respondit Theodora Augusta postulat. Verba a Cedreno subjuncta Καὶ ταῦτα ἀγαπῶ πολλά, non leguntur in meis exemplaribus. Denum quod Cedrenus ἀγροικῶς, Theophanes his duobus expressit ἁπλοϊκῶς οὕτω καὶ παιδικῶς, sensus autem est idem utriusque scriptoris.

C

(71) *Acriter simul et prudenter*. In Pan. cod. scriptum est φρονίμως ἅμα καὶ συνετῶς· in Gall. pro φρονίμως est γοργῶς, quod recepi; habet enim sensum alium γοργῶς, atque habeat συνετῶς, φρονίμως autem et συνετῶς eodem redeunt; in his ergo deinceps positis esset quædam ταυτολογία.

(72) *In speculo enim*. A curopalata sic refertur hæc responsio : *In meum speculum intenta defixos oculos habebam una cum meis ancillis, et Denderus intuitus, quæ ex eo pariebantur formas, inconsiderate tibi hæc renuntiavit*. Ex quo planius intelligitur noster.

D

(73) *Sed Theophilus dysenteria oppressus*. Quam illi attulit ingens dolor ob Amorium clarissimam urbem patriam suam ab Saracenis eversam : *Ea calamitate percussus imperator Theophilus*, inquit Curopal. *omnem cibum, potumque fastidiens, et fere jejuniis affectus, ac nihil aliud cupiens quam aquam e nivibus expressam, dysenteriæ morbo captus eoque tandem consumptus est duodecim annos, et menses tres moderatus imperium*.

(74) *Patrum divinitus inspiratorum*. De hoc concilio habito, cum Methodius in sedem Constantinop. ejecto Joannicio, subrogatus esset, agit Baronius anno Christi 842, deque eo intexit historiam Theophanis presbyteri temporis hujus scriptoris, quem vide.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vulneraverunt me, abstulerunt theristrium meum a me, qui custodiebant civitatem [81], » reges et sacerdotes, qui fidei custodes esse debuerant.

Sic igitur, cum male affecta esset Ecclesia, rursus in priorem gloriam restituitur. Hanc celebritatem (75) hodie agitamus principes et asseclas impietatis abhorrentes et anathematizantes; venerandas vero imagines Dei, et Salvatoris nostri, et quæ eum genuit Virginis matris, et sanctorum relative honorantes (76), et osculantes, non quod illis adhæreamus, ut diis, et expressis colore imaginibus cultum latriæ tribuamus (77), sed habitum

Οὕτω γοῦν ἔχουσα ἡ Ἐκκλησία πάλιν εἰς τὴν προτέραν δόξαν ἀποκαθίσταται. Ταύτην οὖν τὴν πανήγυριν ἑορτάζομεν σήμερον, τοὺς μὲν ἐξάρχους τῆς ἀσεβείας καὶ ὀπαδοὺς ἀποτρεπόμενοι καὶ ἀναθεματίζοντες, τὰ δὲ σεπτὰ εἰκονίσματα τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης Παρθένου Μητρὸς, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σχετικῶς τιμῶντες καὶ ἀσπαζόμενοι, οὐχ ὡς θεοῖς αὐτοῖς προσανέχοντες, οὐδὲ ταῖς χρωματουργηθείσαις εἰκόσι λα-

[81] Cant. v, 6.

Francisci Scorsi notæ.

(75) *Hanc celebritatem.* De ejus ritu vide dicta hujus homiliæ. Illud solum hic addam ad Theodoræ Augustæ pietatem commendandam, quod hoc illa die ad cumulandam lætitiam epulum dedit Ecclesiæ cœtui. Ex Curopal.

(76) *Relative honorantes.* Vox Græca σχετικῶς, qua hic auctor utitur, maxime propria in hac re ad explicandam differentiam inter adorationem sanctarum imaginum, quas rite Christiani colunt, et adorationem idolorum quæ gentes superstitiose colebant. In Idolis enim illæ numen inesse censebant, adeoque ipsa per se, et absolute adorabant; at vero vera religio in imaginibus nihil aliud agnoscit, nisi relationem, et habitudinem ad sanctos, quorum imagines sunt, atque hoc modo illis cultum tribuit. Hæc differentia explicatur per hæc opposita nomina λατρευτικῶς et σχετικῶς in Epist. Greg. II papæ ad Leonem Isauricum prima earum, quibus principem illum Iconomachum, ut ab errore deduceret, S. pontifex laboravit; quas quod essent dogmaticæ et graves, Orientales ipsi Patres in Græcum sermonem translatas asservarunt. Et sane deperditis Latiuis, hæ mansere superstites: atque a Frontone Ducæo societatis Jesu iterum Latinitati restitutæ excusæque sunt apud Baron. *Annal.* tom. IX, et in principio synodi VII, Nicænæ II. Sic igitur illius epistolæ Græca habent: Καὶ κατ' ἔπος ἰδόντες τὰ πρόσωπα τῶν μαρτύρων τῶν ἐκχυσάντων τὸ αἷμα ὑπὲρ Χριστοῦ ἐζωγράφησαν. Καὶ θεωρήσαντες λοιπὸν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ οἱ ἄνθρωποι ἀφέντες τὰς προσκυνήσεις τοῦ διαβόλου ταύτας προσεκύνησαν οὐ λατρευτικῶς, ἀλλὰ σχετικῶς. Hoc est ex interpretat. Frontonis: *Et ut uno verbo dicam, cum facies martyrum, qui sanguinem pro Christo fuderunt, vidissent, depinxerunt et his conspectis deinceps in toto terrarum orbe homines diaboli adorationibus derelictis has exhibuerunt non latria, sed habitudine.* Explicat eamdem rem, et hanc vocem σχετικῶς enucleatius Franciscus Turrianus, lib. I pro *canonib. apost.* c. 25, ubi locum Nicephori Constantinop. ex ejus orthodox. citat: *Cum Christus*, inquit, *initio prædicatus est cum ea prædicatione conjuncta erat* σχετικῶς, *id est, habitudine, prædicatio ejus imaginis et ut non adoratur imago propter se, sed propter prototypum; sic non est dicendum adorari eam absolute, sed* σχετικῶς, *id est, relate, et ut purpura; et imperator ea indutus unum faciunt habitu, sit imago et prototypum ejus unum faciunt* σχέσει, *id est, habitudine.* Hæc Turrianus. Inter sententias SS. Patrum de imaginibus, quas Lutetiæ edidit G. Morelius, tom. I, SS. Patrum Græco-Lat. eadem res explicatur et his, et aliis ad idem spectantibus vocabulis: Ἐπὶ μὲν τοῦ Χριστοῦ λατρευτικὴ προσκύνησις καὶ φυσική. Ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ σχετικὴ ἡ προσκύνησις καὶ ὁμωνυμική. Quæ sic reddunter ab interprete Euthymii Panop. tit. 19: *In ipso Christo est adoratio latriæ, ac naturalis, in imagine vero Christi est relativa, et æquivoca.*

(77) *Cultum latriæ tribuamus.* Consonant hæc non modo cum definitione synodi VII, sed pene cum ipsis ejus verbis. Sic enim illa definit Act. VII, ubi cum definisset figuram prætiosæ et vivificæ crucis, et imagines tam Salvatoris nostri Jesu Christi, quam B. Virginis et angelorum, et omnium sanctorum proponendas in Ecclesia addit: Καὶ ταύταις ἀσπασμὸν καὶ τιμητικὴν προσκύνησιν ἀπονέμειν, οὐ μὴν τὴν κατὰ πίστιν ἡμῶν ἀληθινὴν λατρείαν, ἣ πρέπει μόνῃ τῇ θείᾳ φύσει. Et aliquot interjectis: Τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. Καὶ ὁ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα προσκυνεῖ ἐν αὐτῇ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν ὑπόστασιν. Latina versio Anastasii: *Et ad osculum et ad honorariam his* (imaginibus) *adorationem tribuendam, non tamen ad veram latriam, quæ secundum fidem est, quæque solam naturam divinam decet impertiendam. Imaginis enim honor ad primitivum transit, et qui adorat imaginem adorat in ea depicti subsistentiam.* Hæc synodus ex quibus illud notandum, οὐ μὴν ἀληθινὴν λατρείαν ἀπονέμομεν, quod Theophanes noster verbo expressit uno, οὐδὲ ταῖς χρωματουργηθείσαις εἰκόσι λατρεύοντες. Hic animadvertendum non discrepare ab hac definitione concilii sententiam S. Thomæ, p. III, q. 25, et scholasticorum enm sequentium cum dicunt imaginem, et crucem Christi venerandam cultu latriæ. Quin et Jacobus Gretserius tom. II *De cruce*, lib. I cap. 57 copiose, et recte probat contra impiissimum Lutherum sanctam crucem esse colendam cultu latriæ. Non, inquam, hæc discrepantia est, nisi in modo loquendi: nam concilium loquitur de absoluta adoratione latriæ quæque per se tribuatur: quæ sane non convenit nisi naturæ divinæ eamque cruci Christi, et imaginibus negat, quod mihi videtur concilium innuisse, cum posuit verbum ἀληθινὴν λατρείαν, quasi diceret veram latriam, hoc est absolutam non esse exhibendam, nisi naturæ divinæ. Cæterum aliam latriam relativam, quæque tribuitur ratione, prototypi quod sit cultu latriæ adorandum, non negat, et hanc tribuunt theologi tum veræ cruci, tum imagini illius veræ crucis, et imagini Christi, ea nimirum ratione, quia idem cultus imagini debetur, atque ei, cujus est imago, ut ratiocinatur D. Thomas quæst. dicta, art. 3; adeoque cum Christo latriæ adoratio debeatur, eadem et cruci, et imagini ejus debetur. non tamen absoluta, sed qua ratione ad suum prototypum refertur. Hæc est summa conciliationis, quam Gretserius loco memorato, et Baron. anno Christ. 747, qui etiam addit nunquam posteriores theologos etiam in modo loquendi fuisse a definitione concilii dissensuros, si iis ea sententia Nicæni posterioris concilii cognita fuisset: *Nam etsi quid inquit de eodem concilio per levem aliquam historiarum lectionem perceperunt, cum iidem illud improbatum esse in synodo Francofordiensi intellexissent, nullam de eo rationem habendam esse existimarunt; vel si iidem, quod puto verius, ipsum œcumenicum esse sciverunt, approbatumque a Ro-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τρεύοντες, ἀλλὰ τὴν εἰς ἐκείνας τιμὴν, ὡς ὁ μέγας εἶπε Βασίλειος, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἀναφέροντες· καὶ οὕτω διὰ τῆς αἰσθήσεως πρὸς εὐσέβειαν μειζόνως χειραγωγούμεθα. Ὁρῶμεν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐκτυπώμασι τὸν Δεσπότην ἡμῶν καὶ Θεὸν ἐκ Παρθένου παραδόξως τικτόμενον, ὑπὸ Μάγων δορυφορούμενον, πρεσβυτικαῖς ὠλέναις τοῦ Συμεὼν βασταζόμενον, γυμνὸν ἐν τοῖς ποταμίοις ῥεύμασι, προφητικῇ δεξιᾷ χειραπτούμενον, ἐνεργοῦντα παράδοξα θαύματα ῥήματι μόνῳ καὶ ὁρμῇ τοῦ θελήματος, τὴν τῶν τεθνηκότων αὖθις ἀνάλυσιν, τὸν κατὰ τῶν δαιμόνων φόβον, τὴν διὰ θαλάσσης πορείαν, ὑποχερσούμενον τῇ βάσει τοῦ ὕδατος, τὰς ἐν ἐρήμῳ δαψιλεῖς ἑστιάσεις, τοῦ προδότου τὴν τόλμαν, τὸ ἀσεβὲς ἐκεῖνο κριτήριον, τὴν σταύρωσιν, τὴν ταφὴν, τὴν ἀνάστασιν, τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν· καὶ ταῦτα ὁρῶντες ἐντετυπωμένα τοῖς χρώμασιν, ἐναργῶς αὐτὰ βλέπειν οἰόμεθα. Οὕτω γὰρ ἡ Γραφὴ παριστᾷ ὡς ἐν ὄψει τὰ πράγματα.

A illis honorem, ut magnus Basilius (78) dixit, in prototypum referentes; et ita per sensum manuducimur (79) magis ad pietatem. Videmus enim per sacras effigies Dominum nostrum et Deum mirabiliter natum ex Virgine, a Magis muneribus donatum, in senilibus ulnis Simeonis portatum, nudum in fluvialibus aquis prophetæ manu contactum (80), solo verbo nutuque voluntatis miracula operantem, mortuorum in integrum restitutionem, incussum dæmonibus metum, ambulationem in mari, **129** cum aqua sub plantis ejus quasi arida terra sterneretur, dapsiles epulas in solitudine; proditoris audaciam, impium illud forum, crucifixionem, sepulturam, resurrectionem, regressum in cœlum. Hæc cum coloribus informata videmus, perspicue B ea nos intueri arbitramur. Solet enim pictura res quasi sub aspectum ponere.

Ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν εἰκόνων τιμὴ ἄνωθεν ἡμῖν ἀρχῆθεν νενομοθέτηται. Ἐπέταξε γὰρ ὁ Θεὸς πάλαι

Verum honor imaginum jam a principio nobis superne (81) præscriptus est. Præcepit enim Deus

Francisci Scorsi notæ.

mano pontifice, damnatum vero ab adversariis : tamen quod in eo mentirentur adversarii definitum esse cultum latriæ sacris Christi imaginibus tribuendum, verum id esse putantes, in contrarium nisi calumniam, non intelligentes pro ipso concilio causam agere se putarerunt, si quomodocunque improprietate verborum, licet latriæ cultum in sacris Christi imaginibus tuerentur, sicque ex ignoratione rerum gestarum diversitas ista loquendi accidisse cognoscitur. Hæc Baronius, quæ a me fuerunt afferenda, ut non sine causa ista in modo dicendi differentia orta esse videretur. Cæterum enim ne latum quidem unguem discedendum a sententia, verbisque etiam, quibus ea definita, et expressa est concilii œcumenici Rom. pontif. auctoritate firmati, cujusmodi fuisse hoc Nicænum secundum, quo de egimus, certum est. Disputat de hac quæstione itidem Suarius in III partem tom. I, disp. 54, ubi in referenda secunda opinione eam auctoritate VII, synodi Nicænæ II fundari ait, in qua multis locis ea asseritur, ac præsertim Act. 7, a nobis supra citata, additque multos existimare D. Thomam si hanc definitionem concilii legisset; aliter de imaginum adoratione fuisse locuturum, quod autem illam non viderit, magnum argumentum est, quod in tanta hac materia nullam illius concilii mentionem fecerit, et causa esse potuit, qua fortasse eo tempore nondum erat in Latinum translatum. Hæc ibi Suarius. Quod autem postremo dicitur de versione Latina concilii, cum tres ejus factæ fuerint, de tertia censeo intelligendum, quod tempore S. Thomæ fortasse non vulgata fuerit; alioqui enim jam ab Anast. Bibliot. qui vixit tempore Joan. VIII, ante annum 90 traductio facta fuerat ejus concilii, quæ et hodie exstat.

(78) *Ut magnus Basilius.* Hac Basilii auctoritate usi sunt ante Theoph. multi eadem in re. Greg. Papa II, in Epistola ad Germanum Constantinop. patriarc. scripta : *Nam quicunque*, inquit, *eam ita veneratur, his sine dubio magna retribuit. Quandoquidem imaginis veneratio in prototypum, juxta magnum Basilium redit.* S. Damasc. in Disput. in Vita SS. Barlaam, et Josaphat : *Siquidem imaginis honor, ut a sancto viro proditum est, ad exemplar refertur.* Menologium jussu Basilii imper. restitutum die 12 Octobris, quo legitur commemoratio sanctæ VII synodi trecentorum sexaginta septem Patrum : *Sanctas*, inquit, *non adorare imagines est ab orthodoxa alienum fide, et imaginis honor, sicut magnus dixit Basilius, ad primitivum refertur.* Vide quam celebris hæc Basilii auctoritas dictum autem hoc Basilii exstat lib. *De Spiritu sancto*, cap. 18.

(79) *Per sensum manuducimur.* Quam prosint imagines ad excitandam spectantium Christi fidelium pietatem et fidem, et quam hæc vetus consuetudo in templi parietibus historias sacras exhibendi, habes C etiam ex epist. I Greg. II papæ ad Leonem Isauricum scripta, qui eum experimento a se petito reprehendit : Οὕτω ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ· ἡμεῖς αὐτοὶ εἰσερχόμενοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ θεωροῦντες τὰς ἱστορίας τῶν θαυματουργιῶν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ Μητρὸς ἐχούσης εἰς τὰς ἀγκάλας τὸν Κύριον, καὶ Θεὸν ἡμῶν γαλουχοῦντα, καὶ τοὺς ἀγγέλους κύκλῳ ἱσταμένους, καὶ βοῶντας τὸν τρισάγιον ὕμνον, οὐ χωρὶς κατανύξεως ἐξερχόμεθα. Καὶ τίς γὰρ οὐ κατανύσσεται καὶ κλαίει, ὁμοίως καὶ τοὺς βαπτιστῆρας, etc. Hæc Græca decerpsi ex initio VII synodi, ubi Greg. epist. Græce reddita habetur; Latine vero ita se habet : *Novit charitas Christi. Nos ipsi cum ecclesiam ingredimur, et miraculorum Domini Jesu Christi picturas contemplamur, et sancta Matris ejus Dominum, Deumque nostrum lactantem in ulnis habentis, angelosque circumstantes, ac ter sanctum hymnum canentes, non sine compunctione regredimur. Et quis enim non compungitur, et luget similiter tuens et vasa lavacri, et sacerdotes in orbem circumstantes*, et cætera enumerat mysteria vitæ Christi, eadem fere, quæ hic Theoph. Eadem habet idem Greg. in epist. I, ad Germanum patriarcham Constantinop. scripta.

(80) *Prophetæ manu contactum.* Vide quæ huc pertinent ad homiliæ 28, not. 11.

(81) *Jam a principio nobis superne.* Duæ hæ voces exprimunt Græcas itidem duas ἄνωθεν, καὶ ἀρχῆθεν, quarum prima varie exponitur de sursum in editione Baronii in textu ipso in margine vero superne; cœlitus in editione 2 Grets. ex Francisci Turriani traductione, sed eumdem omnes sensum hujus auctoris exprimunt, hoc est, imaginum cultum, et usum vel ab ipso Deo jam inde a principio, hoc est a veteri lege esse sancitum de quo vide sequentem notam. Ab hac nostrorum hominum doctorumque versione nolui recedere; quamquam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

olim Mosi contemplatori Dei, ut duos supra tabernaculum Cherubinos erigeret (82). Et ipse Dominus in sindone formam suam sine opera manus impressit, et Abagaro Edessæ toparchæ (83) misit. Nunquam vero hoc fecisset, nisi imagines coli voluisset. Et illa sanguinis fluxum passa, et a Domino sanata mulier Edessena (84), ut auctori beneficii gratiam referret, statuam ad Salvatoris similitudinem excitavit. Cujus fidem approbanti placitum Salvatori fuit, ut ex pedibus statuæ herba nasceretur, quæ omnium esset ægritudinum amuletum. Quin etiam Lucas, elegans evangelista, Deiparæ imaginem cera coloribusque depinxit (85), sacris ulnis Dominum gestantem, quæ usque ad hodiernum diem Constantinopoli asservatur (86). Omnis igitur imago,

A τῷ θεόπτῃ Μωσεῖ δύο Χερουβὶμ ἀναστηλῶσαι ἄνωθεν τῆς σκηνῆς, καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἐν σινδόνι τὸ ἴδιον εἶδος ἀχειροτεύκτως μορφώσας, Αὐγάρῳ τῷ τῆς Αἰδέσσης τοπάρχῃ ἐξέπεμψεν. Οὐκ ἂν τοῦτο ἐποίησεν, εἰ μὴ σέβεσθαι τὰς εἰκόνας ἐβούλετο. Καὶ ἡ θεραπευθεῖσα ὑπὸ τοῦ Κυρίου αἱμόῤῥους ἡ Αἰδεσσηνή, ἀμειβομένη τὸν εὐεργέτην τῆς χάριτος, ἀνδριάντα ἐν ὁμοιώματι τοῦ Σωτῆρος ἀνεστηλώσατο. Ἧς τὴν πίστιν ἀποδεξάμενος ὁ Σωτὴρ, εὐδόκησε βοτάνην ἐκφύεσθαι ἐκ τῶν τοῦ ἀνδριάντος ποδῶν, πάσης ἀλγηδόνος ἀλεξητήριον. Καὶ μὲν καὶ Λουκᾶς ὁ γλαφυρὸς εὐαγγελιστὴς τὴν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος κηρῷ καὶ χρώμασιν ἐζωγράφησεν, ἐν ταῖς ἱεραῖς ὠλέναις ἀγκαλιζομένην τὸν Κύριον, ἥτις ἐν τῇ μεγαλοπόλει νῦν διασώζεται. Πᾶσα οὖν εἰκὼν ἐν

Francisci Scorsi notæ.

viderem posse duo illa nomina ἄνωθεν, et ἐξ ἀρχῆς simpliciter verti antiquitus, et a principio; ita enim in epist. Greg. ex Græco traducta in Latinum a Frontone Ducæo vertuntur : Ὅτι ταῦτα ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένα εἰς ζωὴν ἀνθρώπων. *Quandoquidem hæc antiquitus, et a principio ad vitæ humanæ conservationem habet tradita.* Sed ut dixi placuit intellectus priorum interpret. Theoph.

(82) *Cherubinos erigeret.* Hoc argumento usus est etiam Gregorius II, in synodo Romana; hoc hæreseos exortæ tempore, et occasione coacta, cujus fragmentum Baronius refert ab Adriano I papa, in Epistola ad Carolum Magnum insertum. Nec solum exemplo Mosæ duos in arca Cherubinos constituentis, sed etiam Salomonis, qui eos in oraculo exculpsit : *Ecce*, inquit pontifex, *charissimi fratres, consideremus quid Deo mandante Moyses faciat, quidve Salomon sapientissimus jussu construxerit divino.* Iisdem utitur et Adrian. I Gregorii successor in Epist. ad Tarasium patriarcham Constantinop.

(83) *Et Abgaro Edessæ toparchæ.* Si quis non brevem notulam, cujusmodi sunt nostræ, sed luculentum copiosumque commentarium hujus loci desideret, adeat Jacobi Gretseri luculentum et copiosum opusculum de imaginibus non manu operave humana factis (has ἀχειροποιήτους seu ἀχειροτεύκτους Græci uno appellant nomine), in quo de hac potissimum imagine a Christo Abagaro missa, contra Casaubonum acriter et erudite disputat, et quantæ fidei et auctoritatis sit, ostendit. Si quid hic ego ex penu meo proferrem, ex illo sublecta videri possunt : satis igitur fuerit ad fontem digitum intendisse.

(84) *Mulier Edessena.* Hoc exemplo et argumento usus est etiam Gregorius papa II in Epist. ad Germanum [patriarch. Constantinop. supradicta : *Neque etiam hoc*, inquit, *ethnicam traditionem sapit. Nam et in Paneadem civitatem hæmorrhoissæ imago transmissa in memoriam miraculi quod herbæ excrescentes omnibus ægritudinibus auxiliares essent, celebratur, idque summa Dei erga nos bonitate.* Historiam de hac imagine fusius narrat Eusebius, *Hist.* lib. VII, cap. 14, et Sozomenus, et Baronius refertam.

(85) *Cera coloribusque depinxit.* Plures a S. Luca Deiparæ Virginis imagines pictas, et quibus in locis asservatæ colantur, et quam hoc sit in Eccles. testatum ostendit, et docet contra Magdeburg. Centur. hæreticos Jac. Grets. opusculo de imaginibus non manufactis addito ad comment. in cod., ubi sane mirari se ait, quod cum a Græcis historicis uno consensu scriptum sit S. Lucam imagines Deiparæ in tabula depinxisse. Legatur tamen in *Menæo*, die 18 Octobr., et apud nostrum Theophanem, cujus ipse verba ex hac hom. transcribit, ex cera ab eo

B fictas imagines dici, cum hac ratione potius πλάστης inquit, *plastes*, scilicet, quam pictor esset dicendus; sed minor fortasse Grets. admiratio fuisset, nisi eum præteriisset, hoc ipsum a Simeone Metaphrast. dictum in Vita S. Lucæ, ubi ejus verba : *Primus hic cera, et lineamentis pingere* (imagines Christi, et Deiparæ de quibus paulo ante) *ut ad hæc usque tempora in imagine honorarentur, tradidit*, etc. Quid igitur ad Metaphr. dicemus? Nam ei adhæsisse Theoph. nostrum, ut in multis aliis ad SS. vitam pertinentibus, mihi persuadeo quod et in Proœm. XI, § 5, disputavi. Nihil sane habeo quod afferam, et affirmem certi; illud solum dico non repugnare quod utrumque præstiterit S. Lucas, et ex cera finxerit imaginem Deiparæ, et coloribus pinxerit : quanquam illæ remanserunt, quæ et hodie visuntur imagines, solum quæ coloribus in tabula depictæ fuerunt. Cæterum hunc etiam locum Theoph. adduxit Vincentius Richardus clericus Regularis in

C Comment. ad orat. 18 S. Procli; sed nihil de hac difficultate attigit, quæ sane ad rem ejus nihil attinebat.

(86) *Constantinopoli asservatur.* Noster ἐν τῇ μεγαλοπόλει per quam Constantinopolim intelligi dubium non est, nam et ita translulere alii scriptores soc. nostræ qui huic homiliæ manum admoverunt, et ex ea testimonia produxere. Porro imago hæc, summæ apud Constantinopolitanos olim venerationis ac religionis, ea est qua Pulcheriæ Hierosolyma misit Eudocia, quæ Ὁδηγήτρια, *Hodegetria*, seu *Dux viæ* appellari cœpta. Rationem hujus rei et nominis disces ex Nicephoro, lib. XIV, cap. 2, et lib. XV, cap. 14 : *Ædificavit*, inquit, *item Pulcheria templum, quod* τῶν Ὁδηγῶν, *hoc est* viæ Ducum *cognomine clarum est : in quo divinam illius imaginem, quam Lucas apostolus in tabula depictam reliquit, sacrumque pensum, et Servatoris ipsius fascias perinde atque thesaurum, quem ad eam Eudocia Au-*

D *gustæ cum Hierosolymam profecta est, misit, servandas curavit.* Idem habet lib. XV, cap. 14. Vides igitur unde appellatio Virginis Hodegetriæ, quam nunc vulgato corruptoque vocabulo *Itriam* nominamus, a templo nimirum seu monasterio Hodegio, quod est idem ac τῶν Ὁδηγῶν, viæ Ducum, ubi ea colebatur. Monasterium porro hujus nominis ab eadem Pulcheria ædificatum, temploque conjunctum idem Nicephorus Callistus dicto cap. 15, scribit, et alter Nicephorus Gregoras lib. XI. Zonaras etiam eam referri dicit πρὸς τὸν τῆς Θεοτόκου ναὸν τὸν τῶν Ὁδηγῶν κεκλημένον. *Ferebatur enim hæc imago pietatis* causa ad aulam Palat. ultimis Quadragesimæ diebus, nempe feria quinta quæ Dominicam Passionis antecedit, manebatque ibi usque ad secundam feriam Paschatis, quo die referebatur in monasterium et templum τῶν Ὁδηγῶν, comitante

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὀνόματι Κυρίου, ἢ ἀγγέλων, ἢ ἀποστόλων, ἢ προφητῶν, ἢ μαρτύρων, ἢ δικαίων γινομένη, ἁγία ἐστί. Τοὺς γὰρ ὑπὸ Χριστοῦ θεοπρεπῶς διαλάμψαντας παντοίαις γεραίρειν προσήκει τιμαῖς.

Ἐν ταύτῃ τῇ ἑδραιοτάτῃ πίστει καὶ ἀψευδεῖ ἐπιμένοντες, ἀδελφοί, ἐκκαθάρωμεν ἕκαστος παντὸς πάθους τὴν ἰδίαν συνείδησιν, εἰλικρινῇ τὴν εἰς ἀλλήλους ἀγάπην φυλάττοντες. Τῆς ἐλεημοσύνης μὴ ἐπιλαθώμεθα· ποιήσωμεν κοινωνὸν τὸν Κύριον, εἰς ἅπερ ἡμῖν ἐχαρίσατο. Ἐμπλήσωμεν τὰς τῶν πενήτων γαστέρας, ἵνα μὴ λιμωξώμεθα ὕστερον, ὡς ὁ πλούσιος, μηδὲ ῥανίδος φιλανθρωπίας τυγχάνοντες. Πρὸς τούτοις, ἐπειδὴ ἐν τῷ καιρῷ γεγόναμεν τῶν ἱερῶν νηστειῶν, δράμωμεν πάντες πρὸς τὴν ἐξομολόγησιν, μηδεὶς παρέλθῃ ἀνεξαγόρευτος. Τίς γὰρ ὠφέλεια τὸ μὲν ἕλκος τῆς ἁμαρτίας κρύπτειν ἀπὸ τοῦ ἰατροῦ, ἔξωθεν δὲ τιθέναι τῆς νηστείας τὸ ἔμπλαστρον; Εἰπὲ πρῶτον τὰς ἁμαρτίας σου ἵνα δικαιωθῇς, ὁ προφήτης σοι ἐγκελεύεται· ἐπίδειξον τὸ τραῦμα τῷ ψυχικῷ ἰατρῷ· ἔντρεψον διὰ τῆς ἐξαγορεύσεως τὸν λῃστὴν καὶ κλέπτην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Ὑπόταν γὰρ ἡμᾶς ᾖ τὰς πράξεις αὐτοῦ τὰς βδελυρὰς, καὶ τὰς ἐνθυμήσεις τὰς πονηρὰς ἐκπομπεύοντας, ἧττον προσβάλλει, καὶ ἀσθενέστερος γίνεται. Ὥστε ὃς τὴν ἁμαρτίαν ἐκφαυλίζει αἰδούμενος, τρέφει τὸν ὄφιν, καὶ ἰταμώτερον ποιεῖ τὸν ἐπ' ὀμφαλοῦ καθήμενον δράκοντα, ὡς εἶπεν ὁ Ἰώβ. Καθάπερ δὲ ἡ ἔλαφος φυσικῇ δυνάμει τοὺς ὄφεις ἐκ τῶν μυχῶν τῆς γῆς ἀνέλκουσα θανατοῖ, οὕτως ἡ ἐξομολόγησις τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας ἀνακαλύπτουσα πάθη, ἀφανισμῷ παραδίδωσι. Πάθος γὰρ ἅπαν τὸ ὀξέως γινωσκόμενον εὐβοήθητον· τὸ δὲ εὐλαβούμενον, ἀθεράπευτον· τὸ δὲ χρόνῳ παραπεμπόμενον, ἐγγὺς ἀνίατον. Τί οὖν φεύγεις τὴν ἰατρείαν, ὥσπερ τοὺς ἰατροὺς οἱ ἐνισχημένοι φρενίτιδι; Τί φοβῇ τὴν ἐξομολόγησιν, ὥσπερ τὸ ὕδωρ δεδοίκασιν οἱ λυσσόδηκτοι; Πρόσελθε θαῤῥούντως· μὴ αἰσχυνθῇς τὸν ἱερέα· καὶ αὐτὸς γὰρ σῶμα περίκειται, καὶ τῶν αὐτῶν σοι μετέχει παθῶν. Ἂν ἐξαγορεύσῃς τὰ ἐπταισμένα σοι, εὐθὺς ἀπαλείφεται τῶν ἁμαρτιῶν τὸ χειρόγραφον, κουφίζεται τοῦ βρίθοντος βάρους ἡ ψυχὴ, καθαίρεται τοῦ ἐπιπροσθοῦντος νέφους ὁ νοῦς, ἐλευθεροῦται τῶν ἐλέγχων τὸ συνειδὸς, τότε καὶ ἡ νηστεία καθαρὰ, καὶ ἡ ἐλεημοσύνη εὐπρόσδεκτος. Οὕτω διέλθοιμεν ἀπροσκόπτως τὸν τῆς νηστείας καιρὸν, καὶ οὕτως ἀξιωθείημεν τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν ἰδεῖν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ἐκπορευτῷ αὐτοῦ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A quæ facta sit in nomine Domini, aut angelorum, aut apostolorum, aut prophetarum, aut martyrum, aut justorum, sancta est. Eos enim qui per Christum cœlesti luce claruerunt omni honorum genere convenit celebrare.

In hac solidissima, et verissima fide perseverantes, fratres, purgemus ab omni vitio conscientiam quisque suam, sinceramque alter in alterum charitatem conservemus; ne misericordiæ obliviscamur, participem faciamus Dominum eorum quæ ipse largitus est nobis. Pauperum ventres impleamus, ne ipsi postea fame cruciemur, ut dives ille, ne stillam quidem benignitatis obtinentes. Præterea quoniam sacri jejunii tempus adest, ad confessionem (87) festinemus omnes, nec eam quisquam B prætermittat. Quis enim fructus a medico peccati ulcus abscondere, et exterius jejunii medicamen apponere? Confitere prius peccata tua, ut justificeris, admonet te propheta [61]; medico animæ vulnus ostende; prædonem, ac furem animarum nostrarum per confessionem pudore suffunde. Quando enim **130** nos viderit abominanda ipsius opera pravasque cogitationes secretas pandere, minus nos aggreditur, et evadit infirmior. Ita qui præ pudore peccatum extenuat, serpentem alit, et audaciorem efficit draconem in umbilico insidentem, ut ait Job [62]. Verum quemadmodum cervus serpentes extrahens e cavernis terræ, naturali quadam virtute interimit, ita confessio abscondita cordia aperiens ea delet. Omni enim morbo statim cognito remedium facile adhibetur: qui vero præ metu tegitur, difficulter juvari potest. Qui autem tempore invaluit, prope insanabilis est. Quid igitur curationem fugis, ut frenetici medicos solent? quid confessionem times ut aquam rabiosi? Audacter accede, ne te pudeat sacerdotis. Nam et ipse corpore circumdatus est; et earumdem particeps passionum. Si fassus fueris, quæ peccaveris, statim deletur chirographum peccatorum, et anima onere gravi levatur, mens ab offuscante se nebula purgatur; conscientia stimulis liberatur; tunc et jejunium sanctum, et eleemosyna erit accepta. Sic sine offensa tempus jejunii transigemus: atque ita digni, et idonei erimus videre vivificam resurrectionem D Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, quem decet omnis gloria honor et veneratio cum ejus Patre principii experte, et Spiritu ab ipso procedente in sæcula sæculorum. Amen.

[61] Isa. XLIII, 26. [62] Job. XL, 2.

Francisci Scorsi notæ.

imperatore. Id scribit Codinus curopalat. cap. 12. *De officiis Constantinop. aulæ*, quem vide, et eruditissimos Gretseri in eum commentarios. Demum hæc eadem est imago ad quam, capta ab Andronico Juniore Constantinopoli Andronicus senior supplex confugit; quod narrat Gregoras lib. IX.

(87) *Ad confessionem.* Vide quam pie, et acriter ad obeundam exhomologesim peccatorum hic pastor populum adhortetur suum, maxime τεσσαρακοστῆς et μετανοίας tempore, quæ Patris hujus auctoritas cum cæteris adversus hæreticos confessionem auricularem impie negantes, conferenda ut auctoritatibus obruantur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

HOMILIA XXI.

De paralytico sanato in Capharnaum.

Conanti mihi consuetum ordiri sermonem, e inter indignationem mœroremque versanti vox interciditur. Idem enim mihi contingit, quod homini agricolæ, qui cum multos in excolenda terra sudores profuderit, paucas tamen ætatis tempore demetit spicas. Cum enim in singulis conventibus (88) verba faciam, nullam obvenire mihi video utilitatem. Toties laboravi clamans, raucus factus, ac sudore perfusus hortatus sum, ut concionis tempore missas faceretis lites, et ad **131** sermonem conveniretis (89) : quoties præcepi (90), ut abstineretis a juramentis? sed nugæ vobis admonitiones videntur et verborum sonus inanis. Et ego usquequaque miser in aqua serere videor, vel in petra non habente humorem. Aliqui enim exprobrationibus puncti hortationem fugiunt, quasi frenetici medicos, sed vero hic meorum peccatorum est fructus; si enim felices, qui auribus auscultantium verba faciunt, miseri scilicet, qui loquuntur ad aures non audientes. Verumtamen ego metuens ne, si tacuero, pœnam subeam, non cunctabor argentum verbi dependere, ne idem patiar, atque ille qui talentum abscondit. Cæterum vobis timeo, ne majoris hæc hortatio peccati occasio evadat. « Si enim non venissem, inquit, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent [44]. » Hæc vestri amore, vestræque utilitatis ardente desiderio stimulatus loquor, et quod ait divinus Jeremias « Cordis sensoria dilaceratus [45]. » Sentiatis igitur, quod decet; et si usque ad hanc diem ab officio deerrastis, stultitiam pœnitentia emendate : unde etiam fiet, ut nos alacriore animo vos adhortemur. Age ergo rursus hodiernæ lectionis verba divina explicemus [46].

In illo tempore « Intravit Jesus in Capharnaum. Et auditum est quod in domo esset; et confestim convenerunt multi, ita ut non caperent neque ad januam. » Ex quo ad Geresenos (91) veniens Dominus ad sanitatem restituit homines eos qui a dæmonibus agitabantur, et in furorem adacti in monumentis (92) habitabant; porcorumque grex quasi œstro percitus, ac de rupe præcipitans submersus est aquis [47], cives de re gesta a subulcis admoniti rogaverunt Dominum, ut abiret a finibus suis; ideo

ΟΜΙΛΙΑ ΚΑ'.

Περὶ τοῦ ἐν Καπερναούμ παραλυτικοῦ.

Ἐπειγόμενος τῆς συνήθους διδασκαλίας ἐφάψασθαι, ἀνακόπτομαι τὴν φωνὴν, θυμοῦ καὶ λύπης ἐν μεταιχμίῳ γενόμενος. Ταὐτὸ γὰρ πάσχω ἀνδρὶ γεωργῷ πολλοὺς μὲν ἱδρῶτας καταβαλλομένῳ τῇ γῇ, ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ θέρους ὀλίγους δρεπομένῳ τοὺς στάχυας. Καθεκάστην γὰρ συνέλευσιν διαλεγόμενος, οὐδεμίαν ὁρῶ προσγινομένην ὠφέλειαν. Ποσάκις; ἐκοπίασα κράζων, ἐγενόμην ὑπέρασθμος, ἱδρῶτι ῥαινόμενος, παραινῶν τὰς δίκας παραγκωνίζεσθαι ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνάξεως, καὶ πρὸς τὴν διδασκαλίαν ἀθροίζεσθαι; Ποσάκις ὑπεθέμην τῶν ὅρκων φυγήν; Ἀλλὰ λῆρος ὑμῖν ἡ νουθεσία δοκεῖ, καὶ λόγων κρότος διακενής. Καὶ ὁ δείλαιος τὰ πάντα ἐγὼ εἰς ὕδωρ ἔοικα σπείρειν, ἢ πέτραν ἰκμάδα μὴ ἔχουσαν· νυττόμενοι γάρ τινες ὑπὸ τῶν ὀνειδισμῶν φεύγουσι τὴν διδασκαλίαν, ὥσπερ τοὺς ἰατροὺς οἱ παράφρονες. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἐμῶν ἁμπλακημάτων καρπός· εἰ γὰρ μακάριοι οἱ λέγοντες εἰς ὦτα ἀκουόντων, ἄθλιοι δηλονότι οἱ λέγοντες πρὸς ὦτα μὴ ἐπαΐοντα. Πλὴν ἐγὼ μὲν τὴν ἐκ τοῦ σιγᾷν κατάκρισιν δεδοικὼς, οὐ κατοκνήσω καταβάλλειν τὸ τοῦ λόγου ἀργύριον, ἵνα μὴ ταὐτὸ πάθω τῷ τὸ τάλαντον κατακρύψαντι. Φοβοῦμαι δὲ μὴ μείζονος ὑμῖν ἁμαρτίας ὑπόθεσις ἡ διδασκαλία γενήσεται. « Εἰ γὰρ μὴ ἦλθον, φησὶ, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. » Ταῦτά φημι τῷ πρὸς ὑμᾶς φίλτρῳ νυττόμενος, τῆς ὠφελείας ὑμῶν διακαῶς ἱμειρόμενος, καὶ ὅ φησιν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, « τὰ αἰσθητήρια σπαραττόμενος. » Γίνεσθε οὖν ἐν αἰσθήσει τοῦ πρέποντος, καὶ εἴ τι μέχρι τοῦ νῦν τοῦ συμφέροντος διημάρτετε, μετανοίᾳ τὴν ἀβουλίαν ἐπανορθώσατε, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν διδασκαλίαν προθυμότεροι γενώμεθα. Φέρε δὴ πάλιν ἀναπτύξωμεν τὰ σήμερον ἀναγνωσθέντα θεόλεκτα ῥήματα.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ « Εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Καπερναοὺμ, καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοὶ, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν. » Ἀφ' οὗπερ ἐν Γεργεσηνοῖς προβαίνων ὁ Κύριος, τοὺς κορυβαντιῶντας ἰάσατο τοὺς ἐλαυνομένους ὑπὸ τῶν δαιμόνων, καὶ κατοικοῦντας εἰς τὰ χαρώνεια, ἥ τε τῶν χοίρων ἀγέλη ἐξοιστρηθεῖσα, καὶ κατὰ κρημνοῦ κυβιστήσασα, ἐν τῇ λίμνῃ γέγονεν ὑποβρύχιος, οἱ ἀστικοὶ παρὰ τῶν συοφορβῶν μαθόντες τὸ γεγονὸς, παρακα-

[44] Joan. xv, 22. [45] Jerem. iv, 16. [46] Marc. ii, 1 seqq. [47] Matth. viii, 28; Luc. viii, 26.

Francisci Scorsi notæ.

(88) *In singulis conventibus.* In Panormit. exempl. concisa erat hæc sententia Καθ' ἑκάστην γὰρ ὁρῶ μὴ προσγενομένην ὠφέλειαν. Plenior, et ex mente auctoris eadem scripta in Gall. Καθ' ἑκάστην γὰρ συνέλευσιν διαλεγόμενος οὐδεμίαν ὁρῶ προσγινομένην ὠφέλειαν.

(89) *Conveniretis.* Traduxi verbum ἀθροίζεσθαι quod est in G. lectio P. ἐπείγεσθαι; sed eodem recidit.

(90) *Quoties præcepi.* Ποσάκις ὑπεθέμην; His verbis, et sequentibus usque ad illa ὥσπερ τοὺς ἰατροὺς οἱ παράφρονες, mutilatus erat hic locus in cod. P. Sunt autem omnia in G. et profecto religio erat ea prætermittere, cum contineant et spiritum concionatoris episcopi, et sententias morales, et παραλλήλους, aliis homiliis, in quibus agitur de vitando perjurio.

91) *Ex quo ad Gergesenos.* Vide hom. 9, et observata a nobis nota 64.

(92) *In monumentis.* In Græco est εἰς τὰ χαρώνεια. De qua voce vide eamdem hom. 9, not. 65.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λοῦσι τὸν Κύριον εἶκειν ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν, ὡς αὐτοὺς, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἀναξίους κρίνοντες τῆς ἐκείνου ὑποδοχῆς. Ὁ δὲ ἀναθρώσκει τῆς ἠπείρου, καὶ εἰσεισιν εἰς ἀκάτιον, καὶ διαπεράσας τὴν ὑγροκέλευθον, ἦκεν εἰς τὴν Καπερναούμ. Ταύτην δὲ Ματθαῖος πόλιν εἶπε τοῦ Ἰησοῦ· οὐ γὰρ περὶ τὴν κλῆσιν ἀκριβολογοῦνται οἱ μαθηταὶ, πρὸς μόνην ἐπειγόμενοι τοῦ θαύματος τὴν ἀφήγησιν. Ὡς δὲ ἤσθετο ὁ λαὸς τοῦ Σωτῆρος τὴν ἔλευσιν, συναγείρονται παμπληθεὶ, καὶ πυκάζονται μέχρι τῶν προπυλαίων αὐτῶν βοτρυδὸν ἐφεζόμενοι· εἶλκε γὰρ αὐτοὺς καὶ συρρέειν ἀνέπειθε τὰ ποικίλα τῶν παθῶν ἀῤῥωστήματα, ἁφῇ μόνῃ καὶ λόγῳ θεραπευόμενα, καὶ τῆς διδασκαλίας ἡ χάρις οἷά τις εὐωδία μύρου πάντας ἐπισπωμένη, ὅσοις τὰς ἀκοὰς ὁ φθόνος οὐκ ἔβυεν· συνήρχοντο δὲ πολλοὶ φθονεροί τε καὶ βαρυμήνιδες, ἥκιστα μὲν ὠφεληθησόμενοι, ῥινηλατοῦντες δὲ δίκην κυνῶν τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, καὶ ζητοῦντες ἐπιλαβέσθαι, καὶ σκῶψαι, καὶ ἐπιμέμψασθαι· ὅτι δὲ τοῦτ' ἦν ἀτρεκὲς, προλαβοῦσα ἡ ἱστορία δείκνυσι σαφῶς. Οἱ γὰρ εἰπόντες ὡς βλασφημίαν λαλεῖ, ἁμαρτιῶν ἄφεσιν διδοὺς, ἐξ αὐτῶν ἀριδήλως ἐτύγχανον.

A quod, ut ego arbitror, indignos se ejus hospitio judicabant. Ille vero e continente progressus ascendit in naviculam, et trajecto freto Capharnaum venit. Hanc Matthæus civitatem Jesu vocavit[48]; non enim vocabula (93) subtiliter discipuli exquirunt in narratione miraculi solum occupati. Ubi vero sensit populus Dominum advenisse, convenere quamplurimi, et ad vestibulum usque agglomerati, confertique sedebant. Traxerant quippe eos, et ut confluerent, persuaserant fama miraculorum, varia morborum genera tactu solo, vel verbo **132** curata; et doctrinæ suavitas, quasi bonus odor unguenti pertrahens omnes, quibus non obstruebat aures invidia. Multi vero etiam conveniebant, quos invidia, et gravis iracundia concitabat, nihil sane B utilitatis inde relaturi, sed canum more ea quæ dicebantur, quæque agebantur odore pervestigantes, et quærentes aliquam reprehendendi, cavillandi, vituperandi causam. Quod autem ita res habeat, clare ostendit progressus historiæ. Qui enim blasphemiam eum loqui dixerunt peccata remittentem, ex hoc genere profecto erant.

« Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν παραλυτικὸν φέροντες αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων, καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν οἰκίαν ὅπου ἦν, καὶ ὀρύξαντες χαλῶσι τὸν κράββατον. » Ἦλθον, φησὶ, τὸν παραλελυμένον βαστάζοντες· καὶ ἐπεὶ μὴ οἷοί τε ἦσαν διὰ τῆς θύρας τὴν κλίνην εἰσαγαγεῖν, καθῆκαν αὐτὴν ἐκ τοῦ δώματος. Ἐπίστευον γὰρ, ὡς εἰ μόνον ὄψεται τοῦτον, ἐπιδείξει τὸ σύντηθες ἔλεος· καὶ τῆς ἐλπίδος οὐχ ἥμαρτον. Τί οὖν ὁ Σωτήρ; « Ἰδὼν, φησὶ, τὴν πίστιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ· Τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. » Πρὸς γὰρ τὴν πίστιν τῶν βασταζόντων ἀπέβλεπε· τῇ τε αἱμορῥοούσῃ φησίν· « Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· » καὶ πύθεται τὸν τυφλόν· « Πιστεύεις ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; » καὶ ἄλλῳ λέγει· « Ὡς ἐπίστευσας γεννηθήτω σοι. » Πῶς οὖν ἐνταῦθα οὐ πρὸς τὴν πίστιν τοῦ παρακειμένου, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν βασταζόντων ἀπέβλεψεν; καὶ μὴν ἐν τοῖς ἄλλοις πρὸς τὴν τῶν νοσούντων πίστιν ἀπέβλεπεν. Ἀλλ' ἐνταῦθα προσήκει νοεῖν, ὡς ὁπηνίκα σώας ὁρᾷ τὰς φρένας τοῦ πάσχοντος, τότε τὴν ἐκείνου πίστιν ζητεῖ· ὁπηνίκα δὲ τοσαύτη τις ἦν ἡ τοῦ κακοῦ ἐπεισφρησις, ὡς ἐπισκοτισθῆναι τὸν

« Et veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur : et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudaverunt tectum, ubi erat, et patefacientes submiserunt grabbatum. » Venerunt, inquit, paralyticum bajulantes : et quoniam per januam grabbatum inferre non poterant, demiserunt illum e tecto. Credebant enim fore ut, si C modo eum aspiceret, suam erga illum de more misericordiam exhiberet ; nec spes eos fefellit. Quid ergo Dominus? « Cum vidisset, inquit, fidem illorum, ait paralytico : Fili, remittuntur tibi peccata tua. » Respexit enim in fidem bajulorum. Atqui hæmorrhoissæ quidem dixit : « Fides tua te salvam fecit[49]; » et cæcum interrogavit : « Credis, quod hoc tibi facere possum? » et alii dixit : « Sicut credidisti, fiat tibi[50]. » Quomodo igitur hic non decumbentis, sed eorum qui portabant, fidem spectavit? et quidem in aliis miraculis ægrorum spectavit fidem. Verum hic intelligere oportet, quod quoties incolumem integramque videt mentem ejus (94) qui morbo laborat, tunc ejus requirit fidem ; quoties D vero tanta mali vis est ut tenebras menti offundat, tunc in eorum qui adducunt respicit fidem : ut in

[48] Matth. IX, 1. [49] Matth. IX, 22 ; Luc. VIII, 48. [50] Matth. IX, 28.

Francisci Scorsi notæ.

(93) *Non enim vocabula.* Hoc ideo dictum est Theoph. quod Capharnaum patriam seu civitatem Christi evangelista dixerit, in qua tamen nec natus, ut in Bethleem, nec educatus ut in Nazareth. Et sane hic modus loquendi evangelistæ aliud aliis opinandi occasionem dedit ; sunt enim ex interpret. qui Bethleem, sunt qui Nazareth, sunt qui Capharnaum intelligant apud S. Matth. cap. IX, dicentem venisse Christum in patriam suam, quos refert Maldon., in hoc cap. IX. Sed verius est in Capharnaum venisse, quæ civitas Christi ob frequentem ibi commorationem rudi minerva, dicta sit ex S. Matth. quod Chrysost. ejusque discipuli Theophylactus et Euthymius volunt. Tres itaque dicunt Christum habuisse civitates : Bethleem, in qua natus ; Nazareth, in qua educatus ; Capharnaum, in qua frequentius commoratus.

(94) *Incolumem integramque videt mentem ejus.* In cod. P. erat manca hujus loci sententia : Ὁπηνίκα δὲ τοσαύτη ἦν ἡ τοῦ κακοῦ ἐπεισφρησις ; et sane conjunctio δὲ ostendit deficere quidpiam, cui sequentia conjungantur, quod redintegravi ex cod. G. qui semper sensus pleniores exhibet, hoc modo : Ὡς ὁπηνίκα σώας ὁρᾷ τὰς φρένας τοῦ πάσχοντος τότε τὴν ἐκείνων, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

filia Chananææ, et in Jairi adolescentula, et in centurionis filio, et in hoc paralytico factum est. Neque vero novum, et incredibile quod per aliorum fidem alii curentur; etenim et infantes, qui baptizantur, per offerentium fidem Spiritus illustrationem accipiunt (95). Dixerit vero quispiam : Verumtamen ille paralyticus non peccatorum veniam, sed resolutorum artuum, nervorumque firmitatem petitum venit. Quid igitur aliud roganti aliud gratificatur? Admodum congruenter hoc facit; tollit enim principio (96) **133** morbi causam, quod majus erat malum: inde adhibet curationem : atque uti peritus medicus prius corruptionem (97), unde oritur fluxio, sistit, ac tum vulneris suppurationem expurgat. Quod enim sæpe morbi sint peccatorum fructus, verum esse ostendit Dominus multis in locis. Nam in Salomonis quinque porticibus paralyticum admonens :

A νοῦν, τότε εἰς τὴν τῶν προσαγόντων πίστιν ὁρᾷ, ὡς ἐν τῇ τῆς Χαναναίας νεάνιδι, καὶ τῷ τοῦ Ἰαείρου μείρακι, καὶ τῷ τοῦ ἑκατοντάρχου παιδί, καὶ τουτῳὶ τῷ παραλυτικῷ. Καὶ καινὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἄπιστον, εἰ δι' ἑτέρων πίστιν ἕτεροι θεραπεύονται, ἐπεὶ καὶ τὰ βαπτιζόμενα νήπια διὰ τὴν τῶν προσαγόντων πίστιν τὸν φωτισμὸν τοῦ Πνεύματος δέχονται. Φαίη δέ τις · Καὶ μὴν οὐ τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν ἦκε ζητήσων ὁ πάρετος, ἀλλὰ τῶν διαλελυμένων ἄρθρων καὶ νεύρων τὴν τόνωσιν · πῶς οὖν ἄλλο ζητοῦντι, ἄλλο χαρίζεται ; Λίαν ἀκολούθως τοῦτο ποιεῖ · λύει γὰρ πρῶτον τῆς νόσου τὸ αἴτιον, ὅπερ ἦν μεῖζον κακὸν, εἶτα ἐπιφέρει τὴν ἴασιν, ὥσπερ ἄριστος ἰατρὸς πρότερον ἵστησι τοῦ ῥεύματος τὴν φθοράν, καὶ τότε καθαίρει τοῦ τραύματος τὰ ὑπόπυα. Ὅτι γὰρ B ἐν πολλοῖς ἁμαρτιῶν καρποὶ τὰ νοσήματα, ἀτρεκὲς ὃν, ἀπέφηνε διαφόρως ὁ Κύριος· τῷ μὲν ἐν τῇ τοῦ Σολομῶντος πενταρίθμῳ στοᾷ παραλυτικῷ προσανεφωνῶν·

Francisci Scorsi notæ.

(95) *Illustrationem accipiunt.* Ita vertenda fuit Græca dictio φωτισμόν hoc loco; significat enim effectum ipsum baptismi, qui est illuminatio, quæ per fidem et gratiam fit Spiritus sancti. Nam de ipso baptismo positum hic ab auctore verbum proprium, τὸ βαπτίζεσθαι. Quippe sic ait : Ἐπεὶ καὶ βαπτιζόμενα νήπια διὰ τὴν τῶν προσαγόντων πίστιν τὸν φωτισμὸν τοῦ Πνεύματος δέχονται. Ineptum igitur erat si verba sic reddidissem quoniam et qui baptizantur infantes per offerentium fidem sancti Spiritus baptismum accipiunt; quod ideo animadversum hic volui, quod sane scirem τὸν φωτισμὸν absolute positum aliquando baptismum ipsum significare, et ita vertendum esse. Quod recte advertit Jacobus Billius, lib. I. *Observat. sacrarum*, cap. 20. Nam Græci non solum τὸ βαπτίζεσθαι usurpant, unde et Latini baptizare dicunt, sed nunc φωτίζεσθαι, nunc σφραγίζεσθαι, nunc καθαίρεσθαι, per hæc tria effectum ipsum baptismi, et ex effectu baptismum ipsum signantes, qui sane est illuminatio, character seu sigillum, expurgatio e macula peccati. Aliquando itaque hæc tria verba simpliciter vertenda sunt per baptismi vocabulum, ut non tam vis verbi, quam rei ipsius significatæ lectoribus Græce nescientibus explicetur. His verbis utitur noster signate hom. 1, *De Resurrect.* quæ est ordine 28. Et quidem quod attinet ad φωτισμὸν et φωτίζεσθαι, quorum usus est Græcis Patribus frequentissimus, a D. Paulo ad Hebræos cap. VI, ea videtur originem ducere, qui baptismum illuminationem vocavit ; Ἀδύνατον γάρ, inquit, τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας γευσομένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου. *Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati* (ubi Syrus vertit *baptizati*, notante Cornelio), *gustaverunt etiam cæleste donum*, etc. Et hujus appellationis ratio est, quia in baptismo Christi fide eo initiatus eruitur de potestate tenebrarum, et transfertur in Dei lumen, et sortem sanctorum, accipitque primi et increati luminis consortium ut ait sanctus Dionysius, omniumque divinarum illustrationum principium. Atque ad hanc rem exteriore signo indicandam νεοφωτίστοις cerei accensi dabantur; uti et nunc fax accenditur; hujusque rei, et cæremoniæ causa Epiphaniæ festus dies τῶν ἁγίων φώτων dicebatur, ut luculenta docet orat. Greg. Naz. eo die habita, quæ inscribitur εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Et in typico S. Sabæ τὰ προεόρτια τῶν φώτων, *profestum luminum*, quin et apud Codinum, Curopalat. inter officia ecclesiastica recensetur ὁ ἄρχων τῶν φώτων, *præfectus luminibus*, qui is erat sane, qui recens baptizatis præerat non λαμπαδάριος, cujus officium aulicum erat, et in eo positum, ut lampada imperatori præferret : quod docte disputat Jac. Gretserus in eumdem Codinum contra Junium imperite interpretantem τὸ ἄρχων τῶν φώτων. Præterea apud ipsum Curopalatam baptismus φωτισμὸς lumen, seu illuminatio appellatur. Atque hæc mihi videtur germana explicatio illius lemmatis εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Vincentius Ricchardus, c. R. in S. Proclum. Comment, vult ex eo deductum quod νεοφώτιστοι recens baptizati tanquam nova astra e fonte baptismi in cœlum ascendant, ibique fixa, et ascripta sint, probatque ex eo quod φῶτα, etiam astra vocentur; quæ ratiocinatio cum multa vera C continent; at haud scio an tota sit ad veritatem accommodata. Cæterum hoc loco Theoph. id quod est majus, comparat cum eo quod minus est, et hoc ex illo confirmat. Si enim per offerentium fidem gratia sancti Spiritus infantibus baptizatis impertitur, nil esse mirum debeat, si corporis valetudinem per eorum qui illum obtulerant, vel etiam obtruserant, paralytico donat. De hac enim ratiocinatio progreditur ut consideranti verba ipsa perspicuum fiet; nam de remissione peccatorum in sequentibus deinceps agit cum dubitationem movet cur petenti corporis sanationem prius peccato condonarit.

(96) *Tollit enim principio.* Eamdem afferunt ad hanc quæstionem ab hoc Patre propositam multi etiam alii ex Patribus rationem : Beda apud S. Thomam in Catena : *Curaturus autem hominem a paralysi Dominus, primo peccatorum vincula dissolvit ut ostenderet eum ob nexus culparum artuum dissolutione fuisse damnatum, nec nisi his relaxatis, membrorum posse recuperatione sanari*, affert alios Cornelius in hunc locum, et in Marci cap. II, ubi idem refertur miraculum, ipseque sic putat ideo Christum prius remisisse peccata quam ægrum personaret, ut ostenderet paralyses, cæterosque morbos sæpe non tam a causis naturalibus, quam a peccatis oriri. Quam doctrinam pluribus tradit noster, et hac homilia, et ea quæ de muliere curva, et alibi.

(97) *Prius corruptionem.* Quam sit lacerum exemplar quod Panormi mihi primo oblatum est, tum ex aliis homiliis, tum ex hoc plane intelligas loco, ex quo sicuti et cæteri obscurus et mancus est sensus auctoris; profert enim scriptum πρότερον ἵστησι τοῦ ῥεύματος τὰ ὑπώπια. At hoc neque verum, neque congruum cum auctoris sensu qui talis est ex G., πρότερον μὲν ἵστησι τὴν φθοράν, καὶ τότε καθαιρεῖ τοῦ ῥεύματος τὰ ὑπώπια.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

« Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ A χεῖρον εἰς σὲ γένηται· » καὶ τὸν παρόντα ἰώμενος πάρετον, αὐτὸ τοῦτο ἐνδείκνυται. Καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος καθαπτόμενος τῶν οὐκ εὐαγῶς τῇ μυστικῇ τραπέζῃ προσερχομένων· « Διὰ τοῦτο, φησὶ, πολλοὶ ἐν ὑμῖν ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. » Καὶ μὴν ὁρῶμεν, φησὶν, ἀρτιγενῆ βρέφη, τυφλὰ πολλάκις, ἢ παρακεκομμένα τὴν αἴσθησιν τῆς μητρικῆς νηδύος ἀπολισθαίνοντα. Τί οὖν ἥμαρτε τὸ μήπω τεχθέν; Ἀλλ' ὁ τῆς Προνοίας δίκαιος ὀφθαλμὸς οὐ τὸ παρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον ὁρᾷ· καὶ τῷ μὲν ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς μέλλοντι παγιδεύειν ψυχὰς, προαπήμβλυνε τὰς ὄψεις πρὸ αὐτῆς τῆς γεννήσεως· καὶ ὁ τυφλὸς γεννηθεὶς, εἰ δίκαιος γένοιτο, καὶ τοῦ μυθευομένου Λυγκέως ὀξυοπέστερος γίνεται. Τὸν δὲ πρὸς ἡδονὰς ὀξὺν καὶ κατάφορον, B θλίψει, καὶ πενίᾳ, ἢ μελῶν παρέσει πολλάκις ἀνέστειλε, καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρας κοιμήσας τὴν ἄτακτον ὄρεξιν, οἷον εἴ τις πρὸς φόνον γενόμενος ἕτοιμος, ἀναινομένης αὐτῷ τῆς δεξιᾶς, ἡσυχίαν ἠγάπησε. Τί οὖν, φησὶν, οὐ πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν οὗτος ὁ τῆς δικαιοσύνης ζυγὸς ταλαντεύεται, ἀλλὰ πολλοὶ μὲν ἀλλοτρίων γάμων κλοπεῖς, πολλοὶ δὲ λωποδύται, καὶ τοιχορύκται, καὶ τυμβορύχοι, πολλοὶ δὲ τοκισταὶ, καὶ φαῦλοι, καὶ ῥυποκόνδυλοι, αἰσχρῶν λημμάτων ἠττόμενοι, διαμένουσιν εὐρωστοῦντες, καὶ ἀνιαροῦ παντὸς ἄγευστοι; Ἀλλ' οὐκ ἀεὶ ἡ μέλλουσα κακία νόσῳ προαναστέλλεται, ἵνα μὴ κωλυθῇ τὸ δοθὲν ἡμῖν ἀρχῆθεν αὐτοκρατὲς καὶ ἀδέσποτον. Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος ἀπαλλαγὴ τοῦ παντὸς, ἄδικον C ἔδοξεν ἄν, εἴ τις πονηρὸς ὢν, ἐν δυναστείᾳ, καὶ πλούτῳ, καὶ τρυφῇ τὸν βίον κατέλυσεν. Ἐπεὶ δὲ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, οὐδὲ εἰς ᾅδου μεταχωρήσασα τὴν δίκην διέφυγεν, ἀλλ' ἐκεῖ μάλιστα τῆς τιμωρίας αἰσθήσεται, ὡς ἐν τῷ κατὰ τὸν πλούσιον διηγήματι μεμαθήκαμεν· ὥστε ἔρμαιον ἂν εἴη τοῖς κακοέργοις ἐνταῦθα νοσεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ πένεσθαι, ἢ τοῖς ἐν ᾅδου δικαστηρίοις δίδοσθαι. Πῶς οὖν, φησὶ, καὶ δίκαιοι πολλάκις νόσοις, καὶ πειρασμοῖς, καὶ πενίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις κακοῖς προσπελάζουσιν; Ἀλλὰ πενία, ὦ οὗτος, καὶ νόσοι, καὶ θάνατος, οὔτ' αἰσχρὰ, οὔτε κακὰ, τοῖς εὖ φρονοῦσι λογίζονται· Χριστιανοῖς δὲ καὶ μεγίστη αἰσχύνη τὸ ταῦτα ἡγεῖσθαι κακὰ, ὅπου καὶ ἡ ἔξω παιδεία φυλακὴν φιλοσοφίας ταῦτα D μᾶλλον ὠνόμασε. Φασὶ γὰρ καὶ Πλάτωνα νοσῶδές τι χωρίον τῆς Ἀττικῆς, τὴν Ἀκαδημίαν ἐξεπίτηδες ἀλλάξασθαι, ἀμβλύνοντα τὴν εὐεξίαν τοῦ σώματος·

« Ecce, inquit, sanus factus es; noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat [81]; » et præsentem hunc paralyticum sanans hoc idem ostendit. Et magnus ille Apostolus, cum eos reprehendit, qui non sancte ac pure ad mysticam cœnam accedunt, « Ideo, inquit, inter vos multi imbecilles, et dormiunt multi [82]. » Atqui, dixerit aliquis, videmus sæpe recens natos infantes oculis, vel alio sensu captos ex utero matris prodire. Quid igitur deliquit, qui nondum editus est in lucem? Sed æquus ille Providentiæ oculus non in præsens tempus solum respicit, sed etiam in futurum. Et illi quidem, qui libidinoso oculorum conjectu irretiturus erat animas, antequam nasceretur, visus aciem retundere occupavit, et qui cæcus natus est, si justus evadat: fabuloso etiam lynceo oculatior erit. Eum vero qui promptus, ac præceps ad voluptates futurus erat, ærumna, vel paupertate, vel membrorum dissolutione cohibuit, effrenem cupiditatem quasi sub mandragora (98) sopiens, velut si quis cædem facere paratum habens arefacta sibi dextra quiescat. Quid igitur, inquies, non eadem omnibus peccatoribus hæc æquitatis libra deprimitur, sed multi alieni tori invasores, multi etiam grassatores, et fures et sepulcrorum eversores, multi quoque feneratores, et fraudulenti, et sordidæ nimis avaritiæ, et turpibus lucris obstricti, firmi, valentesque pervivunt nec quidquam molestiæ gustant. Sed non semper futura malitia morbo ante impeditur, ut libera relinquatur permissa nobis ab initio potestas arbitrii, atque dominium. Siquidem enim cum morte omnia delerentur, iniquum videri posset, si quis improbus cum sit, in imperio, ac divitiarum voluptatumque copia transigeret vitam. Quoniam vero immortalis est anima, non pœnam effugiet cum ad inferos demigrabit, sed ibi maxime cruciatum sentiet, ut ex historia divitis intelligimus [83]. Ita 134 ut præclare cum peccatoribus ageretur, hic ægrotare si daretur; et satius esset affligi paupertate, quam apud inferos multari suppliciis. Quomodo igitur, inquies, justos etiam morbi, calamitates et paupertas, et alia mala sæpe circumveniunt? Sed, heus! tu nescis et morbos, et mortem neque in probrosis, neque in malis rebus a sapientibus recenseri? Christianis vero etiam maxima verecundia est, hæc in malis habere, quando vel externa doctrina (99) philosophiæ cu-

[81] Joan. v, 14. [82] I Cor. xi, 3. [83] Luc. xvi, 19 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(98) *Quasi sub mandragora.* Vim inesse mandragoræ soporiferam Plinius testatur *Hist.* lib. xx, cap. 11, tantamque ut etiam enecet, si largius ebibatur. Inde factum adagium, ut qui segnes sunt in negotio, dormitantique multum mandragoræ bibisse dicantur; ea sic usus est Julius Apostata Epist. ad Callixen. Οὐ φανεῖται πολλὴν πάνυ μανδραγόραν ἐκ πεπωκώς, *Annon videtur plurimum potasse mandragoræ?* Lucian. etiam in *Timone*: Ὅπου γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρας καθεύδεις. *Quandoquidem veluti sub mandragora dormis.*

(99) *Vel externa doctrina.* Stoicorum porticus hoc dogmate resonuerunt. Dogma quippe illorum decantatum ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ καλόν. De quo disputat M. Tullius in *Paradox.*, et contra nihil esse malum, nisi turpe quod est et vitiosum. De quo et in *Tuscul. quæst.*; Seneca perfectus Stoicus, epist 96: *Tamen tu indignaris aliquid, et quereris, et non intelligis nihil esse in istis mali, nisi hoc unum quod indignaris, et quereris.* Agit de hoc argumento docte et utiliter Hierem. Drexel. opus *De conformanda voluntate humana cum divina*, præcipue vero

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

stodiam ea potius appellavit. Ferunt enim etiam Platonem (1) insalubrem quemdam Atticæ regionis locum, quo vigescentem corporis retunderet valetudinem, Academiæ de industria delegisse, cæterum et justus etiam aliquando cadit, et aliquid minus rectum vel perficit, ut David, vel cogitat, ut Job. Et nos quidem cum quidpiam mali patimur, causæ ignoratione demiramur : qui vero nostra perscrutatur, quemque nihil omnino latet, videns aliquam in homine justo partem læsam, huic afflictationum potione medetur, ut futuris bonis integre, liquideque perfruatur. Sed enim et ex his malis multa fortuitæ corporis habitudini (2) et vel abundanti (3), vel deficienti materiæ, et naturæ vitio oportet ascribere. Illic enim ex ebrietate, et intemperantia progenitorum ad procreandos filios convenientium, atque adeo ex ipsa origine malam corporis valetudinem traxit : inde enim et complura monstra, et morborum genera pariuntur. Ille vero immodico cibo, potuque et incontinentia exile sibi ipse corpus effecit. Verum non sunt hæc ad virtutem comparandam impedimento. Aliqui enim horum per gratiarum actionem, et patientiam ad apicem philosophiæ cum ascendissent, Abrahami sinum obtinuerunt, ut Lazarus. Qui vero prava sunt voluntate, impediuntur tamen (4) quominus libidini suæ obsequantur : atque ita malum corporis in bonum, et animæ conservationem illis vertit. Vides quo nos ex proposita sermo protraxerit? Priorem igitur sententiam denuo repetamus :

A ἄλλο τε καὶ ὁ δίκαιος ἐνίοτε ὤλισθε, καί τι παράνομον ἢ διεπράξατο ὡς ὁ Δαβίδ, ἢ διενοήθη ὡς ὁ Ἰώβ. Καὶ ἡμεῖς μὲν, ἐάν τι πάθωμεν, θαυμάζομεν ἀγνοοῦντες τὸ αἴτιον · ὁ δὲ τῶν ἡμετέρων ἐξεταστὴς, ὃν λέληθε τῶν πάντων οὐδέν, ὁρῶν τοῦ δικαίου μικρόν τι μέρος λελωβημένον τῷ τῶν πειρασμῶν φαρμάκῳ τοῦτο ἰάσατο, ὡς ἂν καθαρῶς ἀπολαύοι τῶν ἐκεῖθεν καλῶν. Προσήκει δὲ καὶ τὰ πολλὰ τούτων, σώματος συντυχίαν, καὶ φύσεως σφάλμα λογίζεσθαι, καὶ ὕλης πλεονεξίαν, ἢ ἔλειψιν. Ὁ μὲν γὰρ ἐκ γένους ἐπισύρει τὴν καχεξίαν τοῦ σώματος, μέθη καὶ ἀκολασίᾳ τῶν τεκόντων εἰς παιδοποιΐαν συνελθόντων · ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὰ πολλὰ τέρατα καὶ νοσήματα τίκτεται. Ὁ δὲ διαίτης ἀταξίᾳ, καὶ μέθῃ καὶ ἀκρασίᾳ, ἐξίτηλον τὸ σῶμα εἰργάσατο · πλὴν οὐκ ἐμπόδιον B πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν ταῦτα γεγόνασιν. Οἱ μὲν γὰρ τούτων εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἀνέβησαν, δι' εὐχαριστίας καὶ ὑπομονῆς τοὺς Ἀβραμιαίους κληρωσάμενοι κόλπους ὥσπερ ὁ Λάζαρος. Οἱ δέ γε κακοὶ τὴν προαίρεσιν οὐ τοῦτο πράττουσιν ὅσον ἐθέλουσι, καὶ γίνεται τούτοις ἡ τοῦ σώματος βλάβη ψυχῆς φυλακή. Ὁρᾷς ὅποι φέρων ἡμᾶς ὁ λόγος, ἔξω τῆς ἀκολουθίας ἀπήγαγεν; Ἐπαναλάβωμεν οὖν αὖθις τὴν προτέραν διάνοιαν.

« Fili, remittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, et reputantes cum

« Τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Ἦσαν δέ τινες τῶν Γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογι-

Francisci Scorsi notæ.

lib. v et vi ; Gregorius Naz. Epist. ad Philagrium, qua eum hortatur ad perferendos corporis dolores, multa habet, quæ brevem hunc Theophan. locum illustrare possent : Ἐπαινῶ, inquit, τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς τὸ νεανικόν τε καὶ μεγαλόνουν. Οἱ μηδὲν κωλύειν φασὶ πρὸς εὐδαιμονίαν τὰ ἔξωθεν, ἀλλ' εἶναι τὸν σπουδαῖον μακάριον, κἂν ὁ Φαλάριδος ταῦρος ἔχῃ κατόμενον. Hoc est ex Biblio : *At Stoicorum animi magnitudinem, et præstantiam laudo qui res externas nullum ad beatitudinem impedimentum afferre dicunt, sed virum bonum beatum esse, etiamsi in Phalaridis tauro crematur.* Lege apud ipsum reliqua. Denique ut ex poetis aliquid corollarii, Hesiodus paupertatem vocat deorum donum,

Μηδέ ποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
Τέτλαθ' ὀνειδίζων μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.

Hoc est ex Labino :

Ne cui pauperiem sævam pestemque animorum
Objicito, ut probrum : namque est donum illa deorum.

(1) *Ferunt etiam Platonem.* Refert hoc expresse S. Basilius ad adolescentes de legendis ethnicorum libris : Διὸ δὴ καὶ Πλάτωνά φασι τὴν ἐκ σώματος βλάβην προειδόμενον τὸ νοσῶδες χωρίον τῆς Ἀττικῆς τὴν Ἀκαδημίαν καταλαβεῖν ἐξεπίτηδες, ἵνα τὴν ἄγαν εὐπάθειαν τοῦ σώματος, οἷον ἀμπέλου τὴν εἰς τὰ περιττὰ φοράν, ἐπικόπτῃ. *Ideoque et Platonem dicunt cognito, quod ex corpore est, nocumento Academiam Athenis in loco pestilenti elegisse, ut nimia corporis prosperitate, veluti vitem palmite luxuriantem amputaret.* Et S. Gregorius Naz. hæc spectat in Epist. ad Eudoxium rhetorem, cum inter commoda, quæ in illo inesse dicit, ut ad philosophiam Christianam ad quam eum hortatur, possit animum appellere : Τρίτον inquit ἡ νοσοκομία, καὶ τὸ τοῦ σώματος ἀσθενὲς, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν εἰς φιλοσοφίαν εἶναι δοκεῖ Πλάτωνι. *Huc accedit* C *adversa valetudo, et corporis infirmitas ; nam hoc quoque non leve ad philosophiam pondus habere Platoni visum est.* Sit Jac. Billius cum interpretatur, qui et in Schol. magis eumdem explanat. Ac proinde, inquiens, Academiam insalubrem Atticæ locum elegisse dicitur, ut nimis bonus corporis habitus tanquam nimia vitis luxuries amputaretur. Vide Ficinum in Platonis Vita.

(2) *Fortuitæ corporis habitudini.* Σώματος συντυχίαν habet c. G. quem in traductione secutus sum ; alius c. δυστυχίαν casum adversum, quod sane eodem recidit ; cum enim dixisset Theophanes corporis morbos aliquando certo Dei consilio ad impedienda vel corrigenda peccata, atque adeo ad salutem animæ disponi, mox subjungit plerosque etiam ex causarum naturalium cursu, atque ordine, cum Deo permittente, proficisci : ut nimirum ex prava corporis habitudine, qua usi parentes in ipso generationis opere, et vel ex abundante nimium vel deficiente materia, unde et monstra gignuntur. D Hæc autem corporis habitudo fortuita est ; et quia mala, fortuna adversa respectu quidem hominum, causarumque naturalium, idem igitur erit.

(3) *Et vel abundanti.* Vitiatus hic locus in c. P. cui alterum extremum vitii deerat. Cum enim scripsisset librarius : Καὶ ὕλης πλεονεξίαν, adnexuit : Τοῦ σώματος μέθη. Sed interjicienda sunt post ὕλης πλεονεξίαν, hæc ex G. c. ἢ ἔλλειψιν. Ὁ μὲν γὰρ ἐκ γένους ἐπισύρει τὴν καχεξίαν, etc. Quæ quis non videt integram auctoris sententiam reddere?

(4) *Impediuntur tamen.* Paucis in locis deficit G. exemplar, quorum unus hic est. Desunt enim ibi hæc, οὐ τοῦτο πράττουσιν ὅσον ἐθέλουσι. Καὶ γίνεται τούτοις ἡ τοῦ σώματος βλάβη ψυχῆς φυλακή. Quæ sunt in c. P.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, Τί οὗτος λαλεῖ βλασφημίας; [Τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; » Ὅρα τοὺς κηφῆνας· οὕτω γὰρ τοὺς Γραμματεῖς ἐκείνους προσήκει καλεῖν. Εἰσπηδῶσι τῷ ῥήματι, μὴ προσέχοντες τῷ πράγματι· καὶ τὸν ἔνδοθεν ὑποτυφώμενον ἐρεύγονται μῶμον, μάταια ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν διαλογιζόμενοι· ἀλλ' ὁ Κύριος εἰς τοὐμφανὲς ἄγει τὰς ἐννοίας τῆς καρδίας αὐτῶν, ἐλέγχων τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, καὶ ἅπερ ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς διανοίας ἐλάνθανε, παρὰ τοῦ βλέποντος τὰς ἐνθυμήσεις, ἐλέγετο· « Μὴ γὰρ ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐχὶ ἀκούει, ἢ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν οὐχὶ κατανοεῖ; » Αὐτὸς δὲ ἦν πάντως περὶ οὗ ταῦτα εἶπε Δαβίδ, διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπαφῆς ἐμφυτεύων τρόπον τινὰ τὰς τῶν κωφῶν ἀκοάς, δι' ὧν καὶ ὀφθαλμοὶ ἐπλάσσοντο διὰ τοῦ πτύσματος καὶ τῆς γῆς πηλουργούμενοι.

« Καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι εἶπεν αὐτοῖς· Τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Τί γάρ ἐστιν εὐκολώτερον, εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, ἢ εἰπεῖν· Ἔγειρε, καὶ ἆρον τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει; » Τῆς τῶν Γραμματέων ἀμαθείας κατειρωνεύεται, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ὑπονοίας τὴν ἀποπληξίαν καθίστησιν ἐναργῆ, τὸ εἰς νοῦν ἔσω, καὶ καρδιῶν διαλευκαίνων σαφῶς· τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, φησὶ, τοῦ πρᾶξαι πέφυκεν εὐκολώτερον· ἐπεὶ δὲ ἄδηλον ὑμῖν εἰ τῷ λόγῳ καὶ ἡ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις ἠκολούθησεν, ἐκ τῶν ἀναμφιβόλων πιστώσομαι τὸ ἀμφίβολον. Τρία δὲ κατὰ ταὐτὸν ἐνεργεῖ· ἀφίησι τὰς ἁμαρτίας τοῦ πάσχοντος, ἐλέγχει τῶν Γραμματέων τοὺς διαλογισμοὺς, ἀνίστησι τὸν παράλυτον.

« Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας. » Ἐνδείκνυται διὰ τούτων τὸ ἀδιαίρετον τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ὅτι τῶν θείων πλεονεκτημάτων μετέδωκε τῇ προσληφθείσῃ σαρκὶ, καὶ ἣν ἔσχεν ἐξουσίαν ἐν οὐρανῷ, ταύτην καὶ ἐπὶ γῆς ἔχει· τὸ γὰρ Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου γενέσθαι κατ' οὐδὲν τῇ δυνάμει τῇ θείᾳ ἐλυμήνατο.

« Λέγει τῷ παραλυτικῷ· Σοὶ λέγω, ἔγειρε, καὶ ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ ἠγέρθη εὐθέως, καὶ ἆρας τὸν κράββατον, ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων. » Συσφίγγει τοίνυν ὁ λόγος τὴν πάρεσιν, ῥώννυσι τῶν ἄρθρων τὴν ἔκλυσιν, δίδωσι τοῖς νεύροις τὴν τόνωσιν, καὶ ὁ πρὶν ἐκλελυμένος, καὶ κείμενος, ὥσπερ πλοῖον ἀγόμφωτον, ἀνέθορέ τε τοῦ σκίμποδος, καὶ τροχαλῶς ἐβάδιζε, κόφοις φερόμενος ἅλμασι, δοξάζων τὸν θέμενον ἄμωμον τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ καταρτισάμενον τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡσεὶ ἐλάφου. Ταῦτα δὴ τὰ προφητικὰ, καὶ τάχα τοῦτο προβλέπων ἐθέσπισεν ὁ θεῖος χρησμός· « Τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός. » Ἀλλὰ τὸ θαῦμα

A animo suo : Quid hic loquitur blasphemias ? quis potest demittere peccata, nisi solus Deus ? » Vide illos fucos (5); sic enim Scribas par **135** est appellare. Insiliunt in verba, facta minime reputantes; et suffumigantem intus calumniam eructant incassum ratiocinantes in cordibus suis. Sed Dominus in apertum profert cogitationes, et arguit ratiocinationes (6) eorum, et quæ in penetralibus mentis latebant, ab eo qui cogitata mentis inspicit, elata sunt : « Numquid enim qui plantavit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat [44] ? » Ipse scilicet plane erat, de quo David hæc dixit, qui contactu manuum aures quodammodo surdorum inseverat; per quas etiam oculi fingebantur B per sputum et humum veluti ex luto facti.

« Quo statim cognito Jesus spiritu suo dicit illis : Quid cogitatis in cordibus vestris ? quid est facilius dicere paralytico : Dimittuntur tibi peccata tua, aut dicere : Surge, tolle grabatum tuum, et ambula ? » Scribarum irridet inscitiam : et quanta illis inesset vecordia ac stoliditas planum facit; quæque penitus (7) in mente et corde latebant, aperte patefacit; dicere enim, inquit, quam facere facilius natura est. Quoniam vero obscurum vobis est, an peccatorum remissio dictis re ipsa respondeat, ab iis quæ certa sunt, incertis faciam fidem. Tria vero eadem opera præstat. Condonat ægroto peccata, Scribarum C cogitationes arguit, et valetudini restituit paralyticum.

« Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. » His verbis duarum in se naturarum nexum inseparabilem post unionem ostendit; quodque divinas prærogativas cum assumpta carne communicarit, et quod eam potestatem haberet in terra, quam habebat in cœlo. Nam Filium hominis factum esse divinæ potentiæ nihil offecit :

« Ait paralytico : Tibi dico, Surge, tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam : et statim surrexit, et subnato grabato abiit coram omnibus. » Verbo igitur dissoluta membra coagmentat, et imbecilla D corroborat, et nervos intendit, et qui prius solutis membris quasi disjunctis compagibus navigium jacebat, e grabato surrexit, et levibus saltibus perniciter ambulabat, gloria efferens eum qui posuerat immaculatam viam ejus et perfecerat pedes ejus quasi cervorum [45]. Hæc vero a Propheta dicta sunt. Et fortassis hoc etiam providens vaticinatum est divinum oracullum : « Tunc saliet quasi cervus **136** claudus [46]. » Sed enim cum talem habuerit

[44] Psal. xciii, 9. [45] Psal. xviii, 33, 34. [46] Isa. xxxv, 6.

Francisci Scorsi notæ.

(5) *Vide illos fucos.* Lege adnotata ad hom. xii, not. 94.

(6) *Et arguit ratiocinationes.* Ἐλέγχων τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, sunt ex G.

(7) *Quæque penitus.* Τὰ εἰς νοῦν ἔσω, καὶ καρδιῶν διαλευκαίνων σαφῶς. His additis ex G. c. quanto plenior, et planior sensus; at deerant in P.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

exitum hoc miraculum, non tamen finem etiam nos imponere sermoni permittit; sed vult potius ut his, quæ hactenus dicta sunt, tanquam vestibulo utentes ad interiora sensa ingrediamur. Quod si talibus ornamentis decorata sunt propylæa, cujusmodi tandem templi penetralia esse decet? Ad quæ pervadere Deo adjutore conabimur. Hoc oppidum ubi supradictum signum est factum, quodque secundum Matthæum (8) civitas Jesu, secundum Marcum Capharnaum dicitur, terræ hujus ambitum signat. Quæ quidem civitas Jesu vocatur, utpote naturæ nostræ participis, et qui dempto peccato, communem nobiscum iniit vivendi rationem. Ipsam vero Capharnaum *reconciliationis* (9) *oppidum* Græca lingua interpretari possumus, quæ Christum ad nostram reconciliationem venientem excepit, de quo filius tonitrui dicit : « Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum [57]. »

Venit igitur huc Dominus corpore usus uti navigio; et venit omnino ad humanæ naturæ jam dissolutæ salutem : quæ sane aliquando spirituali valetudine utebatur, cum animi motus ad virtutem quasi nervi intenti erant, et recte integreque et secundum naturam habebant. Ubi vero concupiscentiæ motus dominatus est cæteris, et exsatiavit ingluviem, et e statu valetudinis excidit, hanc morborum mortisque regionem obtinuit et sollicitudinum quamdam colluvionem ad se congregavit : unde ægrotare cœpit, et ad exercenda virtutis officia remissos artus habere. Ita in inertiæ grabato decubuit; et a quatuor portabatur, hoc est naturam constituentibus elementis. Venit igitur benignissimus Dominus in hanc terram, velut in civitatem suam : neque enim in alieno natus est mundo, sed in eo, quem fabricatus est ipse : « Et in propria venit, inquit Joannes, et sui eum non receperunt [58]. » Venit prædicans, juxta Isaiam [59] captivis remissionem peccatorum, et sanare contritos, tum quoad corporis, tum quoad animæ membra : concinit enim historia cum prophetia jubensque humanam naturam per peccatorum remissionem, purgationemque vitiorum (10) a lapsu resurgere, et propere vadere in domum suam, hoc est, **137** in paradisum unde deciderat. Atque ita quidem historia totius humanæ naturæ salutem adumbrat, nihil vero impedit, quominus ad singulos nostrum eam traducamus. Paralyticus enim est unusquisque nostrum, cum in exsequendis mandatis remissum animum gerit :

A τοῦτο τοιαύτην λαβὼν τὴν περαίωσιν, οὐκ ἐπιτρέπει καὶ ἡμᾶς τῆς διδασκαλίας δοῦναι τελείωσιν, ἀλλ' ὡς προπυλαίοις τοῖς λελεγμένοις χρήσασθαι πρὸς τὴν τῶν νοημάτων εἰσέλευσιν. Εἰ δέ τοι τοιούτοις τὰ προπύλαια καλλωπίζεται, τίνα ἂν εἶεν τὰ ἔνδον ἀνάκτορα; οἷς ἐπιδῆναι σὺν Θεῷ πειρασόμεθα. Ἡ κώμη αὕτη ἐν ᾗ τὸ ῥηθὲν σημεῖον ἐγένετο, κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον πόλις τοῦ Ἰησοῦ, κατὰ δὲ τὸν θεῖον Μάρκον, Καπερναοὺμ, τὴν περίγειον λῆξιν εἰκόνιζεν, ἥτις πόλις μὲν λέγεται τοῦ Ἰησοῦ, ὡς τῆς φύσεως ἡμῶν κοινωνήσαντος, καὶ χωρὶς ἁμαρτίας συμμετασχόντος ἡμῖν τοῦ αὐτοῦ πολιτεύματος. Ἡ αὐτὴ δὲ Καπερναοὺμ καὶ *κώμη παρακλήσεως* ἑρμηνεύεται τῇ Ἑλλάδι φωνῇ, ἣ ἐδέξατο τὸν εἰς παράκλησιν ἡμῶν εἰσεληλυθότα Χριστὸν, περὶ οὗ B φησιν ὁ υἱὸς τῆς βροντῆς · « Ἔχομεν παράκλητον πρὸς τὸν Πατέρα Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν δίκαιον. »

Ἦκε τοίνυν ἐνταῦθα ὁ Κύριος τῷ σώματι ὡς πλοίῳ χρησάμενος · ἦκε δὲ πάντως ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς παρειμένης τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ἥτις ἦν ἐν ὑγείᾳ ποτὲ νοητῇ, οἷον τῶν νεύρων τῶν τῆς ψυχῆς ἐπ' ἀρετῆς κινημάτων ὑγιῶς καὶ κατὰ φύσιν ἐχόντων. Ἐπεὶ δὲ, τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τῶν ἄλλων κρατήσαντος, τῆς λαιμαργίας ἐνεφορήθη, καὶ τῆς ὑγείας ἐξέπεσε, τὸ νοσῶδες τοῦτο χωρίον καὶ ἐπιθανάτιον ἐκληρώσατο, φροντίδων φορυτὸν ἑαυτῇ συναγείρουσα, δι' ὧν κλινήρης ἐγένετο, παρεθεῖσα τὰ μέλη τῆς κατ' ἀρετὴν ἐργασίας. Ἐν δὲ τῷ τῆς C ἀπραξίας ἐδέδλητο σκίμποδι, ὑπὸ τεσσάρων αἰρομένη, τῶν συστατικῶν δηλαδὴ στοιχείων τῆς φύσεως. Ἦλθεν οὖν ὁ πανάγαθος Δεσπότης εἰς ἰδίαν πόλιν τὴν γῆν. Οὐ γὰρ ἐν ἀλλοτρίῳ γέγονε κόσμῳ, ἀλλ' ὃν αὐτὸς συνεστήσατο. « Καὶ εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, ὡς φησιν Ἰωάννης, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐκ ἐδέξαντο. » Ἦλθε κηρύξαι, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, αἰχμαλώτοις ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, καὶ ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τά τε σωματικὰ μέλη καὶ τὰ ψυχικά (συνᾴδει γὰρ ἡ ἱστορία τῇ προφητείᾳ) · καὶ διὰ τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως καὶ τῆς τῶν νοσημάτων καθάρσεως πείθων τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἀναστῆναι τοῦ πτώματος, καὶ βαδίζειν ὀξέως εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς τὸν παράδεισον ἐξ οὗπερ ἐκπέπτωκεν. Οὕτω μὲν τὴν σωτηρίαν ἡ ἱστορία τῆς ὅλης τῶν ἀνθρώπων D αἰνίττεται φύσεως. Κωλύει δὲ οὐδὲν καὶ εἰς ἑαυτοὺς ταύτην μεταγαγεῖν. Παράλυτος γάρ ἐστιν ἕκαστος ἡμῶν τῇ τῶν ἐντολῶν ἀπραξίᾳ τὸν νοῦν παρεθείς, καὶ ἐπὶ τοῦ τῆς ἀναισθησίας κείμενος σκίμποδος,

[57] Joan. II, 1. [58] Joan. I, 11. [59] Isa. LXI, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(8) *Secundum Matthæum.* C. P. Ἡ κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον, καὶ Μάρκον Καπερναοὺμ : sed illam S. Matthæus expresse Capharnaum non appellat, sed civitatem Christi, verior et scriptura, et res ipsa et verax auctoris sermo ex c. G. Ἡ κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον πόλις τοῦ Ἰησοῦ, κατὰ δὲ τὸν θεῖον Μάρκον Καπερναοὺμ. Consule quæ dicta sunt supra not. 00.

(9) *Reconciliationis.* Καπερναοὺμ sine aspiratione Græci dicunt, quam Latinus apponit interpres, cum Capharnaum vertit, et præterea ε in α mutat. Hebraice כפרנחם compositum a כפר quod villam, seu vicum, seu agrum, et נחם quod pœnitere et pœnitudo mutatis punctis, atque adeo etiam reconciliatio, prout noster interpretatum vult

(10) *Purgationemque vitiorum.* Καὶ τῆς τῶν νοσημάτων καθάρσεως ex c. G.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἅτε τὰ ὀστὰ συντριβεὶς τοὺς σώφρονας λογισμούς. Ἀλλ' εἴπερ ὑπὸ τεσσάρων ἀρθῇ, τοῦ τε στοιχειακοῦ φόβου, καὶ τῆς εἰς τὸ καλὸν προθυμίας, καὶ ἐλπίδος καὶ πίστεως, καὶ ἕλθοι ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ· ἔστι γὰρ καὶ νῦν ὡς ἐν Καπερναοὺμ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἥτις ὡς ἀληθῶς οἰκός ἐστι παρακλήσεως, καὶ πόλις Χριστοῦ· τότε ἀκούσεται Τέκνον Θεοῦ, καὶ λήψεται τῶν ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, καὶ τῆς ψυχικῆς νόσου τὴν ἴασιν. Εἴ τε ὡς πρότερον ἡ στέγη ἀρθῇ, τουτέστιν ὁ νοῦς τῶν γηΐνων ἐκκαθαρθῇ, καὶ ὁ ἀσθενῶν χαλασθῇ, ἤγουν χριστομιμήτως ταπεινωθῇ, ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Εἴη δ' ἂν στέγη αἰρομένη ἡ πρὸς τὴν τοῦ δέοντος κατανόησιν ἐπιπροσθοῦσα, καὶ τὸν νοῦν ἐπιθολοῦσα ἀπόγνωσις. Ταύτης γὰρ ἀρθείσης, καὶ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν εἰς Θεὸν χαλασθείσης, καὶ τὸν κράββατον ἄροιμεν, καὶ εἰς τὸν οἶκον ἡμῶν πορευθείημεν. Κράββατος δὲ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα ἡμῶν ἐστιν, ὃ δὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀφθαρτισθὲν μετὰ τῆς ψυχῆς, εἰς οὐρανοὺς ἁρπαγήσεται. Οὗτος γὰρ οἶκος ἡμέτερος, ἐξ οὗ κακῶς ἀπερρίφημεν, καὶ οὗ λαβέσθαι σπεύσωμεν διὰ τῆς ἐργασίας τῶν τεσσάρων γενικῶν ἀρετῶν· καὶ τὸ σῶμα βαστάζοντες, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν γηΐνων προσπαθείας αἴροντες τὴν ψυχὴν πρὸς ἔφεσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

et cum torpescit, et quasi in lecto decumbit, prudentibus cogitationibus quasi ossibus, viribusque comminutis. Si vero a timore, quem vocant initialem, et ab honesti studio, et a spe et fide velut a quatuor subvehatur, et in Christi conspectum veniat; est quippe etiam nunc in Ecclesia ut in Capharnaum, quæ profecto Ecclesia consolationis est domus, et civitas Christi; tunc filium Dei vocari se audiet, et remissionem accipiet: tamen prius tollatur tectum, hoc est, a terrenis cogitationibus mens expurgetur (11), et demittatur æger, hoc est ad Christi imitationem humilietur. Secus enim ad Jesum veniri non potest. Posset etiam per ablatum tectum desperatio significari, quæ veluti superposita mentis luminibus, obstruebat, quominus reputaret, quid facere oporteret. Hac enim sublata, et inclinata in Deum spe (12), tollendi grabbati, et domus adeundæ fiet potestas. Grabbatum quippe animæ corpus est nostrum, quod sane in resurrectione (13) una cum anima immortalitate donatum rapietur in cœlum. Hæc enim domus est nostra; a qua male dejecti sumus; hanc per exercitationem quatuor cardinalium virtutum recipere festinemus, corpus quasi grave onus portantes, et ab affectu terrenorum animam elevantes ad desiderium æternorum bonorum, quæ utinam assequamur omnes in Christo Jesu, cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΒ'.

Εἰς τό, « Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν. » — Ἐλέχθη Κυριακῇ τῆς Σταυροπροσκυνήσεως.

Νῦν ἡμῖν ὁ τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἔφθασεν εἰς αὐτὸ τὸ μεσαίτατον, καὶ τὴν σπουδὴν τῆς ἀμίλλης ἄνωθεν ἡμῖν ἐπιτείνουσιν ἄγγελοι, καὶ Χριστὸς ἀγωνοθετῶν ἐπισκοπεῖ τοῦ δρόμου τὸν δίαυλον, καὶ προτείνει τὰ στέφη τοῖς ἀθληταῖς, οὐχ ὁμοίως τοῖς ἀγωνιζομένοις εἰς τὰ Ὀλύμπια. Ἐκεῖσε γὰρ, ἑνὶ τῷ νικήσαντι μόνον δίδοται τῆς νίκης ὁ στέφανος, ἐνταῦθα πᾶσιν ἀντιμετρεῖται κατὰ τὸ εἰκὸς ἡ ἀντίδοσις.

HOMILIA XXII.

In illa verba, « Si quis vult venire post me, abnegat semetipsum. » Dicta est Dominica Adorationis (14) S. Crucis.

Ad medium jam stadium properat nobis continentiæ tempus; et contentionis studium desuper nobis **138** angeli intendunt· et Christus certaminis institutor diaulum (15) aspectat, et coronas athletis prætendit, non eo pacto quo certantibus in Olympiis proponuntur; ibi enim unus duntaxat victor victoriæ corona donatur, hic omnibus dimensa est pro meritis remuneratio (16). Re-

Francisci Scorsi notæ.

(11) *Mens expurgetur.* Ὑπεραρθῇ, ut est in P. c. recepi ἐκκαθαρθῇ ex G. Quod magis explicat quatione mens elevatur.

(12) *Et inclinata in Deum spe.* Deerant in P. multa, sine quibus nimis obscurata erat hæc tropologia, ab his verbis: Ταύτης γὰρ ἀρθείσης, usque ad πορευθείημεν.

(13) *In resurrectione.* Ὁ δὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀφθαρτισθὲν μετὰ τῆς ψυχῆς omissum est in c. P. et deinceps Οὗτος γὰρ τῆς ἐργασίας τῶν τεσσάρων sine quibus confusa et mutila sermonis ἀκολουθία.

(14) *Dicta est Dominica Adorationis.* In altero cod. V. exstat hæc inscriptio, quam edidimus; in altero vero itidem V. Ἀναγινώσκεται ἐν μεσονηστίμῳ, *Legitur in medio Jejunio.* Tertia scilicet quadragesima Dominica celebrant Græci τὴν Σταυροπροσκύνησιν, hoc est Adorationem crucis. Ita Rit. lib. S. Sabæ: Κυριακῇ τρίτῃ τῶν ἁγίων Νηστειῶν τὴν προσκύνησιν ἑορτάζομεν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. *Tertia Dominica SS. Jejuniorum celebramus adorationem venerandæ et vivificæ crucis.* Idem cæteri Græcorum rituales libri, et in his ille qui Triodium inscribitur, ubi eius ritus causa, et finis redditur; nempe ut fideles conspectu crucis et adoratione excitati reliquum jejunii quadragesimalis spatium alacriter percurrant, purique ab omni macula ad sacra Pascha solemnia perveniant. Idem et a S. Chrysost. et a S. Sophonio patriarch. Hierosolym. causa ejus instituti affertur. Quod pluribus persequitur Gretserus lib. I, tom. I *De S. cruce*, cap. 68; et tom. II, in notis ad orat. S. Theod. Studitæ in eamdem. Apud Curopalatam etiam modum ejus cæremoniæ peragendæ leges.

(15) *Cursus reciprocationem.* Ita verti Græcum τὸ δίαυλον. Hoc enim vocabulum interprete Budæo significat cursum circumactum ad metam, seu flexionem, et reciprocationem cursus. Hinc διαυλοδρόμος qui cursum circensem peragit, et διαυλοδρομεῖν. Refert se igitur Theophanes ad similitudinem circensis cursus supra hom. 19 propositam hoc initio: *Qui contendunt in equestribus certaminibus*, etc., quam vide, et quæ adnotavimus not. 26, inde enim lux omnis huic dicto.

(16) *Hic omnibus dimensa est remuneratio.* Eamdem, et æque pulchram sententiam habet D. Hieronymus, epist. 28 ad Lucilium: *Contra de nobis*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mus igitur operam, ut coronemur omnes : præclaram omnes, et invidiæ non obnoxiam victoriam reportemus. Hic quidem alium continentiæ intentione præcedat, tenui victu corporis massam elidens ; hic vero abunde suppeditanda pauperibus stipe præcellat ; ac se oleo misericordiæ nitidiorem reddat. Alius peccantes in se magno animo toleret, et hoc modo propitium sibi ipsi Dominum faciat. Omnes « ut in die honeste ambulemus, » juxta Apostoli dictum [60]. Nunc enim animis nostris illucescit dies, qui noctem perturbationum a nobis amoveat. Nunc mens per jejunium illuminata in lucem intelligibilem clare figere obtutum potest, coercens hinc corporis impetus, spiritus inde splendores excipiens ; et ardorem quidem voluptatum exstinguens, ardorem vero virtutum incendens. Ita jejunium omnia nobis bona conciliat. Age ergo, ejus innixi virtute Salvatorem audiamus jubentem omnes concito cursu se subsequi.

« Dixit Dominus : Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. » Postquam Salvator noster Jesus sanctis discipulis ea quæ circa crucem et Passionem ventura erant, prædixisset, discipulorum coryphæus secretioribus nondum initiatus mysteriis, et magistri sui affectu permotus Passionem ab eo deprecabatur, « Absit, inquiens, a te, Domine, non erit tibi hoc [61]. » Cujus temeritatem Dominus acriter cum reprehendisset, ad se sequentium multitudinem conversus, hunc sermonem habuit : « Si quis vult venire post me, abneget semetipsum [62]. » Ad Petrum præcipue, opinor, orationem dirigens in hanc propemodum sententiam loquitur : Non ego solum ad Passionem propero, sed ab omnibus eamdem, quam ego subeo mortem, eligi volo : « Si quis vult venire post me. » Non aufero libertatem, et sui cuique dominium, ait, nec quemquam ad me sequendum cogo ; ad vitam, et præmium, et immutabile regnum voco. Quisquis vult incorruptis **139** perfrui bonis, me sequatur ; abneget semetipsum. Sed quomodo quis abnegare seipsum queat, planum faciemus exemplo : Ut si quis amicissimum quempiam habens, postmodum casu aliquo interveniente, ab ejus omnino abhorreat amicitia, ita ut etiam si vexatum videat, et colaphis cæsum (17), et membratim concisum, et laniatum, et rotis variisque discerptum tormentis (18), ejus misericordia non moveatur ; cum jam

[60] Rom. XIII, 13. [61] Matth. XVI, 22. [62] Ibid. 24.

σις. Πάντες οὖν στεφανῖται γενώμεθα · πάντες νικήσωμεν τὴν καλὴν νίκην καὶ ἀνεπίφθονον · ὁ μὲν ἐγκρατείᾳ ἐπιτεταμένῃ ὑπερβαλλέτω τὸν ἕτερον, λεπτῇ διαίτῃ καταπνίγων τὸν ὄγκον τοῦ σώματος · ὁ δὲ νικᾷν ἐπειγέσθω τῷ ἀφθόνως τοῖς πένησιν ἐπαρκεῖν, καὶ τῷ τῆς ἐλεημοσύνης ἐλαίῳ φαιδρύνεσθαι · ἕτερος μακροθυμείτω ἐπὶ τοῖς πταίουσιν, ἕλεων αὐτῷ τὸν Δεσπότην ἀπεργαζόμενος. Πάντες, « ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως « περιπατήσωμεν, κατὰ τὴν Ἀποστολικὴν φωνήν. Νῦν ἀνατολὴ γέγονε ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, τῆς νυκτὸς ἡμᾶς τῶν παθῶν ἀποστήσασα. Νῦν ὁ νοῦς διὰ τῆς νηστείας αὐγαζόμενος τηλαυγῶς ἐνατενίζειν τῷ νοητῷ φωτὶ δύναται, ἐπέχων μὲν τὰς ὁρμὰς τῆς σαρκὸς, δεχόμενος δὲ τοῦ πνεύματος τὰς αὐγάς · τὸ πῦρ σβεννύων τῶν ἡδονῶν, τὸ πῦρ ἀνάπτων τῶν ἀρετῶν. Πάντων ἡμῖν ἀγαθῶν ἡ νηστεία καθέστηκε πρόξενος. Ἄγε δὴ οὖν ταύτῃ ἐπερειδόμενοι, τοῦ Σωτῆρος ἀκούσωμεν αὐτῶ προτροπάδην πάντας κελεύοντος.

« Εἶπεν ὁ Κύριος · Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. » Ἐξ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ πάθους προεκφωνήσαντος, ὁ κορυφαῖος τῶν μαθητῶν ἔτι τῶν ἀπορρητοτέρων ἀμύητος ὤν, διὰ τὸν πρὸς τὸν διδάσκαλον πόθον, τὸ παθεῖν τοῦτον ἀπηύχετο · « Ἵλεώς σοι, φάμενος, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. » Ὃν τῆς προπετείας ἐπιτιμήσας ὁ Κύριος, πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἑπομένων ἐπιστραφεὶς, ταύτην ἀφίησι τὴν φωνήν. « Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν · » Πρὸς τὸν Πέτρον, οἶμαι, τὸ πλέον ἀποτείνων τὸν λόγον ταῦτά φησι, μονονουχὶ λέγων ὡς · Οὐ μόνον ἐγὼ πρὸς τὸ παθεῖν ἐπείγομαι, ἀλλὰ καὶ πάντας βούλομαι τὸν αὐτὸν ἑλέσθαι μοι θάνατον · « Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν. » Οὐκ ἀφαιρῶ, φησὶ, τὸ αὐτεξούσιον, καὶ ἀδέσποτον, οὐδὲ βιάζομαί τινα πρὸς τὴν ἀκολούθησιν. Ἐπὶ ζωὴν καὶ γέρα καλῶ, καὶ βασιλείαν ἀσάλευτον. Ὅστις θέλει καταπτυφῆσαι δωρεῶν ἀκηράτων, ἀκολουθείτω μοι · ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν. Ἀλλὰ πῶς ἄν τις ἑαυτὸν ἀπαρνήσαιτο, ὑποδείγματι σαφηνίσομεν · ὥσπερ ἄν εἴ τις προσφιλέστατον ἔχων τινὰ, περιστάσεως ἐμπεσούσης τινὸς, τὴν ἐς αὐτὸν φιλίαν ἀποστέρξῃ παντάπασιν, ὥστε κἂν συρόμενον ἴδοι, κἂν κατὰ κόρρης τυπτόμενον, κἂν μεληδὸν τὰς σάρκας κοπτόμενόν τε καὶ τεμνόμενον, κἂν τροχοῖς, καὶ ἀρθρεμβόλοις ξαινόμενον, οὐκ ἐπικλᾶται πρὸς ἔλεον ἤδη τὴν πρὸς αὐτὸν σχέσιν ἀπαρνησάμενος, οὕτως ἕκα-

Francisci Scorsi notæ.

sic currite ut comprehendatis. Non est invidus agonotheta noster, nec alterius palmæ alteri parat ignominiam, omnes athletas suos desiderat coronari.

(17) *Et colaphis cæsum.* Ad verbum vertere debuissem : In maxilla cæsum. Nam κόρρη genam, maxillam, γνάθον, significat ; inde κατὰ κόρρης πατάξαι, qua phrasi utitur Noster, cui respondet Latina, colaphos infringere, pugnum impingere. Hac igitur usus sum sensum potius pendens, quam verba, ubi in verbis nihil est momenti, nec ad rem interest utro modo vertas, quod etiam dictum velim pro sequenti nota, et aliis similibus per omnes homilias locis.

(18) *Variisque discerptum tormentis.* Quamvis ἀρθρέμβολα propria quædam sint instrumenta torquendi dicta ἀπὸ τῶν ἄρθρων, et ἐμβάλλω, ab inserendis, seu injiciendis artubus ; quia tamen commodum e Latino sermone non suppetebat

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

στον ἡμῶν βούλεται, τὸ ἴδιον ἡμῶν σῶμα ἀρνήσασθαι. Τί δέ ἐστι τὸ ἀκολουθῆσαι Χριστῷ, καὶ πῶς; ἄν τις τοῦτο κατορθῶσαι δυνήσεται; Εἰ γὰρ κατὰ τὴν πρόχειρον ἔννοιαν ἐκλάβοιμεν τὸ ῥητὸν, σωματικὴν νοήσαντες ἀκολούθησιν, ἀμήχανος αὕτη πάντως καὶ ἄπορος, τοῦ Κυρίου τὰ νῦν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ αὐτῷ πρεπωδεστάτοις θρόνοις ἐφεζομένου. Ἀλλὰ μὲν ὁρῶμεν αὐτὸν πᾶσι σχεδὸν τοῖς πρὸς αὐτὸν περφοιτηκόσι, ταύτην ποιούμενον τὴν παραίνεσιν, καὶ ἀκολουθεῖν αὐτῷ προτρεπόμενον. Ἆρτι γὰρ μαθητὰς συναγείρων τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ μυστηρίου ὕστερον ὑπουργήσαντας, κατόπιν αὐτῷ τούτοις βαδίζειν διακελεύεται· καὶ πρώτῳ μὲν μετὰ Πέτρον Φιλίππῳ τῷ ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ ἐντυχὼν, ταύτην ἀφίησι τὴν φωνήν· « Ἀκολούθει μοι. » Πέτρος δὲ ὁ κορυφαῖος ἐμυεῖτο μὲν τὰ περὶ Χριστοῦ ὑπὸ Ἀνδρέου πρότερον ἀκολουθήσαντος· ἔτι δὲ ἐκάθητο παρὰ τὴν ἰδίνα μετὰ τοῦ ὁμαίμονος, ἅμφω δὲ συνερράπτετην παλαιῶν δικτύων διερρωγότων τεμάχια, οἷς ἐπιστὰς ὁ Σωτήρ· « Δεῦτε, λέγει, ὀπίσω μου, » ὅπερ τοῦτό ἐστι, τὸ « Ἀκολουθεῖτέ μοι. » Ἰδὼν δὲ τοὺς Ζεβεδαίου υἱοὺς « καταβαίνοντας ἐν πλοίῳ, » Δαβιδικῶς εἰπεῖν, ποιοῦντας ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, λέγει αὐτοῖς· « Ἀκολουθεῖτέ μοι. » Φορολογοῦντα δὲ τελώνην τινὰ, καὶ πολλὴν ἑδραιότητα κεκτημένον ἐν τῷ τόκῳ· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται τὸ περὶ Ματθαίου εἰπεῖν, ὡς ἐκάθητο ἐπὶ τὸ τελώνιον, δι' αὐτῆς τῆς φωνῆς, τῆς πονηρᾶς καθέδρας ἐξανίστησιν εἰπών· « Ἀκολούθει μοι· » καὶ τῷ περὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐρωτήσαντι· « Πώλησον, φησὶ, τὰ ὑπάρχοντά σοι, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι, » ὡς εἰς τοῦτο φερούσης τῆς τῶν νομικῶν ἐντολῶν φυλακῆς. Καὶ περὶ τῶν αἱρουμένων τούτῳ διακονεῖν, οὕτω φησίν· « Ὁ θέλων ἐμοὶ διακονεῖν, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ κόσμου φῶς ἑαυτὸν ὠνομακὼς, ὅπερ ἦν, ἐπάγει τῷ λόγῳ γοργῶς· « Ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ, οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ. » Καὶ νῦν δὲ, τὸ αὐτὸ πᾶσι φωνεῖ· « Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. »

A suum erga ipsum affectum exuerit, ita vult unumquemque nostrum proprium abnegare corpus. Quid vero significat, Christum sequi, et qua ratione quispiam hoc recte præstare queat? Nam si primo se offerente sensu dictum accipiamus, putantes corporalem esse consecutionem, nulla id ratione, nulla assequemur via, cum nunc in cœlo Dominus, atque in throno sibi maxime conveniente consideat. Verumtamen animadvertimus ipsum omnibus fere ad se accedentibus hoc monitum dare, et ad se sequendum eos hortari. Nam paulo ante discipulos cogens, quos postea prædicandæ mysterii doctrinæ ministros erat habiturus, præcepit eis, ut post se venirent. Et Philippo Bethsaidæ nato post Petrum primo obviam factus, hac usus est voce: «Sequere B me [62]. » Princeps vero Petrus ab Andrea, qui prius secutus fuerat Christum [63], de Christo edoctus quidem fuerat; sed adhuc una cum fratre propter littus sedebat; et ambo veterum retium lacinias consarciebant, quibus Salvator astans: « Venite post me [64], » inquit, quod idem est ac «Sequimini me.» Videns porro filios Zebedæi, «descendentes mare in navibus, » ut illud Davidis usurpem, « Facientes operationem in aquis multis [65], » ait illis: «Sequimini me [67].» Publicanum vero quempiam tributa colligentem, et in usuris firmiter persistentem (hoc enim per ænigma insinuatur, cum de Matthæo dicitur [68] quod sedebat in telonio), per eamdem vocem, ab iniqua illa cathedra ut surgat, C elicit dicens: « Sequere me; » et homini de vita æterna sciscitanti: «Vende, inquit, omnia quæ habes, et veni, sequere me [69]. » Quasi eo spectaret observatio legalium præceptorum. Et de iis qui ejus ministros esse se elegerant, sic ait: « Qui mihi ministrat, me sequatur [70]; » quin etiam cum se lucem mundi esse diceret, ut re ipsa erat, confestim adjicit: « Qui sequitur me, non ambulat in tenebris [71], » et hoc **140** etiam loco idem omnibus loquitur: « Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. »

Τῆς μὲν οὖν κατὰ νόμον πολιτείας τελειωτικὸν τὸ ἀκολουθῆσαι Χριστῷ. Τῷ γὰρ εἰπόντι, ὡς πάσας τὰς νομικὰς ἐντολὰς ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου, τοῦτο ἐλλείπειν φησὶν, ὁ Σωτήρ· τὸ τὰ προσόντα πωλῆσαι, καὶ ὥσπερ ἐπ' ἀγορᾶς ἀντικαταλλάξασθαι τῷ ἀκολουθῆσαι Χριστῷ· « Εἰ γὰρ θέλεις, φησὶ, τέλειος γενέσθαι, πώλησόν σου πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. » Τέλειος ὡς πρὸς τὸ τοῦ νόμου ἀτελὲς δηλαδή. Τοῖς γὰρ αἱρουμένοις εὐαγγελικῶς πολιτεύεσθαι, εἰσαγω-

Hæc est igitur vitæ secundum legem institutæ perfectio, Christum sequi. Ei quippe, qui omnia legis præcepta ab adolescentia servasse se dixerat, D hoc reliquum esse Salvator declarat, vendere, quæ haberet omnia, et ea novo commercii genere, sequendo Christo permutare: « Si enim, inquit, vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, et da pauperibus, et sequere me: [72] » perfectus videlicet, si ad legis imperfectionem conferatur. Nam qui evangelicæ vitæ rationem eligunt, iis quædam in-

[62] Matth. IV, 19. [63] Joan. I, 44. [64] Matth. IV, 19. [65] Psal. CVI, 23. [67] Matth. IV, 22. [68] Matth. IX, 9, 10. [69] Matth. XIX, 21. [70] Joan. XII, 26. [71] Joan. VIII, 12. [72] Matth. XIX, 21.

Francisci Scorsi notæ.

nomen, ad mentem auctoris animum intendens communi sum usus nomine, et τοῖς ἀρθρεμβόλοις ξυνόμενον ita verti, *variis discerptum tormentis*; sed et hæc duo instrumenta κᾶν τροχοῖς, καὶ ἀρθρεμβόλοις cum verbo ξαινόμενον in c. P. præcisa fuerant. Sicuti et paulo supra illud περιστάσεως ἐκπεσούσης τινὸς, quod magis explet sententiam.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

traductio est Christum sequi. Quoniam vero virtus res quædam est, quæ apprehendi tota non potest, quæ nec termino finitur, nec intermissionem admittit: intermissio enim virtutis, ut D. Maximus ait (19), vitii principium est; et quanto quisque magis extenditur, et per contemplationem, actionemque se sublevat, eo minoris æstimat ante facta, conferens ea cum iis quæ sibi perficienda supersunt. Ideo intelligere convenit quod Christum sequi, et incipientibus convenit, et iis qui ad perfectionem pro humana facultate contendunt. Et vero me in hanc adduxere sententiam Moyses prophetarum summus, et Petrus discipulorum coryphæus, ambo enim hanc vocem audierunt, postquam quantum poterant profecissent. Et magnus ille Moyses quidem, qui ab ortu ipso elegans visus est [73], et solus tyranni legem pueros occidi jubentem effugit [74], qui regiam gloriam repudiavit; qui quadraginta annos in contemplatione veritatis mentem exercuit, cum et luce ex rubo apparente illustratus fuisset [74*], et animæ pedes (20) pelliceo integumento exsolvisset: qui plagis aliis super alias Pharaonem cum omni exercitu attrivit [75], et Israelem per ignem et aquam in libertatem asseruit [76]; qui ligno injecto aquam Merræ potui ineptam reddidit dulcem [77]; et petram commutavit in fontem [78], qui in illam Dei caliginem ingressus est, et ibi arcanis initiatus est verbis [79]; qui tabulas divinitus factas accepit [80], et contritas rursus litteris exaravit [81]; qui signa divinæ potentiæ ipsi demonstratæ, in facie præferebat [82]; qui terræ hiatu, et igne sacerdotium invadentes multavit [83], et dignum sacerdotem per virgam ostendit [84]; hic, inquam, qui tot ac tanta **141** præclare gesserat, et quotquot præ multitudine prætermisit oratio nostra, postquam eo altitudinis per virtutem processerat, et alis a Deo datis in sublime sublatus fuerat, cum jam ad perfectionem pervenisse videri posset, quasi qui nuper virtutis viam esset ingressus, audit a Deo: Sequere me, quibus enim verbis posteriora se illi ostensurum promisit, sequi plane jussit; qui enim sequitur (21), poste-

A γικόν ἐστι τὸ ἐκείνῳ ἀκολουθεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἀκατάληπτόν τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ, καὶ ἀόριστον, μηδαμῶς ἐπιδεχόμενον στάσιν· ἡ γὰρ στάσις τῆς ἀρετῆς, ὡς ὁ θεῖος φησι Μάξιμος, κακίας ἐστὶν ἀρχή· ὅσον δέ τις ἐπεκτείνεται διὰ τῆς θεωρίας, καὶ πράξεως; ἐπαιρόμενος, μικρὰ τὰ κατορθώματα ὁρᾷ, συγκρίνων αὐτὰ πρὸς τὰ ὑπερκείμενα. Διὰ τοῦτο προσήκει νοεῖν, ὡς τὸ ἀκολουθῆσαι Χριστῷ, καὶ τοῖς εἰσαγωγικοῖς ἐφαρμόζει, καὶ τοῖς εἰς τὸ τέλειον φθάσασι τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως. Ἄμφω δέ με πρὸς ταύτην ἤγαγε τὴν ἔννοιαν Μωσῆς ἡ ἀκρότης τῶν προφητῶν, καὶ Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν μαθητῶν· ἠκουσάτην γὰρ ἄμφω ταυτησὶ τῆς φωνῆς, καὶ μετὰ τὴν εἰς δυνατὸν προκοπήν· καὶ Μωϋσῆς μὲν ὁ ὑψηλὸς, ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς γεννήσεως ἀστεῖος φανεὶς, καὶ
B μόνος τὸν παιδοκτόνον νόμον τοῦ τυράννου φυγὼν, ὁ τὴν βασιλικὴν δόξαν ἀποσεισάμενος, καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι δι' ἡσυχίας τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἀσχολήσας τὸν νοῦν, τῷ φωτὶ ἐκ τῆς βάτου καταυγασθεὶς, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν βάσιν ἐκλύσας τῆς δερματίνης περιβολῆς, ὁ τὸν Φαραὼ πανστρατὶ ταῖς ἀλλεπαλλήλοις ἐκτρίψας πληγαῖς, τὸν δὲ Ἰσραὴλ ἐλευθερώσας διὰ τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ ὕδατος, ὁ τῆς Μερρᾶς τὸ ὕδωρ γλυκάνας τῷ ξύλῳ, καὶ τὴν πέτραν εἰς πηγὴν ἀμειψάμενος, ὁ ἐν τῷ θείῳ γνόφῳ εἰσδὺς, καὶ μυηθεὶς ἐν αὐτῷ τὰ ἀπόῤῥητα, ὁ τὰς θεοτεύκτους πλάκας δεξάμενος, καὶ συντριβείσας πάλιν ἀναχαράξας, ὁ τῆς ἐμφανισθείσης αὐτῷ θείας δυνάμεως ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρων τὰ σύμβολα, ὁ χάσματι
C καὶ πυρὶ τοὺς ἐπαναστάντας τῇ ἱεροσύνῃ καταδικάσας, καὶ τὸν ἄξιον ἱερέα διὰ τῆς ῥάβδου γνωρίσας, οὗτος ὁ τοσαῦτα κατορθωκὼς, καὶ ὅσα ὁ λόγος διὰ τὸ πλῆθος παρῆκε, μετὰ τὸ ὑψωθῆναι τοσοῦτον δι' ἀρετῆς, καὶ μετάρσιος ἀρθῆναι τῷ θείῳ πτερῷ δοκήσας ἤδη πεφθακέναι πρὸς τελειότητα, ὡς ἄρτι τῆς κατ' ἀρετὴν ἁψάμενος ἀτραποῦ, ἀκούει παρὰ Θεοῦ· « Ἀκολούθει μοι. » Οἷς γὰρ αὐτῷ τὰ ὀπίσθια δείξειν ὑπέσχετο, ἀκολουθεῖν πάντως προτρέπεται· ὁ γὰρ ἀκολουθῶν τὰ ὀπίσθια βλέπει τοῦ βαδίζοντος· καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ τὸ πρόσωπον ἐλπίσας ἰδεῖν, καὶ εἰπών· « Δεῖξόν μοι τὴν δόξαν σου, » μόλις ἠξιώθη

[73] Exod. II, 2. [74] Ibid. 15. [74*] Exod III, 3-5. [75] Exod. VII-IX. [76] Exod. XIV, 1 seqq. [77] Exod. XV, 25. [78] Num. XX, 12. [79] Exod. XIX, 20. [80] Exod. XXIV, 12-18. [81] Exod. XXXIV, 1; Deut. X, 11. [82] Exod. XXXIV, 29, 30. [83] Num. XVI, 31, 32. [84] Num. XVII, 18.

Francisci Scorsi notæ.

(19) *Ut D. Maximus ait.* Dictum quod Theophanes refert est ex cap. 15 cent. III œconom., quod retulimus hom. 10, not. 79, ubi vide quæ ad hanc sententiam adnotavimus.

(20) *Et animæ pedes.* Alludit ad sensum tropologicum, quem et aliis locis hic auctor, et homilia præsertim de transfiguratione tradit; et ante ipsum Gregorius Nyssen. *De vita Mosæ*, his verbis: *Quæ quidem lux cum nobis illuxerit, primo docebit quid faciendum, sic ut possimus ad veritatis radios accedere, quod calcei solvendi ejiciendusque sit undique amictus pelliceus, ac terrestris, et sordidus passionum æstus, ut ipsius qui est cognitio possit suscipi, quæ opiniones de eo, qui non est, falsas penitus repellit.* Græcis peperci, ne longior in re non necessaria essem.

(21) *Qui enim sequitur*, etc. Totus hic orationis

D tractus e Gregorio Nysseno exceptus est; singulas sententias conferre huc non est operæ. Confer ea, si vacat, lector, et animadvertes quæ Nyssenus eo in libro subtilius et lentius explanat, uno eloquentis orationis cursu a nostro Theophane fuisse comprehensa. Quod pertinet ad hunc locum, quem noto, ita ille Gregorius: *Sed Dominus, quoque, qui Mosi oracula dederat, qui ad implendam legem suam venit, ænigma id enodans apertissime, similiter ad discipulos ait: « Si quis, inquit, vult post me venire; » non dixit: Ante me. Hoc quoque ipsum cuidam de vita æterna cogitanti præcipit, dicens: « Veni, et sequere me »; qui autem sequitur non faciem, sed tergum aspicit. Docetur igitur Moses desiderans Deum videre quomodo potest Deus videri; sequi enim Deum corde et animo semper quocunque ducat, id ipsum est ipsum Deum videre.* Hæc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἰδεῖν αὐτοῦ τὰ ὀπίσθια· διδάσκοντος διὰ τούτων τοῦ λόγου, ὡς ἐπιθυμῶν ἰδεῖν τὸν Θεὸν, ἐν τῷ ἀεὶ αὐτῷ ἀκολουθεῖν, ὁρᾷ τὸν ποθούμενον.

riora præcedentis videt. Et qui Dei faciem se visurum sperabat, et dicebat: « Ostende mihi faciem tuam [88], » vix dignus habitus est, qui posteriora videret. Quo sane divino eloquio docemur, eum qui videndi Dei desiderio affectus est, in eo usque sequendo visurum quod optat.

Ὁ δὲ κορυφαῖος τῆς ἱερᾶς λόγάδος τῶν μαθητῶν, ἀκολουθήσας ἀρχῆθεν τῷ Δεσπότῃ, καὶ θεατὴς τῶν ἐκείνου θαυμάτων γενόμενος, καὶ τοῦ θαυματουργεῖν ἐξουσίαν λαβὼν, ἰδὼν δὲ καὶ τὴν φρικτὴν μεταμόρφωσιν αὐτοψεί, καὶ τῆς πατρικῆς μαρτυρίας ἀκηκοὼς, καὶ τοὺς πυρίνους τῶν νοερῶν δυνάμεων ποταμοὺς τῷ λογισμῷ ὑπερβάς, καὶ μυηθεὶς ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ τὴν εὐγένειαν, καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος αὐτὸν μεμαρτυρηκὼς, ἐπειδὴ τοῦ Κυρίου ἤκουσε τὰ τοῦ Πάθους προλέγοντος, μικρὸν παρασφαλεὶς, καὶ μὴ καλῶς τὸν λόγον περισκεψάμενος, ἀντεφθέγξατο· « Ἱλεώς σοι, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, » ἀκούει αὖθις τό· « Ὕπαγε ὀπίσω μου· » τουτέστιν, Ἀκολούθει μοι. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ Πάθους τὸν πρὸς διδάσκαλον ἐνδειξάμενος διάπυρον ἔρωτα, πάντων γὰρ ὑποτρεσάντων τῶν μαθητῶν τὰ ξίφη, καὶ τὰς δᾷδας, καὶ τὴν σπεῖραν, καὶ τὸν χιλίαρχον, καὶ χρησαμένων φυγῇ, αὐτὸς πρὸς ἄμυναν ὥρμητο ἄπληστος ἐκκόπτων τὰ φαῦλα τῶν Ἰουδαίων ὦτα, τὰ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἀνήκοα. Οὗτος οὐδ' ἐν τῷ φόβῳ, καὶ τῷ θορύβῳ τῆς φωνῆς ἐπελέληστο, ἧς ἤκουσεν ἀπ' ἀρχῆς· « Ἀκολούθει μοι. » Τοιγάρτοι ἠκολούθει ἰδεῖν τὸ τέλος. Καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἰδὼν τὸν Κύριον, καὶ οἰηθεὶς ἄρτι τὰ γέρα λαβεῖν, καὶ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, μετὰ τὸ ἐγχειρισθῆναι τὴν τῶν προβάτων νομὴν, πάλιν εἰσαγωγικὴν ἀκούει φωνήν· « Ἐὰν θέλω μένειν αὐτὸν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; σὺ ἀκολούθει μοι. »

At vero dux sacræ discipulorum cohortis secutus ab initio Dominum, cum spectator fuisset miraculorum illius, et ipse patrandi miracula potestatem accepisset, qui tremendam illam transfigurationem oculis suis viderat [86], et Patris testificationem audierat; qui ardentes cœlestium virtutum fluvios mente transcenderat et a Patre nobilem Filii generationem edoctus ipsum Dei vivi Filium confessus fuerat [87], ubi Dominum quæ passurus esset prædicentem audivit, paululum aberrans, nec bene dispiciens quod dicebat, contradixit: « Absit a te Domine, non erit tibi hoc [88]; » auditque rursus illud(22): « Vade post me [89]; » quod est, Sequere me. Passionis vero tempore, inflammatum erga Magistrum præ se ferens amorem, cum omnes discipuli ob gladios, et tædas, et cohortem, et tribunum trepidantes, fuga sibi consuluissent, ipse ad defensionem insatiabili quodam studio irruit, et pravas Judæorum aures (23) Christi doctrinæ obsurdescentes exsecuit: hic, inquam, neque in illo timore ac tumultu, vocis illius, quam a principio audierat, « Sequere me, » oblitus est: proinde sequebatur, ut videret finem. Et post resurrectionem Dominum videns, et existimans jam se præmium ab eo, et claves regni cœlestis accepisse, postquam ovium pascendarum cura sibi mandata jam fuerat, denuo vocem illam introductoriam audit: « Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere [90]. »

Ὁρᾷς, ὡς καὶ τοῖς ἤδη τελειωθεῖσι κατὰ Μωσέα καὶ Πέτρον, τὸ τοιοῦτον ἁρμόζει παράγγελμα; καὶ ὅπως μετὰ τοσαύτας ἀναβάσεις μόλις ἀξιοῦταί τις τοῦ τοιούτου χαρίσματος; Ταῦτα μυηθεὶς Μωσῆς, νενομοθέτηκεν ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ πορεύεσθαι τὸν λαόν. Ὅπερ ἀκούσας ὁ Δαβὶδ, φησὶ πρὸς τὸν Θεόν· « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου· » καὶ ἡ ἐν τῷ Ἄσματι ἀκήρατος νύμφη οὕτω φησίν· « Ἀδελφιδοῦς μοι παρῆλθεν, ἡ ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ· » οὐ γάρ ἐστι σωτηρίας ἐλπὶς εἰ μή τις ἀκολουθεῖν παιδευθῇ. « Ἐν γὰρ τοῖς μεταφρέ-

Vides uti perfectis jam ad Moysis et Petri normam hæc etiam admonitio accommodata sit: et quomodo post tot ascensiones vix quispiam **142** hac gratia dignus habeatur. De his mysteriis Moyses edoctus populo præcepit, ut post Dominum ambularet. Quo præcepto David audito, ait ad Dominum: « Adhæsit anima mea post te [91] (24): » et in Cantico casta Sponsa sic loquitur: « Frater meus transiit: anima mea egressa est in sermone ejus [92]. » Nulla enim spes est salutis, nisi si quis sequi discat: « Scapulis quippe suis obum-

[88] Exod. xxxiii, 13. [86] Matth. xvii, 1 seqq. [87] Matth. xvi, 17. [88] Matth. xvi, 22. [89] Ibid. 23 [90] Joan. xxi, 23. [91] Psal. lxii, 9. [92] Cant. v, 6.

Francisci Scorsi notæ.

Gregorii ex Latina interpretatione satis habui protulisse, ut vel ex his solum totus nostri Theophanis asseclæ Gregorii tractus sermonis illustraretur.

(22) *Auditque rursus illud.* Hæc verba non ante visam Christi transfigurationem Petrus audivit sibi a Christo dicta. Hæc enim promissa quidem fuit in hoc sermone Christi cum Petro, at post sex dies proposita, quam hæc dicta sint, ut ex toto contextu ex cap. Matth. xvii, et Marci ix, Lucæ ix, planum est; sed utitur hic orator figura quæ σωρός, hoc est, cumulus, seu congeries dicitur. Omnia enim S. Petri privilegia et recta facta enumerat et cumulat, quod etiam supra de morte fecerat, non servato temporum ordine, ut inde magis exsistat admirabile quod uterque vir tam magnus tantis auctus donis et virtutibus audiat tamen adhuc: *Sequere me.* Sic itaque excusatur τὸ ὕστερον πρότερον, auctoris.

(23) *Pravas Judæorum aures.* Alludit item ad allegoricum sensum quem explicat hom. *De Passione.* Vide notas.

(24) *Adhæsit anima mea post te.* Et hunc Davidis versiculum ita accommodat ad sensum moralem Gregorius Nyss. loco dicto supra n. 8. Et item alterum ex Psal. xc: *Scapulis suis obumbrabit tibi.* Quæ vide in ipso Gregorio.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

brabit tibi, » in Psalmo dicitur [99] : quod est post Deum esse : scapulæ siquidem in aversa corporis parte sunt sitæ. Quod, credo, intelligens mulier illa hæmorrhoissa secuta Dominum, et retro consistens fimbriam tetigit ; non consecutura forsan salutem, nisi Dominum sequi didicisset. Sequi autem Dominum hoc est, in omnibus, quantum homini datur, illam vivendi viam imitari, quam ipse tenuit factus homo : ac primum quidem parcimoniam, sobrietatem, clementiam, patientiam, misericordiam, ingenuitatem, justitiam ; postremo vero mortem illam ignominiosam eligere ; hoc est, « Tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. » Quoniam grave, et intolerabile videbatur suscipere voluntatie mortem ; ut confirmaret auditorem, præmium per eam consequendum adjecit, quod est animæ salus. Quisquis igitur per temporariam hanc mortem, et malorum hujus vitæ tolerantiam, perdet animam suam, hic eam in futuro conservabit. Considera porro locutionis subtilitatem : quoniam enim latrones multi, furesque nocturni suis in delictis deprehensi per tormenta moriuntur, sermonem præmunit dicens : « Quicunque perdiderit animam suam propter me, et Evangelium, salvam faciet eam. » Nimirum quotquot propter suam improbitatem subeunt mortem, non ipsius causa, nec voluntarie eam suscipiunt. Ac ne quis fortasse diceret : Verumtamen qui noluerit pro Christo mortem oppetere, interim tamen lucratur hanc vitam : occurrit huic dicto, et infirmam oppositionem dissolvit, modo non dicens : Quid ais lucraturum illum vitam, quam naturæ lege deponet? et si enim etiam mundum universum lucrari quispiam posset, quod nequit ulla ratione contingere, hoc tamen lucrum cum animæ jactura compensari non potest. Ex eo porro quod ait : « Aut quid dabit homo **143** commutationis pro anima sua? » refellitur Origenis ab ingenio (25) nomen habentis commentitia illa in pristinum statum restitutio (26). Clamat vero per hæc apertissime Dominus, quod temporarium supplicium nequaquam datur, ut per hoc recipiatur animæ salus. Quin etiam hoc, animam perdere, sempiternam animæ jacturam, et supplicii æternitatem ostendit : « Qui enim me erubuerit, et verba mea in generatione ista adultera, et peccatrice, et Filius hominis erubescet eum, cum venerit in gloria Patris sui. » Idem hoc valet, atque illud : « Quicunque negaverit me, negabo et ego illum. » Quoniam enim duplex est nostra natura, ex anima, inquam, et corpore constituta, duplicem a nobis

[99] Psal. xc, 4.

νοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, » φησὶν ὁ ψαλμὸς, ὅπερ ἐστὶν τὸ ὄπισθεν εἶναι Θεοῦ· ἐν γὰρ τοῖς ὀπισθίοις ἐστὶ τὸ μετάφρενον· ὅπερ, οἶμαι, μαθοῦσα ἡ αἱμόῤῥους ἐκείνη γυνὴ, ἀκολουθήσασα Χριστῷ, καὶ στᾶσα ὄπισθεν, τοῦ κρασπέδου ἐφήψατο· οὐκ ἂν ἴσως τυχοῦσα τῆς σωτηρίας, εἰ μὴ ἀκολουθεῖν τῷ Κυρίῳ μεμάθηκε. Τὸ δὲ ἀκολουθεῖν, τοῦτό ἐστι, τὸ κατὰ πάντα τὴν ἐκείνου κατὰ ἄνθρωπον πολιτείαν μιμεῖσθαι, ἣν ἐπολιτεύσατο γενόμενος ἄνθρωπος· καὶ πρῶτον μὲν τὸ λιτὸν, τὸ ἀπέριττον, τὸ πρᾶον, τὸ ἀνεξίκακον, τὸ φιλάνθρωπον, τὸ πεπαῤῥησιασμένον, τὸ δίκαιον, καὶ τέλος τὸ ἑλέσθαι τὸν ἐκείνου ἐπονείδιστον θάνατον· τουτέστι τό· « Ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ θέλει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. » Ἐπειδὴ βαρὺ, καὶ φορτικὸν ἐδόκει τὸ ἑκουσίως ἀποθανεῖν, παραμυθούμενος τὸν ἀκροατὴν, τὸ κέρδος λέγει τὸ δι' αὐτοῦ προξενούμενον, ὅπερ ἐστὶν ἡ τῆς ψυχῆς σωτηρία. Ὅστις οὖν διὰ τοῦ προσκαίρου θανάτου, καὶ τῆς ἐνταῦθα κακοπαθείας ἀπολέσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, οὗτος ἐν τῷ μέλλοντι σώσει. Σκόπει δὲ τῆς λέξεως τὴν ἀκρίβειαν· ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ ληστεύοντες, καὶ νυκτιλοχοῦντες, ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσιν ἁλισκόμενοι, ταῖς βασάνοις ἐναποθνήσκουσι, προασφαλίζεται τὸν λόγον εἰπών· « Ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν. » Ὅσοι γε ὀνήξαντες δι' οἰκείαν φαυλότητα, οὐχ ἕνεκεν αὐτοῦ, οὐδ' ἑκόντι τὸν θάνατον δέχονται. Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ, Καὶ μὴν ὁ μὴ βουλόμενος τεθνάναι ὑπὲρ Χριστοῦ, κέρδος εὑρίσκει τέως τὴν ἐνταῦθα ζωὴν, προσυπαντᾷ τῷ λέγῳ καὶ τὸ σαθρὸν λύει τῆς ἀντιθέσεως. μονονουχὶ λέγων· Τί φῂς ὦ; ἐκέρδησε τὴν ζωὴν, ἂν φυσικῶς ἀποθήσεται; κἂν γὰρ ὅλον τὸν κόσμον κερδῆσαί τις δυνηθῇ, ὅπερ ἀμήχανον, οὐδὲ τοῦτο τῇ ζημίᾳ τῆς ψυχῆς ἰσοστάσιον· ἐκμέντοι τοῦ εἰπεῖν· « Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, » ἐπιστομίζεται ἡ παρὰ τοῦ ἐπωνύμου τῆς ὀργῆς Ὠριγένους πεπλασμένη ἀποκατάστασις. Βοᾷ δὲ διὰ τούτων ἀριδήλως ὁ Κύριος, ὡς οὐκ ἔστι δοῦναι κόλασιν χρονικὴν, καὶ διὰ ταύτην τῆς ψυχῆς σωτηρίαν λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν ψυχὴν ζημιωθῆναι τὴν ἀΐδιον τῆς ψυχῆς ζημίαν δηλοῖ, καὶ τὸ ἀπέραντον τῆς κολάσεως· « Ὃς γὰρ ἐπαισχυνθῇ με, καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. » Ἴσον τοῦτό ἐστι τῷ· « Ὅστις δὲ ἀρνήσεταί με, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτόν· » ἐπειδὴ γὰρ διπλή τίς ἐστιν ἡ φύσις ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, διπλὴν παρ' ἡμῶν καὶ τὴν ὁμολογίαν ἐπιζητεῖ, ἵνα διπλοῦς ᾖ καὶ ὁ ἁγιασμός.

Francisci Scorsi notæ.

(25) *Origenis ab ingenio.* Vox ὀργὴ præter communem notamque significationem signat etiam τὴν διάνοιαν, τρόπον, ἦθος, ingenium vel naturalem habitum, inquit Suidas. Igitur Theophanes innuit etymologiam Origenis perinde quasi ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ γένους deductam, quod in montibus genitus, sed ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est, ab intelligentia ingenioque solerti ; quo sane illum præstitisse in confesso est ; id quod plane ῥητορικῶς dicit Theophanes, et ad venustatem conquirendam orationi.

(26) *In pristinum statum restitutio.* Hunc errorem Origenis damnat Theophanes etiam hom. supra ; quam vide et notam nostram 42.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ὅστις οὖν ἐπαισχυνθῇ με, φησὶν, ὁμολογῆσαι Θεὸν διὰ τὴν ταπείνωσιν, ἣν ἐμαυτὸν ἐταπείνωσα, καὶ ὄνειδος ἡγήσαιτο κηρύττειν ἐσταυρωμένον Θεὸν, οὐδ' αὐτὸς ὁμολογήσεται ὑπ' ἐμοῦ. Διὰ τούτων δὲ προαναφωνεῖ τῶν μαρτύρων τὸ στάδιον, καὶ τὴν ὁμολογίαν, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον. Μοιχαλίδα δὲ γενεὰν καὶ ἁμαρτωλὸν, τοὺς ἀπίστους ὠνόμασεν· οὕτω γὰρ αὐτῶν καὶ ὁ προφητικὸς λόγος καθάπτεται, ὡς ἐξεπόρνευσαν τοῖς γλυπτοῖς, καὶ ἐμοιχῶντο ἐν τῷ ξύλῳ· ἐπιπλήττει δὲ αὐτοὺς καὶ ἡ προφητεία Μιχαίου λέγουσα· « Ἐκ μισθωμάτων πορνείας συνήγαγε, καὶ ἐκ μισθωμάτων πορνείας ἀνέστρεψε. » Τῶν τοιούτων τοίνυν ἐνώπιον ὁμολογῆσαι τὸν ἐσταυρωμένον οὐκ ἐπαισχυνθέντες οἱ μάρτυρες, τῶν στεφάνων ἐπέτυχον. Διὰ τοῦτο ἔχαιρε Πέτρος ἐπὶ κεφαλῆς ἀνασκολοπιζόμενος, καὶ Στέφανος ἐν κύκλῳ λιθολευστούμενος, καὶ Ἀνδρέας, καὶ Σίμων, καὶ Φίλιππος σταυρῷ τελειούμενος, καὶ Θωμᾶς λογχευόμενος, καὶ Παῦλος ξίφει τεμνόμενος, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς ἀθληταὶ τὰς πολυτρόπους κολάπεις δεχόμενοι. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς·

« Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει. » Ἐπειδὴ εἶπεν ἄνωθεν, ὅτι « Καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ Πατρὸς αὐτοῦ, » ἄδηλος δὲ αὕτη ἦν, καὶ ἀμφίβολος· ἐπαγγέλλεται τῆς δόξης ἐκείνης δεῖξαι αὐτοῖς τὰ προοίμια, προαναφωνῶν ἐντεῦθεν τὴν μεταμόρφωσιν, ἥτις ἦν προμήνυμα, καὶ εἰκὼν τῆς φρικτῆς, καὶ δευτέρας ἐκλάμψεως, ἐν ᾗ μετὰ τοῦ Θεοῦ ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ τῆς ἀϊδίου δόξης πληρούμενοι. Σκόπει δέ μοι τοῦ λόγου τὸ ἀκριβές. Οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς· Εἰσί τινες τῶν ὧδε, ἀλλὰ προσέθηκε τὸ, « Ἑστηκότων. » Διὰ τί; Ὅτι συνῆν αὐτοῖς Ἰούδας ὁ χριστοκάπηλος, ὃς οὐχ ἵστατο τῇ πίστει τὰς τῆς ψυχῆς βάσεις ἐπερειδόμενος, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ κατέπιπτε τῷ τῆς κακίας βάρει καταφερόμενος. Ἀπὸ τούτου γοῦν διαστέλλων τοὺς ἕνδεκα, τοὺς ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγάπης, τοὺς ἑαυτῶν πόδας στήσαντας· « Εἰσὶ, φησὶ, τινὲς τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, πρὶν ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· » ἧς καὶ ἡμεῖς πάντες ἐν ἀπολαύσει γενοίμεθα, ἐνδυναμούμενοι τῇ δυνάμει καὶ χάριτι τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, εἰς τὸ ἀπροσκόπτως διελθεῖν τῆς ἱερᾶς νηστείας τὸν πλοῦν, καὶ πρὸς τὸν λιμένα φθάσαι τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, διὰ τῆς ἑκουσίου κακοπαθείας τῷ Χριστῷ συσταυρούμενοι καὶ ἀκολουθοῦντες αὐτῷ σαφῶς ἡμῖν τὴν ὁδὸν τῆς ἀρετῆς ὑποδείξαντι, καὶ τῆς μελλούσης δόξης αὐτῷ κοινωνήσαντες, καὶ τῶν ἀῤῥήτων ἐκείνων ἀγαθῶν τῶν ὑπὲρ ὄψιν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν, ὅπερ ἐστὶ τὸ μετὰ Θεοῦ εἶναι· ᾧ πρέπει τιμὴ, καὶ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

confessionem exigit, ut duplex quoque sanctificatio sit. Quicunque igitur, inquit, erubuerit me confiteri Deum, propter humilitatem ad quam me demisi, et probro duxerit sibi prædicare cruci affixum Deum, nec ego confitebor eum. His vero verbis martyrum certamina, et confessionem, et mortem pro se susceptam prænuntiat. Adulteram vero generationem, et peccatricem vocat infideles. Sic enim eos etiam propheticus sermo perstringit, quod cum sculptilibus fornicati sunt, et in ligno adulterarunt. Reprehendit eos quoque Michææ prophetia dicens : « Ex mercedibus fornicationis congregavit, et ex mercedibus fornicationis convertit [93]. » Coram his igitur martyres crucifixum confiteri non erubescentes coronam sunt consecuti. Ea causa lætatus est Petrus inverso capite in cruce suspendi, et Stephanus a circumstantibus lapidari : et Andreas, et Simon, et Philippus per crucem consummari, et Thomas lancea transverberari et Paulus obtruncari gladio : et posteriores omnes athletæ tormentis variis excruciari. Et dicebat illis :

« Amen, amen dico vobis, quia sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. » Quoniam supra dixerat : « Et Filius hominis erubesceret eum, cum venerit in gloria Patris sui, » hæc autem erat adhuc illis dubia : promittit illius gloriæ quædam præludia se daturum, ac transfigurationem verbis hisce prædicit, quæ specimen quoddam, et imago fuit secundæ illius ingentisque claritatis, qua 144 una cum Deo in regno cœlorum justi fulgebunt, sempiterna gloria satiati. Verum adverte mihi loquendi subtilitatem. Non enim simpliciter dixit : Sunt quidam ex his, qui hic sunt, sed apposuit vocem illam, « Stantibus, » quam ob causam? quod erat una cum illis Judas venditor Christi, qui non stabat pedes animæ fide suffultos habens, sed e mentis statu decidebat, pravitatis pondere deturbatus. Ab hoc igitur undecim eximens, qui in petra charitatis Christi statuerant pedes suos : « Sunt, quidam, inquit, de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei : » quo utinam et nos omnes perfruamur corroborati virtute, et gratia vivificæ crucis (27), ad peragendam sine offensione ulla sacri jejunii navigationem, et ad portum Resurrectionis Christi capiendum, per voluntariam pœnarum perpessionem cum ipso crucifixi, et ipsum sequentes, qui nobis virtutis viam aperte commonstravit, et tandem futuræ gloriæ cum ipso participes efficiamur, et arcanorum illorum bonorum, quæ supra visum et auditum, et captum nostrum sunt, quod est esse cum Deo, cui debetur honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[93] Mich. I, 7.

Francisci Scorsi notæ.

(27) *Gratia vivificæ crucis.* Unde in hanc perorationem illata sanctæ crucis mentio, disces ex inscriptione homiliæ et nota 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

In illud, « Accessit ad eum homo genibus provolutus, dicens : Domine, miserere filii, quia lunaticus est. »

Incitat sane generosum equum aperta et in longissimum tractum porrecta planities (28), ubi eques conniventibus oculis frenos remittens jumentum sinit exsultim cursitare per campum. Excitat vero etiam magistrum ad doctrinam tradendam intenta multitudinis audientia. Quantum enim auditus intenditur, tantum acuitur lingua docentis. Hoc me etiam excitat, et reddit alacriorem, quod arrectis auribus, animoque præsente sermoni inhiatis, et jacta semina sicuti pinguis, et fertilis ager excipitis. Unde me bonæ spes alunt, fore ut fructus cœlestibus horreis dignos afferat hæc agricultura. Age **145** igitur rursus Novi Testamenti tabulas explicantes, sacrum dico Evangelium, sermonem solitum ordiamur [91].

In illo tempore : « Homo quidam accessit ad Jesum genibus provolutus ante eum dicens : Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est. » Incipiens Dominus divina prodere signa, ut optimus medicus, causam morbi prius expurgat, et adversus dæmones flagellum intendit, eosque insectatur ; et invisibili sua virtute ac potestate, qua pellet ut Dominus, eos quidem expellit, homines vero ab ipso in furorem adactos (29) curat, uti ab his intelligimus, qui vexabantur in Gergesenis (30), a quibus cum pulsi dæmones essent, porcorum grex, ut œstro percitus abiit præceps in mare. Sed eo quidem Salvator viscera misericordiæ suæ flectens, sponte se contulit ; de hujusce vero lunatici pueri salute, de quo evangelicus hodie lectus est sermo, ipsemet qui genuerat pater, commonet Dominum, et ipse infirmus, ut videtur, in fide. In hanc enim sententiam nos adducit, quod ait, non potuisse discipulos dæmonibus terrorem incutere ; et quod a Domino dictum est illi : « O generatio incredula, et perversa. » Sed, si videtur, lectionem iterum resumamus.

« Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, et male patitur : nam sæpe cadit in ignem, et crebro in aquam ; et obtuli eum discipulis tuis, et non potuerunt curare eum. » Bona sane, maximeque decora congressio, ut primo aspectu videtur. Etenim ad genua accidit, et vocat eum Dominum, et orat, ut misericordiam consequatur. Sed qui

Εἰς τό· Ἄνθρωπός τις προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων· Κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται. »

Ὀτρύνει μὲν ἵππον ἀγέρωχον πεδιὰς ἠπλωμένη καὶ τεταμένη πρὸς μῆκιστον, καὶ ἱππότης μυοπάζων, καὶ τοὺς χαλινοὺς ἀνείς, κροαίνειν κατὰ πεδίον πῶλον ἀφίησι. Διεγείρει δὲ πρὸς κατήχησιν τὸν διδάσκαλον καὶ τοῦ λαοῦ τεταγμένη ἀκρόασις. Ὅσον γὰρ ἡ ἀκοὴ ἐπιτείνεται, τοσοῦτον ἡ γλῶσσα τοῦ διδάσκοντος ἐπιθήγεται. Τοῦτο κἀμὲ διεγείρει, καὶ προθυμότερον δείκνυσιν, ὅτι τεταμένοις ὠσὶ, καὶ διεγηγερμένῃ διανοίᾳ πρὸς τὴν διδασκαλίαν κεχήνατε, οἷά τις λιπαρὰ βῶλος καὶ εὔγειος εἰσδεχομένη τὰ καταβαλόμενα σπέρματα. Ἐντεῦθεν καὶ χρησταῖς ἐλπίσιν ἐκτρέφομαι, ὡς ἡ γεωργία προσοίσει τὴν καρποφορίαν τῆς θείκης ἀποθήκης ἐπάξιον. Φέρε οὖν καὶ αὖθις τὰς τῆς Καινῆς Διαθήκης ἀναπτύξαντες πλάκας, τὸ ἱερὸν φημι Εὐαγγέλιον, τῆς συνήθους διδασκαλίας ἀψώμεθα.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, « Ἄνθρωπός τις προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ γονυπετῶν, καὶ λέγων αὐτῷ· Κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται. » Ἀρχόμενος τῶν θεοσημείων ὁ Κύριος, ὡς ἄριστος ἰατρὸς, ἐκκαθαίρει πρότερον τῆς κακίας τὸ αἴτιον, τὴν διωκτικὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐπάγων μάστιγα, καὶ ἀοράτῳ δυνάμει αὐτοὺς μὲν ἀπελαύνων ἐξουσίᾳ δεσποτικῇ, τοὺς δ' ὑπ' αὐτῶν κορυβαντιῶντας ἰώμενος, καθὼς περὶ τῶν ἐν ἐργεσινοῖς δαιμονώντων ἐμάθομεν· ὑφ' ὧν ἐλαθέντων, ἡ τῶν συῶν ἀγέλη ἐξιστρηθεῖσα γέγονεν ὑποβρύχιος. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ὁ Σωτὴρ σπλάγχνοις οἰκείοις ἐπικαμπτόμενος ἦκεν αὐθόρμητος· τοῦ δὲ σεληνιαζομένου τούτου παιδὸς, περὶ οὗ ἡ εὐαγγελικὴ φωνὴ διείλεκται σήμερον, ὁ γεννήσας αὐτὸν πατὴρ, ὑπομιμνήσκει τὸν Κύριον, νοσῶν μὲν ἀπιστίαν, ὡς ἔοικε. Τοῦτο γὰρ δίδωσιν ἐννοεῖν, τὸ μὴ δυνηθῆναι τοὺς μαθητὰς κατὰ τοῦ δαίμονος ἐνεργῆσαι τὴν πτόησιν, καὶ τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου ῥηθὲν πρὸς αὐτόν· « Ὦ γενεὰ ἄπιστε καὶ διεστραμμένη ! » Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πάλιν τὴν λέξιν ἐπαναλάβωμεν.

« Κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι. » Καλὴ μὲν ἡ μάλα πρεπωδεστάτη κατά γε τὸ φαινόμενον ἡ προσέλευσις· καὶ γὰρ προσπίπτει γονυπετῶν, καὶ Κύριον αὐτὸν καλεῖ, καὶ τοῦ ἐλέους τυχεῖν

[91] Matth. xiv, 7.

Francisci Scorsi notæ.

(28) *Planities.* Similitudini auctoris consonat adagium Εἰς πεδίον τὸν ἵππον, *Equum in planitie*, quoties quis ad id provocatur, quo maxime gaudet. Ejus meminit Philo Hebræus in *Vita Mosæ*, ubi cum multa induxisset similia ut ostenderet animum naturæ docilitate præditum facillime doctrinas arripere, sic claudit sententiam : Τὸν αὐτὸν τρόπον εὐφυὴς ψυχὴ, προαπανεῶσα τοῖς λεγομένοις ὑφ' αὑτῆς μᾶλλον, ἢ τῶν διδασκάλων ὠφελεῖται, καὶ λαβομένη τινὸς ἐπιστημονικῆς ἀρχῆς, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἵππος εἰς πεδίον ὁρμᾷ. *Sic anima bene nata, præceptis obviam se offerens, a se ipsa magis quam a magistris adjuvatur, acceptisque rudimentis cujuscunque scientiæ, equus (juxta proverbium) fertur in planitiem.*

(29) *In furorem adactos.* Τοὺς κορυβαντιῶντας, de quo verbo vide homiliam 9, nota 68.

(30) *In Gergesenis.* Vide homiliam 9, not. 64.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπιδέεται· ἀλλ' ὁ τὰ κεκρυμμένα εἰδὼς, καὶ τοὺς τῆς καρδίας ἐμβατεύων κρυπτοὺς, οὐ πρὸς τὸν ἔξωθεν ἀπεῖδεν σχηματισμὸν, ἀλλ' ἀνακαλύπτει τὸ ἔνδοθεν δύσπιστον· ᾔδει γὰρ, ὡς σχήματι μὲν ἧκει σεμνῷ, καὶ λόγος αὐτῷ ἐγκεκάλυπτο εὐπρεπὴς, σκολιᾷ δὲ γνώμῃ καὶ οὐκ ὀρθῇ καμπύλως ἀντιβολεῖ. Διὰ τοῦτό φησιν· « Ὦ γενεὰ ἄπιστε καὶ διεστραμμένη! » μονονουχὶ λέγων· Τί μέμφιν προσάγεις τοῖς μαθηταῖς, καὶ οὐ σαυτὸν αἰτιᾷ διχονοούσῃ ψυχῇ προσερχόμενος; Οἱ γὰρ μαθηταὶ πολλοὺς ἀπήλασαν δαίμονας τῶν προσελθόντων αὐτοῖς μετὰ πίστεως. Οὐ γὰρ ἂν ἔλεγον· « Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ἡμῖν ὑποτάσσεται ἐν τῷ ὀνόματί σου; » Οὐ μεμάθηκας, ὡς πίστις ἅπαντα κατορθοῖ; Πίστει ὁ ἑκατόνταρχος τοῦ παιδὸς εἰλήφει τὴν ἴασιν· πίστει ἡ θαυμαστὴ αἱμόῤῥους εἰργάσατο τὴν ἐπαινουμένην κλοπήν. Πίστις ἀπήλασε τὸν ἐνοχλοῦντα δαίμονα τὸ τῆς Χαναναίας θυγάτριον. Πῶς οὖν αὐτὸς διψυχῶν ἀδυναμίαν ἐπιτάττεις τοῖς μαθηταῖς; « Ὦ γενεὰ ἄπιστε καὶ διεστραμμένη! » Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ πρὸς μόνον τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν γενεὰν τὸ τῆς ἀπιστίας καὶ διαστροφῆς ἐπιτίθησιν ἔγκλημα, ἐξεταστέον καὶ κατ' ἄλλον τρόπον τοῦ ῥητοῦ τὴν διάνοιαν. Ἀλλὰ πρὸ τούτου διαλαβεῖν τὴν τῶν πολλῶν δόξαν διορθωσώμεθα. Οἱ μὲν τῷ φαινομένῳ προσέχοντες, καὶ μύοντες τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, οὐ δαιμόνων ἐπήρειαν, ἀλλὰ χυμῶν περιττότητα, τῶν δαιμονόντων τὸ πάθος ὁρίζονται, ὅταν ἡ τῆς μελαίνης χολῆς ἐπικράτεια κατά τινας περιόδους διὰ τῆς ἀναθυμιάσεως ἐπιθολώσῃ τοῦ ἐγκεφάλου τὰς μήνιγγας· δηλοῖ δὲ τοῦτο, ὅ τε βρασμώδης ἱλόνος ὅλου τοῦ σώματος, καὶ ἡ τῶν ἄρθρων περίψυξις. Ταῦτα μὲν οἱ τοῖς φυσικῶς μόνοις προσέχοντες· οἱ δὲ ὕλης μέν τινα ἐπικράτειαν ἐπὶ τῶν δαιμονώντων, οὐδ' ὁτιοῦν παραβλάπτειν φασὶν, ἀλλ' ἀμέσως οὐτωσὶ τοὺς δαίμονας παραφέρειν τὸν νοῦν τοῦ πάσχοντος, καὶ τὰς φρένας ἐπιθολοῦν, καὶ ἄγειν ὅπῃ καὶ ὅπως τὸ κινοῦν ἀκάθαρτον πνεῦμα βούλεται. Τοιαῦτα γοῦν ἀμφότεροι λέγοντες, τῆς ὀρθῆς καὶ πρεπούσης διαμαρτάνουσι κρίσεως. Οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἀσεβεῖς, οἱ δὲ ἀμαθεῖς. Ἡ δὲ ἀλήθεια μέσον ἱσταμένη τούτων τῶν ἐκ διαμέτρου κακῶν τὴν ὑπέρπτωσιν, καὶ τὴν ἔλλειψιν διαπέφυγεν. Οὔτε γὰρ ὕλη χωρὶς ἐνεργείας δαιμονικῆς τὴν τοιαύτην παραφορὰν ἀπεργάζεται, οὔτε ὁ δαίμων ἀμέσως οὕτω διενοχλεῖ. Ἀλλ' ἡνίκα παραδίδοται τοῖς ἀῤῥήτοις κρίμασιν ὁ ἄνθρωπος τῷ ἐχθρῷ, καὶ ἐκδικητῇ, τότε τὴν ἐπικρατοῦσαν ὕλην τὰ μάλιστα σκοπήσας αὐτὸς, ταύτῃ κέχρηται, οἱονεὶ ῥάβδῳ, καὶ μάστιγι πρὸς τὴν

intuetur occulta, et recessus cordis pervadit, non exteriorem corporis habitum spectavit, sed internam patefacit infidelitatem. Videbat enim, quod corpore quidem ad gravitatem composito accederet, et decente verecundaque oratione uteretur (31), animo vero pravo versutoque supplicaret. Ideo inquit: « O generatio incredula, atque perversa! » perinde ac si diceret: Quid culpam in discipulos confers, nec potius te ipsum accusas, quod duplici corde accedis? Discipuli enim multos abegere dæmones ab his, qui cum fide confugerunt ad ipsos. Nonne enim dixerunt: « Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo [88]? » Nescis omnia effici fide. Fide centurio filii sui salutem obtinuit; fide 146 admiranda hæmorrhoissa laudabile furtum fecit. Fides dæmonem infestantem ejecit a filia Chananæa. Qui igitur ipse duplex animo (32) discipulis impotentiæ culpam imponis? « O generatio incredula, et perversa! » Sed quoniam non uni tantum homini, sed omnibus ejus ætatis, infidelitatis et perversitatis exprobrat crimen, alio modo dicti sententia inquirenda est. Verum antequam hoc explicemus, multorum corrigamus opinionem. Enimvero qui, quod oculis objectum est, modo considerant, sensusque animi occludunt, non dæmonum violentiæ, sed humorum abundantiæ dæmoniacorum morbum adscribunt, cum scilicet magna vis atræ bilis certis quibusdam periodis evaporando pelliculas cerebrum ambientes offuderit; hujusque rei indicio esse volunt, æstum agitationemque totius corporis, rigoremque membrorum. Hæc sane, qui naturalibus solum causis mentem adjiciunt. Alii vero materiæ vim, ne tantillum quidem energumenis nocere dicunt; sed a dæmonum improbitate (33) immediate abalienari mentem, ac temere sensus offuscari patientis dicunt, et agitari quo, et qua ratione immundo spiritui moventi placuerit. Hæc utrique dicendo a recta, et congruente sententia aberrant. Alii enim impii sunt, alii indocti; veritas vero in horum medio consistens (34) veluti a defectu, excessuque horum oppositorum per diametrum vitiorum recedit. Neque enim humores absque dæmonum opera usque adeo mentem conturbant, neque dæmon immediate ita divexat: sed simul atque occultis Dei judiciis traditus est homo inimico et ultori, tunc ille humoris materiam maxime dominantem observans, ea uti virga, seu verbere utitur ad malum incutiendum. Quod enim hæc flagella sint ad immoderatos animos compescendos, adhibita, facile ex

[88] Luc. x, 17.

Francisci Scorsi notæ.

(31) *Oratione uteretur.* Ex c. G. supplevi quæ deerant in P. hæc: Καὶ λόγος αὐτῷ ἐγκεκάλυπτο εὐπρεπής.

(32) *Duplex animo.* Διψυχῶν, pro quo in P. prave scriptum διῳῶν.

(33) *Dæmonum improbitate.* In mss. P. et G. legitur Ἀλλὰ μέπως οὐτωσὶ, sed τὸ ἀλλὰ μέσως in ora correctum est in G.; et recte meo quidem judicio mutatis accentibus, et translatis litteris, ita ἀλλ' ἀμέσως.

(34) *In horum medio consistens.* Gregorius Theologus veritatem medium appellat, quod ejus dictum laudatur in conc. Florent. his verbis: *Medium vero nullum vobis venit in mentem præter veritatem*; quo etiam Greg. Theologus illam nomine vocat: *Medium*, inquit, *cum dico, veritatem dico* (Orat. 1, *De theolog.*)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

evangelicis, et apostolicis dictis intelliges. Sanctum quippe Evangelium hæmorrhoissæ miraculum nobis exponens : « Sensit, inquit, quod sanata esset a plaga [96]; » Apostolus vero de his qui indigne mysteria tractant (35), ait : « Ideo inter vos multi imbecilli, et dormiunt multi [97]. » Verum dum imperitorum opinionem corrigere studuimus, valde ab instituto, rectoque cursu defleximus. Age ergo, orationem **147** quasi ferocientem equum adducto freno dextere convertamus, propositum thema repetentes :

« O generatio incredula, et perversa usquequo ero vobiscum? usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. » Mos est immundis spiritibus ad quasdam lunæ mutationes, iis quos vexant, turbationem mentis injicere. Quorsum? Ut astrum a Deo recte conditum (36) ad creatarum rerum utilitatem, lunam dico, detrimenti causa existimetur, atque inde Creator ut malorum opifex vituperetur? Id malitiose commenti hanc dissem inarunt opinionem, quod luna incrementis, ac decrementis suis ejusmodi caliginis sit effectrix : unde lunaticos appellarunt eo morbo laborantes. Hac igitur instructus prava opinione accedens hic homo, atque id quod erat dicere omittens : Miserere filio meo, quoniam dæmonum opera agitatur : « Quia, inquit, lunaticus est; » atque hoc arguens Dominus : « O generatio, ait, incredula et perversa. » Neque enim perversam insuper appellasset, nisi hujus opinionis perversionem vidisset. Igitur notata primum hoc pacto impietate, curationem adhibet; non enim æquum existimavit ob patris incredulitatem filium commune valetudinis beneficium non lucrari. Dæmonium igitur invisibiliter ardens irrevocabiliter excessit, puer vero tranquillitatem divinitus datam obtinuit.

« Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secreto dicentes : Quare nos non potuimus ejicere illum? » Discere utiliter discipuli cupiunt, utpote qui erant sapientiæ (37) ipsius alumni, et veritatis studiosi, et ejus quod res esset, indagatores : sciscitantur autem, quid impedimento fuerit, quominus ipsi dæmo-

κάκωσιν. Ὅτι γὰρ μάστιγες αὗται σωφρονίζουσαι τὸ ἀτακτοῦν τῆς ψυχῆς, καταμάθοις ἀπονητὶ προσέχων τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς ῥήμασι. Τὸ μὲν γὰρ ἱερὸν Εὐαγγέλιον τῆς αἱμορρούσης τὸ θαῦμα ἡμῖν ἀφηγούμενον· « Ἔγνω, φησὶν, ὅτι ἰάθη ἀπὸ τῆς μάστιγος. » Ὁ δὲ Ἀπόστολος περὶ τῶν ἀναξίως τῶν μυστηρίων ἐπιθιγγανόντων, φησί· « Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. » Ἀλλὰ τῆς εὐθείας ἀπεπλανήθημεν, διορθῶσαι βουλόμενοι τῶν ἀμαθῶν τὴν ὑπόνοιαν. Ἄγε δὴ, τὸν λόγον καθάπερ ἵππον ἀφηνιάσαντα εὐφυῶς ἡνιοστροφήσωμεν, τὸ ῥητὸν ἐπαναλαβόμενοι·

« Ὦ γενεὰ ἄπιστε καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; Ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; Φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε. » Εἴθισται τοῖς μιαροῖς πνεύμασι κατά τινας σεληναίας τροπὰς τὴν παραφορὰν ἐπάγειν τοῖς πάσχουσιν. Ἵνα τί γένηται; Ἵνα τὸ καλῶς δημιουργηθὲν σημεῖον ἐπ' εὐεργεσίαν τῆς κτίσεως, ἡ σελήνη, φημὶ, βλάβης αἴτιον νομισθῇ. Κἀντεῦθεν βλασφημεῖται ὁ κτίστης ὡς κακῶν ὑπάρχων δημιουργός. Τοῦτο πανούργως νοήσαντες δόξαν ἐνέσπειραν, ὡς ἡ σελήνη ταῖς ἰδίαις αὐξήσεσιν, ἢ μειώσεσι τὴν τοιαύτην σκότωσιν ἀπεργάζεται· ὅθεν σεληνιαζομένους ἐκάλουν τοὺς πάσχοντας. Ταύτῃ γοῦν τῇ διεστραμμένῃ δόξῃ στοιχῶν καὶ οὗτος ὁ ἄνθρωπος, ἀφεὶς εἰπεῖν ὅπερ ἦν· « Ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, » ὅτι σκοτώσει δαιμονικῇ παραφέρεται, φησὶν, « Ὅτι σεληνιάζεται. » Τοῦτο γοῦν ἐλέγχων ὁ Κύριος· « Ὦ γενεὰ, φησὶν, ἄπιστε καὶ διεστραμμένη ! » Οὐκ ἂν τὸ διεστραμμένη προσέθηκεν, εἰ μὴ τὴν τοῦ δόγματος ἑώρα διαστροφήν. Οὕτω στηλιτεύσας πρότερον τὴν ἀσέβειαν, ἐπιφέρει τὴν ἴασιν, παράλογον ἡγησάμενος διὰ τὴν πατρικὴν ἀπιστίαν, τὸν παῖδα μὴ τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀπόνασθαι. Τὸ μὲν οὖν δαιμόνιον ἀοράτως φλεγόμενον ὤχετο ἀμεταστρεπτί· ὁ δὲ παῖς θείας γαλήνης ἀπήλαυσε.

« Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ ἄτε τῆς αὐτοῦ σοφίας ὑπάρχοντες φοιτηταὶ, καὶ τῆς ἀληθείας ἐκζητηταὶ, καὶ τοῦ ὄντος ἐρευνηταὶ, καὶ ζητοῦσι μαθεῖν τί τὸ κωλύσαν αὐτοὺς, μὴ φυγαδεῦσαι τὸν δαίμονα· ᾤοντο γὰρ μήπως εἰσί τινα πνεύματα πονηρὰ μὴ κατεπτηχότα τὴν ἐκείνων ἰσχύν. Τί οὖν ὁ Σωτήρ; Οὐ

[96] Marc. v, 29. [97] I Cor. xi, 3.

Francisci Scorsi notæ.

(35) *Indigne mysteria tractant.* Ita etiam accipit locum Pauli I, ad Corinth. cap. xi. Anselmus : *Multi post Pascha*, inquit, *variis morbis corripiuntur, quia indigne corpus Christi acceperunt.* Vide et Corn. a Lapide, in hunc locum.

(36) *Ut signum a Deo recte conditum.* Certum est lunaticum de quo hic Matth. cap. xiii agitur, non naturali, certe solum, sed a dæmone etiam incusso morbo vexatum; quippe cum eumdem sanctus Lucas dæmoniacum fuisse declaret, Marcus surdum et mutum appellet. Quare igitur lunaticus appelletur, merito quæri potest utrumque. Aliqui Patres fuisse putant, et a causis naturalibus, et a dæmone illum hominem afflictatum. In qua sententia videtur hic Pater esse, qui vult dæmones abundare humorum materie, ad homines varie ac varie morbis exagitandos; non tamen ideo dici lunaticum putat, quasi a lunæ mutationibus perturbationes illæ corporis effectæ sint, sed hoc ex prava hominum opinione dæmonis opera disseminata jactatum, ut luna causa mali existimetur, atque adeo Deus etiam rerum conditor infametur. Quam eamdem causam ejus appellationis afferunt Origenes, tract. iv, *in Matth.*; Chrysost. hom. 58; Hieron. in Comm. in cap. iv. Idemque Beda, et Euthymius norunt apud Maldonatum in hunc locum. Cæterum utrum etiam luna suis influxibus quos vocant, in hæc eadem mala aliquid conferant viderint medici ac physici philosophi qui hæc disputant.

(37) *Sapientiæ.* Tria ἰσόκωλα quæ continent causam cur discipuli Dominum interrogarint, omissa fuerant in P.; ita tamen ut sensus sine his non deficere videretur. Reperi tamen ea in G.; sunt autem ἄτε τῆς αὐτοῦ σοφίας usque ad ἐρευνηταί.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀπιστίαν λέγει, ἵνα μὴ πρὸς οἴησιν ἐξαρθεῖεν οἱ μαθηταί· καὶ ἅμα πρὸς θερμοτέραν πίστιν διεγείρων αὐτοὺς φησί· « Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· Μετάβηθι, ἐντεῦθεν, καὶ μεταβήσεται. » Τί οὖν; ἐρεῖ τις, τῶν ἀποστόλων ἡ πίστις τοσοῦτον ἦν ἀμυδρὰ, ὡς μηδὲ ἐξισοῦσθαι κόκκῳ σινάπεως; τῶν ἀφέντων πάντα, καὶ ἀκολουθησάντων Χριστῷ, οἷς ἡ ὑπόσχεσις ἦν ἐπὶ δώδεκα θρόνους καθίσαι, καὶ κρῖναι τὸν Ἰσραήλ· οὓς ἐκάλεσε φῶς τοῦ κόσμου, καὶ ἅλας τῆς γῆς, καὶ φίλους αὐτοῦ; Πῶς οὖν εἰς τοσοῦτον ἐπεφθάκεισαν, εἰ μὴ πίστιν εἶχον διάπυρον; Φαμὲν οὖν, ὡς τοῖς ἀποστόλοις οὐ μόνον κόκκῳ σινάπεως παραπλησία ἡ πίστις ἦν, ἀλλ' ἀκρωρείας μεγέθει ὑψηλῆς, καὶ ὑπερνεφοῦς. Καὶ τοσοῦτον ἡ τούτων πίστις δεδύνηται, ὡς πάντα τὸν κόσμον τῷ λόγῳ χειρώσασθαι· ἀλλ' ἐνταῦθα ὁ Σωτὴρ δόγμα ἐμφαίνειν δοκεῖ· τὸ δὲ δόγμα κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι ὅσον τις ὑπερβῇ διὰ πίστεως, καὶ ὑπόπτερος γένηται, ἡ νομιζομένη πίστις ὑψηλὴ, καὶ διάπυρος, συγκρινομένη πρὸς τελείαν, οὐδὲ κόκκῳ σινάπεως παραβάλλεται· ἔχει δέ τινα καὶ πρὸς τὴν πίστιν τὸ σίναπι οἰκειότητα. Θερμόν τε γὰρ, καὶ τοῦ περὶ τὸν ἐγκέφαλον ῥύπου ἐστὶν ἑλκτικόν· ὑγιεινήν τε τὴν ἕξιν τῶν ἐσθιόντων ἐργάζεται, τέμνον κεκρυμμένων φλεγμάτων τὴν παχύτητα, καὶ βλαβερῶν χυμῶν τὴν ὑγρότητα· ἀλλὰ καὶ τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν κόκκος σινάπεως παραβάλλεται ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ γεωργοῦ ἀποδενδρούμενος. Ὥστε ὁ ἔχων πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἡ γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν.

nem illum fugare potuissent. Suspicabantur enim, ne fortassis aliqui essent dæmones, qui ipsorum potentiam minime formidarent. Quid igitur Salvator? Nihil de hominis illius incredulitate loquitur, ne forte superbia se discipuli efferrent; et simul ad ferventiorem fidem (38) ut eos excitaret: « Propter incredulitatem vestram, » dixit; « Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: Transi hinc illuc, et transibit. » Quid igitur? dicet aliquis; itane imbecillis erat apostolorum fides, ut ne grano quidem sinapis æquaretur? eorum, inquam, qui reliquerant omnia, et secuti erant Christum, quibus erat promissum 148 in duodecim sessuros thronis, et Israel judicaturos [98]; quos lucem mundi, et sal terræ [99], et suos amicos appellavit [1]? Quomodo igitur eo pervenissent, nisi ferventem habuissent fidem? Dicimus igitur non modo grano sinapis similem apostolorum exstitisse fidem, sed etiam magnitudini montis excelsi et nubila supereminentis. Tantum scilicet eorum valuit fides, ut mundum universum verbo subjecerint. Sed hic Dominus dogma quoddam hujusmodi mea quidem sententia indicare videtur: quod, quantumcunque quis in fide transcenderit, et sublimis fuerit, ea quæ sublimis, et fervens fides æstimatur, si cum perfecta comparetur (39), neque grano sinapis æquiparatur. Habet vero etiam sinapis quamdam cum fide similitudinem. Calidum enim est, et extrahit cerebri purgamenta, et bonam utentibus valetudinem confert, latentium phlegmatum crassitiem, et nocuos humores incidens. Quin etiam cœlorum regno simile dicitur granum sinapis, in corde nimirum ejus cultoris in arborem excrescens: ita ut qui fidem ut granum sinapis habet, in se ipso habeat regnum cœlorum. Intra nos est enim regnum cælorum.

« Ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ καὶ μεταβήσεται, καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν. » Οὐ περὶ ὄρους αἰσθητοῦ λαλεῖ ἐνταῦθα. Τίς γὰρ ἀκο-

« Dicetis monti huic: Transi hinc illuc, et transibit, et nihil impossibile erit vobis. » Non hæc de visibili (40) monte dicit. Qui enim consentaneum

[98] Matth. xix, 28. [99] Matth. v, 13, 14. [1] Joan. xv 15.

Francisci Scorsi notæ.

(38) *Et simul ad ferventiorem fidem.* Non solum in parente lunatici, sed et in apostolis aliquem fidei fuisse defectum et utrumque causam fuisse, cur dæmonium expellere non potuerint, multi expositores sentiunt apud Maldonatum relati, qui etiam verba illa Christi propter incredulitatem vestram non reprehendentis solum, sed etiam exhortantis ad majorem fidem esse censet. Atque hic est sensus Theophanis hoc loco.

(39) *Si cum perfecta comparetur.* Comparative Christum apostolorum fidem minimam appellasse, nimirum si ad eam comparetur, quam cum ipso tamdiu versatos habere oporteret, cum magnam tamen haberent; quippe ipsum paulo ante Dei filium confessi fuerant, docet Maldonatus noster, quem vide. Ejus enim explicatio cum hoc Theophanis loco congruit. Cæterum quod hic de infinito incremento et perfectione fidei tangit auctor aliis etiam locis tradit, hom. 10, ad quam vide not. 79, et hom. 22, ad quam notam 19.

(40) *Non de visibili.* Quanquam aperte asserat auctor virtute divina effici posse, ut montes ex uno loco in alium transferantur, displicet tamen quod neget hunc locum de monte sensili intelligendum, qui sensus est litteralis, et nativus hujus loci, et ex aliis aperte colligitur, in quibus dæmonii nulla mentio. Nam similiter dixit Christus Lucæ xvii: *Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, et transplantare in mare.* Et huic loco etiam allusisse S. Paulus videtur I. Cor. cum de charitatis præstantia loquens: *Si habuero*, inquit, *fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero*, etc. Alia vero loca Scripturæ, quæ affert auctor de stabilitate terræ, intelligenda sunt de lege ex modo naturæ consentaneo. Et vero vehementer admiror quod Cerameum hunc fugerit in *Historiis SS. Patrum Græcorum* id ipsum a S. Gregorio Thaumaturgo episcopo Cæsareæ effectum, cujus precibus mons tanto intervallo cessit a loco suo, quantum opus habebant incolæ ad templum inibi ædificandum. Sed non scire fas est omnia; multa summos etiam viros latent, ut Baronius quoque dixit, cum quereretur ignoratum a doctis viris Nicænum concilium secundum: *Tolerabilis est tamen*, inquit, *indoctis viris etiam excusabilis, sicut in S. Augu-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rationi sit, montem a mundi primordio creatrice potentia radicatum in terra, hinc illuc transferri? Quanquam enim qui fidem habet, hoc possit efficere, non permittit tamen ordinis [naturalis lex summæ sapientiæ ac potentiæ opificium disturbari, dicente Scriptura in persona Dei : « Ego confirmavi columnas terræ [1], » et : « Ipse fundavit orbem terræ qui non commovebitur [2]. » Non igitur Carmelum, vel Ætnam, vel Parnassum, vel Olympum ab ipsis loco movendos ait, sed dæmones potius superbia tumidos (41), de quibus quidam ex prophetis dixit : « Ecce ego ad te montem, qui corrumpis universam terram [3], » et Sponsa, quæ in Cantico inducitur videns sponsum Jesum dæmones perterrefacientem : « Ecce dilectus meus, inquit, saliens super montes, saliens super colles [4], » quod etiam planum facit propheta, qui dicit : « Omnis mons et collis humiliabitur [5]. » Michæas divino spiritu præcinens Domini Incarnationem, et formidinem dæmonum **149** turbulentam : « Ecce, inquit, Dominus egredietur de loco suo et descendet super excelsa terræ [6], et commovebuntur montes subter eum. » Prædicit hoc etiam canticum Habbacum, « tabuisse montes ob potentiam ejus [7]; » fortassis etiam Apostolus de hoc monte loquitur, cum ait : « Omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei [8]; » quod enim Salvator de monte, qui videtur oculis, non loqueretur, præposito articulo significavit : non enim « Dicetis, ait, monti, » sed « *huic* monti. » Et addidit : Huic, signans lunaticum illud dæmonium tunc ab ipso depulsum. Si igitur et nos ferventem in Deum habuerimus fidem, dicemus passionibus nostris, nobis instar montium impendentibus, iræ, cupiditati, amori proprio (42), rapacitati, pravæ consuetudini, invidiæ, contentionis studio : his, inquam, passionibus, uti montibus præcipiemus, et fugient a nobis : vere enim hæc non ejiciuntur nisi in oratione, et ipsarum passionum jejunio, sicuti affirmavit, qui non mentitur Dominus noster Christus, cui debetur omnis gloria in sæcula sæculorum. Amen.

λουθία, ὄρος ἀπὸ τοῦ αἰῶνος δυνάμει δημιουργικῇ ῥιζωθὲν μετακομίζειν ἔνθεν ἐκεῖ; Εἰ γὰρ καὶ δυνατὸν τὸν πιστεύοντα τοῦτο δρᾷν, ἀλλ' ὁ τῆς ἀκολουθίας θεσμὸς οὐκ ἐπιτρέπει τὴν τέχνην ἀνατρέπειν τῆς πανσόφου δυνάμεως, τῆς Γραφῆς εἰρηκυίας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους τῆς γῆς, » καὶ, « αὐτὸς ἐθεμελίωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. » Οὔκουν αὐτοῖς μετακρινεῖν λέγει τὸν Κάρμηλον, ἢ τὸ Αἰτναῖον, ἢ τὸν Παρνασσὸν, ἢ τὸν Ὄλυμπον, ἀλλὰ τοὺς ὀρινομένους δαίμονας, περὶ ὧν φησί τις τῶν προφητῶν· « Ἰδοὺ ἐγὼ πρός σε τὸ ὄρος τὸ διαφθεῖρον πᾶσαν τὴν γῆν. » Καὶ ἡ ἐν τῷ Ἄσματι νύμφη ὁρῶσα τὸν νυμφίον Ἰησοῦν τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐνεργοῦντα πτοίαν· « Ἰδοὺ ὁ ἀδελφεδοῦς μοι, φησὶ, πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, ἀλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς· » ὃ δὴ σαφηνίζει ὁ Προφήτης εἰπών· « Πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. » Καὶ ὁ Μιχαίας τὴν τοῦ Κυρίου θεσπιῳδῶν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἄστατον τῶν δαιμόνων ὀρῥώδησιν· « Ἰδοὺ, φησὶ, Κύριος ἐκπορεύσεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ ἐπιβήσεται ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς γῆς, καὶ σαλευθήσεται τὰ ὄρη ὑποκάτω αὐτοῦ. » Προαναφωνεῖ δὲ καὶ ἡ ᾠδὴ Ἀββακοὺμ, « τετῆχθαι τὰ ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ· » τάχα καὶ ὁ Ἀπόστολος περὶ τοῦ τοιούτου ὄρους φησί· « Πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· » ὅτι γὰρ οὐ περὶ αἰσθητοῦ ὄρους φησὶν ὁ Σωτὴρ, ἔδειξεν ἐκ τοῦ μετὰ τοῦ ἄρθρου εἰπεῖν· » οὐ γὰρ εἶπεν, « Ἐρεῖτε ὄρει, » ἀλλὰ « Τῷ ὄρει. » Καὶ προσέθηκε, τούτῳ, δεικνὺς τὸ σεληνιαῖον, ἐκεῖνο δαιμόνιον, τὸ τότε ὑπ' αὐτοῦ ἐλαθέν. Εἰ οὖν καὶ ἡμεῖς τὴν πρὸς Θεὸν πίστιν διάπυρον ἔχομεν, ἐροῦμεν τοῖς ἐπικειμένοις ἡμῖν ὡς ὄρεσι πάθεσι, τῷ θυμῷ, τῇ ἐπιθυμίᾳ, τῇ φιλαυτίᾳ, τῇ ἁρπαγῇ, κακοηθείᾳ, τῷ φθόνῳ, τῇ ἔριδι, τούτοις τοῖς πάθεσι καὶ τοῖς ὄρεσιν ἐπιτάξομεν, καὶ φεύξονται ἀφ' ἡμῶν. Ἀληθῶς γὰρ οὐ διώκεται ταῦτα, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ, καὶ τῇ ἐκ τῶν παθῶν νηστείᾳ, καθὼς ὁ ἀψευδὴς ἡμῶν Δεσπότης Χριστὸς ἀπεφήνατο, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] Psal. LXXIV, 3. [2] Psal. XCI, 2. [3] Jerem. LI, 25. [4] Cant. II, 8. [5] Isa. XL, 4. [6] Mich. I, 3. [7] Habac. III, 10. [8] I Cor. X, 5.

Francisci Scorsi notæ.

stino (quam fassus est publice) ignorantia Nicæni prioris magni consilii canonis toto orbe vulgati, et usu recepti, ne in una Ecclesia duo ordinarentur episcopi. Allegorice vero per montem significari dæmonem non contradixerim ; estque hæc explicatio Hieronymi, Bedæ, Augustini et Glossæ interlinearis ; extra vero etiam hunc locum Gregorius Naz. dæmonem in Scripturis montem propter superbiam, et tumorem appellatum significat, orat. 39, quæ est *in S. Lumina*, et orat. 40, quæ est *de sancto baptismo*, ubi ait, virtute sancti Spiritus vincendas tentationes, quibus dæmones baptismo lucratos invadunt. Sic loquitur : Μὴ φοβηθῇς τὸν ἀγῶνα, παραβαλοῦ τὸ ὕδωρ, παραβαλοῦ τὸ Πνεῦμα ἐν ᾧ πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβεσθήσεται. Πνεῦμα μὲν ἐστι, ἀλλὰ διαλύον ὄρη. Hoc est : *Ne certamen refugias. Aquam adversus eum oppone, sanctum Spiritum o pone, in quo ignita pravi illius tela omnia extinguentur. Spiritus quidem est, verum dissolvens montes.*

(41) *Superbia tumidos.* Hoc loco emendanda scriptura c. G. quæ habet ὀρεινομένους, P. qui rectius ὀρινομένους detracto ex illo ε præpositivo. Nam quamvis ὄρειος et ὀρεινὸς Græcis dicatur *montuosus*, seu *montium cultor*, nusquam tamen reperias verbum ὀρεινόμενος, at vero ὀρινόμενος et usum habet in lingua, et sensu huic loco congruente. Est enim ὀρίνεσθαι commoveri perturbari, intumescere. Ita hom. Κακῶς ὠρίνετο θυμῷ· *Male intumuit ira;* sed ab Hesychio significationem maxime aptam auctoris menti accipe : Ὠρύθη, inquit, ἐταράχθη, ὑψώθη· igitur ὀρινόμενος apud nostrum est ὑψούμενος superbia elatus, tumidus.

(42) *Amori proprio.* Τῇ φιλαυτίᾳ, τῇ ἁρπαγῇ, τῇ κακοηθείᾳ ex c. 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΟΜΙΛΙΑ. ΚΔ'. A HOMILIA XXIV.

Εἰς τό· « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται, » καὶ τὰ λοιπά.

In illud : « Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur, » et reliqua.

Ὁ μὲν τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἤδη πραέκοψε, καὶ πρὸς αὐτὸ πέφθακε τὸ ἀκροτελεύτιον· περιηχεῖ δὲ ἡμᾶς ὁ εὐαγγελικὸς λόγος τὰ τοῦ σωτηρίου πάθους προοίμια, καὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ Δεσπότης προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Ὅσοι γοῦν μετὰ χρηστῶν ἔργων τὰς τῶν νηστειῶν ἡμέρας διήλθετε, ἐν ἐξομολογήσει, καὶ εὐχῇ, καὶ ἀγάπῃ, καὶ οἰκτιρμοῖς πενήτων, πάντα ῥύπον ψυχικὸν ἀποπλύναντες, καὶ τὸ βλέμμα τοῦ νοὸς ἐκκαθάραντες, ἀγαλλιᾶσθε, καὶ χαίρετε· ἐγγὺς γὰρ τῶν πόνων τὰ ἔπαθλα· ὅσοι δὲ ῥᾳθύμως διετέθητε τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ὀλιγωρήσαντες, κἂν τὸν βραχὺν τοῦτον καιρὸν διανάστητε, ἀποσείσασθε τὴν ῥᾳθυμίαν, παραγκωνίσασθε τὴν ἀμέλειαν. Φιλότιμος γὰρ ὢν ὁ Δεσπότης ἡμῶν, δαψιλεῖς παρέχει τὰς δωρεὰς, καὶ τὸν ἀπὸ πρώτης, καὶ τρίτης, καὶ ἕκτης ὥρας ἐργασάμενον δώροις ἀμείβεται, καὶ τὸν ἐννάτην ἐλθόντα οὐκ ἀποστρέφεται· κἂν περὶ τὴν ἑνδεκάτην ἔλθῃς, αὐτὴν φημὶ τὴν ἐσχάτην τῆς Τεσσαρακοστῆς ἡμέραν, οὐκ ἀποστερεῖται τοῦ μισθοῦ τὸ δηνάριον, μόνον εἰ προθυμίαν ἐπιδείξεται, καὶ σπουδὴν ἀξιόχρεων. Ἀληθὲς γὰρ ὡς μόχθοισι πόθον Θεὸς ἀντιφερίζει. Ἀλλὰ φέρε πάλιν τῆς εὐαγγελικῆς ἀκούσωμεν σάλπιγγος, τὸ Πάθους προαναφωνοῦσης μυστήριον.

Processit quidem satis continentiæ tempus, et jam ad extremum vergit. Præcinitque nobis sermo evangelicus Passionis Christi proœmia, cum discipulis Dominus futura prænuntiat. Quotquot igitur cum bonis operibus dies jejunii decurristis, et confessione scilicet et oratione, et charitate, et misericordia in pauperes præstita, omnem animi labem eluistis, et mentis oculum expurgastis, gaudete, et exsultate; laborum quippe præsto sunt præmia : quotquot vero per socordiam vestram neglexistis salutem, per hoc saltem, quod reliquum est temporis, quamvis breve, expergiscimini, torporem excutite, incuriamque repellite. Pro sua enim liberalitate Dominus noster copiosa dona largitur; et sive quis a prima, sive a tertia, sive a sexta **150** hora inceptum opus exegerit, remuneratur; nec vero eum, qui nona accesserit, aversatur : etiam si circa undecimam veneris, ipsum dico ultimum quadragesimæ diem, non privabit mercede denarii, modo promptum animum, ac studium pretio dignum exhibeas : Verum enim est, Deum opera affectu compensare (43). Sed age jam rursus tubam evangelicam audiamus Passionis mysteria personantem.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ « Παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβήσεσθαι. » Τίνος ἕνεκεν ἰδίᾳ παραλαμβάνει τοὺς μαθητάς; Διὰ τί δὲ καὶ τὰ τοῦ Πάθους προφθέγγεται; Εἰώθει ὁ Σωτὴρ τὰ μυστικώτερα κατ' ἰδίαν λαλεῖν καὶ ποιεῖν· προλέγει δὲ τὰ τοῦ πάθους, προομαλίζων αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ἵνα, ὅταν ἐπιστῇ, κουφότερον φέρωσι. Τῶν γὰρ λυπηρῶν τὰ μὲν προεγνωσμένα φορητότερα γίνεται τῇ τοῦ παθεῖν προσδοκίᾳ τὴν ψυχὴν προμαλάξαντα· τὰ δ' ἐξαίφνης, καὶ ἀνελπίστως προσπεσόντα, τῇ ἀθυμίᾳ τὴν διάνοιαν ἔπλησε, καὶ κατεβάπτισε. Δείκνυσι δὲ καὶ διὰ τὸ προλέγειν τὰ ἐσόμενα, ὅτι ἑκὼν ἐπὶ τὸν σταυρὸν παραγίνεται· ὁ γὰρ προειδὼς καὶ δυνάμενος ἐκφυγεῖν, ἐπιῤῥίπτων δὲ αὐτὸν προθυμότατα, πῶς οὐχ ἑκοντὶ τὸ πάθος ὑφίσταται; Ἤρεμα δέ πως ἐλέγχει, καὶ τὴν Ἰουδαίων φαυλότητα διὰ τῶν προῤῥήσεων μαλάσσων αὐτῶν τὴν λιθώδη ψυχὴν, καὶ μετάγων αὐτὴν εἰς συναίσθησιν. Ὁ γὰρ προειδὼς ὅτι πείσεται, πάντως δήπου οἶδε καὶ τὸν ἐπίβουλον. Ἦν δὲ, φησὶ, προπορευόμενος ὁ Σωτὴρ, ὅτε τοῖς μαθηταῖς ταῦτα ἔλεγε. Προπορεύεται μὲν πάντων ἐπιταχύνων τὴν εἰς τὸν σταυρὸν πορείαν, ζητῶν πιεῖν καὶ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν θανάτου ποτήριον τὸ διαφερόντως ἐκείνῳ διψώμενον. Τάχα δὲ καὶ προβαδίζει τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῖς ὑποδεικνύων ὁδὸν, λέγων, ἀκολου-

In illo tempore « Assumpsit Jesus duodecim, et cœpit illis dicere, quæ essent ei ventura [10]. » Qua de causa seorsim discipulos advocat? Et quorsum ea quæ ad Passionem pertinent, prædicit? Secretiora mysteria privatim et dicere, et facere Dominus consuevit : prædicit vero ea, quæ passurus erat, ut ad æquitatem animi discipulos præparet, quo instantia levius ferant. Nam tristia quæque tolerabilia eveniunt, cum prævidentur, cumque exspectatione ipsa animum ante molliverint. Quæ vero ex insperato, ac de repente incidunt, tristitia mentem implent, atque demergunt. Ostendit etiam dum futura prædicit, sponte se supplicium crucis adire : qui enim prævidet, et potest effugere, sed tamen prompto, et alacri animo cruciatibus caput objectat, quomodo non eos voluntarie subit, et patitur? Sensim vero etiam Judæorum improbitatem arguit lapideum cor eorum his prædictionibus emollire volens, et ad conscientiam adducere. Qui enim præscit se esse passurum, omnino etiam novit insidiatorem. Præcedebat vero, inquit, Salvator, cum discipulis hæc dicebat. Præcedit sane omnibus accelerans iter ad subeundam crucem, et calicem mortis nostræ causa bibere cupiens, quem ardentissime sitiebat. Fortassis etiam præit præmonstrans illis martyrii viam, ac dicens : Sequimini me. Et forsan etiam hujusce viæ

[10] Marc. x, 32.

Franciſci Scorsi notæ.

(43) *Opera affectu compensare.* Hoc fragmentum ἀληθὲς γὰρ, ὡς μόχθοισι πόθον Θεὸς ἀντιφερίζει, supplevi ex cod. G. quod in P. deerat. Videtur autem hemistichium carminis ab aliquo pio scriptore desumptum, quem adhuc non legi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cursum prospiciens David canebat : « Exsultabit ut gigas, ad currendam viam; cujus egressio a summo cœlo usque ad terram [11]. » Et quidem ad prodenda miracula segnius ibat, existimationem sui, gloriamque declinans; ad mortem vero iter accelerat, Patris decretum implere maturans. Verum cum tristia, ac molesta denarrasset, quod prodendus esset, et illudendus, et flagellis cædendus, horum omnium consolationem adjungit, quod esset die tertia revicturus.

151 « Et accedunt ad eum Jacobus, et Joannes filii Zebedæi dicentes : Magister, volumus, ut quodcunque petierimus, facias nobis. At ille dixit : Quid vultis, ut faciam vobis? Et dixerunt : Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, et alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. » Alius evangelista matrem eorum accessisse, et pro filiis Domino supplicasse dicit (44), ut hunc honorem a dextra, sinistraque assidendi obtinerent [12]. Utrumque igitur factum est; discipuli enim pudore deterriti, quominus ipsi a Domino hoc peterent, primum quidem prætendunt matrem suam Salomen, ut quæ multas confidendi rationes haberet, et quod propinquitate esset ei conjuncta, et quod ipsa etiam discipula esset, et una cum mulieribus comitaretur, quæ, ut manifestius tradit D. Matthæus, eum fuerant a Galilæa secutæ. Postea vero et ipsi confidentia sumpta per se seorsim petunt (45). Quid vero discipulos ipsos adduxit,

[11] Psal. xviii, 6. [12] Matth. II, 20.

A θεῖτέ μοι. Καὶ τάχα ταύτης τῆς ὁδοῦ τὸν δρόμον προβλέπων ἔψαλλεν ὁ Δαβίδ· « Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν, ἧς ἡ ἔξοδος ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἕως τῆς γῆς. » Πρὸς μὲν γὰρ τὸ θαυματουργεῖν σχολαιότερον ἴετο, δόξαν ἐκκλίνων οἰήσεως· πρὸς δὲ τὸν θάνατον βαδίζει γοργῶς, πληρῶσαι τὴν πατρικὴν βουλὴν ἐπειγόμενος. Καταλέξας δὲ πάντα τὰ σκυθρωπὰ, ὡς παραδοθήσεται, καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ μαστιγωθήσεται, καὶ ἀποκαυθήσεται, ἐπάγει τούτων πάντων τὴν παραμυθίαν, ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

« Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης υἱὸς Ζεβεδαίου λέγοντες· Ὁ δὲ εἶπε· Τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον· Δὸς ἡμῖν ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν B τῇ δόξῃ σου. » Ἄλλος εὐαγγελιστὴς τὴν μητέρα τούτων προσελθεῖν εἶπε, καὶ περὶ τῶν υἱῶν ἀντιβολῆσαι τὸν Κύριον τὴν τιμὴν τῆς ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων καθέδρας λαβεῖν· ἀμφότερα οὖν ἐγεγόνεισαν. Οἱ γὰρ μαθηταὶ εὐλαβούμενοι πρότερον μὲν τὴν μητέρα ἑαυτῶν Σαλώμην προβάλλονται ἐκ τῆς δῆθεν κατὰ σάρκα συγγενείας ἔχουσαν τὸ θαῤῥεῖν, καὶ αὐτὴν οὖσαν μαθήτριαν, καὶ συνεπομένην αὐτῷ μετὰ τῶν γυναικῶν, αἵτινες ἠκολούθησαν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ὡς ὁ Ματθαῖος ἐκδηλότερον ἱστορεῖ. Εἶτα καὶ αὐτοὶ παῤῥησιασθέντες, καὶ προσελθόντες ἰδίᾳ ποιοῦνται τὴν αἴτησιν. Τί δὲ ἦν τὸ πεῖσαν αὐτοὺς τοιαύτην πρωτοκαθεδρίαν ζητεῖν; Τοῦ Σωτῆρος πολλάκις περὶ τῆς μελλούσης δόξης διεξελθόν-

Francisci Scorsi notæ.

(44) *Supplicasse dicit* codex G. ἀντιβολῆσαι P. αἰτῆσαι sed et sequentia decurtata, atque adeo obscurata leguntur in eodem. P. C. nam post τὸ αἰτῆσαι sequitur πρότερον μὲν τὴν μητέρα ἑαυτῷ Σαλώμην προβάλλεται ἐκτῆς δῆθεν συγγενείας. Sed integra erit, et aperta sententia et mens auctoris, si ea addas, et corrigas, sicuti in nostra editione legis præsidio c. G. bene composita paulo itidem infra post τὸ ἱστορεῖ desunt in P. hæc εἶτα καὶ αὐτοὶ παῤῥησιασθέντες, καὶ προσελθόντες ἰδίᾳ ποιοῦνται τὴν αἴτησιν. Quæ sane sunt necessaria ad complendam omnem sententiam. Cæterum hæc conciliatio duorum evangelistarum quorum alter accessisse ad Christum dicit matrem, alter filios ipsos petivisse, quam affert hic noster, auctorem etiam habet ex superioribus Chrysostomum, ex posterioribus ipso Theophane, Theophylactum, qui censent utrumque factum primo matrem, post paulo discipulos per se ipsos adiisse Christum : a transcribendis eorum verbis, ne longior sim, supersedeo.

(45) *Seorsim petunt*. Hic locus in cod. P. ita contextus est, ut nihil ad integritatem sententiæ desiderari videatur : quod si legendo adverteris animum, patebit. Cæterum non celabo lectorem exstare in c. G. fragmentum aliud post illa verba adnexum ποιοῦνται τὴν αἴτησιν, quod continet rationem cognationis inter Christum, et Salomem, ejusque liberos Joannem, et Jacobum, ingeritque opinionem de uxore sancti Josephi habita, antequam Virginem Mariam duceret; est autem hæc : Ἡ γάρ τοι Σαλώμη ἡ μήτηρ τῶνδε τῶν μαθητῶν θυγατηρ ἦν τοῦ μνήστορος Ἰωσήφ. Αὕτη δὲ τῷ Ζεβεδαίῳ συνοικήσασα τοὺς βροντογενεῖς ἀπέτεκε δυο υἱούς. Μαθήτρια καὶ αὐτὴ μονογενὴς καὶ μυροφόρος ὕστερον χρηματίσασα. Μετὰ τῶν ἄλλων τοίνυν παίδων τοῦ Ἰωσὴφ ὁδελφὴ καὶ αὐτὴ τοῦ Κυρίου ἐλέγετο. Ὅθεν καὶ προσῆν αὐτῇ ὡς εἰκὸς τὸ θαῤῥεῖν. Τί δὲ ἦν τὸ πεῖσαν αὐτοὺς τὴν τοιαύτην προκαθεδρίαν ζητεῖν, τοῦ πολλάκις, et cætera in P. Hæc, ut dixi, ita incerta sunt, ut sine his constare sensus possit, ut expressus est in c. P. Quare suspicandi occasio data est, ea fuisse quasi glossematis loco ab aliquo qui his homiliis ad concionandum sit usus, easque descripserit, ex ingenio assuta, atque adeo esse ἐμβεβλημένα nec τοῦ ποιητοῦ. Quod visum in multis aliis aliorum scriptorum tum sacrorum, tum profanorum monumentis veteribus, plerumque illatum, ut sæpenumero advertunt doctissimi viri eorum critici. Quare hoc loco sequi volui scripturam c. P., cum viderem eam posse integram censeri, nulla alia interjecta sententia; sed tamen ad fidem D interpretis editoris harum homiliarum putavi pertinere : de hac varietate saltem in hac nota mentionem facere, ne omnino aliquid occulerem quod mss. reperissem. Quod si quis velit ea ut genuina auctoris recipere, ne miretur ejus Theophanem nostrum fuisse sententiæ, in qua Græci Patres passim fuere, cum Eusebio lib. II *Hist.* cap. 1, eademque ex Latinis secuti sunt S. Hilarius et S. Ambrosius, quos citat Baronius in *Apparatu annal.* cap. 46. Mihi vero minus etiam mirum videtur, eam ab hoc Theophanem afferri, si tamen ut dixi, hujus est Patris, at non ab aliquo posteriore Græco illius operis quasi pannus assuta : sed tamen minus mirum videtur, cum eam legerim expresse traditam a Greg. Nyss. hom. 2, de *Resurrect.*; sciamque Cerameum hunc esse illius asseclam et multis in locis ab eo et sententias et verba mutuari. Cæterum hæc opinio hoc tempore ab orthodoxis non probatur. Plurimi Patres Latini in asserenda virginitate

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τος τοῖς μαθηταῖς, προσθέντος δὲ, ὅτι καὶ εἰσί τινες A τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἳ οὐ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· ὑποδείξαντος δὲ αὐτοῖς ἐν Θαβὼρ καὶ τὰ τῆς θεότητος σύμβολα, ᾤοντο οἱ ἀπόστολοι ἐπίγειον αὐτοῖς δόξαν εὐαγγελίσασθαι, καὶ ὅτι βασιλεύσει μὲν ἐπὶ γῆς, ἐπιβουλευθείς γε μὲν ὕστερον παραδοθήσεται καὶ πείσεται ὅσα παρήγγειλεν. Οὐ γὰρ δὴ περὶ τῆς μελλούσης αὐτῷ δόξης προσῆγον τὴν αἴτησιν, ὥς τινες ὑπετόπασαν. Τί οὖν ὁ Σωτήρ; Οὔτ' ἐπαγγέλλεται τὴν δόσιν, οὔτε μὴν ἀπαναίνεται, ἀλλ' ὡς ἀγνώτας ἐπιπλήξας ἐν τῷ εἰπεῖν· « Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε, » περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῖς πάλιν διαλέγεται·

ut primum hunc concessum ambirent? Cum Dominus sæpenumero de futura gloria cum discipulis disseruisset, adjunxisset etiam aliquos ex illic stantibus non gustaturos mortem, donec viderent regnum ipsius; cumque etiam in monte Thabor divinitatis specimen ostendisset, opinabantur apostoli in hac vita comparandam sibi gloriam prænuntiari; et regnaturum quidem in terris Dominum, sed ad extremum opprimendum insidiis, et prodendum, et quæcunque ipsis prædixerat, eventura. Neque enim de futura gloria proposita petitio fuit, ut quidam existimarunt. Quid igitur Salvator? Neque pollicetur se daturum, nec recusat; sed reprehensa eorum inscitia, illis verbis : « Nescitis quid petatis, » de morte iterum verba facit :

« Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; » Νομίζετε, φησὶ, τὴν ἐμὴν βασιλείαν αἰσθητὴν εἶναι, B καὶ ἐπὶ δόξαν κεχήνατε πρόσκαιρον, κενὴν φαντασίαν, καὶ καθέδραν αἰτούμενοι, ὥσπερ ἐπιλαθόμενοι τῆς προτέρας φωνῆς, ἧς ἀρχῆθεν ἠκούσατε· « Δεῦτε ὀπίσω μου· » ὁ δὲ ὀπίσω μου ἀκολουθῶν ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ· οὐ καθέδραν ζητείτω κενήν. Ὑμεῖς δὲ ἀφέντες τὸ μετὰ τῶν ἄλλων ἀκολουθεῖν, προπορεύεσθε· διὰ τοῦτο οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Οὕτω καὶ Πέτρος, ἕως μὲν ἠκολούθει τῷ τοῦ διδασκάλου θελήματι, μαθητὴς ἦν· ἡνίκα δὲ τὸ παθεῖν τὸν Σωτῆρα, τόγε εἰς αὐτὸν ἦκον ἐκώλυσεν. « Ἵλεώς σοι, φάμενος, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο· » τότε οὐ μὴ ἀκολουθῶν, ἀλλ' ἑστὼς ἀντιπρόσωπον, ἤκουσεν· « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ. » Ἀλλ' οἱ μὲν οὖν ὠνειροπόλουν τιμὴν κοσμικήν, ὁ δὲ πρὸς τὸν τοῦ μαρτυρίου θάνατον τούτους καλεῖ. Ποτήριον γὰρ καὶ C βάπτισμα τοῦτο ὠνόμασεν· ἐπειδὴ ὡς μὲν ποτήριον ἡδέως πέπωται παρ' αὐτοῦ, καὶ τὸν φυσίζωον ὕπνον ἐπήγαγε. Διὸ κἀν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ, οὕτω πρὸς τὸν Πέτρον φησί· « Τὸ ποτήριον, ὃ δέδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὐ μὴ πιῶ αὐτό; » Βάπτισμα δὲ ὁ αὐτὸς θάνατος, ὡς καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, νοοῖτο ἂν ποτήριον, ὅπερ πιεῖν κελευόμεθα, οἱ ἐπισυμβαίνοντες ἡμῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκούσιοι πειρασμοί, δι' ὧν καὶ αὐτῆς καταφρονοῦντες τῆς φύσεως, καὶ τὸν θεῖον πόθον προκρίναντες, τὸν περιστατικὸν ὑπερχόμεθα

« Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, et baptismo, quo ego baptizor, baptizari? » Existimatis, inquit, regnum meum in iis versari rebus quæ sensibus percipiuntur, et gloriæ, quæ hujusce vitæ tempore definitur inhiatis, inanissimam pompam, et cathedram postulantes, quasi obliti primæ vocis illius, quam jam tum ab initio audistis : « Venite post me; » qui vero sequitur me, tollat crucem suam, non cathedram inanis gloriæ quærat; vos una cum aliis sequi me desistitis, ac vultis præcedere : ideo « Nescitis quid petatis. » Ita et Petrus dum magistrum, **152** prout voluntas ejus ferebat, sequebatur, discipulus erat; ubi vero Salvatorem, quominus pateretur, quantum certe in se fuit, prohibuit dicens : « Absit a te, Domine, non erit tibi hoc [13], » tunc sane cum non subsequeretur, sed contra faciem potius (46) adstaret, audivit : « Vade post me, Satana. » Atque illi quidem mundanam somniabant gloriam (47); hic vero eos ad mortem martyrii oppetendam provocat. Calicis enim, et baptismi nomine mortem intelligit. Hæc siquidem, ut calix, libenter epota vivificantem illi somnum induxit. Idcirco etiam eo ipso passionis tempore, sic Petrum est allocutus : « Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum [14]? » Baptisma etiam mors eadem dicitur, ut quæ purgationem peccatorum fecerit. Anagogico vero sensu, (48) calicis quem bibere jubemur nomine, involuntaria pericula veritatis tuendæ causa, nobis imminentia, per quæ na-

[13] Matth. xvi, 23. [14] Joan. xviii, 11.

Francisci Scorsi notæ.

S. Josephi ita consentiunt, ut Petrus Damiani epist. 2, ad Nicolaum II, Romanum pontificem dicat hanc esse fidem Ecclesiæ. Hos sequitur etiam Cornelius a Lapide nuperrimus Evang. commentator, et ante eum Maldonatus id dixerat, qui tamen monet ut caveantur ii Patres qui non pauci etiam sunt, cum leguntur; amplectamurque veriorem sententiam asserentium S. Josephi non aliam conjugem præter B. Virginem duxisse; adeoque perpetua floruisse virginitate. Qua vero ratione aliqui appellentur fratres Domini in Evangelio, notum est ex S. Hieronymo et aliis, qui eam appellationem ex Hebræorum more deductam approbant, quo consanguinei omnes consobrini et patrueles fratres appellari solent.

(46) *Sed contra faciem potius.* Vide dicta supra hom. XVII, not. 21.

(47) *Mundanam somniabant gloriam.* In Pexemp. solum est Οἱ μὲν οὖν ὠνειροπόλουν, οὐδὲ πρὸς τὸν, etc. plenior scriptura G. Οἱ μὲν οὖν ὠνειροπόλουν τιμὴν κοσμικὴν, ὁ δὲ, etc.

(48) *Anagogico vero sensu.* Desumptus est ex S. Maximi Oecon. cent. 1, cap. 98, et 99, priore sic habet : *Baptisma Domini est integra mortificatio voluntatis nostræ circa mundum sensilem; calix vero est etiam hujusce vitæ nostræ præsentis abnegatio pro veritate.* Altero vero id ipsum plenius : *Baptisma Domini est figura tribulationum nostrarum, quas virtutis ergo deliberate et libenter suscipimus; per quas abjectis conscientia sordibus intentum voluntatis erga ea quæ subjacent oculis, sponte toleramus. Calix autem est figura tentationum, quæ ratione circumstantiarum præter voluntatem pro veritate insurgunt in nos invitos, quarum ope divi-*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

tura ipsa contempta, Deique amori posthabita, intentatam nobis corporalem mortem libenter subimus; baptismi vero nomine voluntarii laboreş virtutis causa suscepti intelligi possent, per quos sordes animæ perpurgantes voluntariam mortem excipimus. Discipuli vero de sensibili calice illum loqui præmentis hebetudine existimantes, baptisma vero esse quasi quamdam consuetam Judæis aspersionem lustrationemque, dixerunt : « Possumus. » Verum circa historicum sensum hactenus versata sit oratio nostra. Jam, quæ per hæc significata sint, brevi explanentur; et quare mater filiorum Zebedæi, non Salome, petitionem obtulisse dicatur, anagogica ratione speculemur.

τῆς φύσεως θάνατον· βάπτισμα δέ εἰσιν οἱ ὑπὲρ ἀρετῆς ἑκούσιοι πόνοι, δι' ὧν τὸν τῆς ψυχῆς ἀποπλύνοντες ῥύπον, τὸν ἑκούσιον καταδεχόμεθα θάνατον. Οἱ μὲν οὖν μαθηταὶ παχύτητι διανοίας αἰσθητὸν αὐτὸν οἰηθέντες λέγειν ποτήριον, βάπτισμα δὲ εἰκάσαντες τὸ τῶν Ἰουδαίων περιῤῥαντήριον, εἶπον ὅτι «Δυνάμεθα·» ἀλλ' ὁ μὲν τῆς ἱστορίας λόγος τέως ἀναμεινάτω· τὰ δὲ διὰ τούτων δηλούμενα ἐν ὀλίγῳ σεσαφηνίσθω, καὶ πῶς ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, οὐ Σαλώμη, τὴν αἴτησιν πρὸς Κύριον ἐποιήσατο, ἀναγωγικῶς θεωρείσθω.

Salomen igitur *pacifica* (49), Jacobum *supplantator* (50), Joannem *Dei gratia* (51) interpretantur. Ex anima igitur pacifica contemplatio et actio progignuntur. Hæc quidem diabolum calcaneo nostro insidiantem supplantans, illa vero ut gratia ad invisibilium rerum intelligentiam animam elevans. Quod vero Salome soror Domini (52) fuerit, nihil officit speculationi. Ipse enim Salvator beatos pacificos prædicans, filios Dei vocat : « Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur [15]. » Si igitur Christus est Filius Dei, filii porro Dei pacifici, non est utique sensus a tota consecutione alienus. Sed neque Salome Christi soror natura; nec anima pacifica natura itidem, sed gratia soror **153** ipsius est. Hæc igitur anima Dominum obsecrat, ut prolem hanc suam cœlesti consessu gratis, ac sine labore dignetur; ipse vero terreni affectus mortificationem, et per baptismum purgationem animæ adhibendam insinuat. Quid enim Salvator inquit?

Σαλώμη τοίνυν *εἰρηνικὴ* ἑρμηνεύεται, Ἰάκωβος δὲ *πτερνιστὴς*, καὶ Ἰωάννης *χάρις Θεοῦ*. Ἐκ τῆς εἰρηνικῆς οὖν ψυχῆς θεωρία καὶ πρᾶξις τίκτονται· ἡ μὲν πτερνίζουσα τὸν τὴν πτέρναν ἡμῶν ἐπιτηροῦντα διάβολον, ἡ δὲ ὡς χάρις ἐπαίρουσα πρὸς τὴν τῶν νοητῶν κατανόησιν. Τὸ δὲ τὴν Σαλώμην ἀδελφὴν τοῦ Κυρίου γενέσθαι, κατ' οὐδὲν τῇ θεωρίᾳ λυμαίνεται. Αὐτὸς γὰρ ὁ Σωτὴρ μακαρίζων τοὺς εἰρηνοποιοῦντας υἱοὺς αὐτοὺς ὀνομάζει Θεοῦ. « Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. » Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, υἱοὶ δὲ Θεοῦ καὶ οἱ εἰρηνοποιοί, οὐκ ἔξω τῆς ἀκολουθίας τὸ ὑόημα. Ἀλλ' οὔτε ἡ Σαλώμη κατὰ φύσιν ἀδελφὴ τοῦ Χριστοῦ, οὔτε ἡ εἰρηνικὴ ψυχὴ φύσει ἀδελφὴ αὐτοῦ, ἀλλὰ χάριτι. Ἡ γοῦν τοιαύτη ψυχὴ ποτνιᾶται πρὸς Κύριον ἄξια τῆς μετ' αὐτοῦ καθέδρας ἀπονητὶ γενέσθαι τὰ ταύτης γεννήματα, ἀλλ' αὐτὸς τὴν νέκρωσιν αὐτοῖς ὑποτίθεται τοῦ γηΐνου φρονήματος καὶ τὴν κάθαρσιν δηλοῦται διὰ τοῦ βαπτίσματος. Τί γάρ φησιν ὁ Σωτήρ;

« Calicem quidem quem ego bibo, bibetis; et baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini : sedere autem ad dexteram meam, et sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. » Duplicem hæc dicta pariunt dubitationem : alteram quidem, an cuipiam consessus apud Deum paratus ac præstitutus sit; alteram vero, an omnium Dominus, cui velit eum præbere non possit. Dicimus igitur non fas esse intelligere eamdem in futura vita sessionem, atque eam quæ apud nos cathedræ significatione (53) notatur. Sessio enim nostra

« Τὸ μὲν γὰρ ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ᾧ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου, καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται. » Δικλῆν ἀπορίαν ὠδίνει τὰ παρόντα ῥητά· μίαν μὲν, εἰ ἡ μετὰ τοῦ Θεοῦ καθέδρα ἡτοίμασταί τινι, καὶ προώρισται, καὶ εἰ ὁ πάντων Δεσπότης ἀδυνατεῖ παρασχεῖν ταύτην, ᾧ βούλεται. Φαμὲν οὖν, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐνταῦθα σωματικῆς καθέδρας ἡ ἔμφασις δείκνυται, οὕτω καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ καταστάσει εὐαγὲς ἂν εἴη νοεῖν· ἡ μὲν γὰρ ἐνταῦθα καθέδρα τὴν ἐπὶ ἰσχίων

[15] Matth. v 9.

Francisci Scorsi notæ.

num desiderium anteponimus ipsi naturæ, atque circumstantem naturæ mortem sponte subimus. Hæc S. Maximus quibus satis et suam, et Theophanis nostri genuinam mentem explanat. Sed et ex iisdem aperte cognoscitur, quam mutilum sit, et mendosum exemplar P. quam integrum G. in eo enim sunt scripta post vocem οἱ ἐπισυμβαίνοντες. Hæc Hæc κινδύνοις τα τῆς φύσεως et alia quæ quam sint prava, et obscura in leve alterius exemplaris, et ex ipso S. Maximi collato textu apparet; desunt enim post. Οἱ ἐπισυμβαίνοντες, hæc Ἡμῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκούσιοι πειρασμοὶ δι' ὧν καὶ αὐτῆς καταφρονοῦντες τῆς φύσεως, καὶ τὸν θεῖον πόθον, etc. pro voce ὑπερμεθα quæ est in C scriptum erat in P.

(49) *Salomen igitur pacificam.* Ab eadem radice qua Salomon pacificus dictus שלום pax.

(50) *Jacobum supplantatorem.* Nota historia Gen. xxv.; unde Jacob supplantator vocatus, עקב est supplantare, et decipere inde, ויעקבי Jacob.

(51) *Joannem Dei gratiam.* A חנן verbo quod gratis dare et gratia prosequi significat deductum. יוחנן Joannes.

(52) *Quod vero Salome soror Domini.* Totus hic locus in quo Salomæ cum Christo cognationem propositæ anagogiæ convenire explicat auctor, desertus fuerat ex P. inc. lib. ab illis verbis : τὸ δὲ τὴν Σαλώμην. Usque ad illa ἀλλὰ χάριτι, quæ sunt integra in Gall.

(53) *Cathedræ significatione.* S. Ambrosius lib. x

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦ σώματος ὑπογράφει θέσιν, ὡς ἂν μὴ διαπαντὸς κάμνῃ τῆς ἀγκύλης ὁ τόνος, ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ βάρος ἀνέχων τοῦ σώματος· ἐπὶ δὲ τῆς μελλούσης δόξης τιμῆς ὑπεροχὴν ἡ καθέδρα σημαίνει. Τὸ δὲ, « Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, » οὐκ ἀδυναμίαν ἐνδείκνυται· πῶς γὰρ ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ἀνίσχυρος γένοιτο; ἀλλὰ τὸν ἀῤῥεπῆ ζυγὸν τῆς δικαιοσύνης μαρτύρεται. Κριτοῦ γὰρ ἀδεκάστου τὸ τοῖς ἀθληταῖς ἀναλόγως βραβεύειν τὰ ἔπαθλα, οὐ μὴν τὸ διὰ χάριν προτιμᾶν τῶν μειζόνων τοὺς ἥττονας, καὶ τῶν ἀγωνισαμένων τοὺς μὴ ἀθλήσαντας· διὰ τοῦτό φησιν· « Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, » ἀλλὰ τοῖς τὸν ἀγῶνα νικήσασι τὰ τῆς τιμῆς ἀπόκειται. Τοῦτο δέ φησιν, οὐχ ὅτι καθεῖταί τις ἐν τῇ μελλούσῃ δόξῃ μετὰ τοῦ Θεοῦ· ἐκφαντικῶς γὰρ ἔδειξεν ἡ εὐαγγελικὴ φωνὴ ἐν τῷ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως διηγήματι, ὅτι στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, καὶ τὰ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. Δῆλον δὲ ὡς ἡ στάσις τῆς καθέδρας παρήλλακται, ἀλλ', ὡς ἔφην, τιμῆς ὑπεροχὴν διὰ τῆς καθέδρας ἠνίξατο.

A commodum designat partium corporis situm, ne genuum flexus nimia contentione defatiscant, si per se ipsos corporis pondus sustinere cogantur; in futura vero gloria quamdam honoris præstantiam significat sessio. Quod vero dicitur: « Non est meum dare vobis, » non ostendit impotentiam; quomodo enim impotens divina virtus evadat? sed justitiæ æquilibrium in neutram propendens partem ostendit. Incorrupti enim judicis est proportione meritorum athletis decernere præmia, neque vero gratiæ causa melioribus præferre pejores, et certatoribus eos qui minime certaverunt; ideo, « Non est, ait, meum dare vobis, » sed iis qui certamen vicerint, honoris præmia reposita sunt. Hoc autem dicit, non quod consessurus sit cum Deo quispiam B in futura gloria; perspicue enim evangelicus sermo in futuri judicii descriptione declarat, quod statuet oves a dextris, hædos vero a sinistris [16]: stationem vero sessioni opponi manifestum est: sed, ut dixi, honoris excellentia vocabulo sessionis involvitur.

« Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου. » Ἀτελεῖς ὄντας τοὺς μαθητὰς οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ ταῖς ἀκίσι τοῦ φθόνου τιτρώσκεσθαι· διὸ καὶ ἀγανακτοῦσι κατὰ τῶν συμφοιτητῶν τὴν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους προεδρίαν ζητούντων λαβεῖν. Ἀλλ' οὕτω μέν τινες τῶν πρὸ ἡμῶν ἐξηγήσαντο. Ἐμοὶ δὲ οὐ βασκανίας δοκεῖ ἔνδειξις ἡ τῶν μαθητῶν ἀγανάκτησις. Οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις προτιμωμένους ὁρῶντες ἐζηλοτύπησαν. Ὅτε γὰρ τὸ τοῦ Ἰαείρου θυγάτριον ἐμελλεν ἀνιστᾷν, τοὺς ἄλλους πάντας ἔξω καταλιπὼν, τούτους τοὺς δύο μαθητὰς καὶ τὸν Πέτρον εἰς τὴν οἰκίαν εἰσήγαγε, καὶ ἐν τῷ ὄρει μεταμορφούμενος, τοὺς αὐτοὺς μόνους παρέλαβεν· ἀλλὰ πρὸς ταῦτα τῶν ἄλλων ὁ χορὸς οὐκ ἐβάσκηνε· καὶ νῦν δὲ οὐ πρότερον ἠγανάκτησαν, ἕως ἂν εἶδον τὸν Κύριον ἀπανῃνάμενον τούτων τὴν αἴτησιν. Ὥστε δοκοῦσι μᾶλλον συνασχάλλειν τῷ διδασκάλῳ, ἀλλ' οὐ φθονοῦντες ἀγανακτεῖν· πλὴν παραμυθεῖται τούτους διὰ τῆς διδασκαλίας ὁ Κύριος· προσκαλεσάμενος γὰρ αὐτοὺς, εἶπεν αὐτοῖς·

C

« Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. » Τὸ τιμᾶς, φησὶ, προσκαίρους ζητεῖν, καὶ δόξης ἐπικήρου ἐρᾷν, ἀλαζονείας ἐστὶν ἐθνικῆς· οἳ βούλονται τυραννικῶς ἄρχειν, καὶ τῶν ἡσσόνων ἐπαίρεσθαι. Οἱ δὲ ἐμοὶ μαθηταὶ τὴν ἐναντίαν αὐτῶν βαδιζέτωσαν ἀτραπὸν, καὶ ὁ τῶν πρωτείων ἐφιέμενος, κτησάσθω τὸ μεγαλοψύχως πᾶσι διακονεῖν, τὸ

D

« Scitis, quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis; et principes eorum potestatem habent ipsorum. » Honores, inquit, temporis hujus ambire, et fluxam gloriam affectare superbiæ gentium est, quæ tyrannice dominari et supra subditos efferri student. Mei vero discipuli contrariam huic ineant viam; quique primatum appetit, hoc assequatur, ut lucro deputet magnitudine quadam

[16] Matth. xxv, 33. [17] Marc. v, 37. [18] Matth. xvii, 1 seqq

Francisci Scorsi notæ.

in Lucam: *Neque duodecim throni tanquam aliqua sunt corporalis receptacula sessionis: sed quia secundum divinam similitudinem judicat Christus cognitione cordium, non interrogatione factorum, ita et apostoli in judicium spirituale formantur.*

(54) *Ex majoribus nostris.* S. Chrysostomum fortassis innuit, qui ex invidia quidem discipulorum indignationem profectam dicit, sed tamen excusat quod nondum Spiritus sanctus in apostolos fuisset effusus quo postea omnia hujusmodi vitia purgata sunt. Atque hic quidem ante Theophanem, post ipsum vero Euthymius non minoris ambitionis fuisse putat quod decem indignati sint, quam quod duo primum locum ambiverint: sed Theophanes etiam ab invidia discipulos liberare conatur, quasi illa indignatio non ab invidia, sed a molestia vel tristitia quam cum Christo simul ostenderint, quod eam præ se tulerint ambitionem. Atque hoc est οἰκονομίαν. Vide qua pietate noster apostolos, ubi possit, excuset; cum hæretici nostri temporis nullum non accusandi eos locum prætermittant, quod Maldonatus non uno in loco dicit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

animi cæteris famulari, ut qui exemplum ante oculos habeat : « Filius enim hominis non venit ut ministretur ei, sed ut ministraret, et daret animam suam redemptionem pro multis. » Etiamsi alter alteri serviat, inquit, nondum tamen ad prototypum contendistis. Ego enim non solum ut ministrarem, veni; sed etiam animam meam pro universo mundo redemptionem trado. Sed quomodo, et cui, et a quo, et pro quibus traditus est Unigenitus? Patrum dogmatis hærentes (55) brevi expe-

ὑπόδειγμα ἔχων ἐγγύς. Καὶ γὰρ « Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. » Εἰ κἂν ἀλλήλοις διακονεῖτε, φησὶ, οὔπω πρὸς τὸ πρωτότυπον ἠμιλλήθητε. Ἐγὼ γὰρ οὐ διακονήσων ἦλθον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν δίδωμι λύτρον ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου. Πῶς δὲ, καὶ τίνι, καὶ παρὰ τίνος, καὶ ὑπὲρ τίνων δίδοται ὁ Μονογενὴς, πατρικοῖς ἐπόμενοι διδάγμασι, βραχυλογοῦντες ἐροῦμεν. Ἐπειδὴ διὰ τῆς παρακοῆς ὁ ἄνθρωπος τῷ ἐχθρῷ ἑαυτὸν

Francisci Scorsi notæ.

(55) *Patrum dogmatis hærentes.* Gregorii in primis Naz. et Nysseni etiam ad cujus alludit locum not. 86, referendum. Sed prior et potior est Nazianz. qui orat. 42, quæ in s. Pascha, hanc quæstionem examinandam proponit iisdem plane verbis ac noster hic iisdemque dissolvit. Et quidem quia est singularis Naz. locus et auctor ipse illustris, operæ mihi visum est non negligendæ eum hic explanare, cum et obscurior et difficilior sit quam procul appareat. Neque vero satis Nicetæ explicatio eum expedire videatur. Eadem igitur opera utrumque illustrabo, magistrum et discipulum, nec a meo instituto alienum quidpiam facere videbor. Sic igitur Naz. ex versione Billii quæ fidelissima est, nec enim Græca etiam hic transcribere visum, quia nimis longa : *Eccui enim ille pro nobis sanguis, et quam ob causam fusus est? Ille, inquam, magnus et nobilis Christi cum Pontificis, tum sacrificii sanguis? Nos enim a diabolo detinebamur, utpote qui venundati essemus sub peccato, ac vitium cum voluptate communicassemus. Quod si redemptionis pretium non alii ulli, quam ei qui captivos tenet, persolvitur, quæro cui tandem oblatum est, et quam ob causam? Si pravo illi, o gravem contumeliam! si non a Deo solum, sed Deum quoque ipsum pro Redemptionis pretio latro accepit; adeoque insigne et excellens tyrannidis suæ præmium cujus causa nobis quoque parci æquum erat. Si autem Patri, primum quomodo id factum? Nec enim ab ipso tenebamur. Deinde, quæ ratio afferri potest, ut Unigeniti sanguine Pater oblectetur qui nec Isaac quidem a patre oblatum acceperit, sed ariete in rationalis victimæ locum substituto, sacrificium permutarit?* Haetenus Gregorius quæstionem exposuit, et quidem validis firmatam rationibus, ut vides. Duas autem habet partes quæstio vel duas dubitandi causas. Primo de persona cui pretium sanguinis persolutum : vel enim Patri, vel tyranno; non primo quia ab eo non detinebamur captivi, sed potius a diabolo; pretium vero ei qui detinet, pendendum est. Nec vero secundo fas est; quia esset sanguinis Christi contumelia, et magnum diaboli præmium si eum pretii loco recepisset. Altera pars quæstionis : Si Patrem accepisse quis dederit, præterquam quod hoc non æquum videtur, quia ab illo non tenebamur, tum etiam illud exsistit incommodum quod videatur Pater petiisse sanguinem Unigeniti eoque oblectatus, qui tamen nec Isaaci sanguinem oblatum accepit. Hæ sunt quæstionis ansæ, et quidem manifestæ; quibus tamen S. Gregor. levi molique brachio respondere videtur, aut vix quidem respondere. Hæc enim est responsio, et brevior quidem quam pro gravitate et difficultate quæstionis : *Perspicuum utique est, Patrem quidem accepisse, non tamen quod petierit, aut eo opus habuerit, verum propter consilium et administrationem* (quæ duo verba interpretantur unum οἰκονομίαν), *et quia per humanitatem a Deo assumptam, homini sanctitatem afferri oportebat ut, tyranno per vim superato, nos liberaret.* » Haetenus Gregor. Responsio quæ, ut videtur, affirmat solum accepisse Patrem, nec tamen respondet objectæ rationi quod ab eo non detinebamur : tum vero ad secundam dubitationem respondet negando Patrem petiisse sanguinem Christi; quod tamen non videtur verum. Christus enim ex consensu theologorum præceptum habuit a Patre moriendi, quod ex illo D. Pauli ad Philipp. II colligitur : *Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Non est autem obedientia, ubi non est formale præceptum, ut cum D. Thom. Scholastici docent; quia et ipse Christus Joan. XVIII : *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* Ergo Pater petiit, quod si petiisse dicat Gregor. non occurrit ei, quod urget adversarius cui conveniens erat, etc., sed profecto quod de Pindaro Horatius, id multo verius de Gregorio dicam; immensus ruit profundo Gregorius ore, seu potius utar elogio amicissimi et illius eloquentiæ conscii Basilii Magni : Σκεῦος ἐκλογῆς, καὶ φρέαρ βαθὺ, στόμα λέγω Χριστοῦ Γρηγόριον, hoc est, *Vas electionis et puteus profundus, os dico Christi Gregorium.* Igitur sic enucleandam et expediendam Gregorii doctrinam censeo.

Primo argumento respondet quidem simpliciter sanctus Doctor, affirmando Patrem accepisse sanguinem quod tanquam certum recte sentientibus non confirmat; et alioqui per se constat ex contrario absurdo quod illatum fuerat : si enim non accepit Pater, diabolus accepit : quod non est asserendum, ut dicitur in argumento. Ad id vero quod objectum erat quod ab eo non detinebamur, animadvertendum est captivos homines et a Patre et a diabolo fuisse detentos : a Patre tanquam Judice et supremo Principe cui debebat pro læsa majestate fieri satis; a diabolo tanquam carnifice et ministro divinæ justitiæ : neque enim alio modo intelligitur nos sponte venundatos esse tyranno, et in servitutem illius redactos, nisi quia cum ex libera voluntate Deum offendissemus, ex lege divinæ justitiæ consequens fuit, ut diabolo tanquam carnifici et tortori in potestatem traderemur, qui nos in inferni custodia detineret atque torqueret : id quod ipse nisi accepta a supremo Judice potestate nequaquam potuisset efficere; quid enim si gratis Deus voluisset offensam suam remittere, quod de absoluta potentia fieri posse nemo negarit? S. igitur Gregor. cum in ratione dubitandi dicat nos a diabolo, non a Patre, fuisse detentos, loquitur juxta quamdam vulgarem existimationem tanquam de tyranno et carnifice, a quo proxime detinentur captivi. Cæterum non negat etiam nos a Patre fuisse detentos tanquam a supremo principe, cujus jussu et potestate a diabolo tenebamur; huic igitur maxime persolvendum erat redemptionis pretium : atque adeo ille accepit cui maxime persolvendum erat : quo facto nullam jam intelligitur diabolus habere in nos potestatem. Igitur, ut logice dicam, distinctione respondendum est argumento proposito : non tenebamur a Patre immediate tanquam carnifice et tyranno, concedendum : tanquam Judice supremo qui nos damnarat, nego; hoc enim modo tenebamur etiam ab illo : atque adeo ei dissolutum est pretium a quo tenebamur. Secundi porro argumenti solutio continetur in illa voce οἰκονομία seu dispensatio et divinum consilium. Certum enim

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀπημπόλησε, καὶ ἦν ἐν ἐξουσίᾳ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως, τῆς ἰδίας εἰκόνος οἶκτον λαβὼν ὁ Θεὸς, βίᾳ μὲν ἀφελεῖν τοῦ τυράννου οὐκ ἔκρινε δεῖν, ὡς ἂν μὴ δόξῃ αὐθεντικῇ δυνάμει, καὶ οὐ δικαίως τοῦτο ποιῶν· δίκαιον δὲ ἦν ἀνταλλάγμασι λῦσαι τὸν κατεχόμενον· διὰ τοῦτο αὐτὸς, ὢ θαῦμα, ὁ Θεοῦ Υἱὸς λύτρον δίδωσιν ἑαυτόν· καὶ ἐπειδὴ ἀδύνατον ἦν γυμνῇ τῇ θεότητι προσβαλεῖν τῷ ἐχθρῷ, περικαλύπτεται τῇ σαρκὶ, οἷόν τι δέλεαρ γενόμενος τῇ λιχνείᾳ τοῦ δαίμονος, ὡς ἂν ὁ τὸν ἄνθρωπον ἀπατήσας ἐλπίδι θεώσεως, ἀναπατηθῇ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀνθρωπότητος. Ἰδὼν γὰρ τὸν Σωτῆρα τὸν ὑπὲρ φύσιν ἐνεργοῦντα τεράστια, ἐπειδὴ προσβαλὼν οὐκ ἴσχυσεν αὐτὸν δι' ἁμαρτίας

A diemus. Quoniam per inobedientiam homo seipsum inimico venumadedit, et in potestatem virtutis adversariæ redactus est, Dominus imaginis suæ commiseratione commotus non æquum judicavit per vim eam a tyranno auferre, ne propria sua auctoritate, non vero ex justitia rem agere videretur : justum vero erat permutatione quadam liberari captivum : ideo, o rem mirabilem ! ipse Dei Filius pretii redemptionis loco seipsum tradit : et quoniam fieri non poterat, ut nuda divinitate cum inimico congrederetur, carne circumtegitur, factus velut esca (56) dæmonis aviditati, ut nimirum, qui spe divinitatis deceperat hominem, ipse vicissim

Francisci Scorsi notæ.

est ex doctrina S. Thomæ, in part., et communi theologorum, non fuisse simpliciter et absolute, ut in scholis loquimur, necessariam incarnationem et mortem Christi ad restituendum humanum genus lapsum ; potuisset enim aliis modis a divina sapientia excogitatis in salutem vindicari : fuit tamen necessaria si modo magis conveniente liberandum fuit ; nimirum ut ex integro satis fieret et ex rigore justitiæ, ut ibidem dicimus, divinæ Majestati offensæ. Hoc enim posito, fuit simpliciter necessaria Verbi incarnatio, cum nulla pura creatura, quamvis sancta, ad æqualitatem divinæ justitiæ satisfacere posset : quod ostenditur et recipitur in scholis. Sic itaque divina sapientia hoc mysterium incarnationis et mortis dispensavit, ut ita per misericordiam homo salvus redderetur, ut tamen nihil de divina justitia minueretur. Præterea illud etiam certum est quamlibet Christi actionem et obsequium oblatum Patri, utpote infiniti valoris ex unione hypostatica, pretium sufficiens esse potuisse ad expianda peccata totius humanæ gentis : sed tamen ita a Deo provisum, ad majorem erga homines charitatem suam iudicandam, et uti redemptio copiosa esset, ut Christus crucis morte et sanguinis profusione nos redimeret. Hac igitur doctrina posita cum Gregorius dicit non petiisse Patrem, neque opus habuisse sanguine Christi nisi propter œconomiam seu dispensationem, et quia oportebat per humanitatem assumptam homini sanctitatem afferri, hoc ipsum significat quod nunc enucleatius theologi in scholis docent, non Deum opus habuisse Christi sanguine, nisi posito decreto et dispensatione redimendi homines, modo maxime omnium conveniente et ex rigore justitiæ, et per copiosam satisfactionem, eademque ratione, cum dicit non petiisse, non excludit præceptum Christo datum subsequens decretum et dispensationem Dei ; sed solum dicit non petiisse illud simpliciter et tanquam aliquid per se expe.endum : neque enim oblectatur sanguinis effusione, quod objecerat in argumento, nisi fiat vel in testimonium fidei vel ad satisfactionem justitiæ vindicativæ, quam ultimam explicationem verbi, *petiisse*, in quo major videtur inesse difficultas, adhuc confirmo et explano hoc argumento. Eodem modo in hac propositione Gregorii, quæ conjuncta est, *non quod petierit et opus habuerit*, est intelligendum, non petierit atque τὸ opus habuerit : sed de secundo verum est non opus habuisse antecedenter ad dispensationem et decretum : neque potest alio modo intelligi : nam posita dispensatione seu dispositione modi redimendi humani generis, habuit ; igitur et τὸ non petiisse eodem modo accipiendum ; hoc est antecedenter ad dispensationem, et tanquam aliquid per se expetendum et necessarium ; quo argumento satis mihi videtur omnis emodata difficultas et ostensum Theologum maxime vere ac theologice esse locutum.

(56) *Factus velut esca.* Ita loquitur Gregorius Nyss.

B orat. 1 de Resurrect. Ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους ἀκράτῳ προσμίξαι τῇ τοῦ φωτὸς παρουσίᾳ μὴ σαρκὸς μοῖραν θεωρήσαντα ἐν ἑαυτῷ· διὰ τοῦτο ὡς εἶδε τὴν θεοφόρον σάρκα, εἶδε δὲ καὶ τὰ παρ' αὐτῆς ἐνεργούμενα τῆς θεότητος θαύματα, ἦλπισεν εἰ τῆς σαρκὸς διὰ τοῦ θανάτου κρατήσῃ, καὶ πάσης τῆς ἐν αὐτῇ κρατήσειν δυνάμεως. Καὶ τούτου χάριν τὸ τῆς σαρκὸς δέλεαρ περιχανὼν τῷ τῆς θεότητος ἀγκίστρῳ περιετράπη. Hoc est : *Nam quia fieri non poterat ut princeps tenebrarum meram lucis præsentiam attingeret, nisi partem aliquam carnis in ipsa conspexisset, idcirco posteaquam divinam carnem vidit et res admirandas quæ per ipsam a Divinitate efficiebantur, aspexit, speravit se, si morte carnem affecisset, omnem etiam virtutem quæ in ipso erat superaturum : itaque dum inhians ad carnis escam aspirat, Divinitatis hamo transfixus est.* Hæc Nyssenus : et simile quidpiam S. Proclus, cujus hæc sunt ex Græco a me

C reddita : *Pastor enim peregrinam corporis pellem sibi circumdedit, et lupus agnum videns eum inhians circumvenit ; sed dentes quidem exacuit, earnes autem Agni immaculati gustare non potuit ; caro enim ejus non vidit corruptionem.* Nicetas vero in comment. ad orat. Greg. Naz. in S. Pascha, ubi sensum Gregorii de sanguine Christi pro humani generis liberatione oblato, sic ait : *Nec enim diabolus hujusmodi pretium accepit ; absit. Illud quidem pravus spiritus in spe habuit, sed pro ea spe totius imperii eversionem accepit.* Hæc Nicetæ consonant iis quæ paulo infra habet hoc loco noster : Ἐπειδὴ προσλαβὼν οὐκ ἴσχυσεν αὐτὸν δι' ἁμαρτίας χειρώσασθαι, τοῦτον ἐπεθύμησεν λύτρον ἀντὶ τοῦ κατεχομένου λαβεῖν. *Postquam eum adortus per peccatum subigere minime potuit, eum appetivit accipere pretium pro captivo.* Sed non explicite et signate intelligendum est diabolum appetiisse Christum, ut pretium pro captivis ; non enim ipse mysterium

D Redemptionis per Christi sanguinem perficiendæ cognovit, ut docent communiter theologi et interpretes Evang. : *Quod si cognovissent*, ait Paulus, principes hujus sæculi, *nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*, Nam etiam de principibus tenebrarum hunc locum non sine aliquorum auctoritatibus explicui, cum publice sacras Litteras interpretarer ; sed exercite, ut dialectici loquuntur ; appetiit enim Christi carnem, quæ erat pretium pro captivo ; voluit scilicet Christum occidere, atque hominem tam sanctum, tot miracula operantem de medio tollere ; sed falsus est. Nam hoc ipso interimere eum voluit, cujus mors futura erat pretium pro captivis. Eodem prorsus modo, quo de Judæis atque ipso diabolo, loquitur S. Leo, serm. de Pass. : *Dum eorum manus proprio incumbunt sceleri, famulatæ sunt Redemptori.* Ita non de explicita cognitione diaboli, ut videtur loqui Nicetas, sed de deceptione interpretandus est Theophanes.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

humanitatis spe caperetur. Videns enim Salvatorem supra naturam miracula operantem, postquam eum adortus per peccatum **155** subigere minime potuit, cum appetivit accipere pretium pro captivo. Tradit igitur ipse seipsum pretium ad redimendum eum, qui redactus fuerat in servitutem, ut per mortem et resurrectionem liberaret in inferorum custodia conclusos. Omni igitur pretio tradito ei qui detinebat (57), et redempto eo qui detinebatur, sanguis Christi divinus servitute captivos exemit; at non eum tyrannus, sed ejus, qui immolatus est, Pater accepit; atque hoc theologica lingua (58) manifeste declarat: Accipit, inquiens, magnum et nobilem sanguinem Pater, non quod petierit, aut eo opus habuerit, sed propter consilium et administrationem, et quia per humanitatem a Deo assumptam homini sanctitatem afferri oportebat, ut ipse nos a tyranno, qui per vim nos detinebat, liberaret. Ita cum inimicum dextere simul et juste oppressisset, viam nobis itidem commonstravit, qua vincere ipsum possemus: cujus vestigiis insistentes adversarium nostrum oratione et jejunio superare conemur. Et sicut ille per ingluviem nos subegit suosque servos effecit; ita et nos tropæum de ipso armis contrariis statuamus. Considerate hoc luteum corpus instar caliginis animæ circumfusum, ob vetitum cibum gravem hanc crassitiem contraxisse (59). Etenim ante inobedientiam

A χειρώσασθαι, τοῦτον ἐπεθύμησε λύτρον ἀντὶ τοῦ κατεχομένου λαβεῖν. Δίδωσιν οὖν αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ δουλαγωγηθέντος ἀντίλυτρον, διὰ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἐγέρσεως ἐλευθερῶσαι τοὺς καθειργμένους ἐν τῇ τοῦ ᾅδου φθορᾷ. Παντὸς δὲ λύτρου διδομένου μὲν τῷ κατέχοντι, καὶ λυτρουμένου τὸν κατεχόμενον τὸ τοῦ Χριστοῦ θειότατον αἷμα ἐξείλετο μὲν τοὺς κατεχομένους, οὐ μὴν εἴληφε τοῦτο ὁ τύραννος, ἀλλ' ὁ τοῦ τυθέντος Πατήρ· καὶ τοῦτο σαφῶς θεολογικὴ γλῶσσα διατρανοῖ, Λαμβάνει, λέγουσα, τὸ μέγα καὶ περιβόητον αἷμα ὁ Πατήρ, οὐκ αἰτήσας, οὐδὲ δεηθείς, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκονομίαν, καὶ τὸ χρῆναι ἁγιασθῆναι τῷ ἀνθρωπίνῳ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, ἵνα αὐτὸς ἡμᾶς ἐξέληται τοῦ τυράννου βίᾳ κρατήσαντος. Οὕτω τὸν ἐχθρὸν εὐμηχάνως τε ἅμα καὶ δικαίως B καταβαλὼν, τῆς κατ' αὐτοῦ νίκης ὑπέδειξεν ἡμῖν τὴν ὁδὸν, ᾗ δὴ κατ' ἴχνος ἀκολουθοῦντες διὰ προσευχῆς καὶ νηστείας, ἐπειχθῶμεν καταπαλαῖσαι τὸν ἀντικείμενον. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος διὰ λιχνείας ἡμᾶς ἐδούλωσεν, λάτρας ἑαυτοῦ ποιησάμενος, οὕτως ἡμεῖς διὰ τῶν ἐναντίων αὐτὸν κατατροποσώμεθα. Ὁρᾶτε τὸ σῶμα τοῦτο τὸ πήλινον, ὅπερ περίκειται τῇ ψυχῇ καθάπερ ἀχλὺς, ἐκ τῆς ἀπηγορευμένης βρώσεως τὸ βαρὺ τοῦτο πάχος ἐδέξατο. Πρὸ γὰρ τῆς παρακοῆς, λεπτὸν ἦν καὶ καθαρὸν, καὶ ἀέριον, καὶ οἷον ἐχρῆν συνυφανθῆναι τῇ τοῦ Θεοῦ εἰκόνι προσφυὲς καὶ κατάλληλον. Ὅπερ οὖν ἡ λαιμαργία ἐπάχυνε, διὰ νηστείας λεπτύνωμεν. Νῦν γὰρ ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ καθ-

Francisci Scorsi notæ.

(57) *Qui detinebat.* Τῷ κατέχοντι, Patri Deo intellige juxta explicationem allatam, not. 55.

(58) *Theologica lingua.* Nazianzenum Gregorium cognomento Theologum refert, cujus locum explicuimus jam. not. 55; sic autem eleganter et oratorie Theophanes Gregorium citat.

(59) *Corporis crassitiem contraxisse.* Multi Patres utriusque linguæ ejusmodi verbis utuntur, cum de corpore primi hominis sermonem habent, quibus et hic Theophanes: qui tamen recte sunt explicandi. Chorum ducat Greg. Nazianz. qui orat. 27, quæ est de Nativit., ubi cum de pelliceis tunicis, quibus primos parentes post peccatum amicivit Deus, sic ait: Καὶ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν κακίαν ἐξόριστος γίνεται, καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα καὶ θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον. Hoc est interprete Billio: *Et ab ipso Deo propter peccatum Adamus expellitur et pelliceas tunicas induit, hoc est fortasse, crassiorem carnem, et mortalem, et renitentem;* quem locum refert, et interpretatur Joannes Zonaras in can. 123 concilii Carthag. quo canone anathema dicitur in eos qui dicant et putent ita hominem factum esse mortalem ut sive peccasset sive non esset in corpore moriturus, id est, e corpore excessurus, non propter meritum peccati, sed per naturæ necessitatem. Sic igitur Zonaras in eum locum: Κἂν γὰρ σάρκα καὶ τότε εἶχεν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐχ οἵαν νῦν, καὶ τοῦτό φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος λέγων· Τοὺς δὲ δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα, καὶ θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον. Ὥστε πρὸ τῆς παραβάσεως οὔτε οὕτως παχυτέρα ἦν ἡ σὰρξ τῷ Ἀδὰμ, οὔτε φύσει θνητή. Nimirum: *Etsi enim carnem tunc quoque habebat homo, sed non qualem nunc; et hoc dicit Greg. Theologus cum dicit: Pelliceas quoque vestes induit, forte densiorem carnem, et mortalem, et resistentem. Quare ante transgressionem, nec densa erat caro Adæ, nec* C *natura mortalis.* Hæc Zonaras. Ex quibus vides eum censuisse corpus Adam alterius cujusdam fuisse conditionis, quam nunc sit. Idem videtur significare Nicetas in comment. in orat. prædictam Nazianz. ubi plures afferens intelligendi modos, quod Adam nudus dictus esset, ad hæc subjungit: *Nudus erat, non ut carnis et corporis expers, verum ut eum temperaturam non habens, quæ crassiorem carnem redderet, ac contrariis et perniciosis qualitatibus distractam atque divulsam; plane enim ita vivebat ut bonam habitudinem naturalem ipsi essentialiter inditam haudquaquam efflaret, verum eodem modo se semper haberet, absque fluxu atque influxione, continuaque, ad utrumque horum secundum qualitatum dominationem, alterationem.* Hæc Nicetas, qui videtur admittere aliam temperaturam corporis ante peccatum, eamque illi essentialiter inditam. Gregor. Nyssenus iisdem pene utitur verbis ac noster, sed ea referemus commodius paulo post. D Theophanes vero alius a nostro, hoc est Nicænus, epist. 3, ex iis quæ edidit Consalvus Ponce hominem creatum a Deo, ut alterum angelum dicit, idque ex dicto ejusdem Greg. Theologi: Ἐπεὶ γὰρ ἄγγελον ἄλλον ἐπὶ τῆς γῆς ὁ Δημιουργὸς τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν, ὥστε κατὰ τὸν μέγιστον ἐν θεολογίαις Γρηγόριον μὴ τοῖς ἄνω μόνον τὴν προσκύνησιν περιγράφεσθαι ἀλλ' εἶναί τινας καὶ κάτω προσκυνητὰς, ἵνα πληρωθῇ τὰ πάντα δόξης τοῦ Θεοῦ. Quæ sic interpretatur idem Consalvus: *Postquam enim Opifex angelum alterum, hominem nempe e terra formavit, ne adoratio et cultus (ut maximus Theologus Gregorius ait) cælo circumscripta esset, sed forent non minus adoratores in terris, ut omnia plena essent gloria Dei.* Hæc Theoph. Nicæn. Locus autem Greg. Naz. est ex orat. dicta de Nativ. idemque repetit or. 3 de S. Pascha, et in carm. de laud. Virg.: Τερπόμενόν τ' ἔργοισιν ἐμοῖς, καὶ ἐχέφρονα μύστην Οὐρανίων, χθονίων τε μέγα κράτος, ἄγγελον ἄλλον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἴρχται ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι, ὡς καί τινες τῶν ἔξωθεν πεφιλοσοφήκασιν, ἄντρον, καὶ σπήλαιον, καὶ

A subtile erat, et purum, et aerium, et quale contexendum erat id, quod Dei imagini aptum et cor-

Francisci Scorsi notæ.

Ardua sideret discat mysteria cœli,
Terreaque imperio teneat, sitque angelus alter.

Ex Latinis S. Gregorius Magnus, lib. v, *Moral.* cap. 25, in cap. v, Job : *Homo enim qui si præceptum servare voluisset, etiam carne spiritualis futurus erat, peccando factus est etiam mente carnalis, ut sola cogitet, quæ ad animam per imagines corporum trahit.* Verum hæc dicta sanctorum Patrum in verum rectumque, uti monui, sensum sunt deducenda; neque enim putandum est, eos voluisse dicere corpus hominis ante peccatum alterius fuisse substantiæ vel non fuisse ex materia quanta compactum, cum spirituale dicunt, ut Gregorius Magnus, non crassum, uti nunc est, ut Gregor. Nazianz., vel

B cum angelum dicunt, ut idem Greg. et ex eodem Theophanes Nicænus, et noster hic Cerameus, cum subtile aerium, et alterius fuisse texturæ dicunt vel temperamenti, ut Nicet.; his enim loquendi modis qualitatem aliquam diversam, nimirum incorruptibilitatem et immortalitatem, quæ per donum superadditum, ut infra dicemus, vel perfectissimam subjectionem corporis ad spiritum, quæ per gratiam fiebat, explicare voluerunt, per quam nihil corpus animo resistebat, nihil retinebatur in adversum, nihilque officiebat, quominus illa actiones suas spirituales exercere posset, adeoque videbatur esse ejusdem, ac anima naturæ, ita penitus ad omnem ejus voluntatem conformatum erat.

Qui sensus in illo Gregor. Nazianz. loco primo inducto facile elicitur ex illius verbo θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον. Nimirum mortale resistens, ita enim erat immortalis beneficio quidem ligni vitæ : per gratiam vero, et justitiam originalem pars inferior,

C quæ et corpus dicitur, subdita superiori, ut nihil resisteret, prout in hoc præsenti statu experimur. Idemque sensus ex alio ejusdem Gregorii loco orat. 39 quæ est *in SS. Lumina* : Οὗ γὰρ φόβος, ἐντολῶν τήρησις· οὗ δὲ ἐντολῶν τήρησις, σαρκὸς κάθαρσις, τοῦ ἐπιπροσθοῦντος τῇ ψυχῇ νέφους, καὶ οὐκ ἐῶντος καθαρῶς ἰδεῖν θείαν ἀκτῖνα. *Ubi enim timor est, illic quoque mandatorum observatio; ubi autem mandatorum observatio, carnis etiam, quæ nubis cujusdam instar animæ lumen obscurat, nec divini radii splendorem pure intueri sinit, purgatio est.* Et in carmine Anacreont. ad se ipsum, carnem vocat τὸ πήλινον τάχος, crassitiem luteam. Ad hæc igitur loca, et si quæ sunt alia hujusmodi in Naz., Theophanes respiciens eodem modo loquitur, cum ait hic : Σαρκὸς παχύτητα, πήλινον σῶμα καθάπερ ἀχλύς. Sed profecto nihil explicat certius hunc verum sensum et catholicum SS. Patrum, quam illud Gregor. Nyssen. qui lib. *De vita Mosæ*, agens

D de hyacinthino colore vestis sacerdotis Hebræi, hujusmodi tropologicum elicit sensum : Συντείνει πρὸς τὴν κατ' ἀρετὴν θεωρίαν νόημα, ὅτι βούλεται τὸν μέλλοντα τῷ Θεῷ ἱεράσθαι, καὶ τὸ ἑαυτοῦ προσάγειν σῶμα τῇ ἱερουργίᾳ, καὶ σφάγιον γίνεσθαι μὴ νεκρούμενον ἐν τῇ ζώσῃ θυσίᾳ καὶ λογικῇ λατρείᾳ, μὴ παχείᾳ τινὶ, καὶ πολυσάρκῳ τοῦ βίου περιβολῇ καταβλάπτειν τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ὑπολεπτύνειν οἷον ἀράχνιον νῆμα τῇ καθαρότητι τῆς ξωῆς πάντα τὰ τοῦ βίου ἐπιτηδεύματα, καὶ ἐγγὺς εἶναι πρὸς τὸ ἀνωφερές τε καὶ κοῦφον καὶ ἀέριον τὴν σωματώδη ταύτην φύσιν μεταχλάσαι. *Non parum ad virtutem conducere videtur sensus : hortatur enim hoc ænigmate, omnem qui Dei sacerdotium assumere studet seipsum, ac corpus suum Deo offerre hostiam, non enecatum aut cæsum (vivum enim hoc sacrificium, rationalisque cultus est) nec pingui quodam et carnoso hujus vitæ amictu, sed tenue sicut telam araneæ, munda vivendi ratione confectum, ut vivendi tenuitate leve atque aerium factum, sursum posse ferri videatur.* Hæc Nyssen. Quod igitur hic Pater præstandum sacerdoti præcipit in hoc statu naturæ corruptæ, ut nimirum virtutum exercitatione, et victoria perturbationum, omnique perfectione, ac puritate vitæ, corpus spiritui, quantum fieri potest, subjiciatur, et aptum expeditumque ad officia spiritus reddatur, quod ipse per illa verba explicat, tenue sicut araneæ tela, leve, atque aerium. Id noster hic de primo statu naturæ humanæ intelligit, quod sane ibi nullo negotio per gratiam animus obtinebat. Non sunt igitur dicta Patrum de corpore primi hominis in vero sensu et physice, sed metaphorice et moraliter, ut sic dicam, accipienda. Porro in hunc sensum trahendus etiam S. Maximus martyr. cum de primo et secundo statu loquitur cent. v, Œcon. cap. 97, hoc modo : *Non poterat aliter demonstrari hominem ad Deum pertinere, ipsumque gratuita deificatione deum esse factum, nisi prius ultro nasceretur ex spiritu propter vim illi naturaliter insitam suapte natura se moventem nullius dominio mancipatum. Quam quidem nativitatem deificam, divinam et expertem materiæ deserens primus homo, eo quod oblectationem sensilem et manifestam anteposuisset obscuris, et quæ duntaxat animo capiuntur bonis, merito ex corporibus in vitam crassam et caducam damnatur habere generationem.* Cum enim primam nativitatem hominis expertem materiæ dicit, vel de nativitate spirituali quoad animam in gratia creatam loquitur, vel si corpus etiam includat expers materiæ, qui alio modo intelligi possit, cum ex limo sit factum, quam quod materiam eidem, cui nunc obnoxiam corruptioni, et morti, eodemque modo degravantem animum non habuerit? Nimirum id corpus expers materiæ vocat, quod nunc Sap. IX : *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.* Hoc est explicante Joan. Lorino : *Corruptibilis corporis nexus cum animo incorruptibili magnum affert ad intelligendum impedimentum, curaque multiplex corporis distrahit animum a fixa et constanti meditatione, ita ut demittere se sæpius cogatur ad inferiora et viliora objecta.* Idemque aliis verbis explicat ad vocem βαρύνει, *aggravat; reddit quodammodo crassam et onerosam, atque illi instar ergasterii videtur et ferreorum vinculorum, sub quibus Paulus ipse gemens, gravatum se querebatur.* S. Augustinus apud eumdem ex hoc loco probat, non corpus esse animæ, sed corruptibile corpus onerosum; talo autem factum ex peccato consequente vindicta, quod et ethnici philosophi, præsentem corporis conditionem modo considerantes, præteritæ prorsus inscii adumbrarunt. Seneca ad Nervam de membris corporis ita loquitur : *Obruitur his animus, infuscatur, inficitur : omne illi cum hac carne gravi certamen est.* Et epist. 41, vocat *corpus animi pondus et pœnam;* et aliter alibi. Virg. vero *Æneid.* VI :

Noxia corpora tardant;
Terrenique hebetant artus moribundaque membra.

Demum spirituale dicitur corpus a D. Paulo quod reviviscet, gloria ornatum supremo mundi die, et opponitur animali. Id autem idem numero erit, ejusdemque rationis ac naturæ; spirituale vero dicitur, spiritui subditum omnino et conformatum, et Spiritus sancti operatione prædives, uti Chrysost., Theophil. et Œcum. interpretantur, consentiente etiam Ambrosio; adduntque iidem, quod erit levius, subtilius et tenuius, quodque per aera ferri possit. Id quod per dotes superadditas cor-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gruum esset. Quod igitur suffarcinavit ingluvies, jejunio extenuemus. Nunc enim velut in carcere animus coercetur, sicut etiam ex externis philosophis (60) quidam existimarunt, qui corpus antrum, vel speluncam, vel sepulcrum appellaverunt. Quanto igitur corpus cibis magis infercis, tanto magis communis carcerem (61), et compedes vehementius astringis, et animum quasi reum in vinculis detentum deprimis magis; si vero jejunio illud attenuas, alam animæ expeditam reddis, et levior facta ad Deum attollitur. Quando igitur hoc a nobis rectius, quam in præsenti tempore præstetur? Sed quoniam in hanc mentionem ipsa nos deduxit oratio, exquiramus, quid causæ fuerit, cur quadraginta dierum jejunium sancitum sit a Patribus (62), et quid per illos significatum; tum etiam quare non alio anni tempore, **156** quam circa vernum solstitium jubeamur hoc facere.

A σῆμα τὸ σῶμα καλέσαντες. Ὅσον οὖν παχύνεις τὸ σῶμα διὰ βρωμάτων, ἰσχυρότερον ἐργάζῃ τὸ δεσμωτήριον, καὶ τὰς πέδας συνέσφιγξας, καὶ τὴν δεσμώτην ψυχὴν ἐταπείνωσας. Ἂν δὲ λεπτύνῃς αὐτὸ τῇ νηστείᾳ, ἠλευθέρωσας αὐτῆς τὸ πτερόν, καὶ κουφισθεῖσα αἴρεται πρὸς Θεόν. Πότε γοῦν ἡμῖν τοῦτο κατορθωθῇ, εἰ μὴ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ; Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τοῦτο φέρων ἡμᾶς ὁ λόγος κατήντησεν, ἐξετάσωμεν, διατί τεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεύειν ἡμᾶς οἱ Πατέρες ἐνομοθέτησαν, καὶ τί τὸ διὰ τούτων δηλούμενον; Διατί δὲ οὐκ ἐν ἄλλῳ καιρῷ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐαρινὰς τροπὰς τοῦτο ποιεῖν κελευόμεθα;

Sane ab externis sapientibus, et a nostris parvus

B Λέγεται παρά τε τῶν θύραθεν, καὶ τῶν ἡμετέρων

Francisci Scorsi notæ.

pori glorioso intelligendum, non ut Eutychius patriarcha Constantinop. tempore Gregorii Magni, quo convictus revocavit errorem, et Origenes existimasse dicitur, qui spirituale corpus interpretatur, quod in spiritum, aut in corpus aerium sit vertendum; quem errorem cavendum admonet Theophylactus in illum locum, et sanctus Cyrillus videtur innuere in Joannem cap. lib. XII, cap. 57: *Non enim*, inquit, *apparitio quædam erat falsa, nec umbra ad humanam conficta figuram, ut nonnulli dicunt, nec spirituale quoddam corpus, id est tenue, et aerium, et aliud præter carnem, ut multi spiritale corpus intelligi contendunt.* Vides igitur ut sit media incedendum via, et verba sano sensu C accipienda. Si spiritale, leve, et aerium dixeris corpus, quasi sit ex aeris substantia conflatum, erraveris; et tamen eadem verba usurpant, qui recte sentiunt, cum aiunt, spiritale leve, et tenue aerium et subtile futurum. Sed non semper sunt in omni rigore verba accipienda, ubi de pio et sano sensu scriptorum constat; quod quadam proportione de corpore primi hominis intelligendum est, cum illud spirituale, vel, ut noster loquitur, purum, subtile, et aerium dicunt: cum quadam proportione dixi; nam post resurrectionem corpus præditum erit dotibus gloriæ, quæ illud tale reddant, at vero ante peccatum idem corpus non iis ornatum dotibus, sed certe perfectam subjectionem habebat beneficio gratiæ et justitiæ originalis, et incorruptibilitatem et immortalitatem; quæ in eo sita censetur a D. Thomas p. 1, quæst. 97, art. 11, *ut non habere, vel posset prohibere passionem alterantem, seu removentem a naturali dispositione, sicut et mortem:* quod an per aliquam virtutem superadditam pro illo D statu, ac postea ablatam, an ex extrinseca gubernatione ipsius hominis efficiendum esset, disputant Pererius et theologi cæteri, quos vide apud ipsum, et S. Thom. quæst. jam dicta, ubi locus Augustini refertur in lib. *De quæst. Novi et Veteris Testam.*, qui rem omnem penitus expedit; sed et hic transcribam alium, qui non minus aperte rem declarat ex lib. VI *De Gen. ad litteram*, ubi agit de Adami corpore: *Illud quippe ante peccatum, et mortale secundum aliam, et immortale secundum aliam causam dici poterat; id est mortale, quia poterat mori; immortale, quia poterat non mori; aliud est enim non posse mori, sicut quasdam naturas immortales creavit Deus: aliud autem posse non mori, secundum quem modum primus creatus est homo immortalis, quod ei præstabatur de ligno vitæ, non de constitutione naturæ; a quo ligno separatus est, cum peccasset, ut posset mori, qui nisi peccasset, posset non mori.* Hæc Augustinus, ex quibus etiam habes viam regiam et tutam, qua incedendum in hac re; nam quod damnat concilium Carthag. canone illo supra relato, id est, quod homo etiamsi non peccasset, moriturus fuisset per distractionem animi a corpore, cum tamen dicat sanctus Augustinus, eum quandiu non peccaret, futurum, ut immortalitate vigeret; cæterum non est asserendum hanc immortalitatem fuisse corpori naturalem vel essentialem; quod enim ait Zonaras loco supra citato, non futurum fuisse hominem natura mortalem, explicandum est de naturali necessitate, quam asserebant ii quos concilium reprobat, cujus canonem ibi explicat Zonaras; potuit enim illa impediri beneficio Conditoris: *Mortalis enim erat*, ut idem August. habet alio loco, *conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio Conditoris.* Quod autem dixit Nicetas essentialiter fuisse inditam bonam habitudinem naturalem homini, difficile est explicatu; quod enim essentiale est, mutari non potest.

(60) *Et externis philosophis.* Trita est illa Platonis allitteratio, σῶμα ἡμῖν σῆμα, *corpus nobis sepulcrum.* Atque a Socrate eum sensum ebibit fortasse Plato. Ille enim hominem ipsum animam dicebat esse; corpus autem nihil aliud, quam animi organum, vel domicilium, aut verius sepulcrum, aut carcerem, inde cum emerseris, tum denique sui juris esse, multoque quam antea felicius vivere. Huc etiam pertinet sententia illa Pythagoræ, quæ circumfertur, quamque refert S. Basilius hom. *De legendis gentilium libris.* Ille enim cum cerneret quemdam in curando corpore maxime attentum: *Non desinis*, inquit, *carcerem tibi molestiorem struere?* Seneca epist. 14, corpus vocat sarcinam, et epist. 58, ædificium putridum ac ruens, quem in locum vide notam Lipsii: et epist. 88, caveam, idem quod noster ἅντρον. Plutarchus in *Convivio septem sapientum*, alia comparatione usus, animam inquit abditam esse in corpore, ὥσπερ ἐν μύλωνι, *tanquam in pistrino;* et multa alia hujuscemodi dicta apud profanos etiam scriptores reperies, non modo apud sacros: quæ collegit eleganter æque ac pie Jeremiæ Drexelii opus, qui *Prodromus mortis* inscribitur, cap. 1.

(61) *Communis carcerem.* In hac sententia desunt in Pan. hæc: ὅσον οὖν παχύνεις τὸ σῶμα. Et paulo infra illa ἂν δὲ λεπτύνεις αὐτὸ τῇ νηστείᾳ, ὠλευθέρωσας αὐτῆς τὸ πτερόν. Sine quibus vix constare poterat sensus integer auctoris.

(62) *Sancitum a Patribus.* Lege Baronium tom. I, an. Chr. 57, n. CXCIV.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σοφῶν, μικρὸς κόσμος ὁ ἄνθρωπος, διὰ τὸ περιέχειν ἐν ἑαυτῷ τὰ στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνέστη πᾶν τὸ φαινόμενον, καὶ διὰ τὸ τῆς ψυχῆς νοερὸν, ὃ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι πιστεύομεν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ κόσμος κατὰ τόνδε παρέλθῃ τὸν καιρὸν παρὰ τοῦ Κτίσαντος· (κατὰ γὰρ τὸν πρῶτον παρ' Ἑβραίοις μῆνα Νισὰν ὁ κόσμος δεδημιούργηται· τεκμήριον τὸ μέχρι παντὸς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τὴν γῆν βλαστάνειν ἀπάρχεσθαι·) ὡμολόγηται δὲ μικρὸς κόσμος ὁ ἄνθρωπος· νομοθετεῖ τὸ παράγγελμα μιμεῖσθαι τὸν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ μὲν ἐκ γῆς σῶμα, καθάπερ τὴν γῆν βλαστάνειν τὰς πρακτικὰς ἀρετὰς, τὴν δὲ νοερὰν ψυχὴν ἐνασχολεῖσθαι περὶ τὴν ἄπταιστον τῶν νοητῶν κατανόησιν. Οὕτω γὰρ βιῶν, οὐ μικρὸς ἔσται κόσμος ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν μικρῷ μέγας, καθὼς φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, κατ' ἐνιαυτὸν ἐγκαινιζόμενος τῇ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῇ. Τοῦτο ἡ κατὰ τὸ ἔαρ ἐγκράτεια νοεῖν ὑποτίθεται. Ὁ δὲ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἀριθμὸς δι' αἰνιγμάτων καὶ πραγμάτων παλαιῶν τε καὶ νέων ὑποδέδεικται. Ὅ τε γὰρ ἐπενεχθεὶς τῇ γῇ πάσῃ κατακλυσμὸς, διὰ τὸν τῆς ἁμαρτίας πληθυσμὸν, ἐν τοσαύταις ἡμέραις εἶχε τὸν ὁρισμόν· ὡς ἂν παιδευθῶμεν καὶ ἡμεῖς τῷ ἴσῳ τῶν ἀριθμῶν τῇ φυσικῇ λιβάδι τῶν ὀφθαλμῶν τὸν τῆς ἁμαρτίας ποιεῖσθαι κατακλυσμὸν, καὶ διὰ τῆς νοητοῦ κιβωτοῦ περισώζεσθαι. Εἴη δ' ἂν νοητὴ κιβωτὸς ἐκ διαφόρων σανίδων συμπεπηγυῖα, ἡ ἐκ ποικίλων κατορθωμάτων ἀρετὴ, ἡ τοῖς γόμφοις τῆς ἀγάπης συνεσφιγμένη, δι' ἧς τὸν τῆς ἁμαρτίας φεύγοντες θάνατον, τῷ στερεῷ καὶ ἀναβεβηκότι τῆς ἀπαθείας ὄρει, ὡς εἰς Ἀραρὰτ σωζώμεθα. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦτο τετριμμένον δηλοῖ, δι' οὗ μηνύεται ἡ δι' ἀρετῆς

A mundus (63) homo appellatur, eo quod in se unoelementa omnia complectatur, ex quibus universum hoc, quod sub aspectum cadit, est constitutum : et quod intelligente sit præditus anima, quam ad imaginem Dei credimus factam. Cum igitur mundus etiam a Creatore hoc tempore sit productus (64) (primo enim mense qui Nisan (65) vocatur ab Hebræis, fabricatus est, argumento vero etiam est, quod semper hoc tempore germinare incipiat terra), hominem vero parvum mundum esse jam diximus : admonet jejunii sanctio, ut mundum homo imitetur, et corpus quidem e terra compactum instar ipsius terræ virtutum germinet opera, animus vero intelligentiæ particeps in rerum intelligibilium cognitione sine offensione occupetur. Si enim ita

B instituerit vitam, non parvus mundus fuerit homo, sed in parvo magnus, ut ait theologus (66) ille Gregorius, singulis annis in melius, vitæ mutatione, renovatus. Hoc igitur subjicit intelligendum verno tempori addicta continentia. Verum quadraginta dierum numerus per varia et veterum et recentiorum facta simul et ænigmata insignitus est. Nam et eluvies illa in omnem terram affluentibus peccatis immissa, totidem dierum terminum habuit; ut inde nos etiam edoceremur pari dierum numero, naturali oculorum imbre peccatorum eluvionem efficere, et per intelligibilem arcam salutem consequi. Instar enim arcæ ex variis asseribus compactæ esse intelligitur virtus, ex variis recte factis constans, et commissa charitatis clavis : per quam

C peccati mortem evadentes in perturbationum vacuitate (67), quasi in monte firmo et edito, ut in

Francisci Scorsi notæ.

(63) *Parvus mundus.* Vide hom. v, not. 89.

(64) *Hoc tempore sit productus.* Vide hom. I, not. 6.

(65) *Qui Nisan vocatur.* Vide eamdem hom., not. 15.

(66) *Ut ait Theologus.* Hanc Theologi sententiam protulimus, not. 89, hom. v, ex orat. ipsius XXXVIII.

(67) *In perturbationum vacuitate.* Vocabulum ἀπάθεια, quamvis interpretatum ad verbum, impatibilitatem seu indolentiam signet, non in eo tamen rigore, et in hoc Patre, qui in nonnullis harum homiliarum locis illud usurpat, et in S. Gregorio Nysseno, S. Joanne Climaco, S. Maximo monacho, cæterisque Græcis Patribus accipiendum. Neque enim durities, seu stuporem animi nullos omnino motus etiam primos affectusque sentientis inducere velle credendi sunt, cum ἀπάθειαν perfectionis apicem dicunt. Quod Stoicorum dici solet dogma (dici solet, inquam, quia neque id vere illi dixerunt, ut infra explicabo) qui ab sapiente suo omne prorsus πάθος exterminare videntur. Et ex consciis Christianæ philosophiæ Evagrii Pontici lib. Περὶ ἀπαθείας hæresis fuit, quem refert Theophilus Raynaudus societ. Jesu, tom. II. Hi enim, et si qui sunt hujus sectæ alii, hominem ex homine sustulisse visi sunt, ut cum D. Hieronymo loquar, et in corpore constitutum volnerunt esse sine corpore : homo enim imperturbabilis, aut saxum, aut deus est. Et uti Tullius, *Tuscul.* III, loquitur, hoc non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore.

D

Non hoc igitur sensu accipienda vox ἀπάθεια, sed pro animi tranquillitate ab immoderatis perturbationibus morbisque, animi mortificati, ut sic cum scriptoribus sacris loquar, ac perpurgati. Hunc esse verum et catholicum Theophanis et aliorum Patrum sensum ex aliis multis eorum dictis ostendam, quibus non abigunt omnes affectiones, sed eas moderatas et rationi subjectas exigunt. Atque, ut a nostro incipiam, ipse hom. *de S. Cruce* prima, explicans figuram serpentis exaltati in deserto, docet per vivos serpentes atque lethales significari dæmones peccatorum morsibus humanum genus passim enecantes : eos vero a Christo per serpentem æneum figurato esse deletos, subjungitque : Οὐ μὴν τὰ δήγματα πέπαυται· ἡ γὰρ ἐγκειμένη τῇ σαρκὶ κατὰ τοῦ πνεύματος ἐπιθυμία, εἰς τὸ παντελὲς οὐκ ἀπόλωλε· καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐναρέτοις πολλάκις ἐνεργεῖται τῆς ἐπιθυμίας τὰ δήγματα· *At morsus nondum omnino cessarunt. Etenim illa concupiscentia, quæ carni adversus spiritum inest, nondum perfecte compressa est. Nam et illis, qui virtute maxime pollent, sæpe concupiscentiæ morsus insurgunt.* Ecce igitur, ut in hac vita non posse omnino et stirpitus eradicari concupiscentiam radicem affectionum censeat. Et hom. 29 tropologice per Salomem ad sepulchrum Christi venientem animam piam significari dicit his verbis : Σαλώμη δὲ εἰρηνικὴ ἑρμηνεύεται· δηλοῖ δὲ τὴν ἀγαθὴν ψυχὴν τὴν νικήσασαν τὰ πάθη καὶ εἰρηνεύουσαν κατὰ δύναμιν· *Salome vero pacifica interpretatur; indicat autem animam bonam, quæ quantum fieri possit, passiones vicerit, et in pace versetur.* Dum ait κατὰ δύναμιν, ostendit id ab anima perfecta esse cen-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ararat sospitemur[19]. Hoc vero nomen *tritum* sonat (68) : quo sane indicatur ipsa vacuitas pas-

A τοῖς ἁγίοις κατορθωθεῖσα ἀπάθεια, ἣν προοδευκότες αὐτοὶ, τετριμμένην τοῖς ἑπομένοις ἐποίησαν.

[19] Gen. VI, 7.

Francisci Scorsi notæ.

tendendum ut perturbationes vincat et in pace degat, non tamen id omnino fieri posse. Ad hæc hom. *de Lazaro*, docet Christum, ut se hominem profiteretur, admisisse, quantum sibi videbatur, affectus humanos ἀδιαβλήτους, culpa immunes. Ergo si non adversantur summæ perfectioni, et possunt culpa carere ; quin et Christum ait voluisse nobis exemplo suo, cum in Lazari sepulcro collacrymavit, præscribere lugendi dolendique modum in funere charissimorum. Hom. *de Samaritana*, docet passiones iræ et cupiditatis ad virtutem usui esse posse ; et aliis in locis hortatur ut motus a ratione discordes interimantur. Ex his igitur et aliis hujusmodi dictis, quæ in his homiliis observare possit lector, satis constare videtur, quid ἀπαθείας nomine intelligat, ne toties contrarius sibi ipse videatur auctor. Idem censendus est esse aliorum Patrum sensus, cum ἀπάθειαν commendant. Sanctus Joannes Climacus gradum 29 *Scalæ Paradisi* Περὶ τῆς ἀπαθείας composuit ; eamque in ipsa Epigraphe magnifico elogio : τὴν ἐπίγειον οὐρανὸν, καὶ θεομίμητον ἀπάθειαν, καὶ τελειότητα, καὶ ἀνάστασιν ψυχῆς πρὸ τῆς καινῆς ἀναστάσεως appellat, hoc est, *Terrestre cœlum, imitatricem Dei, perfectionem et resurrectionem animi ante generalem resurrectionem.* An igitur Climacus duritiam illam et stuporem animi et corporis tantopere commendaret, quam humilitatis et obedientiæ præmium a Spiritu sancto vult impertitam ? Sed Scholion Climaci sensum aperit : Ἔπαθλον δὲ λέγει τὸν ἀκρότατον καθαρισμὸν, ἤγουν τὴν ἀπάθειαν, ἢ τῆς ἐξ ὑπακοῆς, καὶ ἐπιδημίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατορθοῦνται. *Præmium autem dicit summam puritatem, seu purgationem animi, hoc est,* ἀπάθειαν, etc. Vides quod scholiastes intelligat in Climaco sub ἀπαθείας nomine. Verum offendit Gerso in hoc scalæ gradu, et Climacum inter cætera exagitat, quod impatibilitatem admiserit. Sic enim Epist. de ornatu spiritualium nuptiarum : *In talibus quippe plurima sæpe reperimus falsa aut male explicata, ac proinde multam erroris materiam præbentia simplicibus, quanquam in multis divina altissimaque sint. Inter tales scripturas narrantur aliquæ narrationes, aut regulæ, vel doctrinæ particulares aliquorum Patrum veterum, quæ magis admirandæ quam imitandæ dicuntur, quemadmodum Joannes, qui Climacus dicitur, ponit virtutes impassibilitates, et quædam valde austera super pœnitentia et peccatis.* Hæc Gerso adversus Climacum, cujus defensionem nolo a me accipias, sed a Matthæo Radero scriptore societ. nostræ eruditissimo, qui inter alia opera nuper S. Joannem Climacum, magno cum reipublicæ Christianæ commodo, Græce et simul Latine a se interpretatum edidit. Is igitur in Isagoge tale de S. Climaco contra Gersonem judicium fert : *Fallit primum Gerso reperiri in Climaco falsa : nihil falsum est in toto Climaco ; nihil contra Ecclesiæ decreta ; aut male explicatum ; sed potius male intellectum, et subinde male interpretatum. Non ponit virtutes impassibilitates ; sed ait per virtutes enitendum esse ad* ἀπάθειαν, *seu animi tranquillitatem, quam Gerso vocat impassibilitatem ; obedientiæ enim et humilitatis præmium ait hanc esse animi tranquillitatem seu indolentiam. Negat Climacus perfectos non sentire motus naturales iræ, cupiditatis, metus, gaudii, amoris, spei, et hoc genus aliorum, sed ait perfectum religiosum hos omnes motus in sua potestate habere, ne in actum vel cogitationem improbam erumpant, quemadmodum venator canes. Et hoc non est contra dogmata divina ; sed ab illis hoc confirmatur, quando Deus dixit Caino : « Subter te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius. »* Ita Raderus pro Climaco causam dicit, et sane egregie. Ex quo habes explicatum verum et sanum sensum non modo Climaci, sed eadem opera nostri Theophanis, qui cum Climaco, et hic et sæpe in homiliis consentit, et loquitur. Pergit etiam idem Raderus contra Gersonem in eo quod de pœnitentiis objecerat, disputare. Sed hæc non ad rem nostram : ideo omitto. Nec aliud addam quod ad S. Climacum attinet. Sed vero idem de S. Maximo judicium est faciendum, quem pluribus etiam locis, quam Climacum laudat, et sequitur noster.

B Idem ille sensisse quod in Climaco explicatum est, cum commendat ἀπάθειαν, ex aliis ejus sententiis argumentum est petendum. Centuria I, *de charitate*, cap. 39, definit quid sit affectus, τὸ πάθος in Græco, ut opinor, nam Græcum exemplar habeo nullum : *Affectus est vituperabilis motus animi præter naturam.* Et cap. 36 : *Affectuum carentia,* ἀπάθεια *est pacatus animæ status, secundum quem difficulter movetur anima erga malitiam.* Et cent. II, cap. 16 : *Affectus est motus animi præter naturam, aut ad amorem sine ratione, aut ad odium sine judicio.* Vides igitur quos affectus et animi motus damnet S. Maximus, cum illi opponit ἀπάθειαν eamque laudat : eos nimirum qui vituperabiles sunt, et præter naturam, hoc est vitiosi ; omne enim vitium præter, seu contra naturam est, ut docet S. Thomas, I part., II quæst., et cent. III, *OEconom.* Aperte se explicat cap. alio : *Innatæ corporis affectiones si ratione regantur, probro carent : citra*

C *hanc vero motæ ignominiam afferunt. Has igitur abjiciendas esse dicit, quarum insitus est a natura motus, sed præter naturam frequens est usus ratione non moderatus.* Et demum cap. 66 : *Etiam prosunt affectiones apud studiosos, quando sapienter illas a rebus corporeis avocantes, ad cœlestium adeptionem convertimus.* Hunc locum S. Maximi postremum profert Theophilus Raynaudus soc. nostræ, qui tom. II dist. 3, a n. 19, hanc materiam erudite tractat, quem vide. Ex hoc vero et aliis, quæ hic referre supersedeo, ne longior sim, quid S. Maximus cum carentiam affectuum ἀπάθειαν nominat et probat, quid, inquam, sentiat, planum fiet. Et sane ex apertis his locis explicanda sunt, si quæ sunt obscuriora in hoc Patre, cum de affectibus loquitur, ut nimirum semper agat de affectibus immoderatis, et vitiosis, quibus omnino carendum. Et quoniam de Stoicorum dogmate initio meminimus, idque promisimus explicandum, sane cum ipsi ἀπάθειαν in sapiente requirunt,

D eamdem immunitatem a concitatis animi motibus, et rationi dissentaneis postulant. Quid enim est ex Zenonis, τῆς στοᾶς architecti, notione τὸ πάθος, cujus vacuitas ἀπάθεια dicitur ? *Est Zenonis*, ait Tullius, *Tusc.* lib. IV, *hæc definitio, ut perturbatio sit quod* πάθος *ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam animi commotio.* Non igitur πάθος dicetur ea animi motio, quæ fit secundum naturam

(68) *Tritum sonat.* Cap. VIII Genes., ubi in editione Latina habemus : *Requievitque arca super montes Armeniæ*, in Græco est Ἀραράτ, itemque in Hebræo, אררט quam vocem Armeniam omnes scriptores accipiunt. Etymon vero Hebraicæ vocis potius a רום quod est exaltare, deducitur, eo quod montes illi altissimi sunt. Sed Noster hic fortasse propter quamdam litterarum similitudinem ab ארח deduxit, quod iter est facere unde ארחה nomen via, semita, itaque ipse τεθριμμένον explicuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ Μωϋσέως ἐν τῷ Σιναίῳ νηστεία τοσούτων ἡμερῶν περιόδῳ ἠρίθμητο, ὅτε τὰς θεογράφους πλάκας ἐδέξατο. Αἱ συντριβεῖσαι τῇ τοῦ λαοῦ πλημμελείᾳ, οὐκ ἂν ἴσως ἀναχαράχθησαν, εἰ μὴ νηστεία ἰσαρίθμων ἡμερῶν ἐμεσίτευσε. Τί δὴ τοῦ συμβόλου μηνύοντος; Ἐπειδὴ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν διὰ τῆς ἁμαρτίας οἱονεὶ συνετρίψαμεν, δεόμεθα τῆς νηστείας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν εἰς τὸ αὖθις αὐτὸν ἐγγραφῆναι ἐν ταῖς πλαξὶ τῶν καρδιῶν ἡμῶν, ἵνα ἐκ τῶν λογισμῶν ἀφανισθῇ τῆς ἁμαρτίας τὸ εἴδωλον. Ὁ δὲ Ἠλίας ὁ ζηλωτὴς ἐκεῖνος, ὡς ἀκούομεν, ὁ τὴν παράδοξον θυσίαν ἱερουργήσας, καὶ τοὺς ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης προσεπιθύσας, ὁ πυρὶ οὐρανίῳ πανστρατὶ τοὺς πεντηκοντάρχους ἀποτεφρώσας, ὁ λόγῳ μόνῳ κλεῖθρα ἐπιθεὶς ταῖς οὐρανίαις νεφέλαις, καὶ πλέον τριετοῦς χρόνου τὴν γῆν αἰχμῷ βασανίσας, ὁ τῇ ξενοδόχῳ Σαραφθίᾳ τὴν τῶν ἀλφίτων δράκα ταμεῖον ἀμείωτον παρασκευάσας, καὶ τοῦ ἐλαίου τὴν λήκυθον ἄληκτα πηγάζειν ποιήσας, ὁ τῷ τεθνήξαντι παιδὶ διὰ τοῦ τρισσοῦ ἐμφυσήματος τὴν ζωὴν χαρισάμενος, ὁ τὸ ἀείῤῥυτον τοῦ Ἰορδάνου ῥεῖθρον τῇ μηλωτῇ στήσας, καὶ ποσὶν ἀβρόχοις διαπεράσας, ὁ πυρίνῳ ἅρματι ἀναληφθεὶς εἰς αἰθέρα, καὶ διπλῆν τῷ Ἐλισσαίῳ παρασχὼν τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. Οὗτος τοίνυν ὁ τοσούτοις δοξασθεὶς κατορθώμασι, μιᾶς γυναικὸς ὀργὴν οὐχ ὑπήνεγκεν, ἀλλὰ κατορρωδήσας τῆς Ἰεζάβελ τὴν ἀπειλήν, φεύγων ᾤχετο πεφρικώς, οὐκ ἂν τοῦ ἐξ αὐτῆς ἠπειλημένου θανάτου ἔξω γενόμενος, εἰ μὴ ἐχρήσατο τῇ τεσσαρακονθημέρῳ φυγῇ. Ἄθρει δὴ πάλιν πῇ σε φέρον ἄγει τὸ νόημα. Ἰεζάβελ πένθους ἰσχὺς ἑρμηνεύεται, δηλοῖ δὲ τὴν ἁμαρτίαν, τὴν τὸ ἰσχυρὸν πένθος προξενοῦσαν τοῖς ἁμαρτάνουσι· ταύτην ἀπειλοῦσαν τῷ ψυχικῷ ἡμᾶς παρα-

A sionum, quam sancti virtutis exercitatione sunt consecuti; quamque ipsi veluti viam, cum ante calcassent, tritam sequentibus reddiderunt. Sed a Moyse in Sinai monte jejunium totidem dierum numero peractum est, cum tabulas divinitus scriptas accepit. Quæ propter populi delictum fractæ nunquam iterum consignatæ essent, nisi totidem dierum jejunium intercessisset. Quid autem hoc symbolo ostenditur? Quoniam præceptorum **157** legem peccando quasi contrivimus, quadraginta dierum jejunio opus habemus ad eam iterum tabulis cordis nostri inscribendam, ut peccati idolum a mente et cogitatione nostra penitus amoveatur. Jam Elias ille zelotes, ut accepimus, qui admirandum illud et non usitatum sacrificium obtulit, et sacerdotes insuper
B dedecore affectos immolavit[20]; qui pentecontarchos cum universo exercitu redegit in cinerem; qui solo verbo nubibus cœli obdidit seras[21], et tribus amplius annis siccitate terram afflixit[22]; qui fecit ut hospitæ Sareptanæ pugillus farinæ penum inexhaustum, et lecythus olei fons perennis evaderet[23]; qui exstinctum puerum triplici inhalato spiritu revocavit ad vitam[24], qui irrequieta fluenta Jordanis melote constravit, et sicco pede transmisit[25]; qui igneo curru sublatus est in cœlum, et Elisæo duplicatam Spiritus gratiam largitus est[26]; hic igitur, qui tantis facinoribus tantam gloriam sibi pepererat, unius mulieris non sustinuit iram, sed Jezabelis pertimescens minas, fugitivus et horrore perfusus abiit, nec mortem, quam illa comminata fuerat,
C evitare potuisset, nisi quadraginta dierum spatio fugisset. Considera jam rursus, quo spectet, quove te ducat harum rerum intellectus. Jezabel luctum vehementem (69) significat, adeoque peccati sym-

[20] III Reg. XVIII, 36, 40. [21] IV Reg. I, 9,10. [22] III Reg. XVII, 1. [23] ibid. 16. [24] ibid. 23. [25] IV Reg. I, 8. [26] ibid. 9 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

dum naturam rectamque rationem. Subjungit hæc idem Tullius: *Quidam* (ex Stoicis) *brevius perturbationes esse appetitum vehementiorem dicunt; sed vehementiorem eum esse volunt, qui longius discesserit a naturæ constantia.* Atque has perturbationes vituperat ipsemet Tullius toto illo libro, in easque invehitur; quin etiam cum Peripateticorum opinionem, mediocritatem in animi affectionibus recte admittentium, reprehendere videtur, semper in ἀμφιβόλῳ versari et laborare videtur, ac verbo tenus eos reprehendit, re autem vera semper perturbationes et τὰ πάθη notione jam posita reprehendit. Lege illum, et expende; atque rem me narrare videbis. Id quod vidi, et docuit sanctus Thomas sec. quæst. 24, art. 1, in corp. cujus hæc verba: *Dicendum, quod circa hanc quæstionem diversa fuit sententia Stoicorum et Peripateticorum. Nam Stoici dixerunt omnes passiones esse malas; Peripatetici vero dixerunt passiones moderatas esse bonas; quæ quidem differentia licet magna videatur secundum vocem, tamen secundum rem vel nulla est, vel parva, si quis utrorumque intentiones consideret.* Et quæst. 59, art. 2, idem docet, eaque sectas conciliat. Idem D. Augustini judicium lib. IX *De civit.* cap. 4: *Videtur mihi*, inquit, *hoc, ubi quæritur, utrum accidant sapienti passiones animi, an ab eis sit prorsus alienus, de verbis eos potius, quam de rebus facere controversiam; nam et ipsos nihil hinc aliud quam Platonicos et Peripateticos sentire existimo, quantum ad vim rerum attinet, non ad vocabulorum solum.* Hactenus Augustin. qui prolato Epicteti consummati Stoici testimonio, concludit: *Utrique mentem rationemque sapientis ab earum* (passionum) *dominatione defendunt*, etc. Vide apud ipsum et ex recentioribus theologis Theoph. Raynaudum, qui eruditissime de hoc genere scripsit tom. II, jam dicto, ubi longos refert Senecæ et Epicteti Stoicorum perfectissimorum locos qui motus affectionesque animi non solum primos, naturaliter concitatos, sed etiam admissos ex regimine rationis concedunt, perturbatos damnant. Nec plura a me habebis; nam profecto si Stoici trahuntur, vel duceuntur potius in rectam opinionem, eorumque τὸ περιδόητον δόγμα defenditur et explicatur sano sensu dignoque humana sapientia, quidni in Patribus cum usurpant ἀπαθείας vocem, id præstetur?

(69) *Luctum vehementem.* Nomen Jezabel ita Hebraice scriptum est III Reg. cap. XVI, et alibi אִיזֶבֶל, cujus hæ litteræ constituunt nomen אֵבֶל quod *luctum* significat; et verbum iisdem litteris *lugere, desolare, perire*, quæ luctus magni effecta sunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bolum est, quod luctus gravissimi peccatoribus efficitur causa. Hoc sane peccatum, cum mortem animæ minitatur, zelotæ exemplo fugere oportet, et per quadraginta dierum afflictationem ejus laqueos procul evadere. Huic etiam tempori honorem auxit Dominus noster, et cum totidem jejunasset dies, tentatorem debellavit, et earum passionum, quæ universum genus humanum oppugnant victoria, rationem ac viam bellandi nobis ostendit. Quadraginta itidem constituti sunt dies, ut corporis etiam nostri perfectio significetur. Cum enim ex quatuor compositum sit elementis, hoc perfecto numero multiplicato perfectionem eam assequitur, quæ in viribus, quæ utiles sunt, et spirituali vigore continetur. Octo vero diebus additi quadraginta futuri sæculi symbolum sunt, quod sane octavæ perfectionem habet, ut stabile et sempiternum. Oportet enim nos ab hujusce temporis **158** mutatione septenaria (70) ad octavam illam et quietem status futuri traduci. Si vero triginta ac sex dies sunt, quibus cum reliquorum abstinentia exactum etiam jejunium (71) observandum suscepimus, neque hoc a congruente allegoria est alienum. Non solum enim ex hoc dierum numero totius anni decimatio (72) significatur, sed mystica quædam alia suggeritur contemplatio. Quoniam enim ea quæ maxime conciliant hominem Deo, sunt recta de Deo sententia et observatio præceptorum, utriusque rei reconditam quamdam doctrinam hic numerus comprehendit, firmitatem scilicet atque constantiam in fide sanctæ Trinitatis, et virtutum circulum, quem jejunii tempore expleamus. Aiunt enim hunc numerum circulum, et trigonum, et tetragonum esse (73). Itaque trigonum

δοῦναι θανάτῳ, φευγειν προσήκει ἐφεπομένους τῷ τοῦ ζηλωτοῦ ὑποδείγματι, καὶ διὰ τῆς τεσσαρακονθημέρου κακοπαθείας, τῶν αὐτῆς παγίδων γενέσθαι μακράν. Τοῦτον τὸν καιρὸν τιμήσας καὶ ὁ Δεσπότης ἡμῶν, ἐν τοσαύταις ἡμέραις νενηστευκὼς, καταστρατηγεῖ τὸν πειράζοντα, καὶ τοῦτον ἡττήσας διὰ τῶν γενικοτάτων παθῶν τοῦ κατ' αὐτοῦ πολέμου τὴν ὁδὸν ἡμῖν καθυπέδειξε. Τεσσαράκοντα δὲ ἡμέραι τάσσονται, δηλοῦσαι τὴν τοῦ σώματος τελειότητα· ἐκ τεσσάρων γὰρ στοιχείων ἔχον τὴν σύγκρασιν, τῷ τελείῳ ἀριθμῷ πολυπλασιαζόμενον τέλειον γίνεται πνευματικῶς ἀκμάζον ταῖς προσφόροις δυνάμεσιν. Αἱ δὲ ὀκτὼ τεσσαράκοντα προστιθέμεναι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ὑπάρχουσι σύμβολον, ὃς ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐστὼς, καὶ ἄϋδιος. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἑβδοματικῆς ταύτης τοῦ χρόνου κινήσεως εἰς τὴν ὀγδόην καὶ μέλλουσαν καταντῆσαι κατάστασιν. Εἰ δὲ καὶ τριάκοντα καὶ ἓξ ἡμέραι εἰσὶν, ἐν αἷς μετὰ τῆς ἐγκρατείας καὶ νηστείαν ἀκριβῆ τηρεῖν παρελάβομεν, οὐδὲ τοῦτο τῆς πρεπούσης θεωρίας ἀνοίκειον. Οὐ μόνον γὰρ ἀποδεκάτωσις ἐκ τούτων δείκνυται τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ μυστικόν τι ἐμφαίνει θεώρημα. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ τῷ Θεῷ προσοικειοῦντα τὸν ἄνθρωπον ταῦτά ἐστιν, ἥ τε ὀρθὴ περὶ τὸ Θεῖον ὑπόληψις, καὶ ἡ ἐκ τῶν ἐντολῶν τήρησις, ἀμφοτέρων τὴν μυσταγωγίαν περιέχει ὁ ἀριθμός· τὸ ἐν τῇ πίστει τῆς ἁγίας Τριάδος ἑδραῖον καὶ ἀμετάθετον, καὶ τὸν κύκλον τῶν ἀρετῶν, ὧν πληροῦται γενώμεθα ἐν τῷ τῆς νηστείας καιρῷ. Φασὶ γὰρ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον καὶ κύκλον εἶναι, καὶ τρίγωνον, καὶ τετράγωνον· δηλοῦται δὲ διὰ μὲν τοῦ τριγώνου τῆς ἐνιαίας φύσεως ἡ τῶν προσώπων διαφορά· διὰ δὲ τοῦ τετραγώνου, ἡ πρὸς αὐτὴν ὀρθὴ πίστις καὶ πάγιος. Δυσμετάθετον γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ τετραγώνου, δι'

Francisci Scorsi notæ.

(70) *Mutatione septenaria.* Vide quæ de septenario numero observavimus, hom. 1, not. 000, et præterea longiorem mysticam considerationem Philonis Hebræi, lib. *De mundi opificio;* Macrobium cap. 6, in Somn. Scip.; et Petrum Bongo, in num. 7.

(71) *Exactum etiam jejunium.* De ratione jejunii ex Græcorum more constituti, unde petendus est hujus libri intellectus, ubi triginta sex diebus exactum dicit observari jejunium disseruimus hom. xv, not. 50.

(72) *Totius anni decimatio.* Vide dictum S. Greg. Magni relatum hom. xv, quod huic Theoph. dicto consonat. Sed si tum Gregor. tum Theoph. dictum ad calculos revocetur, triginta sex dies decima pars esse deprehendetur dierum trecentorum et sexaginta; superant autem adhuc ex anno dies quinque; sed horum quia non perfectum ac rotundum, sed abruptum et concisum numerum efficiunt, ratio præsertim a sacris oratoribus haberi non solet. Quin et Tullius etiam in orat. in L. Pisonem: *Ego in C. Rabirio perduellionis reo 40 annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam, atque defendi.* At anni præcesserant non 40, sed triginta sex. Accidit enim C. Rabirii factum C. Mario L. Flacco consulibus. Non est igitur subtilis computatio, ut Paulus Manutius in hunc locum, et hunc esse morem Ciceronis Asconius Pedianus advertit.

(73) *Circulum et trigonum, et tetragonum esse.* Has numeri tricesimi sexti arithmeticas rationes, seu figuras mathemat. posuit noster hac homilia, quas itidem homilia 1 posuerat, sed non exponit. Senarium item numerum hom. de judicio, trinas habere dimensiones, et ex trigonis componi dixit, nec explicuit; satis enim habuit eas theses ab earum rerum scriptoribus ad pios sensus conficiendos assumere. Sed quod et in prima illa hom. et decima octava polliciti sumus, ea nos explanaturos, ut nihil involutum ac tectum relinquatur in hoc auctore, jam præstamus; nosque etiam qui mathematica vix delibavimus, a mathematicorum penu ea mutuari, non tanquam e cella nostra depromere fatemur ingenue. Itaque ut a senario, tanquam a basi tricesimi sexti numeri incipiam, is a Theoph. continere dicitur trinam dimensionem ex qua corpus omne perfecte constitutum est. Quod idem est, ac si dicas numerum esse solidum. Solida enim ea dicuntur quæ triplicem hanc διάστασιν seu magnitudinem habent. Senarium porro solidum esse demonstratur, eo quia tres numeri 1, 2, 3, mutuo sese multiplicantes, senarium conficiunt; semper enim ex multiplicatione unius ex dictis in alium, et in tertium producti senarius procreabitur numerus, ac proinde solidus ille censendus erit ex definit. 17, *Elem.* Euclidis. Ex solidis item est primus, quia componitur ex trigonis. Trigonum enim numerus ille appellatur, qui ex aggeratione radicum abunitate


Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἴσου ταῖς γωνίαις ἐπὶ τῆς εὐθείας τῶν πλευρῶν ἐρειδόμενον. Ὁ δὲ κύκλος τῶν ἀρετῶν ἐμφαίνει ἀλλεπ-


A ostendi in singulari natura differentiam personarum; tetragonum vero rectam de ipso mysterio ac

Francisci Scorsi notæ.


acceptarum constitutus trianguli formam acquirit ex lib. I *Arithm.* D. Franc. Mauralisci Messanensis. Radices autem numerorum sunt quæ ab unitate, et secundum unitatis incrementum successive succrescunt, ut in ternario numero primum ostenditur cujus apex erit unitas, duo basis, quod ipsa hæc figura sub oculos ponit. Porro cum



senarius ex ternariis confletur, duobus ex trigonis itidem eum conflari liquido apparet, siquidem duo trigona continent numeros tres 1, 2 et 3, quorum primus in secundum ductus, et productus in tertium, senarium progignit. Unde et ex solidis primus est qui sic componatur.




Atque hæc de senario. Jam vero quod tricesimus sextus sit ibidem trigonus patet; si enim ex unitate successive augeatur numerus ad octavum qui sit basis, triangulus efformabitur triginta sex unitatum, ut spectas in hoc schemate.



Idem itidem numerus tetragonus erit ex defin. 18, lib. VII Eucl., ex qua tetragonus est qui sub

in sex ductæ reddent numerum triginta sex, ex quo hæc figura quadrangularis exsistit.



B

æqualibus duobus numeris constituitur. Sed enim Atque in hisce duobus schematis demonstrandis et describendis non multum negotii fuit ut quod etiam circulus ex numero tricesimo sexto efficeretur, Id vero labor Herculeus. Non enim facile reperias apud insignes ac principes mathematicæ arithmeticæque disciplinæ doctores hujusce rei mentionem quidem, nedum explanationem; quin et ipse Petrus Bongus, qui ex neotericis de mysteriis numerorum copiosissime et luculentissime scripsit, nullum de hac figura verbum in numero tricesimo sexto. In quinario quidem rationem circularis, seu sphærici numeri attingit; quæ ea est, cum numerus sui multiplicatione semper in se redit, quod in quinario accidit, qui propagatus in se viginti quinque producit, itidemque in senario, qui eadem sui propagatione triginta sex procreat: ex qua ratione potuissem deducere numerum tricesimum sextum esse circularem, quia si multiplicetur in se efficit mille biscentum nonaginta sex: at hæc ratio non plane rem demonstrare videbatur: neque enim ex ea apparebat quo pacto dispositi triginta sex circulum figurarent. Sed vero labor, seu potius amor improbus omnia vincit. Et hujus etiam Herculani nodi expediendi

C

D

nos quidem viam aperuimus, lucemque prætulimus ab ipsomet Petro Bongo petitam, qui senarium numerum esse figuram circularem ostendit, ut videre est apud ipsum, quod quasi aliquam gemmam, ut primum ex retrusis terræ visceribus inveni, ostendi professori mathematicæ in hoc Panormitano collegio P. Hieronymo la Chiana, qui eam acceptam ut peritus aurifex expolivit et absolvit hujusmodi tum de senario numero, tum de tricesimo sexto demonstrationem. Sic autem apud arithmeticos unitas est circulus, quia in se ipsam ducta ad se ipsam terminatur: unitas enim per unitatem multiplicata, producit unitatem. Septem igitur circuli inter se æquales septem unitates repræsentantes, ita inter se disponi possunt, ut figuram circuli accipiant. In quo sex unitates sint peripheria, septima vero circa quam sex reliquæ circumscribuntur sit peripheriæ centrum, sicut idem senarius numerus triangularis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

stabilem fidem. Quadrati quippe figura stabilis est, quæ æqualibus angulis et laterum rectitudine sustinetur. Circulus vero virtutum connexionem ostendit, quarum nos orbem obeundis earum officiis conficere debemus. Quo sane exacto, mysticæ illius cœnæ participes et claræ resurrectionis contemplatores efficiamur magni Dei, et Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre, et Spiritu sancto gloria est nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἀλληλον καὶ κυκλοτερῆ περὶ ἑαυτῶν ἀνακύκλωσιν, ὧν δὴ τηρηταὶ γενόμενοι τοῦ μυστικοῦ δείπνου μετάσχοιμεν, καὶ τῆς λαμπρᾶς ἀναστάσεως ἐπόπται γενώμεθα τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Δεσπότου Χριστοῦ τοῦ σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι δοξαζομένου, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XXV.

De justi Lazari resurrectione.

Justi Lazari (74) a mortuis excitati historiam veluti lautissimum convivium ille qui supra Domini pectus recubuit, evangelista nobis hodierna luce proponit : et quidem panis loco historicam narrationem apponit ; doctrinis vero sensibusque


ΟΜΙΛΙΑ ΚΕ'.

Εἰς τὴν τοῦ δικαίου Λαζάρου ἀνάστασιν.

B ἐννοίαις ἐφηδύνας τὴν τράπεζαν. Ἐπιτείνοντες Πολλὴν πανδαισίαν ἡμῖν ὁ ἐπιστήθιος εὐαγγελιστὴς προτίθησι σήμερον τοῦ δικαίου Λαζάρου τὴν ἀναβίωσιν· ὡς μὲν ἄρτον προτιθεὶς τὸ καθ' ἱστορίαν διήγημα, ἀντὶ δὲ καρυκευμάτων ταῖς θεολογικαῖς


Francisci Scorsi notæ.

dicitur, quia in figura triangulari aptari potest, ut videre est in hac figura.



Necesse est autem ad efformandum circulum ut sex illæ unitates, et septima circa quam consistunt, et inter se se ipsas contingant. Ex hoc enim sequitur quod septima censam circuli sit fit æqualiter a circumferentia distans quod de ratione figuræ circularis est. Id autem posse fieri in senario numero sic demonstratur. Inscribatur circulo hexagonus A, B, C, D, E, F, per 15 quarti, cujus latera per eamdem et inter se, et semidiametro circuli in quo hexagonus inscriptus est sint æqualia ; si igitur ex G centro circuli, et distantia G I, quæ sit medietas semidiametri, describatur circulus minor, hic omnes semidiametros a centro G ad circumferentiam majoris circuli ductas secabit bifariam. Ducatur præterea ex centro B angulo hexagoni, et distantia B I, æquali ipsi G I alter circulus. Hic et priori erit æqualis, quia æquales habent semidiametros, et illum tanget in puncto I ; et secabit etiam bifariam duo hexagoni latera B, A, B, C. Nam quia B, A æqualis est semidiametro B, G, B, I, vero medietas semidiametri est, ergo B L, æqualis ipsi B I, medietas erit ipsius B A. Igitur si ex reliquis punctis angulorum hexagoni tanquam centris eadem distantia quinque reliqui circuli A, F, E, D, C, ducantur, hi omnes erunt inter se æquales, quia æquales habent semidiametros, et circulum internum G tangent, quia necessario per puncta transibunt, quæ semidiametros majoris circuli secant bifariam, per quæ eadem puncta transit circulus G, et inter sese etiam tangent, quia cum duo viciniores idem latus hexagoni bifariam dividant necesse est, ut in puncto eodem concurrant. Unde est ut sex hujusmodi circuli minores modo dicto dispositi circumferentiam arithmeticam circuli cujusdam majoris efficiant. Si igitur senarius numerus peripheria circuli sit, poterunt sex senarii peripheriam efformare majorem, sed numerus 36 sex senarios continet, ergo et circuli majoris peripheriam, poteritque in peripheriæ majoris figuram disponi ; ac propterea circularis est, quod proposueramus demonstrandum. Ecce tibi figuram.

C



(74) *Justi Lazari.* Recitant hoc evangelium Græci Sabbato præcedente Dominicam Palmarum, eumque diem hujus miraculi memoriæ dicatum ac festum habent. Jacobus Gretserus comment. in Codinum inter δεσποτικὰς ἑορτὰς, *Domini festos dies*, non solum ipsos Dominicos dies, sed omnes Christo Domino proprie dicatos recenseri scribit, ut Transfigurationem, resuscitationem Lazari, festum Palmarum, sanctæ Crucis, etc. Theophyl. Bulgar. archiep. orat. in adorationem venerandæ crucis, edita ab eodem Jacobo Grets. tom. II de cruce : *Quam vero feriam sextam intelligo ? Illam nimirum post quam insignis illa Lazari suscitatio, postquam is, qui dissolvit, et ultricem nostram mortem ex ore infantium et lactentium vere perfectam laudem accepit.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοίνυν νηφόντως καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν, ὡς ἀγαθοὶ δαιτυμόνες, ἀρπαλέως τῶν νοητῶν ἐδεσμάτων καταπιμπλάμεθα. Ἡ μὲν οὖν τοῦ θαύματος ἀκριβεστέρα διήγησις καιροῦ καὶ λόγου δεῖται μακροῦ. Ἡμεῖς δὲ τὰ πολλὰ παρέντες, καὶ ὅσα οἱ πρὸ ἡμῶν ἐξηγήσαντο, τῶν καιριωτέρων ἁψώμεθα.

A divinarum rerum veluti condimentis mensam exhilaramus. Intentas igitur aures (75) mentemque præbentes, ut boni convivæ, spiritualibus ferculis oblectemur. Ac miraculi sane exacta explanatio et temporis indiget, et longioris orationis. Quare multis quæ dicenda essent prætermissis, iisque præsertim quæ majores nostri explicarunt, **159** ea quæ magis ad præsens tempus faciunt attingamus.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ « Ἦν τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας. » Ἀκριβεστέρᾳ τινὶ ἀκολουθίᾳ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐνταῦθα ἐχρήσατο, καὶ τῆς κώμης τὴν κλῆσιν, καὶ τοῦ νοσοῦντος, καὶ τῶν συναιμόνων ἀφηγησάμενος, ὅπερ οὐκ ἐν ἄλλῳ πεποίηκε θαύματι· καί μοι δοκεῖ διαστολὴν ἐκ τούτων ποιεῖσθαι τοῦ Λαζάρου τοῦ πένητος περὶ οὗ Λουκᾶς ὁ θειότατος ἐν ταῖς παραβολαῖς ἀφηγήσατο· μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ ἔθος τῷ παρόντι εὐαγγελιστῇ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἄρχεσθαι, καὶ τὸν λόγον μετάγειν ἠρέμα πρὸς τὰ ὑψηλότερα, ὡς ἐν τῷ τῆς Σαμαρίτιδος, καὶ τῷ κατὰ τὸν τυφλὸν διηγήματι, ὑποτίθησι κἀνταῦθα καὶ νοητῶς ἐκλαβεῖν τὸ ἱστορικῶς γεγονός. Δηλωθήσεται τοίνυν ἐκδηλότερον, τί διὰ τοῦ Λαζάρου, καὶ τῆς κώμης, καὶ τῶν ἑξῆς προσήκει νοεῖν. Ἔσται δὲ τοῦτο σαφὲς εἰ τῶν ὀνομάτων τὴν ἑρμηνείαν διαλέκτῳ Ἑλληνίδι δηλώσωμεν. Λάζαρος τοίνυν *βοηθούμενος* ἑρμηνεύεται· Βηθανία δὲ *οἶκος δόξης καὶ ὑπακοῆς*. Ἡ μὲν οὖν Βηθανία τῆς περιγείου ταύτης λήξεώς ἐστιν ἀπεικόνισμα· ἐν ταύτῃ γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς Ἰησοῦς τὴν ἰδίαν δόξαν τοῖς ἀνθρώποις ἐγνώρισεν. Ὁ δὲ Λάζαρος τὴν ἡμετέραν φύσιν αἰνίττεται, ἥτις γέγονε τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας ἐπιδεής. Αὕτη τῇ νόσῳ τῆς παρακοῆς ὑποπεσοῦσα, κλινήρης ἐγένετο τῇ ἐπαυξήσει τῆς ἁμαρτίας, τῷ τῆς ἁμαρτίας θανάτῳ παραδοθεῖσα. Συνᾴδει δὲ τῇ θεωρίᾳ καὶ τὸ φίλον εἶναι τοῦ Κυρίου τὸν Λάζαρον· αὐτὸς γὰρ τοῖς ἱεροῖς ἔλεγεν ὁπαδοῖς· « Ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε. » Καὶ τὸ γραφικὸν αἴνιγμα τὸ λέγον· Τῶν τοῦ ἐχθροῦ φιλημάτων αἱρετώτερα τοῦ φίλου τὰ τραύματα· τοῦτο δίδωσιν

In illo tempore « Erat quidam languens Lazarus a Bethania de castello Mariæ et Marthæ [27]. » Exactiore quadam narrandi ratione hic usus est evangelista, cum et castelli nomen, et languidi, et consanguineorum exposuerit, quod illi alio miraculo scribendo non præstitit : et censeo sane voluisse per hæc evangelistam discernere hunc Lazarum ab illo B paupere, de quo divinus Lucas in parabolis egit : præcipue vero, quoniam in more positum est huic evangelistæ, ab iis quæ sensum attingunt, incipere ac pedetentim orationem ad altiora traducere, ut in Samaritanæ, et ejus qui cæcus fuerat natus, historia, hoc itidem loco suggerit, ut quæ secundum historiam gesta sunt, spiritualiter etiam accipiamus. Clarius igitur explicabitur (76), quid per Lazarum, et castellum, et cætera, quæ deinceps dicuntur, oporteat intelligere; idque perspicuum fiet, si nominum notationem Græcanica lingua efferamus. Lazarus igitur *adjutus* (77), Bethania vero *gloriæ et obedientiæ domus* (78) interpretatur. Bethania ergo imago est hujusce ambitus terræ; in hac enim Jesus C Dei Filius propriam gloriam manifestavit hominibus; Lazarus vero naturam nostram adumbrat, quæ indiga divini erat auxilii. Hæc in morbum inobedientiæ cum incidisset, peccandi incrementis jam decumbebat et morti destinata erat. Concinit vero cum speculatione proposita, quod amicus Domini Lazarus fuerit : ipse enim sanctis sociis suis dixit : « Vos amici mei estis [27'] ; » et scitum etiam illud ænigma, quod ait, Amici vulnera optabiliora esse osculis inimici; hoc etiam suggerit intelligendum,

[27] Joan. xi, 1 seqq. [27'] Joan, xv, 13.

Francisci Scorsi notæ.

(75) *Intentas igitur aures.* Hæc brevis hortatiuncula ad attentionem deest in P. ms., sed exstat in D G. Et quidem sub initium notarum ad hanc homiliam non ignorare lectorem volo eam me in C. P. quarta plus parte diminutam, multisque bene longis periodis, non modo brevioribus sententiis defectam accepisse, quod non tam negligentia (nimis enim eam supinam et oscitantem fuisse oportuit), sed fraude librariorum contigisse suspicari possum, ut compendium scribendi facerent.

(76) *Clarius igitur explicabitur.* Et tota hæc nominum mystica consideratio ab his verbis δηλωθήσεται τοίνυν ἐκδηλότερον, usque ad τῆς σαρκὸς ἐπαγόμενα, præcisa erat ex ms. P.; sed ea refecta ex G. exemplari; quam vero sit longa periodus, lector ipse legendo dimetiris; atque hoc primum exemplum adnotatum instar sit omnium, a quibus supersedeo, ut jam dixi not. proxima.

(77) *Lazarus igitur adjutus.* Vide hujusce nominis originem ex Hebraico fonte deductam hom. 8, not 45.

(78) *Bethania gloriæ et obedientiæ domus.* Duplex Bethania ex S. Joannis Evangelio habetur; altera prope Hierosolymam unde fuit Lazarus suscitatus cap. 11, altera trans Jordanem ubi Joannes baptismum impertiebat cap. 1, sed cum in Latino vocabulo nulla sit nota inter utrasque discriminis, ea ex Hebraico apparet : nam prima illa, בית עניה cum ע, altera בית אניה cum א adeoque discretam itidem habent significationem. Prima illa domum obedientiæ seu afflictionis a בית *domus et* ענה *affligi* seu *dimittere se.* At vero altera domum navis signat a בית et אני navis. Nam propter eam erat navicula ad trajectum Jordanis parata. Ita docet Ludovicus Ballestier in sua *Onomatographia*, p. 1, unde eamdem vult esse Bethabram dictamque a עבר *transire.* De primæ igitur Bethaniæ interpretatione, quam hic Theoph. affert, jam liquet et est communis SS. Patrum, de altera vero non item. Unde enim domus gloriæ Bethania, quocumque ex duobus modis scribatur, significare possit, adhuc requiro. Gloria enim Hebr. est דכב

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

amicum nostrum esse Deum; vulnera vero esse, quæ ad coercendum corpus inflicta nos erudiunt ad salutem.

« Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus capillis suis; cujus frater Lazarus infirmabatur. » Quid per unguentum significetur, quæve sit ejus utilitas, quidve sibi voluerit pedes capillis abstergere, postea dicetur. Nunc jam historiam explicandam aggrediamur. Quoniam post paulo de unguento et unctione dicturus erat, per anticipationem hoc loco, quod futurum erat, attingit.

« Miserunt ergo sorores ejus **160** ad eum dicentes: Domine, ecce, quem amas, infirmatur. » Quid est causæ cur ipsæ non adeant, ac per se non nuntient et deprecentur? Maxime sane confidebant pro familiaritate, quæ ipsis cum Christo intercedebat. Hoc enim illa voce affectus indice prodiderunt: « Domine, ecce, quem amas, infirmatur. » His enim dolorem quemdam ac modo non stuporem præ se ferunt, quod amicum Domini morbus attigerit. Videbant etiam fratrem morti sensim appropinquare. Timebant igitur ne novissimis ejus verbis aspectuque privarentur. Fortassis etiam, quod Dominus in deserto loco commoraretur, seniores eos effecit; non enim tunc in civitate degebat, sed ultra Jordanem. Verumtamen ab officii perfectione, eoque quod decebat, valde defecisse arguuntur. Oportebat enim eas Sunamitidem illam æmulari, quæ filio jam vita defuncto, nec spem abjecit, neque ad Carmelum montem properare dubitavit [28].

« Audiens autem Jesus dixit: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. » Et vero morte finita est; quomodo ergo ad mortem non esse dixit? At non erat consentaneum vocare mortem eam quam exceptura erat brevi resurrectio. An igitur ut gloria Deus afficeretur, Lazarus mortuus est? Nequaquam. Sed ille quidem naturæ necessitate, siquidem mors humanæ naturæ conjuncta est, decessit: sed mors illa in divinæ gloriæ vertit occasionem; nam illud *ut*, hoc loco non causam significat, sed eventum. Multis vero etiam in locis (79) hac loquendi figura sacræ Litteræ utuntur. Propheta siquidem: « Excæcavit, inquit, cor eorum, ut videntes non videant [29]: » et Apostolus: « Lex autem subintravit, ut abundaret delictum [30]. » Et sæpius hujusmodi ex eventu dicta quivis inve-

A ἐννοεῖν, φίλον μὲν ἡμῶν τὸν Θεὸν, τραύματα δὲ αἱ πρὸς σωτηρίαν παιδεῖαι εἰς κόλασιν τῆς σαρκὸς ἐπαγόμεναι.

« Ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ, καὶ ἐκμάξασα ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἧς ὁ ἀδελφὸς Λάζαρος ἠσθένει. » Τί μὲν τὸ μύρον ἐδήλου, καὶ ἡ τούτου προσένεξις, καὶ τὸ ἐκμάξαι τοὺς πόδας διὰ τῶν τριχῶν, ἐν τοῖς ἑπομένοις ῥηθήσεται· νῦν δὲ τῆς ἱστορίας ἀρξώμεθα. Ἐπεὶ οὖν ἔμελλε μετὰ μικρὸν μνημονεῦσαι τῆς τοῦ μύρου ἀλείψεως, προληπτικῶς ἐνταῦθα περὶ τοῦ μέλλοντος προσημαίνεται.

« Ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ λέγουσαι· Κύριε, ἴδε, ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ. » Τί δήποτε οὐκ αὐταὶ παραγίνονται, αὐτάγγελοι τῆς πρεσβείας γενόμεναι; B Σφόδρα τεθαρρηκυῖαι ἦσαν, πολλὴν ἔχουσαι πρὸς Χριστὸν οἰκειότητα. Τοῦτο γὰρ ἔδειξαν καὶ διὰ τῆς περιπαθοῦς ἐκείνης φωνῆς· « Κύριε, ἴδε, ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ. » Μονονουχὶ γὰρ ἀσχάλλουσιν, ἐκπληττόμεναι πῶς Δεσποτικοῦ φίλου νόσος καθήψατο. Ὡώρων δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν τῷ θανάτῳ κατὰ βραχὺ γειτνιάζοντα. Ἐδεδοίκεσαν οὖν μὴ τῆς ἐσχάτης ἐκείνου ἀπολειφθεῖεν φωνῆς τε καὶ ὄψεως. Ἴσως δὲ καὶ ἡ ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ Σωτῆρος διατριβὴ τὸν ὄκνον αὐταῖς ἐνεποίησεν· οὐ γὰρ ἐν πόλει τότε, ἀλλὰ πέραν Ἰορδάνου διέτριβε. Πλὴν ἀλλ' ἐλέγχονται κατὰ πολὺ διαμαρτοῦσαι τοῦ τελείου καὶ πρέποντος. Ἐχρῆν γὰρ αὐταῖς ζηλῶσαι τὴν Σουναμίτιδα, ἣ καὶ τεθνηκότος ἤδη τοῦ παιδὸς οὔτ' ἀπήλπισεν, οὔτ' ὤκνησε δραμεῖν πρὸς τὴν Κάρμηλον. C

« Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δι' αὐτοῦ. » Καὶ μὴν πρὸς θάνατον ἔληξε· πῶς οὖν εἶπεν· « Οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον; » Ἀλλ' οὖν οὐκ ἦν ἀκόλουθον θάνατον ὀνομάσαι τὴν πρὸς βραχὺ ἀποβίωσιν. Ἆρ' οὖν διὰ τὸ δοξασθῆναι τὸν Θεὸν τέθνηκε Λάζαρος; Οὔμενουν. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀναγκαίως ἀπέβιω φυσικῶς, τοῦ θανάτου συνημμένου τῇ φύσει· πρόφασις δὲ θεϊκῆς δόξης ὁ θάνατος γέγονε. Τὸ γὰρ, *ἵνα*, ἐνταῦθα οὐκ αἰτιολογικόν ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκβάσεως. Πολλαχοῦ δὲ χρῆται ἡ Γραφὴ τούτῳ τῷ σχήματι. Ὁ μὲν γὰρ προφήτης· « Τετύφλωκε, φησὶν, αὐτῶν τὰς διανοίας, ἵνα βλέποντες μὴ βλέψωσι· » καὶ Ἀπόστολος· « Νόμος εἰσῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. » Καὶ πολλαχοῦ τις εὕροι ἐκ τοῦ ἀπο- D

[28] IV Reg. IV, 5. [29] Isa. VI, 19; Joan. XII, 40. [30] Rom. V, 20.

Francisci Scorsi notæ.

(79) *Multis etiam locis.* Hæc confirmatio ducta ex aliis utriusque Testamenti locis præcisa fuerat, et quidem, ut suspicari licet, a librario compendii causa, quod sine ea integra appareret esse sententia, sed ea restituta est beneficio ms. cui debemus integritatem hujus homiliæ; est enim mutila et diminuta multis locis, pluribusque periodis in utroque exemplari P. et V. Nec vero satis integrum plerumque est exemplar Vatic. Igitur subsidio exemplaris a Gallia transmissi quod cum aliis Parisiensibus codd. collatum fuerat, ubi ea quæ in aliis detracta fuerant, salva comperi, plenam eam perfectamque in lucem do. Hæc admonitum semel lectorem volui, ut a labore ea singulis in locis notandi me liberaret, simulque liberatam fidem meam esse intelligeret, quam in aliis præstiti homiliis; hic enim esset longioris operæ scriptio, et multiplicatio numerorum, quod usuvenit in hujusmodi veteribus mss., alia atque alia manu transcriptis non raro, quod legentibus mss. et interpretum in ea notas cuivis constabit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

θάνιος λεγόμενα. Δόξαν δὲ λέγει τὴν ἐκ τοῦ διεγεῖραι τὸν θνήξαντα. Οὐ γὰρ τοσούτου θαύματος ἦν νοσοῦντα τοῦτον ἰάσασθαι, ὅσον ἀναγαγεῖν τεθνειῶτα πρὸς ἀναβίωσιν. Τριχῶς δὲ λαμβάνεται ἡ ἀσθένεια· ἀσθενὴς γὰρ λέγεται καὶ ὁ ἀπαγὴς πρὸς πίστιν, καὶ οἷον κλονούμενος, περὶ οὗ φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε. » Ἀσθένεια καὶ ἡ σωματικὴ νόσος, ὥσπερ ἐνταῦθα· « Ἴδε, ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ, » καὶ αἱ κατὰ τῶν ἁγίων ἐπιβουλαὶ, καὶ διωγμοὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καθὼς ὁ Κύριος τῷ Παύλῳ φησίν· « Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Σκόπει οὖν ὡς ἐνταῦθα ἰσχνῶς πάντα ἐδήλωσε· τὸ περὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν τῶν μαθητῶν καὶ τὸ τῶν γυναικῶν ἀπαγὲς, τοῦ Λαζάρου τὴν νόσον, τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλὴν, ἃ δὴ πάντα γεγόνασι πρὸς δόξαν αὐτοῦ. Οἵ τε γὰρ μαθηταὶ καὶ τοῦ Λαζάρου αἱ σύγγονοι πρὸς τὴν πίστιν ἐβεβαιώθησαν, καὶ ὁ θανὼν ἀνέβιω, καὶ τὸ διὰ σταυροῦ ἐκυρώθη μυστήριον. Δόξαν γὰρ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐδήλωσε μὲν καὶ ἐκ τοῦ ἐγεῖραι τὸν θνήξαντα· οὐ γὰρ τοσαύτης ἦν δόξης τὸ νοσοῦντα τοῦτον ἰάσασθαι, ὅσον ἀναστῆσαι τεθνεῶτα τετραήμερον. Μυστικῶς δὲ τὴν τοῦ σταυροῦ ἐσήμηνε, περὶ ἧς ἔλεγε· « Νῦν ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. » Πρόφασις γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις τῆς μείζονος λύττης καὶ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλῆς τὸ θαῦμα γέγονε τὸ κατὰ τὸν Λάζαρον. Ὡς δὲ ἐγὼ οἶμαι, περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ταῦτα λαλεῖ. Ἡ γὰρ ἐπισυμβᾶσα διὰ τῆς παρακοῆς παντὶ τῷ γένει ἀσθένεια, τὴν δόξαν τῆς τοῦ Θεοῦ σαρκώσεως προεξένησε· δόξα γὰρ τῷ ὄντι αὐτῷ ἡ τοσαύτη γέγονε συγκατάβασις.

« Ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ τὸν Λάζαρον. » Ὁ μὲν εὐαγγελιστὴς, ἅτε διαφορὰν ἀγάπης καὶ φιλίας εἰδὼς, καὶ ὅτι τῷ μὲν Θεῷ οἷα τελείῳ, μᾶλλον δὲ ὑπερτελείῳ, τὸ τέλειον σύνεστιν ἡ ἀγάπη, τάχα δὲ καὶ αὐτός ἐστιν ἡ ἀγάπη, ὡς ἐν τῇ καθολικῇ διετράνωσεν, ἡμῖν δὲ μάλιστ' ἂν γένοιτο κἂν πρὸς φιλίαν τὴν ἐκείνου ἐλθεῖν· τοῦτ' εἰδὼς, ἀτρεκῶς φησιν· « Ὡς ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς τὸν Λάζαρον, καὶ τὰς συγγόνους αὐτοῦ· » Μάρθα δὲ καὶ Μαρία, ὡς ἀτελεῖς ἔτι τυγχάνουσαι· « Ἴδε, ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ. » Οὐ γὰρ ᾔδεισαν ἀγάπης καὶ φιλίας διαφοράν. Οὕτω καὶ Ἰουδαῖοι δακρύσαντα τεθεακότες τὸν Κύριον· « Ἴδε, εἶπον, πῶς ἐφίλει αὐτόν. »

A niat. Gloriam porro dixit eam quæ ex revocato ad vitam mortuo consecutura erat. Neque enim tanto fuisset miraculo illum affectum morbo sanare, quanto fuit ad vitam mortuum restituere. Sed enim infirmitas trifariam accipitur. Infirmus enim dicitur inconstans, et quasi titubans in fide, de quo dicit Apostolus : « Infirmum in fide assumite[31]. » Infirmitas etiam corporis morbum significat, ut hoc loco : « Ecce, quem amas, infirmatur; » ad hæc insidiæ insectationesque **161** ab adversariis in sanctos excitatæ appellantur infirmitates, qua ratione Dominus Paulo dixit : « Virtus in infirmitate perficitur[32]. » Adverte igitur, ut hæc omnia hoc loco argute comprehenderit : imbecillam circa ipsum discipulorum et mulierum fidem, Lazari morbum, B insidias Judæorum; quæ sane omnia in Dei gloriam evaserunt. Nam et discipuli, et Lazari sorores in fide confirmati sunt, et mortuus revixit, et crucis mysterium promulgatum est. Gloriam enim Filii hominis redintegrata mortui vita demonstravit quidem; neque enim tantæ gloriæ fuisset morbo afflictum illum curare, quantæ fuit jam depositum et quatriduanum suscitare; verum enim mystice etiam gloriam eam signavit, quam peperit sibi per crucem, de qua dixit : « Nunc clarificatus est Filius hominis[33-38]. » Hoc enim in Lazaro miraculum editum Judæis occasio fuit, ut majori efferati rabie insidias Salvatori molirentur. Sed ut ego etiam arbitror, naturæ humanæ hæc verba conveniunt; nam quæ C universum hominum genus per inobedientiam invasit infirmitas, causa fuit gloriæ ab Incarnatione Dei profectæ; gloriam enim revera ipsi descensus ille ac tanta demissio conciliavit.

« Diligebat autem Jesus Martham, et sororem ejus, et Lazarum. » Sane evangelista cum nosset, quid inter ἀγάπην, id est, dilectionem (80) et φιλίαν, hoc est, amorem interesset, quodque in Deo utpote perfecto, seu potius supra omnem perfectionem (81) exsistenti perfectio charitatis habitat, imo ipse charitas est, ut in Epistola catholica diserte dixit, nobis vero vix contigit ad ipsius amorem pervenire; hoc, inquam, cum compertum haberet evangelista : « Diligebat, inquit, Jesus Lazarum, et sorores ejus. » Martha vero et Maria, utpote adhuc imperfectæ, « Ecce, quem amas, in- D quiunt, infirmatur. » Neque enim quid inter amorem dilectionemque distaret, intelligebant. Sic et Judæi cum lacrymantem Dominum viderent, « Ecce, aiunt, quomodo amabat eum. »

[31] Rom. XIV, 1. [32] I Cor. XII, 9. [33-38] Joan. XIII, 31.

Francisci Scorsi notæ.

(80) *Quid inter ἀγάπην, id est dilectionem*, etc. Discrimen inter ἀγάπην et φιλίαν ponit hic auctor non hac solum homilia, sed aliis nonnullis, præsertim vero 38, quæ est *De Resurrectione* postrema ubi ipsemet de his vocibus disputat, ad quam lectorem rejicimus. Et si quid præterea a nobis adnotandum est in notis ad eamdem homiliam, eo commodiore loco regeremus.

(81) *Supra omnem perfectionem*. Creatam, quæque excogitari et intelligi in rebus possit creatis : familiaris locutio Græcis Patribus qua Deum ὑπερούσιον, ὑπερτέλειον vocent, ac præsertim SS. Dionysio et Damasceno. Vide quæ adnotavimus hom. 3 nota 50. Joannes Cyparissiotus S. Trinitatem non modo ὑπερούσιον, sed etiam ὑπέρθεον appellavit, nimirum supra omnem divinitatem ab hominibus participatam, ut Exod., *Constitui te deum Pharaonis*; et *Ego dixi, Dii estis*. Quod etiam notat Franc. Turrianus in scholiis ad ipsum Cyparissiotam lib. I.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Ut ergo audivit, quia infirmabatur, tunc quidem A mansit in eodem loco duobus diebus, deinde post hæc dicit discipulis suis : Eamus in Judæam iterum. Dicunt ei discipuli : Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare, et iterum vadis illuc? » Duos exspectat dies ut potestatem naturæ faciat exercendi vim **162** suam; ut scilicet, postquam mors audacter dominata fuisset, majus ostenderetur miraculum et magis inopinatum. Si enim e vestigio in Bethaniam profectus esset, non erat conveniens Lazarum mori; non enim fieri potest, ut mors potens appareat, vita præsente. Discipuli igitur, ut audierunt : « Eamus in Judæam, » et metuentes, ne Judæis Dominus furoris esset occasio, non ausi quidem sunt contradicere, sed per speciem admonendi a sententia illum deducere conati sunt; apte B nimirum ad persuadendum dicere aggrediuntur : « Magister, nunc quærebant te Judæi lapidare, et iterum vadis illuc? » Quid igitur Salvator? Per sensibilia iterum mentem eorum erigit ad altiora, et ait illis :

« Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt : si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux in eo non est. » Quibus verbis hoc significat : Vos quidem exhorruistis, existimantes me a Judæis lapidibus impetendum : sed longe a verisimili conjectura aberratis. Si enim qui de die in horas dimenso duodecim ambulat, recta pergit, et sine ulla offensione, tutoque conficit iter, quomodo vos de me, qui lux mundi sum, pertimescitis? Si lux hæc C subjecta sensui ipsam intuentes præstat incolumes, magis vera ac divina lux ictu lapidum potior erit. Atque hic sane est dicti hujus sensus exterior : convenit autem nos reconditum aliquid interius introspicere. Quod enim profundius quiddam hæc oratio involvat, ostendit res ipsa dissentanea rationi. Nam neque qui noctu ambulat, necessario offendit, neque quisquis interdiu, ab offendiculo tutus est. Nunc quoniam diei distribuit horas, noctis autem mentionem faciens, nullum de horis profert verbum, quod erat futurum eo sermone adumbravit. Ac diem quidem et lucem seipsum appellavit; juxta quem sensum filii lucis et diei vocantur credentes [59]. Et fortasse de hoc die locutus est David : « Per diem non timebo [60]; » et de hac etiam luce idem dixit evangelista : « Lux in tenebris lucet [61]. » Duodecim vero horæ discipulos signant, quibus prædicandi commisit officium. Qui igitur in fide Salvatoris et prædicatione apostolorum iter vitæ peregerit, non errabit. Lucem porro hujusce **163** mundi fidem, qua in ipsum credimus, appellavit; quod profecto in hoc mundo opus suum fides exerceat; noctem vero horarum expertem infidelitatis caliginem, in qua si quis ambulet, offendit, et plantas animæ infringit in resistentia lapidis angularis Christi, qui dictus est *lapis offensionis* [62]. Hæc autem dicens Dominus

« Ὡς οὖν ἤκουσεν, ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν, ἐν ᾧ ἦν τόπῳ, δύο ἡμέρας· ἔπειτα μετὰ τοῦτοι λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταί· Ῥαββί, νῦν ἐζήτουν σε οἱ Ἰουδαῖοι λιθάσαι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ; » Δύο ἡμέρας προσμένει, χώραν διδοὺς τῇ φύσει ἐνεργῆσαι τὸ ἴδιον· ὡς ἂν ἐπ' ἀδείας τοῦ θανάτου κατακρατήσαντος, δειχθῇ τὸ θαῦμα παραδοξότερον. Εἰ γὰρ εὐθὺς εἰς Βηθανίαν ἐξώρμησεν, οὐκ ἦν εἰκὸς τεθνάναι τὸν Λάζαρον. Καὶ γὰρ ἀμήχανον, τῆς ζωῆς παρούσης, ἐνεργον ὀφθῆναι τὸν θάνατον. Οἱ τοίνυν μαθηταὶ ἀκούσαντες τό· « Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, » καὶ δεδοικότες, μὴ τῆς τῶν Ἰουδαίων λύττης ἔργον ὁ διδάσκαλος γένηται, ἀντειπεῖν μὲν οὐκ ἐθρασύνθησαν, ἐν προσποιήσει δὲ ὑπομνήσεως ἀπεῖρξαι τοῦτον ὁρμῆς ἐπειράθησαν, πιθανῶς δῆθεν ἐπιχειρίσαντες· « Ῥαββί, νῦν ἐζήτουν σε οἱ Ἰουδαῖοι λιθάσαι, καὶ πάλιν ἐκεῖ; » Τί οὖν ὁ Σωτήρ; Διὰ τῶν αἰσθητῶν πάλιν ἀνάγει τὸν νοῦν αὐτῶν εἰς τὰ ὑψηλότερα, λέγων αὐτοῖς·

« Οὐχὶ δώδεκα ὧραί εἰσι τῆς ἡμέρας; Ἐάν τις περιπατήσει ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει· ἐὰν δέ τις περιπατεῖ ἐν τῇ νυκτί, προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν. » Ὅ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὑμεῖς μὲν κατωρρωδήκατε, νομίζοντες ὑπὸ Ἰουδαίων καταλευσθῆναί με, κατὰ πολὺ δὲ τοῦ εἰκότος στοχασμοῦ ἐκπεπτώκατε. Εἰ γὰρ τῆς ἡμέρας εἰς δώδεκα ὥρας διαιρουμένης, ὁ ἐν αὐτῇ περιπατῶν εὐστιβήτως διέρχεται, ἀπρόσκοπτον καὶ ἀσφαλῆ πορείαν ποιούμενος, πῶς ὑμεῖς περὶ ἐμοῦ τοῦ φωτὸς τοῦ κόσμου πεφρίκατε; Εἰ γὰρ τὸ αἰσθητὸν φῶς τοὺς αὐτὸ βλέποντας ἀπροσκόπτους τηρεῖ, κατὰ πολὺ τὸ ἀληθινὸν καὶ θεῖον φῶς ἀνώτερον ἔσται τῆς τῶν λίθων βολῆς. Αὕτη μὲν ἡ κατὰ τὸ φαινόμενον διάνοια τοῦ ῥητοῦ· χρὴ δὲ ἡμᾶς καὶ τὸ ἔνδον κατοπτεῦσαι ἀπόῤῥητον. Ὅτι γὰρ βαθύτερόν τι ὁ λόγος αἰνίττεται, δείκνυσι τοῦ πράγματος τὸ παράλογον· οὔτε γὰρ ἐν νυκτὶ βαδίζων ἐξ ἀνάγκης προσκόπτει, οὔτε πᾶς ἐν ἡμέρᾳ περιπατῶν μένει ἀπρόσκοπτος· ἐπειδὴ γὰρ τῇ μὲν ἡμέρᾳ ὥρας ἀπένειμε, τῆς δὲ νυκτὸς μνησθείς, ὡρῶν ὅλως οὐκ ἐμνημόνευσε, τὸ μέλλον τῷ λόγῳ ἐσκιογράφησεν, ἡμέραν μὲν καὶ φῶς καλῶν ἑαυτὸν, καθ' ὃ δὴ καὶ υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας οἱ πιστοὶ ὀνομάζονται· καὶ τάχα περὶ ταύτης τῆς ἡμέρας ἔλεγεν ὁ Δαβίδ· « Ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι· » καὶ περὶ τούτου τοῦ φωτὸς ὁ αὐτὸς εἶπεν εὐαγγελιστής· « Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτείᾳ φαίνει. » Δώδεκα δὲ ὧραι οἱ μαθηταί, οἷς τὸ κήρυγμα ἐνεπίστευσεν. Ὁ γοῦν ἐν τῷ φωτὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῷ κηρύγματι τῶν μαθητῶν τοῦ βίου διανύων ὁδὸν, οὐ σφαλήσεται. Φῶς δὲ τοῦ κόσμου τούτου καὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ὠνόμασεν, ὡς κατὰ τόνδε τὸν κόσμον ἐνεργουμένης τῆς πίστεως. Νὺξ δ' ἂν εἴη ὥρας μὴ ἔχουσα ἡ τῆς ἀπιστίας σκοτόμαινα, καθ' ἣν ἐάν τις περιπατεῖ, προσκόπτῃ, τὰς τῆς ψυχῆς

[59] Ephes. v, 8; II Thess. II, 3. [60] Psal. LV, 3. [61] Joan. I, 5. [62] I Petr. II, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βάσει συνθλώμενος τῇ ἀντιτυπίᾳ τοῦ ἀκρογωνιαίου λίθου Χριστοῦ, ὃς ὠνομάσθη *Λίθος προσκόμματος*. Ταῦτα δὲ λέγων ὁ Κύριος πλαγίως πως τοῦ Ἰούδα καθάπτεται ἀσυνέτως λειποτακτήσαντος, καὶ τῶν ὡρῶν τῆς νοητῆς ἡμέρας, ὧν ἦν συναρίθμιος, ἑαυτὸν ὑπεκστήσαντος, ἐν τῷ σκότει δὲ τῆς φιλαργυρίας βαδίσαντος, καὶ διὰ τοῦτο ἀθλίως προσκόψαντος.

A oblique quodammodo Judam perstringit, qui per summam insipientiam deseruit ordinem (82) seque ab intelligibilis diei horis, in quibus annumerabatur, subduxit; atque in avaritiæ tenebris incedens miserabiliter ob eam offendit.

« Καὶ μετὰ τοῦτο εἶπε· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. » Τὴν ἀναγκαίαν αὐτοῦ πρὸς Ἰουδαίους ἄφιξιν δηλοποιεῖ, ὡς εἴη τοῦ Λαζάρου ἡ κοίμησις. Δεικνὺς δὲ καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως εὐχερὲς, καὶ ὅτι ὡς ὕπνος αὐτῷ συνέβη ὁ θάνατος μικρὸν τοῦ συνήθους μακρότερος· « Λάζαρος, εἶπε, κεκοίμηται. » Καὶ γὰρ οὐχ οὕτω τινὶ ῥᾴδιον ἐξυπνίσαι καθεύδοντα, ὅσον εὐχερὲς ἐκείνῳ ἐγεῖραι τεθνήξοντα· σύνηθες δὲ καθεύδοντα καλεῖν τὸν ἀναβιώτεσθαι μέλλοντα. Οὕτω γὰρ εἶπε καὶ περὶ τὸ τοῦ Ἰαείρου θυγάτριον, οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. Ἀδαεῖς δὲ ὄντες οἱ μαθηταὶ τοῦ ὕπνον τὸν θάνατον λέγεσθαι· « Εἰ κεκοίμηται, εἶπον, σωθήσεται· » τάχα που καὶ προφητεύοντες· σωτηρίας γὰρ αὐτῷ πρόφασις ὁ θάνατος γέγονε.

« Et post hæc dixit eis : Lazarus amicus noster dormit; sed vado, ut a somno excitem eum. » Causam aperit, quare in Judæam sibi necessario eundum esset, quæ quidem erat Lazari somnus. Ut vero ostenderet quam sibi facile atque in manu esset eum a mortuis excitare, et mortem illi veluti somnum solito longiorem obrepsisse, « Lazarus, inquit, dormit. » Etenim non tam facile est cuivis expergefacere dormientem, quam illi mortuum suscitare. Consuetum porro est dormientem vocari eum, qui jamjam sit revicturus. Sic enim et de Jairi filia locutus est : « Non est mortua, sed dormit[83]. » Sed cum discipuli essent nescii, somni nomen tribui morti solere : « Si dormit, dixere, salvus est, » et fortassis etiam prædicentes quod erat futurum; mors enim illi causa salutis fuit. B

« Τότε γοῦν ἀπαραλύπτως αὐτοῖς λέγει· Λάζαρος ἀπέθανε. » Σκόπει δὲ πῶς διὰ πάντων τῶν τῆς ἱστορίας ῥημάτων τὰ τῆς θεωρίας παρέσπαρται. Ὁπηνίκα γὰρ ἔλεγε κοιμηθῆναι τὸν Λάζαρον, φίλον αὐτὸν κατωνόμαζε· « Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. » Ἡνίκα δὲ εἶπεν, Ἀπέθανεν, ἁπλῶς ἐκάλεσε Λάζαρον. Τοῖς μὲν γὰρ οὖσι φίλοις Χριστοῦ, ὕπνος ὁ θάνατος καὶ ἀνάπαυσις γίνεται. Οἷς δὲ θάνατός ἐστιν ὁ τοῦ σώματος χωρισμὸς διὰ φαυλότητο; βίου, οὗτοι ἀνάξιοι κληθῆναι φίλοι Θεοῦ.

« Et mortuus est. » Adverte ut per omnia historiæ verba perspersi sint allegorici sensus; quando enim Lazarum dormire dixit, amicum appellavit : « Lazarus amicus noster dormit; » quando vero mortuum, Lazarum simpliciter nominavit. Etenim amicis Christi mors est somnus et quies; quibus vero ob male actam vitam mors est discessus a corpore, indigni sunt, qui amici Christi vocentur. C

« Καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς ὅτι οὐ παρήμην ἐκεῖ. » Χαίρω, φησὶν, ὑμῶν ἕνεκα· τὸ γὰρ μὴ παρεῖναί με ἐν Βηθανίᾳ μείζονος πίστεως ὑμῖν ἔσται πρόφασις. Καὶ εἰκότως· παρὼν γὰρ ἰάσατο ἀῤῥωστοῦντα, καὶ τὸ μέγα τοῦτο θαῦμα διεκωλύετο. Ἄθρει δὴ ὅπως διὰ τοῦ λόγου τὸ διττὸν τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων δείκνυσι. Τὸ μὲν γὰρ προειπεῖν, ὡς « Ἀπέθανε Λάζαρος, » τῆς θεότητος ἦν, τὸ δὲ « Οὐκ ἤμην ἐκεῖ, » τῆς σαρκός.

« Et gaudeo propter vos, quoniam non eram ibi. » Vestra, inquit, causa gaudeo: absentia enim mea a Bethania majoris fidei vobis erit occasio. Et merito id quidem; præsens enim si fuisset, sanasset ægrotum, atque hoc magnum miraculum fuisset impeditum. Vide vero etiam, ut hoc sermone duplicem in se esse naturam ostendat. Prædicere enim Lazari mortem divinitatis fuit; absentia vero ab eo loco, humanitatis.

164 « Εἶπεν οὖν Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος τοῖς συμμαθηταῖς· Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ. » Ὁ μὲν πάνσοφος καὶ μέγας Χρυσόστομος ταῦτα φάναι φησὶ τὸν Θωμᾶν δειλιῶντα, καὶ οἷον ἀσχάλλοντα. Ἐπεὶ δὲ, φησὶν, οὗτος θανατᾷ, καὶ οἷον αὐτόμολος ἐπὶ τὸν κίνδυνον ἵεται, πληρώσωμεν αὐτοῦ τὸ βούλημα καὶ συναποθάνωμεν αὐτῷ. Οὕτω μὲν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς· ὁ δὲ τῶν μεταφράσεων γλυκὺς συγγραφεὺς παῤῥησίας εἶπε τὸν λόγον εἶναι

164 « Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos : Eamus et nos, et moriamur cum eo. » Sapientissimus sane ac magnus Chrysostomus (83) hæc autumat dixisse Thomam, quod pertimesceret et veluti succenseret; perinde quasi sic diceret : Quoniam tantopere appetit mortem, et in periculum voluntarium ruit, obsequamur voluntati illius, et una moriamur. Sic sane qui aurea est lingua; at vero suavis scriptor Metaphrastes (84) D

[83] Matth. vi, 24.

Francisci Scorsi notæ.

(82) *Deseruit ordinem.* Græce una vox est λειποτακτήσαντα de qua vide quæ observavimus, hom. 7, not. 33, col. 241.

(83) *Chrysostomus.* Locus S. Chrysostomi, quem Theophanes notat, est ex hom. 71, *in Joann.* ubi sic habet : *Omnes itaque Judæorum impetum formidabant, inprimis autem Thomas; ideo inquit : « Eamus, et moriamur cum eo; » quidam autem dicunt, et eum mori optasse. Sed profecto timorem id verbum arguit et imbecillitatem.*

(84) *Metaphrastes.* Quo sæculo vixerit noster hic, unde necessario deducitur ipsius Metaphrastæ ævum,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fidentem animum Thomæ hoc sermone indicari censet; aliis quippe discipulis (85) deterritis animos facit, eosque confirmat. Mihi vero infirmiorem quidem animum, quam postularet fides, magnam vero in magistrum benevolentiam indicare videntur hæc dicta. Fuit enim modicæ fidei existimare, se quidquam mali passuros ipso præsente : sed generosi cujusdam animi, paratum et alacrem se præbere ad mortem una cum magistro oppetendam. Audaciam enim discipulis injicit, ut malint etiam mori, quam a magistro separari.

A δηλωτικόν· τῶν γὰρ ἄλλων μαθητῶν προουμένων θάρσος αὐτοῖς ἐντίθησιν ὁ Θωμᾶς. Ἐμοὶ δὲ ἐοικεῖ ἀσθενέστερα μὲν τῆς πρεπούσης πίστεως φθέγγεσθαι, πολλήν γε μὴν ἐνδεικνύντα τὴν πρὸς τὸν Διδάσκαλον εὔνοιαν. Ἦν μὲν γὰρ ἀπιστίας τὸ οἴεσθαί τι πείσεσθαι δεινὸν συνόντας αὐτῷ, γενναίου γε μὴν λήματος τὸ προθυμοποιεῖσθαι συναποθανεῖν τῷ καθηγητῇ. Θαρσοποιεῖ γὰρ τοὺς συμφοιτητὰς τοῦ νοσφισμοῦ τοῦ Διδασκάλου τὸν μὲν αὐτὸν θάνατον προτιμήσασθαι.

« Venit itaque Jesus, et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem » Cum duos supersedisset dies, atque ita discipulis mortem Lazari cognitam perspectamque fecisset, duabus aliis pervenit in Bethaniam. Vidit ipsum quatriduum in B monumento jacentem : quo sane facto significatur, quomodo humanum genus visitavit Deus. Postquam enim naturam nostram in morte impietatis sensus expertem quasi dies quatuor jacere permisisset, rursus eam invisit. Quatuor vero hi dies intelligi possent : primus quidem, tempus illud, quod ab Adamo usque ad terræ eluvionem per aquas interjectum est, post quod lex data Noe secundum diem usque ad Abrahamum effecit. Postea circumcisionis præceptum, quasi tertius dies affulsit : hunc vero lex Mosaica usque ad Christum excepit. His igitur diebus quatuor in infidelitatis sepulcro natura nostra tenebatur.

« Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ. » Δύο προσμείνας ἡμέρας, καὶ οὕτω μηνύσας τοῖς μαθηταῖς τοῦ Λαζάρου τὸν θάνατον, ἐν ἄλλαις δυσὶ τὴν Βηθανίαν κατέλαβεν· εἶδεν αὐτὸν τεθρήμερον ἐν τῷ μνήματι κείμενον, δεικνύντος τοῦ πράγματος τὴν γεγονυῖαν ἐκ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐπίσκεψιν. Ὡς γὰρ ἐν τέσσαρσί τισιν ἡμέραις παραχωρήσας τὴν φύσιν ἡμῶν ἐν τῇ ἀναισθησίᾳ κεῖσθαι τῆς ἀσεβείας, πάλιν αὐτὴν ἐπεσκέψατο. Νοοῖντ' ἂν ἡμέραι τέσσαρες, μία μὲν ὁ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ χρόνος, ὁ μέχρι τῆς δι' ὕδατος τῆς γῆς κατακλύσεως, μεθ' ἣν ὁ τῷ Νῶε δοθεὶς νόμος ἄχρι τοῦ Ἀβραὰμ δευτέραν εἰργάσατο. Εἶτα ἡ τῆς περιτομῆς ἐντολή, ὡς ἡμέρα τρίτη ἐπέλαμψε. Ταύτην δὲ ὁ Μωσαϊκὸς νόμος ἄχρι Χριστοῦ διεδέξατο. Ἐν ταύταις οὖν ταῖς τέσσαρσιν ἡμέραις τῷ τάφῳ τῆς ἀπιστίας ἡ φύσις ἡμῶν ἐκεκράτητο.

« Erat autem Bethania juxta Hierosolymam quasi C stadiis quindecim. » Commode sane distantiam Bethaniæ ab Hierosolyma notat, quod quindecim stadiorum esset, ut nimirum ostendat, cum non ita longe castellum abesset, multos Judæorum ad consolandas mulieres convenisse. Erant quippe nobiles et insignes, patre quidem Simone Pharisæo progenitæ : ac præceptam a lege vitæ **165** rationem servantes. Necesse porro erat ita fieri, quo plures miraculum testes haberet. Quoniam vero per Bethaniam a nobis mundus in anagogica ratione intelligitur, per Hierosolymam vero superna illa metropolis, de qua gloriosa dicta sunt, a qua cum excidisset per peccatum humana natura, mortua est; ad quam Dominus venit post dies quatuor eo modo quo declaratum est, intellectos : ostenditur etiam D mystice intervallum quod inter intelligibilia ac sensibilia, in quibus versamur, est interpositum : vel potius causæ signantur, quæ nos a Deo disjunxerunt. Nam facultates animæ in sensum penitus inclinatæ et incumbentes, ab illa intelligibili Hierosolyma nos abstraxerunt. Tres vero omnino sunt animæ facultates; sensus vero in quinque dispertitus, quarum evidens symbolum stadia quindecim sunt tribus contenta quinariis. Jam totidem stadia

« Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε. Ἄριστα καὶ τὴν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Βηθανίαν σαφηνίζει ἀπόστασιν, ὡς πεντεκαίδεκα σταδίοις ἀπῴκιστο· δεικνὺς ὡς ἐγγὺς οὔσης τῆς κώμης, πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων εἰς παραμυθίαν τῶν γυναικῶν ἐληλύθεισαν. Ἦσαν γὰρ εὐγενεῖς καὶ περίφημοι, πατρὸς μὲν Φαρισαίου τοῦ Σίμωνος, τὴν δὲ κατὰ νόμον ἀκριβῆ πολιτείαν φυλάττουσαι. Ἦν δὲ καὶ ἐπάναγκες τοῦτο γενέσθαι, ἵνα τὸ θαῦμα πολλοὺς ἔχῃ μάρτυρας. Τάχα δὲ καὶ ἐπειδὴ ἡ Βηθανία ἡμῖν ὁ κόσμος οὗτος νενόηται, κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, Ἱερουσαλὴμ δὲ ἡ ἄνω μητρόπολις, περὶ ἧς τὰ δεδοξασμένα ἐλαλήθη, ἀφ' ἧς ἐκπεσοῦσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τῇ ἁμαρτίᾳ νενέκρωτο, εἰς ἣν ἦκεν ὁ Κύριος μετὰ τὰς νοηθείσας ἡμέρας τέσσαρας, ὡς δεδήλωται· δείκνυσι μυστικῶς καὶ τὴν μεταξὺ διάστασιν τῶν νοητῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν, ἐν οἷς γεγόναμεν, ἢ μᾶλλον τὰ αἴτια τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἡμᾶς διαστήσαντα. Αἱ γὰρ ψυχικαὶ δυνάμεις ὁλοσχερῶς ὑποκύψασαι πρὸς τὴν αἴσθησιν, διέστησαν ἡμᾶς τῆς νοητῆς Ἱερουσαλήμ. Τρεῖς δὲ πάντως τῆς ψυχῆς αἱ δυνάμεις· πενταδικὴ δὲ ἡ αἴσθησις, ὧν σύμβολον ἐναργὲς, τὰ πέντε καὶ δέκα στάδια εἰς τρεῖς πεντάδας ποσούμενα. Τὰ δὲ τοσαῦτα στάδια, δύο γίνονται μίλια, ἃ τὴν ὑλικὴν δυάδα ση-

Francisci Scorsi notæ.

de quo disputatur inter doctos, jam disceptatum a nobis est Proœm. Isag. II, § 5.

(85) *Aliis quippe discipulis*, etc. Sententia Metaphrastæ, quam sequitur hic Cerameus, exstat apud Surium in Vita S. Thomæ. Consule locum si studes.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μαίνουσι, καθ' ἣν τὰ αἰσθητὰ τῶν νοητῶν ἀποκίζονται. Ἀστεῖον δὲ δήπου κἀκεῖνο λογίσασθαι, ὡς ἐπειδὴ μεταξὺ τῆς Λαζάρου ἀναβιώσεως, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, πέντε καὶ δέκα ἡμέραι παρέδραμον· ὧν ἡ μὲν ἐν Βηθανίᾳ, ἡ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἐν Ἱερουσαλὴμ γέγονε, ταύτας διὰ τῶν σταδίων ἠνίξατο.

« Ἡ οὖν Μάρθα, ὡς ἤκουσεν ὅτι Ἰησοῦς ἔρχεται, ὑπήντησεν αὐτῷ, Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο. » Τί δήποτε οὐ παραλαμβάνει καὶ τὴν ἀδελφὴν ἡ Μάρθα μεθ' ἑαυτῆς, πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου ἀπάντησιν; Ἐβούλετο κατ' ἰδίαν αὐτῷ ἐντυχεῖν, ὡς ἂν οὖν μὴ καὶ τῆς Μαρίας ἐλθούσης, οἱ συνελθόντες, Ἰουδαῖοι συνέψωνται, οἳ δὴ ἀπεχθῶς πρὸς τὸν Σωτῆρα διέκειντο, ἠρέμα πως ὑπέξεισι μόνη τὴν ἀπάντησιν κλέψασα· πλὴν ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο μυστικῆς θεωρίας ἐστὶν ἐπίδεκτον. Ἐπειδὴ γὰρ Μαρία μὲν εἰς τὴν θεωρίαν ἐκλαμβάνεται, Μάρθα δὲ εἰς τὴν πρᾶξιν (οὕτω γὰρ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν διδασκάλοις νενόηται), δείκνυσιν, ὡς ἡ πρᾶξις προτέρα πλησιάζει Θεῷ κατ' ἐνέργειαν, κἂν γνῶσις πολλάκις ὀξυοποῦσα προέρχοιτο. Ἀλλὰ τί πρὸς τὸν Κύριον εἶπεν ἡ Μάρθα προσυπαντήσασα; « Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἐτεθνήκει ὁ ἀδελφός μου. » Ὁρᾷς ὅπως τὴν πίστιν ἀβέβαιον ἐσχηκυῖα περικραδαίνεται; Τὸ μὲν γάρ, Εἰ παρῆν, οὐκ ἂν ἐτεθνήκει αὐτῆς ὁ ἀδελφὸς, πιστεύει. Τὸ δ', ὅτι ὡς Θεὸς παρῆν πανταχοῦ, ἀπιστεῖ. Καὶ τὸ μὲν, ὅσα ἂν αἰτήσηται τὸν Θεὸν λαμβάνει, ὁμολογεῖ μικροπρεπῆ φρονοῦσα περὶ αὐτοῦ, τό γε

integrant milliaria duo (86), quæ signant materiæ dualitatem (87), per quam ab intelligibilibus sensibilia dissident. Elegans profecto etiam illud est quod reputemus, quod quoniam inter suscitationem Lazari Christique Resurrectionem quindecim intercurrerunt dies (88), quarum rerum altera in Bethania, altera Hierosolymæ gesta est, hos etiam per stadia voluit obscure significare.

« Martha ergo ut audivit, quod Jesus venit, occurrit illi : Maria autem domi sedebat. » Quamobrem sororem secum Martha non adjungit, quacum una Domino occurrat? Scorsim illum convenire volebat, ne videlicet, si simul Maria veniret, Judæi quoque, qui convenerant, comitarentur, qui tamen erant in Dominum male animati. Tacite igitur exit, et clam aliis Domino occurrit. Verumtamen neque hoc mystica caret consideratione. Quoniam per Mariam *contemplativa*, per Martham vero intelligitur *actio* (sic enim etiam doctoribus qui nos præcessere, intellectum est), ostendit actionem prius per opera Domino appropinquare, quamvis contemplatio acute perspiciens (89) plerumque præcurrat. Sed quid Martha obviam Domino veniens effata? « Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. » Vides ut infirma fide vacillet? Quod enim ait, non moriturum fuis e fratrem suum, si Dominus adfuisset, **166** credit; non credit autem eum, ut Deum, ubique esse præsentem. Quatenus etiam fatetur ipsum quidquid a Deo petierit, impetraturum, minus de eo, quam d. ceat

Francisci Scorsi notæ.

(86) *Milliaria duo.* Stadium, octava milliarii pars, continere communiter scribitur passus centum viginti quinque; qua ratione ad duo milliaria stadia sexdecim requiruntur. Verum Suidas, στάδιον ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος, καὶ μέρος τι τοῦ λεγομένου μιλίου· ἑπτὰ γὰρ ἡμῖσυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. *Stadium locus est certaminis, et pars quædam milliarii; septem enim stadia et dimidium faciunt milliarium.* Ex quo vides quam belle conveniat putatio Theophanis nostri, sed non multum interesse sacri oratoris utrum parum an nihil desit ad integrum exactumque numerum, dum ex eo sensus mysticus elici queat. Simile quiddam notavimus de numero tricesimo sexto, qui decima pars anni dicitur a sancto Gregorio Magno, et ab hoc Cerameo hom. 35.

(87) *Materiæ dualitatem.* Quæ sit dualitas materiæ, vel duplex materia, de qua hic Noster, explicatum habe a S. Maximo martyre, de quo sæpenumero in his notis. Is enim Cent. *Œcon.* 1, cap. 95, ubi de Deo loquitur, qui aliis alio modo juxta affectum singulorum fingitur : *Ille is vero, quorum affectus circa crassa et materialia duntaxat composita versatur, nec habent animæ facultates mutuo connexas, apparet, non uti est, sed quemadmodum ipsi se habent, ostendens eos ambabus manibus amplecti dualitatem materialem* (hanc ὑλικὴν δυάδα noster, et iisdem arbitror usum vocabulis S. Maximum; arbitror, inquam, et divino : nec enim Græca exstant [a]) *per quam corporeus iste mundus constat ex materia, et forma*, formam hic materialem utique intellige. Eodem pacto Petrus Bongus dualitatem tribuit materiæ seu generationi quæ per formam materiæ copulata efficitur; sic enim ubi de senario numero disserit : *Unitas ut quæ impartibilis sit in se, et a se, et circa se fabricatori Deo ascribitur. Dualitas prima monadis productio femina, mater elementorum (nam de illa quatuor elementorum numerus procreatur) similis est materiæ primæ ac generationi. Trinitas secunda monadis productio mascula idealibus formis vel compositis corporibus consequenter aptatur.* Apud Martianum Capellam : *Unitas, divina virtus, dualitas, generatio rerum; trinitas, forma perfecta.* Verum juxta Avicennam : *Essentia est trinitas, materia dualitas, forma unitas.* Hæc ex ipso Bongo desumpsi; quæ satis ad explicandum hunc locum.

(88) *Quindecim intercurrunt dies.* Adventante Paschali tempore, et postremo quidem, vitæ suæ Dominus Lazarum suscitavit. Et quidem, ut Cornelius noster asserit, ipse Martius erat mensis : adeoque illud : *Nonne duodecim sunt horæ diei?* ita explicat Cyrillus : Adhuc aliquot horæ meæ diei, id est, vitæ supersunt.

(89) *Quamvis contemplatio acute perspiciens.* Hæc sententia lucem accipiet ex altera, quæ paulo post sequitur in hac homilia, ubi de occursu S. Magdalenæ loquitur, et sic ad mysticum sensum eam traducit : Τῇ γὰρ προσκλήσει τῆς πράξεως ὀξέως ἡ θεωρία διεγείρεται εὐρίσκουσα ἔξω τῆς κώμης τὸν Κύριον, etc. *Adrocata enim actione excitatur et acuitur contemplatio, invenienus Dominum extra Castellum.* Significat igitur Dei cognitionem quamvis imperfecte actione virtutum inchoetur, tamen supervenient contemplatione perfectius obtineri. Vide plura hom. 60, quæ est de Assumpt., et notas ibi nostras.

(a) Exstant nunc et sic se habent : Τοῖς δὲ περὶ μόνην τὴν ὑλικὴν σύνθεσιν ἔχουσι κινουμένην τὴν ἕφεσιν, καὶ ἀλλήλαις ἀτυνδέτους τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις κεκτημένοις, οὐχ ὡς ἔστιν, ἀλλ' ὡς εἰσὶν ἐμφανίζεται, δεικνὺς ὅτι τῆς ὑλικῆς δυάδος ἀμφοῖν ἐπειλάβοντο ταῖν χερσίν· καθ' ἣν ὁ σωματικὸς, ὡς ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, συνέστηκε κόσμος. Vide *Patrologiæ* tom. XC, col. 1220.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

sentire videtur : et certe futurum, ut resurgat frater suus, haud credit. Dicenti enim Domino : « Resurget frater tuus, » respondit, fore ut resurgat in novissimo die. Verum confirmabitur paulo post et confitebitur Deum. Nisi si hoc etiam loco de communi resurrectione nostræ naturæ, quam figurari per Lazarum diximus, loquatur. Hæc enim in supremo die, abjecta corruptione omnino resurget. Ideo enim Dominus commune utrique rei responsum dedit :

« Ego sum Resurrectio et Vita : qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet. » Re enim vera Resurrectio et Vita exstitit humanæ naturæ lapsæ, cum eam a morte, quam peccatum induxerat, liberavit. Qui credit in ipsum, quamvis corporis mortem ex necessitate naturæ patiatur, attamen vitam illam beatam vivet; et animæ morte non morietur. His etiam verbis evertit, quod Martha minus considerate dixerat : « Scio, quod quæcunque poposceris a Deo, dabit tibi. » Si enim ipse Resurrectio et Vita est, postulatione omnino non indiget. Obstupesce vero occultam Salvatoris vim, qua inter loquendum tantam in animam Marthæ cognitionem infudit, ut ab humi repentibus cogitationibus erexerit mentem, et divinam illam vocem emiserit : « Utique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei, qui in hunc mundum venisti. » Quæ sane vox consonat ei, quam discipulorum antesignanus extulerat; sic enim eum Petrus divinitus appellavit [a]. Quod vero adjunxit, qui in hunc mundum venisti, prædictionem continet. Non enim in Israelis duntaxat, sed in mundi universi salutem venit. Seu fortasse virtutum laboriosam exercitationem (90) vocabulo mundi significat, ad quam Christus venit. Manifestissime vero hoc etiam loco demonstratur actionem ex virtute profectam pedetentim, quasi quibusdam gradibus ad contemplationem attolli.

« Et cum hæc dixisset, abiit, et vocavit Mariam silentio dicens : Magister adest, et vocat te. » Videtur ex Domini mandato sororem advocasse. Nec enim fuisset, cur mentiretur dicens, « Magister vocat te; » **167** sed evangelista (91) ea maturans dicere, quæ maxime ad rem pertinebant, illud prætermisit. Clanculum vero eam vocat, ut assidentium Judæorum malevolentiam vitet. Illa vero dicto audiens atque consurgens, adeo acceleravit iter, ut eodem loci Domino occuparet occurrere, ubi cum Martha fuerat collocutus.

[a] Matth. xvi, 16.

μὴν ἀναστῆναι τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς, ἀπιστεῖ. Εἰπόντος γὰρ τοῦ Κυρίου, ὅτι « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου, » Ἀναστήσεται, φησὶν, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· » βεβαιωθήσεται δὲ μικρὸν ὕστερον, καὶ ὁμολογήσῃ Θεόν· εἰ μὴ κάνταῦθα περὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως λέγει φύσεως, ἣν εἰκονίζειν τὸν Λάζαρον εἴπομεν. Αὕτη γὰρ ἀναστήσεται πάντως ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τὴν φθορὰν ἀποῤῥίψασα· διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Κύριος κοινὴν ἐποιήσατο τὴν ἀπόφασιν.

« Ἐγώ εἰμι ἡ Ἀνάστασις καὶ ἡ Ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται. » Γέγονε γὰρ τῷ ὄντι ἀνάστασις καὶ ζωὴ τῆς πεπτωκυίας φύσεως τοῦ τῆς ἁμαρτίας θανάτου ταύτην ῥυσάμενος. Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, κἂν τὴν σωματικὴν ταύτην ἀναγκαίως ὑποίσηται τελευτὴν, ἀλλὰ ζήσεται τὴν μακαρίαν ἐκείνην ζωὴν, καὶ τὸν ψυχικὸν οὐ τεθνήξεται θάνατον. Διὰ τούτων δὲ ἀναιρεῖ καὶ τὸ μὴ λελογισμένως τὴν Μάρθαν εἰπεῖν· « Οἶδα ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι. » Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ἡ Ἀνάστασις καὶ ἡ Ζωὴ, οὐ δεῖται πάντως αἰτήσεως. Καταπλάγηθι οὖν τοῦ Σωτῆρος τὴν ἄῤῥητον δύναμιν· πῶς ἅμα τῷ λόγῳ τοσαύτην ἐνέσταξε γνῶσιν ἐν τῇ τῆς Μάρθας ψυχῇ, ὡς ἀπὸ τῶν χαμαιζήλων νοημάτων ἀρθῆναι, καὶ τὴν θεολογικὴν ἐκείνην ἐκπέμψαι φωνήν· « Ναὶ, Κύριε, ἐγὼ πεπίστευκα, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος· » συνῳδὰ πάντως λέγουσα τῷ προκρίτῳ τῶν μαθητῶν· οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ Πέτρος ἐθεολόγησε. Τὸ δέ· « εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος, » προγνωστικὴν ἔχει πρόῤῥησιν· οὐκ εἰς μόνον γὰρ τὸν Ἰσραὴλ, ἀλλ' εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐλήλυθεν. Ἢ τάχα τὸν κόσμον λέγει τῶν ἀρετῶν, εἰς ὃν ὁ Χριστὸς παραγίνεται. Ἀριδηλότατα γοῦν κάνταῦθα ὑπέδειξεν, ὡς ἡ κατ' ἀρετὴν πρᾶξις ταῖς κατὰ μικρὸν ἀναβάσεσιν εἰς θεωρίαν ἀνάγεται.

« Καὶ ταῦτα εἰποῦσα ἀπῆλθε, καὶ ἐφώνησε Μαρίαν λάθρα εἰποῦσα· Ὁ δὲ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε. » Δοκεῖ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Κυρίου καλέσαι τὴν ἀδελφήν· οὐ γὰρ ἂν διεψεύσατο εἰποῦσα· « Ὁ διδάσκαλος φωνεῖ σε· » ἀλλ' ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπειγόμενος εἰς τὰ καιριώτερα φθάσαι, τοῦτο παρέλειψε. Λάθρα δὲ ταύτην φωνεῖ, τῶν συγκαθημένων Ἰουδαίων ἐκκλίνουσα τὴν κακόνοιαν. Ἡ δὲ ἅμα τῷ λόγῳ ἤκουσε, καὶ ἀναστᾶσα οὕτω τὴν πορείαν ἐτάχυνεν, ὥστε ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ φθάσαι τὸν Κύριον, ἐν ᾧ τῇ Μάρθᾳ προδιελέχετο.

Francisci Scorsi notæ.

(90) *Virtutum exercitationem.* Hoc loco pluribus verbis interpretatus sum et παραφραστικῶς quod duobus verbis auctor dixit κόσμον ἀρετῶν. Et sane eodem interprete, et auctore Theophane, qui hom. 56, quæ est de sancto Procopio, ipse se explicat; ubi inter alias τοῦ κόσμου significatus quos ibi percurrit, hanc postremam induit : Λέγοιτο δ' ἂν ποτε κόσμος καὶ ἡ ἐξ ἐναντίου τούτων ἐπίπονος ἐργασία τῶν ἀρετῶν, ἣν ὁ Κύριος δι' ἑαυτοῦ τελειότερον ἔδειξεν, etc. : *Dicitur etiam aliquando mundus contraria ratione, laboriosa virtutum exercitatio, quam Christus per se ipsum perfectius indicavit*, etc. Vide ipsum ea homilia; et nostram ad eum locum observationem, ubi conferimus S. Maximi consimile dictum.

(91) *Sed evangelista.* Multa ab evangelista Joanne narrari κατὰ σιωπώμενον (sic vocatur hæc poetarum figura), ita ut ex iis quæ post dicuntur, intelligantur facta aliqua quæ dicta non sunt, advertit recte Cornelius a Lapide in can. ad evangeliorum explanationem, et exemplum hoc affert, sic cap. II, ait Marthæ dixisse Magdalenæ : *Magister adest, et vocat te.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Ἐκείνη γὰρ, φησὶν, ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ, καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτόν· οὔπω γὰρ ἐλήλυθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην, ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα. » Τῇ γὰρ προσκλήσει τῆς πράξεως ὀξέως ἡ θεωρία διεγείρεται, εὑρίσκουσα ἔξω τῆς κώμης τὸν Κύριον, τουτέστιν, ἔξω τοῦ αἰσθητοῦ τοῦδε κόσμου τὸ θεῖον εἶναι καταλαμβάνουσα, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν αἴσθησίν τε καὶ νόησιν. A

« Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι ἰδόντες τὴν Μαρίαν ὅτι ταχέως ἀνέστη καὶ ἐξῆλθεν, ἠκολούθουν αὐτῇ. » Εἶεν ἂν Ἰουδαῖοι κατὰ τόνδε τὸν τόπον τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν παραμυθούμενοι, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, αἳ καθάπερ ἐξ Ἱερουσαλὴμ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης τῇ ψυχῇ καταπέμπονται. Αὗται καὶ συνοδοιποροῦσιν αὐτῇ, σπευδούσῃ καταλαβεῖν τὴν ὄντως ζωήν. B

« Ἰδοῦσα αὐτὸν, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγουσα· Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. » Σύμφωνα τῇ Μάρθᾳ λαλεῖ. Ἀδελφὰ τὰ ῥήματα, συγγενεῖς αἱ φωναί· πλὴν ὅτι Μάρθα μὲν οὐ λέγεται πεσεῖν εἰς τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, οὔτε κλαίουσα φθέγγεσθαι. Αὕτη δὲ πράττει ἀμφότερα. Ἱμείρετο γὰρ τῶν ποδῶν ἐκείνων ἐφάψασθαι, οἷς παρακλιθεῖσα πρότερον τοῦ τῆς διδασκαλίας ἐγεύσατο νέκταρος. Τούτους τοὺς ὡραίους πόδας διαφερόντως σεβήσασα, πρότερον μὲν αὐτοῖς παρεκάθισε, νῦν δὲ κατασπάζεται τοῖς δάκρυσι πλύνουσα, ὕστερον δὲ τῷ μύρῳ ἀλείψασα, θριξὶν ἰδίαις ἐξέμαξεν. Ἡ γὰρ θεωρητικὴ ψυχὴ τὰς καλὰς ἀναβάσεις τιθεμένη, πρότερον μὲν παρὰ τοὺς μυστικοὺς πόδας καθίσασα ζητεῖ τὴν ἀλήθειαν· εἶτα μυηθεῖσα ἐφάπτεται νοερῶς προσεγγίζουσα· μετὰ ταῦτα τῷ μύρῳ τῆς ἀψευδοῦς γνώσεως τούτους εὐωδιάζει τῇ περὶ τὰ πάθη ἀναισθησίᾳ ἐκμάσσουσα. Τοῦτο γὰρ αἱ τρίχες αἰνίττονται, ὡς αἰσθήσεως ἄμοιροι. Νοεῖντο δ' ἂν πόδες Χριστοῦ, ὅσα δυνατὸν νοεῖσθαι περὶ αὐτοῦ τῷ τῆς ὕλης ἑαυτὸν ἐκκαθάραντι. Τὸ δὲ τὴν Μαρίαν κλαίειν δηλοῖ τὸ εἰς ἑαυτὴν συστέλλεσθαι τὴν ψυχὴν καὶ συννεύειν, χωριζομένην τῶν αἰσθητῶν, ὅταν εἰς θεωρίαν ἀνάγηται· θερμαίνεσθαί τε τῷ θείῳ ἔρωτι, ἀποβαλλομένην ὡς δάκρυα τὰ περιττὰ τῶν νοημάτων καὶ μὴ προσήκοντα. Τὸ γὰρ δάκρυον λυπηροῦ πάθους ἐστὶ νοτὶς συστελλομένων ὑπὸ λύπης τῶν μυῶν, ὡς τὴν ἀποθλιβομένην λιβάδα πρὸς τὰς τοῦ ἐγκεφάλου φλέβας ἀποδίδοσθαι, κἀκεῖθεν ἐπὶ τοὺς ὀλκοὺς τῶν ὀφθαλμῶν παραπέμπεσθαι τὸ περιττὸν ἀποκρουομένης τῆς φύσεως. C D

« Ἰησοῦς οὖν, ὡς εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν, καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους κλαίοντας, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν. » Ἐπειδὴ,

« Illa enim, inquit, ut audivit surgit cito, et venit ad eum; nondum enim venerat Jesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha. » Ascita enim socia actione acuitur contemplatio et excitatur; et Dominum reperit extra castellum, hoc est, divinitatem extra hunc mundum sensibus objectum et supra omnem sentiendi intelligendique vim constitutam esse deprehendit.

« Judæi ergo cum vidissent Mariam, quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam. » Possent, quod ad hunc locum facit per Judæos Martham et Mariam consolantes, fides, spes et charitas significari, quæ sane velut ex Jerusalem illa superna civitate pacis in animam immittuntur: quæque comitantur eam, quæ studet atque contendit veram assequi vitam.

« Videns eum, cecidit ad pedes ejus, et dixit ei: Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. » Consonat cum Marthæ dictis; sorores voces ipsæ videntur, et verba cognata: excepto quod non dicitur ad Jesu pedes Martha accidisse, nec locuta cum lacrymis. Hæc vero utrumque præstat: avebat enim pedes illos attingere ad quos ante inclinata nectar doctrinæ gustaverat. Ilos tam pulchros pedes vehementer expetens prius quidem ad illos assedit, nunc vero ad eos demissa lacrymis lavit, et postea unguento ungens suis capillis abstersit. Anima enim contemplationi dedita præclaras illas ascensiones sibi disponens, primo quidem ad mysticos pedes sedens veritatem quærit; tum de divinis instructa appropinquat, et spiritualiter eos attingit; ad extremum certissimæ cognitionis unguento et odore perfundit, et passionum vacuitate (92) detergit. Hoc enim capilli quasi per ænigma insinuant, ut qui sensus expertes sint. Porro per pedes Christi significari possunt ea quæ de ipso cognosci possunt ab homine qui crassitiem terreni affectus purgarit. Fletus vero Mariæ indicat, quod in **168** anima fieri solet, cum semetipsam colligit, ad seseque respicit, atque a sensilibus avocata ad contemplationem evehitur; tum enim divino amore effervescens, supervacuas et nullum pertinentes ad usum cogitationes quasi lacrymas abjicit. Lacryma enim humor est a tristitiæ passione exortus; cum ita ob eam musculi constringuntur, ut velut expressum cremorem ad venas cerebri emittant, atque inde derivent in oculorum sulcos, natura scilicet quod superfluum est repellente.

« Jesus ergo, ut vidit eam plorantem, et Judæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, et turbavit semetipsum. » Quoniam sicuti Deus

Francisci Scorsi notæ.

(92) *Passionum vacuitate.* Hic est vox ἀναισθησία περὶ τὰ πάθη quæ eodem recidit, atque ἀπάθεια, quæ est in hom. 24, unoque modo ac sensu ambæ utrobique accipiendæ, eo nimirum, de quo longius ibi disseruimus not. 67, col. 501: et sane proxime sequentibus verbis ipse se explicat, et aliud nihil per ἀναισθησίαν intelligere ostendit, quam affectionum, seu vitiosarum perturbationum purgationem. Ait enim: Νοεῖντο δ' ἂν πόδες Χριστοῦ ὅσα δυνατὸν νοεῖσθαι περὶ αὐτοῦ τῷ τῆς ὕλης ἑαυτὸν ἐκκαθαίροντι. *Porro per pedes Christi significari possunt ea quæ de ipso cognosci possunt ab eo, qui crassitiem terreni affectus purgarit.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

verus erat, ita etiam verus homo, et omnes nostras passiones quæ culpa carerent, per summam sui demissionem excepit, nunquam tamen iis nisi quando (93), et ubi, et quatenus voluit, concessit. Cum igitur turbata ad mœrorem vergeret sancta ipsius caro, non sinit eam ea passione vehementius affici, sed sancti Spiritus virtute quodammodo illam reprehendit et increpat (hoc enim est, infremuit), et ad mediocritatem reducit : quod erat placide lacrymari, et quantum ad prodendam naturam humanam satis esset. Non enim ploravit, sed lacrymatus est. Ploratui vero quædam conjungitur ejulatio. Lacrymatus est igitur, quoniam similitudinem quam cum homine habebat, non negat. Sed miscet humana divinis, et ut homo quidem fleret, nobis exemplum præbens, et modum ponens, quantum commiseratione flecti, et quantum pro mortuis stillare lacrymarum oporteat. Neque enim deflet Lazari mortem : qua enim ratione id faceret, cum sciret eum post paulo revicturum? sed ut eamdem se habere naturam (94) ostendat quam nos habemus, et uti exemplum prodat, ut dixi. Lacrymatur etiam ob peccati casum, in quem hominum natura devenit, ut morte opus esset ad expurgandam concretionem partis animæ ratione carentis. Lacrymatur etiam ob tenebras Judæorum, providens non solum eos tam admirabili signo in melius non mutandos, sed obduraturos magis ac magis exarsuros invidia. Lazari vero causa lacrymatur, non quod mortem obierit, sed quod revocandus in vitam. Justus enim cum fuisset, **169-179** * ac pius et amicus Christi laudabiliter

Α ὥσπερ ἀληθῶς ἦν θεὸς, οὕτω καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς, καὶ ὅσα ἐν ἡμῖν τῶν ἀδιαβλήτων εἰσὶ παθῶν συγκαταβατικῶς ὑπεδέξατο, οὐ μὴν ὑπ' αὐτῶν ἥττητο πώποτε, ἀλλ' ὅτε, καὶ ὅπου, καὶ ἐφ' ὅσον ἐβούλετο. Ταρασσομένης δὴ οὖν καὶ νευούσης πρὸς λύπην τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, οὐκ ἀφῆσιν τῷ τῆς λύπης πάθει γενέσθαι κατάφορον, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμει ἐπιτιμᾷ ταύτῃ, καὶ ἐπιπλήττει τρόπον τινά· τοῦτο γάρ ἐστι τό· « Ἐνεβριμήσατο· » καὶ μετάγει πρὸς τὸ μέτριον, ὅπερ ἦν τὸ ῥῆμα δακρῦσαι, καὶ ὅσον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐνδείξασθαι. Οὐ γὰρ ἔκλαυσεν, ἀλλ' ἐδάκρυσε· τῷ γὰρ κλαυθμῷ συνέζευκταί τις ὀλολυγή· ἐδάκρυσεν οὖν, ἐπειδὴ οὐκ ἀρνεῖται τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὁμοιότητα, ἀλλὰ μίγνυσι τοῖς θείοις τὰ ἀνθρώπινα.

Β Καὶ ὡς μὲν ἄνθρωπος δακρύει, τύπον παρέχων ἡμῖν, καὶ μέτρον ὁρίζων πόσου δεῖ ἐπικλᾶσθαι πρὸς οἶκτον, καὶ τοῖς κειμένοις ἐπιστάζειν τὸ δάκρυον· οὐ γὰρ τοῦ Λαζάρου δακρύει τὸν θάνατον· πῶς γὰρ, εἰδὼς ὡς μετὰ μικρὸν ἀναστήσεται; ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν δεικνὺς ὁμοούσιον, καὶ τύπον, ὡς εἶπον, ἡμῖν παρεχόμενος. Δακρύει δὲ καὶ τὴν ἐξ ἁμαρτίας πτῶσιν, ἐλεεινῶς τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων παρημαρτήσασαν, ὡς δεηθῆναι θανάτου τὴν προσαφθεῖσαν ἀλογίαν ἀποκαθαίροντος. Δακρύει δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν σκότωσιν προβλέπων, ὡς μόνον οὐ βελτιωθήσονται ἰδόντες τὸ θαῦμα τοῦτο τὸ παράδοξον, ἀλλὰ καὶ σκληρυνθήσονται ἐπὶ πλέον τὸν φθόνον ἐξάψαντες. Δακρύει δὲ καὶ τὸν Λάζαρον,

C οὐχ ὅτι ἀπέβιω, ἀλλ' ὅτι ἀναβιώσεται. Δίκαιος γὰρ ὢν, καὶ θεοσεβὴς, καὶ φίλος Χριστῷ, εὐκλεῶς ὑπ-

Francisci Scorsi notæ.

(93) *Nisi quando*, etc. Erant igitur affectus inferioris partis in Christo subjecti penitus superiori voluntati ipsius, unde et propassiones eas vocari ex S. Hieronymo docet S. Thomas, p. III, quam profecto veram doctrinam tradere videtur hic Noster cum ait Christum nunquam ab iis fuisse superatum, sed ubi, et quando, et quatenus voluit iis cessisse. Sed qui convenit quod mox subjungit, cum τὸ ἐμβριμῆσαι Christi declarans, ait infremuisse, hoc est virtute Spiritus reprehendisse et increpasse affectum vehementiorem, et ad mediocritatem eum reduxisse? Et sane ita intelligunt τὸ ἐμβριμῆσαι plerique ex Græcis, quos contestatur Cornelius et Maldonatus; nimirum Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theophylactus : quorum alii τὸ πνεύματι, divinitate, exponunt, alii virtute Spiritus sancti, ut Noster. S. Cyrilli verba describam quæ eadem fere sunt ac Nostri quæ ego excerpsi ex catena Græca in Joannem quam edidit Sebast. Card. soc. Jesu : Ἀρχομένης δέ πως ἐν αὐτῷ κινεῖσθαι τῆς λύπης, καὶ νευούσης ἤδη πρὸς τὸ δάκρυον τῆς ἁγίας σαρκὸς, οὐκ ἀφίησιν αὐτὴν τοῦτο παθεῖν ἐκλύτως, καθάπερ ἔθος ἡμῖν. Ἐμβριμεῖται δὲ τῷ πνεύματι, τοῦτ' ἔστι, τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιπλήττει τρόπον τινὰ τῇ ἰδίᾳ σαρκί. Ἡ δὲ τὸ τῆς ἐνωθείσης αὐτῇ θεότητος οὐκ ἐνεγκοῦσα, κίνημα τρομεῖται, καὶ θορύβου πλάττεται σχῆμα. Hoc est : *Suboriente autem ipsi luctu, et sacra ejus carne jam ad lacrymas vergente, minime illis more nostro habenas relaxavit; sed « infremuit spiritu, » id est, S. Spiritus virtute carnem suam quodammodo increpuit, quæ conjunctam sibi divinitatis motionem ferre non valens fremebat, et conturbationis speciem ferebat.* Sic Cyrillus, cum quo vides consentire Nostrum : sed huic explicationi obstare videtur quod jam tetigi supra, et notat Corn. noster quod videantur admittere affectus in Christo non voluntarios et violentos, qui tamen erant, ut diximus, omnino ipsius voluntati subjecti. Attamen cum tam aperte hanc veritatem Theophanes verbis paulo antecedentibus expresserit, ut jam notavimus, non censendus est ipse sibi paucis verbis repugnare; sed accipiendus est hoc sensu, eodemque interpretandus Cyrillus et alii, quos jam retuli ejusdem esse sententiæ; nimirum carnem Christi vergere quidem cœpisse ad dolorem et lacrymas viso Lazari sepulcro, non tamen sine ipsius permissu ac nutu, quod quamvis secundo loco non dicat hic auctor, tamen intelligendum est ex priore, ubi ait Christum nunquam fuisse victum, sed eos affectus habuisse in sua potestate, et quando et quatenus voluerit, eos remisisse. Postquam igitur dolorem voluntarie remisit, cum videret eum posse esse vehementiorem, iterum frenum habuit, tanquam sessor equi, qui cum habenas semel relaxavit, potest eas iterum suo arbitratu reducere. Atque hic est verus et solidus sensus hujus et aliorum Patrum, qui sine dubio nunquam dicere voluerunt Christum habuisse affectus prævenientes imperium rationis.

(94) *Eamdem habere naturam.* Græce, Τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν δεικνὺς ὁμοούσιον, ad verbum, *Consubstantialitatem cum nostra natura demonstrans.* De qua voce attributa Christo etiam ratione humanæ naturæ ex conc. Chalcedonensi, quæ adnotavi colligam in not. ad hom. 46.

* Saltus in paginis, non in textu. Nihil deest.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐξῆλθε τοῦ βίου τὸ στάδιον. Ἔμελλεν οὖν ἐν ἀναπαύσει ἔσεσθαι καὶ τιμῇ· « Δίκαιος γάρ, ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, φησὶν ὁ Σολομών, ἐν ἀναπαύσει ἔσται. » Μέλλων οὖν τοῦτον ἀναστῆσαι διὰ τὴν οἰκείαν δόξαν, ἐδάκρυσε, μονονουχὶ λέγων· Τὸν εἴσω τοῦ λιμένος ἐφορμισθέντα, πάλιν εἰς τὴν τοῦ βίου τρικυμίαν καλῶ; Τὸν ἤδη ἀγωνισάμενον καὶ στεφθέντα ἐπανελθεῖν ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας προτρέπομαι; Ἐρωτᾷ δέ· « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » οὐχ ὡς ἀγνοῶν, ἀλλ', ὡς ἔφην, τοῖς θεοπρεπέσι μιγνὺς τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἵνα προφάσει τοῦ τὸν τόπον ἀποδεῖξαι ἐφέψωνται πολλοί, καὶ τῷ θαύματι μαρτυρήσωσι. Πλαγίως δέ πως καὶ διὰ ἐπερωτήσεως ἐλέγχει Μαρίαν καὶ Μάρθαν, καθὼς ἡμῖν ἤδη προλέλεκται, μὴ τὴν ἴσην πίστιν ἐσχηκυίας τῇ Σουναμίτιδι· ἡ μὲν γὰρ καὶ τεθνηκότα τὸν παῖδα οὐκ ἔθαψεν, ἀλλ' ἐν τῇ κλίνῃ περικαλύψασα ζεούσῃ πίστει πρὸς τὸν προφήτην ἀνέδραμεν· αἱ δὲ θανέντα τὸν σύγγονον τῷ τάφῳ κατέκρυψαν, καίτοι ἐκείνη πρὸς ἄνθρωπον ᾤχετο τὸν Ἐλισσαῖον, αὗται πρὸς Θεόν.

« Ἰησοῦς πάλιν ἐμβριμησάμενος ἐν ἑαυτῷ ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον· ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. » Ἐμβριμησάμενος πάλιν τῇ λύπῃ ἐπιτιμᾷ, καὶ τῷ θανάτῳ δεσποτικοῦ φίλου κατατολμήσαντι. Τὸ μέντοι σπήλαιον ἐκεῖνο τὸ ἀφεγγὲς καὶ ὑπόγειον βίον τῶν ἀνθρώπων δηλοῖ, εἰς ὃν μετὰ τὴν πτῶσιν ἐλεεινῶς κατῳκίσθημεν, ἢ καὶ τὸ σκιῶδες γράμμα τοῦ νόμου. Ὁ δ' ἐπικείμενος λίθος τῆς ἀσαφείας τοῦ νόμου τὸ κάλυμμα. Διὰ τί δὲ οὐκ αὐτὸς αἴρει τὸν λίθον λόγῳ, ἢ καὶ τούτου ἐπικειμένου τὸν νεκρὸν ἐξανίστησιν; Ἐπειδὴ οὐκ ἀναγκαῖον ἐν τοῖς μὴ ἀναγκαίοις θαυματουργεῖν. Τοῦτο γὰρ φιλοτιμίας ἐστὶ περιττῆς. Ἄλλως τε τὸ ὑπ' αὐτῶν ἀρθῆναι τὸν λίθον, καὶ λίαν συνέφερεν, ἵνα τε τῆς δυσωδίας τοῦ ὀδωδότος αἰσθήσονται, καὶ ἵνα μὴ φάντασμα εἶναι τὸ γεγονὸς, ἢ ἄλλος ἀντ' ἄλλου ἀνίστασθαι. Διὰ τοῦτό φησιν· « Ἄρατε τὸν λίθον ὑμεῖς, » καὶ τὸν νεκρὸν θεάσασθε κείμενον, καὶ ὡς ἐξ ὕπνου τῇ φωνῇ ἀναθρώσκοντα· ἔχει δέ τινα καὶ τῆς αὐτῶν ἀπιστίας ὁ λόγος ὀνειδισμόν. Ἐπιτάττει γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἆραι τὸν λίθον τῆς πωρώσεως, τὸν μόλυβδον ἐπιβρίθοντα ταῖς ἐκείνων ψυχαῖς, ὡς μὴ ἐπιγνῶναι τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου παραγενόμενον. Ἆραι δὲ προτρέπει καὶ τοῦ νόμου τὸ κάλυμμα, ὡς ἂν περιεσκεμμένως περιαθρῆσαι τὰ ἐν αὐτῷ τεθεσπισμένα τῷ Πνεύματι. Μυστικωτέρῳ δὲ λόγῳ τὸ προωρισμένῳ τρόπῳ μέλλον γενέσθαι προεζωγράφησεν. Ὥσπερ γὰρ πρώην αὐτοῖς ἐπεφώνει· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, » οὕτω καὶ νῦν· Ἄρατε τὸν λίθον τοῦτον, περὶ ἑαυτοῦ τοῦτον λαλῶν. Ἤδει γάρ, ἤδει, ὡς τῷ ἡγεμόνι

A stadium hujus vitæ confecerat, adeoque quietis et honoris locum obtinuisse debuerat: « Justus enim, inquit Salomon, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit[45]: » cum igitur eum gloriæ suæ causa restituere oporteret ad vitam, lacrymatus est, ac modo non sic dicebat: Qui jam portum tenuit, eum ad decumanos vitæ hujusce fluctus iterum voco; qui jam decertavit et coronatus est, redire ad certamina jubeo. Interrogat vero: « Ubi posuistis eum? » non quod ignoret, sed ut ea quæ sunt humanæ naturæ (95), cum iis conjungat, quæ divinæ conveniunt, ut jam dicebam; utque per occasionem ostendendi loci consequantur multi, et miraculum testari possint. Oblique vero etiam per hanc interrogationem reprehendit quodammodo Mariam et Martham, ut paulo supra dictum a nobis est, quod non parem habuerint fidem, ac Sunamitis illa; hæc enim mortuum filium non sepelivit, sed obvolutum stragulis relinquens, ad prophetam ferventi fide cucurrit; hæ vero mortuum fratrem sepulcro condiderunt; et tamen illa ad Elisæum, qui homo erat, abiit, hæ ad Deum.

B

« Jesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: et lapis superpositus erat ei. » Infremens rursus mœrorem simul et mortem increpat (96), quod herilem amicum aggredi ausa esset. Spelunca vero illa tenebricosa et subterranea humanæ vitæ conditionem adumbrat, ad quam post lapsum miserabiliter velut in domicilium deducti fuimus, vel etiam litteram legis umbratilem; velamen vero, quod obscuram reddebat legem, signat superpositus lapis. Cur vero non ipse verbo lapidem tollit, vel non etiam ipso imposito mortuum excitat? Quoniam non est necesse in rebus non necessariis patrare miracula: hoc enim nimii honoris aucupandi causa fieri videretur. Alioquin etiam maxime e re erat, ut ab ipsis tolleretur lapis, et quo perciperent fœtidi graveolentiam, et ne apparens esse quod factum re ipsa fuerat: et alius pro alio suppositus resurgere videretur. Ideo ait: « Tollite vos lapidem, » et mortuum jacentem aspicite, et velut e somno voce consurgentem. Præ se fert etiam hæc oratio aliquam incredulitatis eorum exprobrationem. **180** Imperat enim, ut ab ipsis tollatur lapis obstinationis, qui plumbi instar eorum animas degravabat, et quominus Salvatorem ad mundi salutem jam advenisse cognoscerent, obstaculo erat. Præcepit etiam, ut legis operimentum tollant, et attente circumspiciant, quæ in ea divino Spiritu prædicta sunt. Ad hæc alia magis mystica ratione præfiguravit, quod præfinito modo eventurum erat. Sicut enim nuper illis occuparat dicere: « Solvite templum[46]; » sic etiam nunc,

C

D

[45] Sap. IV, 7. [46] Joan. II, 18.

Francisci Scorsi notæ.

(93) *Quæ sunt humanæ naturæ.* Eleganter idem ac breviter Naz. Ἐρωτᾷ ποῦ τίθεται Λάζαρος· ἄνθρωπος γὰρ ἦν. Ἀλλ' ἐγείρει Λάζαρον· Θεὸς γὰρ ἦν. *Interrogat ubi positus Lazarus, erat enim homo; suscitat Lazarum, erat quippe Deus.*

(96) *Mœrorem simul et mortem increpans.* Quod ad mœrorem attinet increpatum et coercitum diximus paulo supra, not. 93; alia vero hujus fremitus causa, quæ hic affertur, magis est mystica quam litteralis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Tollite lapidem hunc, de se ipso loquens. Scivit enim, scivit futurum, ut ad præsidem conclamarent : « Tolle, tolle; crucifige eum [47]; » præsentiat igitur ipsis, quod erat futurum. Tollite me lapidem angularem [48], quem vos quidem reprobastis, sed factus est in caput anguli [49], ut in unum parietem populos duos adnectat. Tollite ipsum, et crucifigite; mors enim ipsi non dominabitur. Et forsan etiam de hoc lapide Christo idem evangelista dicit, quod venit Maria ad monumentum, et lapidem sublatum invenit. Quod explicans inde Magdalena discipulis ait : « Tulerunt Dominum meum de monumento. »

Πρὸλέγει τοίνυν αὐτὸς τὸ ἐσόμενον. Ἄρατε τὸν λίθον τὸν ἀκρογωνιαῖον ἐμέ, ὃν ὑμεῖς μὲν ἀπεδοκιμάσατε, γέγονε δὲ εἰς κεφαλὴν γωνίας, εἰς ἓν τεῖχος συνάγας τοὺς δύο λαούς. Ἄρατε αὐτὸν, καὶ σταυρώσατε· θάνατος γὰρ αὐτοῦ οὐ κατακυριεύσει. Καὶ τάχα περὶ τούτου τοῦ λίθου Χριστοῦ ὁ αὐτὸς φησιν εὐαγγελιστὴς, ὡς ἦλθεν ἡ Μαρία ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον· ὃ δὴ σαφηνίσασα ἡ Μαγδαληνὴ λέγει τοῖς μαθηταῖς· « Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου. »

« Dicit ei Martha, soror ejus qui mortuus fuerat : Domine, jam fœtet; quatriduanus enim est. » Videtur quidem non credere Martha futurum miraculum. Quæ enim magna ac supra naturam sunt, non facile credere consuevit. Verumtamen etiam pro ea reverentia et honore, in quo Dominum habebat, non ferendum existimabat, ut ipse sepulcro appropinquaret, ne molestiam ex corpore jam in putredinem re olu'o sentiret. Gravis enim est, nec facile ferri vicinitas corporis jam putrescentis potest : nihil enim pejus tam infesto fœtore reperias. Accommodari etiam hoc dictum potest communi nostræ naturæ, quæ quasi quatriduo exacto ab Adamo usque ad Christum, juxta relatum a nobis supra intellectum, in ignorantiæ monumento jacuerat, et impietatis fœtorem odiosum exhalans, jam computruerat. Quod et David plorans dicebat : « Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ [50]. »

Λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ τεθνηκότος Μάρθα· Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι. » Δοκεῖ μὲν ἀπιστεῖν ἡ Μάρθα τῷ θαύματι. Τὰ μεγάλα γὰρ καὶ ὑπὲρ φύσιν εἰώθει μὴ ῥᾳδίως πιστεύεσθαι. Πλὴν ὅτι καὶ, ὑπὸ πλείστης αἰδοῦς καὶ τιμῆς, οὐκ ἀνεκτὸν ἡγεῖτο προσεγγίσαι τῷ τάφῳ τὸν Κύριον διὰ τὴν ἐγκειμένην ἀηδίαν τοῦ πρὸς φθορὰν διαῤῥεύσαντος σώματος. Φορτικὸν γὰρ καὶ δύσοιστον μυδώντος ἤδη σώματος πρόσεγγίσαι· κακοσμίας γὰρ οὕτω δεινῆς οὐ χεῖρον ἕτερον γένοιτ' ἄν. Ἁρμόσει δὲ ὁ λόγος καὶ ἐπὶ τῆς κοινῆς ἡμῶν φύσεως, ἥτις, ὡς τεθρήμερον διελθοῦσα τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Χριστοῦ κατὰ τὸν προσαποδοθέντα σκοπὸν, ἐν τῷ τῆς ἀγνοίας ἐβέβλητο μνήματι, τῇ δυσωδίᾳ τῆς ἀσεβείας ἀηδῶς ἐποζέσασα. Ὅ καὶ ὁ Δαβὶδ ὀδυρόμενος ἔλεγε· « Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. »

« Dicit ei Jesus : Nonne dixi tibi, quoniam si credideris videbis gloriam Dei? » Reprehendit eam, ut immemorem ejus, quod ante dixerat : « Resurget frater tuus. » Jam ut Patrem consubstantialem (97) sibi et æqualis honoris ostendat, prius **181** quidem, ubi audivit Lazarum ægrotare : Infirmitas hæc inquit, est ad gloriam Filii Dei; nunc vero, Si credideris, videbis gloriam Dei, quia nimirum una est gloria Patris et Filii.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ εἶπόν σοι ὅτι, ἐὰν πιστεύῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ; » Ἐπιπλήττει αὐτὴν ὡς ἐπιλαθομένην ὡς εἶπεν αὐτῇ, ὅτι « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου· » ἐμφαίνων δὲ τὸν Πατέρα ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον, πρότερον μὲν ἀκούσας, ὡς ὁ Λάζαρος ἀσθενεῖ, Ἡ ἀσθένεια, εἶπεν, αὕτη, ὑπὲρ τῆς δόξης ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· νῦν δέ φησιν· Ἐὰν πιστεύῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ μία δόξα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

« Jesus autem sublevatis sursum oculis dixit : Pater, gratias tibi ago, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis; sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti. » Quod oculos suos sustulit, et gratias egit Patri, ostendit non esse se contrarium Deo (98). Per ipsa vero orationis verba etiam æqua-

« Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε· Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου. Ἐγὼ δὲ ἤδειν ὅτι πάντα μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν παρεστῶτα εἶπον, ἵνα γνῶσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. » Διὰ μὲν τοῦ ἆραι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἄνω καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Πατρὶ δείκνυσιν ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος· διὰ δὲ τὸν λόγον τῆς εὐχῆς παρίστησι τὸ

[47] Joan. xix, 15. [48] Matth. xxi, 42. [49] Psal. cxvii, 22. [50] Psal. xxxvii, 6.

Francisci Scorsi notæ.

(97) *Ut Patrem consubstantialem.* Vox ὁμοούσιος hic Christo tribuitur ratione naturæ divinæ, quam eamdem numero ac Pater habet. Supra not. 94, eam de Christo usurpavit ratione naturæ humanæ, quam eamdem specie, ac nos, habet. Utrumque vero recte usurpari ex conc. Chalcedonensi planum est, de quo pluscula disseremus ad hom. 46, ut etiam paulo supra monui not. 94 hujus homiliæ.

(98) *Contrarium Deo.* Sic reddidi vocem ἀντίθεον hoc loco, quæ tamen contrariam etiam habet vim; nam et qui quasi alter est Deus, ἀντίθεος, et qui contrarius est Deo, ἀντίθεος. Quod ostendam ex pluribus scriptorum utriusque ordinis locis infra hom. 48, not. 69, quam vide. Interim hic affirmo sensum hujus loci esse, quem interpretatus sum παραφραστικῶς explicans auctoris verba. Christus enim, inquit ille, orans Patrem simul ostendit se non esse contrarium Deo, quod Judæi non raro objecerant, ut Joan. cap. 19 : *Non est hic homo a Deo, qui Sabbatum non custodit;* et ibidem : *Nos scimus, quia hic homo peccator est,* et aliter alibi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁμήτιμον. Οὐ γὰρ εἰσακουσθῆναι παρακαλεῖ κατὰ τὴν τῆς Μάρθας ὑπόληψιν, ἀλλ', « Οἶδα, φησίν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, » ὡς ὁμοουσίου τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὐ χρεία μοι εὐχῆς, ἀλλὰ διὰ τὸν παρεστῶτα λαὸν ταῦτα λαλῶ, ἵνα γνῶσιν ἰσοτιμίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Διὰ τούτων δὲ προτρέπεται καὶ ἡμᾶς εὐχαῖς ἱλεοῦσθαι τὸ Θεῖον ἀεί, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὀπτικὸν ἀῖρειν ἀπὸ τῶν χαμαιζήλων νοημάτων πρὸς τὸ ὕψος τῆς θεωρίας.

A litatem ostendit; non enim orat ut exaudiatur, ut Martha opinabatur, sed « Scio, inquit, quia semper me audis, » utpote consubstantialem Filium; nec mihi precatione opus est, sed propter circumstantem populum hæc dico, ut Patris et Filii æqualitatem intelligant. Ilis etiam verbis nos admonet, ut per preces propitium nobis Deum assidue faciamus, et mentis oculum a terrenis cogitationibus ad cœlestia contemplanda erigamus.

« Καὶ ταῦτα εἰπὼν, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε· Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Καὶ τὴν θυγατέρα Ἰαείρου ἐγηγερκὼς, καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας ἐζωοποιηκὼς, οὐ φαίνεται μεγάλῃ φωνῇ κεκραγώς, ἀλλὰ τῇ χειρὶ κεκρατηκὼς, καὶ ἡρέμα πεφωνηκὼς, τῇ μέν· « Ἡ παῖς, ἐγείρου· τῷ δέ· « Σὺ, λέγω, ἀνάστηθι. » Ἐνταῦθα δὲ διαπρύσιον κέκραγε. Διατί; Ὅτι ἐκείνων προσφάτως τεθνηκότων, ἐγγύς που τοῦ σώματος πατρῴα ἡ ψυχὴ (πατρικὴ γὰρ ἡμᾶς φωνὴ δυσωπεῖ, ὡς μέχρι τῆς τρίτης ἡμέρας ἡ ψυχὴ τὸ ἴδιον σῶμα ἐπισκέπτεται), τὴν δὲ Λαζάρου ψυχὴν μακρόθεν ποθὲν ἐκκαλούμενος, κέκραγε μεγάλῃ φωνῇ. Καὶ ἐπειδὴ προείρηκε τοῖς Ἰουδαίοις, « Ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται, » πληροῖ τὸ ἐπάγγελμα· καὶ διὰ τῆς ὑψηλῆς φωνῆς ζωὴν τῷ κειμένῳ χαρίζεται, ἵνα εἰδεῖεν ὅτι, ὥσπερ ὁ Πατὴρ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς, οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Αὕτη ἡ φωνὴ σαλπίσει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται. Τάχα δὲ καὶ τὸ ἐνεργὲς, καὶ μέγα, καὶ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ λόγου σημάναι βουλόμενός φησιν, ὡς ἐκραύγασε φωνῇ μεγάλῃ· τοσαύτη γάρ τις ἦν ἐν τῇ φωνῇ ἡ ἰσχὺς, ὥστε παρεῖθη μὲν τοῦ ᾅδου ἡ δύναμις, ἡ ψυχὴ δὲ θᾶττον ἐκ τῶν νεκάδων ἀνέθορε, τὸ δὲ διαλυθὲν ἤδη σῶμα ἰσχυρῶς τε ἐτετόνητο, καὶ διὰ

B

C

Hæc cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare, veni foras. » Et cum Jairi filiam excitavit, et cum viduæ filium vivum restituit, non legitur voce magna clamasse, sed manu eos tenens, et modica usus voce, illi quidem: « Puella, surge [51], » huic vero, « Tibi dico, surge [52], » hic vero vehementius clamavit. Quid hoc? Quod eorum qui recens erant mortui (99), vicina quodammodo corpori erat anima (terret enim nos horribili specie vox illa Patrum, quod nimirum ad tertium usque diem anima proprium corpus invisit), Lazari vero animam velut e longinquo revocarit, clamavit voce magna. Et quoniam prædixerat Judæis, « Quod venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent [53], » prædictionem implet, tum etiam per altam illam vocem vitam homini jam deposito redonat, ut intelligant, quod sicut Pater, ita et Filius, quos vult vivificat. Hæc vox resonabit extremo die, et mortui resurgent. Fortassis etiam efficacitatem, et vim, et potentiam loquendi significare Evangelista volens, clamasse voce magna dicit. Tanta enim in illa voce vis fuit, ut et inferorum potentia refracta sit, et anima celeriter ex mortuis exsiluerit, corpus vero jam resolutum coagmentatum fuerit et confirmatum; itaque

[51] Matth. IX, 25. [52] Luc. VII, 14. [53] Joan. V, 25.

Francisci Scorsi notæ.

Simul etiam ostendit se non modo ut hominem non esse contrarium Deo, sed ut Dei Filium illi se æqualem esse, cum ait: *Quia semper me audis*, nec indigere precatione ad Patrem, sed propter circumstantem populum ea uti.

99) *Quod eorum, qui recens erant mortui.* Cur Christus magna voce in revocando ab inferis Lazaro usus sit, causam eam afferunt nonnulli, ex interpretibus, quam etiam noster Cornel. a Lapide refert, et inter alias recipit; ut significaret scilicet se animam Lazari ex longinquo et remoto loco, ut puta ex limbo Patrum et centro terræ evocare. Theophylactus etiam aliquid addit singulare, ut nimirum ora gentilium refrenaret fabulantium in tumulis esse animas vita defunctorum: nam quasi foris eam advocat per clamorem. Eamdemque ferme causam hic Theophanes cum cæteris quæ infra congerit, adducit. Sed et innuit alium quemdam errorem vel anilem fabellam, quod intra triduum demortuorum animæ proprium corpus revisant, eo peracto longius abscedant. Sed eam non affirmando innuit, sed referendo solum et dubitando, quin etiam negando, si per interrogationem legantur ea verba, Ὅτι ἐκείνων προσφάτως τεθνηκότων, usque ad ἐκκαλούμενος. Et quidem per interrogationem esse legenda, monet exemplar Gal. in quo apposita interrogatio ad verbum, ἐκκαλούμενος, licet eam non præferant P. et V. codd. sed satis habui unius cod. auctoritatem; ut eam etiam in mea editione apponerem, quod sane ex meo solum sensu, quamvis sic existimassem, sine ulla auctoritate affingere non essem ausus. Fretus itaque ea scriptura G. cod., sic censeo legendum hunc locum; nam et facilis scribenti est notæ unius interrogationis omissio; et Theophanem alioqui doctum, et qui aliis harum homiliarum locis similes fabulas acriter refutare solet, ut hom. 33 videre est, non arbitror id ex suo dixisse consensu; cum etiam, hom. de filio viduæ nuper mortuo, contrarium doceat, animam scilicet illius ex subterraneis locis diversatam, ab iis a Christo fuisse revocatam. Ὁ μὲν, inquit ibi, ᾅδης ἐλέλυτο, ἡ δὲ ψυχὴ ἐκ τῶν νεκάδων ἀνέθορε. *Soluta sunt inferorum claustra, et ex mortuis prosilivit anima.* Vide quæ ibi adnotavimus not. 22. Verbum autem δυσωπεῖ eo modo, quo est a nobis redditum, usurpatur ab aliis scriptoribus, ut a Plutarcho in Solone: et etymol. suadet; dicitur enim a contrahenda fronte, nimirum quia hujusmodi κακῶς ἔχουσι τοὺς ὤπας. Etymol. magnum δυσωπεῖσθαι, ὑφοᾶσθαι, φοβεῖσθαι μεθ' ὑποψίας, terreri per aliquam suspicionem. Ex hoc igitur intellectu videtur ita propemodum Theophanes per illam parenthesim loqui; Hic a Patribus traditus nobis sermo, veluti quoddam puerile terriculamentum et φάντασμα, nos exterret, quod ad triduum usque animæ invisant corpora, a quibus excesserint.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omni ex parte perfectum **182** magnum hoc miraculum exstitit, quod erat supra naturam ac spem constitutum. Non enim extremum (1) aliquis spiritum agens ex morbo restitutus est, ut puer centurionis, neque puella nuper exstincta recipit vitam, ut archisynagogi filia; neque adolescens jamjam inferendus tumulo in integrum revocatur ex loculo, ut in civitate Naim, sed vir jam natu grandis, et jampridem mortuus, putrescente jam terræ corrosione, ac necessario defluente corpore, ad vitam uno vocis jussu revertitur, et qui ligatus erat institis prosilivit : nam quod colligatis jam manibus pedibusque, et sudario obvoluta facie, quod hoc, inquam, modo expedite ambularit miraculo fuit, non minus quam resurrexisse. Accedit etiam huic facto aliud quiddam admirabilius : quoniam enim mos Judæis erat myrrha et oleo condita corpora sepelire, ut diutius servarentur; hæc autem tenacia sunt, et difficile reglutinantur; conjicere hinc oportet quanta vis verborum fuerit, quæ hæc in corpore secrevit omnia : idcirco enim ab illis ipsis solvi eum qui revixerat, jubet : « Solvite, inquiens, hunc, et sinite abire, » ut nullus incredulitati relinqueretur locus, cum omnium sensuum testimonio confirmarentur. Propria quidem voce, qua sepulcrum indicantes dixerant : « Veni, et vide, » visu vero cum agnoverint mortuum, redivivumque spectarint; auditu præterea, cum magnam illam et auditu facillimam perceperint vocem : « Lazare, veni foras; » olfactu, cum sublato lapide graveolentiam persensissent; tactu demum, cum solverent eum qui manus pedesque revinctos et faciem sudario obtectam habebat. Magna igitur illa vox prædicationis evangelicæ significatio fuit, per quam humana natura, peccatorum vinculis manus pedesque constricta, et in sepulcro infidelitatis jacens, ad veram rediit vitam, sublato sudario ab oculis, hoc est, nube illa superposita, quæ animæ fulgores obscurat, quibus omnibus apostolorum ac discipulorum opera jam exsoluta, ad beatam vitam ambulandi facultatem recepit : opportunum etiam fuerit et ad intellectum magis accommodatum, ad mores traducere historiam, etiamsi longius sermo processerit.

Lazarus igitur mentis nostræ symbolum est et **183** quidem amicæ Christi, utpote creatæ ad ejus imaginem. Martha vero, quæ ex sua interpretatione (2) *laboriosa* est, corpus signat : Maria vero, quæ *dominam* sonat (3), animæ est symbolum, quæ sane domina est corporis. Quas profecto lamentari

A πάντων ἐτελεῖτο τὸ μέγα τοῦτο θαῦμα, καὶ ὑπερφυὲς καὶ ἀνέλπιστον. Οὐ γὰρ ἐκ νόσου τις ἀνέστη πρὸς αὐταῖς ὧν ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς, ὡς ὁ τοῦ ἑκατοντάρχου παῖς, οὐδὲ ζωποιεῖται παιδίον ἀρτιθανὲς, ὡς τὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγάτριον, οὐδὲ νεανίας μέλλων ἄρτι τῷ τάφῳ προσάγεσθαι πάλιν ἐκ τῆς σοροῦ ἀναλύεται, ὡς ἐν τῇ πόλει Ναΐν, ἀλλ' ἀνὴρ ἤδη ἔξωρος, καὶ νεκρὸς ἔωλος μυδῶντος ἐν τῷ ἑβρῶτι [σαπρῷ ?] τῆς γῆς, καὶ διαπίπτοντος ὑπ' ἀνάγκης τοῦ σώματος μιᾷ κλήσει πρὸς τὴν ζωὴν ἐπανέρχεται, καὶ ὁκειρίαις δεδεμένος ἐφήλατο. Τὸ γὰρ δεδέσθαι χεῖρας καὶ πόδας, καὶ σουδαρίῳ κεκαλύφθαι τὴν ὄψιν, καὶ βαδίζειν τροχαλῶς οὕτως ἔχοντα, θαῦμα ἦν οὐχ ἧττον τῆς ἀναστάσεως. Πρόσεστι τῷ πράγματι καὶ ἄλλο παραδοξότερον. Ἐπειδὴ γὰρ ἔθος τοῖς Ἰουδαίοις σμύρνῃ
B καὶ ἀλόῃ ἐνταφιάζειν εἰς τὸ διαρκέσαι τὰ σώματα τῶν νεκρῶν, κολλητικὰ δὲ ταῦτα καὶ δυσαπόσπαστα· στοχάσασθαι προσήκει πόση τις ἦν τοῦ λόγου ἡ δύναμις ἡ ταῦτα ῥᾳδίως τοῦ σώματος διακρίναντα. Διὰ τοῦτο γὰρ αὐτοὺς ἐκείνους λῦσαι τὸν ἀναβεβιωκότα ἐπιτάττει εἰπών· « Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν, » ὡς ἂν μὴ ἀπιστεῖν ἔχωσι βεβαιωθέντες διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων. Διὰ μὲν τῆς οἰκείας φωνῆς, ἧς τὸν τάφον ὑποδεικνύντες ἔλεγον· « Ἔρχου καὶ ἴδε, » διὰ δὲ τῆς ὄψεως, καὶ τὸν νεκρὸν ἐπεγνωκότες καὶ τὴν ἀνάστασιν θεασάμενοι, διὰ τῆς ἀκοῆς τῆς μεγάλης καὶ γεγωνοτέρας ἐνωτισθέντες φωνῆς· « Λάζαρε, δεῦρο ἔξω, » διὰ τῆς ὀσφρήσεως τῆς δυσωδίας ἐν τῷ αἴρειν τὴν λίθον αἰσθόμενοι, τῇ ἁφῇ,
C λύοντες τὸν δεδεμένον χεῖρας καὶ πόδας, καὶ σουδαρίῳ περικεκαλυμμένον τὸ πρόσωπον. Ἡ μεγάλη οὖν ἐκείνη φωνὴ τὸ εὐαγγελικὸν ἐσήμανε κήρυγμα, δι' οὗ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἡ χεῖρας καὶ πόδας δεδεμένη ταῖς τῶν ἁμαρτιῶν σειραῖς, καὶ κειμένη ἐν τῷ τῆς ἀπιστίας σορῷ, πρὸς τὴν ἀληθῆ μετῆλθε ζωὴν, περιαιρεθέντος τοῦ σουδαρίου ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, τουτέστι τοῦ ἐπιπροσθοῦντος νέφους, καὶ ζοφοῦντος τῆς ψυχῆς τὰς μαρμαρυγὰς, ἀφ' ὧν λυθεῖσα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ διδασκάλων, ἀφείθη πορεύεσθαι πρὸς τὴν μακαρίαν ζωήν. Καλὸν δ' ἂν εἴη, καὶ πρὸς ἠθικωτέραν ἔννοιαν τὴν ἱστορίαν μεταγαγεῖν, κἂν εἰς μῆκος ὁ λόγος ἐκτέταται.

Λάζαρος τοίνυν ἐστὶν ὁ ἡμέτερος νοῦς, φίλος ὢν
D τῷ Χριστῷ, ἅτε κατ' εἰκόνα ἐκείνου κτισθείς· Μάρθα δὲ ὡς ἑρμηνευομένη κοπιῶσα, τὴν σάρκα δηλοῖ. Μαρία δὲ ὡς κυρία, τῆς ψυχῆς ἐστι σύμβολον· δέσποινα γὰρ αὕτη τοῦ σώματος. Ἃς δέον θρηνεῖν, ὁπηνίκα εἰς τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον ὀλισθήσῃ ὁ νοῦς, συμ-

Francisci Scorsi notæ.

(1) *Non enim extremum.* Id etiam præclare Greg. Nyss. examinat hom. *De opif.* cap. 25 : Οὐδὲ γὰρ ἐκ νόσου τις ἀνίσταται χαλεπῆς, οὐδὲ πρὸς τελευταίαις ὧν ἀναπνοαῖς εἰς τὴν ζωὴν ἐπανάγεται· *Non enim ex difficili quispiam morbo restituitur : neque extremum agens spiritum reducitur in vita.*

(2) *Ex sua interpretatione.* Ὡς ἑρμηνεύεται, inquit hic Cerameus, non ex vi nominis, sed ex officio, scilicet quod illa ministeriis domesticis esset addicta; nam de etymo Marthæ adhuc quæro.

(3) *Quæ dominam sonat.* Mariæ nomen Chaldaica ac Syriaca dialecto significare dominam auditum est omnibus, quibus B. Mariæ Virginis auditæ sunt laudes מורי seu מורא seu מרן cum ן paragogico Dominus et Magister dicitur. Inde et femin. additis quibusdam punctis מרא domina, quæ voces ex Hebraico fonte מוֹרֶה derivari videntur, apud quos מוֹרֶה doctor ex themate יָרָה quod jaculari et ad scopum jacere et hinc docere יָרָה valet. Vide lexicon Pentaglotton.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παραλαβούσας μεθ' ἑαυτῶν ὡς Ἰουδαίους συνθρηνοῦντας τὴν τῶν ἑπταισμένων ἐξομολόγησιν. Τοῦτο γὰρ σημαίνεται διὰ τοῦ Ἰουδαίου ὀνόματος. Κλαίουσι γὰρ ἐπιστήσεται πάντως ὁ Κύριος, καὶ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου φωνήσει, καὶ τὴν πώρωσιν ἀρεῖ, καὶ καλέσει ἔξω τοῦ πτώματος τὸν νεκρὸν, καὶ ἀνενέργητον μένοντα ἐν ταῖς τέσσαρσι φωτιστικαῖς ἀρεταῖς, ὡς ἂν τὴν ἐπιζέσασαν ἁμαρτίαν ἐκτιναξάμενος, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων καὶ ἱερέων λυθεὶς, συνέστιος τῷ Σωτῆρι γένηται τὴν γνῶσιν τῆς ἁγίας Τριάδος μυούμενος, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνης πόθον ὁλοσχερῶς ἐπειγόμενος, ὅτι αὐτῇ πρέπει τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A convenit, quoties in mortem peccati prolapsa mens est : et quidem quasi complorantes Judæos peccatorum adhibere confessionem : hoc enim per nomen Judæorum (4) interpretatum est. Plorantibus enim aderit omnino Dominus, et per Evangelium clamabit, ac duritiem animæ tollet, et mortuum a lapsu revocabit, eumque qui nullum exercebat opus quatuor illarum virtutum, quæ illuminandi vim habent : ut peccatorum excussa putredine, et ab angelis sacerdotibusque absoluta in Salvatoris convivium recipiatur, ad sanctissimæ Triados cognitionem introducta, atque ad ejus amorem viribus omnibus contendens, cui convenit honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΚϚ'.

Εἰς τὴν Βαϊοφόρον ἑορτήν. — Ἐλέχθη δὲ ἐνώπιον τοῦ ῥηγὸς Ῥόγου.

Φαιδρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ συνέλευσις, λαμπρὰ τῆς πανηγύρεως ἡ συνάθροισις, οἷά τινα κόσμον ἄλλον συνάγουσα τὴν τοῦ βασιλέως προέλευσιν, ὃς ὁρᾶται νῦν προκαθήμενος, οὐ τοσοῦτον τῷ διαδήματι, ὅσον τοῖς κατορθώμασι φαιδρυνόμενος· μᾶλλον δὲ οὐ τοσοῦτον τοῖς κατορθώμασιν, ὅσον τῇ πρὸς Θεὸν πίστει κρατυνόμενος, δι' ἧς τοσούτων κατορθωμάτων γέγονεν αὐτουργός. Ἡ μὲν οὖν ἑορτὴ δυσὶν αὐγαζομένη μαρμαρυγαῖς, θεία τέ ἐστι καὶ βασιλική. Οἷς μὲν γὰρ τὴν σωτήριον προμηνύει ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ θανάτου κατάλυσιν, καὶ τὴν ἡμῶν ἐπανόρθωσιν, θείαις ἀκτῖσι πυρσεύεται. Οἷς δὲ ποικίλως αὐτὴν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς κατεκόσμησε τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, τῇ τῶν ἀρχιερέων ἐνδημίᾳ, τῇ τοῦ κλήρου ὑμνῳδίᾳ, τῇ παμπληθεῖ δημαγωγίᾳ, βασιλική ἐστιν ἡ πανήγυρις. Τίς οὖν ἔσται μοι λόγος πρὸς ἑκάτερα μεριζόμενος, καὶ τῷ ἑορτῆς μεγέθει κατάλληλος, καὶ βασιλικῇ δόξῃ ἁρμόδιος; ὡς νῦν γε τρέμω καὶ δέδοικα, ἱδρῶτι ῥαινόμενος, καὶ φόβῳ κρατούμενος, καὶ δειλίᾳ ἐχόμενος, καὶ τὴν ψυχὴν δειλαινόμενος, καὶ τὸν νοῦν κραδαινόμενος, καὶ τὴν καρδίαν παλλόμενος, καὶ τῆς φωνῆς τὸν τόνον ἀνακοπτόμενος, ὅτι βασιλικαῖς ἀκοαῖς ὑπαντλῶ λόγον ἁλμυρόν τε καὶ ἄποτον. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἡ χριστομίμητος γαληνότης τοῦ κράτους σου τοσαύτην ἐπεδείξατο συγκατάβασιν, ὡς ἐπήκοον ἑαυτὸν καθίσαι τῶν ἀμούσων ἡμῶν λόγων, καὶ μηδὲν ἐχόντων ἑράσμιον, ἰδού σοι καὶ πάλιν, ὡς δασμὸν ἐτήσιον τὸν λόγον προσάγομεν. Ἀλλὰ τὰς μὲν σὰς ἀρετὰς, ὦ βασιλεῦ, καὶ τὰς νίκας τὰς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὰς ἀριστείας, καὶ τὰ τρόπαια ἄλλος καιρὸς καὶ συγγραφαὶ διηγήσαντο καὶ διηγήσονται· καὶ ὅτι μάλιστα τὸ τὰ σὰ διηγεῖσθαι, ταὐτόν ἐστι μετρεῖν κοτύλῃ τὴν θάλασσαν. Νῦν δὲ περὶ τῆς ἑορτῆς ὁ λόγος θιασευέτω,

HOMILIA XXVI.

In solemnitatem Palmarum. — Dicta est coram rege Rogo (5).

Læta hujusce diei festi celebritas, nobilis et conferta frequentia concionis, cui ad conferendum aliud ornamentum imperatoris accessio facta est : qui nunc conspiciendus sedet, non tam diademate, quam claris facinoribus enitescens : seu potius non tam rebus præclare gestis, quam fide in Deum pollens potensque, per quam tanta facinora per se ipse fecit. Præsens igitur festum, duplicato splendore illustratum, et divinum et imperatorium est. Quatenus enim salutarem Domini Resurrectionem, mortisque depulsionem, ac nostram restitutionem prænuntiat, divinis præfulget radiis : quatenus vero multimodis illud pius imperator exornat et sua præsentia, et archiepiscoporum adventu, et sacro cleri concentu, et omnis populi congregata multitudine, imperatoria panegyris est. Quæ igitur mihi par utrique oratio suppetet, et diei **184** festi magnitudini, et imperatoriæ congrua majestati? quam nunc timeo et contremisco, sudore aspersus, pavore occupatus, reverentia detentus, pavente anima, nutante mente, et corde subsultante, intercluso etiam vocis sono, quod imperatoris auribus sermonem veluti salsugine amarum, et potui nequaquam idoneum haurio. Sed quoniam, quæ inest in potentia tua serenitas, ad Christi imitationem eo usque descendit, tantamque præ se demissionem tulit, ut inconcinnæ, nihilque delectabile habentis orationis meæ te præbueris auditorem, ecce tibi rursus, ut annuum tributum orationem afferimus. Verum tuas virtutes, imperator, et victorias a Deo datas, et præclara facinora, et tropæa aliud tempus, et scriptores alii celebravere hactenus, et celebrabunt quidem; præsertim cum tua percensere facinora idem sit, ac hemina mare dimetiri (6). Nunc vero

Francisci Scorsi notæ.

(4) *Per nomen Judæorum.* Aperta et certa notatio dictionis hujus Juda. Unde Judæi ; a verbo enim יָדָה confiteri יְהוּדָה Jehudah.

(5) *Dicta est coram*, etc. Hæc epigraphe, quæ in utroque V. C. et aliis, excepto Gall., habetur, quomodo sit corrigenda et accipienda, et de quo imperatore in hujus homiliæ exordio agatur, disputatum est Proœm. II, § 6, ubi de tempore quo hic Cerameus floruit, agitavimus quæstionem.

(6) *Hemina mare dimetiri.* De hoc adagio et significatione nominis hujus, *hemina*, dixi ad hom. 4, not. 78, ubi quæ pars mensuræ sit κοτύλη, et hemina, quam consule si libet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

de die in diem exsultans (7) *inchoetur* oratio, et verba in Evangelio lecta commemoret ad temporis angustias accommodata [85].

In illo tempore : « Cum appropinquasset Jesus Hierosolymam, et venisset Bethphage, ad montem Oliveti, tunc misit duos discipulos, dicens eis : Ite in castellum, quod contra vos est ; et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea ; solvite, et adducite mihi. » Cum sæpenumero Hierosolymam venisset Dominus, et uti mos illius erat, pedes iter ferisset, novum nunc fausta cum acclamationibus, et gloria, et pompa a lornat ingressum. Quoniam enim quæ divino consilio disposita fuerant, jam ad exitum perducta erant, et passio præ foribus erat, et crux apparebat, et ipse cum aliis mirabilibus editis operibus, tum præsertim extracto ex inferni faucibus Lazaro, victorem se mortis ostenderat, quod erat reliquum, post tropæa atque victorias, ut imperator exercitu stipatus intrat in urbem : ac simul prophetarum implet oracula, simul vocationem gentium præfigurat. Etenim Patriarcha Jacob alligare ipsum dixit [86] *ad vitem pullum suum, et ad helicem pullum asinæ suæ* (8); *et magnus ille David puerorum acclamationes ante prospicions, sic ait : « Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* [86]. » *Manifestius vero præcinuit* **185** *Zacharias ipsum jumento insidentem, venturum in Sion : « Dicite, inquit, filiæ Sion : Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, et ascendens super asinam et pullum filium subjugalis* [86]. »

Quid vero, o propheta, non tu ipse hæc dicis filiæ Sion, sed per alios nuntiari jubes? Quoniam ego quidem, inquit, percuperem spectator esse gloriæ illius, sed prohibet rerum ordo præstitutus. Gratulor vero iis qui ad ea tempora deventuri sunt; et hæc novæ Sioni præcipio. Filia vero Sionis Ecclesia est, jam diu sitiens Deum hominem fieri.

καὶ τῶν ἀναγνωσθεισῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν ἐπιτρέχῃ ἐπιμεμηκόσι, τοῦ τῆς ὥρας στενοῦ καταστοχαζόμενος.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, Ὅτε ἤγγισεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθεν εἰς Βηθφαγὴ, πρὸς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τότε ἀπέστειλε δύο μαθητὰς, λέγων αὐτοῖς· Ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες τὸν πῶλον ἀγάγετέ μοι. » Πολλάκις εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐλθὼν ὁ Σωτὴρ, πεζὴν τὴν πορείαν ποιούμενος, ὡς ἔθος αὐτῷ, καινοτέραν ἄρτι καὶ τὴν εἰσέλευσιν, μετ' εὐφημιῶν, καὶ δόξης, καὶ προπομπῆς εἰσερχόμενος. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ τῆς οἰκονομίας πέρας ἤδη ἐλάμβανε, καὶ τὸ πάθος ἐπὶ θύραις ἦν, καὶ ὁ σταυρὸς ἐγειτνίαζεν, αὐτὸς δὲ ταῖς ἄλλαις θαυματουργίαις, καὶ τὸν Λάζαρον ἐκσπάσας τῆς τοῦ ᾅδου γαστρὸς, τῷ θανάτου νικητὴς ἐγκρημάτισεν, εἴσεισι λοιπὸν εἰς τὴν πόλιν, οἷα βασιλεὺς μετὰ τρόπαια, καὶ νίκας δορυφορούμενος· ὁμοῦ τε τὰ τοῖς προφήταις τεθεσπισμένα πληρῶν, καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν ὑποτυπῶν. Ὁ μὲν γὰρ πατριάρχης Ἰακὼβ δεσμεύειν αὐτὸν εἶπεν εἰς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. Ὁ δὲ μέγας Δαβὶδ τὰς τῶν παίδων εὐφημίας προβλέπων, οὕτω φησίν· « Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. » Ἐκδηλότερον δὲ καὶ Ζαχαρίας προχρησμῳδεῖ, ἔκχυτον αὐτὸν ἥκειν ἐν τῇ Σιών· « Εἴπατε, λέγων, τῇ θυγατρὶ Σιών· Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. »

Τί οὖν, ὦ προφῆτα, οὐκ αὐτὸς ταῦτα λέγεις τῇ θυγατρὶ Σιών, ἀλλ' ἄλλοις προτρέπεις εὐαγγελίζεσθαι; Ἐπειδὴ ἐγὼ μὲν, φησὶν, ἐμειρόμην τὴν δόξαν ἐκείνην ἰδεῖν, ἀλλ' ἡ ὡρισμένη ἀκολουθία ἐκώλυσε. Συνευφραίνομαι δὲ τοῖς τότε καταντήσουσι, καὶ τῇ νέᾳ Σιὼν ταῦτα ἐγκελεύομαι. Θυγάτηρ δὲ τῆς Σιὼν ἡ Ἐκκλησία ἐστὶν ἡ πάλαι διψῶσα τὴν τοῦ Θεοῦ

[85] Matth. xxi, 1 seqq. [86] Gen. xlix, 11. [86] Psal. viii, 3. [86] Zachar. ix, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(7) *Exsultans*, etc. Utitur hic auctor verbo θιασεύτω, quod a Gregor. Nazianz. mutuatus est, apud quem et quidem solum id verbum legitur : Ἄγε δὴ λοιπὸν ἡμῖν ὁ λόγος ἐντεῦθεν θιασεύτω, καὶ πῶς δεῖ τὸ θεῖον ὑπολαμβάνειν ςασκέτω. Ductum est, ut ego arbitror a θίασος, quod nomen sacrorum est apud profanos scriptores et chorum sacrum, Baccho præsertim, significat. Etymol. magnum : Θίασος λέγεται ὁ χορὸς παρὰ τὸ θεῖα ᾄδειν, ἢ ἀπὸ τοῦ θεῖν, ὃ ἐστι θεύειν, ὅθεν θιασώτας λέγουσι τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον. *Thiasus dicitur chorus a canendis divinis, hoc est* θεῖα ᾄδειν. *Unde thiasotæ Dionysii, id est Bacchi comites et sacerdotes.* Hæc Etym. Ad eam exprimendam nominis vim addidi in mea versione : *Exsultans inchoetur*, cum Billius verterit apud Gregor. Nazianz. simpliciter, *inchoetur*. Sed allusus est, ut dixi, in ea voce ad alacritatem bacchantium; recteque jam ad præsentem orationem transfert orator, in qua de turbis Christum sequentibus triumphantem. Confirmat hanc meam ὑπόνοιαν, quod in Thesauro Græco ita explicatur vis hujus verbi θιασεύω. Idem est fere quod pompatice et thiasi more egredior et progredior, quamvis non dissimularim a Budæo ibidem videri in θιασεύτω atque ἐξαρχέτω.

(8) *Ad helicem pullum asinæ suæ*. Quod in editione Vulgata cap. xlix, habemus : *Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem, o fili mi, asinam suam;* LXX habent, primo quidem ἄμπελον quæ est *vitis;* secundo ἕλικι, quam vocem hic, seu potius integram sententiam ita verti, ut exstat etiam in Latina editione Sixtina LXX, quod sæpe, ut monui, jam ab initio ex notis hom. primæ facere coactus sum. Eamdem vocem, ἕλικι, vertit etiam S. Cyprianus, *Adversus Judæos*, lib. i, *helicen*, Latina ex Græco facta, ut notatur in illa versione Sixt. et Cornelius a Lapide in hunc versiculum Gen. xlix advertit. Ἕλιξ vero quid sit, docet Etym. magnum : Ἕλιξ λέγεται καὶ τὸ τῆς ἀμπέλου νευρῶδες ἔκφυμα, ὃ ἐπιλαμβάνεται τοῦ χάρακος παρὰ τὸν ἑλίξω μέλλοντα· *Est scilicet surculus ille, sive clavicula, qua vitis suo se stipiti ac palo astringit, et circumvolvit. Vitis enim*, inquit Tullius, De senect. : *quæ natura cadua est, et nisi fulta sit ad terram fertur, eadem, ut se erigat clavículis suis, quasi manibus, quidquid nacta est, complectitur.* Hac itaque voce verterunt LXX Hebraicam שֹׂרֵקָה quæ vitem optimam et electam signat, et ita vertit Symmachus. Nostra editio simpliciter *vitem*. Vide interpretes.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐνανθρώπησιν· τοῦτο γὰρ ἡ Σιὼν ἑρμηνεύεται. Αὕτη γὰρ τῷ τῆς εἰδωλολατρείας καταφρυγεῖσα φλογμῷ, ἐδίψα διακαῶς τοῦ ζῶντος ὕδατος γεύσασθαι. Ἀλλὰ τίς ποτε ἦν ἡ κατέναντι κώμη, κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, πρὸς ἣν στέλλεται τῶν μαθητῶν ἡ δυάς; (Τὸ γὰρ τῆς ἱστορίας ὡς ἐγνωσμένον πᾶσι παρήσομεν.) Τίς οὖν ἄλλη, ἢ οὗτος ὁ κόσμος, ὁ δι' ἁμαρτίας ἀποστὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπεναντίας γενόμενος; Ὥσπερ οὖν ἐν ἐκείνῃ τῇ κώμῃ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐκπέμπονται, τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον κομίσοντες, οὕτως ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ προφῆται καὶ ἀπόστολοι στέλλονται τοὺς ἐκ περιτομῆς καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῷ Χριστῷ διὰ πίστεως ἄγοντες. Εἰ δὲ δεσμοῖς ὁ πῶλος ἐν τῷ ἀμφόδῳ ἐδέδετο, οὐδὲ τοῦτό ἐστιν ἀνακόλουθον. Ἔξωθεν γὰρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ἀμφὶ τὴν πλατεῖαν ἔδον καὶ εὐρύχωρον ἐδεσμοῦντο τὰ ἔθνη ταῖς τῶν ἁμαρτημάτων σειραῖς. Ἐδέδετο δὲ καὶ ἡ ὄνος· ταῖς γὰρ ἐντολαῖς τοῦ νόμου καθάπερ δεσμοῖς οἱ Ἰουδαῖοι συνείχοντο. Καλῶς δὲ τῆς θεωρίας ὁ λόγος τὸν μὲν πῶλον εἰς τύπον ἔλαβε τῶν ἐθνῶν· ἀτάκτως γὰρ τὰ ἔθνη ἐφήλατο εἰς ἀσεβείας καὶ πράξεις αἰσχρὰς, καθάπερ πῶλος μήπω χαλινῷ δαμασθεὶς, μηδ' ἐφεστρίδα τοῖς νώτοις δεξάμενος· ἦγε μὴν ὄνος τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐδήλου συναγωγήν. Ἠχθηφόρει γὰρ καὶ αὕτη τὰ τοῦ νόμου φορτία, ὑπὸ τὸν ζυγὸν οὖσα τῆς νομικῆς δουλείας, καὶ ὡς φορβιὰν φοροῦσα τὰ τῶν ἐντολῶν διατάγματα. Ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ κελεύσαντος ἀμφότεροι λύονται πρὸς μίαν πίστιν δεσμούμενοι· καὶ οὕτω κατὰ τὴν Πατριαρχικὴν προφητείαν, δεσμεύει πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ. Ἄμπελος γὰρ ὁ ἐξ Ἰσραὴλ, περὶ ὧν φησιν ὁ ψαλμός· « Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας. » Ἐν ταύτῃ οὖν τῇ ἀμπέλῳ τὸν ἐθνικὸν λαὸν συνδεσμεῖ ταῖς εὐαγγελικαῖς ἐντολαῖς. Ἐπικάθηται δὲ ἐν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, τῶν ἀποστόλων ὑποστρωσάντων αὐτῷ τὰ ἱμάτια. Νοεῖς δὲ πάντως διὰ τῶν ἱματίων τὸν εὐσχήμονα βίον, τὸν ἐπικοσμοῦντα τὸ ἦθος διὰ τῆς εὐπρεποῦς καταστάσεως. Ταῦτα τὰ ἱμάτια ἐνέδυσαν ἡμᾶς οἱ ἀπόστολοι, καὶ βοᾷ Παῦλος· « Ἐνδύσασθε τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. »

« Ἐπικαθίσας δὲ τοῖς ζώοις ὁ Κύριος εἰσεισιν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ὅσοι γὰρ αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς ἐδέξαντο διὰ θεωρίας καὶ πράξεως, εἰς τὴν ἄνω εἰσάγονται Ἱερουσαλὴμ, τὴν ὄντως ἁγίαν πόλιν, ἐν ᾗ τῆς εἰρήνης ἡ ὅρασις. Ἱερουσαλὴμ γὰρ εἰρήνης ὅρασις

A Hæc nempe est Sionis interpretatio (9). Ipsa enim idololatriæ æstu jam torrida aquam vivam gustare ardentissime sitiebat. Sed quodnam est, juxta anagogicum sensum, castellum e regione positum, quo mittitur discipulorum par? Quid enim sit juxta historiam, tanquam notum dicere omitto. Quid igitur aliud nisi hic mundus, qui per peccatum a Deo disjunctus et ex adverso oppositus erat? Sicut igitur in castellum illud Petrus et Joannes, asinam et pullum deducturi mittuntur, ita in hunc mundum prophetæ et apostoli missi sunt, ut eos qui ex circumcisione, quique ex gentibus erant, per fidem adducerent. Quod si pullus in bivio vinculis alligatus est, neque hoc a proposito est alienum. Etenim gentes extra fidem Ecclesiæ circa latam et

B patentem viam peccatorum catenis devinctæ tenebantur. Deligata etiam erat asina: præceptis siquidem legis quasi vinculis Judæi cohibebantur. Recte vero ad gentes signandas pulli similitudo allegorica ratione sumpta est. Nam sine ordine ac modo, per impietatem et turpia facta gentes, quasi pullus nondum freno jedomitus, quique nondum vestem humeris exceperat; asina vero Synagogam indicat Judæorum. Nam etiam ipsa sub legalis servitutis jugo cum esset, legis oneribus premebatur, et præceptorum observatione quasi capistro tenebatur. Sed, jubente Christo, ambo solvuntur et in una fide colligantur: et ita juxta patriarchæ prædictionem ligat ad vineam pullum suum. Vinea

C est enim quicunque ex Israel gente, de qua cecinit Psalmus: « Vineam de Ægypto transtulisti [87]. » Ad hanc ergo vineam præceptis evangelicis gentilem populum alligat. Sedet porro super has Dominus (10) **186** apostolorum veste substrata. Atque intelligis, credo, per vestimenta honestam vitam, quæ ut decet instituta mores exornat. His vestibus nos induerunt apostoli, siquidem clamat Paulus: « Induite arma lucis, sicut in die honeste ambulemus [87*]. »

Jam vero insidens jumentis Dominus Hierosolymam intrat; quotquot enim ipsum per contemplationem actionemque in se ipsis receperunt, in supernam Jerusalem introducuntur, eam quæ vere est civitas sancta, et pacis visio: Jerusalem quippe

[87] Psal. xix, 9. [87*] Rom. xiii, 19.

Francisci Scorsi notæ.

(9) *Sionis interpretatio.* A radice inusitata עיה deducta vox עיה siccitatem, aut locum desertum et sitiendosum signat; indidemque ציון sitis. A verbo etiam Chaldaico et Syriaco צהה et צהא siccus fuit, et per metalepsim sitivit, ut in lexico Pentaglotto, deduci potest interpretatio τοῦ ציון *sionis.*

(10) *Sedet porro super has Dominus.* An Dominus super utrumque jumentum asinam scilicet et pullum insederit; quod videtur aperte dicere S. Matth.; an vero super asinum modo, ut D. Lucas et Marcus, qui de eo solum faciunt mentionem, quæstio est, quam exagitat egregie Maldonatus

D noster. Sunt ex Patribus qui utroque vicissim vectum autument Christum; et prius quidem asina, post vero pullo; idque mysterii gratia, eo quod asina Judaicum populum, in quo sederit prius, pullus gentilem denotet, in quem, relicto Judaico, se transtulit. Laudantur in hanc sententiam S. Thom., Remigius, Serabus, Hugo, Theophyl. In eumdem numerum accensetur et Noster, tum quoad historiam, seu litteralem sensum, cum ait: Ἐπικάθηται δὲ ἐν αὐτοῖς ὁ Χριστός, et paulo infra: Ἐπικαθίσας δὲ ἐν ζώοις ὁ Κύριος, tum quoad allegoriam, quam eleganter persequitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

visio pacis (11) dicitur. Pueri vero hymnis Dominum celebrant : quoniam, nisi innocentia abundemus, Dominum ut decet laudare non possumus. Præterea qui præcedebant quique sequebantur, justos insinuant, quique ante Incarnationem Christi, quique post exstiterunt. Abraham enim et orti ab illo capite patriarchæ, et prophetarum chorus præcessit, qui sane per symbola ac prophetias adventum Christi prænuntiarunt. Sequebantur vero Petrus, et Andreas, et Matthæus, et Joannes, et Philippus, quibus ante jam dixerat : « Sequimini me; » et etiam nunc sequuntur, qui per illos credunt.

A ἑρμηνεύεται. Παῖδες δὲ ὑμνοῦσι τὸν Κύριον· εἰ μὲ γὰρ τὴν τῶν παίδων ἀκακίαν κτήσωμεν, οὐ πρεπόντως δυνάμεθα ὑμνῆσαι τὸν Κύριον. Οἱ προάγοντες δὲ καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες τοὺς πρὸ τῆς Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα δικαίους αἰνίττονται. Προῆγε μὲν Ἀβραὰμ, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ πατριάρχαι, καὶ ἡ χορεία τῶν προφητῶν, οἵτινες διὰ συμβόλων καὶ προῤῥήσεων τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν κατήγγειλαν. Ἠκολούθουν δὲ Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας, καὶ Ματθαῖος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Φίλιππος, οἷς ἐπεφώνει· « Ἀκολουθεῖτέ μοι, » καὶ οἱ μέχρι νῦν δι' ἐκείνων πιστεύοντες.

Studeamus igitur et nos, o Christianissime cœtus, per rectam fidem et sancta opera insidentem in B nobis Dominum portare. Imitemur etiam sinceritate mentis pueros illos ; præcidamus ex arboribus ramos, verba scilicet excerpentes (12) e sanctis Patribus et magistris, quasi spiritualibus arboribus secus decursus aquarum Spiritus sancti plantatis. Ab his plantis doctrinam rationemque vivendi decerpamus. Sternamus nobis ipsis vitæ nostræ iter : vitam scilicet Christi institutioni, qua præcedendo, qua subsequendo consentaneam transigi a nobis ostendamus. Sanctos discipulos æmulemur : ut Petrus et Joannes quidem per contemplationem actionemque asinam et pullum, iram scilicet et cupiditatem e castello ejiciamus, easque a terrenis cogitationibus exsolutas ad Christi obedientiam traducamus. At vero cæterorum discipulorum ritu C corpus, quod est veluti quoddam animæ vestimentum, Christo substernamus. Christo vero substernitur cum per continentiam extenuatur ; plantis hisce similes, quas gestamus in manibus (13), nos præstemus : arbores Libani **187** existimemur, in odorem suavitatis Deo opera nostra proferentes ; plantemur ut oliva fructifera in domo Dei. Vides olivæ plantam, uti semper viret, nec unquam foliorum operimenta dimittit ? Tales et nos esse vult Dominus, ut et virtutibus ornemur, et quasi oleum fructum misericordiæ feramus. Est etiam optimum factu palmas imitari. Sicut enim palmæ candidissimum quidem cor (14), truncus vero procerus, et frondes excelsæ : sic et justorum animæ puræ et D candidæ, et usque ad cœli altitudinem eriguntur. Quod si etiam palma abundat aculeis (15), habent

Σπουδάσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ὦ Χριστιανικώτατον ἄθροισμα, δι' ὀρθῆς πίστεως καὶ πράξεων εὐσεβῶν ἐν ἑαυτοῖς φέρειν τὸν Κύριον ἔποχον. Μιμησώμεθα τοὺς παῖδας ἐκείνους τῇ τῆς γνώμης ἀκεραιότητι. Τοὺς κλάδους ἐκ τῶν δένδρων ἐκκόψωμεν, τοὺς λόγους ἀναλεγόμενοι τῶν νοητῶν δένδρων, τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων, τῶν πεφυτευμένων παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων τοῦ Πνεύματος. Ἐκ τούτων τῶν φυτῶν τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν πολιτείαν δρεψώμεθα, καὶ ἐπιστρώσωμεν ἑαυτοὺς τὴν τοῦ βίου ὁδὸν προάγοντα, καὶ ἀκολουθοῦντα τὸν βίον τῇ κατὰ Χριστὸν πολιτείᾳ δεικνύοντες. Ζηλώσωμεν τοὺς ἱεροὺς μαθητάς, ὡς μὲν Πέτρος καὶ Ἰωάννης διὰ θεωρίας καὶ πράξεως ἐκ τῆς κώμης τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον ἐκβάλλοντες, τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκ τοῦ τὰ κοσμικὰ φρονεῖν ἀπολύοντες, καὶ εἰς ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ μεταφέροντες, ὡς δὲ οἱ λοιποὶ μαθηταὶ ὑποστρωννύντες τὸ σῶμα, τὸ τῆς ψυχῆς ἱμάτιον. Ὑποστρώννυται δὲ τῷ Χριστῷ, ὅταν αὐτὸ δι' ἐγκρατείας λεπτύνωμεν. Γενώμεθα καθάπερ ταυτὶ τὰ φυτὰ, ὧν τοὺς κλάδους ἐν χερσὶν ἐπιφέρομεν· δένδρα Λιβάνου χρηματίσομεν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τὰς πράξεις ἡμῶν τῷ Θεῷ ἀναφέροντες. Φυτευθῶμεν, ὡς ἐλαία κατάκαρπος, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ. Ὁρᾷς τὸ τῆς ἐλαίας φυτὸν ὅπως εὐθαλές ἐστι, μηδέποτε τὴν τῶν φύλλων ἀποβάλλων πετάλωσιν ; Οὕτως ἡμᾶς ὁ Κύριος βούλεται κατακόσμους εἶναι ταῖς ἀρεταῖς, καὶ καρπὸν φέρειν τὴν ἐλεημοσύνην, ὡς ἔλαιον. Καλὸν ζηλῶσαι ἡμᾶς τοὺς φοίνικας· ὡς γὰρ τοῦ φοίνικος λευκοτάτη μέν ἐστιν ἡ καρδία, εὔμηκες δὲ τὸ στέλεχος καὶ ὑψίκομον, οὕτως αἱ τῶν δικαίων ψυχαὶ καθαραὶ, καὶ λευκαὶ, καὶ περὶ τὰ οὐράνια ὕψη ἀνατεινόμεναι· εἰ καὶ

Francisci Scorsi notæ.

(11) *Visio pacis.* Etymon est vulgo notum. Verba Hebraica sunt רָאָה videre et שָׁלוֹם pax.

(12) *Excerpentes.* P. c. ἀνελόμενοι, G. ἀναλεγόμενοι, quem ut veriorem secutus sum.

(13) *Quas gestamus in manibus.* Nota ritum gestandi palmas in manibus, quam sit antiquus, quo Ecclesia Romana hodieque utitur, et relege præterea quæ scripsimus in Proœmio II, § 6, de voce βαΐφόροι qua Græci hanc diem palmarum indigitant.

(14) *Candidissimum quidem cor.* Καρδίαν palmæ appellat hic Cerameus medullam illius, eodem omnino nomine quo Theophrastus, quam itidem ἐγκάρδιον et μήτραν, et μυελὸν, Galenus etiam ἐγκέφαλον vocat. Id nimirum, quod medium est in ligno, tertium a cortice. Plinius et medullam, et cerebrum : *Dulcis medulla earum*, inquit, *in cacumine, quod cerebrum appellant, exemptaque ea vivunt*, apud Ruellium in *Hist. plantarum*, quæ consonat cum his quæ hic erudite noster.

(15) *Abundat aculeis. Ramos*, inquit Ruell., *palma cacumine tantum in orbem spargit suo vertice terram spectantes, foliis longissimis duplicibus gladii figura.* Hæc acuminata folia vocat aculeos Theophrastus cum σκώλοπας vocat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σκολόπων ὁ φοίνιξ ἐμπέπλησται, ἀλλὰ καὶ τοῖς δικαίοις ἔνεισι σκόλοπες οἱ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἔλεγχοι, καθάπου καὶ εἴρηται, « Σοφῶν λόγοι ὡς βούκεντρα. » Διὰ τοῦτο Δαβὶδ ἐν Ψαλμοῖς, καὶ Σολομὼν ἐν τῷ Ἄσματι, φοίνικι τὸν δίκαιον παρεικάζουσι. Ὡς γὰρ τοῦ φοίνικος ὁ καρπὸς γλυκὺς μὲν ἔξωθεν καὶ ἐδώδιμος, ἔσωθεν ἰσχυρὸς, ὅτι μάλιστα, καὶ στερέμνιος, οὕτω καὶ ἡμεῖς εἶναι ὀφείλομεν γλυκεῖς πρὸς τοὺς ὁμοφύλους, πάσης πικρίας καὶ φθόνου, καὶ θυμοῦ ἀμοιροῦντες, ἑδραῖοι δὲ τὰς ψυχὰς, καὶ πρὸς τοὺς πειρασμοὺς ἰσχυροὶ, καὶ ἀνένδοτοι, καὶ μηδαμοῦ καταπίπτοντες, ἵνα ῥηθῇ καὶ ἑκάστῳ ἡμῶν · « Δίκαιος ὡς φοίνιξ ἀνθήσει, καὶ ὡσεὶ ὁ λίβανος πληθυνθήσεται. » Προετοιμασθῶμεν ὑπαντῆσαι Χριστῷ, κατὰ τὴν λαμπροφόρον ἀνάστασιν, καθαραῖς ἐλλαμπόμενοι πράξεσιν, ὑπευχόμενοι τὸ θεοφρούρητον κράτος τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἡμῶν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ διαμένειν ἀσάλευτον, ἐντείνεσθαι καὶ κατευωδοῦσθαι ὑπὸ Θεοῦ τοῦ κοσμήσαντος τοῦτον σοφίᾳ, καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ βασιλικῷ διαδήματι, ἐν βαθεῖ τε γήρει τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν τῆς ἐπὶ γῆς ἀνταλλάξασθαι · ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A etiam justi stimulos, cum peccatores scilicet reprehendunt, sicut alicubi dicitur : « Verba sapientum sicut stimuli [58]. » Ideo David [59] in Psalmis, et in Cantico Salomon [60] palmæ justum assimilant. Sicut enim palmæ dulcis est fructus extimus et esculentus, intimus vero durus et quam qui maxime ligneus, sic et nos erga proximos jucundi, omnis amaritudinis, et invidiæ, et iracundiæ expertes esse, sed in animo firmi et stabiles, et adversus tentationes fortes, et invicti non facile cedere atque concidere debemus : ita ut de singulis nostrum dici possit : « Justus ut palma florebit; et sicut libanus multiplicabitur [61]. » Ad occursum Christi nos comparemus recte factis uti puris lampadibus in illustri resurrectione prælucentes. Oremus etiam, ut piis- B simi imperatoris (16) nostri imperium a Deo defensum, filiis etiam ejus permaneat incoucussum : ut intendat, et prospere Dei ope procedat, qui hunc sapientia, et fortitudine, et imperatorio diademate exornavit, ut in summa senectute regnum hoc terrenum cum cœlesti commutet; quod utinam nos omnes consequamur in Christo Jesu, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΖ'.

Εἰς τὸ τίμιον τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ Πάθος.

Ἴσως μὲν ἐπαχθὴς δόξω πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ φορτικὸς, ὅτι δι' ὅλης νυκτὸς ἐν τῇ στάσει καὶ τῇ ψαλμῳδίᾳ κεκοπιακόσιν ὑμῖν ὡς φορτίον ἐπιφέρω τὴν τῆς διδασκαλίας ἀκρόασιν. Ἀλλὰ σύγγνωτέ μοι ἀπλήστως ἔχοντι πρὸς τὴν ὑμῶν προκοπὴν · καὶ τὴν προθυμίαν ἐπιτείνατε, ἵνα πλέον κερδάνητε. Εἰ γὰρ οἱ θεοστυγεῖς Ἰουδαῖοι δι' ὅλης ἠγρύπνησαν τῆς νυκτὸς, ὥστε συλλαβεῖν καὶ σταυρῶσαι τὸν Κύριον, πῶς ἡμεῖς οὐ γρηγορήσομεν, ἵνα τῶν ὑμνηθέντων ἡμῖν καὶ ἀναγνωσθέντων ἱερῶν Εὐαγγελίων τὸν σκοπὸν καταμάθωμεν; Τοιγαροῦν ἀποτινάξαντες πᾶσαν ἀκηδίαν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῖς λεγομένοις προσέχετε.

Ἐπειδὴ τοῦ μυστικοῦ δείπνου τοὺς ἱεροὺς δαιτύμονας ὁ Σωτὴρ ἐνεφόρησεν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἱερουρ-

188 HOMILIA XXVII.

In pretiosam Jesu Christi Passionem (17).

Molestus et gravis fortasse videar charitati vestræ, quod per totam noctem stando et canendo defatigatis hujus etiam sermonis auditionem quasi C alterum onus vobis imponam. Verum ignoscite mihi, qui vestro satiari profectu non possum; et quo plus lucri faciatis, studium mentis intendite. Si enim Dei osores Judæi totam pervigilavere noctem, ut Dominum comprehenderent et crucifigerent, qui non vigilare nos convenit, ut sanctorum Evangeliorum, quæ lecta et decantata sunt nobis, intelligentiam consequamur? Quam ob rem, omni excusso tædio animum ad hæc quæ dicentur, advertite [62].

Postquam Salvator sacros convivas mystica cœna satiavit, cum ipse se sacrificium fecisset (18), et

[58] Eccl. XII, 11. [59] Psal. XCI, 13. [60] Cant. V, 11. [61] Psal. XCI, 13. [62] Matth. XXVI, 36 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(16) *Ut piissimi imperatoris.* De quo imperatore hic facta mentionem disputatum est in Prœm. II, § 4, de ritu vero bene precandi imperatoribus hom. 4, not. 84, col. 203.

(17) *In pretiosam*, etc. Inscriptio quam edidi, eruta est ex cod. Folient. qui Parisiis asservatur. Alii codd. Εἰς τὰ ιϑ' Εὐαγγέλια τοῦ σωτηρίου Πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In duodecim Evangelia salutiferæ Passionis Domini nostri Jesu Christi.* Alii, Εἰς τὰ Εὐαγγέλια. Sed hæc duodecim sunt, ut ex altero lemmate et ex Evangelistario constat, quæ Græci ritu suo legunt in hebdomada Passionis, quod et in fine Prœmii hujus homiliæ dicitur. Constat etiam ex Triodio, quod citat Gretserus noster lib. III, Comment. in Cod. *De offic.* cap. 7, ubi hæc habet : *Duodecim ista Evangelia erant partes*, etc., *quatuor evangelistis desumptæ, ut planum fit ex Græcorum Triodio, ubi duodecim hæc evangelia ordine enumerantur, adjuncto evangelistæ, ex quo quodlibet desumptum est, nomine, Feria quinta in offic. Vigiliæ pro festo Parasceves instituæ leguntur.* De his loquitur Cod. citatus, cap. 12 : Ἔπειτα ψάλλεται ἡ τῆς ἀγρυπνίας ἀκολουθία κατὰ τὸν τεταγμένον καιρὸν καϑ' ἣν ἀναγινώσκονται τὰ δώδεκα εὐαγγέλια· τότε τῷ μὲν βασιλεῖ δίδοται λαμπὰς παρὰ τοῦ πρωτοπαπᾶ. *Deinde præstituto tempore canitur officium Vigiliæ, in quo leguntur duodecim evangelia ; tunc imperatori a protopapa lampas traditur.*

(18) *Se sacrificium fecisset.* Ita Gregor. Nyssen. orat. 1, *de Resurr.* vocat τὸν ἄῤῥητον τῆς ἱερουργίας τρόπον καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄῤῥατον· *Arcanum sacrificii modum ; et qui ab hominibus videri non possit.* Et *de Christo :* Καὶ ἑαυτὸν προσήνεγκε προσφορὰν καὶ θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἱερεὺς ἅμα καὶ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν. *Se ipsum*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

verus erat, ita etiam verus homo, et omnes nostras passiones quæ culpa carerent, per summam sui demissionem excepit, nunquam tamen iis nisi quando (93), et ubi, et quatenus voluit, concessit. Cum igitur turbata ad mœrorem vergeret sancta ipsius caro, non sinit eam ea passione vehementius affici, sed sancti Spiritus virtute quodammodo illam reprehendit et increpat (hoc enim est, infremuit), et ad mediocritatem reducit : quod erat placide lacrymari, et quantum ad prodendam naturam humanam satis esset. Non enim ploravit, sed lacrymatus est. Ploratui vero quædam conjungitur ejulatio. Lacrymatus est igitur, quoniam similitudinem quam cum homine habebat, non negat. Sed miscet humana divinis, et ut homo quidem flet, nobis exemplum præbens, et modum ponens, quantum commiseratione flecti, et quantum pro mortuis stillare lacrymarum oporteat. Neque enim deflet Lazari mortem : qua enim ratione id faceret, cum sciret eum post paulo revicturum? sed ut eamdem se habere naturam (94) ostendat quam nos habemus, et uti exemplum prodat, ut dixi. Lacrymatur etiam ob peccati casum, in quem hominum natura devenit, ut morte opus esset ad expurgandam concretionem partis animæ ratione carentis. Lacrymatur etiam ob tenebras Judæorum, providens non solum eos tam admirabili signo in melius non mutandos, sed obduraturos magis ac magis exarsuros invidia. Lazari vero causa lacrymatur, non quod mortem obierit, sed quod revocandus in vitam. Justus enim cum fuisset, **169-179** * ac pius et amicus Christi laudabiliter

Α ὥσπερ ἀληθῶς ἦν Θεὸς, οὕτω καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς, καὶ ὅσα ἐν ἡμῖν τῶν ἀδιαβλήτων εἰσὶ παθῶν συγκαταβατικῶς ὑπεδέξατο, οὐ μὴν ὑπ' αὐτῶν ἥττητο πώποτε, ἀλλ' ὅτε, καὶ ὅπου, καὶ ἐφ' ὅσον ἐβούλετο. Ταρασσομένης δὴ οὖν καὶ νευούσης πρὸς λύπην τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, οὐκ ἀφῆσιν τῷ τῆς λύπης πάθει γενέσθαι κατάφορον, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμει ἐπιτιμᾷ ταύτῃ, καὶ ἐπιπλήττει τρόπον τινά· τοῦτο γάρ ἐστι τό· « Ἐνεβριμήσατο· » καὶ μετάγει πρὸς τὸ μέτριον, ὅπερ ἦν τὸ ῥῆμα δακρῦσαι, καὶ ὅσον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐνδείξασθαι. Οὐ γὰρ ἐκλαυσεν, ἀλλ' ἐδάκρυσε· τῷ γὰρ κλαυθμῷ συνέζευκταί τις ὀλολυγή· ἐδάκρυσεν οὖν, ἐπειδὴ οὐκ ἀρνεῖται τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὁμοιότητα, ἀλλὰ μίγνυσι τοῖς θείοις τὰ ἀνθρώπινα.

Β Καὶ ὡς μὲν ἄνθρωπος δακρύει, τύπον παρέχων ἡμῖν, καὶ μέτρον ὁρίζων πόσου δεῖ ἐπικλᾶσθαι πρὸς οἶκτον, καὶ τοῖς κειμένοις ἐπιστάζειν τὸ δάκρυον· οὐ γὰρ τοῦ Λαζάρου δακρύει τὸν θάνατον· πῶς γὰρ, εἰδὼς ὡς μετὰ μικρὸν ἀναστήσεται; ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν δεικνὺς ὁμοούσιον, καὶ τύπον, ὡς εἶπον, ἡμῖν παρεχόμενος. Δακρύει δὲ καὶ τὴν ἐξ ἁμαρτίας πτῶσιν, ἐλεεινῶς τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων παρομαρτήσασαν, ὡς δεηθῆναι θανάτου τὴν προσαφθεῖσαν ἀλογίαν ἀποκαθαίροντος. Δακρύει δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν σκότωσιν προβλέπων, ὡς μόνον οὐ βελτιωθήσονται ἰδόντες τὸ θαῦμα τοῦτο τὸ παράδοξον, ἀλλὰ καὶ σκληρυνθήσονται ἐπὶ πλέον τὸν φθόνον ἐξάψαντες. Δακρύει δὲ καὶ τὸν Λάζαρον,

C οὐχ ὅτι ἀπεβίω, ἀλλ' ὅτι ἀναβιώσεται. Δίκαιος γὰρ ὢν, καὶ θεοσεβὴς, καὶ φίλος Χριστῷ, εὐκλεῶς ὑπ-

Francisci Scorsi notæ.

(93) *Nisi quando*, etc. Erant igitur affectus inferioris partis in Christo subjecti penitus superiori voluntati ipsius, unde et propassiones eas vocari ex S. Hieronymo docet S. Thomas, p. III, quam profecto veram doctrinam tradere videtur hic Noster cum ait Christum nunquam ab iis fuisse superatum, sed ubi, et quando, et quatenus voluit iis cessisse. Sed qui convenit quod mox subjungit, cum τὸ ἐμβριμῆσαι Christi declarans, ait infremuisse, hoc est virtute Spiritus reprehendisse et increpasse affectum vehementiorem, et ad mediocritatem eum reduxisse? Et sane ita intelligunt τὸ ἐμβριμῆσαι plerique ex Græcis, quos contestatur Cornelius et Maldonatus; nimirum Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theophylactus : quorum alii τὸ πνεύματι, divinitate, exponunt, alii virtute Spiritus sancti, ut Noster. S. Cyrilli verba describam quæ eadem fere sunt ac Nostri quæ ego excerpsi ex catena Græca in Joannem quam edidit Sebast. Cord. soc. Jesu : Ἀρχομένης δέ πως ἐν αὐτῷ κινεῖσθαι τῆς λύπης, καὶ νευούσης ἤδη πρὸς τὸ δάκρυον τῆς ἁγίας σαρκὸς, οὐκ ἀφῆσιν αὐτὴν τοῦτο παθεῖν ἐκλύτως, καθάπερ ἔθος ἡμῖν. Ἐμβριμεῖται δὲ τῷ πνεύματι, τοῦτ' ἔστι, τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιπλήττει τρόπον τινὰ τῇ ἰδίᾳ σαρκί. Ἡ δὲ τὸ τῆς ἐνωθείσης αὐτῇ θεότητος οὐκ ἐνεγκοῦσα, κίνημα τρομεῖται, καὶ θορύβου πλάττεται σχῆμα. Hoc est : *Suboriente autem ipsi luctu, et sacra ejus carne jam ad lacrymas vergente, minime illis more nostro habenas relaxavit; sed « infremuit spiritu, » id est, S. Spiritus virtute carnem suam quodammodo increpuit, quæ conjunctam sibi divinitatis motionem ferre non valens fremebat, et conturbationis speciem ferebat.* Sic Cyrillus, cum quo vides consentire Nostrum : sed huic explicationi obstare videtur quod jam tetigi supra, et notat Corn. noster quod videantur admittere affectus in Christo non voluntarios et violentos, qui tamen erant, ut diximus, omnino ipsius voluntati subjecti. Attamen cum tam aperte hanc veritatem Theophanes verbis paulo antecedentibus expresserit, ut jam notavimus, non censendus est ipse sibi paucis verbis repugnare; sed accipiendus est hoc sensu, eodemque interpretandus Cyrillus et alii, quos jam retuli ejusdem esse sententiæ; nimirum carnem Christi vergere quidem cœpisse ad dolorem et lacrymas viso Lazari sepulcro, non tamen sine ipsius permissu ac nutu, quod quamvis secundo loco non dicat hic auctor, tamen intelligendum est ex priore, ubi ait Christum nunquam fuisse victum, sed eos affectus habuisse in sua potestate, et quando et quatenus voluerit, eos remisisse. Postquam igitur dolorem voluntarie remisit, cum videret eum posse esse vehementiorem, iterum frenum habuit, tanquam sessor equi, qui cum habenas semel relaxavit, potest eas iterum suo arbitratu reducere. Atque hic est verus et solidus sensus hujus et aliorum Patrum, qui sine dubio nunquam dicere voluerunt Christum habuisse affectus prævenientes imperium rationis.

(94) *Eamdem habere naturam.* Græce, Τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν δεικνὺς ὁμοούσιον, ad verbum, *Consubstantialitatem cum nostra natura demonstrans.* De qua voce attributa Christo etiam ratione humanæ naturæ ex conc. Chalcedonensi, quæ adnotavi colligam in not. ad hom. 46.

* Saltus in paginis, non in textu. Nihil deest.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εξῆλθε τοῦ βίου τὸ στάδιον. Ἔμελλεν οὖν ἐν ἀναπαύσει ἔσεσθαι καὶ τιμῇ· « Δίκαιος γὰρ, ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, φησὶν ὁ Σολομὼν, ἐν ἀναπαύσει ἔσται. » Μέλλων οὖν τοῦτον ἀναστῆσαι διὰ τὴν οἰκείαν δόξαν, ἐδάκρυσε, μονονουχὶ λέγων· Τὸν εἴσω τοῦ λιμένος ἐφορμισθέντα, πάλιν εἰς τὴν τοῦ βίου τρικυμίαν καλῶ; Τὸν ἤδη ἀγωνισάμενον καὶ στεφθέντα ἐπανελθεῖν ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας προτρέπομαι; Ἐρωτᾷ δέ· « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » οὐχ ὡς ἀγνοῶν, ἀλλ', ὡς ἔφην, τοῖς θεοπρεπέσι μιγνὺς τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἵνα προφάσει τοῦ τὸν τόπον ἀποδεῖξαι ἐφέψωνται πολλοὶ, καὶ τῷ θαύματι μαρτυρήσωσι. Πλαγίως δέ πως καὶ διὰ ἐπερωτήσεως ἐλέγχει Μαρίαν καὶ Μάρθαν, καθὼς ἡμῖν ἤδη προλέλεκται, μὴ τὴν ἴσην πίστιν ἐσχηκυίας τῇ Σουναμίτιδι· ἡ μὲν γὰρ καὶ τεθνηκότα τὸν παῖδα οὐκ ἔθαψεν, ἀλλ' ἐν τῇ κλίνῃ περικαλύψασα ζεούσῃ πίστει πρὸς τὸν προφήτην ἀνέδραμεν· αἱ δὲ θανέντα τὸν σύγγονον τῷ τάφῳ κατέκρυψαν, καίτοι ἐκείνη πρὸς ἄνθρωπον ᾤχετο τὸν Ἐλισσαῖον, αὗται πρὸς Θεόν.

« Ἰησοῦς πάλιν ἐμβριμησάμενος ἐν ἑαυτῷ ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον· ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. » Ἐμβριμησάμενος πάλιν τῇ λύπῃ ἐπιτιμᾷ, καὶ τῷ θανάτῳ δεσποτικοῦ φίλου κατατολμήσαντι. Τὸ μέντοι σπήλαιον ἐκεῖνο τὸ ἀφεγγὲς καὶ ὑπόγειον βίον τῶν ἀνθρώπων δηλοῖ, εἰς ὃν μετὰ τὴν πτῶσιν ἐλεεινῶς κατῳκίσθημεν, ἢ καὶ τὸ σκιῶδες γράμμα τοῦ νόμου. Ὁ δ' ἐπικείμενος λίθος τῆς ἀσαφείας τοῦ νόμου τὸ κάλυμμα. Διὰ τί δὲ οὐκ αὐτὸς αἴρει τὸν λίθον λόγῳ, ἢ καὶ τούτου ἐπικειμένου τὸν νεκρὸν ἐξανίστησιν; Ἐπειδὴ οὐκ ἀναγκαῖον ἐν τοῖς μὴ ἀναγκαίοις θαυματουργεῖν. Τοῦτο γὰρ φιλοτιμίας ἐστὶ περιττῆς. Ἄλλως τε τὸ ὑπ' αὐτῶν ἀρθῆναι τὸν λίθον, καὶ λίαν συνέφερεν, ἵνα τε τῆς δυσωδίας τοῦ ὀδωδότος αἰσθήσονται, καὶ ἵνα μὴ φάντασμα εἶναι τὸ γεγονὸς, ἢ ἄλλος ἀντ' ἄλλου ἀνίστασθαι. Διὰ τοῦτό φησιν· « Ἄρατε τὸν λίθον ὑμεῖς, » καὶ τὸν νεκρὸν θεάσασθε κείμενον, καὶ ὡς ἐξ ὕπνου τῇ φωνῇ ἀναθρώσκοντα· ἔχει δέ τινα καὶ τῆς αὐτῶν ἀπιστίας ὁ λόγος ὀνειδισμόν. Ἐπιτάττει γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἆραι τὸν λίθον τῆς πωρώσεως, τὸν μόλυβδον ἐπιβρίθοντα ταῖς ἐκείνων ψυχαῖς, ὡς μὴ ἐπιγνῶναι τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου παραγενόμενον. Ἆραι δὲ προτρέπει καὶ τοῦ νόμου τὸ κάλυμμα, ὡς ἂν περιεσκεμμένως περιαθρῆσαι τὰ ἐν αὐτῷ τεθεσπισμένα τῷ Πνεύματι. Μυστικωτέρῳ δὲ λόγῳ τὸ προωρισμένῳ τρόπῳ μέλλον γενέσθαι προεζωγράφησεν. Ὥσπερ γὰρ πρώην αὐτοῖς ἐπεφώνει· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, » οὕτω καὶ νῦν· Ἄρατε τὸν λίθον τοῦτον, περὶ ἑαυτοῦ τοῦτον λαλῶν. Ἤδει γὰρ, ἤδει, ὡς τῷ ἡγεμόνι

A stadium hujus vitæ confecerat, adeoque quietis et honoris locum obtinuisse debuerat: « Justus enim, inquit Salomon, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit [45]: » cum igitur eum gloriæ suæ causa restituere oporteret ad vitam, lacrymatus est, ac modo non sic dicebat: Qui jam portum tenuit, eum ad decumanos vitæ hujusce fluctus iterum voco; qui jam decertavit et coronatus est, redire ad certamina jubeo. Interrogat vero: « Ubi posuistis eum? » non quod ignoret, sed ut ea quæ sunt humanæ naturæ (95), cum iis conjungat, quæ divinæ conveniunt, ut jam dicebam; utque per occasionem ostendendi loci consequantur multi, et miraculum testari possint. Oblique vero etiam per hanc interrogationem reprehendit quodammodo Mariam et Martham, ut paulo supra dictum a nobis est, quod non parem habuerint fidem, ac Sunamitis illa; hæc enim mortuum filium non sepelivit, sed obvolutum stragulis relinquens, ad prophetam ferventi fide cucurrit; hæ vero mortuum fratrem sepulcro condiderunt; et tamen illa ad Elisæum, qui homo erat, abiit, hæ ad Deum.

« Jesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: et lapis superpositus erat ei. » Infremens rursus mœrorem simul et mortem increpat (96), quod herilem amicum aggredi ausa esset. Spelunca vero illa tenebricosa et subterranea humanæ vitæ conditionem adumbrat, ad quam post lapsum miserabiliter velut in domicilium deducti fuimus, vel etiam litteram legis umbratilem; velamen vero, quod obscuram reddebat legem, signat superpositus lapis. Cur vero non ipse verbo lapidem tollit, vel non etiam ipso imposito mortuum excitat? Quoniam non est necesse in rebus non necessariis patrare miracula: hoc enim nimii honoris aucupandi causa fieri videretur. Alioquin etiam maxime e re erat, ut ab ipsis tolleretur lapis, et quo perciperent fœtidi graveolentiam, et ne apparens esse quod factum re ipsa fuerat: et alius pro alio suppositus resurgere videretur. Ideo ait: « Tollite vos lapidem, » et mortuum jacentem aspicite, et velut e somno voce consurgentem. Præ se fert etiam hæc oratio aliquam incredulitatis eorum exprobrationem. **180** Imperat enim, ut ab ipsis tollatur lapis obstinationis, qui plumbi instar eorum animas degravabat, et quominus Salvatorem ad mundi salutem jam advenisse cognoscerent, obstaculo erat. Præcepit etiam, ut legis operimentum tollant, et attente circumspiciant, quæ in ea divino Spiritu prædicta sunt. Ad hæc alia magis mystica ratione præfiguravit, quod præfinito modo eventurum erat. Sicut enim nuper illis occuparat dicere: « Solvite templum [46]; » sic etiam nunc,

[45] Sap. IV, 7. [46] Joan. II, 18.

Francisci Scorsi notæ.

(93) *Quæ sunt humanæ naturæ.* Eleganter idem ac breviter Naz. Ἐρωτᾷ ποῦ τίθεται Λάζαρος· ἄνθρωπος γὰρ ἦν. Ἀλλ' ἐγείρει Λάζαρον· Θεὸς γὰρ ἦν. *Interrogat ubi positus Lazarus, erat enim homo; suscitat Lazarum, erat quippe Deus.*

(96) *Mœrorem simul et mortem increpans.* Quod ad mœrorem attinet increpatum et coercitum diximus paulo supra, not. 93; alia vero hujus fremitus causa, quæ hic affertur, magis est mystica quam litteralis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Tollite lapidem hunc, de se ipso loquens. Sciebat enim, sciebat futurum, ut ad præsidem conclamarent : « Tolle, tolle; crucifige eum [47]; » prænuntiat igitur ipsis, quod erat futurum. Tollite me lapidem angularem [48], quem vos quidem reprobastis, sed factus est in caput anguli [49], ut in unum parietem populos duos adnectat. Tollite ipsum, et crucifigite; mors enim ipsi non dominabitur. Et forsan etiam de hoc lapide Christo idem evangelista dicit, quod venit Maria ad monumentum, et lapidem sublatum invenit. Quod explicans inde Magdalena discipulis ait : « Tulerunt Dominum meum de monumento. »

« Dicit ei Martha, soror ejus qui mortuus fuerat : Domine, jam fœtet; quatriduanus enim est. » Videtur quidem non credere Martha futurum miraculum. Quæ enim magna ac supra naturam sunt, non facile credere consuevit. Verumtamen etiam pro ea reverentia et honore, in quo Dominum habebat, non ferendum existimabat, ut ipse sepulcro appropinquaret, ne molestiam ex corpore jam in putredinem resoluto sentiret. Gravis enim est, nec facile ferri vicinitas corporis jam putrescentis potest : nihil enim pejus tam infesto fœtore reperias. Accommodari etiam hoc dictum potest communi nostræ naturæ, quæ quasi quatriduo exacto ab Adamo usque ad Christum, juxta relatum a nobis supra intellectum, in ignorantiæ monumento jacuerat, et impietatis fœtorem odiosum exhalans, jam computruerat. Quod et David plorans dicebat : « Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ [50]. »

« Dicit ei Jesus : Nonne dixi tibi, quoniam si credideris videbis gloriam Dei? » Reprehendit eam, ut immemorem ejus, quod ante dixerat : « Resurget frater tuus. » Jam ut Patrem consubstantialem (97) sibi et æqualis honoris ostendat, prius **181** quidem, ubi audivit Lazarum ægrotare : Infirmitas hæc inquit, est ad gloriam Filii Dei; nunc vero, Si credideris, videbis gloriam Dei, quia nimirum una est gloria Patris et Filii.

« Jesus autem sublevatis sursum oculis dixit : Pater, gratias tibi ago, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis; sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti. » Quod oculos suos sustulit, et gratias egit Patri, ostendit non esse se contrarium Deo (98). Per ipsa vero orationis verba etiam æqua-

κεκράξονται · « Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. » Προλέγει τοίνυν αὐτοῖς τὸ ἐσόμενον. Ἄρατε τὸν λίθον τὸν ἀκρογωνιαῖον ἐμέ, ὃν ὑμεῖς μὲν ἀπεδοκιμάσατε, γέγονε δὲ εἰς κεφαλὴν γωνίας, εἰς ἕνα τοῖχον συνάψας τοὺς δύο λαούς. Ἄρατε αὐτὸν, καὶ σταυρώσατε · θάνατος γὰρ αὐτοῦ οὐ κατακυριεύσει. Καὶ τάχα περὶ τούτου τοῦ λίθου Χριστοῦ ὁ αὐτός φησιν εὐαγγελιστής, ὡς ἦλθεν ἡ Μαρία ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον · ὃ δὴ σαφηνίσασα ἡ Μαγδαληνὴ λέγει τοῖς μαθηταῖς · « Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου. »

« Λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ τεθνηκότος Μάρθα · Κύριε, ἤδη ὄζει · τεταρταῖος γάρ ἐστι. » Δοκεῖ μὲν ἀπιστεῖν ἡ Μάρθα τῷ θαύματι. Τὰ μεγάλα γὰρ καὶ ὑπὲρ φύσιν εἰώθει μὴ ῥᾳδίως πιστεύεσθαι. Πλὴν ὅτι καὶ, ὑπὸ πλείστης αἰδοῦς καὶ τιμῆς, οὐκ ἀνεκτὸν ἡγεῖτο προσεγγίσαι τῷ τάφῳ τὸν Κύριον διὰ τὴν ἐγκειμένην ἀηδίαν τοῦ πρὸς φθορὰν διαῤῥεύσαντος σώματος. Φορτικὸν γὰρ καὶ δύσοιστον μυδῶντος ἤδη σώματος προσεγγίσαι · κακοσμίας γὰρ οὔτω δεινῆς οὐ χεῖρον ἕτερον γένοιτ' ἄν. Ἁρμόσει δὲ ὁ λόγος καὶ ἐπὶ τῆς κοινῆς ἡμῶν φύσεως, ἥτις, ὡς τεθρήμερον διελθοῦσα τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Χριστοῦ κατὰ τὸν προσαποδοθέντα σκοπὸν, ἐν τῷ τῆς ἀγνοίας ἐβέβλητο μνήματι, τῇ δυσωδίᾳ τῆς ἀσεβείας ἀηδῶς ἐποζέσασα. Ὅ καὶ ὁ Δαβὶδ ὀδυρόμενος ἔλεγε · « Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. »

« Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς · Οὐκ εἶπόν σοι ὅτι, ἐὰν πιστεύῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ; » Ἐπιπλήττει αὐτὴν ὡς ἐπιλαθομένην ὡς εἶπεν αὐτῇ, ὅτι « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου · » ἐμφαίνων δὲ τὸν Πατέρα ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον, πρότερον μὲν ἀκούσας, ὡς ὁ Λάζαρος ἀσθενεῖ, Ἡ ἀσθένεια, εἶπεν, αὕτη, ὑπὲρ τῆς δόξης ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ · νῦν δέ φησιν · Ἐὰν πιστεύῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ μία δόξα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

« Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε · Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου. Ἐγὼ δὲ ᾔδειν ὅτι πάντα μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν παρεστῶτα εἶπον, ἵνα γνῶσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. » Διὰ μὲν τοῦ ἆραι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἄνω καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Πατρὶ δείκνυσιν ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος · διὰ δὲ τὸν λόγον τῆς εὐχῆς παρίστησι τὸ

[47] Joan. xix, 15. [48] Matth. xxi, 42. [49] Psal. cxvii, 22. [50] Psal. xxxvii, 6.

Francisci Scorsi notæ.

(97) *Ut Patrem consubstantialem.* Vox ὁμοούσιος hic Christo tribuitur ratione naturæ divinæ, quam eamdem numero ac Pater habet. Supra not. 94, eam de Christo usurpavit ratione naturæ humanæ, quam eamdem specie, ac nos, habet. Utrumque vero recte usurpari ex conc. Chalcedonensi planum est, de quo plusculum disseremus ad hom. 46, ut etiam paulo supra monui not. 94 hujus homiliæ.

(98) *Contrarium Deo.* Sic reddidi vocem ἀντίθεον hoc loco, quæ tamen contrariam etiam habet vim; nam et qui quasi alter est Deus, ἀντίθεος, et qui contrarius est Deo, ἀντίθεος. Quod ostendam ex pluribus scriptorum utriusque ordinis locis infra hom. 48, not. 69, quam vide. Interim hic affirmo sensum hujus loci esse, quem interpretatus sum παραφραστικῶς explicans auctoris verba. Christus enim, inquit ille, orans Patrem simul ostendit se non esse contrarium Deo, quod Judæi non raro objecerant, ut Joan. cap. 19 : *Non est hic homo a Deo, qui Sabbatum non custodit;* et ibidem : *Nos scimus, quia hic homo peccator est,* et aliter alibi.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ὀμήτιμον. Οὐ γὰρ εἰσακουσθῆναι παρακαλεῖ κατὰ τὴν τῆς Μάρθας ὑπόληψιν, ἀλλ', « Οἶδα, φησὶν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, » ὡς ὁμοουσίου τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὐ χρεία μοι εὐχῆς, ἀλλὰ διὰ τὸν παρεστῶτα λαὸν ταῦτα λαλῶ, ἵνα γνῶσιν ἰσοτιμίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Διὰ τούτων δὲ προτρέπεται καὶ ἡμᾶς εὐχαῖς ἱλεοῦσθαι τὸ Θεῖον ἀεὶ, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὀπτικὸν αἴρειν ἀπὸ τῶν χαμαιζήλων νοημάτων πρὸς τὸ ὕψος τῆς θεωρίας.

« Καὶ ταῦτα εἰπὼν, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε· Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Καὶ τὴν θυγατέρα Ἰαείρου ἐγηγερκὼς, καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας ἐζωοποιηκὼς, οὐ φαίνεται μεγάλῃ φωνῇ κεκραγὼς, ἀλλὰ τῇ χειρὶ κεκρατηκὼς, καὶ ἠρέμα πεφωνηκὼς, τῇ μέν· « Ἡ παῖς, ἐγείρου · τῷ δέ· « Σὺ, λέγω, ἀνάστηθι. » Ἐνταῦθα δὲ διαπρύσιον κέκραγε. Διατί; Ὅτι ἐκείνων προσφάτως τεθνηκότων, ἐγγύς που τοῦ σώματος παρῆν ἡ ψυχὴ (πατρικὴ γὰρ ἡμᾶς φωνὴ δυσωπεῖ, ὡς μέχρι τῆς τρίτης ἡμέρας ἡ ψυχὴ τὸ ἴδιον σῶμα ἐπισκέπτεται), τὴν δὲ Λαζάρου ψυχὴν μακρόθεν ποθὲν ἐκκαλούμενος, κέκραγε μεγάλῃ φωνῇ. Καὶ ἐπειδὴ προείρηκε τοῖς Ἰουδαίοις, « Ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται, » πληροῖ τὸ ἐπάγγελμα· καὶ διὰ τῆς ὑψηλῆς φωνῆς ζωὴν τῷ κειμένῳ χαρίζεται, ἵνα εἰδεῖεν ὅτι, ὥσπερ ὁ Πατὴρ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς, οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Αὕτη ἡ φωνὴ σαλπίσει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται. Τάχα δὲ καὶ τὸ ἐνεργὸν, καὶ μέγα, καὶ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ λόγου σημάναι βουλόμενός φησιν, ὡς ἐκραύγασε φωνῇ μεγάλῃ· τοσαύτη γάρ τις ἦν ἐν τῇ φωνῇ ἡ ἰσχὺς, ὥστε παρεῖθη μὲν τοῦ ᾅδου ἡ δύναμις, ἡ ψυχὴ δὲ θᾶττον ἐκ τῶν νεκάδων ἀνέθορε, τὸ δὲ διαλυθὲν ἤδη σῶμα ἰσχυρῶς τε ἐτετόνητο, καὶ διὰ

litatem ostendit; non enim orat ut exaudiatur, ut Martha opinabatur, sed « Scio, inquit, quia semper me audis, » utpote consubstantialem Filium; nec mihi precatione opus est, sed propter circumstantem populum hæc dico, ut Patris et Filii æqualitatem intelligant. Iis etiam verbis nos admonet, ut per preces propitium nobis Deum assidue faciamus, et mentis oculum a terrenis cogitationibus ad cœlestia contemplanda erigamus.

« Hæc cum dixisset, voce magna clamavit : Lazare, veni foras. » Et cum Jairi filiam excitavit, et cum viduæ filium vivum restituit, non legitur voce magna clamasse, sed manu eos tenens, et modica usus voce, illi quidem : « Puella, surge [51], » huic vero, « Tibi dico, surge [52], » hic vero vehementius clamavit. Quid hoc? Quod eorum qui recens erant mortui (99), vicina quodammodo corpori erat anima (terret enim nos horribili specie vox illa Patrum, quod nimirum ad tertium usque diem anima proprium corpus invisit), Lazari vero animam velut e longinquo revocarit, clamavit voce magna. Et quoniam prædixerat Judæis, « Quod venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent [53], » prædictionem implet, tum etiam per altam illam vocem vitam homini jam deposito redonat, ut intelligant, quod sicut Pater, ita et Filius, quos vult vivificat. Hæc vox resonabit extremo die, et mortui resurgent. Fortassis etiam efficacitatem, et vim, et potentiam loquendi significare Evangelista volens, clamasse voce magna dicit. Tanta enim in illa voce vis fuit, ut et inferorum potentia refracta sit, et anima celeriter ex mortuis exsiluerit, corpus vero jam resolutum coagmentatum fuerit et confirmatum; itaque

[51] Matth. IX, 25. [52] Luc. VII, 14. [53] Joan. V, 25.

Francisci Scorsi notæ.

Simul etiam ostendit se non modo ut hominem non esse contrarium Deo, sed ut Dei Filium illi se æqualem esse, cum ait : *Quia semper me audis*, nec indigere precatione ad Patrem, sed propter circumstantem populum ea uti.

99) *Quod eorum, qui recens erant mortui.* Cur Christus magna voce in revocando ab inferis Lazaro usus sit, causam eam afferunt nonnulli, ex interpretibus, quam etiam noster Cornel. a Lapide refert, et inter alias recipit; ut significaret scilicet se animam Lazari ex longinquo et remoto loco, ut puta ex limbo Patrum et centro terræ evocare. Theophylactus etiam aliquid addit singulare, ut nimirum ora gentilium refrenaret fabulantium in tumulis esse animas vita defunctorum : nam quasi foris eam advocat per clamorem. Eamdemque ferme causam hic Theophanes cum cæteris quæ infra congerit, adducit. Sed et innuit aliam quemdam errorem vel anilem fabellam, quod intra triduum demortuorum animæ proprium corpus revisant, eo peracto longius abscedant. Sed eam non affirmando innuit, sed referendo solum et dubitando, quin etiam negando, si per interrogationem legantur ea verba, Ὅτι ἐκείνων προσφάτως τεθνηκότων, usque ad ἐκκαλούμενος. Et quidem per interrogationem esse legenda, monet exemplar Gal. in quo apposita interrogatio ad verbum, ἐκκαλούμενος, licet eam non præferant P. et V. codd. sed satis habui unius cod. auctoritatem; ut eam etiam in mea editione apponerem, quod sane ex meo solum sensu, quamvis sic existimassem, sine ulla auctoritate affingere non essem ausus. Fretus itaque ea scriptura G. cod., sic censeo legendum hunc locum; nam et facilis scribenti est notæ unius interrogationis omissio; et Theophanem alioqui doctum, et qui aliis harum homiliarum locis similes fabulas acriter refutare solet, ut hom. 33 videre est, non arbitror id ex suo dixisse consensu; cum etiam, hom. de filio viduæ nuper mortuo, contrarium doceat, animam scilicet illius ex subterraneis locis diversatam, ab iis a Christo fuisse revocatam. Ὁ μὲν, inquit ibi, ᾅδης ἐλέλυτο, ἡ δὲ ψυχὴ ἐκ τῶν νεκάδων ἀνέθορε. *Soluta sunt inferorum claustra, et ex mortuis prosilivit anima.* Vide quæ ibi adnotavimus not. 22. Verbum autem δυσωπεῖ eo modo, quo est a nobis redditum, usurpatur ab aliis scriptoribus, ut a Plutarcho in Solone : et etymol. suadet; dicitur enim a contrahenda fronte, nimirum quia hujusmodi κακῶς ἔχουσι τοὺς ὤπας. Etymol. magnum δυσωπεῖσθαι, ὑφορᾶσθαι, φοβεῖσθαι μεθ' ὑποψίας, terreri per aliquam suspicionem. Ex hoc igitur intellectu videtur ita propemodum Theophanes per illam parenthesim loqui; Hic a Patribus traditus nobis sermo, veluti quoddam puerile terriculamentum et φάντασμα, nos exterret, quod ad triduum usque animæ invisant corpora, a quibus excesserint.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

(25) *Et confortentur in eo.* Tria ad hunc locum illuminandum adnoto. Primum hanc Mosaicam prophetiam desumptam ex Deuteron. cap. xxii, v. 42. eamque legi in versione LXX his verbis, quæ ex Bibliis regiis describo : Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ, ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυέτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ τοῦ Θεοῦ· *Lætamini, cœli, simul cum eo, et adorent eum omnes angeli Dei; lætamini, gentes, cum populo ejus, et roborentur in eo omnes filii Dei;* sed in Hebraica, Latinaque nostra ea non haberi præter illud hemistichion : *Lætamini gentes cum populo ejus.* Variant vero etiam codd. Græci LXX. Aliqui enim primo loco habent υἱοὶ Θεοῦ, posteriore ἄγγελοι Θεοῦ ; sed pro eodem sumuntur υἱοὶ Θεοῦ atque ἄγγελοι Θεοῦ. De qua varietate monet etiam D. Augustin. lib. v *Locut.* Secundo ad hunc locum videri respicere D. Paulum ad Hebræos I : *Et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit : Et adorent eum omnes angeli ejus;* videri, inquam, Theodoreto, Procopio, et Euthymio, quos refert Benedictus Justin. in illud cap. D. Pauli, qui et probabilius hoc censet, quam quod spectet ad illa verba ps. xcix : *Adorate eum, omnes angeli Dei.* Cum enim ibi D. Paulus David non nominet, et verba, quæ refert, eadem omnino sint, atque ea quæ ex Deuteron. jam vidimus : verisimile magis videtur ad hunc, quam ad illum respexisse locum. Quod autem ea verba etiam in Hebræo codice exstiterint, indicio est sanctum Justinum in Dialogo cum Tryphone, et Epiphanium contra Arioman., ea eodem modo referre ; non retulissent autem disputantes cum Judæis, nec adversus eos testimonium protulissent, nisi in Hebræis codicibus legerentur. Tertio adverto Theophanem hunc postrema illa secundi versus verba ita legisse καὶ ἐνισχύτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, ut in aliquibus codicibus exstare jam monuimus : *Et confortentur in eo omnes angeli Dei*, eaque ad Christum transferre, cui, ut scribit Lucas, apparuit angelus ἐνισχύων αὐτόν *confortans eum*, quod idem sanctus Epiphanius fecit, ut testatur Benedictus Justin. in eum locum D. Pauli.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λεῖς ἔτι ἐστὲ, καὶ ὁ καιρὸς τῶν ἀγώνων ὑμῶν οὔπω πάρεστιν, ἀναπαύεσθε λοιπὸν, ἀγωνιεῖσθε δὲ ὕστερον. « Ἤγγικεν ἡ ὥρα· » καὶ τῆς προδοσίας λέγει τὴν ὥραν, καὶ μάλιστα τῆς οἰκονομίας. Τὸ δὲ « Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν, » παραινοῦντός ἐστιν ἀπὸ τῶν γηΐνων εἰς τὰ ὑπερκόσμια μετάγειν τὸ φρόνημα. Εἴσεισι δὲ ἐν τῷ κήπῳ, κἀκεῖ συλλαμβάνεται. Ὁ γὰρ τὰ ἐναντία διὰ τῶν ἐναντίων ἰώμενος (ἐπειδὴ ἐκ τοῦ τῆς Ἐδὲμ κήπου διὰ παρακοῆς ἔλαβεν ὁ διάβολος τὸν ἄνθρωπον), ἀκολούθως ἐκ τοῦ κήπου ἑαυτὸν τοῖς φονευταῖς παραδίδωσιν, ἐπανάγων τὴν φύσιν εἰς τὸν κῆπον ὅθεν ἐκπέπτωκεν.

dam significat : et propemodum ita videtur dicere : Quoniam adhuc imperfecti estis, necdum certaminum vestrorum tempus advenit, requiescite quod superest temporis; postea vero certabitis : « Appropinquavit hora, » et proditionis, et maxime divinæ dispensationis horam dicit. Illis vero verbis, « Surgite, eamus hinc, » eos admonere videtur, ut a terrenis ad cœlestia mentem ac spiritum revocent. Ingreditur vero in hortum, et illic capitur : nam qui contraria contrariis curatum venerat (quoniam ab horto Edem per inobedientiam diabolus diripuerat hominem) congruenter in horto seipsum interfectoribus tradit; atque ita ad hortum, unde deciderat, naturam reducit.

« Ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον λέγων· Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι, κρατήσατε αὐτὸν, καὶ ἀγάγετε ἀσφαλῶς. » Τί βούλεται τῷ Ἰούδᾳ τὸ τοῦ φιλήματος σύσσημον; Ἐπειδὴ πολλάκις βουλόμενοι συλλαβεῖν, οὐκ ἠδυνήθησαν, οὔπω τοῦ καθήκοντος ἐνστάντος καιροῦ, ἀλλ' ἐξήρχετο διὰ μέσου αὐτῶν· ἵνα μὴ πάλιν συμβῇ τὸ αὐτὸ, τίθησι τὸ φίλημα γνώρισμα. Θαρρῶν οὖν ὁ Ἰούδας τῇ τοῦ Διδασκάλου πραότητι, « Προσελθὼν κατεφίλει αὐτὸν, » καίτοι τοῦτο μόνον ἠδύνατο τὴν σκληρὰν αὐτοῦ καταμαλάξαι ψυχὴν, ὅτι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τῆς προδοσίας ὥρᾳ, οὐκ ἀπώσατο τὸν βδελυρὸν, καὶ προδότην ὁ Κύριος· ἀλλ' οὕτως ἦν ὁ δείλαιος ἀδυσώπητος, καὶ ἠλίθιος, ὡς οὐδαμῶς τοῦ συμφέροντος ἐπαισθάνεσθαι. Ἥρεμα γοῦν τὴν ἐνδομυχοῦσαν αὐτῷ κακίαν ἐλέγχει ὁ Κύριος· « Ἑταῖρε, φησὶν, ἐφ' ᾧ πάρει; » Τίς χρεία, φησὶ, τοῦ τῆς φιλίας σχηματισμοῦ, καὶ τοῦ πλάσματος; ἐφ' ᾧ πράγματι παρεγένου, τοῦτο καὶ πλήρου. Οὐ γὰρ ἦλθες ἵνα φιλήσῃς, ἀλλ' ἵνα προδόσῃς. Ἰλιγγίασα μεταξὺ λέγων ἐνθυμηθεὶς τοῦ προδότου τὸ τόλμημα, ποίοις ὀφθαλμοῖς ὁ μιαρὸς πρὸς τὸν διδάσκαλον ἐνητένιζε· Ποίοις χείλεσι κατεφίλει ἀναιδῶς ἐναγκαλιζόμενος τὸν οὕτως ἐπιεικῆ, καὶ πρᾶον, καὶ ἥμερον. Οὕτω παντὸς θηρίου γέγονε χαλεπώτερος. Ἀλλ' ὁ μὲν μακροθύμως ἑαυτὸν ἐδίδου τοῖς συλλαβοῦσι. Πέτρου δὲ ὁ θυμὸς τῇ τοῦ νόμου ἀκόνῃ ἐθήγετο κελεύοντος βίᾳ τὴν βίαν ἐξωθεῖν, καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι. Εἶχε δὲ μάχαιραν διὰ τοῦ τυπικοῦ ἀμνοῦ τὴν κατάθυσιν, οὐκ ἄλλον δέ τινα ἤθελε διαχειρίσασθαι, ἀλλὰ τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως τοῦ συῤῥάψαντος τὸ σκαιώρημα. Ἐπεὶ οὖν ἐκκύψων τὴν φάρυγγα, τὴν μάχαιραν ἐπεσπάσατο, τοῦ δούλου δὲ τὴν κεφαλὴν ὑπεκκλίναντος, τὸ οὖς τὴν τομὴν ἐνδικώτατα δέχεται· ἦσαν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι ἐν ταῖς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαις τὰς ἀκοὰς ἐπιβύοντες. Καί μοι δοκεῖ τοῦτο ἐννοήσαντα τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον μακρῷ χρόνῳ ὕστερον ἐπιτάξαι

« Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens : Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, et ducite caute. » Quid sibi vult Judas cum hoc osculi signo? Quoniam sæpenumero conati eum comprehendere, minime potuerant; quippe cum præstitutum tempus nondum instaret, sed ex mediis illis evaserat : ne rursus idem accideret, osculum condicit indicium. Confisus igitur Magistri mansuetudine Judas, « accedens osculatus est eum, » atqui vel hoc solum durum ejus animum **192** emollire potuisset, quod in illo ipso proditionis articulo detestabilem proditorem a se Dominus non removit, sed tam obstinato ac stupido erat animo infelix ille, ut quod esset factu conveniens, non sentiret. Sed enim Dominus latentem in recessibus pectoris malitiam sensim arguit : « Amice, inquit, ad quid venisti? » Quid opus est, ait, hac specie et simulatione amicitiæ? ad quod venisti opus, id perfice : non enim osculandi, sed prodendi mei causa venisti. Obstupui inter dicendum considerans proditoris audaciam : quibus oculis scelestus ille magistrum intuebatur? quibus labiis osculabatur tam imprudenter amplexus tam modestum, tam mansuetum, tam facilem moribus? ita quavis fera efferatior evasit. Sed ille quidem magno cum animo ac generoso seipsum satellitibus tradit. At iram Petri cos legis exacuit, quæ vim vi repellere jubet, et invadentes a se propulsare. Habebat porro gladium, eo quod agnum typicum immolaret : nec alium percutere voluit, quam Pontificis ejus, qui dolum consuerat, servum. Ubi igitur eum jugulaturus arripuit gladium, ac servus declinatione capitis ictum effugit, auris hunc justissime excepit. Semper enim Judæi Christi sermonibus aures obstruxerant. Ac mihi quidem videtur hoc ipsum significare voluisse, longo post tempore magnus Constantinus (26), cum aures Judæis tem-

Francisci Scorsi notæ.

(26) *Magnus Constantinus.* Factum hoc a Constantino Magno narrat Baronius anno ejus imperii x : *Usque adeo enim*, inquit, *Christianorum summa felicitas pertulit animos Judæorum, ut indigne ferentes se Christiano principi esse subjectos, seditionem concitarint.* Quomodo autem in eos animadverterit Constantinus, enarrat sanctus Joannes Chrysost. his verbis : *Sub Constantino eodem aggressi sunt rebellare, adversus Romanum Imperium scilicet : at ille amputatis eorum auriculis, et rebellionis signo impresso corpori illorum, per omnia loca circumferebat* illos, *ceu fugitiva mancipia, et verberones corporibus mutilatis*, etc. Hanc auris mutilationem ad moralem infidelitatis sensum pulchre transtulit hic Noster.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

plum restituere volentibus amputari jussit. Fortassis etiam quod a Petro præcisa fuerit auricula servi, signum fuit, ejus quod posteriore tempore discipuli effecturi erant. Futurum quippe erat, ut informatos illos, et corporeis rebus inhærentes litteræ intellectus, qui jam Judæorum præoccupaverant aures, ab iis gladio spiritus resecarent.

Tunc ait illi Jesus : « Converte gladium tuum in locum suum : omnes enim qui gladium acceperint, gladio peribunt. » Reprehendit Dominus Petrum, quod præceptiones legales etiam tum sectaretur : quod si legis beneficio, inquit, ad me defendendum uteris, considera etiam legem præcipere, ut gladio pereant, qui acceperint gladium. An humanæ opis indigeo ? an me non possum accersitis legionibus angelorum ab adversariorum impetu defensare ? sed Scripturarum oracula oportet impleri. Quoniam **193** enim decretum erat, ut Christus pateretur, et hoc erat prorsus immutabile, ideo prophetæ hæc omnia prænuntiarunt. Quod enim nec Judas agiturus fuisset Dominum, nisi ipse voluisset, ostendit Joannes, cum ait interrogatos eos a Domino fuisse : « Quem quæritis ? illi vero dixerunt : Jesum Nazarenum [65] ; » nec poterant ei manus inferre, nec agnoscere, donec ipse permisisset. Quod uti demonstraret Dominus, dixit illis : « Tanquam ad latronem existis cum gladiis, et fustibus comprehendere me. » Quid opus, inquit, erat bellicis armis ? num ego tyrannus, aut latro ? quid vero vobis fustes et gladii profuturi fuissent, nisi ego me comprehendi voluissem ? quod ex eo perspicuum est, quod cum mei docentis quotidie in templo potiri conaremini, non valuistis. In tempus enim conveniens id reservabam : sed hæc est hora vestra, quam usque ad Resurrectionem meam accepistis. Angustum enim tempus habebitis, et quidem a tenebris, hoc est a diabolo agitati. Hæc dixit, et continuo vulnerati auriculam sanat. Quoniam enim futurum erat, ut ipsi idem postea impingeret alapam, ne ulciscendi animo videri posset id facere, restituta valetudine illum inexcusabilem reddidit. Non abs re vero nomen servi Joannes apposuit, quod Malchus scilicet vocaretur. Sed quoniam *regnum* significatur (27) hoc nomine, ostendit pontifices Judæorum regnum suum demutasse in servitutem, cum invidiæ et amoris proprii servi facti essent. Dominus igitur jam licitorum manibus tenebatur, ac discipuli omnes aufugerunt promissionis obliti : et prophetarum oracula impleta sunt : « Percutiam Pastorem, et dispergentur oves [66] ; » ligaverunt Jesum, et alia prophetia exitum habuit : « Dixerunt intra semetipsos : Ligemus justum, quoniam inutilis nobis est [67] ; » fortassis etiam et ipse illa Davidis verba placide insusurra-

A τὰ τῶν Ἰουδαίων ὦτα κατατεμεῖν, βουληθέντων τὸν ναὸν ἀναδείμασθαι· τάχα δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Πέτρου ἐκκοπῆναι τὸ οὖς τοῦ οἰκέτου σημεῖον ἦν τῆς ὕστερον ἐνεργείας τῶν μαθητῶν. Ἔμελλον γὰρ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος ἐκκόψαι τὰς προκαταβληθείσας ἐν ταῖς ἀκοαῖς τῶν Ἰουδαίων σωματικὰς ἐννοίας τοῦ γράμματος.

« Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀπόστρεψον τὴν μάχαιράν σου εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. Πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανοῦνται. » Ἐπιτιμᾷ τῷ Πέτρῳ ὁ Κύριος, ὡς ἔτι ἐπομένῳ ταῖς νομικαῖς διατάξεσι. Καὶ εἰ τῷ νόμῳ, φησὶ, κέχρησαι εἰς βοήθειαν, σκόπει ὅτι ὁ νόμος τοὺς λαβόντας μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ κελεύει ἀποθανεῖν. Μὴ γὰρ ἀνθρωπίνης εἰμι βοηθείας ἐπιδεής. Μὴ γὰρ οὐ δύναμαι
B λεγεῶσιν ἀγγέλων τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι ; ἀλλὰ δεῖ πληρωθῆναι τὰ τῶν Γραφῶν χρησμῳδήματα. Ἐπεὶ γὰρ προώριστο παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ ἦν τοῦτο παντάπασιν ἀμετάθετον, διὰ τοῦτο καὶ οἱ προφῆται ἅπαντα προκατήγγειλαν. Ὅτι γὰρ οὐδὲ Ἰούδας ἐπέγνω αὐτὸν, εἰ μὴ ἤθελεν, ἐδήλωσεν ὁ Ἰωάννης εἰπών· « Ὡς ἠρώτησεν αὐτούς· Τίνα ζητεῖτε ; Οἱ δὲ εἶπον· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, » καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιβαλεῖν αὐτῷ τὰς χεῖρας, ἢ ἐπιγνῶναι, ἕως αὐτὸς αὐτοῖς τοῦτο ἐπέτρεψεν. Ὁ δὴ καὶ ἐλέγχων εἶπεν αὐτοῖς· « Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με. » Τί, φησὶν, ἔδει ὅπλων πολεμικῶν ; μὴ γὰρ τύραννος, ἢ λῃστής εἰμι. Τί δ' ἂν ὠνησαν ὑμᾶς ξύλα, καὶ μάχαιραι, εἰ συλ-
C ληφθῆναι οὐκ ἤθελον ; καὶ δῆλον ἐξ ὧν καθ' ἑκάστην ἐν τῷ ἱερῷ με διδάσκοντα, καίτοι πολλάκις βουληθέντες κατασχεῖν, οὐκ ἰσχύσατε. Ἐταμιευόμην γὰρ τὸν καιρὸν τὸν προσήκοντα, ἀλλ' αὕτη ἐστὶν ὑμῶν ἡ ὥρα, ἣν εἰλήφατε ἄχρι τῆς ἀναστάσεώς μου. Συνεσταλμένον γὰρ ἕξετε τὸν καιρὸν ὑπὸ τοῦ σκότους, ἤγουν τοῦ διαβόλου συνελαυνόμενοι. Ταῦτα εἶπε, καὶ τοῦ πληγέντος εὐθὺς θεραπεύει τὸ οὖς. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ἔμελλεν αὐτῷ δοῦναι ῥάπισμα ὕστερον, ἵνα μὴ δόξῃ κατὰ ἄμυναν τοῦτο ποιῆσαι, ποιεῖ τοῦτον διὰ τῆς θεραπείας ἀναπολόγητον. Οὐκ ἀκαίρως δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ δούλου ὁ Ἰωάννης ἐδήλωσεν, ὡς Μάλχος ἐκέκλητο. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ ὀνόματος τούτου τὸ σημαινόμενον *βασιλεία* ἐστὶ, δείκνυται, ὡς οἱ
D τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖς, τὴν σφῶν βασιλείαν εἰς δουλείαν κατήγαγον, φθόνου, καὶ φιλαυτίας δοῦλοι γενόμενοι. Ὁ μὲν οὖν ἦν ἐν ταῖς τῶν δημίων χερσὶν, οἱ δὲ μαθηταὶ φυγάδες ἐγένοντο τῆς ἐπαγγελίας ἐπιλαθόμενοι, τὰ δὲ τῶν προφητῶν ἐπεραίνετο· « Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα. » Ἐδέσμουν τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἄλλη προφητεία πέρας ἐλάμβανεν. Εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· « Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι· » τάχα που καὶ αὐτὸς ἠρέμα πρὸς τὸν Πατέρα ὑπεψιθύριζε τὰ τοῦ Δαβίδ· « Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, » καί·

[65] Joan. XVIII, 5. [66] Zach. XIII, 7. [67] Sap. VII, 12.

Francisci Scorsi notæ.

(27) *Regnum significatur.* Malchi nomen a מלך regnavit. Unde מלכי rex.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Συνανάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. » Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως. Μόνον τὸν Πέτρον αἱ τοῦ πόθου φλόγες ἀκολουθεῖν ἐδιάζοντο, ἔθιζε γὰρ ἑαυτὸν πρὸ καιροῦ ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ, ἵνα ὕστερον ἀκολουθήσῃ διὰ σταυροῦ. Ὁ μέντοι νεανίσκος, ὁ σὺν αὐτῷ σύραγῶν μονοσίνδονος, ὡς μὲν οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐστοχάσαντο, Ἰάκωβος ἦν, ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀδελφός. Διεβίου γὰρ οὗτος μονοχίτων ἀεί. Δοκεῖ δὲ Μάρκος εἶναι μᾶλλον ὁ ἀρχῆθεν Πέτρου γεγονὼς ἐπῳδός, καὶ μόνος τῶν εὐαγγελιστῶν τουτὶ συγγραψάμενος. Καὶ ἐπειδὴ Μάρκος Ὑψήλου ἐντολὴ ἑρμηνεύεται, διδάσκει τὸ καθ' ἱστορίαν γινόμενον, ὡς ἀκολουθῶν τῇ τοῦ ὑψήλου Θεοῦ ἐντολῇ, ἂν ἐπιβουλεύοιτο ὑπ' ἐχθρῶν, ἐπιδότω αὐτοῖς ὡς σινδόνα τὸ σῶμα, τῆς ψυχῆς τὸ ἱμάτιον, ἵνα κοῦφος εἰς τὰς ἄνω φύγῃ μονάς· οὕτω γὰρ καὶ ὁ πατριάρχης πεποίηκεν Ἰωσὴφ, τῇ ἐπιβούλῳ προδοὺς τὸ ἱμάτιον, ἐκ δουλείας, εἰς βασιλείαν μετὰ τῆς σωφροσύνης ἐφήλατο.

A bat ad Patrem : « Dirumpamus vincula eorum [68]. » et : « Resuscita me, et retribuam eis [69]. » Petrus vero sequebatur eum a longe usque in atrium Pontificis. Solum Petrum ad sequendum amoris flammæ impellebant ; etenim seipsum ad sequendum Christum ante tempus condocefaciebat, ut per crucem sequente tempore sequi posset. Adolescens autem ille, qui **194** una cum Petro sola amictus sindone secutus est Dominum, ut Patres quidem nostri (28) conjectarunt, Jacobus Christi frater fuit : hic enim una solum tunica per totam vitam est usus. Videtur vero potius Marcus fuisse (29), qui ab initio assecla Petri fuit, quique solus inter evangelistas hoc scripsit. Quoniam vero Marci nomen (30) *præceptum Altissimi* interpretatum est, quod secundum historiam gestum est, nos edocet eum qui Dei altissimi præcepta sequitur, si ab inimicis sibi instruantur insidiæ, tradere debere quasi sindonem corpus, quod animæ est indumentum, ut expeditam in supernas domos fugam habere possit : sic enim fecit patriarcha Joseph, qui cum pallium insidiatrici dimisisset, in regnum postea ex servitute temperantiæ merito evectus est.

« Ἄγουσι τὸν Ἰησοῦν εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως Καϊάφα, ὅπου οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνήχθησαν· » καὶ συγκροτοῦσι κριτήριον ἀσεβὲς, εἰκὸς συγκροτῆσαι Καϊάφαν τὸν νοητὸν τῷ αἰσθητῷ συνεδρεύοντα· ἐπειδὴ γὰρ Καϊάφας *ἰχνευτὴς* ἑρμηνεύεται, τὸν ὄφιν ἐκεῖνον εἰκόνιζε τὸν ἰχνεύοντα τὴν πτέρναν ἡμῶν, ὃς καὶ τότε ἀνιχνεύων τὰς πράξεις τοῦ Ἰησοῦ, οὐδὲν εὑρίσκων ἄτοπον, καὶ τοῦτο προέλεγε τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτήρ· « Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐχ εὑρίσκει οὐδέν. »

« Adducunt Jesum in domum Caiphæ Pontificis, ubi scribæ et Pharisæi convenerant [70] : » applaudit concilium impium, sicuti par erat applaudere intelligibilem Caipham cum sensibili considentem. Cum enim Caiphæ nomen (31) «indagatorem» significet, serpentis illius referebat imaginem, qui nostro calcaneo insidiatur, quique etiam tunc pervestigans Jesu actiones nihil pravum invenit ; quod et discipulis Salvator prædixit : « Venit princeps mundi hujus, et in me non (32) invenit nihil [71]. » Nihil

[68] Psal. II, 3. [69] Psal. IV, 11. [70] Gen. XXXIX, 12. [71] Joan. XIV, 31.

Francisci Scorsi notæ.

(28) *Ut patres quidem nostri.* Adolescens ille qui, relicta sindone, nudus a manibus tenentium Christum profugit, qui fuerit, quærunt Patres, et interpretes Evang. Jacobum fuisse censuit S. Epiphanius Cypr. episcopus, itemque alios antiquiores in eadem fuisse sententia significat Theoph. sed non nominat. Eosdem suppresso nomine intelligit hic noster. An vero id probari possit reputata ætate S. Jacobi Minoris disputant Baronius et Maldonatus in hunc locum, quos vide, si libet. Cæterum opinio Theophanis nostri, quod S. ipse Marcus fuerit, quippe qui solus eam rem, et accuratius scripserit, singularis est, et admiranda. Neminem enim præterea reperio, qui de ea verbum ullum. Sed in re dubia aliud alii conjectare possunt. Illud solum pro conjectura hujus auctoris moneo, eam non posse ex ætate quo S. Marcus vixit, improbari. Fuisse enim eum unum ex LXX discipulis Christi putant Origenes *De recta in Deum fide*, S. Dositheus in Synopsi, S. Epiphanius, hæres. 51, qui etiam scribit unum ex illis fuisse qui a Domino recesserunt, cum illa diceret : *Nisi quis manducaverit ex hoc pane*, etc., sed per Petrum postmodum revocatum, dignumque evasisse, qui Spiritu sancto impleretur, et traderet Evangelium : quanquam hoc a recentioribus non sit receptum, qui a D. Petro Marcum fuisse genitum in Evangelio malunt.

(29) *Marcus fuisse.* Vide notam sequentem.

(30) *Marci nomen.* Marcum Ludovicus Ballestrier in sua *Onomatographia* significare expolitum, comatum, vel fricatum ex aliorum opinione refert, neque radicem Hebraicam, unde ea significatio pullulet, ostendit. Potest tamen esse verbum מרק quod abstergere, et fricare, et expolire significat. Noster autem affert aliud etymon haud scio an ἐτυμώτερον, certe ad inferendam ex eo piam sententiam a commodatius. Vult significare *præceptum Altissimi*, juxta quem significatum deduci possit a מרא quod in conjugatione hiphil הִמְרִיא elevare, et רקק quod præcipere significat. Unde דק præceptum non absurde possis deflectere, ut elevatum seu Altissimi præceptum notet. S. Isidor. lib. VII *Origin.* cap. 9 : *Marcus*, inquit, *excelsus mandato, propter Evangelium Altissimi, quod prædicavit.* Quem locum referens Cornelius noster, non videre se ait, ex qua radice possit ea colligi originatio ; nos autem eam eruimus, ut vidisti, et fortasse non inepte.

(31) *Caiphæ nomen.* Eamdem hujus nominis Caiphæ etymologiam, qua indagatorem signet, et præterea aliam agnoscit idem, quem N. proxima citavi, Ludovicus Ballestrier, quanquam eas violenter trahi censeat. Sed quoad eam attinet, quam noster hic elicit a radice קוף quæ circuire significat, idemque quod וקף non incongrue videtur posse deduci. Nam indagantes sagacesque usi canes circumeunt pervestigando.

(32) *Invenit nihil.* Joan. cap. XIV, v. 21 Græce sic habet : Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐχ εὑρίσκει οὐδέν, quæ sic reddunntur in vulgata editione Latina : *Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam.* Quam versionem in interpretando Theophane servare non potui (sempes

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

autem peccatum est : peccatum vero non fecit. Jam quoniam testibus indigebant, ne contra legem res agi videretur, duos producunt testes, ex veris falsa colligentes. Salvator enim dixit : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud[73], » de corpore suo verba faciens. Hi vero Deo invisi, et audaces alia depravantes alia de suo addentes, struentesque mendacium dixerunt : « Hic dixit : Possum destruere templum Dei manufactum, et tribus diebus aliud non manufactum ædificabo; » et quidem oppositione verum crimen augebant. Adverte enim quam prave verba detorqueant, et interpretentur. Ille quidem dixit : « Solvite templum hoc, » hi autem : « Possum destruere templum; » ille veluti digito signans corpus suum, dixit « Templum hoc; » hi templum Dei manufactum.

A Οὐδὲν δὲ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν, « Ἁμαρτίαν δὲ οὐκ ἐποίησεν. » Ἐπεὶ δὲ καὶ μαρτύρων ἔδει αὐτοῖς, ὡς ἂν πράττειν ἔννομα δόξαιεν, δύο παράγονται μάρτυρες ἐκ τῶν ἀληθινῶν τὸ ψεῦδος συνείροντες. Ὁ μὲν γὰρ Σωτήρ· « Λύσατε, εἶπε, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτὸν, » περὶ τοῦ ἰδίου σώματος ταῦτα λαλῶν· οἱ δὲ θεοστυγεῖς οὗτοι καὶ τολμηροὶ, τὰ μὲν παραφθείραντες, τὰ δὲ καὶ προσθέμενοι ψευδοποιοῦντες ἔλεγον· « Οὗτος εἶπε· Δύναμαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καταλῦσαι τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν, ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω, » διὰ τῆς προσθήκης τὴν κατηγορίαν αὐξήσαντες. Ὅρα γὰρ τῶν λόγων τὴν παρασάφησιν. Ὁ μὲν εἶπε· « Λύσατε τὸν ναὸν, » οἱ δέ φασιν, ὅτι « Δύναμαι λῦσαι τὸν ναόν. » Καὶ ὁ μὲν οἷον δακτύλῳ B δεικνὺς τὸ σῶμα, ἔλεγε « Τὸν ναὸν τοῦτον, » οἱ δὲ « Τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ τὸν χειροποίητον. »

Stabat autem Jesus tacens; et fortassis ea, quæ in ejus persona dicta fuerant, ad seipsum jam referebat : « Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant **195** me. Ego autem tanquam surdus non audiebam, et quasi mutus non habens in ore suo redargutiones[74]. » Et recte sane tacuit cum nosset eos excusationem suam non accepturos. Quibus enim evidentia fidem facere non potuerant, quomodo verba persuasissent?

« Ὁ δὲ Κύριος ἵστατο σιωπῶν, » καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἴσως ἐπᾴδων τὰ δι' αὐτόν· « Ἀναστάντες μοι μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον, ἠρώτων με. Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος, οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς. » Εἰκότως δὲ σιωπᾷ εἰδὼς ὅτι οὐ δέξονται αὐτὸν ἀπολογούμενον. Οὓς γὰρ ἐναργῆ σημεῖα οὐκ ἔπεισαν, πῶς ἂν λόγοι κατεδυσώπησαν·

« Pontifex ergo interrogabat eum de discipulis, et doctrina ejus. » Forte stolidus hic ita interrogando conatur aliquid in eo deprehendere, quo vel legi contraria docuisse arguatur, vel quoniam C scierat Theudam et Judam (33) rebellionem molientes morte multatos[75], in hoc ipsum Dominum adigat, volens, quoniam discipulos coegerat, seditiosum ostendere, itaque veluti transgressorem legis, veluti insidiatorem possit morte damnare. Sed Dominus tectum ejus dolum, malitiamque patefacit, ipsosque ejus ministros testes facit, et ait :

« Ὁ οὖν ἀρχιερεὺς ἠρώτα περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. » Τάχα ὁ ἀπόπληκτος ζητῶν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ, ἢ ὡς ἐναντία τοῦ νόμου διδάσκοντος, ἢ ἐπειδὴ ᾔδει, ὡς οἱ περὶ Θευδᾶν καὶ Ἰούδαν ἀποστασίαν μελετήσαντες ἀπέθανον, εἰς αὐτὸ τοῦτο τὸν Κύριον συνωθεῖ, στασιαστὴν αὐτὸν ἐλέγξαι βουλόμενος, ὡς μαθητὰς συναγείροντα, καὶ οὕτω θανάτῳ παραδῶσει, ἢ ὡς παράνομον, ἢ ὡς ἐπίβουλον. Ἐλέγχει οὖν αὐτοῦ ὁ Κύριος τοῦ τρόπου τὸ ὕφαλον καὶ κακόηθες, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐκείνου ὑπηρέτας μάρτυρας παριστᾷ, καί φησιν·

« Ego palam locutus sum mundo : ego semper docui in synagoga, et in templo, ubi omnes Judæi conveniunt; et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt : ecce ipsi sciunt, quid dixerim ego. » Quid vero ministros testes vocat? Quoniam hi missi olim a

« Ἐγὼ παῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ· ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν συναγωγῇ, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπου πάντοτε οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλάλησα οὐδέν· τί με ἐπερωτᾷς; ἐπερώτησον τοὺς ἀκηκοότας· ἴδε οὗτοι οἴδασιν, ἃ εἶπον ἐγώ. » Διατί δὲ πρὸς μαρτυρίαν τοὺς ὑπηρέτας καλεῖ; Ἐπειδὴ

[73] Joan. II, 19. [74] Psal. XXXIV, 11. [75] Act. V, 36, 37.

Francisci Scorsi notæ.

autem eam in utroque Testamento sartam, tectam habeo, ubi necessitas variæ lectionis aliud non cogit); hic autem si servassem, sententiam auctoris exprimere non potuissem, quæ τὸ οὐδὲν tanquam nomen accipit, ut nihil significet, et peccatum quod est nihil eo verbo innui censet : quare ad eam accomodavi versionem Latinam hoc modo : *Et in me non invenit nihil.* Ne cui autem insolens ea interpretatio, ac sententia Theophanis nostri videatur. Hoc enim modo legit et explicat uterque Theodoretus, et Leontius, et Cyrillus ex Græcis, et ex Latinis Gregorius hom. in Evang. 39, et Ambrosius, lib. *De fuga sæculi*, c. 4, qui omnes τὸ οὐδὲν nihil, adeoque peccatum accipiunt, quia peccatum est nihil. Quam sane explicationem non improbat Malionatus noster, acerrimi judicii interpres.

D (33) *Theudam, et Judam.* De horum seditionibus agit Joseph. lib. XX *Antiquit.* cap. I, et mentio infertur in Act. apost. cap. V a Gamaliele in concilio, qui ita argumentatur : Si ex humano consilio apostolorum novitas esset profecta, brevi eam dilapsuram, sicut Theudæ ac Judæ seditiosorum hominum sibi persuaderent; sin a Deo, nulla ope posse eam a Judæis impediri, quominus procederet. Moneo hic scriptum esse in editione Latina *Theodam*; sed *Theudam* appellant Beda, omnes Glossæ, Carthusianus aliique cum Josepho, quem vide, et item Commentarios in illud cap. Actor., si plura, quæ circa illos in quæstionem vocantur, ab interpretibus scire studes. Nam ad rem nostram hæc satis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀποσταλέντες οὗτοί ποτε παρὰ τῶν ἀρχιερέων συλλαβεῖν αὐτὸν, καὶ τεθαυμαστηκότες ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, ὑπενόστησαν λέγοντες· « Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος, ὡς οὗτος ὁ ἄνθρωπος. » Τῶν τότε οὖν λαληθέντων, ἄγει αὐτοὺς εἰς ἀνάμνησιν. Φοβηθεὶς οὖν ὁ τῶν ἀρχιερέων δοῦλος, ἵνα μὴ ἀντὶ τοῦ καταμαρτυρεῖν συνήγορος νομισθῇ, καὶ ὡς θαυμάσας αὐτὸν ἐγκληθῇ, ἑαυτὸν τῆς ὑποψίας ἐλευθέρων, προφθάνει τῇ ἀναιδείᾳ καὶ ῥάπισμα δίδωσι. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ὡς πρώην θαυμάσαντα, νῦν δὲ ῥαπίσαντα, ἀνεξικάκως ἐπερωτᾷ· « Εἰ κακῶς ἐλάλησα » τότε διδάσκων, « μαρτύρησον ἀρτίως. Εἰ δὲ » τότε ἀκούων ἐθαύμαζες, « πῶς ἄρτι δέρεις; » Πῶς δὲ ὁ κελεύων τῷ τυπτηθέντι τὴν δεξιὰν σιαγόνα, καὶ θατέραν παρέχειν τῷ παίοντι, αὐτὸς τὴν ἐντολὴν οὐ τετήρηκεν, ἀλλ' ἐγκαλεῖ τῷ ῥαπίσαντι; Τριττὴ λύσις ἐστὶ τοῦ ζητήματος. Δείκνυσιν, ὡς οὐκ ἐπ' ἐγκλήματι ἐρεράπιστο, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας ταῦτα ἔπασχε, καὶ ὅτι οὐκ ἀνάλγητος ἦν, ἀλλ' ἠσθάνετο τῶν πληγῶν, κἂν εἶχε τὸ ἀπαθὲς, ὡς Θεός. Πρὸς τούτοις δὲ ὁ μὲν τῆς ἐντολῆς σκοπὸς οὗτός ἐστιν. Ἐπειδὴ ἄκων τις ἐτυπτήθη τὴν παρειὰν, τὸ ζὲ ἀκούσιον, ἄμισθον κελεύει τὴν ἄλλην ἑκουσίως παρέχειν, ἵνα τῷ ἑκουσίῳ συμμετρηθῇ τὸ ἀκούσιον. Ὁ δὲ Σωτὴρ ἑκουσίως ῥαπισθεὶς ἀπροσδεὴς ἦν ταύτης τῆς ἐντολῆς. Πάλιν οὖν ὁ ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ·

A pontificibus, ut comprehenderent eum, et ejus admirati doctrinam reversi fuerant dicentes : « Nunquam sic locutus est homo [75]. » Eorum igitur, quæ tunc dicebantur vult eos reminisci. Sed vero metuens pontificis servus, ne cum testimonium adversus eum dicere deberet, defendere potius videretur, et quasi admirator ejus argui posset, ut seipsum ea suspicione liberaret, per summam impudentiam alapam dare præoccupavit. Unde et Dominus hominem illum prius admiratorem sui, nunc percussorem, magna cum animi æquitate rursus interrogat : « Si male locutus sum, » tum quando docebam, a testimonium perhibe de malo : si autem, » tum cum auditor fuisti admiratus es, « qui nunc cædis? » At quomodo, qui præ- B ceperat percutienti dexteram maxillam, alteram esse porrigendam, præceptum ipse non servat, sed eum qui dedit alapam, reprehendit? Tribus modis hæc quæstio solvitur. Ostendit se non ob crimen aliquod alapam accepisse, sed communis salutis causa id pati : et quod sensus expers non esset, sed plagas sentiret, quamvis ut Deus pati non posset. Ad hæc, præcepti **196** scopus hic est : quando quispiam præter voluntatem alapam accipit, quoniam involuntarium mercedem non meretur, præcipit, ut alteram maxillam prudens, volensque præbeat, ut ita involuntarium voluntario compensetur. Dominus vero cum voluntarie esse alapis objecisset, hujusce præcepti non indigebat. Princeps ergo sacerdotum rursus illum interrogat :

« Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Ἐπειδὴ ἃς πρότερον ἔστησε πάγας ὁ κακοήθης ἀρχιερεὺς ἀνίσχυροι μεμενήκασιν, ἐξορκίζει λοιπὸν αὐτὸν εἰδὼς ὅτι οὐ ψεύσεται· οὐ μὴ τοῦ μαθεῖν εἰ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ σπεύδων ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κύριος, ἵνα μὴ δόξῃ τὸν ὁρκισμὸν παρορᾷν, ὁμολογεῖ, καί φησι· « Σὺ εἶπας· » τουτέστι, Τὸ σὸν ὡμολόγησε στόμα, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός. Εἶτα καὶ προφητείας αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει, ἣν ὁ Δανιὴλ περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας προεχρησμῴδησεν· « Ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν. » Τουτονὶ, φησὶ, τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου τὸν ὑφ' ὑμῶν κρινόμενον νῦν ἐν πολλῇ ταπεινότητι, ὄψεσθε ἀπ' οὐρανοῦ μετὰ δόξης ἐρχόμενον. Καὶ κακοήθως οὖν ὁ ἀπόπληκτος ἱερεὺς ἐπὶ μεγάλῃ βλασφημίᾳ διαῤῥήγνυσι τὸ ἱμάτιον, καὶ φενακίζων τοὺς ὄχλους τῷ σχήματι. Εἶτα καὶ ὑποποιούμενος τὸν λαὸν, αὐτοῖς κατατίθησι τὴν ἀπόφασιν. « Ἐβλασφήμησε· τί ὑμῖν δοκεῖ; » Οἱ δὲ συναρπασθέντες τῷ ῥήματι, καὶ τῷ σφῶν ἀρχιερεῖ χαριζόμενοι· « Ἔνοχος, εἶπον, θανάτου ἐστί. » Τότε οὖν, ὡς ἤδη κατακριθέντα παντοίως ἐχλεύαζον, ἐμπτύοντες, ῥαπίζοντες, κολαφίζοντες, ὡς ψευδοπροφήτῃ ἐπιγελῶντες· « Προφήτευσον ἡμῖν, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε. » Οἱ κεραυνοὶ δὲ ἄνωθεν ὠπλίζοντο εἰς ἄμυναν, ὑπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ ὑβριζομένου ἐπείχοντο. Ἐώρα δὲ τότε ὁ ἥλιος τὸ πάντων θαυμάτων καινότερον.

« Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei. » Quoniam quos primos versutus Pontifex tetenderat laqueos, nihil C valuerant, quod reliquum erat, ipsum adjurat, non mentiturum sciens : nec sane discendi studio interrogat, utrum ipse Christus esset, sed potius ejus reprehendendi. Sed Dominus ne adjurationem parvi facere videretur, fatetur et ait : « Tu dixisti, » hoc est, Tuum os confessum est, quod ego sum Christus. Postea oraculum illis in memoriam revocat, quod Daniel [76] de secundo ejus adventu divinitus dederat : « Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cœli. » Hunc, inquit, Filium hominis vestro nunc judicio magna cum humilitate subjectum videbitis cum gloria de cœlo venientem. Tunc malitiose stolidus pontifex perinde ac magna audita blasphemia, vestimentum scindit, ac turbam ea specie D decipit : deinde ut eam sibi conciliet, sententiæ ferendæ potestatem illi permittit : « Blasphemavit : quid vobis videtur? » Illi vero dictum arripientes, et suo pontifici gratificari volentes : *Reus*, inquiunt, mortis est. » Tunc igitur quasi damnatum illum omnibus modis ludos faciunt, insputant, colaphos impingunt, alapis cædunt, ut falsum prophetam irrident : « Prophetiza nobis, quis est, qui te percussit? » Et sane fulmina ad ulciscendum desuper parabantur; sed ab eo ipso, qui patiebatur continuebantur. Spectavit vero tunc sol novum, nec unquam visum ante spectaculum.

[75] Joan. VII, 46. [76] Dan. VII, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quoniam dilectus ille Joannes eum secutus pontifici notus erat, in atrium una introivit. Unde vero notus fuerit dicam brevi, historiam ex majorum traditione subtexens. Celebris illa (34) domus montis Sion possessio Zebedæi fuit magnitudine, ac pulchritudine conspicua; in edito (35) quippe Hierosolymæ loco sita erat, temperato undique aere circumfusa, sicuti oculis nostris perspeximus. Hanc **197** domum in duas Zebedæus dividens, alteram ædium partem pontifici concessit, alteram sibi sumpsit ad habitandum. Ibi igitur cœnaculum erat, quo una cum discipulis Salvator divertit, et plurima ibidem mysteria peregit. Typicum pascha, mysticam cœnam, pedum ablutionem, sermonem extremum (36) præceptorum, divinæque doctrinæ plenum. In hoc etiam post Resurrectionem discipuli Judæorum metu occulti se continebant. In eodem Pentecostes die gratiam sancti Spiritus acceperunt. Quin etiam sanctissima Domina inibi reliquum omne tempus vitæ transegit.

Ex hac igitur occasione Joannes notus erat pontifici, et ab aditu atrii minime exclusus fuit. Petrus vero, ut ignotus, ab ostio prohibitus pro foribus mansit, donec ipsum Joannes exorata ostiaria introduxit. Sed profecto rectius fecisset Petrus, si Joannem secutus esset, et Jesu adhæsisset, et rerum observasset finem : sic enim fortasse periculum vitavisset. Sed quoniam hoc omisso ad prunas a ministris succensas accessit, et igne inimicorum incaluit, ideo illum una vilis ancilla perturbavit. Quandoquidem enim Petrus, et Joannes actionem, contemplationemque symbolice signant, aperte his factis historia docet, quod quando practica virtus contemplationem subsequi, et divinæ dispensationis mysteria sancte pureque considerare desistit, atque adeo nocte, et ignorantiæ frigore occupata alieno igne, quem ministri Satanæ accendunt, foveri studet, tunc sane, tunc facili negotio a serva voluptate pertrahitur, et ter Dominum negat. Nam et ea pars animæ, in qua ratio viget, offunditur tenebris, et ea, in qua ira obtinet sedem, ignavo timore dejicitur, et ea in qua cupiditas, desinit velle mori cum Christo, et hujusce vitæ bona præoptat : atque ita conficitur trina negatio. Verum non omnino inexcusabilis (37) Petri negatio fuit, ut quæ

A Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἠγαπημένος συνείπετο, γνωστὸς ὢν τῷ ἀρχιερεῖ συνεισῆλθεν ἐν τῇ αὐλῇ. Πόθεν δὲ γνώριμος ἦν, διὰ βραχέων ἐρῶ τὴν ἱστορίαν ὑφάνας ἐκ τῶν ἄνωθεν παραδόσεων. Ὁ περίφημος οἶκος ὁ τῆς Σιὼν κτῆμα γέγονε Ζεβεδαίου μεγέθει καὶ κάλλει διαφανέστατος· ἐν δὲ τῷ μετεώρῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀνῳκοδόμητο, εὐκρατεῖ ἀέρι παντα-
χόθεν χεόμενος, ὡς καὶ ἡμεῖς αὐταῖς ὄψεσιν ἱστορήσαμεν. Τοῦτον εἰς δύο διαιρήσας ὁ Ζεβεδαῖος, θάτερον μέρος χαρίζεται τῷ ἀρχιερεῖ· τὸ δὲ λοιπὸν αὐτὸς τὴν οἴκησιν ἐπεποίητο. Ἐκεῖσε οὖν καὶ τὸ ὑπερῷον
B ἦν, ἐν ᾧ κατέλυσε σὺν τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν μυστηρίων ἐνταῦθα ἐτέλεσε. Τὸ Πάσχα τὸ τυπικὸν, τὸν δεῖπνον τὸν μυστικὸν, τὸν νιπτῆρα τῶν μαθητῶν, τοὺς συντακτηρίους λόγους καὶ θεολογικούς. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οἱ μαθηταὶ διὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐκρύπτοντο. Ἐν αὐτῷ δὲ κατὰ τὴν Πεντηκοστὴν, τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔλαβον. Καὶ μὴν ἡ πάναγνος Δέσποινα ἐν τούτῳ τῷ οἴκῳ τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς χρόνον διέζησεν.

Ἐκ ταύτης οὖν τῆς προφάσεως ὁ Ἰωάννης γνωστὸς ἦν τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ ἀκωλύτως ἔσχε τότε τὴν εἴσοδον. Πέτρος δὲ ὡς ἄγνωστος τῆς πύλης ἀποκρουσθεὶς, ἔμεινε θυραυλῶν, ἕως αὐτὸν ὁ Ἰωάννης εἰσήγαγε καταπείσας τὴν θυρωρόν. Καὶ ἦν μὲν βέλτιον τῷ Πέτρῳ Ἰωάννῃ ἑφέπεσθαι, καὶ Ἰησοῦ προσανέχειν, καὶ περισκοπεῖν τὰ τελούμενα. Οὕτω γὰρ ἂν ἴσως ἔξω τοῦ πειρασμοῦ ἐπεφύλακτο. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα
C μεθεὶς τῇ πυρκαϊᾷ προσήγγισεν, ἣν ἀνῆψαν οἱ ὑπηρέται, καὶ τῷ τῶν ἐχθρῶν πυρὶ ἐθερμαίνετο, διὰ τοῦτο παιδίσκη τις φαύλη αὐτὸν ἐθορύβησεν. Ἐπειδὴ γὰρ Πέτρος καὶ Ἰωάννης πρᾶξιν καὶ θεωρίαν αἰνίττονται, βοᾷ διὰ τούτων ἡ ἱστορία, ὡς ὅταν ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ ἀφεῖσα τῇ θεωρίᾳ ἐφέπεσθαι, καὶ θεοπρεπῶς τὰ τῆς οἰκονομίας περισκοπεῖν, νυκτὶ, καὶ ψύχει ἀγνοίας συσχεθεῖσα, πυρὶ ἀλλοτρίῳ διαθερμανθῆναι ἐπιζητεῖ, ὅπερ ἀνάπτουσιν οἱ ὑπερηρέται τοῦ Σατανᾶ· τότε δὴ, τότε ῥᾳδίως ὑπὸ τῆς δούλης ἡδονῆς ὑποσύρεται, καὶ τρὶς ἀρνεῖται τὸν
D Κύριον. Τό τε γὰρ λογιστικὸν ζωφοῦται, καὶ ὁ θυμὸς εἰς δειλίαν ἀγεννῆ κατασύρεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία ἀφεῖσα τῷ ἐμείρεσθαι τῷ Ἰησοῦ συναποθανεῖν, τὴν ζωὴν ταύτην ἐκλέγεται, καὶ οὕτως ἡ τριτὴ ἄρνησις γίνεται. Πλὴν οὐ πάνυ τι κατέγνωστο τοῦ Πέτρου ἡ ἄρνησις ἐν νυκτὶ γενομένη, τουτέστι πρὸ τοῦ δέξα-

Francisci Scorsi notæ.

(34) *Celebris illa domus.* Hæc historia de cœnaculo, seu domo Joannis evangelistæ in monte Sione posita recepta est apud Græcos, et ex aliorum traditione ab ipsis affirmata. Nicephorus Call. lib. I, cap. 40 : *Sub hæc cœna paratur in domo, ut aiunt, Joannis Evangelistæ, quam ille possessione sua (non exigua autem ea fuit) in Galilæa Caiphæ ejus temporis Judææ pontifici vendita (cujus gratia etiam ille notus exstitit, sicuti ipse alicubi sacro suo testimonio astruit) in locis circum Sion montem positis, comparaverat.* Hæc Nicephori totidem verba Baronius refert anno 34, additque eadem a Cedreno, et aliis scribi. Et quod attinet ad domum, quam Joannes habuerit Hierosolymis et in quam post Christi passionem, Dei Genitricem receperit, ipse assentitur. Noster hic multo antiquior Nicephoro, et Cedreno, ut ostendimus in Prœmiis, hanc traditionem paulo aliter atque illi, refert; sed non est magna dissensio.

(35) *In edito quippe.* Descriptionem montis Sionis, et insignium domorum, ac cœnaculi, quæ inibi sita erant, habet Ballestrerius in sua *Onomatographia*, verbo *Hierusalem*.

(36) *Sermonem extremum.* Pluribus circumscripsi has voces συντακτηρίους λόγους, καὶ θεολογικούς· quam autem vim habeat τὸ συντακτηρίους, explicui supra hom. 6, not. 9.

(37) *Non omnino inexcusabilis.* Vide quæ dicuntur infra ad eamdem rem, n. 58 sequente.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σθαι αὐτὸν τὰς ἀκτῖνας τοῦ Πνεύματος. « Οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν, Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » — « Οὔπω ἦν Πνεῦμα ἅγιον· καὶ γὰρ οὔπω Ἰησοῦς διὰ σταυροῦ ἐδεδόξαστο. Τάχα δὲ καὶ ἀκόλουθον ἦν, τὸν ἐπιγνόντα Ἰησοῦν διὰ πίστεως, καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ σκιώδους νόμου ἐμμένοντα, καὶ τὸν ὑπηρέτας τοῦ ἀποκτείναντος γράμματος ἑαυτὸν καταμιγνύοντα ὑπὸ τῆς παιδίσκης τῆς νομικῆς, φημι, λατρείας πρὸς τὴν ἄρνησιν τῆς ἀληθείας ἐφέλκεσθαι, ἕως ἂν ὁ ἀποστολικὸς λόγος ὁ μηνύων τὴν ἡμέραν τῆς πίστεως καθάπερ ἀλέκτωρ φωνήσῃ κεκραγὼς διαπρύσιον· « Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν· » καὶ τότε ἐξελθὼν ἔξω τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς κλαύσει πικρῶς, τουτέστι τὴν πικρίαν τῶν νομικῶν παρατηρημάτων, συνεκκενώσει τοῖς δάκρυσιν. Οὕτω γὰρ καὶ Πέτρος οὐκ ἐν τῇ αὐλῇ μένων ἔκλαυσεν, ἀλλ' ἐξελθὼν ἔξω τῶν πραγμάτων, καὶ λόγων, καὶ τόπων, τῶν ἀρνεῖσθαι ποιούντων τὸν Κύριον. Ἀρνησαμένου γοῦν ἅπαξ τοῦ Πέτρου, ὁ ἀλέκτωρ ἐφώνησεν· ὅτε δὲ τὰς λοιπὰς δύο ἀρνήσει; ἐπήγαγε, τότε καὶ ὁ ἀλέκτωρ πάλιν ἐφώνησε, καὶ οὕτω δεῖ νοεῖν τὸ ὑπὸ τοῦ Μάρκου ῥηθέν· « Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δίς, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. » Ἀλλ' ὁ μὲν Πέτρος περιδεὴς ὤν, οὐκ ᾔσθετο ταχέως τοῦ πτώματος. Ὁ δὲ Κύριος στραφείς, ἐπεὶ οὐκ ἦν διὰ λόγου κατονειδίσαι, πρὸς ἀνάμνησιν ἄγει διὰ τοῦ βλέμματος. Καὶ ὁ Πέτρος εὐθύς, ὡς ἂν ἐκ τῶν δακρύων μὴ κατάφορος γένηται, καὶ μαθητὴς εἶναι ὑποπτευθῇ, ἐξελθὼν ἔξω τῆς ἀνόμων αὐλῆς, πικρῶς ὠλοφύρετο, τὴν ἐκ τῆς ἀρνήσεως πικρίαν γλυκαίνων τοῖς δάκρυσι. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν νυκτὶ διεπράττετο.

« Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν· καὶ δήσαντες ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι. » Μὴ παρέλθωμεν ἀσκέπτως τὸ διὰ τῆς ἱστορίας δηλούμενον, πῶς οἱ μὲν μαθηταὶ σκανδαλισθέντες ἐν νυκτὶ οὐκ ἐκκρίνονται· φησὶ γὰρ ὁ Σωτήρ· « Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. » Ἀλλὰ καὶ Πέτρος νυκτὸς ἀρνεῖται, καὶ συγγινώσκεται· οὗτοι δὲ πρωΐας γενομένης παραδόντες τὸν Κύριον, ἀσύγγνωστοι μεμενήκασιν. Ἐντεῦθεν διδασκόμεθα, ὡς τὰ μὲν ἐν ἀγνοίᾳ καὶ νεότητι σφάλματα, ὡς ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ πραττόμενα, εὐσύγγνωστα γίνεται· τὰ δὲ ἐν ἡλικίᾳ τελείᾳ, ὅτε ὁ λόγος ἐπιλάμψας, γνώσεως ἄξια κρίνεται. Ἰουδαῖοι οὖν παραδόντες Ῥωμαίοις τὸν Κύριον, ταῖς Ῥωμαίων πολιορκίαις αὐτοὶ παρεδόθησαν, καὶ τὰς τῶν προφητῶν ἀρὰς εἰς ἑαυτοὺς ἐπεσπάσαντο· « Καθὼς ἐποίησας, φησὶ πρὸς τὴν συναγωγὴν Ἀβδιοῦ, οὕτως

A nocte evenerit, hoc est, antequam Spiritus fulgores exciperet. « Nemo, enim, potest dicere Dominum Jesum nisi in Spiritu sancto[77]. « Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus[78]. » Fortassis etiam consequens erat, ut, qui per fidem noverat Jesum, et rursus in atrio legis umbratilis **198** immorabatur, seseque litteræ, quæ occidit ministris immiscuerat ab ancilla, legali, inquam, cultu ad veritatem negandam pertraheretur, donec apostolicus sermo instar canentis galli diem fidei nuntians clarius clamaret : « Nox præcessit, dies autem appropinquavit[79]; » tunc vero ab umbra legis egressus, fleret amare; amaritiem scilicet legalium observationum per lacrymas evacuaret. Sic enim et Petrus non flevit, dum mansit B in atrio, sed postquam ex factis, et dictis, et locis, quæ ut Dominum negaret effecerant, se subduxit. Porro autem ad primam Petri negationem cantavit gallus. Ubi vero reliquas duas adjecit, tunc iterum gallus cantavit; atque ita intelligendum, quod dictum est a Marco : « Antequam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus[80]. » Sed Petrus dum trepidaret, adhuc non statim lapsum esse se sensit; Dominus vero conversus, quoniam verbis ei exprobrare non licebat, oculorum conjectu conscientiam arguit. Ille vero continuo ex impiorum atrio, ut ne per lacrymas deprehenderetur, et discipulus esse judicaretur, excedens, amare deploravit, negationis amaritudinem lacrymis dulcem efficiens. C Hæc igitur per noctem gesta sunt

« Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent : et vinctum adduxerunt, et tradiderunt Pontio Pilato præsidi. » Ne illud hoc loco observare prætermittamus, quod per historiam indicatur, qua ratione discipuli quidem in nocte scandalizati non reprobantur (38); ait siquidem Dominus : « Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. » Quin etiam Petrus in nocte negat, et veniam obtinet; hi vero mane facto, tradentes Dominum sine venia remanserunt. Illinc sane docemur, quæ per ignorantiam et ætatis infirmitatem velut in nocte, tenebrisque pec- D cantur, facile condonari; quæ vero perfecta jam ætate, cum ratio elucet, cognitione ac judicio digna judicarj. Judæi igitur cum Romanis Dominum tradidissent, Romanorum ipsi obsidioni traditi sunt; et prophetarum diras ad se pertraxerunt : « Sicuti fecisti, ait ad Synagogam Abdias, sic erit tibi : et

[77] I Cor. XII, 3. [78] Joan. VII, 39. [79] Rom. XIII, 12. [80] Marc. XIV, 30.

Francisci Scorsi notæ.

(38) *Non reprobantur.* Exemplaria mss. hoc loco habent ἐκκλίνονται; sed facilis error irrepere potuit ut λ pro ρ scriberetur. Ἐκκρίνονται enim sensus videtur exigere, ut patet. Itaque sic emendavi et edidi. Cæterum quod pertinet ad morale documentum, quod ex historia more suo Theophanes educit, facit illud Psal. XXIV : *Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris, Domine :* in quem locum Bellarm., *Commemorat*, inquit, *peccata juventutis, et ignorantias, id est delicta commissa ex infirmitate, et ignorantia, quia ipsis magis quam aliis convenit misericordia*, juxta illud Pauli I ad Tim. cap. I : *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

retributio tua reddetur in caput tuum [81]. » Alius vero inquit : « Væ iniquo, mala secundum opera **199** ejus accident illi [82]. »

« Jesus ergo stetit ante præsidem. » Accusabant autem eum Principes sacerdotum multa per summam impudentiam absurda in illum crimina consuentes, et Oseæ prophetia impleta est : « Absconderunt sacerdotes viam Domini, interfecerunt Sichyma (39), quia iniquitatem operati sunt in domo Israel [83]. » Ipsum plane Dominum Sichyma sermo Propheticus appellavit. Audiens porro Pilatus, quod subverteret gentem et Cæsari tributa dari (40) prohiberet, et seipsum Christum Regem appellaret, interrogat utrum ipse Rex sit Judæorum, locum scilicet uti det refellendi calumnias. Ille vero, ne videretur vel tacendo accusatoribus assentiri, vel negando timoris opinionem moveret, valde ingenue respondit : « Tu dixisti, » et sane poterat rationibus iis quibus nemo refragari posset, evincere, contraria omnia se fecisse iis quæ objecerant calumniantes. Ubi enim, tributa dari prohibuit, cum dixisset, « Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari [84]? » Ubi vero regnum invasit? an quando venientibus turbis, ut facerent eum regem, procul ab iis subito secessit in montem [85]? Quid vero tyrannicum in eo homines nefarii deprehenderant, unde possent illa confingere? Verum invidia simul, et ira in ipsis usque adeo efferbuerat, ut etiam incredibilia blaterarent. Quomodo etiam populum docendo concitarit? Profer, o sycophanta, etiam verba doctrinæ; sed erubescis, ne scilicet Pilatus quamvis idolorum cultor, tuam malitiam deprehendat. Sed certe deprehendit; et immites illi arguuntur impietatem gentilis hominis superare. Nam Pilatus quidem eos reprehendebat, et veluti Dominum excusans dicebat : « Nullam causam invenio in eo; » illi vero inordinatis vocibus conclamabant : « Tolle, tolle, crucifige eum, » sed victus eo tumultu, et voces illas incompositas non ferens, audito quod Galilæus esset, mittit illum ad Hero-

A ἔσται σοι, καὶ τὸ ἀνταπόδομά σου, εἰς κεφαλήν σου ἀνταποδοθήσεται. » Ἄλλος δέ φησιν· « Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ κατὰ ἔργα αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. »

« Ὁ μὲν οὖν Ἰησοῦς ἐνώπιον ἔστη τοῦ δικαστοῦ. Κατηγόρουν δὲ οἱ ἀρχιερεῖς ἀναίδην πολλὰ συρρίπτοντες ἀτοπήματα, καὶ ἡ Ὡσηὲ προφητεία πέρας ἐλάμβανεν· « Ἔκρυψαν οἱ ἱερεῖς ὁδὸν Κυρίου, ἐφόνευσαν Σίκυμα, ὅτι ἀνομίαν ἐποίησαν ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. » Αὐτὸν δὲ πάντως τὸν Κύριον ὁ προφητικὸς λόγος ὠνόμασε Σίκυμα. Ἀκούσας δὲ Πιλάτος ὅτι διαστρέφει τὸ ἔθνος, καὶ κωλύει Καίσαρι φόρους διδόναι, καὶ αὐτὸν Χριστὸν βασιλέα ἐπιφημίζει, ἐπερωτᾷ εἰ αὐτὸς εἴη τῶν Ἰουδαίων βασιλεύς, χώραν διδοὺς τὰς συκοφαντίας ἀποσκευάσασθαι. Ὁ δέ, ἵνα μὴ δόξῃ τῇ σιωπῇ τοῖς κατηγόροις συγκατατίθεσθαι, ἢ ἀρνησάμενος παράσχῃ δειλίας ὑπόνοιαν, εὐφυῶς μάλα· « Σὺ εἶπας, » φησί. Καίτοι ἠδύνατο δι' ἀναντιῤῥήτων λόγων ἐνδείξασθαι, ὡς τοὐναντίον ἁπάντων συκοφαντουμένων εἰργάσατο· ποῦ γὰρ φόρους ἐκώλυσεν, εἰπών· « Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι; » Πότε δὲ ἦν αὐτῷ βασιλείας ἐγχείρησις; ἢ ὅτε τῶν ἄλλων ἐπιόντων, ὥστε βασιλέα ποιῆσαι αὐτόν, ἀφεὶς αὐτοὺς εἰς τὸ ὄρος εὐθὺς ἀνεχώρησε; Τί δὲ τυραννικὸν ὁρῶντες οἱ βδελυροὶ τοιοῦτα συνέῤῥαπτον; Οὕτως ὑπερζέων ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ φθόνος ὁμοῦ καὶ θυμός, ὥστε ἀπίθανα καταφλυαρεῖν. Πῶς δὲ καὶ ἀνασείει τὸν ὄχλον διδάσκων; Πρόσθες, ὦ συκοφάντα, καὶ τοὺς τῆς διδασκαλίας λόγους· ἀλλ' ἐρυθριᾷς, ἵνα μὴ καὶ ὁ εἰδωλολάτρης Πιλάτος τὴν σὴν φωράσῃ φαυλότητα. Ἀλλὰ δὴ καὶ πεφώρακε, καὶ ἐλέγχονται οἱ ἀνήμεροι, ἀνδρὸς Ἕλληνος ἀσέβειαν ὑπερβαίνοντες. Ὁ μὲν γὰρ Πιλάτος ἐπετίμα, καὶ οἷον ἀπολογούμενος ἔλεγεν· « Οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ· » αὐτοὶ δὲ ἀτάκτως ἐκραύγαζον· « Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. » Νικηθεὶς δὲ τοῖς θορύβοις, καὶ τὰς ἀτάκτους μὴ φέρων φωνάς, πέμπει αὐτὸν πρὸς Ἡρῴδην, ἀκούσας ὅτι Γαλιλαῖός ἐστι. Τάχα που καὶ ἀθέσμου δίκης ὑπεκστῶν ἑαυτόν, καὶ χύσιν ἀθώου αἵματος παραιτούμενος, ὁ δὴ καὶ ἐν τῇ τῶν χειρῶν νίψει ὁρᾶται πεποιηκώς. Ἀλλ

B

C

[81] Abdiæ 15. [82] Isa. III, 11. [83] Osee VI, 9. [84] Matth. XXII, 21. [85] Joan. VI, 15.

Francisci Scorsi notæ.

(39) *Interfecerunt Sichyma.* Locus est ex Osee cap. VI, quem ita reddunt LXX ut in Bibliis Regiis, ἔκρυψαν ἱερεῖς ὁδὸν Κυρίου, ἐφόνευσαν Σίκιμα· ὅτι ἀνομίαν ἐποίησαν. Latine vero uti jam habes in mea versione, eademque in editione Sixt. Addit autem hic Theophanes ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ: quæ verba sunt sequentis versiculi in citatis Bibliis. Sed et hæc interpunctio Theophanis exstat in aliquo exemplari impresso LXX quod est apud me; quare videtur eam legisse auctor in suo. Igitur verbum Hebraicum שכמה Sicima, vel Sichima, ut apud alios legitur, verterunt non solum LXX, sed et Symmachus, de qua versione vide Cornelium a Lapide et Riberam, apud quem etiam reperies allegoriam de Christo, quam insinuat hic Noster. In nomine uno etiam variant mea exemplaria mss.: Pan. scribit Σίκυμα vel Σίκιμα; Gall. Σίκημα, quæ scriptio est LXX, etiam in bibl. Reg. quam et ego secutus sum, sed Latine scripsi Sichima, ut apud Riberam scriptum est.

(40) *Et Cæsari tributa dari.* Mendosissima scriptura cod. Pan. καὶ Φαρισαίους διδόναι, quæ duo verba nihil significant, et scripta sunt loco horum plurium, καὶ Καίσαρι φόρους διδόναι, καὶ αὐτὸν Χριστὸν βασιλέα ἐπιφημίζει. Sic etiam supra in hac homilia deerant illa omnino ad integritatem sententiæ necessaria : Κελεύει τὴν ἄλλην ἑκουσίως παρέχειν. Præcipit aliam voluntarie præbere. Et supra etiam eadem plane menda in eodem Pan. C. ubi Christum loquentem cum Juda induxit, Καὶ τοῦ πράγματος ἐφ' ὃ πρᾶγμα ἦλθες οὐχ ἵνα φιλήσῃς; Quæ sic emendanda ex Gall. : Τίς χρεία φησὶ τοῦ τῆς φιλίας σχηματισμοῦ. Quæ bene habent etiam in Pan. Deinceps vero in Gall.: Καὶ τοῦ πλάσματος, ἐφ' ᾧ πράγματι παρεγένου τοῦτο καὶ πλήρου. Οὐ γὰρ ἦλθες ἵνα φιλήσῃς, etc. Supra itidem ubi, Δεικνὺς ὡς οὐδὲν βούλεται τοῦ πατρικοῦ ἀπαίδον θελήματος, solum scriptum erat in Pan. Οὐδὲν βούλεται, quod quam mancum sit, nemo non videt. Atque has omnes varietates scriptionum, quod unius modi essent, in hunc unum conjeci numerum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἦν ἄρα Ἡρώδης χοιρώδης, καὶ φερωνύμως δερμάτινος. Ἐχάρη γὰρ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, οὐχ ὡς ὀφελη-
θησόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς θέλων τι σημεῖον ἰδεῖν. Ἤλπετο γὰρ αὐτόν τινα τερατοποιὸν εἶναι, καὶ ἐπηρώτα ἐν λόγοις ἱκανοῖς, σοφιστικὰ συνείρων προβλήματα. Ὁ δὲ Κύριος τὸ ἀκερδὲς, καὶ εἰκαῖον τῶν ἐρωτήσεων, μηδὲν ἔχον ἄξιον ἀποκρίσεως ἐλέγχει σιγῇ. Ὅμως μέντοι καὶ Ἡρώδης οὕτω τυγχάνων ἀμβλὺς, καίτοι τῶν ἱερέων καὶ Γραμματέων εὐτόνως κατηγορούντων, ἐξουθένησε μὲν αὐτὸν, τὴν φιλόσοφον χλευάσας σιγήν· διὰ μέντοι τοῦ λαμπρὰν ἐσθῆτα τούτῳ περιβαλεῖν, ἔοικε Πιλάτῳ συμμαρτυρεῖν, ὡς οὐδ' αὐτὸς ὑπ' αἰτίαν εὗρεν αὐτόν. Διὸ καὶ ὁ ἡγεμὼν σύμψηφον τὸν Ἡρώδην ἰδὼν, ἐπιτείνει τὴν ὁμολογίαν λέγων· « Οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ. » Ἐπεὶ δὲ καθ' ἑορτὴν εἰώθει ἕνα δέσμιον χαρίζεσθαι λαῷ, λαμβάνει τὸ ἔθος συνεργὸν τοῦ βουλεύματος, καὶ μονονουχὶ τοῦτό φησιν· Ἐγὼ μὲν ἀνεύθυνον ἄνδρα ὁρῶ, εἰ καὶ ὑπεύθυνός ἐστιν, ὥς φατε, καὶ οὕτω διὰ τὸ ἔθος ἐλευθερωτέον αὐτόν. Οἱ δὲ κυνηδὸν πάντες ὑλάκτησαν θορύβου πλήσαντες τὸ πραιτώριον, καὶ βοῶντες· « Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. » Καὶ ἵνα χρήσωμαι τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου φωνῇ· « Τὸν ἅγιον, καὶ δίκαιον ἠρνήσαντο, ᾐτήσαντο δὲ ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι αὐτοῖς, » τῆς ἐκείνου μερίδος ποιοῦντες ἑαυτοὺς κοινωνούς. Ἐρωτωμένου δὲ Πιλάτου· « Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; » αὖθις οἱ θεοστυγεῖς ἐκραύγασαν· « Σταυρωθήτω, σταυρωθήτω. » Ἐπεθύμουν γὰρ σταυρῶσαι αὐτὸν, ἵνα καὶ ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, ὑποπεσεῖν νομισθῇ δημοσίοις ἐγκλήμασι. Κατηγοροῦσι δὲ καὶ τοῦ νόμου οἱ νομοκάπηλοι, καί φασιν· « Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν. » Ὁ γοῦν Πιλάτος παντελῶς ὑπεκστῶν ἑαυτὸν τῆς ἀδίκου σφαγῆς· « Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν, φησὶ, κρίνατε αὐτόν. » Μονονουχὶ λέγων· Εἰ ὁ νόμος ὑμῶν εὐήθης ἐστὶν, ὡς κολάζειν καὶ τὸν ἀναίτιον, χρήσασθε τῷ ἀποτόμῳ νόμῳ ὑμῶν. Τί οὖν οἱ παραπλῆγές τε, καὶ θεομισεῖς; « Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. » Καὶ μὴν φαίνονται καὶ Στέφανον καταλεύσαντες, καὶ Ἰάκωβον ἀνελόντες τὸν δίκαιον.

A dem. Atque eo fortasse consilio, ut se ab iniqua sententia ferenda removeret, et innocentis sanguinis effusionem a se deprecaretur : quod etiam lavatione manuum præ se tulisse videtur. Sed erat profecto Herodes chœrodes (41), hoc est, ut similitudo nominis indicat, pellitus quidam stabulus. Gavisus enim est, ut Dominum vidit, non capiendæ utilitatis studio, sed signi videndi. Præstigiatorem **200** scilicet aliquem eum esse existimabat; itaque multis sermonibus interrogabat sophisticas conserens quæstiones. Sed Dominus quam inutiles et vanæ interrogationes essent, quodque nihil continerent, quod esset responsione dignum, silentio ostendit. Sed enim cum et Herodes ipse tam esset hebes, et sacerdotes et Scribæ constanter B accusarent, sprevit illum, et sapiens illud silentium ludibrio habuit. Quod vero induit eum veste alba, visus est cum Pilato contestari, quod et ipse, nulli crimini obnoxium esse, comperisset. Quare etiam præses suffragantem suæ sententiæ Herodem videns confessionem astruit dicens : « Nihil dignum morte actum est ei. » Quia vero per diem festum consueverat unum reum populo condonare, consuetudinem ipsam suæ voluntatis adjutricem assumit; atque in hanc propemodum sententiam loquitur : Equidem ego insontem hunc hominem video, quamvis, ut vos dicitis, nocens sit; itaque propter consuetudinem liberandus est. Illi vero, ut canes oblatrarunt omnes, et strepitu implevere prætorium C clamantes : « Non hunc, sed Barabbam, » atque ut magni illius Petri verbis utar, « Sanctum, et justum negarunt, et virum homicidam sibi dari petierunt [66]; » ejusque sortis sese participes effecere. Interrogante autem Pilato : « Quid vero faciam de Jesu, qui dicitur Christus? » rursus nefarii homines conclamarunt : « Crucifigatur, crucifigatur. » Cupiebant quippe illum in crucem tolli, ut ex mortis genere in publica delicta incurrisse crederetur. Legem etiam objiciunt ii qui legem adulterare consueverant : nos « Legem habemus, et secundum legem nostram debet mori. » Pilatus igitur, qui omnibus modis ab injusta illa morte

[66] Act. III, 15.

Francisci Scorsi notæ.

(41) *Herodes Chœrodes.* Dupliciter ludit hic auctor, et in paronomasia, et in etymologia nominis. Nam τὸ *Ἡρώδης* eumdem fere sonum reddit atque *χοιρώδης*, quæ vox *subulcum* signat. Nam Græci veteres ac nativi aspirationem ita exprimebant, ut sentiretur; quod vel ex hoc loco antiquarii colligant, de quo agit et Lipsius opusc. *De pronuntiat. Latinæ linguæ.* Cum igitur vox Ἡρώδης aspiretur, convenit fere in principe syllaba cum χοιρώδης, quæ itidem aspiratam possidet litteram; neque vero inter sonum η et οι multum distat. Jam vero nomen Ἡρώδης, si ejus etymon ab Hebræo detorqueatur (cæterum enim ipsum est purum putum Græcum, cujus multiplices etymologias leges in Etym. magno), sed si ab Hebræo, ut dixi, trahatur, quod et Noster facere videtur, significat *pellis gloriam*, vel *pellibus gloriantem*. Hanc ait Ludov. Bal- D lestrier, qui etiam Hebræum nomen videtur id ponere, sed non affert radicem verbi, quæ est עָרָה *nudare*. Unde et עֹר pellis, inquit Sanctes Pagninus, quod nudetur et detrahatur, quæ etiam nondum detracta idem obtinet vocabulum tam in homine, quam in bestiis. Sic Græcis δέρος, et δέρμα et δέρρις pellis παρὰ τὸ δέρειν, quod est excoriare. Porro in eadem etymologia versatur S. Maximus cent. I *Œconom.* 79 et ex eadem hujusmodi mysticum elicit sensum : *Mens fidelis, et operationi dedita cum in morem S. Petri tenetur ab Herode (de Herode Agrippa loquitur), hoc est a lege pellicea (Herodes enim interpretatur pelliceus) quæ est prudentia carnis, sub duabus coercetur custodiis, et una porta ferrea dum oppugnatur ab affectionum vi, et assensione animi illi præstita.* Hæc S. Maximus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

expedire se satagebat : « Accipite, inquit, eum vos, et secundum legem vestram judicate eum, » modo non sic dicens : Si lex vestra tam fatua est, ut etiam innocentem puniri jubeat, utimini hac lege vestra tam immani. Quid igitur vecordes illi ac impii? « Nobis non licet interficere quemquam. » Atqui et Stephanum lapidasse, et Jacobum sustulisse planum est. Verum hoc idcirco dixerunt, quia non licebat eis quemquam supplicio crucis afficere, sed in Romanorum id erat potestate. Oportebat vero et hic impleri sermonem Jesu, quo **201** discipulis dixerat, tradendum se gentibus, et occidendum. Ideo et Joannes ait : « Ut sermo Jesu impleretur, quem dixerat significans, qua morte esset moriturus. » Iterum ergo interrogavit Pilatus Jesum : « Unde es tu? » Ille vero negata responsione, quæ supra captum ejus erat futura, rursus tacet. Quid igitur Pilatus? « Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? » Atque ille quidem Romana potestate insolescit; Salvator vero Patris voluntatem opponit : « Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum fuisset desuper, » datum illud vocans, quod erat permissum. Illud vero, quantum habet stuporis, quod Judici quidem non multa respondit, uxorem vero illius oraculo admonet, et pavore, et consternatione illam implet, ut nimirum Pilatus hinc fortitudinem ejus, qui judicabatur ex silentio obstupesceret, inde vero ab uxore in ea sententia confirmaretur, non purum hominem, sed etiam Deum a se judicari. Verum Pilato species oblata non est, ne formidine victus ipsum absolveret, atque ita divina dispensatio non perficeretur : neque enim ne pateretur Christus, illa ostensa est, sed uti mulier salvaretur (42), cum ut vero simile videtur, digna esset, cui visum illud objiceretur, atque ita etiam typus Ecclesiæ ostenderetur. Nupserat enim illa intelligibili Pilato, hoc est naturali legi, sed postea Christo adhæsit. Pilatus porro rudis quispiam homo fuisse, et simul meticulosus arguitur : aquam enim accipiens lavit manus, et tam gravis occisionis pœnam externa illa specie expurgavit : verbo quidem innocentem seipsum faciens, re autem ipsa humanum timorem justitiæ præponens. Infelix vero populus Judæorum sanguinem justum non modo suo, sed etiam filiorum suorum capiti irrogavit. Dicebant enim : « Sanguis ejus super nos, et super filios nostros; » et quidem justum hujus imprecationis exitum nacti sunt concisi gladio Romanorum. Quod vero Pilatus

Ἀλλὰ ταῦτ' ἔφασαν ἐπειδὴ σταυρῶσαι αὐτοῖς οὐκ ἐξῆν, ἀλλὰ τῇ ἐξουσίᾳ Ῥωμαίων ἦν τὸ ἀνασταυροῦν. Ἔδει δὲ κἀνταῦθα λόγον πληρωθῆναι τοῦ Ἰησοῦ, ὃν εἶπε τοῖς μαθηταῖς, ὅτι παραδοθήσεται τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἀποκτανθήσεται. Διὰ τοῦτο ὁ Ἰωάννης φησίν· « Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν. » Πάλιν οὖν ἠρώτησεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν· « Πόθεν εἶ; » Ὁ δὲ ὡς οὐ χωρητὴν οὖσαν αὐτῷ τὴν ἀπόκρισιν ἀπαναίνεται, καὶ αὖθις σιγᾷ. Τί οὖν ὁ Πιλάτος; « Ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας, ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε; » Ὁ μὲν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐξουσίᾳ θρύπτεται, ὁ δὲ Σωτὴρ τὴν τοῦ Πατρὸς εὐδοκίαν προβάλλεται. « Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν, » Δεδομένον τὸ συγκεχωρημένον εἰπών. Ἐκεῖνο δὲ πόσης καταπλήξεως ἔμπλεων ἦν, ὅτι τῷ μὲν δικαστῇ οὐκ ἀπεκρίνατο πολλὰ, τῇ δὲ γυναικὶ αὐτοῦ χρηματίζων πτοίας καὶ ταραχῆς ἐνεπίμπλα πολλῆς, ἵνα τῇ μὲν σιωπῇ τὴν ἀνδρείαν ὁ Πιλάτος τοῦ κρινομένου καταπλαγῇ, παρὰ δὲ τῆς ὁμοζύγου βεβαιωθῇ, ὡς οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον κρίνει, ἀλλὰ γὰρ καὶ θεόν. Οὐχ ὁρᾷ δὲ Πιλάτος τὸ ὅραμα, ἵνα μὴ κατορθώσας ἀπολύσῃ αὐτὸν, καὶ τὰ τῆς οἰκονομίας οὐ τελεσθῇ· οὐ γὰρ ἵνα μὴ πάθῃ Χριστὸς, ἐδείχθη, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ἡ γυνὴ, ἀξία οὖσα, ὡς ἔοικε, τοιαύτης ἀποκαλύψεως, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὁ τύπος δειχθῇ. Συνῴκει μὲν γὰρ καὶ αὐτὴ τῷ νοητῷ Πιλάτῳ τῷ νόμῳ τῷ φυσικῷ, ἀλλ' ὕστερον ᾠκειώθη Χριστῷ. Ἐλέγχεταί γε μὴν ὁ Πιλάτος εὐήθης τις ὢν καὶ ψοφοδεής. Λαβὼν γὰρ ὕδωρ ἐνίψατο, καὶ τούτου φόνου δίκην τό γε δοκεῖν ἀπεκλύζετο, λόγῳ μὲν ἀθῳῶν ἑαυτὸν, ἔργῳ δὲ προκρίνων τοῦ δικαίου τὴν ἀνθρωπίνην αἰδῶ. Ἡ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἀθλία πληθὺς, τὸ δίκαιον αἷμα, οὐ μόνον κατὰ τῆς ἰδίας ἐπέγραψε κεφαλῆς, ἀλλὰ τῶν τέκνων αὐτῶν. Ἔφαντο γάρ· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Καὶ δὴ ταύτης ἐνδίκως τῆς ἀρᾶς παραπήλαυσαν μαχαίρᾳ κατακοπέντες Ῥωμαϊκῇ. Ὅτι δὲ καὶ ὁ Πιλάτος οὐ πάντῃ ἀνέγκλητος, ἔδειξεν εἰπὼν ὁ Σωτήρ· « Διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς με σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει. » Ὁ μὲν οὖν Πιλάτος παρέδωκεν αὐτὸν, ἵνα σταυρωθῇ· ὁ δὲ τολμητίας Ἰούδας ἕως μὲν ἐώρα κρινόμενον τὸν Σωτῆρα, οὐ μετεβάλλετο· ᾤετο γάρ, ὡς ἐπὶ βραχὺ χλευάσαντες αὐτὸν, ὕστερον ἀπολύσουσιν. Ἰδὼν δὲ, ὅτι κατεκρίθη, καὶ τοῖς στρατιώταις ἦν ἔκδοτος, καταξαινόμενος ὑπὸ τοῦ συνειδότος, αἰδοῦς τε καὶ λύπης ἐν μεταιχμίῳ γενόμενος, καὶ τοὺς παρὰ πάντων ὀνειδισμοὺς, ὡς εἰκὸς, λογιζόμενος, ῥίπτει ἐν τῷ ναῷ τὰ ἀργύρια, ἡμαρτηκέναι ὁμολο-

Francisci Scorsi notæ.

(42) *Sed uti mulier salvaretur.* Multa somniorum genera distinguunt scriptores, inter quos Macrobius, *Saturn.* lib. 1, cap. 3, quæ non est præsentis negotii recensere. Ex nostris Joannes Maldonatus, in hunc locum Evang., quatuor numerat : Naturale, morale, divinum, diabolicum, quæ breviter leges explicata apud ipsum. Divinum vero, non diabolicum fuisse somnium uxoris Pilati immissum probabilius videtur, quod et Origenes, Hilarius, Leo, serm. 2, *De Pan.*, Chrysost., Hieron., Euthym., Theophyl., ab ipso laudati, quibus adnumerandus hic Noster. Quin et salutem ex hoc somnio, quod de Christo habuit illam fuisse mulierem consecutam probabiliter Origenes, Chrysost., et Theophyl., existimant. Noster non id solum, sed et mysterium, seu typum in hac historia agnoscit breviter ab ipso insinuatum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γῶν, καὶ ἀπάγχεται. Τινὲς δέ φασιν, ὡς δια τοῦτο ἀπήγξατο, οἰηθεὶς προλαβεῖν τὸν Κύριον τεθνηξόμενον, καὶ τυχεῖν ἐν ᾅδου γυμνῇ τῇ ψυχῇ, καὶ αἰτῆσαι συγχώρησιν. Ἀλλ' ἔδει τὸν ἠλίθιον συναπορρίψαι τοῖς ἀργυρίοις καὶ τὴν ἀπόγνωσιν, καὶ μιμήσασθαι τοῦ Πέτρου τὴν μετάνοιαν. Οὐ γὰρ ἂν ἀπέστρεψεν αὐτὸν, ὁ μηδ' ἐν τῇ ἀγχόνῃ συγχωρήσας τοῦτον ἀποθανεῖν, ἀλλ' οἰκονομήσας ἐκραγῆναι τὸν βρόχον, ὥστε αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν· οὐ γὰρ ἐν τῇ ἀγχόνῃ, ἀλλ' ὕστερον λακήσας ἀπέθανεν, ὡς ἡ βίβλος διδάσκει τῶν Πράξεων. Οἱ μέντοι θεοσύλαι καὶ θεοκάπηλοι ἀρχιερεῖς εὐποιΐαν δοκοῦντες ποιεῖν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις ὠνήσαντο, τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας οἷα στήλην ἀθάνατον στήσαντες, καὶ ἅμα τὴν Ἱερεμίου προφητείαν περαίνοντες· « Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὧν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. »

A non omnino culpa vacaret, ostendit Dominus, cum dixit : « Ideo qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. » Pilatus igitur tradidit eum, ut crucifigeretur. Verum temerarius ille Judas dum esse adhuc sub judice Dominum videret, animum non mutabat. Fore enim existimabat, postquam **202** eum paulisper ludificassent, ad extremum dimitterent : ubi vero damnatum, et traditum militibus animadvertit, conscientiæ stimulis compunctus, et inter pudorem mœroremque fluctuans, et omnium, ut par erat, opprobria reputans, projicit argentum in templo, et peccasse se confitetur, et collo laqueum injicit. Quidam vero hic dicunt (43) ideo se suffocasse, ut præveniret Dominum paulo post moriturum; et apud inferos sola anima ei occurreret et veniam B peteret. Sed oportebat stultum illum, una cum argento desperationem abjicere, ut Petri pœnitentiam imitaretur. Non enim eum aversatus esset Dominus, qui neque eliso gutture eum mori permisit, sed ita rem disposuit, ut laqueus abrumperetur, quo ad resipiscendum ille adduceretur. Non enim laqueo (44), sed mox crepans vitam abrupit, ut liber Actorum docet [87]. Verum sacrilegi Pontifices Dei religionem venalem habere soliti, ut beneficium aliquod facere viderentur, agrum figuli in sepulturam peregrinorum emerunt impietatis suæ monumentum ibi immortale statuentes, et simul Jeremiæ prophetiam implentes : « Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli. »

Ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν παροινήματα, ὅπως τε τοῦ θείου σώματος ἕκαστον μέλος ἐνύβριζον, τοὺς πόδας ἐκ τοῦ γονυπετεῖν, τὰς χεῖρας διὰ τοῦ καλάμου, ἐκ δὲ τοῦ στεφάνου καὶ τῶν κολαφισμάτων τὴν κεφαλήν. Ἔστι δὲ κολαφισμὸς, τὸ κοίλῃ χειρὶ τύπτειν τὸν τένοντα, ὡς ψόφον γίνεσθαι

Sed jam videamus quibus contumeliis petulantes ebrietate milites singula divini corporis membra effecerint, pedes quidem genuflectendo, manus arundine injecta, imposita corona, impactisque C colaphis caput. Colaphus porro est cum cervix cava manu verberatur, ut sonus ex ictu explodatur

[87] Act. I, 18.

Francisci Scorsi notæ.

43) *Quidam vero dicunt.* Refert et hoc commentum verius, quam opinionem Theophylactus in Matth. cap. XXVII : Τινὲς δὲ λέγουσιν ὅτι ὁ Ἰούδας (panca ex medio præcido) ἀπήγξατο, ἵνα προλάβῃ τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ ἱκετεύσας σωτηρίας τεύξηται. *Quidam autem dicunt, quod et circo se strangulavit, ut præveniret Jesum in inferno, et ibi orando salutem assequeretur.* Sed refert, ut dixi, ex aliis excogitatum hoc figmentum Theophil., non probat; quod et Theophanes noster facit.

(44). *Non enim laqueo.* Exstat apud Petrum Alloix, soc. Jesu, qui vitas et documenta SS. Patrum Orientalium luculenter perscripsit, et edidit, S. Papiæ hac de re opinio, quam certe illi Œcu- D menius adscribit, Judam non laqueo vitam finivisse, sed prolapsum aliquandiu superfuisse ac tandem tumefacto admodum corpore cum esset, a prætereunte curru oppressum. Τοῦτο δὲ, ait ipse, σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου μαθητὴς, λέγων· *Hoc autem planius memorat Papias Joannis apostoli discipulus dicens.* Deinceps verba S. Papiæ ab eo relata sunt : Μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν Ἰούδας. Πρηθεὶς γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἁμάξης ῥᾳδίως διερχομένης ὑπὸ τῆς ἁμάξης ἐπιπέσῃ, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐκκενωθῆναι. *Magnum pietatis exemplum in hoc mundo circumambulavit Judas; corpore enim in tantum inflatus, ut pertransire non posset, qua facile plaustrum pertransibat, a plaustro oppressus est, sic ut ejus effusa fuerint viscera.* Verum hæc opinio S. Papiæ jam antiquata est, et exoleta; quin et Baronius dubitat an hæc opinio sit illius Papiæ discipuli Joannis, idque in medio relinquit. Sed eam quadamtenus secuti sunt Theophyl., Euthymius, Œcumenius jam relatus. Verba Theophyl. sunt : *Verum cognosce* (Græca omitto) *eum quidem collum inseruisse laqueo, cum se e quadam arbore suspendisset, sed ea inclinata supervixit, Deo illum volente vel ad pœnitentiam conservare, vel in traductionem et confusionem.* Simile quid Euthymius. Noster autem hoc tantum ab his discrepat, quod laqueo abrupto, non arbore inclinata supervixisse dicit. Cæterum communis sententia nunc obtinet, laqueo illi guttur elisum, quod videntur Græca Matth. exprimere cum de illo dicat cap. XXVII, v. 5, Καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. *Et abiens strangulavit se*, ut habet Syriaca versio : vel ut Latina, *Et abiens laqueo se suspendit*, quod communi more de morte intelligitur, cum perrarum sit de suspendio effugium. Cui non repugnat locus alter Actor. cap. I, ubi sic de Judæ interitu loquitur S. Petrus : Καὶ πρηνὴς γενόμενος λάκησεν μέσος, quæ verba Latinus interpres sic reddit : *Et suspensus crepuit medius;* Syriacus autem : *Et cecidit in faciem suam humi, et crepuit per medium sui.* Potest enim utrumque consistere, quod Maldonatus et Lorinus et Alloix putant, ut se ex edito loco laqueo suffocarit et jam suffocatus ita præceps pronusque (quod proprie signat Græca vox πρηνὴς apud Luc. Act. I), in faciem, ac ventrem deciderit, ut ventre disrupto omnia ejus viscera sint effusa. Plura vide apud memoratum Petrum Alloix in Not. ad Vitam S. Papiæ de tertia opinione.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad risum. Atque hæc sane milites faciebant, non Pilati jussu, sed ut Judæis scelesti gratificarentur; omnes enim confertos diabolus incitavit ut Christi contumelias sua ducerent oblectamenta. Verum uti tyrannidis affectatæ damnato chlamydem circumdant homicidæ purpuream. Quod si eam chlamydem alius evangelista purpuream, alius coccineam (45) vocat, nihil novum. Symbolice enim et purpura, et coccinum Regem eum universi testantur. Et sane vestimenta exuit sua, ut Adamum pelliceis tunicis (46), mortalitatis nimirum, exueret. Quoniam vero effuso in idolorum sacrificiis sanguine, terra infecta fuerat, purpura **203** ipse amicitur. Atque uti purgaret spinas, quæ peccato patrato germinaverant, coronam spineam tulit. Calamum porro tenet ad delendum chirographum servitutis: et quoniam draconem intelligibilem insectabatur, calamum capit (47), exitiale serpentibus instrumentum; aiunt enim arundinis ictibus maxime elidi serpentes. Sic igitur milites Christo tunc illudebant. Ego vero vereor, ne etiam nunc in Ecclesia sint, qui ante Christum genua flectant, et illudant. Etenim hypocritæ, qui ad ostentationem virtutem simulant, vel qui non ea, qua par est, dispositione animi, ad mysterium fidei accedunt,

διὰ τῆς πληγῆς ἐπὶ γέλωτι. Ταῦτα δὲ ἐποίουν οἱ στρατιῶται, οὐκ ἐξ ἐπιτάγματος τοῦ Πιλάτου, ἀλλὰ τοῖς Ἰουδαίοις οἱ μιαροὶ χαριζόμενοι. Πάντας γὰρ ἀλλέας διήγειρεν ὁ διάβολος, τέρψιν οἰόμενος τὰ εἰς Χριστὸν παροινήματα. Ἵνα δ' ἐπὶ τυραννίᾳ καταγνωσθέντι, καὶ χλαμύδα περιβάλλουσιν αὐτῷ οἱ φονικοὶ φοινικήν. Εἰ δ' ὁ μὲν τῶν εὐαγγελιστῶν χλαμύδα κοκκίνην, οἱ δὲ πορφύραν φασὶν, οὐδέν τι καινόν. Συμβολικῶς γὰρ καὶ ἡ πορφύρα καὶ τὸ κόκκινον βασιλέα τοῦ παντὸς αὐτὸν μαρτυρεῖ. Ἐξεδύσατο μὲν γὰρ τὰ ἱμάτια, ἐκδύων τὸν Ἀδὰμ τοὺς δερματίνους χιτῶνας τοὺς τῆς νεκρώσεως. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς τῶν εἰδωλικῶν θυσιῶν αἵμασιν ἡ γῆ ἐπεφοίνικτο, τὴν πόρφυραν περιχλανίζεται. Ἐκκαθαίρων δὲ τὰς τῆς ἁμαρτίας ἀκάνθας, ἃς ἐβλάστησεν ἡ παράβασις, φορεῖ τὸν ἀκάνθινον στέφανον. Κρατεῖ δὲ τὸν κάλαμον, ἀναιρῶν τὸ τῆς δουλείας χειρόγραφον. Καὶ ἐπειδὴ τὸν νοητὸν ἐδίωκε δράκοντα, λαμβάνει τὸν κάλαμον τὸν ἀναιρετικὸν τῶν ὄφεων ὄργανον· φασὶ γὰρ ταῖς τῶν καλάμων πληγαῖς τοὺς ὄφεις μάλιστα καταράσσεσθαι. Τότε μὲν οὖν ταῦτα οἱ στρατιῶται κατεκερτόμουν. Ἐγὼ δὲ δέδοικα μὴ καὶ νῦν εἰσί τινες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γονυπετοῦντες ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐμπαίζοντες. Οἱ γὰρ ἐν ὑποκρίσει τὴν ἀρετὴν μετερχόμενοι, ἢ μὴ εὐδιαθέτως τῷ μυστη-

Francisci Scorsi notæ.

(45) *Purpuream, alius coccineam.* Eamdem fuisse vestem, et unius coloris, quam S. Marcus πορφύραν, S. Joannes πορφυροῦν ἱμάτιον, S. Matth. κοκκίνην χλαμύδα, non vocatur in dubium. Solum ex ultimo intelligitur cujusmodi fuerit illa purpura, nempe coccinei coloris, differre siquidem viri docti inter se purpuram et coccinum censent; primam ex sanguine piscis tinctam, qui purpura, vel alterius, qui murex, seu buccinum proprie; nam murex commune videtur ad utrumque nomen: de qua infectione Plin. lib. IX, cap. 37, a quo hæc purpura *nigrantis rosæ colore sublucens, et nigricans aspectu*, eademque suspectu refulgens describitur. At vero coccinum ex cocco, quod granum fruticis notissimi Plinio, et Dioscoridi. Unde *Granum* eum Hispani vocant, et colorem *de grana*, qui color rubicundus et splendidus. Sic breviter distingui, quæ copiosius disputant Martinus Joannes del Rio, lib. II *Syntag. in Senec.*, tragœd. I, et Ludovicus de la Cerda, in lib. IV Georg., ubi acriter confutat errorem eorum qui idem omnino putant, apud scriptores veteres, purpuram et coccinum. Sed distinctio apud scriptores tam Græcos quam Latinos locum habuit usque ad Augusti ævum, quod recte colligitur ex Cornelio Nepote apud Plinium lib. IX, cap. 39, qui ait: *Me jurene violacea purpura vigebat;* eadem vero est violacea, quam quæ paulo ante ex Plinio descripta est. Obiit autem Nepos, ut ibidem ait Plinius, principatu Augusti. Postea vero additus ad purpuram rubor ille eximius, ut clare ex eodem Plinio lib. eodem cap. 41, et exinde puto purpuream etiam coccineam vocatam, et utrumque nomen idem significasse, adeoque vestem Christi, qua de instituimus disputationem, quæ coccinea fuit, πορφυροῦν ἱμάτιον vocari a S. Matthæo et Joanne ex usu jam recepto, ut idem Joan. Lacerda in eo loco advertit. Quod autem ait idem Lacerda purpuram fuisse Regum propriam, nusquam coccinum, videtur refragari Plinius, lib. XXI, cap. 2, ubi scribit, *coccum imperatoriis dicatum valudamentis.* Nisi si quis ad tuendam Lacerdæ opinionem ita distribuat, ut quamquam paludamentum fuerit etiam ante Augusti ævum, consulum, seu imperatorum vestis in provinciam cum exercitu exeuntium, ut ex Tullio et aliis patet, tamen quod attinet ad coccineum colorem accipi Plinium possit de ævo Augustum sequente. Scio posse adhuc aliqua addubitari, disputarique circa hos colores, si quis subtilius, quærat. Hæc tamen, quæ scripsi, satis videri possunt ad varietatem loquendi evangelist. conciliandam, et uti ne mirum, sed verum videatur, quod hic noster Theophanes utrumque et purpureum et coccineum fuisse insigne regium dicit. Et ita per symbolicam interpretationem conciliat utriusque evangelistæ vocabulum, cum ait ad signandum Christi imperium, et coccineam eamdem, et purpuream vestem appellatam. Sed litteralis conciliatio est, quam jam attulimus. Vide etiam quæ adnotamus hom. 43. not. 97, περὶ ἀλουργίδος.

(46) *Pelliceis tunicis.* Alludit ad dictum Gregorii Nazianz. ex orat. *De Nativitate*, quod idem repetitur in ea quæ est in Sanctum Pascha, quod explicuimus ad hom. 24, n. 15.

(47) *Calamum capit.* Quod de calamo hic tangit Theophanes, eum esse serpentibus infestum, putat a S. Athanasio desumere, qui idem symbolum in calamo Christi agnoscit: *Arundinem*, inquit, *accepit Christus, cum illi a diabolo porrigeretur, ignaro, quod contra seipsum gladium acueret; dicitur enim arundo serpentibus esse lethalis: atque inde potissimum interfici.* Hæc Athanasius, cujus Græca non sunt apud me. Tangit et hanc calami vim S. Proclus orat. 2: Ὦ κάλαμος ἐν οὐρανοῖς τοὺς πιστοὺς πολιτογραφήσας, καὶ τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως τὴν τυραννίδα συντρίψας· *O arundinem, quæ credentes in cœlo conscripsisti cives, quæque serpentis malorum auctoris tyrannidem delevisti.* De vipera hoc solum tradit Rullius lib. I *De natura stirpium*, cap. 22: *Vipera arundine percussa torpet: sæpius icta sese recolligit.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ρίψ τῆς πίστεως προσανέχοντες, οὐ μοὶ δοκοῦσιν ἀπεοικέναι τοῖς τότε διὰ τὸ γονυπετεῖν κερτομοῦσι τὸν Κύριον.

A non dissimiles mihi videntur iis qui tunc genuflexo Dominum ludibrio habebant.

Οἱ μὲν οὖν ἐναγεῖς παλαμναῖοι, τοσαῦτα ὑβρίσαντες καὶ ἐμπαίξαντες, ἀπήγαγον εἰς τὸ σταυρῶσαι, καὶ οἷα κατακρίτῳ τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον ἐπιφορτίζουσιν, ὡς ἂν κάνθαῦτα Ἡσαΐας ἐρῇ· « Οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐβάστασε, καὶ τὰς νόσους ἰάσατο. » Ἔδει γάρ, ἔδει αὐτὸν ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ νόμου καθάραν ἀκέσασθαι. Ἀλλὰ γὰρ καὶ Ἰσαὰκ τυπῶν τὸ πάθος τοῦ Ἰησοῦ, αὐτὸς τὰ τῆς ὁλοκαρπώσεως ξύλα ἐβάστασε· κἀπειδὴ γοῦν τὸ πρωτοτυπωθὲν ἀνεπλήρωσε, τότε ὁ Κυρηναῖος Σίμων ἀγγαρευθεὶς ὑπουργεῖ τῷ βαστάγματι. Οὐ συντυχικὴ δὲ γέγονε τοῦ Σίμωνος ἡ ἀγγάρευσις, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνον προώριστο διακονῆσαι τῷ προστάγματι. Ἐπειδὴ γὰρ Σίμων ὑπακοὴ ἑρμηνεύεται, Κυρηναῖος δὲ ἡτοιμότης, ἡ δὲ Κυρήνη μία ἐστὶ τῶν τῆς Πενταπόλεως, διδάσκει τὸ αἴνιγμα, ὡς ὁ πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν ὑπακοὴν γενόμενος ἕτοιμος, διὰ τῶν αἰσθήσεων αἴρει τὸν σταυρὸν τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, καὶ ἀκολουθεῖ τῷ Χριστῷ, μετὰ Παύλου βοῶν· « Ἐγὼ τῷ κόσμῳ ἐσταύρωμαι. » Ἐφείποντο δὲ καὶ γυναῖκες μαθήτριαι, καὶ τὴν ἄδικον κρίσιν κατεβόων, καὶ ὠλοφύροντο. Ὧν τὴν ἄκαιρον συμπάθειαν ἐπιτιμῶν ὁ Σωτὴρ κωλύει θρηνεῖν, καί φησι· « Θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμέ. » Οὐ γὰρ ἀκούσιον ἦν τὸ πᾶθος, ὡς δέεσθαι παρακλήσεως. Προαναφωνεῖ δὲ καὶ τὰ ἐσόμενα σφίσιν, ἐκ τῆς πολιορκίας κακὰ, ὅ τε ἄρδην οἱ Ἰουδαῖοι ἀπώλοντο· « Ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι, ἐν αἷς ἐροῦσι· Μακαρίαι αἱ στεῖραι, καὶ αἱ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν· » τότε γὰρ καὶ ἡ ἀπαιδία ἐλογίζετο ἄμεινον, καὶ τὸ ὑπὸ βουνοῖς ἐγκεκρύφθαι, καὶ δρεσιν. « Εἰ γὰρ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα, φησὶ, ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γίνεται; » Ὑγρὸν ξύλον καλεῖ ἑαυτόν· ἦν γὰρ ξύλον ἀληθῶς ζωῆς, εὔκαρπον, καὶ χλωρὸν, καρπὸν φέρων, ἃ ἐπετέλει θεοσημείας, καὶ τὴν τῆς διδασκαλίας γλυκύτητα. Εἰ οὖν εἰς ἐμὲ, φησὶν, οἱ Ῥωμαῖοι τοιαῦτα πεπαρῳνήκασιν, ὑπὸ Ἰουδαίων λαβόντες ἔκδοτον, τί ἂν εἰς αὐτοὺς δράσαιεν, ὡς ξηρὸν ξύλον τυγχάνοντας, διὰ τὴν ἐνοῦσαν σφίσιν δυσσέβειαν;

Postquam igitur homines conscelerati et exsecrabiles tot tamque gravibus contumeliis ac ludibriis Dominum acceperunt, duxeruut illum ut crucifigerent ; atque uti damnato, crucis lignum portandum imponunt, ut etiam ad nanc rem dixerit Isaias : « Cujus principatus factus est super humerum ejus : et ipse peccata nostra portavit, et languores curavit [88]. » Oportebat quippe eum, oportebat in seipso legis maledicto mederi. Quin etiam Isaac Passionem Jesu figurans, holocausti ligna ipse portavit. Ubi igitur, quod erat ante figuratum implevit, tunc Cyrenæus Simon angariatus oneri succedit. Nec vero factum est casu, ut Simon angariaretur, sed quod ita præstitutum erat, ut ipse ferendo oneri subserviret. Quoniam enim per Simonis nomen, obedientia (48), per Cyrenæi vero promptitudo denotatur, Cyrene vero una est Pentapoleos regionis civitas, per hoc ænigma docemur, eum qui ad obediendum Evangelio promptum animum exhibet, virtutis exercitationem quasi crucem quinque sensuum ministerio ferendam suscipere, et Christum sequi cum Paulo clamantem : « Ego mundo crucifixus sum [89]. » Sequebantur itidem mulieres alumnæ doctrinæ Christi, et injusto judicio reclamitabant ac deplorabant. Quarum importunam miserationem corrigens Dominus lamentari prohibet, et ait : « Filiæ Jerusalem, nolite flere super me; » neque enim erat passio involuntaria, ut consolatione indigeret. Prænuntiat etiam illis mala ex Romanorum obsidione eventura, a quibus funditus interiere **204** Judæi : « Ecce venient dies, in quibus dicent : Beatæ steriles, et ventres, qui non genuerunt, et ubera, quæ non lactaverunt; » tunc enim melior conditio æstimabatur earum quæ liberos non procreassent; et sub collibus, montibusque occultari expediebat : « Si enim in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? » Viride lignum seipsum appellat. Erat enim vere lignum vitæ fructiferum, et viride, miracula, quæ effecerat, suavitatemque doctrinæ quasi fructus ferens. Si igitur adversus me, inquit, Romani usque adeo debacchati sunt, cum a Judæis quasi deditilium quempiam accepissent; quid contra vos ipsos fecerint, qui ob impietatem, quæ in vobis inest, lignum aridum estis?

Σταυροῦσι γοῦν αὐτὸν ἐν τῷ Γολγοθᾷ, ἐν ᾧ καὶ τετάφθαι λέγεται τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ, ὡς ἂν τῷ

Crucifigunt igitur illum in Golgotha, ubi sepultum fuisse dicitur corpus Adami (49), ut per novi Adami

[88] Isa. IX, 6; LIII, 5 [89] Galat. VI, 14.

Francisci Scorsi notæ.

(48) *Per Simonis nomen obedientia.* Ab Hebraico fonte originem ducere nomen Simon haud dubito, a שמע videlicet, quod obedire valet, quamvis in Græcum derivatum Σίμων scribatur : quod etiam Ballestrerius autumat. De Cyrenæi vero etymo adhuc dubito : Κυρήνη enim Cyrenæ urbs in Africa, unde Cyrenaica regio, et Cyrenæus gentile nomen merum est Græcum, et a κῦρος, quod dominium et potestatem signat, deduci commode potest. Sed non hinc allucet significatio τῆς ἑτοιμότητος *præparationis.* Ab Hebræo si detorqueas, fortassis erit ab radice קרא quod est *vocare*, vel קרב *occurrere*, et in hiphil conjugat. *occurrere facere*, in qua sunt ex rabbinis, qui exponant nonnunquam *præparare* et *paratus.* Sed hæc non sunt subtiliter ab oratoribus sacris exquirenda, satis est illis aliqua soni similitudo.

(49) *Corpus Adami.* Primum hominem in monte

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

passionem, vetus renatus exsurgeret. Ac Marcus quidem (50) tertia hora eum crucifixum dixit [90], ut scilicet horam etiam sententiæ latæ notaret. Reliqui vero sexta dicunt, illam ipsam signantes horam, qua vitis illa, quæ intelligentiæ subest, in palo vitis elevata est. Cum vero evangelistæ varie conscripserint ea quæ gesta sunt; atque hic quidem acetum et fel (51) dicat oblatum, ille vero myrrhatum vinum, alius acetum simpliciter, non discrepare inter se existimandi sunt. Etenim in tanta licentia militari, cum plerique petulanter agerent, plura etiam quam historiis prodita sint, facta esse credendum est. Verum enim cum multa genera mortis essent, eam quæ maledicto subjacebat, crucis mortem oppetiit. Lex enim ait : « Maledictus homo, qui pependit in ligno [91], » qui igitur per seipsum mala nostra curavit, nisi factus esset maledictum, quo pacto maledicto nostro remedium adhibuisset? Huc accedit etiam, quod crux quadrifariam partita Crucifixi potestatem in omnes partes pertinentem ostendit. Etenim quadripartitæ crucis virtute dispersos collegit a quatuor alis terræ, juxta vaticinium Isaiæ. Ut igitur omnes in unam fidem crucis beneficio congregaret, mortem per crucem obeundam elegit. Tunc igitur sacra prophetarum oracula ad exitum perducta sunt; Davidis quidem dicentis : « Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto [92]; » Isaias vero : « Ipse pro nobis dolet : et vidimus eum, et non **205** habebat speciem, neque decorem [93]; » Zacharias : « Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum [94]? » Crucifigunt vero cum eo duos latrones, quo esset illi probro, ut ipsi putabant; verumtamen neque hic indictum prophetis fuit, qui apertissime dixerunt : « Et cum

A πάθει τοῦ νέου Ἀδάμ, ὁ παλαιὸς ἀναστῇ παλιγγενής. Ὁ μὲν οὖν Μάρκος τρίτην ὥραν ἐσταυρῶσθαι τοῦτόν φησιν, ὑποδηλῶν καὶ τὴν ὥραν τῆς ἀποφάσεως. Οἱ λοιποὶ δὲ ἕκτην ἔφασαν ὥραν, αὐτὴν ἐκείνην σημαίνοντες, καθ' ἣν ἡ νοητὴ ἄμπελος τῷ σταυρικῷ χάρακι ἀπηώρηστο. Διαφόρως δὲ τῶν εὐαγγελιστῶν συγγραψαμένων τὰ πεπραγμένα, καὶ τοῦ μὲν ὄξος καὶ χολὴν εἰπόντος προσενεχθῆναι αὐτῷ, τοῦ δὲ οἶνον ἐσμυρνισμένον, ἄλλου δε ὄξος ἁπλῶς, οὐ χρὴ διαφωνίαν λογίζεσθαι· ἐν γὰρ ἀταξίᾳ τοσούτου στρατοῦ πολλῶν παροινούντων, καὶ πλείονα τῶν ἱστορηθέντων γεγόνασι. Πολλῶν δὲ ὄντων θανάτου τρόπων, τὸν διὰ σταυροῦ ἐπάρατον θάνατον κατεδέξατο. Φησὶ γὰρ ὁ νόμος· « Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐν ξύλῳ· » ὁ γοῦν δι' ἑαυτοῦ τὰ ἡμέτερα τεθεραπευκὼς, εἰ μὴ ἐγεγόνει κατάρα, πῶς, ἔμελλε τὴν ἡμετέραν κατάραν ἀκέσασθαι; Καὶ ἄλως δὲ ὁ σταυρὸς τετραχῇ μεριζόμενος τοῦ σταυρωθέντος ἐδήλου τὴν διὰ πάντων διήκουσαν δύναμιν. Διὰ γὰρ τοῦ τετραμεροῦς σταυροῦ συνῆξε τοὺς ἀπωτάτω ἀπὸ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου φωνήν. Ἵνα γοῦν διὰ σταυροῦ πρὸς μίαν πίστιν ἅπαντα συναχθῇ, ὁ δι' αὐτοῦ προτετίμηται θάνατος, τότε δὴ οὖν καὶ τῶν προφητῶν ἐπεραίνετο τὰ ἱερὰ προκηρύγματα· τοῦ μὲν Δαβίδ· « Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. » Ἡσαΐου δέ· « Λύτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὔτε εἶδος εἶχεν, οὔτε κάλλος· » Ζαχαρίου δέ· « Τί αὗται αἱ πληγαὶ ἀναμέσον τῶν χειρῶν σου; » Συσταυροῦσι δὲ B αὐτῷ καὶ δύο λῃστὰς, ἐφ' ὕβρει μὲν, ὡς ἐνόμιζον· οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἦν τοῖς προφήταις ἀπαγόρευτον εἰποῦσιν ἐμφαντικώτατα· « Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη· » καὶ ἅμα προδήλωσις ἦν τοῦτο τῶν δύω

[90] Marc. xv, 23. [91] Deut. xxi, 23; Galat. iii, 13. [92] Psal. lxviii, 22. [93] Isa. liii, 17. [94] Zachar. xiii, 6.

Francisci Scorsi notæ.

Calvario fuisse sepultum veterum fere omnium Patrum celebris, et a majoribus accepta fuit opinio, qui et inde monti factum Calvarii nomen quod ibi ejus calva sit reperta. Patres laudatos reperies apud Baronium tom. I, et Maldonatum nostrum in hunc locum, quorum primus eam opinionem utpote tot Patrum suffragio, et antiqua commendatum traditione recipit, alter refutat : argumenta ultro citroque disputata apud eosdem leges : nobis esset longius negotium quam institutum nostrum exigat.

(50) *Ac Marcus quidem.* Solvendi hujusce nodi, qui ex varietate Marci, et Joannis, quorum alter tertia, alter sexta hora Dominum crucifixum tradunt, quique sane negotium interpretibus facessit, alii aliam viam excogitarunt, quam hic affert Theophan. Affert etiam D. August. quod nimirum S. Marcus de hora damnationis egerit, cum eum tertia hora crucifixum scribat, qua illum Judæi linguis crucifixerunt suis : sic enim inquit lib. II *De consens. Evang.*, cap. 13 : *Erat autem hora tertia, inquit Marcus, et crucifixerunt eum, ut illi cum potius crucifixisse invenirentur, quos hora tertia, clamare potuisse diligens inquisitor invenerit.* Affert etiam Theophyl. qui post Nostrum, ut ostendi in Proœm. scripsit, vel eum refert ut ab aliis traditum. Sic enim ait in cap. Joan. xix : *Alii dicunt, quod Marcus quidem horam, qua lata est sententia de crucifigendo Domino, manifeste et absque dubitatione ponat, utique quia crucifigere, et punire ab eo tempore judices dicuntur, quo sententiam proferunt eo quod vis pœnæ et mortis in linguis quoque sit.* Ita Theophyl. qui eam videtur amplecti. Et ad hanc crucifigendi rationem bene allusit D. August. in *Psal.* lii : *Et vos, o Judæi, occidistis? unde occidistis? gladio linguæ : acuistis enim linguas vestras; et quando percussistis, nisi quando clamastis : Crucifige, crucifige?*

(51) *Acetum et fel.* In Græco codice S. Matthæi habetur ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον. Ex qua lectione hic Noster scribit unum ex evangelistis dicere propinatum Christi acetum cum felle fuisse, cum tamen Latina editio habeat, *vinum cum felle mistum*; eodemque modo legere Origenem, Chrysost, Hieronymum et Euthymium, testatur Maldonatus hic, qui itidem putat vitiosam esse lectionem textus Græci, idque ex S. Matthæo fieri manifestum, qui eamdem rem narrans : Καὶ ἐδίδουν αὐτῷ, inquit, πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον· ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε, nihil autem de aceto. Porro autem vinum hoc myrrhatum et cum felle mistum diversum esse ab illa potione aceti, de qua Joannes et Lucas scribunt datum esse Christo jam supremum agenti spiritum, certum est.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

λαῶν· ἡμῶν τε τῶν ἐξ ἐθνῶν πιστευσάντων, κἀκείνων τῶν ἐκ περιτομῆς· ἀμφότεροι γὰρ ἦμεν ἄνομοι, καὶ σφίσι λῃσταί· οἱ μὲν παραβάται τοῦ νόμου τοῦ φυσικοῦ, οἱ δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τοῦ γραπτοῦ.

A iniquis reputatus est[95]. » Et simul hæc duorum erat populorum præsignificatio : et nostrum quidem, qui ex gentibus credidimus, et eorum qui ex circumcisione erant. Ambo enim eramus iniqui, et latrones invicem ; nos naturalis legis, illi vero etiam scriptæ transgressores.

« Καὶ ἐπέθηκαν τὴν αἰτίαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ γεγραμμένην· Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. » Ἐπειδὴ μὴ προσῆν αὐτῷ ἔγκλημα, τυραννικὴν αὐτῷ ἐπίθεσιν προσάψαι βουλόμενοι, γραφῆναι τὸν τίτλον παρεσκεύασαν. Ἀλλ' ὁ Πιλάτος, στηλητεύων αὐτῶν τὸ κακόηθες, καὶ ὥσπερ ἀπολογούμενος, ὡς ἂν μή τις κοινωνὸν αὐτὸν τοῖς λῃσταῖς οἰηθῇ, ὥσπερ τοῖς Ἰουδαίοις σπούδασμα ἦν, διὰ τῆς τοῦ τίτλου ἐπιγραφῆς ἐπιφράττει τούτων τὰ στόματα, ὡς ἐπὶ τροπαίου τινὸς ἀναστηλώσας τὰ γράμματα· καὶ αὐτοὺς μὲν καταισχύνων ὅτι τῷ σφῶν βασιλεῖ ἐπανέστησαν, αὐτὸν δὲ ἐπ' οὐδεμιᾷ αἰτίᾳ παθόντα δεικνύς· καὶ οὐ μιᾷ γλώττῃ, ἀλλὰ τρισὶν ἁπάσαις φωναῖς τὴν Ἰουδαίων μανίαν δηλῶν. Ὡκονόμητο δὲ ἡ τοῦ τίτλου γραφὴ, ἵνα ὕστερον ὁ τοῦ Κυρίου σταυρὸς μηνυθῇ· ἄτιτλοι γὰρ ἦσαν οἱ τῶν λῃστῶν. Ἡ μέντοι τριχῆ τοῦ τίτλου γραφὴ, ἔδειξε τὸν σταυρωθέντα βασιλέα προακτικῆς, καὶ φυσικῆς, καὶ Θεολογικῆς φιλοσοφίας. Ῥωμαῖοι μὲν ὡς ἀνδρικώτεροι, τῆς πρακτικῆς εἰσι σύμβολον· Ἕλληνες δὲ τῆς φυσικῆς, ὡς ἐνταῦθα ἐνασχολούμενοι· διὰ δὲ τοῦ Ἑβραΐστι, ἡ Θεολογία δέδεικται, ὡς ἀνατιθέντων Ἑβραίων ἀνέκαθεν τῷ Θεῷ.

B et illis quidem pudorem injiciens quod in suum ipsorum Regem seditionem movissent, ipsum vero nulla causa meritum, ut pateretur, ostendens, nec vero una lingua, sed omnibus tribus dialectis Judæorum insaniam prodens. Hæc vero tituli inscriptio certo consilio disposita fuit, ut posteris esset indicio, quæ crux Domini fuisset. Latronum quippe cruces inscriptione carebant. Quod vero triplici linguæ idiomate scriptus fuit, ostendit eum, qui actus in crucem erat, in omni philosophia tum practica, tum naturali, cum theologica regnum obtinere. Romani quippe ut fortiores practicæ symbolum sunt ; Græci vero naturalis, ut qui in ea se occuparunt ; per Hebraicam denique divina doctrina

C significata est, quippe cum ab initio Hebræi fuerint Deo devoti.

« Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέγοντες· Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ, οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ. » Πρώην μὲν πειράσας ἐν τῷ ὄρει τὸν Κύριον ὁ διάβολος, καὶ λαμπρῶς ἡττηθεὶς, ἀπέστη αὐτοῦ ἕως καιροῦ φησὶν, ὁ Λουκᾶς, τὸν ἄχρι πάθους σημαίνων καιρόν· κατὰ γὰρ τὸ πάθος ῥαγδαῖος ἐπεισέρρησεν, οἷά τις ἀνυπόστατος θύελλα, πειρασμοῖς ἀλλεπαλλήλοις ἀδιαστάτως πολεμῶν αὐτῷ. Προδότην γενέσθαι παρασκευάσας τὸν μαθητὴν, φυγάδας δὲ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς, ἐξάρνον τῶν πάντων θερμότατον Πέτρον· εἶτα ἐξέμηνε τοὺς Γραμματεῖς, διήγειρε τοὺς ὄχλους, ἠγρίωσε τοὺς ὑπηρέτας, τὸν δικαστὴν ὑπεχάλασεν, αὐτῶν τῶν συσταυρωθέντων τὰς γλώσσας ὑπέθηξε. Καὶ πλὴν ὅσα ἔσπευδεν, ἐπεὶ ἐώρα μακροθύμως ἅπαντα στέγοντα, προσβάλλει καὶ ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ, παρασκευάσας τοὺς παραπορευομένους βλασφημεῖν καὶ λαλεῖν· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κάτελθε ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. » Τοῦτο κἀν τῷ ὄρει φθέγγετο· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. » Καὶ αὖθις· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλλε σεαυτὸν κάτω. » Καὶ νῦν διὰ τῶν ἀσεβῶν στομάτων συνῳδὰ πάλιν λαλεῖ· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κάτελθε ἀπὸ

Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua, et dicentes : Qui destruis templum Dei, et in tribus diebus reædificas, salvum fac temetipsum : si Filius Dei es, descende de cruce. Id ipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo. » Nuper sane diabolus cum Dominum in monte tentasset et gloriose ab eo superatus esset, discessit ab eo, usque ad tempus, ait Lucas[96], tempus scilicet Passionis significans. Tunc enim violentior in eum impetum fecit quasi turbo quidam **206** irrequietus, aliis atque aliis tentationibus eum continenter oppugnans. Ex discipulis proditorem unum, fugitivos alios fieri, Pe-

D trum, qui maxime omnium amore fervebat, ad negandum adegit ; postea Scribis furorem injecit, concitavit turbas, efferavit ministros, judicem subduxit, ipsorum qui una crucifixi erant, linguas exacuit. Et cum conatus adhibuisset omnes, ubi vidit eum omnia forti animo sustinere, in ipsa cruce illum aggreditur, ac prætereuntes ipsos impellit, ut blasphement ac dicant : « Si Filius Dei es, descende de cruce. » Simile quid etiam in monte dixerat : « Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant[97] ; » et rursus : « Si Filius Dei es, mitte te deorsum[98]. » Et nunc per impiorum ora iterum consona prioribus verba profert : « Si Filius Dei

[95] Isa. LIII, 12. [96] Luc. IV, 13. [97] Matth. IV, 3. [98] ibid. 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

es, descende de cruce. » Cum enim signa vidisset, timebat ne Deus esset, id quod erat; et cum lacessit, ut a cruce descendat, ut quod erat divinæ dispensationis summa disturbaretur. Sed vero escam oblatam Salvator agnoscens, et veterem tentatorem deprehendens, et regia persona indignum existimans morem gerere iis qui præter rectam rationem aliquid præscriberent, fraudulenti deceptiones aversatur.

Alter vero ex latronibus cum ad sentiendum et intelligendum id quod rectum erat, esset acutior, ex visis miraculis in conscientiam adductus, salutem furatus est, et sociam quidem blasphemum reprehendit, Christum vero fatetur Regem et Dominum, petitque in ejus regno memoriam sui; ac statim præmium Deo dignum accipit. Ait quippe illi Salvator : « Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. » Hic vero magna interpretum discordia est. Sunt enim qui dicant, nondum paradiso potitum esse latronem, quod id minime deceat, cum Paulus de sanctis, qui ab initio mundi fuerunt, manifeste dicat [9], quod promissionem Dei non receperunt, melius aliquid de nobis ipso providente, ut non sine nobis consummaretur. Quod enim dicatur : « Hodie mecum eris in paradiso, » huic, inquiunt, sententiæ non adversatur. Nam propter promissionis firmitatem dictum est, hodie, sicuti cum protoplastis dictum fuit : « In quacunque **207** die comederetis ex eo, morte moriemini [1], » Alii vero verba distinguunt interpungendo post vocem, « Hodie, » deinde ab alia sententia incipiunt, « Eris mecum in paradiso, » perinde ac si in futurum promissio spectet. Alii his contrarium sentientes, asserunt latronem continuo Edem quasi hæreditatem adiisse : et testes sententiæ suæ producunt sacros melicos vates, ex quibus divinus ille Cosmas (52) sic ait : Una et apud inferos, et in sepulcro, et in Edem Christi divinitas inseparabilis erat. Concinit his etiam Damascenus vates (53) : In sepulcro cum corpore; in inferno cum anima, ut Deus; in paradiso cum latrone, et in throno aderas, Christe, cum Patre et Spiritu sancto, qui imples omnia, nulloque circumscriberis loco. Illud vero Apostoli dictum : « Non receperunt promissionem Dei [2], » rhetorico et ampliore modo interpretantur. Dicunt siquidem promissa sanctis bona, regnum esse cœterum; et quæ in illo sunt, quæ nec oculus vidit,

A τοῦ σταυροῦ. » Ὁρῶν γὰρ τὰ σημεῖα, ἐδεδίει μήποτε Θεὸς ἦν ὅπερ ἦν, καὶ ἐρεθίζει αὐτὸν καταβῆναι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ὡς ἂν τῆς οἰκονομίας ἀνατραπῇ τὸ κεφάλαιον. Ἀλλ' ὁ Σωτὴρ τὸ δέλεαρ ἐπιγνούς, καὶ ἀναγνωρίσας τὸν πρότερον πειραστήν, ἀνάξιόν τε κρίνας βασιλέως πείθεσθαι παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον προστάττουσιν, ἐκκλίνει τὸν ἀπατεῶνα φενακισμόν.

Τῶν μέντοι λῃστῶν θάτερος εὐαισθητότερος ὤν, καὶ συνιδεῖν τὸ δέον ὀξύτερος, ἐκ τῶν ὁρωμένων θαυμάτων ἐλθὼν εἰς συναίσθησιν, ἁρπάζει τὴν σωτηρίαν, καὶ τῷ μὲν βλασφημοῦντι ἐπιτιμᾷ, Βασιλέα δὲ καὶ Κύριον ὁμολογεῖ τὸν Χριστόν, καὶ τὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ μνήμην αἰτεῖ, καὶ δωρεᾶς αὐτίκα τυγχάνει B θεοπρεποῦς. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτήρ· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. » Ἀλλ' ἐνταῦθα πολλή τις διαφωνία γέγονε τοῖς ἐξηγηταῖς. Οἱ μὲν γάρ φασιν· Οὔπω τοῦ παραδείσου τετύχηκεν ὁ λῃστής· ἦν γὰρ τοῦτο ἥκιστα πρέπον, τοῦ Παύλου διαῤῥήδην περὶ τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων εἰπόντος, ὡς οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι. Τὸ γάρ τοι· « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, » οὐκ ἐναντιοῦται, φασὶ, τῷ νοήματι. Διὰ γὰρ τὸ ἀδιάπτωτον τῆς ἐπαγγελίας, τὸ, σήμερον, εἴρηται ὡς τὸ τοῖς πρωτοπλάστοις ῥηθέν· « Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, ἀποθανεῖσθε. » Ἄλλοι δὲ καὶ τὸ ῥητὸν τεμαχίζουσιν ὑποστίζοντες εἰς τὸ *σήμερον*· C εἶτα ἐπιφέρουσιν ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς· « Ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ, » ὡς εἰς τὸ μέλλον ἀφορᾷν τὴν ὑπόσχεσιν. Ἄλλοι δὲ τἀναντία τούτων ἀποφαινόμενοι, αὐτίκα τὸν λῃστὴν κεκλῃρωκέναι φασὶ τὴν Ἐδὲμ, καὶ μάρτυράς γε τοῦ λόγου παριστῶσι τοὺς ἱεροὺς μελοποιούς, ὧν ὁ μὲν θεῖος Κοσμᾶς οὕτω φησί· Μία ὑπῆρχεν ἡ ἐν τῷ ᾅδῃ ἀχώριστος, καὶ ἐν τάφῳ, καὶ ἐν τῇ Ἐδὲμ θεότης Χριστοῦ. Συνῳδὰ δὲ καὶ ὁ ἐκ τῆς Δαμασκοῦ λαλεῖ ποιητής· Ἐν τάφῳ σωματικῶς, ἐν ᾅδου δὲ μετὰ ψυχῆς ὡς Θεός· ἐν παραδείσῳ δὲ μετὰ λῃστοῦ, καὶ ἐν θρόνῳ ὑπῆρχες, Χριστὲ, μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος, πάντα πληρῶν ὁ ἀπερίγραπτος. Τὴν δὲ ἀποστολικὴν ἀπόφασιν, τό· « Οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ, » D ῥητορικώτερον ἑρμηνεύουσι, φάμενοι ὡς τὰ ἐπηγγελμένα τοῖς ἁγίοις ἀγαθὰ, βασιλεία ἐστὶν οὐρανῶν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, οὔτε οὖς

[9] Hebr. xi, 40. [1] Gen. II, 17. [2] Hebr. xi, 39.

Francisci Scorsi notæ.

(52) *Divinus ille Cosmas.* Hic S. Joannis Damasceni magister exstitit, de quo Suidas : *Eodem etiam tempore floruit Cosmas Hierosolymitanus, vir ingeniosissimus, et omnino musicam illam elegantem, et eruditam spirans. Joannis certe (Damasceni) et Cosmæ canones illi cantionum fuerunt hactenus supra omnem comparationem, neque quidquam illis comparari potest quod nostrum a cum consummabitur.* Hæc Suidas ex Græco versa; nam Græcis peperci, maxime quod ad manum non sunt. Plura de hoc Cosma, si vis, l ges in Vita Damasceni præfixa operibus ejus. Versiculus porro, quem laudat Theoph. sic legitur in *Horolog.* Μία ὑπῆρχεν ἡ ἐν τῷ ᾅδῃ ἀχώριστος, καὶ ἐν τάφῳ, καὶ ἐν τῇ Ἐδὲμ θεότης Χριστοῦ σὺν Πατρὶ, καὶ Πνεύματι, ὡς σωτηρίαν ἡμῶν· *Una erat in inferno et in sepulcro, et in Edem divinitatis indivisa Christi cum Patre et Spiritu sancto in salutem nostram.*

(53) *Damascenus vates.* Vide not. superiorem. Habetur autem idem integrum carmen in eodem Græcorum Menologio, quo ipsi utuntur etiam hodie.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἤκουσε· τὸν παράδεισον, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ εἶδον τῶν ἀρχηγῶν τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ τὰ ὦτα ἤκουσαν. Οὐκοῦν ἀπίθανον, καὶ τὸν λῃστὴν νῦν μὲν εἰληφέναι τὴν ὑμνουμένην Ἐδὲμ, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι τῆς ἄνω βασιλείας τυχεῖν. Ἡμεῖς δὲ τούτοις οὐ διαφερόμεθα· ἐκ τῶν πατρικῶν δὲ μυηθέντες φωνῶν, αἰ- A

nec auris audivit[3] : paradisum vero generis nostri parentes viderunt oculis, et aures audierunt. Atqui non est improbabile etiam latronem nunc quidem celebratam illam Edem obtinuisse ; in futuro vero tempore supernum consequi regnum. Nos vero ab his non discrepamus (54). Sed cum Patrum nostro-

[3] Isa. LXIV, 4 ; 1 Cor. II, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(54) *Nos vero ab his non discrepamus.* Profert hoc loco sententiam suam Theoph. hic Cerameus, de loco, in quem admissa fuerit latronis anima ex Christi promissione. Quæ sane sententia nisi recto sensu explicetur et accipiatur, videbitur eo tinere errorem Græcorum damnatum jam in concilio Florentino, quod animi, quoad corporum sunt expertes, Dei visione non fruantur. Et quidem Euthymius, B qui ante concilium Florentinum scripsit, et alii ejus sectæ Græci hunc locum S. Lucæ de paradiso terrestri interpretantur ex eo quidem errore, quem diximus, ut advertit noster Cornelius a Lapide et Bellarm. *Controv. gen.* VII, lib. I, cap. 3, ejus expositionem posse, et debere rejici dixit; et hac arguit ratione : *Paradisus*, inquit, *terrestris est hortus deliciarum corporibus, non animabus ; quid enim prodest animabus abundare pomis, herbis, aquis, cæterisque rebus terreni illius paradisi? Christus autem promittens latroni paradisum, promittit hortum deliciarum ipsi convenientem, id est spiritualem.* Ita Bellarminus. Noster autem Theophanes cum ait se ab iis non discrepare, qui censent in Edem, hoc est in paradiso, nunc degere latronis animum, non potest Euthymium innuere, cum multo ante sæculum Euthymii vixerit et scripserit, ut ostendi in Proœm. Isagog. II, § 4, alios ætate sua superiores, et in primis Cosmam C et Damascenum melicos vates, ex quorum ille hymnis aliquid delibavit, qui dicunt in Edem latronem introductum, ibique cum Christo fuisse, eo quod divinitas Christi esset ubique. Nec igitur Theophanes Euthymium se juniorem sequi potest, et quamvis ab aliis majoribus discrepare se non dicat, non tamen omnino consentit; nam diserte ipse se explicat, et distinguit duos paradisos : alterum sensibilem, quem non esse congruentem ait, locum et præmium animæ sensibus jam carenti. Quo dicto jam refellit Euthymii explicationem, qui de hujusmodi paradiso explicat Christi promissionem, ut jam vidimus ex Bellarmino; alterum in elligibilem, hoc est spiritualem, in quem vult latronem fuisse intromissum. Quidni autem hæc verba Theophanis ad rectam et catholicam opinionem non deducamus, ut in aliis SS. Patrum dictis fieri assolet, et faciendum est, in quibus nihil expresse contrarium docent : *Nam paradisus*, ut inquit cardin. Bellarm., loco cit., *dupliciter accipi in Scripturis potest : uno modo pro horto deliciarum corporalium, in quo primus homo collocatus fuit, antequam peccaret; altero pro gloria beatorum, cujus prior figura fuit, atque hunc vocat spiritalem paradisum, quem Christus latroni promisit.* Cum igitur noster auctor in spiritualem itidem paradisum sentiat introductum latronem, de gloria beatorum debet intelligi : et sane ex aliis apertioribus locis hoc ipsum sentire jam planum faciam, ex quibus hic qui videtur dubius, explanari debet. Nam in hac ipsa hom. paulo infra, ubi de resurrect. sanctorum corporum, de qua S. Matth. cap. XXVII agit, quam vult post Christi resurrectionem contigisse, sic ait : *Ubi vero Auctor salutis nostræ prodiit ex sepulcro, tunc sane et sancti ipsi vinculis mortis expediti emersere ex monumentis, atque ita lætantes venerunt in sanctam civitatem; et eam, quæ in terris est, et eam quæ in Edem præcedente Christo, et latronem prout ipse promiserat, introducente.* Ubi distinguit civitatem sanctam quæ in terris est, ab ea quæ in Edem : Εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν τήν τε ἐπίγειον, καὶ τὴν τῆς Ἐδέμ. Quæ autem est civitas Edem ab terrena distincta, seu quæ non sit in terris, nisi illa *Dei viventis civitas cœlestis Jerusalem et Ecclesia primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis*, ut loquitur D. Paulus (*Hebr.* XII, 22, 23). Non igitur nemine Edem terrestrem paradisum, utpote in terris exsistentem, si tamen adhuc exsistit, intelligit; nam et in ipsis verbis explicatur repugnantia. Præterea eadem hac homilia explicans illa postrema Christi verba : *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* (*Luc.* XXIII, 46), inter alia mysteria Christum nobis spem dedisse ait, non amplius ituras ad inferos, sed in Dei manu credentium animas esse deponendas. Sed dixerit quispiam ex eo quod animæ in cœlo esse, et vel etiam in manu Dei depositæ dicantur, non confici, quod videant Deum. Respondet huic argumento Bellarminus, lib. jam dicto, qui idem sibi objicit, dum similia SS. veterum Patrum dicta, ut veræ catholicæque suffragantia opinioni inducit; recte sequi : *Nam per cœlum*, inquit, *intelligimus sedem, et quasi aulam regiam Dei, ubi Deus semper videtur; et certe animabus sanctorum, si non videant Deum, parum videtur referre utrum in cœlo materiali, an in terra, vel alio loco sint.* Et paulo supra sic argumentatur ex verbis S. Ignatii martyris : *Ignatius in Epist. ad Romanos ait se per martyrium proficisci de mundo ad Deum; et rursum ait : « Aqua viva manens in me intrinsecus mihi dicit, veni ad Patrem; » at secundum errorem Græcorum et Calvinistarum, non ad Deum ibat, sed ad inferos, aut ad alium locum extra cœlum ubi non magis Deus est, quam hic nobiscum.* Ita Bellarmin. Ex cujus argumentatione jam intelligitur nos quoque recte explicare dicta Theophanis nostri juxta orthodoxorum doctrinam, nimirum cum dicat animam latronis in cœlestem civitatem fuisse introductam, et animas credentium, ex quo Christus est passus, in manu Patris esse deponendas, eum de earum beatitudine recte sentire.

(70) *Interpretatio in undecim.* Hæc undecim evangelia ex universa historia resurrectionis Christi, prout a quatuor simul evangelistis comprehenditur, deducta leguntur in Græcorum officio ad Matutinum. Unde et ἀναστάσιμα ἑωθινά appellata; et quidem hoc ritu, quem ab uno ex Græcis sacerdotibus suum ritum sciente et exercente traditum accepi, ut per totum annum singula in singulis Matutinis dici Dominicæ ordine perlegantur, a primo incipiendo usque ad undecimum, eoque finito ad primum recurratur in orbem. Notatum tamen inveni in Pentecostario Græcorum, hunc ordinem aliquando submutari, his verbis : Ἰστέον καὶ τοῦτο, ὅτι τὰ ἑωθινὰ εὐαγγέλια εἰς τὸν ὄρθρον ἀπὸ τοῦ Πάσχα οὐ κατὰ τάξιν ἀναγινώσκονται, ἀλλὰ παρηλλαγμένως· *Sciendum et hoc, quod matutinalia evangelia ad*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lustrationibus (71) expiari, et vestimenta lavari jussit eorum qui erant ascensuri : ut ita demum lustrati primum montis aditum fidenter attingerent [17]. Cum itaque et nos una cum sanctis discipulis in Galilææ montem hoc sermone ascensuri simus, animi sensa quasi vestimenta purgemus, et a rebus sensilibus quasi e terra sublati, Dominum, ut sponsum e thalamo, sic egressum e tumulo, insolita scilicet specie refulgentem ; seu potius tanquam solem ab inferioribus nobisque subjectis terræ partibus orientem, spiritualiter contemplemur. Age ergo sacra ipsa Evangelii verba audiamus.

A ἐκέλευσε τοὺς ἀναβησομένους περικαθαίρεσθαι· ἀποπλύναί τε τὰ ἱμάτια, καὶ οὕτω κεκαθαρμένους θαῤῥῆσαι τῆς ἀνόδου ἐφάψασθαι. Μέλλοντες οὖν καὶ ἡμεῖς τῷ λόγῳ πρὸς τὸ τῆς Γαλιλαίας ὄρος συναναβεῖν τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς, ἐκκαθάρωμεν τὰ τῆς ψυχῆς νοήματα ὡς ἱμάτια, καὶ τῶν αἰσθητῶν ὡς χαμαιζήλων ὑπεραρθέντες, πνευματικῶς τὸν Κύριον κατοψόμεθα, ὡς ἐκ παστάδος νυμφίον οὕτω προελθόντα, καὶ ξένῳ κάλλει ἐναποστίλβοντα· μᾶλλον δὲ καθάπερ ἥλιον νέρθεν ἐκ τῶν ὑπὸ γῆν ἀνατείλαντα. Φέρε δὴ οὖν αὐτῶν τῶν εὐαγγελικῶν ἀκουτισθῶμεν φωνῶν.

214 « Undecim discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Jesus [18]. » Jam discipulis promissa præstat : prædixerat enim illis, cum jam passionem iniret, videndi sui copiam se illis facturum his verbis : « Postquam autem surrexero, præcedam vos in Galilæam [19]. » Et sane etiam aliis in locis post Resurrectionem se illis ostensurus erat, nam et mulieribus ad sepulcrum, et euntibus in Emmauntem, et undecim discipulis, januis clausis, piscantibus in Tiberiade se videndum dedit ; Apostolus vero his etiam pluribus illum apparuisse narrat [20]. Et fuit hoc quidem eximii cujusdam honoris, et abundantioris gratiæ, quam tribuit eis ille, qui amorem erga discipulos suos ostendere, et pluribus apparitionibus Resurrectionis miraculum confirmare volebat. Sed quando non dixit : In Galilæa solum videbor a vobis, sed multis aliis apparitionibus prætermissis, de hac una solum mentionem fecit, videamus, quid causæ sit, cur hanc, et non quamvis aliam promiserit. Quoniam hæc, quam cæteræ celebrior fuit, et divinam de Trinitate doctrinam, et de conferendo baptismo, et missionem discipulorum ad prædicandum in hac complexus est Dominus. Hæc scilicet quarta ejus apparitio fuit, in qua ipsos præcones verbi constituit, sicuti eruditissimus Eusebius diligenter (72) observavit. Nam quoniam et Domini doctrina, et

« Οἱ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. » Ἤδη πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπαγγελίαν πληροῖ B προειρήκει γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὸ πάθος ἐπειγόμενος· « Μετὰ δὲ τὸ ἀναστῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν » ὀφθήσεσθαι. Μέλλων ἐν διαφόροις τόποις ὀφθῆναι μετὰ τὴν ἔγερσιν· ἐπεφανέρωτο γὰρ καὶ ἐν τῷ τάφῳ ταῖς γυναιξὶ, καὶ τοῖς ἀπιοῦσιν εἰς Ἐμμαοὺς, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων τοῖς ἕνδεκα, καὶ τοῖς ἐν τῇ Τιβεριάδι ἁγρεύουσιν. Ὁ δὲ Ἀπόστολος καὶ πλείοσι τούτων ὀφθῆναι αὐτὸν ἱστορεῖ. Ἀλλὰ τοῦτο περισσῆς ἦν φιλοτιμίας καὶ χάριτος τὸ πρὸς τοὺς φοιτητὰς δεικνύντος φιλόστοργον, καὶ ἅμα ταῖς πλείοσιν ἐμφανείαις βεβαιοῦντος τὸ θαῦμα τῆς ἀναστάσεως. Ἀλλ' ὅτε οὐκ εἶπεν· Ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ μόνον ὀφθήσομαι, ἀλλὰ τῶν πολλῶν αὐτοῦ ἐμφανειῶν μνημονεύσας μιᾶς, τὰς ἄλλας παρέλειψε, διατί ταύτην, καὶ οὐκ ἄλλην τινὰ C ἐπηγγείλατο ; Ἐπειδὴ αὐτὴ καθολικωτέρα τῶν ἄλλων ἦν, τὴν εἰς τὴν Τριάδα θεολογίαν, καὶ τοῦ βαπτίσματος τὴν παράδοσιν, καὶ τὴν εἰς τὸ κήρυγμα τῶν μαθητῶν ἀποστολὴν περιέχουσα· τετάρτη δὲ αὕτη τοῦ Κυρίου ἐμφάνεια, καθ' ἣν αὐτοὺς τῶν ἐθνῶν κατέστησε κήρυκας, καθὼς ὁ πολυΐστωρ Εὐσέβιος ἠκριβώσατο. Ἐπειδὴ τοῦ Κυρίου οἱ λόγοι καὶ τῶν ἀποστόλων τὸ κήρυγμα, ταῦτα τὰ τέσσαρα περιέχουσι, τὰς ἐντολὰς, καὶ τὰ δόγματα, καὶ τὰς

[17] Exod. xix, 11. [18] Matth. xxviii, 16. [19] Matth. xxvi, 32. [20] Cor. xv, 6-8.

Francisci Scorsi notæ.

Matutinum a Pascha non eodem ordine sed commutato leguntur. Erant et Troparia quædam eodem nomine, et numero, quæ ἑωθινὰ ἀναστάσιμα, dicebantur, ab eo ipso die quo canebantur. Nam omnes Dominicas ἀναστασίμους indigitabant propter resurrectionem Domini. Hæc composuisse dicitur Leo IV sapiens, sicut ea quæ ἐξαποστειλάρια vocata Constantinus ejus filius, in Anthologio novo νέῳ ἀνθολογίῳ. In quo Horæ ipsorum Græcorum canonicæ continentur, impresso Romæ sub Clem. Papa VIII (quod in nostra Bibl. colleg. Paris. servatur) et duodecim Evangelia eadem, de quibus Theophanes noster homilias composuit, eodem ordine recensentur, quo ipsæ homiliæ ; et de troparis dictis hæc legnntur : Ἀρχὴ τῶν ἀναστασίμων ἐξαποστειλαρίων, καὶ τῶν ἑωθινῶν ἰδιομέλων τῶν τα'. Εἰσὶ μὲν τὰ ἑωθινὰ Λέοντος τοῦ σοφωτάτου βασιλέως, τὰ δὲ ἐξαποστειλάρια τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου βασιλέως. Hoc est : *Incipiunt Anastasima exapostelaria, et idiomela matutinalia undecim : sunt autem matutinalia Leonis sapientissimi ; exapostelaria vero ejus filii Constantini.*

(71) *Quibusdam lustrationibus.* Græce περιῤῥαντηρίοις τισίν, sed περιῤῥαντήριον proprie est D instrumentum seu aspergillum ad lustrationes hujusmodi aptum a περιῤῥαίνω circumaspergo, cujusmodi est proprie ramus, vel aliud simile : apud ethnicos vero vas purum in templis, aut concionibus aqua lustrali plenum, qua ethnica superstitione sacerdotes, aut æditui aspergere solebant eos qui ingrediebantur. Vox igitur usitata apud scriptores tum ethnicos tum Christianos : ab exemplis supersedeo, quæ in promptu essent ; hic pro ipsis lustrationibus more Judaico fieri solitis sumo.

(72) *Eusebius diligenter.* Tangit Eusebius aliquid de ostensionibus Christi redivivi lib. x *De demonst.* cap. 8, sed ubinam ordinem earum tradat, et quartam hanc esse factam in Galilæa, in his quæ exstant ejus operibus adhuc quæro. In his quæ exstant dixi, nam ut advertit Bellarm. opusc. *De Script. eccles.* ex libris quindecim *De præparat. Evang.* quatuor tantum et decem supersunt : ex viginti *De demonstr.* solum decem.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἐπαγγελίας, καὶ τὰς ἀπειλάς, εἰκότως οὖν κατὰ τὴν τετάρτην ἐμφάνειαν, μαθητεύειν αὐτοὺς τὰ ἔθνη προτρέπεται. Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν κατὰ Παλαιστίνην ὀρῶν, διατί μὴ ἐν ἄλλῳ τινὶ, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς Γαλιλαίας ὀπτάνεται ; Ἔστι γὰρ ἐν Ἰουδαίᾳ τὸ ὄρος Σιγὼρ, καὶ τὸ ὄρος Σομὼρ, καὶ τὸ τῆς Σαμαρείας, καὶ τὸ ὄρος Θαβὼρ, καὶ τὸ τῶν Ἐλαιῶν, καὶ πρὸς τούτοις ὁ Κάρμηλος. Πῶς οὖν ἅπαντα παρακλίνας εἰς τὸ τῆς Γαλιλαίας ὀπτάνεται ; Ὅτι τὰ μὲν αὐτῶν ἐγεγόνεισαν πράξεων πονηρῶν ἐργαστήριον, ὥσπερ τὸ ὄρος Σιγὼρ, καὶ τὸ ὄρος Σομὼρ, ὧν τὸ μὲν εἶδε, φεῦ, πατέρα θυγατράσι μιγνύμενον, καὶ τὸν αὐτὸν Λὼτ, ταῖς μὲν πατέρα καὶ σύνοικον, τοῖς δὲ τεχθεῖσι πατέρα καὶ πάππον γενόμενον. Τὸ δὲ Σαμαρείας ὄρος εἰδώλων ὑπῆρχε κρυπτήριον, οὐκ εὐαγῶς ὑπὸ τῶν Σαμαρειτῶν προσκυνούμενον. Ταῦτα μὲν παρεκλίνει, ὡς βέβηλα. Τῶν δὲ λοιπῶν, τὸ μὲν εἶδεν αὐτὸν ἐν δόξῃ μεταμορφούμενον· ὁ δὲ Κάρμηλος Ἠλίου ἀπεκλήρωτο. Τὸ δὲ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος ἀπεξεδέχετο τὴν ἐκεῖθεν αὐτοῦ πρὸς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν. Ἦν οὖν ἁρμόδιον εἰς τοῦτο μᾶλλον τοῖς μαθηταῖς ὀφθῆναι τὸν Κύριον. Ἐπειδὴ γὰρ Γαλιλαία *κατακυλιστὴ* ἑρμηνεύεται, τὸ δὲ ὄρος τῆς Γαλιλαίας ὑπερανέστηκε, νοεῖτο ἂν Γαλιλαία ὁ κόσμος οὗτος ὁ ταῖς ἄλλαις ἐπαλλήλοις μεταβολαῖς συνεχῶς μεταπίπτων καὶ κυλιόμενος. Ὄρος δὲ ἡ ὑψηλοτέρα τοῦ βίου κατάστασις, ἣν ὁ Χριστὸς ἐνανθρωπήσας ἐπολιτεύσατο ἅτε τὸν κόσμον νενικηκὼς, καὶ τὸν κοσμοκράτορα, καὶ καθάπερ εἰς ὄρος ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας ἀρθείς. Τούτων οὖν σύμβολον ἡ ἐν τῷ ὄρει τῆς Γαλιλαίας ἐμφάνεια.

A prædicatio apostolorum hæc quatuor comprehendunt, præcepta, dogmata, promissiones et minas, congruenter sane in quarta hac apparitione discipulis docendarum gentium committit officium. Cum autem multi in Palæstina sint montes, quare non in alio quopiam sed in solo Galilææ monte conspicitur? Est enim in Judæa mons Segor, et Somor et mons Samariæ, et Thabor, et Olivarum, et præter hos etiam Carmelus. Quare igitur posthabitis reliquis, solum in Galilææ monte videtur? Nimirum quia eorum quidam pravorum operum fuerant officinæ; uti mons Segor et Somor: quorum alter patrem, heu, cum filiabus commisceri vidit, ipsumque adeo Lot illis quidem patrem et maritum, genitis vero liberis patrem [21] avumque exstitisse. B Mons autem Samariæ latibulum idolorum fuit (75), in quo non sincere adorabant Samaritani [22]. Atque hos quidem præterit, ut profanos. **215** Cæterorum vero alius vidit ipsum cum gloria transfiguratum; Carmelus Eliæ sortitus est mansionem [22]; Olivetus ipsum in cœlum reversurum excepit. Fuit igitur consentaneum in hoc monte Dominum discipulis apparere. Nam quoniam Galilæa revolutionem significat (74), mons autem Galilææ superstat, per Galilæam hic mundus intelligatur aliis post alias mutationibus assidue transiens ac revolutus: per montem vero sublimis illa vitæ ratio, ac status quem instituit, ac tenuit Christus in assumpta humanitate, qui et mundum, et principem mundi vicerit, et montis instar supra omnem principatum et potestatem sublatus sit. Horum igitur symbolum fuit facta in Galilææ monte manifestatio.

« Καὶ ἰδόντες αὐτὸν, προσεκύνησαν αὐτὸν, οἱ δὲ ἐδίστασαν. » Ἐνταῦθα προσήκει ζητῆσαι, πῶς πάντες ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν, οἱ δὲ ἐδίστασαν. Οὐ πάντες δὲ τὴν αὐτὴν ἔσχον γνώμην, ἀλλά τινες τούτων ὑπεκραδάνθησαν· τίνες δὲ ἄρα καὶ οἱ διστάσαντες, καὶ τί τὸ τὸν δισταγμὸν παρασκευάσαν αὐτοῖς ; Οἱ γὰρ πρὸ ἡμῶν τὸ ῥητὸν ἐπεξηγησάμενοι, περὶ τοῦ Θωμᾶ λελέχθαι τοῦτο νοήσαντες, οὐ πάνυ μοι δοκοῦσι τὸ ἀκριβὲς περισκέψασθαι. Εἰ γὰρ τοῦτ' ἦν, ἀκολουθότερον μᾶλλον ἦν εἰπεῖν ἑνικῶς· Ὁ δὲ ἐδίστασε. Νῦν δὲ ἡ πληθυντικὴ σημασία πρὸς ἄλλο φέρεσθαι πείθει τὸν νοῦν. Προσήκει τοίνυν νοεῖν, ὡς οὐ πάνυ τοιοῦτος ὤπτο τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οἷος μετ' αὐτῶν πρὸ τοῦ πάθους συνανεστρέφετο, ἀλλ' ἕτεροῖος τὸ εἶδος, ἢ πρότερον. Ἦν γὰρ ἀκόλουθον τοῦ προσλήμματος

« Et videntes eum adoraverunt, quidam autem dubitaverunt. » Hic discutere oportet, quomodo omnes eum videntes adoraverunt, quidam autem dubitaverunt: adeoque non omnes eadem fuere sententia; sed horum aliqui vacillaverunt. Qui igitur fuere qui dubitarunt, et quid illis dubitationem injecit? Qui enim ante nos hunc locum explicantes de Thoma hoc dictum existimarunt, non mihi videntur rem accurate considerasse. Si hoc enim significandum erat, aptius erat fortassis eam sententiam singulari numero efferre; quidam vero dubitavit. Nunc autem plurium significatio aliud suadet intelligendum. Igitur par est intelligere non D talem omnino Dominum post Resurrectionem qualis cum illis versabatur, antequam pateretur; sed alia quadam specie (75), atque erat antea, videndum

[21] Gen. xix, 30 seqq. [22] IV Reg. xvii, 24. [23] II Reg. xviii, 41.

Francisci Scorsi notæ.

(73) *Latibulum idolorum fuit.* Narratur historia IV Reg. cap. xvii et ab ipso Cerameo latius explicatur hom. xxxviii de Samaritana, ubi si quid ad hunc locum facit, a nobis est adnotatum.

(74) *Galilæa revolutionem signat.* De hoc etymo diximus hom. v, not. 95. In eodem etymo pie ludant et S. Gregorius Nyssen. orat. 2, de *Resurr.*, S. August., Gregor. Magnus, et Beda.

(75) *Sed alia quadam specie.* In potestate corporis glorificati est, ut corpus ejus videatur, aut non videatur, itidemque in ejus potestate, quod claritas ejus videatur, vel non videatur. Ita S. Thomas quæst. 54, art. 1 ad. 2, et art. 3, ad. 1, ubi tamen sentit Christum in suo colore sine aliqua claritate visum esse discipulis. Maldonatus noster aliam post Resurrectionem glorificati quam ante passibilis atque mortalis formam Christi fuisse necessarium ducit, quemadmodum et nostrorum corporum aliam post resurrectionem for-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

se præbuisse discipulis. Consentaneum enim erat, cum assumpta humanitas jam esset in immortalitatis statum traducta, novam ejus formam exsistere; atque adeo ille qui mundi victor evaserat, et corpus incorruptione donarat, et factus morte superior erat, pulchra quadam et illustri majestate præfulgebat. Hoc autem prædixit etiam David : « Dominus regnavit, decorem induit [24]; » ubi id regnum, et ea dominatio præsignificatur, quam post Resurrectionem obtinuit. Quam enim potestatem uti Deus semper habuerat, hanc ut homo post Resurrectionem accipiens, et universæ rei creatæ jam Dominus, præclaro quodam decore et pulchritudine præditus apparebat. Non immutatis lineamentis, sed **216** inimitabilis cujusdam pulchritudinis accessione facta; sicuti cum in monte Thabor transfiguratus est prius. Et fortasse hoc ornatum decore spectantes, eum in cœlum ascendentem angeli alii alios interrogabant : « Quis est hic qui venit de Edom, iste formosus in stola sua [25]? Hanc Christi speciem prospiciens Salomon dicebat admirans in Cantico. « Quam pulcher factus es, et dulcis [26]! » Ac ne divina hæc species peregrina et adventitia (76) illi a mortuis restituto videretur, ea se forma splendentem discipulis præmonstravit in Thabor. Transfiguratio quippe imago fuit, et futuræ post Resurrectionem gloriæ præfiguratio. Ea igitur specie in monte Galilææ visus est undecim, qua tribus discipulis prius in Thabor. Quare et Petrus, et filii Zebedæi splendorem illum quem tunc viderant agnoscentes, immoti persliterunt. Quotquot vero transfiguratum Dominum contemplati non fuerant, insolita illa forma perculsi dubitaverunt. Unde nihil eos increpans dubitationis illam asperitatem tollit, ac veluti declarans apparentis illius formæ claritatem : « Data est mihi, inquit, omnis potestas in cœlo, et in terra [27], » ne novo spectaculo mens vestra commoveatur, formam hanc meam solis instar vibrantem radios conspicata, non enim mihi corpus infirmitatibus carnis subjectum est amplius, sed ejectus jam mundi hujusce princeps; ac mihi potestas, et dominium universæ creaturæ traditum est. Etenim cum Rex esset naturæ totius ac Dominus, et jam ante omne ævum

A αὐτοῦ μεταβληθέντος εἰς τὸ ἀθάνατον, καινοτέραν γενέσθαι τὴν μορφήν · καὶ ὁ τὸν κόσμον νενικηκὼς, καὶ τὸ σῶμα ἠφθαρτικὼς, καὶ θανάτου ὑπέρτερος πεφυκὼς, ὡραίᾳ τινὶ καὶ λαμπρᾷ δόξῃ περιηστράπτετο. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Δαβὶδ προανεφώνησεν · « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, » τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν προστηλαίνων βασιλείαν καὶ κυριότητα. Ἦν γὰρ ὡς Θεὸς ἐξουσίαν εἶχεν ἀεὶ, ταύτην ὡς ἄνθρωπος εἰληφὼς μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καὶ πάσης κυριεύσας τῆς κτίσεως, μετὰ λαμπρᾶς ὥρᾶτο εὐπρεπείας, καὶ ὡραιότητος · οὐ μεταποιηθέντων τῶν χαρακτήρων, ἀλλὰ κάλλους αὐτοῦ ἀμιμήτου προσγινομένου, καθὼς καὶ ἐν τῇ μεταμορφώσει τὸ πρότερον. Καὶ τάχα μετὰ ταύτης τῆς εὐπρεπείας ὁρῶντες αὐτὸν οἱ ἄγγελοι πρὸς οὐρανοὺς ἀνερχόμε-

B νον ἀλλήλους ἐπύθοντο · « Τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδὼμ ; οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ αὐτοῦ. » Ταύτην τὴν ὡραιότητα Χριστοῦ Σολομὼν προϊδὼν ἔλεγεν ἐν τῷ Ἄσματι τεθηπώς · « Τί ὡραιώθης, καὶ τί ἡδύνθης ; » Καὶ ὡς ἂν μὴ δόξῃ τὸ εἶδος τοῦτο τὸ θεῖον ἐπείσακτον αὐτῷ γενέσθαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, προδείκνυσιν ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς ἐν Θαβὼρ τοιούτῳ κάλλει ἐναποστράπτοντος. Ἡ γὰρ μεταμόρφωσις τῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν δόξης εἰκὼν ἦν, καὶ προτύπωσις. Μετὰ τῆς τοιαύτης οὖν μορφῆς ἐν τῷ τῆς Γαλιλαίας ὄρει ὤφθη τοῖς ἑνδεκα, μεθ' οἵας τοῖς τρισὶν ὤφθη πρότερον εἰς τὸ Θαβώρ. Διὸ καὶ Πέτρος μὲν, καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου

C υἱοὶ, ἀκλόνητοι μεμενήκασιν ἀναγνωρίσαντες τὴν τότε λαμπρότητα. Ὅσοι δὲ μὴ τὴν μεταμόρφωσιν ἐθεάσαντο, τῷ ἀσυνήθει τῆς μορφῆς κρταπλαγέντες ἐδίστασαν. Διὸ καὶ μηδοτιοῦν τούτοις μεμψάμενος καταλεαίνει τοῦ διαστάγμου τὴν τραχύτητα, οἷον ἑρμηνεύων αὐτοῖς τῆς καινομένης μορφῆς τὴν λαμπρότητα · « Ἐδόθη μοι, λέγων, πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. » Μὴ ξενιζέσθω, φησὶν, ἡμῶν ἡ διάνοια βλεπόντων τὸ τῆς ἐμῆς μορφῆς ἡλιόβλητον · οὐκ ἔστι γάρ μου τὸ σῶμα ἐν ἀσθενείαις ἔτι σαρκὸς · ἀλλ' ὁ μὲν ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβέβληται, ἡ δὲ ἐξουσία καὶ κυριότης πάσης τῆς κτίσεως ἐμοὶ δέδοται. Βασιλεὺς γὰρ ὢν καὶ

D Δεσπότης πάσης τῆς φύσεως, καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος ἔμφυτον ἔχων τὸ βασιλεύειν, ὡς ἄνθρωπος παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰς βασιλέα κεχειροτόνηται. Ἐπεὶ

[24] Psal. xciv, 1. [25] Isa lxiii, 1. [26] Cant. i, 16. [27] Matth. xxviii, 18.

Francisci Scorsi notæ

mam fore testatur D. Paulus I Cor. xv, ita tamen aliam, ut effigies, et lineamenta eadem maneant. Quod et Noster hoc loco advertit, color diversus appareat : quemadmodum in Transfiguratione factum est, ut etiam innuit D. August. Nam profecto fulgor et claritas corporis Christi naturaliter ex animi gloria redundabat, quin et principio conceptionis suæ ab anima gloriosa per fruitionem divinitatis perfectam redundare debuerat nisi per dispensationem impedita fuisset : ut itidem D. Thomas asserit, quæst. dicta art. 2, in corpore. Quæ cum ita sint posita, non videtur repugnare, quod hic commentatur noster Christum apparuisse in monte Galilææ gloriosum, et refulgentem fere ut in Transfiguratione; quamvis enim, si semper hoc modo apparuisset (quod solum videtur negare D. Thom. et rationes hæ, quæ sequuntur, ostendunt), neque id discipuli pati potuissent, quod semel factum in Thabor ferre non potuerant, neque congruens fuisset, ut ostenderetur, eamdem resurrexisse naturam, quæ mortalis ante fuerat; quam utramque rationem affert D. Augustinus, lib. xxii *De civit.* cap. 19 : *Claritas in Christi corpore, cum resurrexit, ab oculis discipulorum potius fuisse abscondita credenda est; non enim eam ferret humanus atque infirmus aspectus, quando ille a suis ita deberet ostendi, ut posset agnosci.* Quod tamen aliquando id præstiterit, est pia, nec rationi absona Theophanis nostri commentatio.

(76) *Peregrina et adventitia.* Erat enim naturalis, ut jam nota proxima explicatum est.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

σάρκα ἀνέλαβε τὸ δοξάζεσθαι χρήζουσαν, καὶ οὐχ ἑτέρου τινός, ἀλλ' αὐτοῦ γέγονε σὰρξ, εἰκότως ἰδιοποιεῖται τὰ εἰς αὐτὴν, ἢ περὶ αὐτὴν γινόμενα, καὶ ὡς ἄνθρωπος μὴ ἔχων, δέχεται παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἅπερ ἔχει φυσικῶς· « Πάντα ὑπέταξας ὑπὸ κάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ· » ἐκ προσώπου δὲ τοῦ Πατρὸς, οὕτω φησὶ πρὸς Χριστόν· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ἑνὸς γὰρ ἔθνους τοῦ Ἰσραὴλ παροιστρήσαντος, καὶ διὰ τοῦτο ἀποβληθέντος, πάντα τὰ ἔθνη δέδοται τῷ Χριστῷ πιστεύσαντα εἰς αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ προσδοκία ἐθνῶν, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἤλπισε, καὶ ἀντὶ μιᾶς γῆς τῶν Ἰουδαίων τὰ τῆς γῆς πληρώματα ἐκληρώσατο, ἐπιτάττει τοῖς μαθηταῖς· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Καὶ πρὸ μὲν τοῦ πάθους ἀπεῖργεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν ἐθνῶν ἀπελθεῖν, εἰς μόνα δὲ πορεύεσθαι τὰ πρόβατα τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ· νῦν δὲ πάντων ἐθνῶν τὴν προστασίαν ἐνεχείρισεν αὐτοῖς· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Νῦν οὐκ ἐν τύποις καὶ συμβόλοις δείκνυται τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον, ἀλλὰ φανερῶς πᾶσι διαλευκαίνεται. Ἡ μὲν γὰρ σκιώδης Γραφὴ, ἀμυδρῶς περὶ ταύτης ἐδίδαξεν. Ἀριδηλότερον δὲ ὁ Κύριος μνημονεύει περὶ αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Πνεύματος. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἐν Ἰορδάνῃ, τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν ἡμῶν φύσιν καθαίροντος. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς ἐβαπτίζετο· ὁ δὲ Πατὴρ ἐπεμαρτύρει τὸν χειραπτούμενον· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περιστερᾶς ἐν εἴδει καθίπτατο. Καὶ ἐν ὄρει δὲ τῷ Θαβὼρ τὸ τοῖς Τριάδος διάφορον τῶν ὑποστάσεων ἐγνωρίσατο, πλὴν οὐ τηλαυγῶς ἡ τῆς οὐσίας ταυτότης, καὶ ὁμοτιμία ἐδείκνυτο. Νῦν δὲ γνωριμωτέραν τὴν ἰσοτιμίαν καθίστησιν εἰπών· « Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἀλλὰ ἐπειδὴ περὶ τοῦ βαπτίσματος ἡμῖν ὁ λόγος, ἀναγκαῖον εἰπεῖν διατί ἀπονενόηται τοῦ

A regnandi jus innatum haberet, a Patre tamen, ut homo, constitutus est Rex. Quoniam vero carnem eam assumpserat, quæ indigebat, ut gloria afficeretur; nec vero caro cujusdam alterius, sed ejus ipsius, facta erat, merito sibi vindicat (77), quæ in ipsam carnem collata, et ad ipsam attinebant, et quæ non habebat ut homo accipit a Patre ea quæ naturaliter habebat, « Omnia subjecisti sub pedibus ejus [28]. » Ex persona autem Patris ita Christum alloquitur: « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [29]. » Postquam enim una gens Israelitica furore concita in ipsum est, atque adeo ab ipso rejecta, omnes gentes datæ sunt Christo, quæ ipsi fideles

B essent. Quoniam autem erat exspectatio gentium, et in ipsum gentes sperabant [30], et pro una **217** Judææ terra plenitudinem gentium, ut hæreditatem obtinuit, præcepit discipulis: « Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. [31] » Et quidem ante passionem vetuit eos, quominus in viam gentium irent, ac solum ad oves domus Israel eos jussit accedere [32]. Nunc vero omnium gentium curam illis concredidit: « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Jam non in figuris, et symbolis Trinitatis mysterium nunc indicatur, sed manifeste omnibus declaratur. Vetus enim illa Scriptura umbris involuta de ea obscure docuit. Clarius autem Dominus de se, et

C Patre, et Spiritu mentionem fecit. In Jordane etiam, cum Dominus per baptismum naturam nostram lustravit, id mysterium indicatum est. Filius enim baptizatus est, Pater vero ei manu contacto (78) testimonium tulit; Spiritus autem sanctus in columbæ specie devolavit. Et in monte etiam Thabor hypostaseon in Trinitate differentia significata est: non tamen perspicue essentiæ identitas, et æqualis omnium dignitas declarata: nunc vero eam æqualitatem notiorem reddit cum dicit: « Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Sed quoniam de baptismo nobis est sermo, neces-

[28] Psal. VIII, 8. [29] Psal. II, 8. [30] Gen. LI, 10. [31] Matth. XVIII, 19. [32] Matth. X, 5.

Francisci Scorsi notæ.

(77) *Merito sibi vindicat.* Hæc recte dicta sunt, recteque explicantur de proprietatibus utriusque naturæ communicatis ratione personæ. Sibi enim, hoc est, eidem personæ, ait Theophan., attribuit quæ erant humanæ naturæ; data potestas, et regnum: et tamen eadem ut propria, et naturaliter habebat ratione naturæ divinæ. Greg. Nyss. orat. 2, *in Resurr.* eamdem doctrinam iisdem verbis complexus est: *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς.* Ἃ γὰρ εἶχε φυσικῶς, ὡς Θεὸς, ταῦτα λέγει λαμβάνειν ὡς γενόμενος ἄνθρωπος οἰκονομικῶς. « *Data est mihi potestas omnis in cœlo, et in terra.* » *Nam quæ naturaliter habebat ut Deus, hæc dicitur accipere tanquam homo certo consilio factus.* Et Suarius noster, p. 3, ubi agit de Christi dominio, hunc locum explicat de potestate excellentiæ Christi, qua homo erat ratione unionis hypostaticæ communicata.

(78) *Manu contacto.* Expressi totam vim nomi-

D nis χειραπτούμενον quæ non vacat occulto quodam pietatis sensu; nam per eam vocem exprimit, et Christi humilitatem, et Joannis Baptistæ dignitatem; quod Christi corpus manu sua attingere meruerit. Quod sane multi Patres etiam apertius. S. Proclus oratione ubi de baptismo Christi loquitur: *Tangere*, inquit, *S. Joannes capitis verticem meruit*, innuens ritum in baptismo a S. Joanne servatum caput Domini tangendo. S. Cyprianus serm. *de baptismo Christi*: *Supponit itaque cervicem sanctam manibus hominis humilitas Redemptoris.* S. Chrysost. hom. *in S. Theophania*, quæ incipit, Ἡ πηγὴ τῶν εὐαγγελίων διδαγμάτων, sub finem: Ἥψατο μὲν τῆς τοῦ Δεσπότου κεφαλῆς τρέμων τῇ χειρὶ, καὶ χαίρων τῇ ψυχῇ, καὶ ἐβάπτισεν τὸν Κύριον ἡ τῶν Ἰησοῦν Χριστόν· *Tetigit quidem manu Domini caput tremens et animo gaudens, et baptismo lavit Dominum nostrum Jesum Christum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sarium est dicere, qua de causa baptismum ritus est institutus. Irridetur enim divinum lavacrum ab infidelibus, quid per illud symbolice denotetur ignorantibus.

Cum in vitam morti obnoxiam per primam generationem produceretur homo, necessarium fuit generationem alteram, et magis occultum reperire modum, qui neque a corruptione inciperet, nec desineret in corruptionem : per quem liceret nobis auctoris salutis nostræ Jesu Christi similitudinem ferre. Aqua enim baptismi uteri loco materni (79); insufflatio autem loco est Dei fetum hunc efformantis. Et sicuti ille tertio die, ex quo depositus est in sepulcro, ad vitam rediit, sic credentes ex aqua quasi e terra tribus illis vicibus emergentes, vitam post tres dies restitutam, ipsamque adeo Resurrectionem adumbrant, aqua per invocationem sanctæ Trinitatis sanctificata; ut corpus quidem visibili aqua lustretur, invisibili autem Spiritu aqua sanctificationem accipiat. Sicuti enim ignis fervorem **218** concipit aqua, quæ in lebete continetur; sic et ea quæ in lavacro est (80), per operationem Spiritus in divinam quamdam transit virtutem.

Qua vero de causa postquam dixit : « Docete omnes gentes, subjunxit rursus : « Docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis? » Per hæc indicat μαθήσεως id est, institutionis (81), et διδασκαλίας, id est doctrinæ differentiam; illa enim ad introducendum est accommodata, et est veluti elementaris : doctrina vero perfectioribus congruit. Ac illa quidem dogmata tradens veluti fundamenta ante projicit; hæc autem quasi operum ædificium superponit. Dicendo quippe μαθητεύετε de dogmatis eos instituendos ostendit; unde et subdidit : βαπτίσματος ἡ παράδοσις. Διαγελαται γὰρ παρὰ τοῖς ἀπίστοις τὸ θεῖον λουτρὸν, ἀγνοοῦσι τὸ διὰ τοῦ συμβόλου δηλούμενον.

Τῆς πρώτης γενέσεως ἐπὶ τὸν θνητὸν βίον παραγούσης τὸν ἄνθρωπον, ἀναγκαῖον ἦν ἐξευρεθῆναι γένεσιν ἑτέραν, καὶ μυστικώτερον τρόπον, μήτε ἀπὸ φθορᾶς ἀρχόμενον, μήτε εἰς φθορὰν καταλήγοντα, δι' οὗ γένοιτ' ἂν ἡμῖν δυνατὸν μιμήσασθαι τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Τὸ γὰρ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, ἐν τάξει μήτρας λαμβάνεται· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐν τάξει Θεοῦ, τοῦ τὸ ἔμβρυον διαπλάττοντος. Καὶ ὥστερ ἐκεῖνος μετὰ τὴν ἐν τάφῳ κατάθεσιν τριταῖος ἐπὶ τὴν ζωὴν ἀνεφοίτησεν, οὕτως οἱ πιστεύοντες ἀντὶ τῆς γῆς, τὸ ὕδωρ ἀποδυόμενοι, ἐν τρισὶ περιόδοις τὴν τριήμερον ζωὴν καὶ ἀνάστασιν εἰκονίζουσι, διὰ τῆς ἐπικλήσεως τῆς ἁγίας Τριάδος ἁγιαζομένου τοῦ ὕδατος· ὡς ἂν τῷ μὲν φαινομένῳ ὕδατι τὸ σῶμα φωτίζοιτο, τῷ δὲ ἀοράτῳ πνεύματι τὸν ἁγιασμὸν ἡ ψυχὴ λήψαιτο. Καθάπερ γὰρ τὸ ὕδωρ τὸ ἐν τῷ λέβητι τῆς τοῦ πυρὸς μεταλαμβάνει θερμότητος· οὕτως τὸ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ ὕδωρ τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ πνεύματος, εἰς θείαν μεταστοιχειοῦται δύναμιν.

Πῶς δὲ εἰπών· « Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, » πάλιν ἐπήγαγε· « Διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν; » Δείκνυσι διὰ τοῦτο μαθήσεως καὶ διδασκαλίας διαφοράν· ἡ μὲν γὰρ εἰσαγωγική ἐστι, καὶ οἷον στοιχειωτική· ἡ δὲ διδασκαλία, τοῖς τελειοτέροις ἁρμόδιος. Καὶ ἡ μὲν οἷόν τινα θεμέλιον προκαταβάλλει τὰ δόγματα, ἡ δὲ τὴν διὰ τῶν ἔργων οἰκοδομὴν ἐπιτίθησιν. Εἰπὼν γάρ· « Μαθητεύσατε, » τὴν τῶν δογμάτων ἐδήλωσε μάθησιν· διὸ καὶ ἐπήγαγε· « Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· »

Francisci Scorsi notæ.

(79) *Uteri loco materni.* Præclare S. Cyrillus Hierosolym. aquam baptismi et tumulum, et matrem appellat : Ἐν τῷ αὐτῷ ἐτεθνήσκετε, καὶ ἐγεννᾶσθε. Καὶ τὸ σωτήριον ἐκεῖνο ὕδωρ καὶ τάφος ἡμῖν ἐγένετο, καὶ μήτηρ· *In ipso simul et mortui eratis, et regenerati; atque ita illa salutaris aqua sepulcrum vobis, et mater effecta est.* Et paulo post : Ἀφέσεως ἁμαρτημάτων, καὶ υἱοθεσίας προξενητικὸν τὸ βάπτισμα· *Baptismus remissionem peccatorum, et adoptionem conciliat filiorum.* Utrumque baptismi symbolum et effectum explicat breviter et graviter hic Noster. Gregor. Nyss. orat. 1, *de Resurr.* enucleatius etiam omnes naturalis nativitatis partes cum hac, quæ per baptismum fit supra naturam, comparat.

(80) *Quæ in lavacro est.* Κολυμβήθρα piscina, lavacrum natatorium, ἀπὸ κολυμβᾶν, natare. Sic appellatur piscina illa sanandi vim habens. Joan, cap. v : Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα· *Est autem Hierosolymis probatica piscina.* Ad hanc porro alludentes SS. Patres baptismatis sacrum fontem κολυμβήθραν appellant, quod hujus illa figura. Gregor. Nazianzen. orat. *in S. baptisma :* Χύες ἐπὶ κλίνης ἐῤῥιμμένος, καὶ λελυμένος, καὶ οὐκ εἶχες ἄνθρωπον, ἵνα ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ βάλλῃ σε εἰς τὴν κολυμβήθραν· σήμερον εὗρες ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν καὶ θεὸν, μᾶλλον δὲ θεὸν ἄνθρωπον· *Heri in lecto jacebas corpore fractus, et solutus : nec hominem præsto habebas, qui cum turbaretur aqua, te in piscinam injiceret : hodie nactus es hominem, eumdemque Deum, vel ut rectius loquar, Deum hominem.* Hæc Nazianz. qui hominem catechumenum comparat ægroto illi, qui triginta et octo annos habebat in infirmitate : piscinam vero sacro baptismatis fonti, qui a quovis peccati morbo hominem curat. Sed diserte S. Chrysost hom. 3 *in Epist. ad Coloss.* in fine : Ἔδει καὶ τοῦ βαπτίσματος πολλὰ προηγίσασθαι, καὶ μυρία ὅσα, οἷον τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ, τὰ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τὸν μὴ ὑγιαίνοντα καθαίρεσθαι· *Oportebat, et baptismum multa præcedere, atque adeo innumerabilia, qualia sunt ea quæ in veteri testamento, et piscina fiebant; nempe quod qui sanus non erat, mundabatur;* κολυμβήθραν etiam vocat baptismi fontem S. Cyrillus Hierosol. Catech. II.

(81) *Μαθήσεως, id est institutionis.* Ne quis putet hanc differentiam vocum gratis esse a Nostro conflictam, afferam in medium quod in concilio Florentino observavi sess. 5 et 10, ubi institutio catechumenorum quæ per symbolum fidei traditur, μάθημα Græce, Latinis non solum institutio, sed et rudimentum et mathema etiam vertitur in Epist. Vigilii papæ : quin et symbolum ipsum μάθημα videas indigitari.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ὅπερ ἐστὶν ἡ τῶν δογμάτων βεβαίωσις. Ἀλλ' ἐπεὶ δή, κατὰ τὸν ἱερὸν ἀδελφόθεον, « ἡ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστι, » βούλεται τὸν μαθητευθέντα τὰ τῆς πίστεως δόγματα, καὶ τελειωθέντα τῇ ἀναγεννήσει τοῦ θείου βαπτίσματος, ἐποικοδομῆσαι καὶ τὰ ἔργα τῆς πίστεως· οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλ' ἅπαντα, ὅσα τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ ἐνετείλατο.

« Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν. » Ὦ γλυκείας ἐπαγγελίας, ὦ θαυμαστῆς ὑποσχέσεως, ἣν ὁ Δεσπότης ἡμῶν ἐπηγγείλατο, αἰωνίως τοῖς ἁγίοις συνέσεσθαι! Καὶ οὐ δήπου φαμὲν ὡς μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος συνέσται αὐτοῖς, εἶτα διακριθήσεται· μὴ οὕτω κατολισθήσαιμεν πρὸς τοῦτο κουφότητος λογισμῷ, ὡς τῇδε νοῆσαι, ἢ φθέγξασθαι. Οὐ γὰρ χρονικὸν τὸ, ἕως, παρείληπται, ἀλλ' ἀόριστον· τέθριπται δὲ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ἡ τοιαύτη τοῦ λόγου συνήθεια. Περὶ μὲν τοῦ σταλέντος κόρακος ὑπὸ Νῶε ἰδεῖν εἰ κεκόπακε τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς γῆς· περὶ δὲ τοῦ ἁγίου μνήστορος Ἰωσὴφ, ὅτι οὐκ ἔγνωκε τὴν Παρθένον, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ὁ προφητικὸς δὲ Ψαλμὸς οὕτω φησίν· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Συνῳδὰ δὲ τούτῳ καὶ ὁ Ἀπόστολος φθέγγεται· « Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, » ἐν τούτοις πᾶσι τοῦ, ἕως, ἔχοντος σημασίαν ἀόριστον καὶ ἀΐδιον. Ταύτην οὖν τὴν μακαρίαν ἀντεπαγγελίαν καὶ ἡμεῖς ἔχοντες βέβαιον ἐλπίδα καὶ ἄγκυραν, πιστεύομεν ἀδιστάκτως ὡς σύνεστιν ὁ Χριστὸς τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἀραρότως ἐμμένουσι, τηρῶν αὐτοὺς ἀλωβήτους τῆς ἐπιβουλῆς καὶ κακίας τοῦ πονηροῦ, καὶ κληρονόμους καθιστῶν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

« Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Quod sane dogmatum confirmatio est. Sed quoniam, ut sanctus Domini frater dixit : « Fides sine operibus mortua est [33], » vult eum, qui fidei dogmatis institutus jam est, et per regenerationem sancti baptismatis sanctificatus, fidei opera insuper ædificare; nec ea ex parte, sed omnia quæcunque discipulis Dominus præcepit.

« Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. Amen. » O jucundum nuntium! o admirabilem promissionem! qua Dominus noster cum sanctis se futurum perpetuo promisit. Nec sane dicimus ita eum usque ad consummationem sæculi cum ipsis futurum, ut postea disjungatur; non in eam mentis levitatem prolapsi simus, ut hoc vel sentiamus, vel dicamus. Neque enim vox illa, *usque*, determinatum tempus, sed infinitum potius (82) comprehendit. Consueta autem est hæc in sacra Scriptura locutio. Nam de corvo, qui missus a Noe fuerat, ut videret, si jam cessassent aquæ super terram [34], ea usa est; et de sancto sponso Joseph, quod non cognovit Virginem, donec peperit Filium suum primogenitum [35] : et in psalmo Propheta sic ait : « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [36]. » Consona etiam his Apostolus loquitur : « Oportet eum regnare, donec ponat inimicos ejus sub pedibus ejus [37], » atque in his omnibus locis particula ἕως, *donec*, significationem habet infiniti et æterni temporis. Hanc igitur beatam pollicitationem et nos ut firmam spem et anchoram tenentes, **219** sine ulla dubitatione credimus Christum adesse omnibus, qui in ipsum credunt, et in sermone ejus constanter manent : eosque servari per ipsum incolumes ab insidiis, et astu veteratoris, et hæredes constitui æternorum bonorum, quæ utinam nos omnes consequamur in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri et Spiritui sancto est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΘ'.

Εἰς τὸ δεύτερον Ἑωθινόν.

Τέρπει μὲν τὰς ὄψεις ἀνίσχων τῆς ἑῴας ὁ ἥλιος, καὶ τῆς γῆς τὸ πρόσωπον καταγλαΐζων τοῖς σελαγή-

HOMILIA XXIX.

In secundum Matutinum.

Delectat oculos sane sol, cum ab ortu sese efferens faciem terræ suo splendore collustrat; lætificat

[33] Jac. II, 20. [34] Gen. VIII, 7. [35] Matth. I, 25. [36] Psal. CIX, 2, 3. [37] I Cor. VI, 15.

Francisci Scorsi notæ.

(82) *Sea infinitum potius.* Receptissima est hæc explicatio apud omnes sacrarum Litterarum interpretes, qui voces Græcas ἕως, et ἄχρις, et Latinas *donec* et *usque*, in relatis ab auctore nostro locis, et aliis quos alii notant, non determinatam habere temporis significationem, neque negare subsequens omne tempus docent; sed ut breviter et argute Maldonat. noster, significare id quod est dubium, tacere quod est certum. Nam ut aliud præterea adjungamus exemplum iis quæ Theoph. hic adducit, hujus doctrinæ confirmandæ causa, quæ non parvi momenti est, ad rectum locorum sacræ Scripturæ intellectum, cum II Reg. cap. VI, dicitur: *Michol filiæ Saul non est natus filius usque in diem mortis suæ*, non significat eam post mortem peperisse, de quo dubitari non poterat, sed non peperisse unquam, antequam moreretur, quod erat incertum. Hunc eumdem locum affert Cornelius in cap. I Matth. idem asserens. In hujus postremæ notæ calce adverto harum undecim homiliarum habuisse me duo exemplaria, quorum alterum transcriptum ex antiquo exemplari Romæ P. Jacobi Sirmundi manu, et quidem integrum omnibus suis partibus, alterum ex Sicilia : sed ab eodem P. Sirmundo recognitum, et collatum cum illo veteri, et ad marginem additis et correctis iis quæ deerant integratum; quare non opus habui hic in his notis undecim homiliarum varias notare lectiones, cum nullas ego mea animadversione ex aliis exemplaribus notare potuerim.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

etiam animas Christo fideles, cum auditur sermo divinus sensusque spirituales, quasi radios quosdam fulgoris immittit. Cum igitur in hoc templum quasi ad orientis solis plagam iterum concurreritis, age jam veluti solarem globum (83) sacrum Evangelium aperientes [58], demus operam, ut ejus splendore illuminemur.

« Cum transisset Sabbatum, Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. » Admirabilem illam ac vivificantem resurrectionem varie divini evangelistæ (84) narrarunt. Matthæus quippe : « Vespere Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati [59], » duabus Mariis Dominum apparuisse; Lucas vero « Valde diluculo [60] » et ipsas, et Joannem, et quasdam alias, quæ una cum ipsis erant, ad sepulcrum venisse, et angelos duos vidisse dicit, qui cum illas inusitata specie terruissent, resurrectionem nuntiarunt. Sed qui maxime omnium evangelistarum de divinitate locutus est, solam ait [61] Magdalenam valde mane ad sepulcrum profectam duos angelos invenisse; postea vero etiam ipsum Dominum conspexisse. Sanctus vero Marcus alio quodam modo de hac mulierum inspectione loquitur, nimirum cum iisdem mulieribus venisse Salomen, orto jam sole. Hæc igitur quomodo se habeant multi ante nos optime explicuerunt, et argumentis quidem certissimis ostenderunt, non fuisse ab evangelistis indicatam resurrectionis horam (85). Incerta enim est illa, et hominibus prorsus ignota, atque in thesauris abscondita ejus quæ illam **220** disposuit sapientiæ. Diversas vero mulierum itiones ad monumentum carptim singuli prodiderunt. Quoniam vero in prima mundi constitutione, cum res omnes creatas condidisset Verbum, ac die Sabbati requiesset, ut quies itidem operumque vacatio eodem die esset, lege sanciverat; cum id quod creatum erat et peccato corruptum, renoA μασιν. Εὐφραίνει δὲ τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν ἡ τῶν θείων λόγων ἀκρόασις, οἷά τινας ἀκτῖνας τὰ πνευματικὰ φεγγοβολοῦσα νοήματα. Ἐπεὶ οὖν πάλιν προθύμως, ὡς εἰς ἀνατολήν, εἰς τὸν θεῖον τοῦτον ναὸν δεδραμήκατε, φέρε καθάπερ ἡλιακὸν δίσκον τὸ ἱερὸν ἐφαπλώσαντες Εὐαγγέλιον, ταῖς ἀπ' αὐτοῦ καταυγασθῶμεν λαμπρότησι.

« Διαγενομένου τοῦ Σαββάτου, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ Σαλώμη ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσι τὸν Ἰησοῦν. » Τὴν φρικτὴν καὶ ζωοπάροχον ἀνάστασιν διαφόρως οἱ θεῖοι εὐαγγελισταὶ μεμηνύκασι. Ματθαῖος μὲν γάρ· « Ὀψὲ Σαββάτου τῇ ἐπιφωσκούσῃ μιᾷ Σαββάτων » ταῖς δυσὶ Μαρίαις εἶπεν ὀφθῆναι τὸν Κύριον. Λουκᾶς δὲ, « ὄρθρου βαθέως, » αὐτάς τε καὶ B Ἰωάννην, καί τινας μετ' αὐτῶν ἐν τῷ τάφῳ ἐλθεῖν, καὶ δύο ἀγγέλους ἰδεῖν, οἳ δὴ καταπτήσαντες αὐτὰς τῇ ξένῃ μορφῇ εὐαγγελίσαντο τὴν ἀνάστασιν. Ὁ δὲ τῶν εὐαγγελιστῶν θεολογικώτατος μόνην φησὶ τὴν Μαγδαληνὴν ἐλθοῦσαν λίαν πρωΐ, καὶ ἀγγέλους δύο ἐντυχεῖν· μετὰ ταῦτα δὲ καὶ αὐτὸν κατοπτεῦσαι τὸν Κύριον. Ὁ δὲ ἱερὸς Μάρκος ἑτέραν ταύτην ἐπισταsίαν λέγει τῶν γυναικῶν· ταῖς αὐταῖς Μαρίαις καὶ τὴν Σαλώμην συνελθοῦσαν εἰπών, ἤδη τοῦ ἡλίου ἀνισχόντος. Ταῦτα μὲν οὖν πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν ἄριστα ἐξηγήσαντο, ἀναντιῤῥήτοις ἐμφήναντες ἀποδείξεσιν, ὡς οἱ εὐαγγελισταὶ οὐ τὴν ὥραν τῆς ἀναστάσεως μεμηνύκασιν. Ἄδηλος γὰρ αὐτὴ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ παντάπασιν ἄγνωστος ἐν τοῖς θησαυροῖς κειμένη τῆς σοφίας τοῦ ταύτην οἰκονομήσαντος. C Τὰς διαφόρους δὲ τῶν γυναικῶν εἰς τὸν τάφον ἐπιφοιτήσεις ἀνὰ μέρος ἕκαστος ἐφηγήσατο. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν πρώτην τοῦ κόσμου σύστασιν τὴν κτίσιν ὁ Λόγος δεδημιουργηκὼς, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου καταπαύσας, ἡσυχίαν καὶ ἀργίαν ἄγειν κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν ἐνομοθέτησεν, ἀνακαινίζων αὖθις τὴν κτίσιν φθαρεῖσαν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, τῇ

[58] Marc. xvi, 1 seqq. [59] Matth. xxviii, 1. [60] Luc. xxiv, 1. [61] Joan. x, 1.

Francisci Scorsi notæ.

(83) *Solarem globum.* Τὸν ἡλιακὸν δίσκον habet Græcus : Δίσκος, inquit Etym. magnum, σημαίνει λίθον τροχειδῆ εἰς γυμνάσιον ἡρωϊκὸν ἐπιτήδειον· *Discus significat rotundum lapidem, ad heroica exercitamenta idoneum.* Sed transfertur ad solis rotam seu globum a nostro non sine exemplo. Eadem καταχρήσει usus Alex. Aphrodis. l. II *Probl.* : Ἐλάττων ἡ σελήνη τοῦ ἡλίου τυγχάνουσα τῷ μεγέθει, τὸν δίσκον πάντα κρύπτειν οὐ σθένει· *Cum minor luna sit sole, omnem ejus orbem abscondere non potest.*

(84) *Varie divini evangelistæ.* Has evangelistarum in historia resurrectionis varietates tum angelorum, tum Christi apparentium diligenter et copiose explicant et conciliant interpretes nostri ; præsertim Maldonatus et Cornelius, qui et visiones omnes tum angelorum tum Christi in ordinem digerit. Nobis eam rem attingere nec opus est ad præsens negotium (nec enim Evangelium explicamus, sed Evangelii explicatorem), nec licet eam rem brevibus expedire. Solum adverto hunc Theophanem sequi sententiam eorum Patrum, qui plures putant fuisse itiones mulierum ad sepulcrum, varieque illis angelos vises. Ita putat S. Hieronymus, S. Augustinus, *De consensu evangelist.* cap. 24, et Dionys. Alexandrinus in Epist. ad Basil., S. Ambrosius ex Latinis, S. Athanasius, S. Nyssenus ex Græcis, cujus postremi brevem D indicabo locum, cum sciam ejus potissimum asseclam esse Theophanem : *Matthæus*, inquit ille, orat. 2, *de Resurr.* (parco autem Græcis verbis in re non admodum necessaria), *de iis feminis loquitur, quæ vespere Sabbatorum venerunt : Joannes Magdalenam venisse ait in tenebris : Lucas alias circa diluculum : Marcus alias oriente sole, adjunctis nonnullis, quæ jam antea ad monumen um fuissent.* Ita Greg. Nyssenus.

(85) *Resurrectionis horam.* Ita quoque Nyssenus idem : *Neque enim sacri Evangeliorum scriptores vel vesperi Sabbatorum, vel majori parte noctis præterita, vel diluculo rursus, vel post solaris radii emersum, resurrexisse Dominum dixerunt : sic enim contrarietas esset, si unum factum non in uno potius, sed in diversis temporibus accidisse scriptores memoriæ prodidissent ; sed mulieres scripserunt alio tempore alias ad sepulcrum venisse*, etc. Vide præterea not. 71 hujus homiliæ et sequentis 93.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὲν ἕκτῃ ἡμέρᾳ διὰ τοῦ θανάτου ἀναπλάττει τὸν ἄνθρωπον, τῇ δὲ ἑβδόμῃ σαββατίζει λοιπὸν, καὶ φυλάττει τὴν νομικὴν παρατήρησιν, μένων ἐν τῷ τάφῳ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου ἀκίνητος· ἦλθε γὰρ οὐ καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀποπερᾶναι δὲ μᾶλλον αὐτόν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ νόμος οὐ τὴν πνευματικὴν, ἀλλὰ τὴν σωματικὴν ἀργίαν νενομοθέτηκε, διὰ τοῦτο τῷ σώματι ἀκριβῶς κατὰ τὸν νόμον ἐπὶ τῆς ἐν τῷ μνήματι κοίτης μείνας ἀκίνητος, τῇ θείᾳ δυνάμει τὴν τοῦ θανάτου κατηγωνίσατο δύναμιν, ἑδοποιῶν δι' ἑαυτοῦ τοῖς τεθνεῶσι πᾶσι τὴν ἐκ τοῦ θανάτου ἀνάστασιν. Ἔδειξε δὲ τοῦτο καὶ ἡ ἀρωματογραφικὴ προαγόρευσις εἰποῦσα, ὡς « Ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ. » Τοῦ γὰρ σώματος ἐν τῷ τάφῳ καθεύδοντος, ἡ θεότης ἦν διὰ τῆς καρδίας ἐδήλωσεν, ἠγρύπνει τὸν ᾅδην σκυλεύουσα. Ὅτε δὲ παρῆλθεν ἡ τοῦ Σαββάτου κατήφεια, καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως ἐνηργήθη μυστήριον, καὶ τῆς δικαιοσύνης ὁ Ἥλιος ἀπό τινος ὁρίζοντος ἀνέτειλε, τότε ἡ ἀρωματοφόρος τριττὺς τῶν ἱερῶν γυναικῶν τὸ ζωηφόρον μνῆμα κατέλαβε. « Λίαν πρωΐ τῆς μιᾶς Σαββάτων, ἔρχονται πρὸς τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. » Ἡ γὰρ Εὔα, περὶ τὸ δειλινὸν ἀπατηθεῖσα, τῷ τῆς τρυφῆς χωρίου ἐξοστρακίζεται, αἱ δὲ ταύτης ἀπόγονοι ἐπιταχύνουσι λίαν πρωΐ, μαθεῖν τὴν δι' ἀναστάσεως ἀποκατάστασιν τῆς προμήτορος.

Ἴενται οὖν, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου· ἦν γὰρ ὡς ἐκ τῶν νεωτέρων ἀνατείλας ὁ ἥλιος, τοῖς ζῶσι καὶ τεθνεῶσι πρωΐαν ἀπεργασάμενος. Καὶ ἐπειδὴ τὸ πραχθὲν ἐν τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων πρωτόγονον φῶς ἡ ἁμαρτία ἐζόφωσε, κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν ὁ Κύριος ἀναστὰς, πρωΐαν ἐπιτεταμένην εἰργάσατο· ὅπερ ὁ εὐαγγελιστὴς, ὡς ἐγ' οἶμαι, δεδήλωκε διὰ τοῦ· « λίαν πρωΐ· » Χριστοῦ γὰρ ἀναστάντος, οὐκ ἔτι ἐν τοῖς ζοφεροῖς τοῦ ᾅδου κευθμῶσιν αἱ ψυχαὶ κατακλείονται. Καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· « Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; » ἡ μὲν οὖν Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, ἣν πιστεύομεν εἶναι τὴν πανυπέραγνον Δέσποιναν (ταύτην γὰρ Μαρίαν Ἰακώ-

vare iterum vellet, sexto quidem die per mortem suam hominem denuo finxit, cæterum die septima sabbatizat, legisque præscriptum observat; immotus in sepulcro manens; venit enim non legem solvere, sed adimplere [42]. Sed quoniam non ab iis quæ spiritu, sed quæ corpore aguntur, lex cessari jubebat, idcirco cum ad exactam legis normam in sepulcro, veluti in cubili, corpore requiesceret, vim mortis, divina operante virtute, debellavit, per semetipsum viam muniens mortuis omnibus ad resurgendum ex morte. Quod et significat illa quæ in Canticis scripta prædicatio est : « Ego dormio, et cor meum vigilat [43]. » Dormiente scilicet corpore in monumento, divinitas cordis nomine significata in spoliando inferno pervigilabat. Ubi vero Sabbati depulsa caligo, et mysterium Resurrectionis perductum est ad effectum, et Sol justitiæ veluti ex quodam horizonte ortus, tunc sane sanctarum mulierum aromata ferentium trias ad vitale monumentum accessit. « Valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole. » Eva quippe circa pomeridianum (86) decepta tempus, a loco voluptatis ejicitur; hæ vero, illius soboles, valde mane appropérant, ut per resurrectionem Christi restitutionem primæ parentis agnoscant.

Veniunt igitur orto jam sole; erat enim, ut dixi, jam Sol justitiæ exortus ab inferis, et vivis simul, et mortuis matutinam lucem attulerat. Et quoniam primigenam lucem productam Sabbatorum una peccatum obscurarat, eadem die Dominus revivi-scens, ipsum mane clarius effecit; quod, ut arbitror, evangelista significavit, cum diceret, « valde mane. » Christo enim a mortuis resurgente, non amplius in tenebrosis inferorum latebris animæ coercentur. Et dicebant ad invicem : « Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? » Magdalena sane et altera Maria quam sanctissimam Dominam **221** (87) fuisse credimus (hanc enim Mariam

[42] Matth. v, 17. [43] Cant. v, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(86) *Circa pomeridianum.* Περὶ τὸ δειλινόν, hoc vocabulum est LXX interp. Gen. III, Τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν παραδείσῳ τὸ δειλινόν. Quod in nostra Vulgata : *Cum audisset vocem Dei deambulantis, ad auram, post meridiem.* De eo S. Hieronym. in *Quæst. Hebraicis in Gen.* : *In plerisque codicibus Latinorum, pro eo quod hic posuimus* ad vesperam, post meridiem *habetur, quia* τὸ δειλινὸν *Græcum sermonem ad verbum transferre non possimus; pro quo in Hebraico scriptum est* לרוח היום *quod Aquila interpretatus est* : Ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας, *id est,* In vento diei. *Symmachus vero,* Διὰ πνεύματος ἡμέρας, Per spiritum diei. *Potro Theodotion manifestius* : Ἐν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας, *ut meridiano calore transacto refrigerium auræ spirantis ostenderet.* Hæc Hieron. Sed profecto quam recte LXX uno vocabulo comprehenderint quæ Hebraica lingua duobus explicuit, senties ex etymo τοῦ δειλινόν. Etym. magnum : Παρὰ τὸ ἐνδεῖν καὶ ἐλλείπειν τοῦ ἔλῃ, τοῦτ' ἔστι τῇ θερμασίᾳ δεέλη, καὶ κατὰ κρᾶσιν δείλη· *ab deficiente calore sit* δεέλη *et per crasim,* δείλη, atque indo δειλινόν tempus illud quo remittit calor solis, et hoc est pomeridianum, uti nos interpretati sumus hoc loco. Atque hoc intellexerunt LXX, cum quod Hebr. dicit ad auram diei (sic enim sonant duo illa verba composita), verterunt per τὸ δειλινόν, et sicuti ipsi una voce recte assecuti sunt duas Hebraicas, ita bene ait sanctus Hieron. non posse nos una Latina assequi Græcam τὸ δειλινόν. Unde alii aliis et pluribus verbis eam explicuere, ut vidisti. Sed cum pomeridianum dicimus, tempus quidem ipsum vere, non tamen vim vocis attingimus : est enim periphrasis pomeridiani, seu vespertini temporis, inquit Pererius, lib. IV *in Gen.* cap. III, vers. 3, quo Deus in paradisum venit.

(87) *Quam sanctissimam Dominam.* Assectatur ut dixi supra in notis, Gregorium Nyssenum, cujus hæc verba orat. 2 *De Resurr.* : Μαριὰμ γὰρ τὴν Ἰακώβου, καὶ Ἰωσῆ μητέρα παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς ὠνομασμένην τὴν Θεοτόκον εἶναι, καὶ οὐκ ἄλλην πεπιστεύκαμεν· *Mariam enim Jacobi, et matrem Jose* (sic est in Græcis Evang. codd., ubi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Jacobi et matrem Jose Evangelium vocat) quæ sane ad sepulcrum etiam ante venerant, omnino ignaræ non erant Christi resurrectionis : etsi ardentissimo desiderio flagrantes magis magisque de ea confirmari studebant. Salome vero tum primum veniens, sciebat quidem monumenti ostium ingenti lapide esse præclusum : intererat enim et ipsa una cum cæteris, qui Virgini assidebant, mulieribus, cum Domini corpus deponeretur, et ubi situm esset, aspexerat, sicuti Matthæus et Marcus exponunt : ille quidem ex filiis, hic ex ipso nomine illam designans. Verum ignara eorum quæ postea acciderant, de lapide dubitabat. Ipsius enim sunt verba illa : « Quis revolvet nobis lapidem? » Mariæ vero, ut quæ revolutum viderant lapidem, conjectu ipso oculorum (88) dubitationem solvunt. « Respicientes enim, inquit, vident revolutum lapidem; » quod enim, respicientes, dixit, oculorum nutu factum indicium significavit. Indicatur etiam lapidis magnitudo illis verbis : « Erat quippe magnus valde, » et simul non revolvisse lapidem fures, raptoresque mortuum Dominum furari conantes, sicuti calumniantes sacerdotum principes Pilato dicebant : « Ne venientes discipuli ejus nocte furentur eum [44]. » Sciendum porro est, sepulcrum illud fuisse speluncam manufactam; cujus ostio Joseph multorum adnitentium opera magnum illud saxum apposuit, ut ne multi quidem facile demolirentur. Sigillis præterea multis obsignatus erat. Sed erat revera magnus valde, qui lapidem revolverat; nihil enim prohibet, quominus dictum illud : « Erat magnus valde, » sic etiam intelligamus.

« Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris coopertum stola candida, et obstupuerunt. » Sublatum lapidem vivificantis sepulcri mulieres conspicatæ, illud haud cunctanter subiere ; spectaculo vero magis ancipiti objecto obstupuerunt : quippe cum juvenis candidatus in dextra parte sit visus, qui insolita figura illas ad stuporem adduxit. Est enim stupor ex

[44] Matth. II, 64.

A βου, καὶ Ἰωσῆ μητέρα ὀνομάζει τὰ Εὐαγγέλια), καὶ πρότερον μὲν ἐν τῷ τάφῳ φοιτήσασαι, οὐκ ἀδαεῖς ἦσαν πάντη περὶ τῆς ἀναστάσεως, κἂν ὅτι μάλιστα διαπύρῳ πόθῳ ἐντεχυμέναι, λαβεῖν ἔσπευδον μείζονα βεβαίωσιν· ἡ δὲ Σαλώμη ἄρτι πρώτως ἐλθοῦσα, ἤδει μὲν ὡς μέγας λίθος εἴργε τὴν τοῦ μνήματος εἴσοδον· ἐπεὶ συμπαρῆν ταῖς περὶ τὴν Θεοτόκον γυναιξὶν, ἐν τῇ καταθέσει τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος καὶ αὐτη, καὶ θεωροῦσα ποῦ τέθειται, καθὼς καὶ Ματθαῖος καὶ Μάρκος ἐδήλωσαν· ὁ μὲν ἐκ παίδων, ὁ δὲ ἐκ τῆς κλήσεως ταύτην γνωρίσαντες. Ἀγνοοῦσα δὲ τὰ μετὰ ταῦτα, περὶ τοῦ λίθου διαπορεῖ· αὐτῆς γὰρ ἦν ὁ λόγος· « Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον; » Διὸ αἱ Μαρίαι, ἅτε εἰδυῖαι, ὡς ὁ λίθος ἀποκεκύλιστο, τῇ τῶν ὀφθαλμῶν διανεύσει τὴν ἀπορίαν αὐτῆς διαB λύουσιν· « Ἀναβλέψασαι γὰρ, φησὶ, θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος· » διὰ γὰρ τοῦ ἀναβλέψασαι, τὴν διὰ τοῦ νεύματος τῶν ὀφθαλμῶν ἐπίδειξιν διεσήμανεν. Ἐπισημαίνεται δὲ καὶ τοῦ λίθου τὸ μέγεθος ἐν τῷ εἰπεῖν· « Ἦν γὰρ μέγας σφόδρα, » καὶ δεικνὺς ὡς οὐ τυμβωρύχοι καὶ φῶρες τὸν λίθον ἐκύλισαν, κλέψαι πειρωμένοι τὸν νεκρὸν, κατὰ τοὺς συκοφάντας ἀρχιερεῖς, οἳ ἔλεγον τῷ Πιλάτῳ· « Μήπως ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτόν. » Ἰστέον δὲ ὡς ὁ τάφος ἐκεῖνος σπήλαιον ἦν χειροποίητον, οὗ τῇ θύρᾳ ὁ Ἰωσὴφ πολυχειρίᾳ τὸν μέγαν ἐκεῖνον λίθον κυλίσας ἐπέθηκεν, ὡς C ἂν μηδὲ ὑπὸ πολλῶν δύνασθαι ῥᾳδίως ἀπομοχλεύεσθαι. Ἦν δὲ καὶ σεσημασμένος ταῖς τῶν σφραγίδων βολαῖς· ἀλλ' ἦν ἀληθῶς μέγας σφόδρα ὁ τὸν λίθον κεκυλικώς· κωλύσει γὰρ οὐδὲν τό· Ἦν μέγας σφόδρα, » καὶ οὕτω νοεῖν.

« Καὶ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν, καὶ ἐξεθαμβήθησαν. » Τῆς ζωηφόρου σοροῦ μετηρμένον τὸν λίθον ἰδόντα τὰ γύναια, εἰσω εὐθὺς παρεισδύονται· θεάματι δὲ ἀπορωτέρῳ περιτυχοῦσαι ἐξεθαμβήθησαν, νεανίου λευχείμονος ὀφθέντος αὐταῖς ἐν τοῖς δεξιοῖς, καὶ τῇ ἐξαισίᾳ μορφῇ καταπλήξαντος. Ἔστι δὲ θάμβος φόβος ἐξ ἀσυνήθους θέας γι-

Francisci Scorsi notæ.

nos habemus, *mater Joseph.* Ἰωσῆ *Jose* proprie hic appellatur) *nominatam Deiparam esse, nec aliam credidimus.* Qua vero ratione sic appelletur, explicat ipse eodem loco, sed nec admittenda et caute legenda illa explicatio, quæ nititur ea opinione, in qua multi ex Græcis antiquis fuere, quod Joseph habuerit filios ex altera conjuge, antequam Virginem Mariam duceret. Qua de re diximus ad hom. 24, not. 55. Nam hæc opinio ex communi nostrorum theologorum sensu jam est antiquata, et hæc est fides Ecclesiæ, inquit Petrus Damiani Epist. eodem loco citata. Sed et illud probabile non est, quod idem Nyssenus, et ei adhærens Theophanes hic dicunt sanctissimam Virginem ad sepulcrum cum mulieribus aliis fuisse profectam cum aromatibus; aliæ id faciebant ex amore in Christi corpus etiam exanime, quia nihil de resurrectione cogitabant; adeoque id pietatis opus, quod poterant, in illud conferebant. At Deipara Virgo ab eo abstinebat ex fide certissima eum die tertia revicturum. Hoc judicium, hic sensus recentiorum theologorum est; ac præsertim Maldonati et Cornelii qui egregie scripserunt in Evang. quos legi. Neque vero quod Gregorius et hic Theophanes de accessu B. Virginis ad sepulcrum autumant, aliquam fidei inopiam ei attribuere censendi sunt, sed ex amore id etiam ab ea factum putare. Et sane Theophanes noster de plenissima B. Virginis fide recte loquitur hom. 31 infra.

(88) *Conjectu ipso oculorum.* Et hæc explicatio a Greg. Nysseno desumpta. *Cum enim,* inquit ille orat. cit. *de Resurr., Salome merito dubitaret, ut quæ omnino ad sepulcrum non accessisset, atque hæc ad comites suos diceret (Quis revolvet lapidem ab ostio monumenti?) illæ tacentes, prout superius dictum est, cum sustulissent oculos; aspectu ipso responsum dederunt, etenim lapis revolutus in conspectu apparebat.* Hæc ille. Et quidem ex eo quod putat aliam fuisse profectionem Mariæ Salome, de qua S. Marcus atque illam primam aliarum mulierum, de qua S. Matthæus. Vide not. 84.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νόμενος. Τὸ μὲν οὖν ἐν τοῖς δεξιοῖς ὀφθῆναι τὸν ἄγγελον, σημαντικὸν ἦν τοῦ δεξιοῦ πράγματος καὶ μηνύματος. Οὕτω γὰρ καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ ὁ Γαβριὴλ τὴν Προδρόμου γέννησιν εὐαγγελιζόμενος ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ θυσιαστηρίου ὀπτάνεται· τὸ δὲ λευκὸν τῆς στολῆς δηλωτικὸν ἦν τῆς λαμπρᾶς καὶ φωτοφανοῦς ἀναστάσεως· τὸ μέντοι τῆς μορφῆς νεάζον, ἐδήλου τὴν τῶν ἀγγέλων μορφὴν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἀκμάζουσαν. Νεάζει γὰρ ἀεὶ τὰ θεῖα, τὴν ἀγήρω μοῖραν λαχόντα καὶ πανευδαίμονα. Ὁ δὲ λέγει αὐταῖς· « Μὴ ἐκθαμβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον. » Πρῶτα μὲν κατευνάζει τὸ δέος, τῆς ἐγγινομένης πτοίας ἀπαλλάττων αὐτάς· εἶτα ὡς συνειδὼς καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, δι' ἣν ἐληλύθεισαν· « Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον. »

A inusitato visu timor exortus. Quod vero in dextra apparuerit angelus, dextræ, hoc est prosperæ, rei gestæ symbolum, et indicium fuit. Sic enim et Gabriel Præcursoris ortum Zachariæ **222** nuntiaturus in dextra parte altaris apparet : stolæ vero candor splendorem claræ resurrectionis ostendit ; juvenilis figura angelorum speciem eodem semper modo vigentem (89). Semper enim divina velut in juventute vigent, senectutis expertia et usquequaque felicia. Qui dicit illis : « Nolite expavescere ; Jesum quæritis Nazarenum crucifixum. » Principio quidem pavorem sedat, et incussam formidinem eximit : deinde tanquam conscius, quacausa venissent, eam effert : « Jesum quæritis Nazarenum crucifixum. »

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἀφεὶς τὰ ὑψηλὰ καὶ θεοπρεπῆ νοήματα, δι' ὧν ἡ τοῦ Λόγου θεότης μηνύεται, τοῖς ταπεινοῖς τούτοις ἐχρήσατο ῥήμασι ; Τάχα που τὴν τῶν γυναικῶν ἐλέγχων διάνοιαν· οὐ γὰρ ὡς Θεῷ προσεῖχον αὐτῷ καθαρῶς. Ἢ γὰρ ἄν, οὐχ ὡς νεκρὸν ἂν ἦλθον ἀρωματίζουσαι. Ὁ γοῦν λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὃν ὑμεῖς ψιλὸν οὕτω νομίζετε ἄνθρωπον, τῷ φαινομένῳ προσέχοντες, Ἰησοῦν τὸν ἐκ Ναζαρὲτ, τὸν σωτηρικὴν δεδεγμένον ἀνασκολώπησιν, οὗτος ἀνέστη· οὐ γάρ ἐστιν οὕτως ὥσπερ νομίζετε. Τὸ γὰρ ὧδε καὶ ἀντὶ τοῦ *οὕτως* ἐκληπτέον, ἵν' ᾖ· Οὐκ ἔστι μετὰ θνητῶν οὕτως, ὡς οἴεσθε. Ἦν γὰρ ἀπανταχοῦ τόπον οὐκ εἰδὼς ὡς Θεὸς, καὶ πάντα πληρῶν. Ἐπειδὴ δὲ ταύτας μεμυσταγώγηκε τὸ τῆς ἀναστάσεως, ἤδη καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐπεπόμφει, ἀποστόλους αὐτὰς, κομιζούσας τὸ χαρμοσύνης Εὐαγγέλιον· « Ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ Πέτρῳ. » Διατί δὲ εἰπών· « Εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, » προσέθηκε, « καὶ τῷ Πέτρῳ ; » Ἐπειδὴ ὁ ἀῤῥαγὴς ἐκεῖνος στύλος ὑποκραδανθεὶς τὸν Δεσπότην ἠρνήσατο, συνεὶς δὲ τὸ πτῶμα, ἔκλαυσε πικρῶς. Ὑπὸ μὲν τοιούτου συνειδότος ἔτι κατεμαστίζετο, καὶ ἦν ἀλύων καὶ μεστὸν φροντίδων ἔχων τὸν νοῦν, ἀγνοῶν εἰ τῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ συγχωρήσεως ἔτυχε· καὶ τάχα οὐδὲ τοῖς ἀποστόλοις ἠξίου ἑαυτὸν συναριθμιον· διὰ τοῦτο τοῖς μαθηταῖς εἰπὼν, ἐπιφέρει καὶ τὴν κλῆσιν ὁ ἄγγελος· ὡς ἂν γνῷ Πέτρος ἐκ τῶν χυθέντων αὐτοῦ δακρύων τὴν δύνησιν, δι' ὧν τοῦ χοροῦ τῶν μαθητῶν οὐκ ἐξέπεσεν. Ἵνα δὲ καὶ τὸ τῆς ὀπτασίας ἀληθὲς εἶναι πιστευθῇ, καὶ ἡ ἀνάστασις τοῦ Κυρίου βεβαιωθῇ, εὐαγγελίσασθαι αὐταῖς προτρέπει μήνυμα, ὃ τοῖς μαθηταῖς μόνοις ἐτύγχανε γνώριμον. Φησὶ γάρ, « Ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν. » Ἦν γὰρ πρὸ τοῦ πάθους ἐπαγγειλάμενος αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ὀφθήσεσθαι μετὰ τὴν ἀνάστα-

Quid vero est, quod sublimes, quique Deum decerent intellectus omittens, per quos Verbi divinitas indicari posset, humilibus hisce utitur verbis ? Fortasse ut mulierum cogitationem arguat. Neque enim ad illum liquido, ut ad Deum mentem appulerant : alioqui enim non tanquam ad mortuum aromatibus condiendum venissent. Tale igitur quiddam est, quod dicit : Quem vos ita nudum hominem existimatis, ad visibilem formam animum duntaxat advertentes, Jesum, inquam, ex Nazareth qui salutare crucis supplicium suscepit, hic surrexit ; nec enim est ita, ut vos existimatis. Adverbium enim ὧδε etiam pro οὕτως, id est, *ita*, accipiendum : ut sensus sit : Non est inter mortuos, ut vos arbitramini. Erat enim ut Deus ubique, locum nesciens, et omnia complens. Ubi igitur de resurrectione eas edocuit, ad apostolos misit (90), ut apostolorum apud illos partes agerent, et bonum plenumque lætitiæ nuntium ferrent : « Ite, dicite discipulis ejus et Petro. » Sed quam ob causam cum discipulis nuntiari rem jubeat, addit, « et Petro ? » Quoniam scilicet solida illa infractaque columna concussa Dominum negarat, lapsumque suum sentiens amare fleverat, ejusque mali conscientia etiamdum torquebatur, et mœrore adhuc curisque mens fluctuabat, anceps an esset veniam a Deo consecutus : et forsan nondum se in discipulorum numerum aggregabat : ideo cum discipulos appellasset angelus, proprium nomen adjecit, ut nimirum Petrus fructum lacrymarum agnosceret, quarum gratia a discipulorum choro non exciderat. Porro ut et visionis veritas suaderetur, et Domini resurrectio confirmaretur, signum solis notum discipulis jussit **223** illis afferri. Ait enim : « Quia præcedet vos in Galilæam ; ibi eum videbitis, sicut dixit vobis [85].

[85] Matth. xxiii, 32.

Francisci Scorsi notæ.

(89) *Eodem semper modo vigentem.* Ita ex Dionysio Areopag. cap. 5 *Cœlestis Hierarch.* Cornelius a Lapide : *Angelus apparuit specie juvenis, quia juventus significat angelorum vigorem, decorem, et robur juge et perennans, quo fit ut nunquam lassescant, et deficiant, aut senescant*, etc.

(90) *Ad apostolos misit*, etc. *Mulieribus pro apostolis usus est ad apostolos, honorans genus, quod ex serpentis seductione infame factum fuerat, et quia mulier viro facta est causa mœroris, nunc mulieres fiunt viris ministræ gaudii.* Euthymius, a quo non abludit Noster, etiam infra hom. 31, not. 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Promiserat enim Dominus ante passionem, fore ut in Galilæa post resurrectionem videretur. Illud vero in quæstionem adduci merito potest, quare divinus Lucas dicat [46] mulieres omnia renuntiasse discipulis : et ipse hic evangelista Magdalenam redeuntem nuntiasse his qui cum eo fuerant, lugentibus et flentibus; hoc autem loco dicat : « Fugerunt de monumento, et nemini quidquam dixerunt ; timebant enim. » Quoniam primas mulierum visiones, quas Matthæus, et Joannes, et Lucas enarrant, cum audissent discipuli non crediderunt, unde et Dominus recumbentibus ipsis undecim apparens exprobravit incredulitatem eorum ; ideo timentes mulieres, ne iterum discipuli, ut antea, increduli viderentur, revelationem tacent : verebantur enim ne majoris damnationis ipsis occasionem darent, si ad credendum tam evidenter ac tam sæpe visa obdurarent.

Has religiosas ac beatas mulieres et nos imitemur ; et alius quidem Mariam Magdalenam imitatus studeat actioni ; et sicut illa per totam noctem (91) frequentabat sepulcrum, ac de Domini resurrectione inquirenda erat sollicita, ita per totam vitam quærat resurrectionem Verbi, postquam in se ipso fuerit mortuum. Alius vero instar Mariæ Jacobi ad contemplationem mentem aperiat, idemque per omnem vitam circa divinarum rerum cognitiones occupetur, et per veram cognitionem Verbum in se ipso progignat, et cognationem illam cum Deo, quæ per gratiam est, acquirat. « Mater enim et fratres mei sunt, » inquit Dominus, « qui fecerint voluntatem meam [47] . » Si quis vero primis temporibus ætatis in inquirendo honesto bono oscitanter se habere visus, et negligentiæ somno fuerit impeditus, Salomem imitetur : et oriente sole, hoc est divina sibi luce affulgente, torporem excutiat, seque iis adjungat, qui in boni studio sibi anteverterunt. Salome vero nomine (92) suo, quod *pacificam* sonat, animam bonam, et passionum victricem, et quantum fieri potest, pacatam signat. Has ergo imitando, verbi cognitionem prompto studio diligenterque quæramus, orto jam sole, ubi primum scilicet princeps animi pars illustrata, et **224** ignorantia, quasi nox, fuerit ab ipsa depulsa. Si hoc modo quæsierimus, primum quidem duritiem cordis nostri quasi lapidem sublatum aspiciemus : qua sublata apparebit nobis angelus, conscientiæ scilicet motus quidam, qui resurrexisse in nobis partem animæ ratione præditam nuntiabit. Aliis etiam in bono persequendo magistri efficiamur, quotquot in divinis rebus audiendis dociles erunt. Qui vero divinam doctrinam ut nugas habent, eorum nemini quidquam dicamus. Neque enim incredulis divina mysteria fas est evulgare,

σιν. Ἐκεῖνό γε μὴν ζητήσεως ἄξιον, πῶς ὁ μὲν θεηγόρος Λουκᾶς ἀπαγγεῖλαί φησι τὰς γυναῖκας πάντα τοῖς μαθηταῖς · καὶ αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν Μαγδαληνὴν εἶπε πορευθεῖσαν ἀπαγγεῖλαι τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις πενθοῦσι καὶ κλαίουσιν · ἐνταῦθα δέ φησιν · « Ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον, ἐφοβοῦντο γάρ. » Ἐπειδὴ τὰς πρώτας ὀπτασίας τῶν γυναικῶν, ἃς ὁ Ματθαῖος ἱστόρησε, καὶ Ἰωάννης, καὶ ὁ Λουκᾶς, ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ, οὐκ ἐπίστευσαν · διὸ καὶ ὁ Κύριος, ἐμφανισθεὶς αὐτοῖς ἀνακειμένοις τοῖς ἕνδεκα, ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν · διὰ τοῦτο δεδοικυῖαι, μὴ πάλιν ἀπιστοῦντες ὀφθεῖεν οἱ μαθηταὶ, καθὼς πρότερον, σιγῶσι τὴν ἀποκάλυψιν · ἐφοβοῦντο γὰρ μὴ μείζονος αὐτοῖς κατακρίσεως γένοιντο πρόξενοι, εἰ περὶ τὰ ἐναργῶς καὶ πολλάκις ὀφθέντα δυσπίστως ἔχουσι.

Ταύτας τὰς θεοφόρους καὶ μακαρίας γυναῖκας ζηλώσωμεν καὶ ἡμεῖς · καὶ ὁ μὲν σπουδαῖος ἔστω περὶ τὸ πρακτικὸν τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν μιμούμενος · καὶ καθὼς ἐκείνη δι' ὅλης νυκτὸς ἐφιλοχώρει τῷ μνήματι, πολυπραγμονοῦσα τοῦ Κυρίου τὴν ἔγερσιν, οὕτω διὰ παντὸς τοῦ βίου ζητείτω τὴν τοῦ ἐν αὐτῷ θανόντος λόγου ἀνάστασιν. Ὁ δὲ κατὰ τὴν Ἰακώβου Μαρίαν περὶ τὸ θεωρητικὸν ὑφαπλούτω τὸν νοῦν, καὶ αὐτὸς διὰ πάσης τῆς ζωῆς περὶ τὰς θείας ἐννοίας ἐνασχολούμενος, καὶ διὰ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως γεννῶν ἐν ἑαυτῷ λόγον, καὶ καρπούμενος τὴν πρὸς Θεὸν κατὰ χάριν συγγένειαν. « Μήτηρ γὰρ καὶ ἀδελφοί μου, φησὶν ὁ Σωτὴρ, οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημά μου. » Εἰ δέ τις περὶ τὰς πρώτας ἡλικίας τοῦ σώματος ῥᾳθυμος ὤφθη περὶ τὴν τοῦ καλοῦ ζήτησιν, τῷ ὕπνῳ τῆς ῥᾳθυμίας ἐμπεδηθείς, μιμείσθω τὴν Σαλώμην · καὶ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, τουτέστιν, ἐπιλάμψαντος αὐτῷ τοῦ θείου φωτὸς, ἀποτιναξάτω τὴν ῥᾳθυμίαν, καὶ μιγνύτω ἑαυτὸν τοῖς τὸ ἀγαθὸν ἤδη προμελετήσασι. Σαλώμη δὲ *εἰρηνικὴ* ἑρμηνεύεται, δηλοῖ δὲ τὴν ἀγαθὴν ψυχὴν τὴν νικήσασαν τὰ πάθη, καὶ εἰρηνεύουσαν κατὰ δύναμιν. Ταύτας δὴ μιμησάμενοι περὶ τῆς γνώσεως τοῦ λόγου, μετὰ πολλῆς προθυμίας ζητήσωμεν, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, φωτισθέντος δηλαδὴ τοῦ ἐν ἡμῖν ἡγεμονικοῦ, καὶ ὡς νυκτὸς διασκεδασθείσης τῆς ἀγνοίας τῶν λογισμῶν. Εἰ οὕτω ζητήσομεν, πρῶτον μὲν ὀψόμεθα, ὡς λίθον, ἀρθεῖσαν τῆς ἡμετέρας καρδίας τὴν πώρωσιν. Ταύτης δὲ ἀρθείσης, φανήσεται ἡμῖν ὁ ἄγγελος, ἡ κατὰ συνείδησιν κίνησις, κηρύττουσα τοῦ ἐν ἡμῖν θανόντος λογιστικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς τὴν ἀνάστασιν. Γενώμεθα καὶ τοῖς ἄλλοις διδάσκαλοι τοῦ καλοῦ, ὅσοις ἡ ἀκοὴ πειθήνιος περὶ τὴν τῶν θείων ἀκρόασιν· τοῖς δὲ λῆρον τὴν θείαν διδασκαλίαν νομίζουσι, μηδενὶ μηδὲν εἴπωμέν. Οὐ θέμις γὰρ τοῖς ἀπίστοις ἀνακαλύπτειν τὰ θεῖα μυ-

[46] Luc. xxiv, 9. [47] Matth. xii, 50.

Francisci Scorsi notæ.

(91) *Per totam noctem.* Sic illud Matthæi, vespere Sabbati, plures ex Patribus interpretantur, ut totam scilicet Sabbati noctem ; eos citatos legi apud Maldonatum in cap. xxviii, vers. 1.

(92) *Salome vero nomine.* Vide ad hom 24, not. 49.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

στήοια, ὧν ἐπόπται γενέσθαι κατηξιώθημεν· ἵνα μὴ καὶ ὁ λόγος ἀκερδὴς εἴη, καὶ μείζονος αὐτοῖς κατακρίσεως ἐσόμεθα αἴτιοι. Ὁ δὲ ζωώσας ἡμᾶς διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, αὐτὸς καὶ τοῦ τῶν ἁμαρτιῶν θανάτου ἀναστήσας ἡμᾶς, καὶ ἀξίους ποιήσας τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὅτι αὐτῷ πρέπει τιμὴ πᾶσα καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A quæ nobis datum est contemplari : ne et sermo noster sit sine fructu, et iis majoris damnationis causa simus. Qui vero per resurrectionem suam ex mortuis vivificavit nos Christus Deus noster, ipse etiam nos a peccatorum morte restituens dignos nos efficiat regno suo. Ipsi enim debetur omnis honor in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Εἰς τὸ τρίτον Ἑωθινόν.

Οἱ ἀεννάως ῥέοντες ποταμοί, οὔτε τῷ θέρει λήγουσι νάοντες, καὶ τῷ χειμῶνι πλημμυροῦσι τὰ μάλιστα, τῶν ἄνωθεν αὐτῶν πηγῶν ἀναβλυζουσῶν τὸ ῥεῖθρον ἀέννααν· οἱ φάραγγες δὲ καὶ οἱ χείμαρροι ἐν τῷ θέρει μὲν ἐξ ἀνυδρίας ἀναίνονται, ἐν χειμῶνι δὲ ἴσην ποταμῶν ἐπιῤῥέουσι, καὶ ῥεῖθρα ναμάτων πηγάζουσιν. Οὕτω καὶ οἱ ποταμοὶ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς δαψιλῶς διὰ παντὸς τοῦ χρόνου βλυστάνοντες κατάρδουσι τῆς Ἐκκλησίας τὸ πλήρωμα. Ὁ δὲ τοῦ νοὸς ἡμῶν χείμαῤῥος, ἄνικμος ὢν καὶ κατάξηρος, τὸν μὲν παρῳχηκότα καιρὸν ἐπὶ πλεῖον σεσίγηκε, τάχα συμπάσχων τῷ σώματι πάσχοντι· νῦν δὲ τῇ πηγῇ τῶν εὐαγγελικῶν νοημάτων καταρδευθεὶς, ἐπείγεται βλύζειν τὴν τούτων ἐξήγησιν, ἧς σὺν Θεῷ ἐφαψώμεθα.

B Flumina, quæ jugiter fluunt, neque per æstatem a cursu deficiunt, et per hiemem maxime exundant, quippe cum perenni fluvio eorum capita, fontesque scaturiant : convalles vero atque torrentes æstus quidem tempore præ imbris inopia siccantur, hieme vero instar fluminum affluunt, et fluenta quasi fontes emittunt. Sic et Scripturæ divinitus inspiratæ flumina per omne tempus abunde scaturiunt, et irrigant cœtum Ecclesiæ. At vero mentis nostræ torrens, humoris expers et aridus, præterito sane tempore diu conticuit, laboranti fortasse corpori morem gerens ; nunc vero evangelicarum considerationum fonte irrigatus earum explicationem effundere properat, quas Deo annuente attingamus [68].

« Ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς πρωῒ πρώτῃ Σαββάτων, ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. » Τὰ περὶ τῆς ζωαρχικῆς καὶ λαμπρᾶς ἀναστάσεως διαφόρως οἱ πανάγιοι εὐαγγελισταὶ συνεγράψαντο, οὐ τὴν ὥραν μηνύοντες τῆς ἀναστάσεως [ἄδηλος γὰρ αὕτη τοῖς ἀνθρώποις καὶ παντάπασιν ἀνεπίγνωστος], ἀλλὰ τὰς διαφόρους ἐμφανείας τὰς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐφηγήσαντο. Ἐνταῦθα δὲ ὁ θεηγόρος Μάρκος δοκεῖ καὶ αὐτὴν σημαίνειν τὴν ὥραν τῆς ἀναστάσεως τοῖς μὴ ἐπεσκεμμένως ἀναγινώσκουσι. Φησὶ γάρ· « Ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς πρωῒ πρώτῃ Σαββάτων, ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ· » δοκεῖ οὖν λέγειν τὸ πρωῒ τῆς μιᾶς Σαββάτων ἀναστῆναι τὸν Κύριον. Ὁ δὲ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, καὶ τῆς ἀληθείας ἀπῴκισται. Ἀλλ' εἰ διέλοιμεν τῇ στιγμῇ τὴν ἀνάγνωσιν, λυθήσεται τὸ ἀμφίβολον. Δεῖ τοίνυν οὕτω εἰπεῖν·

C « Surgens Jesus mane prima Sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia. » Quæ ad præclaram pertinent resurrectionem, quæ vitæ nobis principium fuit, varie sanctissimi evangelistæ scripserunt, non sane horam significantes (93) qua Dominus resurrexit (incerta enim hæc hominibus, **225** et omnino ignota) sed diversas apparitiones post resurrectionem factas indicarunt. Hoc vero loco divinus Marcus ipsam signare resurrectionis horam videtur iis qui non satis considerate legunt. Ait enim : « Surgens mane Jesus prima Sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ. » Videtur igitur dicere, mane ipso primæ Sabbatorum resurrexisse Dominum ; quod sane audax est dictu et a veritate alienum. Sed si dictionem interpungendo distinguamus (94), tolletur ambiguum. Sic igitur est dicendum : « Surgens Jesus ; » postea apposita di-

[68] Marc. xvi, 1 seqq.

ΟΜΙΛΙΑ ΧΧΧ.

In tertium Matutinum.

Francisci Scorsi notæ.

(93) *Non sane horam significantes.* Non docere voluit Marcus, inquit Maldonatus, qua hora Dominus resurrexit, quod incertum omnino est, sed qua hora Christus mulieribus apparuerit, et hic est sensus Ecclesiæ. Unde in præfat. Sabbato sancto solemni ritu canitur : *O vere beata nox, quæ scire meruit tempus et horam qua Christus ab inferis resurrexit.* Cæterum et ipse Maldonatus, et Sebastianus Corderius in Adnotationibus in Catena in Lucam, et alii conjecturas et testimonia afferunt multa, quibus creditur ante diluculum resurrexisse Christum. Cornel. a Lapide Christum cum anima in limbo fuisse horas 36, in sepulcro vero corpus jacuisse 33, quare tribus ante ortum solis horis revixisse existimat ; quæ putatio et divisio horarum in æquinoctio verno recte constat. Quamvis enim D semper apud Hebræos, ut itidem apud Romanos, in duodenas horas diei, noctisque spatium divisum esset, hæ tamen horæ præterquam in æquinoctiis, dispares nostris sunt, et diei quidem majores, noctis minores per æstatem, per hiemem contra.

(94) *Interpungendo distinguamus.* Ita interpungunt et distinguunt quos adhuc viderim, Nyssenus orat. 1, *de Resurr.*, Theophyl. in hunc locum Marci, Victor Antiochenus, cujus solum verba describam ex *Biblioth. Patrum*, tom. I : *Marci contextum uno duntaxat commate ab ea, quam offert, difficultate vindicare possumus. Itaque hunc locum evangelistæ ita legamus, ut proxime post* τὸ *Jesus virgulam subjiciamus ad hunc modum : surgens autem Jesus, mox vero subdamus, mane prima Sabbati apparuit Mariæ Magdalenæ.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

stinctionis nota, novo initio subjungendum : « prima Sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ. » Neque enim de resurrectionis hora loquitur, sed eam explicat horam, qua Magdalenæ aromata ferenti visus est, eam nimirum apparitionem innuens, quam tonitrui filius conscripsit apertius, cum scilicet Magdalena Dominum videns, esse eum horti custodem existimavit. Quod igitur Joannes latius est persecutus, hoc Marcus cursim obiterque significavit. Jam non modo hic evangelista, sed sanctus etiam Lucas dixit Magdalenam septem prius habuisse dæmonia, quæ Dominus ab illa olim ejecerit [49]. Ne quis vero existimet septem dæmonibus (95) Mariam fuisse detentam, verum sicuti charismata Spiritus sancti septem spiritus eodem, quo ipse, nomine appellantur, prout eos magnus connumeravit Isaias : « Spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii, spiritus fortitudinis, et scientiæ, et pietatis, et timoris Domini [50]; » ita operationes dæmonum contraria ratione dæmones vocantur : acedia, avaritia, superbia, invidia, mendacium, intemperantia, et unaquæque passionum cum earum genitore synonyma est. Qui igitur hujusmodi perturbationibus detinctur, a dæmonibus occupatur. Non est igitur improbabile Mariam etiam hanc Magdalenam septem quibusdam passionibus mancipatam, a quibus postea, Christi effecta discipula, liberata sit. Sed enim ea quæ antea a passionibus veluti a dæmonibus possidebatur, tantum postea gratiæ obtinuit, ut apostolorum apostola (96) fieret; et cum esset femina, naturam virili spiritu superavit. Discipulis enim delitescentibus, Judæorum metu, illa ad vitale sepulcrum ire et redire non **226** destitit, et Domini corpus quærere, et ferventi desiderio lacrymari. Unde etiam consecuta est, ut optato aspectu prima frueretur, et dulcem illam vocem audiret, et resurrectionis evangelistria fieret. Sed enim apostolorum cœtum tanta hebetudo mentis incesserat, ut omnia falsa reputarent, quæ a Maria dicebantur : « Illi enim, inquit, audientes quia viveret, et visus esset ab ea, non crediderunt. Post hæc duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia, effigie euntibus in villam. »

Observa hujus evangelistæ in narrando studium brevitatis, vel potius sancti Spiritus gratiam hæc

A « Ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς, » εἶτα ὑποστίξαντες αὖθις ἐπενεγκεῖν, « πρωῒ πρώτῃ Σαββάτων ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ · » οὐ γὰρ τὴν ὥραν λέγει τῆς ἀναστάσεως, ἀλλὰ καθ' ἣν ἐωράθη τῇ ἀρωματοφόρῳ Μαγδαληνῇ, ὑποδηλῶν τὴν ἐμφάνειαν, ἣν ἀριδηλότερον ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς συνεγράψατο· ὅτε τὸν Κύριον ἡ Μαρία θεασαμένη τὸν κηπουρὸν ὑπετόπασεν. Ὅπερ οὖν ὁ Ἰωάννης πλατύτερον ἀφηγήσατο, τοῦτο Μάρκος ἐπιτροχάδην ἐδήλωσεν. Οὐ μόνον δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς οὗτος, ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Λουκᾶς τὴν Μαγδαληνὴν εἶπε προεσχηκέναι ἑπτὰ δαιμόνια, ἃ ποτε ἐξ αὐτῆς ἐκβαλεῖν λέγει τὸν Κύριον. Ἀλλά μή τις οἰήσεται δαίμονας ἔχειν τὴν Μαρίαν ἑπτά, ἀλλ' ὥσπερ τὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρίσματα συνωνύμως ἑπτὰ πνεύματα λέγεται, καθὼς ὁ μέγας B Ἡσαΐας ἠρίθμησε· « Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς, πνεῦμα ἰσχύος καὶ γνώσεως, καὶ εὐσεβείας, καὶ φόβου Θεοῦ · » οὕτως ἀντιθέτως αἱ τῶν δαιμόνων ἐνέργειαι δαίμονες λέγονται· ἡ ἀκηδία, ἡ φειδωλία, ἡ ἀπείθεια, ὁ φθόνος, τὸ ψεῦδος, ἡ ἀπληστία, καὶ τῶν παθῶν ἕκαστον τοῦ γεγεννηκότος ἐστὶ συνώνυμον. Ὁ γοῦν κεκρατημένος ἐν τούτοις τοῖς πάθεσιν ὑπὸ δαιμόνων ἐνίσχεται. Οὐδὲν οὖν ἀπεικὸς καὶ τὴν Μαρίαν ταύτην Μαγδαληνὴν ἑπτά τισιν δεδουλῶσθαι πάθεσιν, ὧν λελύτρωτο ὕστερον γεγονυῖα τοῦ Σωτῆρος μαθήτρια. Ἀλλ' ἡ καθάπερ ὑπὸ δαιμόνων τῶν παθῶν ἐνισχομένη πρότερον, τοσαύτης ἀπήλαυσε τῆς χάριτος ὕστερον, ὡς γενέσθαι τοῖς ἀποστόλοις ἀπόστολον, καὶ θῆλυ οὖσα, τὴν φύσιν παρῆλθεν ἀνδρείῳ φρονήματι. Τῶν γὰρ μαθητῶν C κρυπτομένων διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, οὐ διέλειπεν αὕτη τὸν ζωηφόρον τάφον περινοστοῦσα, καὶ τὸ Δεσποτικὸν σῶμα ζητοῦσα, καὶ ζέοντι πόθῳ δακρύουσα. Διὸ καὶ πρώτη τῆς ποθουμένης ἔτυχε θέας, καὶ τῆς γλυκείας ἠκουτίσθη φωνῆς, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐγεγόνει εὐαγγελίστρια. Ἀλλ' ἦν ἄρα τοσαύτῃ νωθείᾳ κεκρατημένος τῶν ἀποστόλων ὁ σύλλογος, ὡς ψευδῆ λογίσασθαι πάντα τὰ παρὰ τῆς Μαρίας λεγόμενα· « Ἐκεῖνοι γὰρ, φησὶν, ἀκούσαντες ὅτι ζῇ, καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς, ἠπίστησαν. Ἔπειτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευομένοις εἰς ἀγρόν. »

Ὅρα τοῦ παρόντος εὐαγγελιστοῦ τὸ περὶ τὴν D ἀφήγησιν φιλοσύντομον· μᾶλλον δὲ τὴν οὕτω ταῦτα

[49] Luc. VIII, 2. [50] Isa. XI, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(95) *Septem dæmonibus.* Unam eamdemque Mariam Magdalenam fuisse, de qua quatuor evangelistæ scripserint, communior est et certior scriptorum sententia ; quod autem a Marco dicitur ab ea ejecta septem fuisse dæmonia, de septem vitiis interpretatur hic Noster, quæ eadem interpretatio est Theophylacti in hunc locum, idemque innuit Beda in Catena, et ita sentit etiam Cornelius noster. Vide porro quæ diximus hom. 17, not. 000.

(96) *Apostolorum apostola.* Insolens in lingua Latina hæc nominis declinatio ut ab *apostolus*, *apostola* flecteretur : sed quid mirum, cum et nomen ipsum apostolus a Græcis in Latinam ecclesiasticam fluxerit linguam. Potuissem sane eam declinationem declinare, si hoc modo vertissem, vel potius circumlocutus essem, quod auctor dicit ὡς γενέσθαι τοῖς ἀποστόλοις ἀπόστολος, et quidem felicius, cum utriusque generis sit apud Græcos nomen ἀπόστολος quod in Latina lingua non contingit ; potuissem, inquam, sic : ut apud apostolos apostoli partes ageret ; sed cum viderem nostros scriptores id sibi religioni non vertere, mihi esse tam religiosus, ut hoc non auderem, quod Cornelius noster, qui ita loqui ausus in Joan. cap. xx : *En Magdalena hic a Christo fit apostolorum apostola et evangelista. Unde ipsa post resurrectionem Christi a Judæis pulsa in exsilium, et Massiliam appulsa ibidem incolarum fuit apostola.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οἰκονομοῦσαν χάριν τοῦ Πνεύματος. Ἃ γὰρ ὁ θεῖος Λουκᾶς παρεκβατικώτερον εἶπεν, ὅπως εἰς Ἐμμαοὺς ὁ Σωτὴρ ἀμφὶ Κλεόπαν ἐπεφανέρωτο, τοῦτο Μάρκος βραχυλογήσας ἐνὶ λόγῳ παρέστησεν. Ἰστέον δὲ ὅτι κατεχρήσατο τῷ τῆς μορφῆς ὀνόματι εἰπών, ὅτι ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, τῇ τοῦ κόσμου σοφίᾳ μακρὰν χαίρειν εἰπών· μορφὴν γὰρ κυρίως εἶναί φασιν τὴν ὑπὸ τῶν οὐσιωδῶν διαφορῶν μορφωθεῖσαν καὶ εἰδοποιηθεῖσαν, ἣν ἡ ἔξωθεν φιλοσοφία εἶδος ἐκάλεσεν εἰδικώτατον. Ἐνταῦθά γε μὴν ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν ἐν τοῖς ἀτόμοις διαφορὰν τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων εἶπε μορφήν, καθ' ἣν ὁ αὐτὸς μένων ἐν τοῖς αὐτοῖς, ἑτεροῖος τοῖς ὁρῶσιν ἐφαίνετο· ὡς μὲν κηπουρὸς τῇ Μαγδαληνῇ, τοῖς δὲ περὶ Κλεόπαν, ὡς εἷς τῶν παροικούντων ἐν Ἱερουσαλὴμ, τοῖς γε μὴν ἑνδεκα ἐν Γαλιλαίᾳ θεοειδέστερος. Ἐκεῖνό γε μὴν

A ita disponentem. Quæ enim D. Lucas longiore orationis tractu narravit, nimirum qua ratione Dominus Cleophæ in Emmaus eunti se ostenderit, hoc Marcus, breviore compendio usus, uno verbo absolvit. Sciendum vero est eum μορφῆς, hoc est formæ vocabulo abusum (97), cum dixit ostensum esse ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, in alia forma, jussa sapientia mundi longe valere; μορφὴν, formam enim proprie dicunt eam esse, quæ ex essentialibus differentiis conflata est, et in specie constituta, quam externa philosophia propriissime εἶδος speciem vocat. Atqui hoc loco evangelista differentiam illam quæ in individuis ex proprietatibus ac lineamentis exsistit, appellavit formam, juxta quam idem in iisdem manens videntibus alter, ac esset apparuit, ut Magdalenæ quidem horti cultor, Cleophæ vero unus ex advenis Hiero-

B

Francisci Scorsi notæ.

(97) *Formæ vocabulo abusum.* Hæc animadversio Theophanis in hunc locum Marci, cap. ult. consistit in textu Græco ipsius Marci, qui sic habet, Ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, quem noster interpres vertit, *Visus est in alia effigie.* Itaque in Latino nulla est ambiguitas. At cum vox μορφὴ in Græca lingua dupliciter significet et externam figuram, et formam specificam, ut dialectici loquuntur, inde est hæc ὁμωνυμία. Theophanes igitur ea per catachresim usum sanctum Marcum hic autumat, cum magis proprie μορφὴ significet illud secundum *quod et propriissime*, inquit, *dicunt* εἶδος. Itaque erunt nobis hæc vocabula enucleatius explicanda ut quam valeat hæc auctoris animadversio possit intelligi; et sane si primam originem, et notionem vocis utriusque spectes, ad formam potius essentialem, ut sic loquar, signandam proprie vox μορφὴ imposita videbitur. Μορφὴ enim ex Etymo magno dicitur a μείρομαι partior; unde μορφὴ et pleonasmo τοῦ φ μορφὴ pars nimirum quod forma, seu species pars sit generis. Etiam rhetorici Latine appellant partes, et formas generi subjectas, quas philosophi, species. At vero εἶδος ab εἴδω video, externam speciem oculis objectam magis videtur exprimere. Hæc de etymo. Quod vero usum spectat auctorum, in sacris quidem litteris vox μορφὴ plerumque in ea propria significatione accipitur, quam explicavimus, cui et Phavorinus astipulatur his verbis: Μορφὴ κυρίως ἡ οὐσία ἐπὶ τῶν ὁσίων Πατέρων ἐλήφθη, ὡς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ὅ ἐστιν, ἐν τῇ οὐσίᾳ γινωσκόμενος. Hoc est, Μορφὴ *proprie apud SS. Patres pro essentia accipitur, ut cum in forma,* μορφῇ, *Dei esset, hoc est in essentia Dei.* Ita Phavorinus. Et quidem eo loco D. Pauli ad Philipp. II, quem innuit Phavor. per vocem μορφὴν essentiam, et naturam omnes Patres, et interpretes intelligunt; et ex eo argumentum certum contra Arianos sumunt, nec solum ex vi nominis, sed ex ipsa consecutione verborum patens. Eodem enim D. Paulus vocabulo utitur, cum de forma Dei loquitur, atque cum de hominis, seu servi forma; ergo recta ratio postulat, ut vel utrobique naturam substantiamve significet, vel neutrubi. Quod si fieret, Christo tum natura et essentia Dei, tum hominis negaretur. Ita hunc locum explanans Justinianus noster ratiocinatur: quin et adjungit semper in sacris Litteris hoc nomen μορφῆς pro essentia et natura sumi; quod tamen tam universe dictum repugnantem habet hunc locum D. Marci, quem si advertisset Justinianus, fortasse non illud asseruisset. Apud enim Marcum μορφὴ effigiem, et externam corporis conformationem omnino significat, ut noster etiam vertit interpres. Censeo igitur in his acceptionibus nominum fidendum usquequaque non esse, sed quid quisque locus postulet expendendum, ut in illo D. Pauli jam fecimus. Nam profecto tum vox μορφὴ tum εἶδος utrumque in lingua Græca, et vel apud ipsum Aristotelem usum significandi habet in prædicamento qualitatis; sic loquitur: Τέταρτον δὲ γένος ποιότητος σχῆμά τε, καὶ ἡ περὶ ἑκάστου μορφή· *Quartum qualitatis genus figura, et quæ circa singulos est forma.* At vero in II *Physic.* text. 31: Ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα συναιτία τῇ μορφῇ τῶν γινομένων ἐστίν· *Illa enim permanens* (de materia loquitur) *eorum quæ fiunt una cum forma causa est, perinde ac mater;* et paulo post eodem textu quam μορφὴν appellarat εἶδος vocat. Καί τοι οὔτε αὐτὸ ἑαυτοῦ οἰόντε ἐφίεσθαι τὸ εἶδος· *Ac neque se ipsam expetere potest forma quandoquidem non egeat.* Et multis aliis locis eodem

C libro idem videre est μορφὴν et εἶδος pro eodem sumi. Etym. aperte Εἶδος σημαίνει τρία τὴν μορφὴν, ἢ τὸν τῆς ὄψεως χαρακτῆρα, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ ἀπὸ γένους διαιρούμενον, ἵππος, ἐλαία. Hoc est, Εἶδος *tria significat, idem quod* μορφὴν, *vel aspectus characterem et figuram sive habitum oris, et quod a genere distinctum, ut equus, oliva.* Et infra idem aliis verbis: Σημαίνει καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ γένους κατηγορούμενον παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, *significat et quod sub genere prædicatur apud philosophos;* ex quo vides εἶδος etiam significare speciem seu essentiam specificam; et quidem quod pertinet ad hanc ultimam significationem nominis εἶδος, idem Theophanes fatetur, cum tamen Justinianus idem per εἶδος externam speciem significari dicat: eaque voce usum D Lucam cap. X, cum de Transfiguratione Christi, ἐγένετο εἶδος ἕτερον. Sed utrumque posse significare ex relatis locis et ex Phavorino itidem discimus, qui in voce εἶδος sic tradit: Εἶδος

D χρῶμα, ὄψις, πρόσωπον, ἢ αἱ μορφαὶ καὶ τὰ διαιρούμενα ἀπὸ τοῦ γένους, ἤγουν αἱ διάφοροι φύσεις τῶν πραγμάτων, οἷον ἄλλο εἶδος ἀνθρώπου καὶ ἄλλο ἵππου. Hoc est, Εἶδος *est color, aspectus, persona, vel formæ* μορφαὶ, *et quæ sub genere dividuntur, veluti differentes naturæ rerum, ut alia species* εἶδος *hominis, et alia equi.* Vides igitur utraque vocem et εἶδος et μορφὴν valere, adeoque ut dixi non nimis his minutiis significationum nitendum. Neque vero Theophani nostro concesserim hic per catachresim usum voce μορφῇ D. Marcum, cum possit ex usu etiam ea vox externam effigiem significare, sed si advertis, loquitur Theophanes ex sensu eorum qui contendunt μορφὴν magis proprie essentiam, ac præsertim in Scriptura significare, quod ex ipso etymo ostendi initio. Adeoque si quis, inquit, ita argutari velit, Marcum eo per catachresim abusum responderim; neque nimium hanc humanæ sapientiæ argutias, seu distinctiones curasse.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

solymæ, atque etiam undecim in Galilæa augustior visu. Illud vero quod dissensionis speciem habet, dignum est, quod disceptetur : quod Lucas quidem eos reversos ex Emmaus invenisse ait congregatos undecim et reliquos, dicentes : « Quia surrexit Dominus, et apparuit Simoni [51]; » hic vero manifeste narrat eos neque Magdalenæ, nec cæteris habuisse fidem. Quæ igitur apparentis discordiæ conciliatio? age, rem accurate perscrutemur. Non quod resurrexisset, sed quod Magdalenæ et Cleophæ visus esset, non credidere discipuli. Hoc autem et ipsemet evangelista significavit, cum ait, quod iis qui viderant eum jam redivivum, non crediderunt [52]. Cum enim perfecti nondum essent, nec Spiritus gratiam recepissent, præter rationem et incredibile existimabant factum, ut Petro, ac Joanni, cæterisque se videndum non **227** dederit, Magdalenæ vero aliisque minoribus discipulis apparuisset. Ubi vero venit Petrus, et spectacula illa sepulcri renuntiavit, ut nimirum linteamina sola vidisset, tunc sane cum nihil haberent causæ, quamobrem testimonio Petri non crederent, dicebant : « Quod surrexit Dominus vere. »

A διαφωνίας ἔμφασιν ζητήσεως ἄξιον, ὅτι ὁ μὲν Λουκᾶς ὑποστρέψαι φησὶν αὐτοὺς ἐκ τῆς Ἐμμαοὺς, καὶ εὑρεῖν συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα, καὶ τοὺς λοιποὺς· λέγοντας, « Ὡς ἠγέρθη ὁ Κύριος, καὶ ὤφθη Σίμωνι· » οὗτος δὲ διαῤῥήδην βοᾷ, ὡς οὔτε τῇ Μαγδαληνῇ, οὔτε ἐκείνοις ἐπίστευσαν. Τίς οὖν δοκούσης διαφωνίας ἐπίλυσις; φέρε, σκοπήσωμεν. Οὐχ ὅτι ἐγήγερται διηπίστουν οἱ μαθηταὶ, ἀλλ' ὅτι τῇ Μαγδαληνῇ καὶ τοῖς περὶ Κλεόπαν ἐπεφανέρωτο. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπεσημήνατο, ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν οὐκ ἐπίστευσαν. Ἀτελεῖς γὰρ ὄντες ἔτι, καὶ μήπω δεδεγμένοι τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, παράλογον ἡγοῦντο καὶ ἄπιστον, Πέτρῳ μὲν καὶ Ἰωάννῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις μὴ ὀφθῆναι αὐτὸν, πεφανερῶσθαι δὲ τῇ Μαγδαληνῇ καὶ τοῖς ἐλάττοσι μαθηταῖς. Ὡς δὲ Πέτρος ἦκεν ἀπαγγέλλων τὰ ἐν τῷ τάφῳ θεάματα, ὅπως ἑώρακε τὰ ὀθόνια μόνα, τότε δὴ τῇ τοῦ Πέτρου μαρτυρίᾳ μὴ ἔχοντες ἀπιστεῖν, ἔλεγον, ὅτι « Ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως. »

« Novissime recumbentibus illis undecim apparuit, et exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. » Consona narrat hic iis, quæ divus Lucas habet [53]. Hic enim postquam Cleopham cum socio rediisse, et cætera quæ ad illam pertinent apparitionem, dixisset, inquit : « Dum autem hæc loquuntur, stetit Jesus in medio eorum. » Sed is quidem apostolorum terrorem et demonstrationem vulnerum, quæ in manibus ac pedibus facta erant, et quomodo coram ipsis mel obsoniumque comederit, explicatius enarrat; hic vero multa præcidens, de missione apostolorum ad prædicandum et Christi in cœlum reversione verba facit. Quod autem de discipulis dicit quod recubuerint, apertam continet reprehensionem. Segnitie detinebantur, et quasi desperatione conciderant, cum præsertim mulieres unguenta ferentes per totam noctem libenter in sepulcro versarentur. Et dixit eis : « Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ [54]. » Non committit illis hoc loco muneris apostolici partem, neque gentes a Samaritanis ac filiis Israel discernit, ut dixerat prius : « In viam gentium ne abieritis; et in civitatem Samaritanorum ne intraveritis [55], » sed quoniam mundi victor exstiterat, et universæ terræ possessionem acceperat, juxta illud in Psalmo decantatum ex persona Patris : « Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [56], » in orbem universum deinceps Evangelium proferre mandat. Ac ne eorum qui docendi erant, incredulitatem prætenderent, salutem ex fide, et damnationem ex infidelitate consecuturam præmuntiat. « Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit nec baptizatus

B

C

D

« Ὕστερον δὲ ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη, καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν, ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν. » Συνῳδὰ ἐνταῦθα λαλεῖ τῷ θείῳ Λουκᾷ· καὶ αὐτὸς γὰρ μετὰ τὸ ἐλθεῖν τοὺς περὶ Κλεόπαν, καὶ τὰ τῆς ἐμφανείας εἰπεῖν, οὕτω φησί· « Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν. » Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐξεταστικώτερον ἀφηγήσατο τὴν τῶν ἀποστόλων πτοίαν, τὴν ἐπίδειξιν τῶν ἐν χερσὶ καὶ ποσὶν ὠτειλῶν, ὅπως ἐνώπιον αὐτῶν κατεδηδόκει τὸ μέλι καὶ τὸ ὀψάριον. Οὗτος δὲ τὰ πολλὰ συντεμών, τὴν εἰς τὸ κήρυγμα λέγει ἀποστολὴν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν. Τὸ μέντοι περὶ τῶν μαθητῶν εἰπεῖν, ὡς κατέκειντο, κατηγορίαν ἐμφαίνει σαφῆ· ἦσαν γὰρ νωθείᾳ ἐνισχυμένοι, καὶ οἷον ἀναπεπτωκότες ἐξ ἀπογνώσεως, καὶ ταῦτα τῶν ἀλαβαστροφόρων γυναικῶν δι' ὅλης νυκτὸς ἐμφιλοχωρουσῶν ἐν τῷ μνήματι. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· « Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει· » οὐκ ἐγχειρίζει τούτοις ἀποστολὴν μερικὴν, οὐδὲ διαστέλλει τοὺς ἐθνικοὺς καὶ Σαμαρείτας ἀπὸ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς πρότερον ἔλεγεν· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε, » ἀλλ' ἐπειδὴ νικητὴς ὤφθη τοῦ κόσμου, καὶ τὴν κατάσχεσιν εἰλήφει πάσης τῆς γῆς, κατὰ τὸ ὑμνούμενον ἐν Ψαλμοῖς, ὡς ἐκ τοῦ Πατρός· « Δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· » πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ λοιπὸν προτρέπει εὐαγγελίσασθαι. Καὶ ὡς ἂν μὴ προβάλλοιντο τὸ τῶν διδασκομένων ἀήκοον, προαναφωνεῖ τὴν ἐκ τοῦ πιστεῦσαι σωτηρίαν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀπειθείας κατάκρισιν. « Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας καὶ μὴ βαπτισθεὶς κατακριθήσεται. » Οὐ μέχρι τοῦ πιστεῦσαι τὸν λόγον ἔστη-

[51] Luc. xxiv, 34. [52] Ibid. 15. [53] Luc. xiv, 36. [54] Marc. xvi, 15. [55] Matth. x, 5. [56] Psal. ii, 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σεν, αλλα προσέθηκε καὶ τὸ βάπτισμα. Τοῦτο γὰρ ἐπισφράγισμα τῷ πιστεύσαντι καὶ κάθαρσις τῶν προεσφαλμένων, καὶ ἁγιασμὸς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. Ἀλλ' ἐντεῦθεν πάλιν ὁ τῶν ψυχῶν λυμεὼν, καὶ τῶν ζιζανίων σπορεὺς τὸν καρπὸν τῆς αὐτοῦ πονηρίας ἐνέσπειρε, σπεύδων λυμῆναι τὰς ἀρούρας τῶν ἀρετῶν. Φασὶ γὰρ οἱ τοῦ ψεύδους συνήγοροι, ὡς περιττὴ τῶν ἀρετῶν ἡ ἐπίπονος ἄσκησις, ἀρκούσης εἰς σωτηρίαν μόνης τῆς πίστεως. Ἐνταῦθα γὰρ, φασὶν, οὐκ εἶπεν, Ὁ τὰ καλὰ ἔργα ποιήσας, ἀλλὰ, « Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται. » Εἶτα, ὦ ψευδοδιδάσκαλοι, φαίην ἂν πρὸς αὐτοὺς, Ματθαίῳ δὲ οὐ προσέχετε λέγοντι, ὡς ἐνετείλατο αὐτοῖς μαθητεῦσαι « πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζειν τε αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ διδάσκειν αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν; » Ἐκεῖνο δὲ πῶς παρατρέχετε; « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι· Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου. » Τουτέστιν· Οὐ πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ σωθήσεται, ἀλλ' ὁ βεβαιῶν τὴν πίστιν ταῖς πράξεσι. Πῶς γὰρ ἂν εἴη πιστὸς ὁ τῆς πίστεως ἐναντία διαπραττόμενος;

« Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει. » Ἦν γὰρ ἀναγκαῖον διὰ τῶν πολλῶν δυσπειθὲς ἡ τῶν σημείων ἐνέργεια. Τοῖς γὰρ οὐχ ἑτοίμως ἔχουσιν εἰς τὴν παραδοχὴν τῆς διδασκαλίας, δεῖ καὶ θαυμάτων τερατουργίας· καλοῦνται γὰρ οὕτω μόλις πρὸς τὴν ἀλήθειαν. « Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσιν. » Ὡς ἂν μὴ τὸ τῶν σημείων χάρισμα ἡγήσαιντο ἴδιον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαρθῶσι πρὸς οἴησιν, προστίθησι τό· « Ἐν τῷ ὀνόματί μου. » Οὐ γὰρ ἐκ τῆς ὑμετέρας ἐνεργείας, φησὶ, ταῦτα γενήσεται, ἀλλ' ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦ τὴν δύναμιν ὑμῖν παρέχοντος. « Δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς. » Ἐνήργηται μὲν τοῖς ἁγίοις πλειστάκις ταῦτα τὰ θαύματα, καὶ κηρύττουσι τὰ περὶ αὐτῶν διηγήματα. Ἐνεργεῖται δὲ καὶ ταῦτα νοητῶς μέχρι τῆς σήμερον. Καὶ δαιμόνων μὲν πάθη τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι ἀπελαύνονται, ἀσέβεια, καὶ φθόνος, καὶ ἀκολασία, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, ἃ τὸν λογισμὸν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ εὐθέως ἐξίστησιν. Οἱ δὲ πρότερον εἰς Χριστὸν ἐνυβρίζοντες, νῦν πεπιστευκότες, καὶ γνόντες τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, καιναῖς λαλήσουσι γλώσσαις, τριαδικοῖς ὕμνοις τε σφῶν ἁγιάζονται στό-

fu rit, condemnabitur. » Non in credendo sermonem finivit, sed adjunxit de baptismo. Hic enim et credentibus est consignatio (98), et idem expiatio peccatorum quæ ante commissa sunt, **228** e animæ corporisque sanctificatio est. Sed hinc rursus (99) occasione sumpta corruptor animarum ac zizaniorum sator improbitatis suæ fructum inseruit, virtutum segeti officere studens. Dicunt enim, qui mendacio patrocinantur, supervacuam esse laboriosam virtutum exercitationem, cum ad salutem fides sola sufficiat. Hic quippe non dicitur, inquiunt, qui bona opera fecerit; sed. « Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit. » Itane, o pseudomagistri, dicerem illis, ad Matthæum dicentem non advertistis animum, quod præcepit eis ut docerent « omnes gentes, et baptizarent eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et docerent eos servare omnia quæcunque mandavi vobis [87]? » Illud vero quomodo præteriistis? « Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei. » Hoc est: Non omnis, qui in me crediderit, salutem consequetur, sed qui fidem operibus confirmarit: quomodo enim fidelis dicetur, qui opera fidei contraria gesserit?

« Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. » Erat nimirum necessaria propter eam, quæ populis inerat credendi difficultatem, miraculorum effectio. Qui enim ad doctrinam admittendam prompti non sunt, iis sunt adhibenda miracula; trahuntur enim tandem hoc modo ad veritatem. « In nomine meo dæmonia ejicient. » Ne miraculorum efficiendorum gratiam sibi tribuerent, atque adeo ad superbiam efferrentur, addidit: « In nomine meo. » Neque enim vestra virtute, inquit, hæc fient, sed nomine meo vim vobis imperiente. « Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis. » Hæc sane miracula plerumque operati sunt sancti, et his plenæ sunt eorum historiæ: sed etiam nunc isthæc spiritualiter fiunt. Et passiones quidem dæmonum opera concitatæ gratia Christi expelluntur, impietas, invidia, intemperantia, quæque his consentanea sunt, quæ hominis mentem a recto statu dejiciunt. Qui vero in Christum antea contumeliosi erant, nunc credentes, et virtutem cœlestis mysterii cognoscentes linguis loquuntur novis, et triadicis hymnis (1) ora sua sanctificant. Serpentes etiam

[87] Matth. xxviii, 18-20.

Francisci Scorsi notæ.

(98) *Et credentibus consignatio.* Ἐπισφράγισμα nomen ab ἐπισφραγίζω, quod est obsignare, seu sigillo claudere, et munire; atque ita notandus hic locus ubi baptismus sigillum dicitur imprimere, quod idem est ac character, adversus Lutherum, ejusque gregarios, qui negant aliquod sacramentum characterem imprimere, ut nostri theologi loquuntur, qua de re egimus copiosius hom. 21, not. 95.

(99) *Sed hinc rursus.* Et hic locus, ubi hic Pater acriter invehitur contra eos qui virtutum opera supervacanea, fidemque solam satis superque ad salutem consequendam esse dicunt, adversus eosdem est notandus, nostri sæculi novatores ac pseudomagistros, ut hic Pater eos vocat, qui similem doctrinam ex cathedra pestilentiæ disseminarant.

(1) *Et triadicis hymnis.* Τριαδικοὺς ὕμνους. Triadicos hymnos vocant Græci eos, qui continent laudem S. Trinitatis. In singulis enim odis eorumque canonis duo postremi versus semper finiuntur cum laude S. Trinitatis, et B. Virginis; et quidem postremo proximus notatur littera τ, et hic appellatur τριαδικός, postremus vero littera θ, et hic θεοτόκιον dicitur: sic etiam inscriptos legas.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

tollunt, cum omnem pravam cogitationem a cordibus fugant. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super ægros manus imponent, et **229** bene habebunt. Per manus virtutem signavit eam, quæ in exercitatione consistit; quæ quidem media doctrina ægris animis admota valetudinem illis affert. Adverte etiam quod, quoniam hæc dupliciter oportet accipere, et quoad ea quæ apparent exterius, et quoad ea quæ solum intelliguntur, ideo in quinque membra miraculorum effectio dispertita est : « Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, et bene habebunt, » quippe cum et ad sensum facultatibus quinque pollentem, et ad quinque itidem animi vires spiritualiter operatio eorum accommodata sit.

A ματα. Αἴρουσι δὲ καὶ ὄφεις, πάντα λογισμὸν πονηρὸν ἀπὸ τῶν καρδιῶν φυγαδεύοντες. Κἂν θανάσιμόν τε πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ· ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσι. Τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν ἐσήμανε διὰ τῶν χειρῶν, ἥτις ἐπιτεθεῖσα διὰ τῆς διδασκαλίας ταῖς ἀῤῥωστούσαις ψυχαῖς, παρασκευάζει ταύτας ἔχειν καλῶς. Σκόπει δὲ, ὡς ἐπειδὴ διπλῶς ταῦτα ἐκλαμβάνεσθαι χρὴ, κατά τε τὸ φαινόμενον καὶ νοούμενον, διὰ τοῦτο πανταχῇ διῄρησε τὴν τῶν θαυμάτων ἐνέργειαν· « Δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς, ὄφεις ἀροῦσι, κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ· ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν, » ὡς ἐνεργουμένων αὐτῶν καὶ κατὰ τὴν πενταδικὴν αἴσθησιν, καὶ κατὰ τὰς πέντε δυνάμεις τῆς ψυχῆς B νοητῶς.

« Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, et sedit a dextris Dei. » Hic rursus et locum unde assumptus est, et modum quo id factum est, prætermisit, quæ sane divinus Lucas expressius enarravit[58]. Cum vero audis eum in dextera Dei consedisse, sedem aliquam corpoream ne concipias, et ad cogitationes Deo dignas animum erige. Dicitur sane de Deo et status, et sessio. Etenim propheta ille pecoris custos Dominum in adamantino muro stantem vidit[59], et divinus Stephanus Spiritu sancto plenus vidit gloriam Dei, et Filium stantem a dextris[60]. Marcus vero diviniloquus, et magnus Paulus, et ante hos C propheta David sedisse Christum ait in dextera Dei. Nam David dixit, « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis[61]; » et Paulus : « Sedet ad dexteram Majestatis in excelsis[62] : » et hoc itidem loco evangelista cum his concinit. At non uti corporeis in rebus, sic et de excellente illa natura statum et sessionem cogitare fas est : neque enim vel eum statum, qui erecto poplite, neque eam sessionem, quæ positis fit coxendicibus, pium est reputare. Sed per statum quidem (2), stabilitatem in omni bono, per sessionem vero divinum numen in omni itidem bono immobiliter collocatum, et stabilem in eo firmitatem obtinere sentiamus.

« Ὁ μὲν οὖν Κύριος μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. » Πάλιν ἐνταῦθα καὶ τὸν τόπον ὅθεν ἀνελήφθη, καὶ τὸν τρόπον ὅπως, σεσίγηκεν, ἃ δὴ Λουκᾶς ὁ θεῖος ἀριδηλότατα σεσαφήνικεν. Ἀκούων δὲ ὡς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ἑκστηθι τὴν σωματικὴν καθέδραν ὑπονοεῖν, καὶ τῷ λογισμῷ μετάβηθι πρὸς ἔννοίας θεοπρεπεῖς· λέγεται μὲν γὰρ καὶ στάσις καὶ καθέδρα ἐπὶ Θεοῦ. Ὁ μὲν γὰρ αἰπόλος προφήτης ἑστῶτα τὸν Θεὸν εἶδεν ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου· καὶ ὁ θεσπέσιος Στέφανος, πλήρης Πνεύματος ἁγίου γενόμενος, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ τὸν Υἱὸν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Ὁ θεηγόρος δὲ Μάρκος, καὶ ὁ μέγας Παῦλος, καὶ πρό γε τούτων ὁ προφήτης Δαβὶδ κεκαθῆσθαί φασι τὸν Χριστὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. Ὅ τε γὰρ Δαβὶδ φησιν· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· » καὶ ὁ Ἀπόστολος· « Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοσύνης τοῦ Θεοῦ· » κἀνταῦθα ὁ εὐαγγελιστὴς συνῳδὰ τούτοις φθέγγεται. Ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὑπερεχούσης φύσεως τὴν στάσιν καὶ τὴν καθέδραν εὐαγὲς εἴη λογίζεσθαι· οὔτε γὰρ τὴν ἐπ' ἀγκύλης στάσιν, οὔτε τὴν ἐπ' ἰσχίων καθέδραν παραληψόμεθα· ἀλλὰ διὰ μὲν τῆς στάσεως τὸ ἐν παντὶ ἀγαθῷ στάσιμον, διὰ δὲ τῆς καθέδρας, τὸ ἀμεταπτώτως ἐγκαθιδρύσθαι θεῖον ἐν παντὶ ἀγαθῷ, καὶ σταθηρὰν ἔχειν τὴν ἐν τῷ καλῷ μονιμότητα.

« Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. » Quanquam non statim post ascensionem ad prædicandum discipuli profecti sunt, sed postquam per igneas linguas Spiritus gratiam accepissent, cum induti virtute **230** ex alto, alius alio gentium per omnem terram dispersi

D « Οἱ δὲ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. » Εἰ μὲν οὐκ εὐθὺς μετὰ τὴν ἀνάληψιν ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ πρὸς τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ μετὰ τὸ δέξασθαι τὴν διὰ τῶν πυρίνων γλωσσῶν χάριν τοῦ Πνεύματος, ὅτε τὴν ἐξ ὕψους περιζωσάμενοι δύναμιν, ἄλλος ἀλλαχῇ τῶν κατὰ τὴν

[58] Act. I, 11. [59] Amos VII, 7. [60] Act. VII, 53. [61] Psal. CIX, 1. [62] Hebr. I, 3.

Francisci Scorsi notæ.

hymnos apud S. Damascenum Græce et Latine impressos in edit. Billii quorum alii τριαδικοί, alii ἕωτόκια.

(2) *Sed per statum quidem.* Disputat de hac re Nyssenus etiam longius orat. in S. Stephanum protomart. : ex quo hæc eadem fere sunt, quæ Noster. Nam sive qui stare, sive qui sedere numen divinum dicunt, nihil quod ad sententiam attinet, diversitate verborum inter se differunt. Illi quidem firmiter stare, hi vero immobiliter constitutum, et in bono fundatum esse, atque adeo ejus immutabilitatem per eas locutiones significant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οἰκουμένην ἐθνῶν διεσπάρησαν, πανταχόθεν τὸν διάβολον διὰ τῆς διδασκαλίας ἀπείργοντες, καὶ πάσης αὐτὸν τῆς οἰκουμένης ὑπερορίζοντες, ἡμῖν δὲ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν παρασκευάζοντες εὐεπίβατον· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A undique diabolum vi doctrinæ removerunt, et ex omni terrarum orbe exterminarunt; nobis vero facilem ad cœleste regnum munierunt viam: cujus nos utinam omnes compotes efficiamur gratia Domini nostri Jesu Christi, quocum Patri et Spiritui vivificanti gloria est nunc, et in sæcula sæculorum. Amen

ΟΜΙΛΙΑ ΛΑ'.

Εἰς τὸ τέταρτον Ἑωθινόν.

Ἐπειδὴ περὶ τῆς ζωοπαρόχου Χριστοῦ ἀναστάσεως ὁ λόγος ἡμῶν θιασεύειν βούλεται σήμερον, δεῦτε, καὶ ἴδωμεν κατὰ τὸν Ἡσαΐου λόγον, γυναῖκας ἀπὸ θέας ἐρχομένας, καὶ κηρυττούσας ὅσα τεθέανται. Αὗται δέ εἰσιν αἱ περὶ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν μυροκομίστριαι. Ὀπηνίκα τοῦ φθόνου τῶν μισοθέων Ἰουδαίων λωφήσαντος, καὶ τοῦ φθονουμένου σωματικῶς ἐν τῷ τάφῳ σαββατίσαντος, ὃς δὴ θείᾳ ἐξουσίᾳ τὸν ᾍδην σκυλεύσας ἐγήγερτο.

B

« Τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα. » Ἄλλη δὲ αὕτη ἐπιστασία τῶν ἱερῶν γυναικῶν διαφέρουσα ἐκείνων, περὶ ὧν ὁ Ματθαῖος, καὶ Μάρκος, καὶ Ἰωάννης συνέγραψαν, ὡς ἐκ τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ προσώπου τεκμαίρεσθαι. Ἰωάννης μὲν γὰρ μόνην φησὶ τὴν Μαγδαληνὴν ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ μνῆμα πρωΐ, οὐ μύρα κομίζουσαν, ἀλλὰ βουλομένην, ὡς ἔοικε, τῇ θέᾳ τοῦ τάφου κουφίσαι τῆς συμφορᾶς τὸ βάρος. Οὕτω καὶ ὁ Ματθαῖος τὴν αὐτὴν Μαγδαληνὴν, καὶ τὴν Ἰακώβου Μαρίαν, ὀψὲ Σαββάτων ἄγων ἐπὶ τὸ μνῆμα τῷ λόγῳ, οὐκ ἀρώματα κομίζειν εἶπεν αὐτὰς, ἀλλ' ἐπὶ τὸ θεωρῆσαι τὸν τάφον ἐλθεῖν. Κουφίζεται γὰρ ἡ ψυχὴ τοῦ ἐπιβρίθοντος τῆς λύπης βάρους, ὅταν τοῦ ποθουμένου τὸν ἔσχατον σημαντῆρα τὸν τάφον ἴδῃ, συνεκκενουμένης τῇ θέᾳ τῆς ἀθυμίας, καὶ ὡς νέφους ἀχλὺς συναποθλιβομένης τοῖς δάκρυσι. Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς ἀρωματοφοροῦντα κομίζουσι τῇ σορῷ τὰ γύναια· καὶ ὁ μὲν τὴν Σαλώμην, ὁ δὲ τὴν Ἰωάνναν ταῖς Μαρίαις συναριθμεῖ. Πρὸς τούτοις δὲ Ματθαῖος μὲν καὶ Μάρκος ἕνα ὀφθῆναι αὐταῖς ἔφασαν τὸν ἄγγελον· Ἰωάννης δὲ καὶ Λουκᾶς δύο εἰρήκασιν. Ὃ δὴ καὶ ζητήσεως ἄξιον, διά τί ταῖς μὲν εἷς ἐπεφαίνετο, ταῖς δὲ δύο ὠπτάνοντο. Ταῖς μὲν οὖν οἰομέναις εἶναι μὲν ἐν τῷ τάφῳ τὸν Κύριον, ἔτι δὲ καὶ μετὰ νεκρῶν λογιζομέναις αὐτὸν, εἷς ἄγγελος ἐπεφαίνετο μηνυτὴς τῆς ἐγέρσεως. Ταῖς γε μὴν διαπορούσαις, καὶ νομιζούσαις ὑπὸ τοῦ κλαπῆναι τὸ Δεσποτικὸν σῶμα, δυὰς ἀγγέλων ἐφίστατο δεικνῦσα, ὡς ἀδύνατον κλαπῆναι τὸν ὑπὸ τοιούτων φυλάκων φρουρούμενον. Οὕτω τῇ Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ τοῖς μαθηταῖς εἰπούσῃ, ὅτι « Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, » δύο λευχειμονοῦντες ὡράθησαν, τῆς τοιαύτης αὐτὴν ὑπονοίας

C

D

HOMILIA XXXI.

In quartum Matutinum.

Quoniam de Christi resurrectione vitam præbente nobis oratio hodierna debet institui, age jam juxta Isaiæ verba[63] videamus mulieres a spectaculo venientes, et quæcunque viderint prædicantes. Illæ vero sunt Magdalena ejusque comites unguenta portantes. Postquam impiorum Judæorum conquiesset invidia, et ille, cui invidebatur, in sepulcro corpore requiescens Sabbatum egisset, qui quidem potestate divina direptis inferorum spoliis suscitatus est[64].

« Una Sabbatorum valde diluculo veniunt ad monumentum portantes, quæ paraverant, aromata. » Alia hæc (*a*) sanctarum mulierum (5) sedulitas est, atque ab illis diversa, de quibus Matthæus, et Marcus, et Joannes conscripserunt, quantum ex tempore et ex persona conjici potest. Nam Joannes quidem solam venisse Magdalenam inquit ad monumentum mane, non unguenta portantem, sed, ut verisimile est, cupientem aspectu sepulcri gravem animi ægritudinem allevare. Ita et Matthæus, eamdem Magdalenam et Mariam Jacobi vespere Sabbati ad sepulcrum sermone deducens, non eas aromata tulisse dicit, sed venisse videre sepulcrum. Levatur enim mœroris pondere oppressus animus, cum tumulum uti postremum amati vestigium videt, cum eo aspectu animi ægritudo dematur, et lacrymis quasi nebulæ caligo dissolvatur. Marcus vero et Lucas mulieres aromata ferentes ad sepulcrum sistunt; et ille quidem Salomem, hic vero Joannam Mariis adnumerat. Ad hæc Matthæus quidem et Marcus unum illis visum **231** memorant angelum; Joannes vero et Lucas duos. Quod sane dignum est quod exquiramus: quid est, quod illis quidem unus apparuit, his vero duo? Illis quidem quod arbitrarentur Dominum adhuc in sepulcro esse et in mortuorum numero putarent, unus visus est angelus, qui resurrectionem doceret: illis vero incertis animi, et sublatum Domini corpus existimantibus duo astiterunt angeli, ut essent indicio, non potuisse furto Domini corpus auferri ab ejusmodi custodibus asservatum. Ita Mariæ Magdalenæ, quæ discipulis dixerat: « Tulerunt Dominum de monumento[65], » duo candidati visi sunt, qui eam ab illa opinione deducerent, et nunc etiam quo-

[63] Isa. xxvii, 11. [64] Luc. xxiv, 1 seqq. [65] Joan. x, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(*a*) *Alia hæc sanctarum mulierum.* Patres qui diversas mulierum profectiones ad sepulcrum fuisse censent, in qua sententia Noster hic est, retuli hom. 29, not. 84, quam vide.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

niam ingressæ sepulcrum, et non invento corpore, dubitabant, ne quis forte sustulisset, duo astant viri : « Videntes enim, inquit, lapidem sublatum a monumento, et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu. » Atque hæ quidem diluculo venerunt conditum aromatibus Dominum, fortasse illam Oseæ prophetiam concinentes : « Persequamur, ut cognoscamus Dominum, quasi mane paratum inveniemus eum [46]. » Ubi vero ingressæ, quod quærebant, non invenerunt, ancipiti animo detinebantur : ac lapis quidem non, ut resurgeret Dominus, sublatus fuerat (ante enim resurrexerat, quam lapis revolveretur), sed ut omnibus manifesta fieret resurrectio.

« Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt juxta illas in veste fulgenti ; cum timerent autem et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas. » Quid vero fuit, quod illis timorem incuteret ? Ipse quidem fulgorem vestium ait ; Matthæus vero etiam oris splendorem : « Erat, inquit, aspectus ejus, sicut fulgur. » Ideo quippe vultum declinant in terram, quod veluti a solis fulgore earum ora perculterentur. Quæ igitur et vestis et oris specie perterritæ perculsæque erant, eas angeli verbis exhilarant : « Quid quæritis viventem cum mortuis ? Non est hic, sed surrexit. » Postea in memoriam revocant, quod prædixerat Dominus, antequam pateretur, simul ut resurrectionem astruerent, simul ut quasi immemores divinorum verborum arguerent.

« Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens : Quia oportet Filium hominis **232** tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi, et tertia die resurgere. » Sciunt non modo discipulis, sed etiam sanctis mulieribus, quæ sequebantur et ministrabant ei, de passione ac resurrectione multa prædixisse. Unde simul ac commemorata ab angelo sunt, recordatæ sunt verborum ejus. Regressæ sunt igitur, fidei lætitiæque plenæ, et apostolis apostolæ, et præconibus præcones evadunt, et naturæ conditionem superant, virisque se præstantiores ostendunt. Illi enim Judæorum metu subacti occulebantur : hæ vero interritæ fidentesque resurrectionem evulgant, initio facto a fervida animosaque Magdalena. Nam Virgo Mater et universæ rei creatæ Domina plenissimam clarissimamque, quam cæteræ omnes, fidem de Filii resurrectione tenebat quidem, ut quæ mentis oculum clariore luce illustratum haberet ; sed consulto de ea loqui plerumque refugiebat, ne ad gratiam id facere videretur. Magdalenam vero etsi naturæ infirmitas a credendo retrahebat, attamen id divini amoris flammæ non permittebant, sed ad indagandam studiosius resurrectionis veritatem acuebant. Erat porro una cum illis Joanna nobilis mulier, et illustris, et divitiis multis quidem

[46] Osee vi, 4.

ἀπάγοντες. Καὶ νῦν δὲ ἐπειδὴ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα, διηπόρουν μή τι ἄρα κέκλοφέ τις αὐτό, δύο ἄνδρες ἐφίστανται. « Βλέπουσαι γὰρ, φησὶ, τὸν λίθον ἠρμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου, καὶ εἰσελθοῦσαι οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. » Αἱ μὲν οὖν ἦσαν ὄρθριαι ἀρωματίσαι τὸν Κύριον· τάχα που τὰ τῆς Ὡσηὲ προφητείας φθεγγόμεναι· « Διώξωμεν τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὄρθρον ἕτοιμον εὑρήσομεν αὐτόν. » Ὡς δὲ εἰσελθοῦσαι οὐχ εὗρον, ὃν ἐπεζήτουν, ἀπορίᾳ συνείχοντο. Ἡ μέντοι τοῦ λίθου ἄρσις οὐ διὰ τὸ ἀναστῆναι τὸν Κύριον γέγονεν· ἦν γὰρ ἀναστὰς πρὸ τῆς τοῦ λίθου ἐπάρσεως· ἀλλὰ τὸ δηλοποιηθῆναι πᾶσι τὴν ἔγερσιν.

« Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις· ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, εἶπον πρὸς αὐτάς. » Τί μὲν ἦν τὸ τὸν φόβον αὐταῖς ἐμβαλόν; Αὐτὸς μὲν τὸ τῆς ἐσθῆτος ἀστραπτόν φησι· Ματθαῖος δὲ καὶ τῆς ὄψεως εἶπε τὸ τηλαυγές. « Ἦν γὰρ, φησὶν, ἡ τοῦ ἀγγέλου ἰδέα ὡς ἀστραπή. » Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ πρόσωπον κλίνουσιν εἰς τὴν γῆν, βληθεῖσαι τὰς ὄψεις ὡς ἐξ ἡλιακοῦ σελαγήματος. Ἐκπλήξαντες οὖν τῇ στολῇ, καὶ ἐκφοβήσαντες τῇ μορφῇ, χαροποιοῦσιν αὐτὰς τῇ φωνῇ· « Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν ; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. » Εἶτα ἀναμιμνήσκουσιν αὐτὰς καὶ τῆς πρὸ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος προαγορεύσεως, ὁμοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν βεβαιούμενοι, καὶ οἷον κατονειδίζοντες, ὡς ἐπιλαθομένας τῶν θείων φωνῶν.

« Μνήσθητε, ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, λέγων, ὅτι Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. » Ἐπίστησαν ὅτι οὐ μόνον τοῖς μαθηταῖς προήγγειλεν ὁ Σωτὴρ τὰ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἐγέρσεως, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἑφεπομέναις καὶ διακονούσαις ἱεραῖς γυναιξί. Διὸ καὶ ἅμα τῷ ῥήματι ἐμνήσθησαν τῶν λόγων αὐτοῦ. Ἀποστρέφουσιν οὖν, μεμεστωμέναι πίστεως καὶ χαρᾶς, καὶ γίνονται τοῖς ἀποστόλοις ἀπόστολοι, καὶ τοῖς κήρυξι κήρυκες, καὶ νικῶσι τὴν φύσιν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ὑπέρτεραι δείκνυνται· οἱ μὲν γὰρ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων ἐκρύπτοντο, αἱ δὲ ἀνυποστόλῳ θάρσει κηρύττουσι τὴν ἀνάστασιν, ἐξαρχούσης τῆς διαπύρου καὶ θαρσαλέας Μαγδαληνῆς. Ἡ μὲν γὰρ Παρθένος Μήτηρ καὶ πάσης κτίσεως Δέσποινα ἐπεπληροφόρητο μὲν πάντων ἀριδηλότερον περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ ἀναστάσεως, ἅτε τηλαυγεστέρῳ φωτὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα λαμπρυνόμενον ἔχουσα, ἀλλ' ὑπεστέλλετο τὰ πολλὰ, ὡς ἂν μὴ δόξῃ χαριζομένη λαλεῖν. Τὴν δὲ Μαγδαληνὴν ἡ μὲν ἀσθένεια τῆς φύσεως δυσπιστεῖν ἐβιάζετο, αἱ δὲ τοῦ θείκοῦ ἔρωτος φλόγες τοῦτο οὐ συνεχώρουν, ἀλλ' ἠκόνουν εἰς περιεργοτέραν τῆς ἀναστάσεως ἔρευναν. Συνῆν δὲ αὐταῖς καὶ Ἰωάννα, εὐγενὴς γυνὴ, καὶ περιφανὴς, καὶ πλούτῳ κομῶσα πολλῷ μὲν τῷ σωματικῷ, πλείονι δὲ τῷ ψυχικῷ·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἥτις ἀποστέρξασα τὴν τοῦ γαμετοῦ κοίτην Κουζᾶ, τοῦ τῆς βασιλείας Ἡρώδου ἐπιτροπεύοντος, ἐγεγόνει μαθήτρια, ἑφεπομένη σὺν ταῖς λοιπαῖς, καὶ διακονοῦσα ἐκ τῶν ἐνόντων αὐτῇ.

Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι τινὲς ἐπιτιμᾷν οὐκ ἀπαναίνονται τοῖς λέγουσιν, ὡς οὐ γεγόνασιν αἱ μυροφόροι εὐαγγελίστριαι καὶ κήρυκες τῆς ἐγέρσεως· Παύλου, φησὶν, οὐκ ἐπιτρέποντος γυναιξὶ διδάσκειν· οὐδ' αὐτοὶ τοὺς ἀποστόλους ἐδίδαξαν, ἀλλ' ὑπέμνησαν. Ταῦτα μέν τινες τῶν αἱμύλων φασίν· οὐ δὲ γενναίων δὲ λογισμῶν οἰητέον ταῦτα νοήματα, ἀλλὰ νηπιώδους ψυχῆς ἐφευρήματα. Οὔτε γὰρ ἡ Παύλου νομοθεσία τότε ἦν, οὔτ' ἄλλως ἦν ἀνακληθῆναι τὸ πρῶτον πτῶμα τῶν γυναικῶν· ἀλλ' ἐπειδὴ κακῶς ἡ πρόγονος ἐν παραδείσῳ τὸν ἄνδρα ἐδίδαξε, καλῶς αἱ ἀπόγονοι τοὺς ἀποστόλους διδάσκουσι. Καὶ μὴν καὶ Παῦλος αὐτὸς καὶ τὴν πρώταθλον Θέκλαν διδάσκαλον καὶ κήρυκα πίστεως προεβάλλετο. Ἀλλὰ περὶ τούτων ἄμεινον ἐμοῦ λέγει τῶν Μεταφράσεων ὁ γλυκὺς συγγραφεύς.

A externis, sed pluribus internis ornatissima : quæ thalamum aversata conjugis Chusæ, qui regnum procurabat Herodis, discipula facta erat, et Dominum secuta, de suis rebus ut cæteræ, illi commodabat.

Non sum autem nescius (4) quosdam non veritos esse quæ dicta sunt reprehendere, cum eas mulieres unguentiferas resurrectionis Christi nuntias et evangelizatrices fuisse negent, quod nimirum, ut aiunt, Paulus mulieribus docere vetet; atque adeo nec ipsas apostolos docuisse, sed submonuisse dicant. Atque hæc quidem faceti aliqui dicunt; sed non hæc altæ mentis sensa, sed pusilli potius et infantis animi commenta existimanda. Neque enim eo tempore Pauli præceptum (5) exstiterat, nec B alio pacto fas erat primum lapsum mulieris reparari : sed quoniam prima parens (6) hominem in paradiso male docuerat, nepotes ejus bene discipulos docent. Quin etiam Paulus ipse primam martyrem (7) Theclam magistram et præconem fidei adhibuit. Sed de his melius, quam ego id faciam, **223** scriptor ille dulcis Metaphrastes (8) disserit.

Francisci Surii notæ.

(4) *Non sum autem nescius.* Gravia illa nomina apostoli et præconis tribuerat paulo ante Theophanes sanctis mulieribus, quæ ab angelis, et Christo ipso missæ ad discipulos fuerant nuntiæ resurrectionis; sed quoniam erant, qui hunc dicendi modum non probarent, eosque reprehenderent, qui sic loquerentur, cum minime decorum fuisse dicerent, mulieres doctorum fungi munere, vetante S. Paulo eas docere; his hoc loco respondet Theophanes, eosque parvi animi, ac nimium timidi, redarguit quod sic loqui dubitarent. Et sane videtur hæc de nomine esse disputatio : Illi dicebant non διδάξαι mulieres, sed ὑπομνῆσαι non docuisse, sed monuisse; atqui hoc munere docere fuit, inquit Theophanes, et κηρύσσειν *prædicare*. Sed aliud est monere, docere privatim, aliud publice : primum fecere sanctæ mulieres jussu Christi, non secundum. Quod si etiam Christus jussisset concionari, id et potuissent honeste facere, et debuissent, ut recte ait Cornelius in illud Matth. xxviii, contra Lutherum, qui ex eo colligit licere quoque feminis concionari; nihil tale colligitur ex hoc loco, sed solum negotium illis mandatum nuntiandi, edocendique discipulos de Christo redivivo, in quo nihil est indecorum et non conveniens. Ex quo sane munere illis commisso possunt recte et apostolæ et evangelistæ appellari, D sicuti eas appellat idem Cornelius noster, et Petrus Ribadeneira in Vita B. Mariæ Magdalenæ, et ex veteribus historicis Metaphrastes, et in *Menæis Græcorum* ita legitur : Τῆς ὁσίας μυροφόρου καὶ ἰσαποστόλου Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς· *Sanctæ unguentiferæ et apostolæ Mariæ Magdalenæ dies.* Atque hoc est quod defendit Theophanes. Quod autem pertinet ad S. Pauli præceptum, respondet nondum editum fuisse : atque adeo si Christus pro sua potestate, et pro eo tempore, ac mysterio, quod infra explicatur, id præceperit fieri a mulieribus, non sibi adversari Christi præceptum et Pauli. Addo etiam S. Pauli præcepto inhibitas fuisse mulieres id facere propria auctoritate, et in frequenti ecclesia, et quidem, ut inquit idem Cornelius, proprie ad mulieres conjugatas pertinere præceptum, quas a viris suis doceri satius erat, quam ipsas in ecclesia loqui. Unde conficitur quam alia sit res nostra de qua quæritur. Mysterium porro quod explicat hic Theophanes, quod nimirum oportebat contraria ratione lapsum humani generis restitui : et quoniam prima mulier virum in paradiso male docuerat, postmodum neptes ejus discipulos bene docerent, traditur etiam ab aliis Patribus communiter. Greg. Magnus, hom. 21 *in Evang.* : *Quia enim in paradiso*, inquit, *mulier viro propinaverat mortem, a sepulcro mulier viris annuntiat vitam, et dicta sui vivificatoris narrat, quæ mortiferi serpentis verba narraverat, ac si humano generi non verbis Dominus, sed rebus dicas, de qua manu vobis illatus est potus mortis, de ipsa suscipite poculum vitæ.*

(5) *Pauli præceptum.* Vide notam proximam.

(6) *Prima parens.* Vide eamdem.

(7) *Primam martyrem.* Et Græci et Latini Patres summo semper in honore habuere et ubique in cœlum extulere laudibus S. Theclam. Ea ut primogenita S. Pauli, sic et apostolica, ac etiam protomartyr inter feminas meruit appellari, inquit Baron. in Adnot. ad martyr. in Martyrol. Græc. Πρωτομάρτυς, καὶ ἰσαπόστολος· *Protomartyr, et apostolis par.* In *Menæo* vero sic habetur : Ἐν διαφόροις πόλεσι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὐαγγελισαμένη, καὶ πολλοὺς πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐπισπασαμένη, ὕστερον ἐν τῇ διὰ πατρίδι γίνεται· *Cum in multis civitatibus Dominum nostrum Jesum Christum prædicasset, et multos ad fidem Christi pertraxisset, tandem in suam patriam reversa est.* Quod igitur ex ea sumit hic Pater argumentum ad confirmandum, quod jam dixerat de S. Maria Magdalena, cæterisque sanctis mulieribus, potuisse eas non incongrue apostolorum et præconum officio fungi, ex Græcorum historiis et opinione desumptum est. Quanquam vero Acta illa S. Theclæ, quibus periodi *Pauli, et Theclæ*

(8) *Metaphrastes.* De hoc diximus in Proœm. II, § v. Hæc tamen historia Metaphrastæ de S. Thecla a me videri non potuit, quod nec ipsius Metaphrastæ mihi sit copia, nec a Surio referatur. [*Vitam sanctæ Theclæ Metaphrastæ abjudicant Bollandiani socii ad diem 23 Sept. Exstat inter opera Basilii Seleuciensis*, Patrologiæ *tom. LXXXV.*]

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Et visa sunt ante illos quasi deliramenta verba ista : et non crediderunt illis. » Tantopere, ut videtur, erant animo consternati discipuli, ut nugas censerent piarum mulierum argumenta. Invidiæ scilicet eos passio stimulabat, quod posthabiti mulieribus essent. « Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, et procumbens vidit linteamina sola posita, et abiit secum mirans quod factum fuerat. » Petri cursum et linteaminum inspectionem latius Theologi historia enarravit [67]. Certe enim, cum Maria renuntiasset sublatum esse Dominum a monumento, Petrus et Joannes propere accurrerunt, et ex linteaminibus et sudario conjecturam de resurrectione ceperunt. Miratur autem Petrus quod factum fuerat, quippe qui scierat linteamina aloe et myrrha (9) cum Domini corpore fuisse conglutinata, ut difficilis earum distractio redderetur. Quod si alio in loco de hoc a me dictum est, ne miremini; quæ enim bona sunt, non exhibent sæpius repetita molestiam; et alioqui ea in vestris mentibus hærere cupio indelebilia. Imitemur et nos religiosas hasce mulieres; æmulemur et bonam illam Joannam cujus nomen *columbam* interpretatur; aversemur Chusam maritum, *sensum* scilicet *carnis*, et nos in disciplinam Christi tradamus, famulantes ei ex naturalibus animæ nostræ facultatibus : morum simplicitate columbæ similes simus, ut columbæ ejus quæ devolavit in Jordanem, fulgoribus illustremur in Christo Jesu Domino nostro quem decet omnis gloria nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

C

HOMILIA XXXII.

In quintum Matutinum.

« Petrus surgens cucurrit ad monumentum, et procumbens vidit linteamina sola posita, et abiit secum mirans quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipso die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem nomine Emmaus [68]. » Vivifica Christi resurrectio non continuo electis discipulis indicata est, sed prius quidem ejus **234** spectaculi consciæ factæ sunt discipulæ alabastriferæ. Post has vero (10) discipulo-

« Καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς. » Ὡς ἔοικεν, ὑπὸ τοσαύτης οἱ μαθηταὶ ἀθυμίας κατεβαπτίζοντο, ὡς φλήναφον λογίσασθαι τῶν θεοφιλῶν γυναικῶν τὰ μηνύματα. Ζηλότυπον γὰρ αὐτοὺς πάθος ὑπέκνιζεν, ὅτι γυναικῶν γεγόνασι δεύτεροι. « Ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα, καὶ ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός. » Εἰς τὸν τάφον τοῦ Πέτρου δρόμον καὶ τῶν ὀθονίων τὴν θέαν ἡ θεολογικὴ συγγραφὴ πλατύτερον ἀφηγήσατο. Ὅμως τῆς Μαρίας ἀπαγγειλάσης, ὅτι ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, Πέτρος καὶ Ἰωάννης σπουδῇ παραγίνονται, καὶ διὰ τῶν ὀθονίων καὶ τοῦ σουδαρίου τὴν ἀνάστασιν ἐτεκμήραντο. Θαυμάζει δὲ ὁ Πέτρος τὸ γεγονὸς, ἅτε εἰδὼς, ὡς ἀλόῃ καὶ σμύρνῃ τὰ ὀθόνια ἐγκεκολλημένα τῷ δεσποτικῷ ἦσαν σώματι, καὶ ἦν δυσχερὴς ἡ τούτων ἀπόστασις. Εἰ δὲ καὶ ἀλλαχοῦ περὶ τούτων μοι λέλεκται, μὴ θαυμάζητε· τὰ γὰρ καλὰ οὐκ ἀνιᾷ πολλάκις λεγόμενα. Καὶ ἄλλως δὲ βούλομαι μένειν αὐτὰ ταῖς μνείαις ὑμῶν ἀνεξάλειπτα. Μιμησώμεθα καὶ ἡμεῖς τὰς θεοφιλεῖς ταύτας γυναῖκας· ζηλώσωμεν τὴν καλὴν Ἰωάνναν, ἥτις περιστερὰ ἑρμηνεύεται· ἀποστέρξωμεν τὸν σύνοικον Κουζᾶ, ὅς ἐστι *τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς*, καὶ μαθητευθῶμεν τῷ Χριστῷ, διακονοῦντες αὐτῷ ἐκ τῶν ἐνόντων ἡμῖν φυσικῶν δυνάμεων· γενώμεθα περιστεραὶ, τῇ τῶν τρόπων ἀκεραιότητι, ἵνα τὰς ἐλλάμψεις δεξώμεθα τῆς ἐν Ἰορδάνῃ καταπτάσης περιστερᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΒ'.

Εἰς τὸ πέμπτον Ἑωθινόν.

« Ὁ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα, καὶ ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός. Καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς. » Ἡ ζωηφόρος τοῦ Κυρίου ἀνάστασις οὐκ αὐτόθεν δέδεικται τοῖς προκρίτοις τῶν μαθητῶν, ἀλλὰ πρότερον μὲν τῆς θέας ταύτης ἠξιώθησαν αἱ ἀλαβαστροφόροι.

[67] Joan. xx, 3. [68] Luc. xxiv, 12 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

et Theclæ, ut ait S. Hieronymus, *et tota baptizati Leonis fabula continentur, apocrypha sint*, quæ Tertullianus, et ipse Hieronymus, et Gelasius papa, ut nullius auctoritatis rejecerunt; non omnia tamen, quæ de S. Thecla scripta reperiuntur, eadem opera adnumeranda inter apocrypha ac rejicienda esse monet Baronius eodem loco; sed secernenda esse a certis ambigua, a veris falsa : *Si quis enim ea investiget*, inquit ille, *quæ tum apud Græcos, tum apud Latinos de S. Theclæ martyrio exstant, nihil in eis prorsus, vel docendi munere, aut baptizandi ministerio a Thecla indebite usurpato et injuste vindicato, vel etiam de baptizati Leonis fabula usquam inveniet. Quod autem ea S. Pauli prædicatione ad fidem adducta fuerit, quodque sponte primario adolescenti nuntium remiserit, quod gemmas, et mundum muliebrem dissiparit, coactaque ex illis pecunia custodes carceris sibi conciliarit, ut Paulum posset invisere, cæteraque quæ de ejus certamine cum belluis, a quibus fuerit divinitus liberata, recensentur, multis Patrum auctoritatibus comprobantur*, quas vide apud ipsum. Ex eo igitur quod Pauli fuerit sectatrix S. Thecla et apostolica dicatur femina, et Ισαπόστολος et concionasse, fuisse etiam S. Paulo prædicandi ministram Theophanes hic saltem popularem opinionem sequens dicit, quod non inconvenienter, nec indebite factitatum ab eo, ut jam ex Baronio diximus, existimandum est.

D

(9) *Aloe et myrrha.* Egit de hac re auctor hom. de Lazaro redivivo, quæ est ordine 15; et præterea locus erit dicendi infra hom. 23, ubi vide quæ adnotanda censuimus.

(10) *Post has vero.* Atqui S. Petro apparuerat Christus, antequam duobus discipulis peregrinis

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

μαθήτριαι· μετὰ δὲ ταύτας οἱ τῶν μαθητῶν μαθηταὶ, ὧν ἦσαν καὶ οἱ δύο οὗτοι οἱ πρὸς τὴν κώμην Ἐμμαοὺς πορευόμενοι κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν τὸ μέγα τῆς ἀναστάσεως ἐνηργήθη μυστήριον. Τοῦ μὲν ἑνὸς ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν κλῆσιν εἰπὼν, παρεσιωπήσας δὲ θάτερον, στοχαστικῶς λογίζεσθαι τὸ ὄνομα τοὺς πολλοὺς παρεσκεύασεν. Ἀμέλει τοι καὶ οἱ μέν φασι τὸν Καναναίτην εἶναι Ναθαναὴλ, οἱ δὲ Σίμωνα, οἱ δὲ ἕτεροι ἕτερον. Δοκεῖ δὲ μᾶλλον ὁ τούτων συγγραφεὺς εἶναι Λουκᾶς, διὸ καὶ ὑπὸ εὐλαβείας τὴν κλῆσιν παρεσιώπησε. Καὶ ὡς ἂν μὴ καὶ ἡμεῖς δόξαιμεν ἀπεοικότα μαντεύεσθαι, ἀξιόχρεων ἐνταῦθα παράγωμεν μάρτυρα Συμεώνην τὸν τὰς μεταφράσεις εὖ μάλα συνθέμενον. Ἀπόχρη οὖν οὗτος ἐν τῷ εἰς τὸν ἱερὸν Λουκᾶν ὑπομνήματι τοῦτο ποιούμενος.

A rum discipuli, ex quorum numero hi duo erant qui eo ipso die, quo admirabile resurrectionis mysterium perfectum est, ad castellum Emmaus iter habebant. Quorum unius tantum evangelista indicato nomine, alterius prætermisso, multis occasionem præbuit de eo conjecturas opinandi : nimirum alii Chananæum (11) illum Nathanaelem, alii Simonem (12), alii alium (13) censent. Videtur vero potius idem ille fuisse, qui scripsit hæc Lucas (14), unde et modestiæ gratia nomen subticuit. Ac ne nos etiam sine probabili causa divinare velle videamur, fide dignum testem ad hanc rem producimus Symeonem illum (15), qui Metaphrases præclare composuit. Satis igitur sit hic, qui in historia sancti Lucæ ita existimavit.

Οὗτοι μὲν οὖν ἐβάδιζον τὴν εὐθὺ Ἐμμαούς. Ἦσαν δὲ ἀλύοντες ἐπὶ τῷ συμβάντι περὶ τὸν Κύριον, καὶ μεστοὶ φροντισμάτων, καὶ ὥσπερ τῇ λύπῃ καταμεθύοντες. Φιλεῖ δ' ἐν τοῖς τοιούτοις καταλεαίνειν τὴν τῆς λύπης τραχύτητα ἡ τῶν πεπραγμένων διήγησις συνεκκενουμένης ὥσπερ, ὃ δὴ καὶ αὐτοὶ ὁδοιποροῦντες ἐποίουν, τὰ συμβάντα τῇ μνήμῃ ἀνανεούμενοι, καὶ τῇ περὶ αὐτῶν ὁμιλίᾳ τὰ τῆς ἀνίας ἐπελαφρύνοντες. « Καὶ αὐτοὶ γάρ, φησὶν, ὡμίλουν περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων. » Ἀλλ' ὁ παρὼν πανταχοῦ συνῆν καὶ αὐτοῖς ἀφανῶς, τῶν ἐκ μικροψυχίας λόγων ἐπακροώμενος. Εἶτα μέντοι καὶ ἀνακαλύπτει αὐτοῖς ἑαυτὸν, τὴν ἀορασίαν ἀποδυσάμενος. Οὐ μὴν καὶ ὅστις ἦν ἐγνωρίζετο, ἀλλ' οἷά τις

B Ergo hi quidem Emmaus versus recta pergebant. Erant autem de Domini casu afflicto animo, et pleni curarum, et mœrore propemodum ebrii. Solet autem in hujuscemodi rebus doloris asperitatem eventorum commemoratio dolere et exhaurire : quod et hi viatores agebant, ea quæ contigerant memoria repetentes, et mutua allocutione molestiam animi lenientes. « Et ipsi, inquit, loquebantur ad invicem de his omnibus, quæ acciderant. » Sed qui ubique præsens est (16), etiam illis occulto modo aderat, et sermones ab animo pusillo profectos exaudiebat. Postea vero seipsum illis ostendit, invisibilitate deposita (17). Nec vero quis esset agnoscebatur, sed quasi viator quidam

Francisci Scorsi notæ.

peregrinum ipse referens obvium videndumque se daret; hi enim *reversi*, ut scribit S. Lucas, *invenerunt congregatos undecim, et eos qui cum ipsis erant, dicentes : Quod surrexit Dominus vere et apparuit Simoni*. Egit de hac ostensione Theophanes infra hac eadem homilia explicans relatum versiculum; sed ibi nesciri dicit quomodo, aut quando se ostenderit Christus Petro, ideo hic absolute ait, postquam se mulieribus videndum obtulisset, duobus his apparuisse discipulorum discipulis.

(11) *Alii Chananæum*, etc. Ita S. Epiphanius in *Panario*, ad hæresim 13.

(12) *Alii Simonem*. Ita Origenes initio Comment. in Joan. quamvis apud ipsum scriptum Simeonem, non Simonem, ut apud nostrum; quod etiam advertit Cornel. a Lapide.

(13) *Alii alium*. S. Ambrosius censet fuisse Amaon a loco ita dictum, ut videtur, quasi incola et civis fuerit Emmaus quo tendebat.

(14) *Qui scripsit hæc Lucas*. Ita S. Gregor. præfat. in Job. cap. 2, Dorotheus, Metaphrastes, quem Noster hic laudat opinionis suæ testem; cujus in Vita S. Lucæ hæc verba sunt : *Cum Cleopha enim ad agrum* (ita et noster infra τὸν ἀγρόν) *Emmaus proficiscenti astans post resurrectionem Dominus (o horrore plenum illum accessum!) tarditatem et cordis eorum incredulitatem improperat*. Sic etiam opinatur Nicephorus Callist. lib. 1, cap. 34, et Theophylactus in hunc locum, qui duo posteriores Theophane nostro.

(15) *Symeonem illum*. Vide notam proximam, præterea Procem. ubi de Symeonis hujus ævo.

(16) *Sed qui ubique præsens est*. Erat Christus ubique præsens, ut Deus, et quia per scientiam vel beatam, vel etiam infusam cogitationes cordis omnium videbat, easque præsentes habebat.

(17) *Invisibilitate deposita*. Eleganter hic scriptor

C Græcus τὴν ἀορασίαν ἀποδυσάμενος, quod ut verbis eadem vi præditis exprimerem, procudi signatum præsente nota nomen invisibilitatis, usus auctoritate, seu potius licentia quam eruditi, et præsertim Græcorum scriptorum interpretes mihi, credo, dabunt, quam etiam nos in re simili libenter concedimus, atque hoc ad vocabulum insolens excusandum. Quod vero ad rem attinet, recte hic Pater τὴν ἀορασίαν deposuisse vel exuisse dicit; est enim in potestate corporis gloria et dotibus eam comitantibus præditi et ornati videri, vel non videri arbitratu suo, quod pluribus adnotavimus ex S. Thoma, et aliis supra not. 75, ad hom. 28. Notant autem hunc Evangelii locum Maldonatus et Cornelius etiam contra Calvinum, et alios ejusdem farinæ atque nequitiæ, qui ne cogantur concedere posse Christum in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse, quamvis oculis non videatur, negant posse corpus suum invisibile facere, naturam corporis esse dicentes, ut videatur. Atqui ipsi soli sapiunt D in insipientia sua, cum omnes auctores non hæretici, quod ait S. Lucas : *Et ipse Jesus appropinquans ibat cum illis*, ita intelligant, non accessisse Christum paulatim discipulos citatiore consecutum gradu, sed subito unoque momento quasi cum illis pariter ambulantem apparuisse. Dicit autem eum appropinquasse, quia ita apparuit, quasi pone eos secutus, assecutus fuisset. Itaque cum nihil viderent, nihil sentirent, nihil cogitarent discipuli de Christo præsente, statim eum secum ambulantem viderunt. Ita Joan. Maldonat. Atque hoc est quod ait noster, Εἶτα μέντοι καὶ ἀνακαλύπτει αὐτοῖς ἑαυτὸν τὴν ἀορασίαν ἀποδυσάμενος. Modos autem, quibus id fiat a corpore glorioso, vel visum intuentium, vel medium immutando, vel species retinendo, explicant theologi et Cornelius in hunc locum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

peregre veniens, seseque comitem illis adjungens una ambulabat.

« Et ipse Jesus appropinquans ibat cum illis, » et quasi nescius causam tristitiæ sciscitabatur. « Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem, et estis tristes? » Illi vero, ex voce habituque Hierosolymitanum hominem videre se rati, eum arguunt, quod adeo stolidus esset, ut ea ignoraret, quæ omnibus comperta essent. Alter sane eorum Cleopas vocatus reprehensionem aggressus est (18), quem consobrinum Domini (19) fuisse Epiphanii Panaria testantur. Illic igitur severo in eum intuens vultu : « Tu solus, inquit, peregrinus es in Jerusalem et non cognovisti, quæ facta sunt in illa his diebus? » Non 235 hoc scilicet ait : Tu advena es, ex alio solo profectus, et civitatem incolis nostram. Neque enim inquilinum, sed civem eum existimabat. Sed ita ordinanda lectio est: Σὺ μόνος παρὰ τῇ Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖς. « Tu solus in Jerusalem (20) habitas, et quæ in ea facta sunt, ignoras? » Sed fortasse advena erat, quod consuete domicilium in terræ hujus habitaculum commutarat, ut scilicet naturam nostram in patriam illam Edem reduceret, quæ male affecta hic commoratur, eademque deplorat, quæ David : « Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est »

« Et dixit illis : Quæ? Et dixerunt : De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta. » Ille quidem etiamnum ignorare se simulans percontatus est, Quæ? Cleophas vero narrationem exorsus, ordine recenset omnia, quæ de eo existimabat. « Vir propheta. » Hoc enim putabant, cum ad sublimiorem de eo opinionem nondum pervenissent. « Potens in opere et sermone. » His verbis et in profitenda doctrina libertatem, et in edendis miraculis virtutem ostendit. Etenim in Christi sermonibus dulcis quædam suada sessitabat (21), qua Scribas quidem revin-

[235] Psal. cxix, 5.

A ξενικὸς εἶδίτης πλησιάσας; ἀγχοῦ συνεβάδιζε.

« Καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς, » καὶ ὡς ἀγνοῶν ἐπύθετο τὴν αἰτίαν, τῆς σκυθρωπότητος · « Τίνες οἱ λόγοι οὗτοι, οἷς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐστὲ σκυθρωποί; Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς φωνῆς καὶ τοῦ σχήματος Ἱεροσολυμίτην ἄνδρα οἰηθέντες ὁρᾶν, ἐπιπλήττουσιν οὕτως ὄντα μαργὸν, ὡς ἀγνοεῖν τὰ πᾶσι προφανῆ καὶ κατάδηλα · ἕτερος δὲ αὐτῶν ὁ Κλεόπας ἐποιήσατο τὴν ἐπίπληξιν, ὃν δὴ καὶ ἀνεψιὸν τοῦ Κυρίου μαρτυρεῖ τὰ τοῦ Ἐπιφανίου Πανάρια. Οὗτος οὖν βλοσυρὸν ἀπιδὼν · « Σὺ μόνος, φησὶ, παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; » Οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι « Πάροικος εἶ ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐλθὼν, καὶ τὴν πόλιν B οἰκῶν · » οὐ γὰρ πάροικον, ἀλλὰ πολίτην αὐτὸν ὑπετόπαζεν · ἀλλ' ἡ λέξις τοιαύτην ἔχει τὴν σύνταξιν · « Σὺ μόνος παρὰ τῇ Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖς, καὶ ἀγνοεῖς τὰ ἐν αὐτῇ γινόμενα; » Τάχα δὲ ὅτι καὶ πάροικος ἦν τῆς οὐρανῶν κατοικίας τὴν ἐν γῇ παροικίαν ἀνταλλαξάμενος, ἵνα τὴν φύσιν ἡμῶν εἰς τὴν τῆς Ἐδὲμ ἐπανάξῃ πατρίδα, ἐνταῦθα κακῶς παροικήσασαν, καὶ ὀλοφυρομένην τὰ τοῦ Δαβίδ · « Οἴμοι ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη. »

« Καὶ εἶπεν αὐτοῖς · Ποῖα; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ · Τὰ περὶ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης. » Ὁ μὲν ἔτι προσποιούμενος ἀγνοεῖν ἀντήρετο, Ποῖα; Ὁ δὲ Κλεόπας τῆς διηγήσεως ἄρχεται, καὶ ἅπαντα καταλέγει, καθ' ἣν εἶχον ὑπόληψιν · « Ἀνὴρ προ- C φήτης · » τοῦτο γὰρ ἐνόμιζον, τῆς ὑψηλοτέρας δόξης οὐκ ἐφαπτόμενοι. « Δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ · » ἐνταῦθα καὶ τὸ τῆς διδασκαλίας λέγει παρρησιασάμενον, καὶ τῶν θαυμάτων τὴν δύναμιν. Τοῖς γὰρ λόγοις Χριστοῦ γλυκεῖα πειθὼ ἐπεκάθητο, τοὺς μὲν Γραμματεῖς ἐξελέγχουσα, τοὺς δὲ ὄχλους ὠφέλ-

Francisci Scorsi notæ.

(18) *Reprehensionem aggressus.* Aliqui ex interpretibus excusationem contineri in his verbis autumant : *Tu solus peregrinus es*, etc., perinde quasi non fuerit mirum ea quæ gesta Hierosolymis paucis ante diebus fuerant, ignorari a peregrino; alii reprehensionem, quod magis probatur, perinde quasi mirum dicant, ea nesciri ab eo, quæ ita in cognitione et ore omnium versarentur, ut cuivis etiam advenæ nota esse possent. Hunc reprehendendi modum intelligit hic Noster. Sed illud in eo durum et minus probabile, quod ait Christum non πάροικον, sed πολίτην, non inquilinum, sed civem Hierosolymæ a viatoribus discipulis existimatum, adeoque τὸ παροικεῖς disjungendo explicat, σὺ μόνος παρὰ Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖς· *Tu solus apud Jerusalem habitas.* Sed quamvis in Græcanica lingua hoc sit receptum, ut præpositiones verbo adjunctæ referantur ad nomen idque regant; tamen id hoc loco videtur esse detortum et gratis fictum. Quid enim impedit, quominus ut πάροικος, peregrinus, cognitus fuerit? annon fuisset reprehensioni locus, nisi civem Christum esse viatores illi putassent? sed hæc fuit eorum admiratio, quod atrocis rei quæ contigerat, jam per omnes vulgatam famam, etiamsi esset peregrinus, non accepisset, cum neminem quamvis peregre venientem ea latere debuisset.

(19) *Quem consobrinum Domini.* Ex genealogia Christi, quam ex SS. Matthæo et Luca disponit Cornelius a Lapide in cap. III S. Lucæ, Cleophas frater fuit S. Joseph ex Jacobo utriusque parente : Jacob autem S. Annæ parentis Deiparæ frater fuit ex Mathan, adeoque consobrini fuere Cleophas et B. Virgo. Unde qua cognatione Cleophas attigerit D Christum, facile quivis colliget. Affert præterea idem Cornelius, in cap. XXIV Lucæ, ex Helica episcopo Cæsaraugustano in addit. ad Chronic. L. Dextri (quod tamen suppositititium nonnulli docti homines existimant) et M. Maximi locum hujusmodi : *Alphæus qui et Cleophas, unus de septuaginta discipulis, ut docet S. Hieronymus, et frater Joseph sponsi B. Virginis in castello Emmaus pro Christo a Judæis occiditur.* Sed ubi hoc S. Epiphanius in *Panario* dicat, nondum comperi.

(20) *Tu solus in Jerusalem.* De hac lectione vide quæ paulo supra diximus not. 18.

(21) *Dulcis quædam suada.* Eleganter et oratorie Theophanes hic in Christi sermonibus suavem persuadendi vim sessitasse dixit, de quo psal. XLIV, qui communi Patrum consensione epithalamium est ipsius Christi et sponsæ Ecclesiæ, præcinnerat David : *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Hæc gratia γλυκεῖα πειθώ, dulcis suada appellatur a Theophane,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κουσα, ὡς καὶ τοὺς ἐναντίους ἄγεσθαι καὶ λαλεῖν· « Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος. » Τοῖς ἔργοις δὲ θεία τις εἵπετο δύναμις, νεύματι μόνῳ καὶ ὁρμῇ τοῦ θελήματος τὰς νόσους ἀποκαθαίρουσα· ὥστε αὖθις τοὺς ὄχλους ἀναβοᾶν· « Οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν. » Τὸ δέ· « ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, » ἀγαθοὶ νομίζονται ὑποκρίσεως σχήματι, μισητοὶ δὲ εἰσι τῷ Θεῷ· τὸ δὲ κατάμφω εὐδοκεῖ μὲν μόνοις τοῖς τελείοις ἐστίν. Εἶτα εἰς τὸν ἡγεμόνα παράδοσιν, καὶ τέλος αὐτὸν τὸν σταυρὸν, καὶ ὡς μεγίστων ἀποτυχόντες ἐλπίδων. « Ἡμεῖς, φησὶν, ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· » πρὸ γὰρ τοῦ Πάθους ἄλλας ὑπολήψεις ἔσχον περὶ Χριστοῦ· βασιλεύσειν γὰρ αὐτὸν βασιλείαν ἐπίγειον ᾠοντο, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁφαρπάσαι τὸν Ἰσραήλ. Ταύτῃ τοι καὶ ἔλεγον, ὡς « Ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. » Ἰδόντες δὲ αὐτὸν ἀτίμως οὕτω κατακριθέντα, καὶ θάνατον ἐπονείδιστόν θνήξαντα, πρὸς ἄλλας ὑπονοίας ἐτράποντο, ὥστε καὶ καταμέμφεσθαι ἑαυτοὺς εἰκαίαις ἐλπίσιν βουκολουμένους εἰς τὸ πρίν.

A cebat, turbas vero ad se pertrahebat, ut etiam adversarii adducerentur, et dicerent: « Nunquam sic locutus est homo [70]. » Opera vero divina vis quædam comitabatur, quæ nutu solum motuque voluntatis morbos abstergeret, ut itidem turbæ acclamarent: « Nunquam sic vidimus [71]. » Quod autem addit, « coram Deo et omni populo, » ideo est, quod specie ac simulatione quidam boni a populo habentur, sed Deo invisi sunt: at vero utrique bonum videri solis perfectis contingit. Post hæc, quomodo præsidi traditus atque ad extremum crucifixus esset, adjungunt, utique ipsos spes magnæ frustratæ: « Nos, inquiunt, sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. » Alias enim ante Passionem de Christo opiniones habebant: B regnaturum scilicet in terra, et a Romanorum dominatu populum Israelis vindicaturum arbitrabantur. Hoc enim sibi vult, quod dixerunt: « Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. » Cum vero eum, tanta cum ignominia damnatum, probrosam mortem obiisse vidissent, in alias traducti sunt cogitationes, ut etiam se ipsos reprehenderent, quod inani illa spe antea se pavissent.

« Καὶ ἰδοὺ τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα γέγονε. » Μονονουχὶ τοῦτό φησιν, ὡς Πᾶσα ἡμῖν περιῃρέθη ἐλπίς· τρίτη γάρ ἐστιν αὕτη τεθνηκότι αὐτῷ, καὶ ἤδη που τάχα τοῦ σώματος ἅπτεται ἡ διαφθορά. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὰς ὀπτασίας τῶν γυναικῶν, ἀμυδρῶς αὐτὰς ἀφηγούμενος.

« Et **236** ecce tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. » Perinde ac si dicerent: Omnis sublata nobis spes est; tertius enim hic ab ejus morte agitur dies, et jam fortasse corrumpi cœptum est corpus. Tum subdit mulierum visa, eaque subobscure narrat.

« Ἀλλὰ καί γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ ἔλεγον αὐτὸν ζῆν. » Ἔκστασιν τὸν εὐαγγελισμὸν ὀνομάζει, οἷον φαντασιώδη τινὰ ταραχήν. « Καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν, καὶ εὗρον οὕτως. » Πέτρον καὶ Ἰωάννην ὑποδηλοῖ, οἳ τὰ μὲν ὀθόνια εἶδον, αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον. Τῆς τοιαύτης οὖν νωχελίας ἀνακομίζων αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ, ἐπιπλήττει σφοδρῶς, καὶ κατονειδίζει ἧς βραδεῖς καὶ ἠλιθίους, καὶ τοσαύτῃ νωθείᾳ κεκρατημένους, ἀγνῶτάς τε νόμου καὶ προφητῶν, καί φησιν· « Ὦ ἀνόητοι, καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν, οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται. » Εἶτα σαφηνίζει καὶ τὰ τεθεσπισμένα τοῖς θεολόγοις περὶ αὐτοῦ, καὶ δείκνυσιν, ὡς ἀκόλουθον ἦν ὁμιληκέναι αὐτὸν θανάτῳ ἐπ' εὐεσνεσίᾳ τῆς φύσεως. Οὕτω τὴν ἀχλὺν ἀποκα-

« Sed et mulieres quædam ex nostris terruerunt C nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, et non invento corpore ejus, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. » Bonum nuntium consternationem mentis appellat, et quasi spectri terriculamentum. « Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, et ita invenerunt. » Petrum et Joannem innuit, qui linteamina quidem viderunt, ipsum vero non viderunt. Huic mentis hebetudini Salvator ut mederetur, castigat acriter, et tarditatem ac stultitiam eorum exprobrat, qui hujusmodi torpore detinerentur, quique legem ac prophetas ignorarent, et ait: « Stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ. » Tum oraculum explicat de se a prophetis data, et ostendit D fuisse conveniens, ut mortem oppeteret, unde

[70] Joan. VII, 46. [71] Marc. II, 12.

Francisci Scorsi notæ.

quæ τοῖς λόγοις Χριστοῦ ἐπεκάθητο, quæ in sermonibus seu potius labris Christi sessitabat. Ita verti τὸ ἐπεκάθητο. Trahit enim hic me loquendi modus ad id quod de Pericle præstantissimo Atheniensium oratore Eupolem dixisse, et de Cethego Romanorum Ennium tradit M. Tullius lib. *De claris Orat.* Πειθὼ *quam vocant Græci, cujus effector est orator. Hanc suadam appellavit Ennius, ejus autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse, hujus hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit.* Hæc Tullius. Addam et de Antiphonte oratore itidem Atheniensi, cujus Arist., II *Rhet.* et aliis locis, testimoniis utitur. Hic, inquam, legitur artem esse professus, qua ægris animis curationem adhiberet. Atqui id Corinthi proposita publice tabula in qua se medicum animorum prædicabat, de Gorgia vero Leontino, haud absimilis vis suadendi quodcunque vellet etiam in familiari sermone legitur. Sed hæc de his hominibus vel falsa vel vero majora in Christo verissima. Eodem lepore dicendi ἱερὰν Σειρῆνην, sanctam Sirenem appellat Christum: Θείας ἴυγγας, divinas illecebras in ipso fuisse ait infra, de quo nota 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

peregre veniens, seseque comitem illis adjungens una ambulabat.

« Et ipse Jesus appropinquans ibat cum illis, » et quasi nescius causam tristitiæ sciscitabatur. « Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem, et estis tristes? » Illi vero, ex voce habituque Hierosolymitanum hominem videre se rati, eum arguunt, quod adeo stolidus esset, ut ea ignoraret, quæ omnibus comperta essent. Alter sane eorum Cleopas vocatus reprehensionem aggressus est (18), quem consobrinum Domini (19) fuisse Epiphanii Panaria testantur. Hic igitur severo in eum intuens vultu : « Tu solus, inquit, peregrinus es in Jerusalem et non cognovisti, quæ facta sunt in illa his diebus? » Non 235 hoc scilicet ait : Tu advena es, ex alio solo profectus, et civitatem incolis nostram. Neque enim inquilinum, sed civem eum existimabat. Sed ita ordinanda lectio est: Σὺ μόνος παρὰ τῇ Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖς. « Tu solus in Jerusalem (20) habitas, et quæ in ea facta sunt, ignoras? » Sed fortasse advena erat, quod cœleste domicilium in terræ hujus habitaculum commutarat, ut scilicet naturam nostram in patriam illam Edem reduceret, quæ male affecta hic commoratur, eademque deplorat, quæ David : « Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est »

« Et dixit illis : Quæ? Et dixerunt : De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta. » Ille quidem etiamnum ignorare se simulans percontatus est, Quæ? Cleophas vero narrationem exorsus, ordine recenset omnia, quæ de eo existimabat. « Vir propheta. » Hoc enim putabant, cum ad sublimiorem de eo opinionem nondum pervenissent. « Potens in opere et sermone. » His verbis et in profitienda doctrina libertatem, et in edendis miraculis virtutem ostendit. Etenim in Christi sermonibus dulcis quædam suada sessitabat (21), qua Scribas quidem revin-

[69] Psal. cxix, 5.

ξενικὸς ὁδίτης πλησιάσας; ἀγχοῦ συνεβάδιζε.

« Καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς, » καὶ ὡς ἀγνοῶν ἐπύθετο τὴν αἰτίαν, τῆς σκυθρωπότητος· « Τίνες οἱ λόγοι οὗτοι, οἷς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐστὲ σκυθρωποί; Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς φωνῆς καὶ τοῦ σχήματος Ἱεροσολυμίτην ἄνδρα οἰηθέντες ὁρᾶν, ἐπιπλήττουσιν οὕτως ὄντα μαργὸν, ὡς ἀγνοεῖν τὰ πᾶσι προφανῆ καὶ κατάδηλα· ἕτερος δὲ αὐτῶν ὁ Κλεόπας ἐποιήσατο τὴν ἐπίπληξιν, ὃν δὴ καὶ ἀνεψιὸν τοῦ Κυρίου μαρτυρεῖ τὰ τοῦ Ἐπιφανίου Πανάρια. Οὕτος οὖν βλοσυρὸν ἀπιδών· « Σὺ μόνος, φησὶ, παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; » Οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι « Πάροικος εἶ ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐλθών, καὶ τὴν πόλιν οἰκῶν· » οὐ γὰρ πάροικον, ἀλλὰ πολίτην αὐτὸν ὑπετόπαζεν· ἀλλ' ἡ λέξις τοιαύτην ἔχει τὴν σύνταξιν· « Σὺ μόνος παρὰ τῇ Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖς, καὶ ἀγνοεῖς τὰ ἐν αὐτῇ γινόμενα; » Τάχα δὲ ὅτι καὶ πάροικος ἦν τῆς οὐρανῶν κατοικίας τὴν ἐν γῇ παροικίαν ἀνταλλαξάμενος, ἵνα τὴν φύσιν ἡμῶν εἰς τὴν τῆς Ἐδὲμ ἐπανάξῃ πατρίδα, ἐνταῦθα κακῶς παροικήσασαν, καὶ ὀλοφυρομένην τὰ τοῦ Δαβίδ· « Οἴμοι ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη. »

« Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ποῖα; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Τὰ περὶ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης. » Ὁ μὲν ἔτι προσποιούμενος ἀγνοεῖν ἀντήρετο, Ποῖα; Ὁ δὲ Κλεόπας τῆς διηγήσεως ἄρχεται, καὶ ἅπαντα καταλέγει, καθ' ἣν εἶχον ὑπόληψιν· « Ἀνὴρ προφήτης· » τοῦτο γὰρ ἐνόμιζον, τῆς ὑψηλοτέρας δόξης οὐκ ἐφαπτόμενοι. « Δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ· » ἐνταῦθα καὶ τὸ τῆς διδασκαλίας λέγει παρρησιασμένον, καὶ τῶν θαυμάτων τὴν δύναμιν. Τοῖς γὰρ λόγοις Χριστοῦ γλυκεῖα πειθὼ ἐπεκάθητο, τοὺς μὲν Γραμματεῖς ἐξελέγχουσα, τοὺς δὲ ὄχλους ὠφέλ-

Francisci Scorsi notæ.

(18) *Reprehensionem aggressus.* Aliqui ex interpretibus excusationem contineri in his verbis autumant : *Tu solus peregrinus es*, etc., perinde quasi non fuerit mirum ea quæ gesta Hierosolymis paucis ante diebus fuerant, ignorari a peregrino ; alii reprehensionem, quod magis probatur, perinde quasi mirum dicant, ea nesciri ab eo, quæ ita in cognitione et ore omnium versarentur, ut cuivis etiam advenæ nota esse possent. Hunc reprehendendi modum intelligit hic Noster. Sed illud in eo durum et minus probabile, quod ait Christum non πάροικον, sed πολίτην, non inquilinum, sed civem Hierosolymæ a viatoribus discipulis existimatum, adeoque τὸ παροικεῖς disjungendo explicat, σὺ μόνος παρὰ Ἱερουσαλὴμ οἰκεῖς· *Tu solus apud Jerusalem habitas.* Sed quamvis in Græcanica lingua hoc sit receptum, ut præpositiones verbo adjunctæ referantur ad nomen idque regant; tamen id hoc loco videtur esse detortum et gratis fictum. Quid enim impedit, quominus ut πάροικος, peregrinus, cognitus fuerit? annon fuisset reprehensioni locus, nisi civem Christum esse viatores illi putassent? sed hæc fuit eorum admiratio, quod atrocis rei quæ contigerat, jam per omnes vulgatam famam, etiamsi esset peregrinus, non accepisset, cum neminem quamvis peregre venientem ea latere debuisset.

(19) *Quem consobrinum Domini.* Ex genealogia Christi, quam ex SS. Matthæo et Luca disponit Cornelius a Lapide in cap. III S. Lucæ, Cleophas frater fuit S. Joseph ex Jacobo utriusque parente : Jacob autem S. Annæ parentis Deiparæ frater fuit ex Mathan, adeoque consobrini fuere Cleophas et B. Virgo. Unde qua cognatione Cleophas attigerit Christum, facile quivis colliget. Affert præterea idem Cornelius, in cap. XXIV Lucæ, ex Helica episcopo Cæsaraugustano in addit. ad Chronic. L. Dextri (quod tamen suppositium nonnulli docti homines existimant) et M. Maximi locum hujusmodi : *Alphæus qui et Cleophas, unus de septuaginta discipulis, ut docet S. Hieronymus, et frater Joseph sponsi B. Virginis in castello Emmaus pro Christo a Judæis occiditur.* Sed ubi hoc S. Epiphanius in *Panario* dicat, nondum comperi.

(20) *Tu solus in Jerusalem.* De hac lectione vide quæ paulo supra diximus not. 18.

(21) *Dulcis quædam suada.* Eleganter et oratorie Theophanes hic in Christi sermonibus suavem persuadendi vim sessitasse dixit, de quo psal. XLIV, qui communi Patrum consensione epithalamium est ipsius Christi et sponsæ Ecclesiæ, præcinnerat David : *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Hæc gratia γλυκεῖα πειθώ, dulcis suada appellatur a Theophane,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κουσα, ὡς καὶ τοὺς ἐναντίους ἄγεσθαι καὶ λαλεῖν· « Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος. » Τοῖς ἔργοις δὲ θεία τις εἵπετο δύναμις, νεύματι μόνῳ καὶ ὁρμῇ τοῦ θελήματος τὰς νόσους ἀποκαθαίρουσα· ὥστε αὖθις τοὺς ὄχλους ἀναβοᾶν· « Οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν. » Τὸ δέ· « ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, » ἀγαθοὶ νομίζονται ὑποκρίσεως σχήματι, μισητοὶ δὲ εἰσι τῷ Θεῷ· τὸ δὲ κατάμφω εὐδοκεῖ μὲν μόνοις τοῖς τελείοις ἐστίν. Εἶτα εἰς τὸν ἡγεμόνα παράδοσιν, καὶ τέλος αὐτὸν τὸν σταυρὸν, καὶ ὡς μεγίστων ἀποτυχόντες ἐλπίδων. « Ἡμεῖς, φησὶν, ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· » πρὸ γὰρ τοῦ Πάθους ἄλλας ὑπολήψεις ἔσχον περὶ Χριστοῦ· βασιλεύσειν γὰρ αὐτὸν βασιλείαν ἐπίγειον ᾤοντο, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁφαρπάσαι τὸν Ἰσραήλ. Ταύτῃ τοι καὶ ἔλεγον, ὡς « Ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. » Ἰδόντες δὲ αὐτὸν ἀτίμως οὕτω κατακριθέντα, καὶ θάνατον ἐπονείδιστον θνήξαντα, πρὸς ἄλλας ὑπονοίας ἐτράποντο, ὥστε καὶ καταμέμφεσθαι ἑαυτοὺς εἰκαίαις ἐλπίσιν βουκολουμένους εἰς τὸ πρίν.

cebat, turbas vero ad se pertrahebat, ut etiam adversarii adducerentur, et dicerent : « Nunquam sic locutus est homo [70]. » Opera vero divina vis quædam comitabatur, quæ nutu solum motuque voluntatis morbos abstergeret, ut itidem turbæ acclamarent : « Nunquam sic vidimus [71]. » Quod autem addit, « coram Deo et omni populo, » ideo est, quod specie ac simulatione quidam boni a populo habentur, sed Deo invisi sunt : at vero utrique bonum videri solis perfectis contingit. Post hæc, quomodo præsidi traditus atque ad extremum crucifixus esset, adjungunt, utique ipsos spes magnæ frustratæ : « Nos, inquiunt, sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. » Alias enim ante Passionem de Christo opiniones habebant: regnaturum scilicet in terra, et a Romanorum dominatu populum Israelis vindicaturum arbitrabantur. Hoc enim sibi vult, quod dixerunt : « Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. » Cum vero eum, tanta cum ignominia damnatum, probrosam mortem obiisse vidissent, in alias traducti sunt cogitationes, ut etiam se ipsos reprehenderent, quod inani illa spe antea se pavissent.

« Καὶ ἰδοὺ τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα γέγονε. » Μονονουχὶ τοῦτό φησιν, ὡς Πᾶσα ἡμῖν περιῃρέθη ἐλπίς· τρίτη γάρ ἐστιν αὕτη τεθνηκότι αὐτῷ, καὶ ἤδη που τάχα τοῦ σώματος ἅπτεται ἡ διαφθορά. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὰς ὀπτασίας τῶν γυναικῶν, ἀμυδρῶς αὐτὰς ἀφηγούμενος.

« Et 236 ecce tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. » Perinde ac si dicerent : Omnis sublata nobis spes est; tertius enim hic ab ejus morte agitur dies, et jam fortasse corrumpi cœptum est corpus. Tum subdit mulierum visa, eaque subobscure narrat.

« Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ ἔλεγον αὐτὸν ζῆν. » Ἔκστασιν τὸν εὐαγγελισμὸν ὀνομάζει, οἷον φαντασιώδη τινὰ ταραχήν. « Καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν, καὶ εὗρον οὕτως. » Πέτρον καὶ Ἰωάννην ὑποδηλοῖ, οἳ τὰ μὲν ὀθόνια εἶδον, αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον. Τῆς τοιαύτης οὖν νωχελίας ἀνακομίζων αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ, ἐπιπλήττει σφοδρῶς, καὶ κατονειδίζει ἧς βραδεῖς καὶ ἠλιθίους, καὶ τοσαύτῃ νωθείᾳ κεκρατημένους, ἀγνῶτάς τε νόμου καὶ προφητῶν, καί φησιν· « Ὦ ἀνόητοι, καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν, οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται. » Εἶτα σαφηνίζει καὶ τὰ τεθεσπισμένα τοῖς θεολόγοις περὶ αὐτοῦ, καὶ δείκνυσιν, ὡς ἀκόλουθον ἦν ὁμιληκέναι αὐτὸν θανάτῳ ἐπ' εὐσεβείᾳ τῆς φύσεως. Οὕτω τὴν ἀχλὺν ἀποκα-

« Sed et mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, et non invento corpore ejus, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. » Bonum nuntium consternationem mentis appellat, et quasi spectri terriculamentum. « Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, et ita invenerunt. » Petrum et Joannem innuit, qui linteamina quidem viderunt, ipsum vero non viderunt. Huic mentis hebetudini Salvator ut mederetur, castigat acriter, et tarditatem ac stultitiam eorum exprobrat, qui hujusmodi torpore detinerentur, quique legem ac prophetas ignorarent, et ait : « Stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ. » Tum oraculum explicat de se a prophetis data, et ostendit fuisse conveniens, ut mortem oppeteret, unde

[70] Joan. VII, 46. [71] Marc. II, 12.

Francisci Scorsi notæ.

quæ τοῖς λόγοις Χριστοῦ ἐπεκάθητο, quæ in sermonibus seu potius labris Christi sessitabat. Ita verti τὸ ἐπεκάθητο. Trahit enim hic me loquendi modus ad id quod de Pericle præstantissimo Atheniensium oratore Eupolem dixisse, et de Cethego Romanorum Ennium tradit M. Tullius lib. *De claris Orat.* Πειθὼ *quam vocant Græci, cujus effector est orator. Hanc suadam appellavit Ennius, ejus autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse, hujus hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit.* Hæc Tullius. Addam et de Antiphonte oratore itidem Atheniensi, cujus Arist., II *Rhet.* et aliis locis, testimoniis utitur. Hic, inquam, legitur artem esse professus, qua ægris animis curationem adhiberet. Atqui id Corinthi proposita publice tabula in qua se medicum animorum prædicabat, de Gorgia vero Leontino, haud absimilis vis suadendi quodcunque vellet etiam in familiari sermone legitur. Sed hæc de his hominibus vel falsa vel vero majora in Christo verissima. Eodem lepore dicendi ἱερὰν Σειρῆνην, sanctam Sirenem appellat Christum : Θείας ἴυγγας, divinas illecebras in ipso fuisse ait infra, de quo nota 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tantum humanæ naturæ bonum exsisteret. Ita spiritualium oculorum purgata caligine, et quæ illorum inerat mentibus stoliditate sublata, cum jam vergeret ad occasum dies, ipseque castello appropinquaret, fingit se longius pergere. Sed discipuli illi inflammatis sibi igne doctrinæ pectoribus, ac veluti sanctæ cujusdam Sirenis (22) vi mente devincta dissidium moleste ferebant, cogebantque illum, ut secum una diverteret, temporis angustias obtendentes : « Mane nobiscum, quoniam advesperascit, et inclinata est jam dies. » Ille vero libenter vinci se passus est, ut ad clariorem de se cognitionem illos erigeret. Ibi tum mensa, et azymus panis apponitur; tertius quippe dies erat, ex quo per Paschæ solemne fermentum erat ablatum. Et tunc sane se manifestum facit, sicuti noverat in pane frangendo : cumque se paululum ostendisset, rursus abscondit, novusque discipulos incessit affectus, lætitia lacrymisque temperatus. Quem enim quærebant, præsentem habebant, et quem habebant, ignorabant; et quem invenerant, jam amiserant; gaudebant quod eum vidissent; flebant quod viso essent orbati; molestum **237** erat eum non agnovisse; pœnitebat eorum quæ temere cum illo locuti, suam ipsorum segnitiem, ut par erat, incusabant, quod in ejus cognitionem nec illa tradendæ doctrinæ gratia se adduxisset. « Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas? » Quid hoc significat? Inerat semper in verbis Domini secreta quædam et ignea vis, quæ mentes audientium inflammaret, et amabilem quemdam injiceret persuasionis igniculum. Unde etiam tunc, explanante ipso Scripturas, de more incalescebant, ac divinis ejus illecebris (23) delinicbantur. Pigebat igitur eos, quod ex hoc consueto signo illum non agnovissent.

A θάρας τῶν νοητῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τὴν ἐνοῦσαν σφίσιν ἠλιθιότητα ἐξάρας τῶν λογισμῶν, ἤδη κλινούσης ἡμέρας, τῇ κώμῃ πεπλησιακὼς, προσεποίει τὸ πορρωτέρω πορεύεσθαι. Ἀλλ' οἱ περὶ Κλεόπαν διαθερμανθέντες τὰς ψυχὰς τῷ τῆς διδασκαλίας πυρὶ, καὶ καθάπερ ἱερᾷ σειρῆνι ἐνισχυμένοι τὸν νοῦν, τὴν διάστασιν ἐδυσχέραινον, καὶ παρεβιάζοντο αὐτὸν σὺν αὐτοῖς καταλῦσαι, τὸ στενὸν τοῦ καιροῦ προβαλλόμενοι. « Μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. » Ὁ δὲ τὴν ἧτταν ἑκὼν ἀπεδέχετο, μᾶλλον ἐμβιβάζειν αὐτοὺς εἰς ἀκραιφνεστέραν ἐπίγνωσιν. Ἐκεῖ τράπεζα παρατίθεται, καὶ ἄρτος ἄζυμος· τρίτη γὰρ ἦν τῆς ἐν τῷ Πάσχα τῆς ζύμης ἄρσεως. Καὶ τότε, ὡς ἔγνω ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου φανερὸν ἑαυτὸν, καὶ φανεὶς αὖθις ἀπεκρύπτετο, καὶ πάθος τοὺς μαθητὰς κατειλήφει καινὸν, χαρᾷ καὶ δάκρυσι μεριζόμενον. Ὃν γὰρ ἐζήτουν, εἶχον, καὶ ὃν εἶχον ἠγνόουν, καὶ ὃν εὗρον ἀπώλεσαν· ἔχαιρον ἰδόντες, ἔκλαιον στερηθέντες, ἠνιῶντο μὴ γνωρίσαντες, μεταμελοῦντο ἐφ' οἷς προπετῶς διελέγοντο. Τὴν σφῶν νωθείαν ὡς εἰκὸς κατεμέμφοντο, ὅτι μηδὲ τῆς διδασκαλίας ἡ χάρις πρὸς ἐπίγνωσιν αὐτοὺς ἐπηγάγετο. « Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς Γραφάς; » Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Εἴπετο τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις ἀεὶ ἄῤῥητός τις ἰσχὺς καὶ διάπυρος, διαθερμαίνουσα τῶν ἀκουόντων τὸν νοῦν, καὶ ἐνιεῖσα ἐρωτικόν τινα σπινθῆρα πειθοῦς. Ἔνθεν τοι καὶ τότε ἀνακαλύπτοντος αὐτοῖς τὰς Γραφὰς, συνήθως διεθερμαίνοντο, κηλούμενοι ταῖς αὐτοῦ θείαις ἴυγξι. Ἐκ τοῦ συνήθους οὖν τοῦδε σημείου μὴ ἐπεγνωκότες αὐτὸν μετεμέλοντο.

B

C

« Et surgentes eadem hora regressi sunt in Jerusalem; et invenerunt congregatos undecim, et eos qui cum ipsis erant, dicentes : Quod surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni. » Injecta amoris flamma quietos eos esse et proximum exspectare diem non sinebat; sed eadem surgentes hora, cum luna omnia clara luce illustraret (tertia quippe fluxerat a plenilunio dies), concitato gressu festinabant, ut qui nuntios lætos afferrent. Sed eo-

« Καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς λέγοντας, ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι. » Οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἠρεμῆσαι τοῦ πόθου τὸ πῦρ, οὐδὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἐκδέξασθαι· ἀλλ' αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐξαναστάντες, τῆς σελήνης φωτὶ λαμπρῷ τὰ πάντα καταυγαζούσης [τρίτη γὰρ ἦν μετὰ τὴν πανσέληνον], ἐπιτεταμένῳ δρόμῳ διέθεον, ἅτε χαρᾶς μηνύματα ἔφερον.

Francisci Scorsi notæ.

(22) *Sanctæ cujusdam Sirenis.* Vide notam antecedentem.

(23) *Divinis ejus illecebris.* Jam supra admonui usum Theophanem ad quærendam dicendi gratiam vocabulis, quæ profanis oratoribus tribui solita sunt; nam ut ibi τὴν πειθῶ dixit in Christi sermonibus sessitasse, nunc eos vocat θείας ἴυγγας, divinas illecebras, et quidem epitheto ipso ostendit, quæ in hominibus fuere, vel natura, vel arte quæsita, in Christo propter unionem cum divino Verbo divina fuisse Ἴυγγας ἔχουσιν ἐν τοῖς λόγοις οἱ σοφισταί, inquit Etymo magn. *Illecebras habent in orationibus sophistæ.* Quamvis enim ἴυγγες dicantur etiam illecebræ amatoriæ, tamen ejus vocis honestus est etiam usus, ut jam ostendi ex Etymo, sicut et Latini illecebra, ut patet ex M. Tullio in *Somn. Scipionis : Trahit aliquem suis illecebris ad verum decus virtutis.* Et si quidem ἴυγξ, ut hoc præterea addam corollarii loco in juventutis litterarum studiosæ commodum, avicula, quam torquillam, seu verticillam nonnulli vocant : sunt etiam, qui motacillam; eamdemque faciunt ac σεισοπυγίδα, quibus Etym. magnum, et Suidas assentitur dicens : Τὸ ὄρνεον τὸ καλούμενον σεισοπυγίς. Ea porro amatores suis carminibus et veneficiis uti solebant : fabulam, unde id natum, non est operæ hic narrare. Dicitur etiam ἴυγξ ipse sagarum feminarum turbo, seu rhombus, de quo explicant illud Theor. in Pharmaceutr. Ἴυγξ, ἕλκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. Sed cum hæc vox deducatur a verbo ἰύζω, quod est *clamo*, ut quibusdam videtur, significat etiam cantum ac præcipue fistulas, et ipsam σύριγγα μονοκάλαμον, signat et sibilum, ac simpliciter vocem, quod proprie ἰυγμός. Vide Etym.

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλλὰ προφθάνει τὴν αὐτῶν ταχύτητα Χριστὸς, καὶ τῷ Σίμωνι ἐμφανίζεται, τῷ τοῦ μείζονος τῶν μαθητῶν ἀξιώματι τοὺς ἄλλους πιστούμενος. Ἐπειδὴ γὰρ λῆρον ἡγήσαντο τὰ τῶν γυναικῶν εὐαγγέλια, τῷ Πέτρῳ ἀνακαλύπτεται. Εἰ δὲ καὶ ὅτι, καὶ ὅπη, καὶ ἅπως ὤφθη τῷ Σίμωνι, οἱ εὐαγγελισταὶ σεσιγήκασιν, ἀλλὰ πιστοῦται τὴν ὀπτασίαν καὶ ἡ τοῦ μεγάλου Παύλου φωνὴ λέγουσα· « Ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ. »

A rum festinationem Dominus antevertit, et Simoni se videndum præbet, ut auctoritate ejus qui major inter discipulos erat, fidem faceret cæteris. Quoniam enim mulieres bene nuntiantes nugari existimaverant, apparuit Petro. Quod si quando, et quomodo Simoni sit visus, evangelistæ reticuerunt, attamen hanc apparitionem confirmat magni vox Pauli dicentis : «Quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, et quia sepultus est, et quia surrexit tertia die, et quia visus est Cephæ [72]. »

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς, ὦ φιλόθεον ἄθροισμα, τὴν ξυνωρίδα ταύτην τῶν μαθητῶν μιμησώμεθα· καὶ καταλείψαντες τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκείνην τὴν προφητοκτόνον μὲν πρότερον, Χριστοκτόνον δὲ ὕστερον, ἣν καὶ αὐτὸς ταλανίζει ὁ Χριστὸς, ὡς τῶν προφητῶν φονεύτριαν, καὶ τῶν ἀποστόλων λιθοβολίστριαν· εἴη δ' οὖν αὐτὴ ἡ κακία τῆς ἀρετῆς ἡ ἀντίθετος, ἡ ἀνασταυρώσασα τῆς ἀληθείας τὸν Κύριον, τοὺς δὲ προφητικοὺς καὶ ἀποστολικοὺς λόγους ἀπολακτίζουσα, ταύτην ἀποφυγόντες, σπεύσωμεν τὴν κώμην καταλαβεῖν Ἐμμαοὺς, τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν τὴν ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα, ζηλοῦντος τοῦ ἀριθμοῦ τὴν δεκαπλουμένην ἑξάδα τῶν ἐντολῶν, δι' ὧν τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν κληρονομοῦσιν οἱ δίκαιοι. Δεκαπλουμένη γὰρ δι' ἐργασίας ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ, πληθύνεται εἰς ἑξήκοντα, καθὼς ἐν τῇ τοῦ σπόρου παραβολῇ μεμαθήκαμεν. Ταύτην δὴ ὡς ἑξήκοντα στάδια διανύσαντες, ὀψόμεθα τὸν Κύριον, οἷον συμβαδίζοντα ἡμῖν νοερῶς καὶ διαλεγόμενον. Τῷ γὰρ μετιόντι τὴν ἀρετὴν συμπαραθέει ὁ Λόγος, διανιστῶν τὸ νωθρὸν, καὶ τὴν ἰδίαν παρέχων ῥοπὴν, ἧς ἄνευ κατορθοῦται τῶν θεαρέστων ἔργων οὐδέν. Συμβιβάζει δὲ ὁ Λόγος πρότερον μὲν ἰσχνῶς θεωρούμενος, ὕστερον δὲ τηλαυγέστερον φανερούμενος. Αἱ γὰρ τῶν ἐναρέτων ψυχαὶ ὅσον καθαίρονται, τοσοῦτον καὶ τὸν Θεὸν γινώσκουσιν. Ἀποκαλύπτεται δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, ἐν τῇ μεταλήψει δηλαδὴ τῶν φρικτῶν μυστηρίων. Εἰ δ' ἅμα φανεροῦται τοῖς μαθηταῖς, καὶ εὐθὺς ἄφαντος γίνεται, μὴ θαυμάσῃς· τοιοῦτον γὰρ τὸ θεῖον κάλλος· ὁμοῦ καταλάμπει τῶν κεκαθαρμένων τὸν νοῦν, καὶ ὡς ἀστραπὴ ταχὺ ὑποχωρεῖ γινόμενον ἄληπτον, ὡς καὶ πόθον ἐμποιεῖν τῇ καταλήψει, καὶ πρὸς τὸ μεῖζον ἐφέλκειν τὴν ἐρῶσαν ψυχήν. Ἀνεῖτε καὶ πρὸς τὰς θείας ἀναβάσεις ἀνάγεσθαι, καὶ γλίχεσθαι διακαῶς τὸν ὅλον ἦμερον, τὴν ἀΐδιον ἔφεσιν, τὴν ἐνιαίαν φύσιν, τὴν μακαρίαν Θεότητα· ᾗ πρέπει τιμὴ, καὶ πᾶσα δόξα, καὶ ὕμνησις, καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Et nos igitur, o Dei amantium cœtus, hoc discipulorum par imitemur, et derelicta illa Jerusalem quæ prophetas primum, deinde Christum occidit, quam et ipse Christus prædicat infelicem, quod prophetas interemerit, et apostolos lapidarit, adeoque per hanc vitium significari potest, virtuti contrarium, quodque Dominum veritatis cruci suffixit, prophetarum vero apostolorumque sermonibus reluctatur, ab hac, inquam, profugientes ad castellum Emmaus pervenire studeamus, practicam dico virtutem stadia sexaginta distantem. Quo numero senarium præceptorum decies multiplicatum ostenditur, **238** per quæ justi regni Dei hæreditatem adeunt. Etenim virtus practica per actiones decies multiplicata adaugetur ad sexaginta, sicuti in sementis parabola didicimus. Hujus igitur veluti stadiorum sexaginta cursu confecto videbimus Dominum nobiscum una spiritualiter ambulantem et disserentem. Virtutem enim persequenti Verbum accurrit, tarditatem excitans, et suum præbens impulsum, sine quo nullum opus quod Deo placeat, effici recte potest. Comitatur porro nos Verbum prius quidem tenuiter visum, post vero etiam clarius apparens. Animæ quippe eorum qui virtuti student, quanto purgantur magis, eo Deum magis agnoscunt. Sed manifestius eis in fractione panis aperitur, hoc est, in tremendi communione mysterii (24). Quod si simul ac discipulis se ostendit, continuo etiam ab ejus oculis se subducit, ne admirere : talis enim est divina pulchritudo. Simul atque mentibus puris elucet, protinus etiam, ut fulgur abscedit, cum comprehendi non possit, ita ut intelligentiæ injiciat desiderium, et ad impensius studium amantem pertrahat animam : ut ad sanctas ascensiones evehatur, et ardenter concupiscat eum totum videre, dulcedinem, quæ satiare non potest, totum suavem desiderium æternum, singularem naturam, beatam divinitatem, cui debetur honor, et omnis gloria, et laus, et veneratio, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[72] 1 Cor. xv, 4.

Francisci Scorsi notæ.

(24) *In tremendi communione mysterii.* Christum in fractione panis consecrasse Eucharistiam censent plurimi Patres relati a Cornelio, qui idem sentit. Aperte S. Augustin. serm. 140, *de tempore* : *Ubi voluit Dominus agnosci in fractione panis : securi sumus, panem frangimus, et Dominum agnoscimus, noluit agnosci, nisi ibi propter nos, qui non eum visuri eramus in carne, et tamen manducaturi ejus carnem.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

In sextum Matutinum.

Homilia eadem, quæ est in salutarem Ascensionem. (*Homil.* xxxix).

HOMILIA XXXIII.

In septimum Matutinum.

Quando naturæ nostræ insidias detestabilis inimicus ab initio machinatus est, serpente usus ut instrumento, cum prius in mulieris ingenium ut simplicius sese insinuasset, per ipsam etiam virum devicit. Huic igitur cladi ut contraria ratione Dominus mederetur, ubi e sepulcro redivivus evasit, mulieribus prius se videndum **239** præbuit, ut quæ a principio (25) fuerat lapsus causa, eadem esset nuntia restitutionis. Apparet igitur Mariæ Magdalenæ, et per hanc apparitionem eam magnam facit. Magdalena quippe (26) interpretatur *magnificata*, eoque ipso nomine ostenditur, quo magnificentiæ pervenerit, cum ad apostolos apostoli munus obiverit. Sed qualis inter discipulos Thomas fuit anceps animi, et juxta hoc Didymus (27) dictus, talis et inter mulieres unguentiferas Magdalene. Etsi enim fortasse aliarum discipularum visa est ardentissima, non tamen simpliciter dictis factisque credebat, sed evidentia quærebat argumenta, exquisitius res perscrutans, et una cum aliis ad vivificum sepulcrum accurrens, et apud ipsum sola studiose permanens. Et vespere quidem Sabbati una cum alia Maria illuc profecta, non modo angelico aspectu colloquioque dignata est, sed et faciem ejus, quem desideraverat, vidit, et amabiles tenuit pedes, et vocem suavem audivit. Valde diluculo profectas illuc mulieres comitata est, et iterum mane festinat, et sola monumentum ipso resurrectionis die frequentat. Sed ipsam lectionem Evangelii commemorare melius est [73]

« Una sabbatorum Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. » Signare quidem vult noctis ac diei confinium, quod σκιόφως dicitur (28). Verumtamen per ea quæ se-

[73] Joan. xx, 1 seqq.

Εἰς τὸ ἕκτον Ἑωθινόν.

Ὁμιλία ἡ αὐτὴ εἰς τὴν σωτήριον Ἀνάληψιν.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΓ'

Εἰς τὸ ἕβδομον Ἑωθινόν.

Ὅτε τὴν κατὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀρχῆθεν ἐπιβουλὴν ὁ παλαμναῖος ἐχθρὸς ἐμελέτησεν, ὡς ὀργάνῳ τῷ ὄφει χρησάμενος, πρότερον τὸ τῆς γυναικὸς ἦθος εἰσδὺς, ὡς ἁπλούστερον, δι' αὐτῆς καὶ τὸν ἄνδρα κατεστρατήγησεν. Ταύτην οὖν τὴν ἧτταν διὰ τῶν ἐναντίων ὁ Δεσπότης ἰώμενος, ἀναστὰς τοῦ τάφου, ταῖς γυναιξὶ πρῶτος ὀπτάνεται, ὡς ἂν ἡ ἀπ' ἀρχῆς γενομένη αἰτία τοῦ πτώματος, ἡ αὐτὴ πάλιν ἔσται τῆς ἐπανορθώσεως ἄγγελος. Φαίνεται τοίνυν Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, διὰ τῆς ἐμφανείας μεγαλύνων αὐτήν· Μαγδαληνὴ, γὰρ *μεγαλυνομένη* ἑρμηνεύεται προδηλούσης τῆς κλήσεως τὸ μεγαλεῖον, εἰς ὃ ἐπεφθάκει, γεγονυῖα τοῖς ἀποστόλοις ἀπόστολος. Ἀλλ' ὅπερ ἦν ἐν τοῖς μαθηταῖς ὁ Θωμᾶς, ἀμφιτάλαντος τὴν διάνοιαν, καὶ κατὰ τοῦτο λεγόμενος Δίδυμος, τοῦτο δὲ ἐν ταῖς μυροφόροις ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία ἐτύγχανεν. Εἰ γὰρ καὶ τάχα μάλιστα θερμοτέρα τῶν ἄλλων μαθητριῶν καταφαίνεται, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς τοῖς λεγομένοις καὶ γινομένοις ἐπίστευεν, ἀλλ' ἐναργεῖς ἐζήτει τὰς ἀποδείξεις, ἐξεταστικώτερον πολυπραγμονοῦσα τὰ πράγματα, καὶ ταῖς ἄλλαις εἰς τὸν ζωηφόρον τάφον συντρέχουσα, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐμφιλοχωροῦσα τῷ μνήματι. Καὶ ὀψὲ μὲν Σαββάτου μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ἐληλυθυῖα, οὐ μόνον τῆς ἀγγελικῆς ὀπτασίας καὶ ὁμιλίας ἠξίωτο, ἀλλὰ καὶ τοῦ ποθουμένου εἶδε τὸ πρόσωπον, καὶ τοὺς ὡραίους πόδας ἐκράτησε, καὶ τῆς γλυκείας ἠκουτίσθη φωνῆς. Ὄρθρου βαθέως ταῖς ἀπελθούσαις αὖθις συνείπετο· καὶ πάλιν ἐπιταχύνει πρωΐ, καὶ μόνη πρὸς τὸν τάφον φοιτᾷ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως. Βέλτιον δὲ αὐτῆς ἐπιμνησθῆναι τῆς λέξεως.

« Τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωΐ, σκοτίας ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον. » Βούλεται μὲν δηλῶσαι τὸ τῆς νυκτὸς καὶ ἡμέρας μεταίχμιον, ὃ *σκιόφως* ὠνόμασται. Ἠλθε

Francisci Scorsi notæ.

(25) *Ut quæ a principio.* Vide supra hom. 31 not. 4 Eamdem mysticam rationem tangit Nyssen. orat. 1, *de Resurrect.*

(26) *Magdalena quippe.* A verbo, גדל *magnum esse*, quod in conjug. Piel est *magnificare*; unde et vox מגדל *turris*, a qua nomen Magdalenæ, quæ castelli Bethaniæ erat domina.

(27) *Didymus.* Non esse hoc cognomen Thomæ, sed nominis interpretamentum omnes norunt, qui linguas norunt, quanquam id Nonnus Panopolita in Metaphrasi sancti Joannis videatur dicere, Εἰσαΐων δὲ διώνυμος ἔννεπε Θωμᾶς· *Audiens autem dixit Thomas binomius.* Et itidem alibi. Pagninus in interpretatione nominatus duas ejus nominis notationes affert : *Thomas est geminus, sive gemellus; id est eodem partu editus.* תאמים enim sunt gemelli, quasi conjunctis corporibus; aut idem quod *abyssus*, sive *vorago*, quæ Hebr. תאום. Quod autem Thomæ nec ullius alius ex apostolis nomen sit interpretatus S. Joannes, aliquam ejus excellentiam Græci interpretes signari volunt. Et quidem quod ad Joannis xx, ubi id interpretatur (fecerat enim id etiam cap. xi), recte Cornelius primam etymologiam, sive etiam secundam convenire illi dicit, quod geminus, varius, anceps, in credenda Christi resurrectione fuerit. Hanc innuit noster hoc loco, cum ait : Ἀμφιτάλαντος τὴν διάνοιαν. Et infra, Οὐχ ἁπλῶς τοῖς λεγομένοις καὶ γινομένοις ἐπίστευεν. Idemque Theophyl., nostro posterior : *Merito*, inquit, *meminit interpretationis ejus nominis, ut ostendat nobis, quod dubitator quidam sit, et id vitii a principio habuerit, ut nomen indicat.*

(28) *Quod σκιόφως dicitur.* Hujus vocis neminem alium auctorem habeo, quam ipsum hunc λογοδαίδαλον Theophanem : quod autem sit ejus etymon ex ipsa compositione patet : σκιά, *umbra* est φῶς, *lux.* Signat igitur illud tempus matutinum, quo aer sublustris est, et lux maligna, ut loquitur Virg., cre-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

διὰ τῶν ἱστορικῶς γινομένων πρὸς θεωρίαν τὸν νοῦν διανίστησιν. Ἡ οὖν πρωΐα, ἐπειδὴ ἀνατεταλκὼς ἦν ὡς ἐξ ἀνατολῆς τοῦ τάφου τῆς δικαιοσύνης ὁ Ἥλιος· σκοτία δὲ, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ἠγνοεῖτο ἔτι τὸ θαῦμα τῆς ἀναστάσεως. Οὐ λέγει δὲ ὅτι βλέπει τὸν λίθον ἀποκυλισθέντα, καίτοι οὕτως οἱ τρεῖς εὐαγγελισταὶ ἀφηγήσαντο. Ἀλλ' ὁ μέγας Ἰωάννης τοῖς ἱστορικῶς γενομένοις τὰς θεολογικὰς ἐννοίας συνήθως μιγνὺς, ἀρθῆναι τὸν λίθον φησί· δοκεῖ γὰρ οὐ περὶ τοῦ αἰσθητοῦ λίθου λέγειν ἁπλῶς· ἐκεῖνος γὰρ οὐκ ἤρθη ἐκ τοῦ μνημείου, ἀλλὰ τῆς θύρας μικρὸν ἀπόθεν ἐκεκύλιστο· ἀλλὰ τοῦ ἀκρογωνιαίου λίθου Χριστοῦ. Ὑπηγάγετο δέ με πρὸς ταύτην τὴν ἔννοιαν ὁ αὐτὸς οὗτος εὐαγγελιστὴς, νῦν μὲν εἰπών· « Βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου· » παριστῶν δὲ λέγουσαν τὴν Μαγδαληνήν· « Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, » καὶ διὰ τοῦ ἑπομένου ῥητοῦ ἑρμηνεύων τὸ προηγούμενον. Γέγονεν γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ Ἐμμανουὴλ πέτρα σκανδάλου, καὶ λίθος προσκόμματος. Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ Γραμματεῖς καὶ τῶν Ἰουδαίων οἱ ἔξαρχοι, οἱ τὰ τοῦ νόμου δῆθεν οἰκονομοῦντες ἐντάλματα. Ἀλλὰ γέγονεν εἰς κεφαλὴν γωνίας, τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἑαυτὸν ἁρμοσάμενος. Καὶ τάχα πρὸς τοῦτον τὸν λίθον τὸ ἡγεμονικὸν ἐρείσας Ἰακὼβ, καὶ ὑπνώσας ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐν φαντασίᾳ τῆς νοητῆς γέγονε κλίμακος. Τοῦτον τὸν λίθον εἰκόνιζεν ἡ πέτρα ἡ τῷ λαῷ βλύζουσα δαψιλῶς τὸν ποτόν· οὕτως εἰπόντος τοῦ Παύλου, ὡς « Ἔπινον ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. » Οὗτος ἦν ὁ λίθος ὁ τμηθεὶς ἄνευ χειρὸς, καὶ συντρίψας τὰ τῶν δαιμόνων βδελύγματα, κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ προαγόρευσιν.

« Τρέχει οὖν, καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς. » Τί δήποτε; Οὐχὶ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις, ἀλλὰ Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ μόνοις ταῦτα μεμήνυκεν; Ἐπειδὴ οἱ μὲν ἄλλοι κατορρωδηκότες τὴν τῶν Ἰουδαίων λύτταν ἐκρύπτοντο· Πέτρος δὲ καὶ Ἰωάννης ἀδεέστερον ἀνεστρέφοντο. Ὁ μὲν ὡς ἤδη πιστευθεὶς ἐκ τοῦ ἐνόρκως ἀρνήσασθαι, ὁ δὲ γνωστὸς ὢν τῷ ἀρχιερεῖ κατ' οὐδὲν ἐδεδίττετο. Τούτοις οὖν ἀλύουσι, καὶ πεφροντισμένοις περιτυχοῦσά φησιν· « Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου. » Ἔρρετο γὰρ ἐκ γυναικείας ἀσθενείας, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ τοῦ μετακουφισθῆναι τὸν Κύριον. Ἀλλ' οἱ μαθηταὶ ὄντες ἑδραιοτέρου φρονήματος, καὶ τὰ ὄντα ὑποτοπάσαν-

cundum historiam gesta sunt, ad contemplationem erigit mentem. Erat igitur mane, quod e sepulcro Sol justitiæ velut ex oriente se extulerat: tenebræ vero (29), quod hominibus adhuc resurrectionis mysterium ignorabatur. Non vero dicit vidisse revolutum lapidem; atqui id tres evangelistæ narrarunt! Verumtamen magnus ille Joannes cum his quæ secundum historiam facta sunt, theologicos sensus, ut consuevit, admiscens sublatum lapidem ait; videtur enim non de sensibili lapide simpliciter loqui (30): ille enim οὐκ ἤρθη, hoc est, non elevatus a monumento, sed ab ostio non tam longe fuerat revolutus: sed de angulari lapide Christo. Adduxit me vero ut ita intelligerem ipse hic evangelista, qui cum hoc loco dixisset: « Videt lapidem sublatum a monumento, » ipsam deinde Magdalenam loquentem facit: « Tulerunt **240** Dominum de monumento, » perinde ac sequenti dicto præcedens interpretetur. Factus enim revera est ille Emmanuel petra scandali, et lapis offensionis [74]. Hic lapis est, quem reprobarunt Scribæ et principes Judæorum, qui nimirum legis præcepta ædificabant [75]. Sed factus est in anguli caput, duos populos in se ipso connectens. Et fortassis etiam hoc lapide Jacob, principem animæ partem fulciens, et sopitus, abalienatusque a rebus sensui objectis, intelligibilem illam scalam per speciem vidit [76]. Hunc lapidem petra illa adumbravit, ex qua populo potus abunde manavit, ita dicente Paulo, quod « Bibebant de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus [77]. » Hic lapis fuit, qui nulla manus opera excisus abominationes dæmonium contrivit, juxta Danielis prædictionem [78].

« Currit ergo, et venit ad Simonem Petrum et ad alium discipulum quem diligebat Jesus. » Quid ita tandem? Non cæteris etiam discipulis, sed solis Petro ac Joanni hæc indicavit? Quoniam alii quidem Judæorum rabiem formidantes se abscondebant, Petrus vero et Joannes confidentius versabantur: ille quidem quod jam fidem nactus erat ex eo quod cum juramento negaverat; hic vero eo quod Pontifici notus erat, nihil verebatur. Hoc igitur mœrentes et sollicitos cum offendisset, ait: « Tulerunt Dominum de monumento. » Existimabat enim ex muliebri imbecillitate, ut videtur, a quopiam (31) Dominum avectum inde fuisse: discipuli vero firmiore sensu cum essent, suspicantes id, quod res

[74] I Petr. II, 7. [75] Matth. XXI, 42. [76] Gen. XXVIII, 12. [77] I Cor. IV, 4. [78] Dan. II, 45.

Francisci Scorsi notæ.

pusculum communi appellatione dixeris; cum crepera lux, id est dubia (hoc enim est crepusculi etymon) inter umbram noctis, et lucem exorientis, vel occidentis solis.

(29) *Tenebræ vero.* Eamdem sententiam mystice elicuit sanctus Petrus Chrysol. serm. *de Pascha: Resurgente Christo fidelibus lucescit vesper. Dies infidelibus tenebrescit: discipulis nox mutatur in diem. Judæis dies vertitur, et mutatur in noctem*, etc.

(30) *Simpliciter loqui.* Ἁπλῶς, uno modo, vel uno sensu: supponit enim sensum litteralem seu historicum, quod ipse auctor præmonuit, et a voce ἠρμένον et ἦραν, quibus usus S. Joannes, quæ et tollere, sive elevare in altum, et submovere significat sive Latinum tollo; sensum extrahit alium mysticum more suo. Vide de voce ἁπλῶς hom. 12, n. 18.

(31) *A quopiam.* In MSS. habetur ἀπὸ τοῦ nullo sensu, sed in margine Gallic. bene emendatum ἀπό του, ut sit του enclitici pro τινός Attice, ea forma qua iidem Attici dicunt εἵ τῳ, si cui.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erat: « Exierunt, inquit, et venerunt ad monumentum. » Unde exierunt? Ab ea nimirum opinione, quod Dominus etiamnum esset in numero mortuorum: et ex inopinato nuntio bonæ spei pleni ad sepulcrum incitato cursu properarunt. Currebat autem Joannes pernicius, unde factum, ut primus perveniret ad monumentum, quamvis laudabili reverentia detentus, non prius sepulcri interiora scrutatur, primas scilicet deferens præstantiori.

« Currebant autem duo simul; et ille alius discipulus præcucurrit citius Petro. » Hic dubitari posse videtur quomodo si alius discipulus præcucurrit simul cucurrisse licantur; dictio enim illa, *simul*, videtur cursus æqualitatem ostendere. Simul quidem animi promptitudine **241** studioque currebant, sed alter pedum velocitate præcucurrit: contemplatio siquidem, cujus Joannes est symbolum, velocior est actione quam significat Petrus. Illa enim per mentis visiones (32) acutius cernens, veritatem longe discernit subtilibus mentis conceptionibus, divinam pulchritudinem circumspiciens, non tamen ea potiri sine actione potest. Hæc vero prius quidem a contemplatione manuducta, multa opera ac labore cum dilecto conjungitur, et contemplationi gradus efficitur, quam ab illa accepit referens gratiam. Ita etiam Passionis tempore per Joannem introducitur Petrus in atrium. Cum enim « notus esset pontifici, introivit cum Jesu, et dixit ostiariæ, et introduxit Petrum[79]. » Sed quo pacto Joannes notus esse Christi inimico et accusatori dicitur? Nimirum contemplationis studioso, quæ sunt invicem contraria (33) cognoscuntur. Alioqui quo-

A τες, « Ἐξῆλθον, φησὶ, καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον. » Πόθεν ἐξῆλθον; Ἀπὸ τοῦ οἴεσθαι νεκρὸν ἔτι εἶναι τὸν Κύριον, καὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἀγγελίας γεγονότες μεστοὶ ἐλπίδων χρηστῶν, ἐπατεταμένῳ δρόμῳ πρὸς τὸν τάφον ἠπείγοντο· ἦν δὲ ὁ τοῦ Ἰωάννου δρόμος ὀξύτερος, διὸ καὶ πρῶτος εἰς τὸν τάφον ἐφίσταται, κἂν δι' ἐπαινουμένην εὐλάβειαν οὐ πρῶτος τὰ ἔνδον περιεργάζηται, τῷ προκρίτῳ τὰ πρωτεῖα παραχωρῶν.

« Ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ· καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου. » Ἐνταῦθα προσήκει διαπορῆσαι, εἰ ὁ μαθητὴς ὁ ἄλλος προέδραμε, πῶς ὁμοῦ τρέχειν λέγονται· ἡ γὰρ *ὁμοῦ* λέξις δοκεῖ τὸ τῆς πορείας ἴσον δηλοῦν. Ὁμοῦ μὲν ἔτρεχον τῇ προθυμίᾳ, καὶ τῇ σπουδῇ, προέδραμε δὲ ὁ B ἕτερος τοῖς ποσίν· ἡ γὰρ θεωρία, ἧς σύμβολον ὁ Ἰωάννης, ἐστὶν ὀξυωπεστέρα τῆς πράξεως, ἣν ὁ Πέτρος αἰνίττεται. Ἡ μὲν γὰρ ταῖς τοῦ νοῦ φαντασίαις ὀξυωποῦσα, μακρόθεν ἐπαφᾶται τῆς ἀληθείας ἰσχναῖς ἐννοίαις τὸ θεῖον κάλλος περιαθροῦσα, οὐ μέντοι καὶ μετασχεῖν δυναμένη ἄνευ τῆς πράξεως. Ἡ δὲ πρῶτον μὲν ὑπὸ τῆς θεωρίας χειραγωγουμένη, πόνῳ καὶ καμάτῳ πολλῷ τῷ ποθουμένῳ συνάπτεται, καὶ τῆς θεωρίας ἐπίδασις γίνεται· ἣν ἔλαβε παρ' ἐκείνης χάριν ἀντιπαρέχουσα. Οὕτω κἂν τῷ καιρῷ τοῦ Πάθους διὰ τοῦ Ἰωάννου εἰς τὴν αὐλὴν ὁ Πέτρος εἰσάγεται· « Ὢν γὰρ γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ, συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ, καὶ τῇ θυρωρῷ εἶπε θυραυλοῦντα τὸν Πέτρον εἰσαγαγεῖν. » Ἀλλὰ πῶς ὁ Ἰωάννης C γνώριμος εἶναι λέγεται τῷ ἐχθρῷ καὶ κατηγόρῳ τοῦ Ἰησοῦ; Ἐπειδὴ τῇ θεωρητικῇ τ' ἀλλήλοις ἀντικείμενα γνώριμα. Ἢ πῶς εἰσέλθοι εἰς τὴν αὐλὴν,

[79] Joan. XVIII, 16.

Francisci Scorsi notæ.

(32) *Illa enim per mentis visiones.* Similis tropologia sup. hom. 25, de Magdalena et Martha. Ibi enim: Τῇ γὰρ προσκλήσει τῆς πράξεως ὀξέως ἡ θεωρία διεγείρεται εὑρίσκουσα ἔξω τῆς κώμης τὸν Κύριον. *Advocante enim actione* (cujus est Martha symbolum) *excitatur et acuitur contemplatio* (cujus est Magdalena) *inveniens Dominum extra castellum.* Et hic etiam: Ἡ γὰρ θεωρία, ἧς σύμβολον ὁ Ἰωάννης ἐστὶν, ὀξυωπεστέρα τῆς πράξεως, ἣν ὁ Πέτρος αἰνίττεται. *Contemplatio siquidem, cujus Joannes est symbolum, velocior est actione, quam significat Petrus. Illa enim per mentis visiones*, etc. Vide præterea hom. 60.

(33) *Quæ sunt invicem contraria.* Contemplationis studioso ea quæ sunt invicem contraria cognita esse dicit hic auctor; quod quam recte dictum sit pluribus enucleandum. Contraria vocat externam philosophiam, hoc est eam quæ ab ethnicis, Græcis potissimum tradita est; et Christianam, eam nimirum quæ cum fide conjuncta, et per fidem accepta. Contraria vero huic dici potest externa illa, non in se considerata quatenus est quædam cognitio veritatis, *sic enim omnis sapientia a Domino Deo est; et cum illa fuit semper*, ut Ecclesiasticus (cap. 1) dicit, sed alia ratione, et quidem triplici, contraria existimatur. Primum ratione subjecti, φιλοσοφικῶς εἰπεῖν, quia nimirum ea veteres philosophi non recte usi sunt, sed potius abusi ad superbiam et inanem gloriam capiendam, et quia cum per eam Deum cognoverint, secundum eam cognitionem non vixerunt, *nec sicut Deum*, ut cum Paulo loquar ad Rom., cap. 1, *glorificaverunt: sed veritatem Dei in justitia detinuerunt.* Secundo, contraria dici potest, quia multa falsa cum veris admista continebat quæ eam depravabant, ut quod Deus esset agens necessarium, quod mundus ab æterno, quod providentiam tollebant. Tertio, quia qui philosophi Evangelii promulgationis tempore vivebant, non eam fidei divinæ, ut par erat, subjecerunt, *sed evanuerunt in cogitationibus suis*, et ea quæ prædicabantur, ut Dei Verbi Incarnationem, Passionem, Resurrectionem ipsius, et omnium hominum tanquam essent incredibilia, deridebant. De qua sapientia sic considerata idem D sanctus Paulus eodem loco affert illud Isaiæ cap. XXIX, ex vers. LXX: *Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo*, quod et, si ab Isaia dictum de Judæorum præcipue sapientia, ut D. Hieronymus explicat, tamen universe ad omnem philosophorum doctrinam prolatum esse a D. Paulo sentiunt nostri interpretes Cornelius et Justinianus in illum locum S. Pauli. Itaque sapientia philosophorum humanitus acquisita de Deo rerumque natura, si per se ipsa spectetur, donum est ipsius Dei, quod item noster hic fatetur, cum eam φιλοσοφίας τῆς ἔξωθεν χάριν appellet, hoc est gratiam externæ philosophiæ, nec potest illi adversari cum lux sit ab illo fonte lucis hausta. Contraria vero dicitur solum quia in hominibus ac fidei nostræ contrariis exstitit, vel perversa est falsis dogmatis, modo jam explicato

Sed audiamus SS. Patres, qui hanc distinctionem nostram magis explicant et sua auctoritate confir-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐν ᾗ τελεῖται ἡ τοῦ Κυρίου οἰκονομία, τουτέστιν ἐν τῇ τῶν θείων νοημάτων γνώσει, εἰ μὴ γνωστὸς εἴη τῆς φιλοσόφου τῶν ἔξωθεν χάριτος; Ἄννας γὰρ *χάρις* ἑρμηνεύεται, Καϊάφας δὲ *ἰχνευτής*· δι' ὧν δηλοῦται ἡ χάρις τοῦ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ τοῦ τὴν ἀλήθειαν ἀνιχνεύοντος.

modo in atrium, in quo dispensatio divina perficitur (34), hoc est, in divinorum cognitionem intraret, nisi externæ philosophiæ gratiam cognitam haberet? Anna enim *gratia* (35), Caiphas vero *indagator* interpretantur: per quos nimirum demonstrativi syllogismi donum ostenditur, per quem veritas indagatur.

Ὁ γοῦν Ἰωάννης γνωστὸς μὲν, οὐ μὴν φίλος ἦν τῷ ἀρχιερεῖ· ἠγαπημένος μέντοι τῷ Ἰησοῦ. Χρὴ γὰρ τὸν μετιόντα τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν, γνωστὸν

Joannes igitur notus quidem, non vero amicus pontifici, sed dilectus Jesu erat. Oportet enim eum qui practicam virtutem consectatur, cognitam qui-

Francisci Scorsi notæ.

mant. S. Hieronymus in illa verba jam relata Isaiæ: *Non quod Deus*, inquit, *sit inimicus sapientiæ, cujus est Pater, et per quem omnis est in hominibus sapientia, sed cum additamento posuit; sapientiam populi, et prudentium illius.* Et S. Augustin. lib. x *De civitate*, cap. 28: *Non suam in eis perdidit, et reprobat quam ipse donavit, sed quam ipsi arrogant, qui non habent ipsius.* Illustris ad hanc distinctionem sapientiæ locus, seu potius tota epist. 7 S. Dionysii Areopag. ad Polycarpum, in qua de Apollophane philosopho est sermo ejusdem amicissimo, dum adhuc gentium agerent vitam, qui tamen Dionysio obtrectabat, quod ad Christi fidem accessisset: quam etiam ipse postea secutus est; et se suamque philosophiam Evangelio submisit a S. Polycarpo traductus ad Christum. Erat igitur Apollophanis sapientia Christo inimica dum Evangelio obsisteret; conciliata Christianæ sapientiæ fuit, cum credidit Christo. Sic itaque de eo S. Dionys. in illa Epist.: *Apollophanem etiam ipsum dico divinis testimoniis nefarie in divina uti. Rerum enim scientia, quæ ab eo recte philosophia dicitur, et a divino Paulo Dei sapientia appellata est, ad auctorem, et rerum ipsarum, et scientiæ veri philosophi excitari perducique debuerunt. Ac ne aliorum potius quam ejus sententiam contra institutum refellam, intelligere debebat Apollophanes, qui sapiens esset, nihil unquam in ordine motuque cœlestium* (de eclipsi loquitur, quæ Christo patiente visa est) *aliter atque est mutari potuisse, nisi eum, qui ipsum, et in statu continet, et procreavit, habuisset, cujus nutu ac motu, eo deductus esset, qui, ut est in divinis libris scriptum, facit et mutat omnia.* Hoc fragmentum ex illa Epist. longiore excerpsi, quod magis ad rem affirmandam faceret, Græca omisi, quia non satis in promptu et longiora. Clemens Alex. *Strom.* lib. I: *Est ergo etiam in philosophia, quæ furto suscepta, et veluti a Prometheo parum ignis, qui utiliter excitatur, et vestigium aliquod sapientiæ, et motus a Deo.* Ad extremum non omittendus etiam noster, qui hoc ipsum docet supra in hom. 13, quæ est *de parab. Cœnæ*, ubi per eos qui villam emisse excusarunt, philosophos et Græcos signari ait, *qui in villæ, hoc est mundi hujus contemplatione, et inspectione occupati ab Evangelio retardati fuerunt*: eos tamen facilius potuisse accedere, quam qui uxorem duxerant, hoc est, voluptatibus corporis se manciparant. *Qui enim*, hæc sunt auctoris verba ex nostra translatione, *ad sapientiam hujus mundi animum appulerunt, possunt etiam Evangelii doctrinam recipere: nam et naturalis, et moralis Græcorum philosophia potius ad Christi fidem ducere potest.* Ex his igitur omnibus Patrum locis, et ex ipsomet Theophanis sensu perspicuum factum est, qua ratione eadem externa philosophia dicatur, adversaria Christo nimirum quatenus in ipsis philosophis fuit male ea utentibus, et obsistentibus fidei Christi, eademque debeat esse amica Christianæ philosophiæ, quatenus est donum aliquod Dei, et in se ipsa spectata potest etiam juvare nostram; quod vero consequenter ait cum qui contemplationi dat operam, syllogismo demonstrativo, per quem veritas indagatur, eadem philosophia externa desumpto uti debere hoc intelligit, cognitionem eam, quæ de Deo rebusque ab ipso conditis per naturalem ratiocinationem acquiritur, usui esse ad veritatem circa Deum investigandam, juxta illud D. Pauli ad Rom. (cap. I): *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas.* Idemque longius dicitur Sap. XIII, quæ cognitio seu ratiocinatio etiam naturalis recte donum et gratia Dei dicitur, prout idem sanctus Paulus, ibidem: *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis; Deus enim illis manifestavit.* Atque hoc de cognitione Dei, ut auctoris naturæ planum est; et videri potest copiose tractatum a Joanne Damasc., statim initio libri I *De fide*, ubi quod Deus sit, et quod unus, demonstrat etiam adversus eos qui nostram Scripturam non recepissent. Cæterum etiam ratiocinatio naturalis in homine Christiano usui esse potest ad cognitionem Dei, ut auctoris eorum, quæ supra naturam sunt et fide de Deo creduntur, quod idem Joan. Damascen. reipsa docet, qui ex quadam analogia verbi creati, quod nostra mente concipitur, et spiritus ore prolati manu ducit credentem ad increati Verbi, sanctique Spiritus aliquam cognitionem. Et sane logicam ratiocinationem, sive formatum arte syllogismum humani intellectus, si ad materiam fidei applicetur, usui esse ad contemplationem divinarum rerum quis dubitet? Conclusio quidem theologica, quæ a principiis per fidem notis, et deductis sive ambobus, sive uno principio fidei, et altero naturali deducitur, scientia est perfecta. Quamvis enim evidentia careat, æquivalet tamen evidentia naturali propter certitudinem, quæ in principiis fidei inest, quæ magis certa sunt, quam ipsa principia naturæ lumine manifesta, atque ita comparat intelligentiam, ut citra omne fallendi periculum teneat ea quæ cognoscit auctoritate divina subnixa. Quod docte et copiose tractat Josephus Augustinus soc. nostræ Panorm. in opere nuper edito in I part. D. Thomæ. Itaque hæc ratiocinatio humana et scientifica theologi, si magis illustretur alio lumine, vel dono sapientiæ, et intellectus, quod Deus contemplanti solet infundere, poterit theologiæ mysticæ esse adjumento, quæ eadem est atque contemplatio. Atque hoc est, quod ait Theophanes demonstrativum syllogismum cognitum esse contemplationi debere. Parum autem refert ad rem propositam, utrum ea demonstratio sit quæ ex causis essendi, ut dicunt scholastici, procedit, et dicitur propter quid, an quæ procedit ex causis cognoscendi, et dicitur demonstratio quia. Utraque enim proderit contemplanti. De qua duplici demonstratione igitur in lib. *Analyt.* ab Aristot. et S. Thom. aliis eorum interpretibus, et ab ipso Josepho August. Diff. VII.

(34) *Anna enim gratia.* Patet ex radice חנן gratis dare.

(35) *Caiphas indagator.* De hoc etymo vide hom. XXVII, not. 31.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

dem habere externam philosophiam, sed amicum esse verbo veritatis. Alia etiam ratione per hos discipulos indicantur actionis contemplationisque proprietates. Etenim Petrus quidem negavit, Joannes vero mansit immotus. Homo enim activæ deditus vitæ est, cum a recto labatur, vel propter corporis infirmitatem, vel forte etiam propter superbiam mentis: et quidem ter Dominum negat, vel eum sermone contemnens, vel ira victus, vel inhonesta aliqua cupiditate subactus. Ad quæ gallus cantans, pervigil scilicet conscientiæ custodia, eum excitat, ut sentiat quæ perperam facta sunt. Qui vero post actionem contemplationis luce illustratur in anima, et divinæ doctrinæ filius, sicuti filius tonitrui efficitur [80], nunquam avertetur a recto (36). Sed Evangelii verba iterum resumamus.

A μὲν εἶναι τῇ φιλοσοφίᾳ τῇ θύραθεν, φίλον δὲ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ τῆς πίστεως. Καὶ ἄλλως δὲ διὰ τούτων τῶν μαθητῶν καὶ τῆς πράξεως καὶ τῆς θεωρίας ἰδιότητες δείκνυνται. Ὁ μὲν γὰρ Πέτρος ἠρνήσατο, Ἰωάννης δὲ ἀκλόνητος ἔμεινεν. Ὁ μὲν γὰρ πρακτικὸς ἀνήρ ἐστιν, ὅτε ἀπολισθαίνει τοῦ εἰκότος, ἢ δι' ἀσθένειαν σώματος, ἢ διὰ λογισμῶν ἴσως χαυνότητα· καὶ τρὶς ἀρνεῖται τὸν Κύριον, ἢ κατὰ τὸν λόγον αὐτὸν ἀθετήσας, ἢ θυμῷ εἴξας, ἢ ἐπιθυμίᾳ τινὶ ἀπρεπεῖ δουλαγωγηθείς. Ἐφ' οἷς ὁ ἀλέκτωρ φωνήσας, ὃς ἐστι τοῦ συνειδότος ὁ ἄγρυπνος φύλαξ, εἰς αἴσθησιν αὐτὸν διεγείρει, ὧν ἐπλημμέλησεν. Ὁ δὲ μετὰ τὴν πρᾶξιν τῷ φωτὶ τῆς θεωρίας καταυγασθεὶς τὴν ψυχὴν, καὶ υἱὸς θεολογίας, ὡς ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς γεγονὼς, οὐδέποτε τοῦ εὐθέος παρατραπήσεται. Ἀλλὰ τὴν εὐαγγελικὴν λέξιν αὖθις ἐπαναλάβωμεν.

B

« Et cum se inclinasset, vidit linteamina posita, non tamen introivit [81]. » **242** Præcucurrit sane Joannes velocior pedibus; non tamen quæ intra sepulcrum spectanda erant contemplatus est. Pone vero consequens Petrus, anhelansque pervenit; et in sepulcri adyta introgressus, quæ inibi erant mysteria, videt; post hunc vero etiam Joannes ingreditur. Ita et in Tiberiadis stagno prior quidem agnovit Dominum, et Petro indicavit: sed Petrus, cum enatasset, prior Dominum convenit [82].

« Καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα, οὐ μέντοι εἰσῆλθεν. » Προέδραμε μὲν ὁ Ἰωάννης κραιπνοτέροις ποσὶ, οὐ μέντοι τῶν ἔνδον θεαμάτων γίνεται θεωρός. Ὀπισθουραγῶν δὲ Πέτρος ἀσθμαίνων κατέλαβε· καὶ εἴσω γενόμενος τῶν ἀδύτων τοῦ μνήματος, ὁρᾷ τὰ κἀκεῖθι μυστήρια. Μετὰ τοῦτον δὲ καὶ Ἰωάννης εἰσέρχεται. Οὕτω κἀν τῇ Τιβεριάδος λίμνῃ πρῶτος μὲν ἐπέγνω τὸν Κύριον, καὶ τῷ Πέτρῳ μεμήνυκεν· ἀλλὰ Πέτρος διανηξάμενος, πρῶτος τῷ Δεσπότῃ ἐνέτυχεν.

« Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum, et vidit linteamina posita, et sudarium, quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.» Linteaminum spectaculum evidens erat resurrectionis indicium (37). Quoniam enim myrrha et aloe conglutinata fuerant lintea cum Domini corpore (vim scilicet illa habent adhærescendi, ac difficile distrahuntur), divinæ solius erat virtutis ea facile secernere a corpore. Nam si fures insidiatoresque nocturni corpus furati essent, non tantum habuissent otii, ut possent prius nudare cadaver, cum præsertim myrrha conditum esset atque concretum, et custodia illud asservaret, et tam ingens saxum monumentum obstrueret. Quod si sepulcrorum effossores, vel grassatores tale facinus ausi essent, omisso corpore rapuissent ea maxime quæ in sepulcro erant. Ea vero relinquere tam decenter composita, et a cæteris linteis sudarium sejungere, idque involutum certo in loco sepouere, quis arbitretur eorum fuisse negotium, qui mortua corpora rapere consuessent? Quæ sane omnia reputantes discipuli crediderunt.

C

D

« Ἔρχεται οὖν Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κείμενα, καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον. » Ἡ τῶν ὀθονίων θέα ἐναργὴς ἦν τῆς ἀναστάσεως ἔνδειξις. Ἐπειδὴ γὰρ σμύρνῃ καὶ ἀλόῃ ἐγκεκολλημένα ἦσαν τῷ Δεσποτικῷ σώματι τὰ ὀθόνια [κολλητικὰ δὲ ταῦτα καὶ δυσαπόστατα], θείας δυνάμεως μόνης ἦν τὸ τοιοῦτον ῥᾳδίως αὐτὰ τοῦ σώματος ἐξελεῖν. Εἰ γὰρ φῶρες καὶ νυκτολόχοι τὸ σῶμα ἐσύλησαν, οὐ τοσαύτην εἶχον σχολὴν, ὡς ἀπογυμνοῦν πρότερον τὸν νεκρὸν, καὶ ταῦτα ἐσμυρνισμένου τοῦ σώματος, καὶ τῆς κουστωδίας φρουρούσης, καὶ τοῦ λίθου τοσούτου ἐπικειμένου τῷ μνήματι. Εἰ δὲ τυμβωρύχοι, ἢ λωποδύται τὸ τοιοῦτον εἰργάσαντο τόλμημα, μεταθέντες ἂν τὸ σῶμα, ἥρπασαν μάλιστα τὰ ἐντάφια. Τὸ δὲ οὕτω κατὰ κόσμον ἐᾶσαι αὐτὰ, διελεῖν τε ἀπὸ τῶν λοιπῶν τὸ σουδάριον, καὶ ἐντετυλιγμένον ἐν ἑνὶ θεῖναι τόπῳ, τίς ἂν νεκροσύλων ἔργον ἡγήσαιτο; Ἃ δὴ πάντα οἱ μαθηταὶ λογισάμενοι ἐπίστευσαν.

[80] Marc. III, 17. [81] Joan. XX, 5. [82] Joan. XXI, 7, 8.

Francisci Scorsi notæ.

(36) *Nunquam avertetur a recto.* Per auxesim oratoriam dictum intellige, nimirum, ut plurimum usuvenit, ut qui contemplationi intentum animum gerit, difficilius multo labatur in peccatum, quam qui distractus solum in agendo: ejus enim sunt proclíviores lapsus.

(37) *Evidens erat resurrectionis indicium.* Tota hæc ratiocinatio desumpta est e Gregorio Nysseno, oratione 2, *De Resurr.* eademque Chrysostomi est, cujus hæc verba de inventis linteaminibus seorsim positis: *Signum hoc resurrectionis erat; non enim si transtulissent corpus, nudassent, nec si essent furati, de hoc fuissent solliciti, ut sudarium involverent, et seorsim ponerent: ideo Joannes præmisit sepultum cum myrrha, quæ conglutinat corpori linteamina, ut ne decipereris a dicentibus furto sublatum: quis enim fur circa rem superfluam tantum laboraret?*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλλ' ἐνταῦθά τινες περιέργῳ διανοίᾳ καὶ τολμηρᾷ γλώττῃ πολλὰ μυθοπλαστοῦσι ψευδολογήματα, πεπλασμένας αἰτίας ἀποδόντες, ὅτου χάριν οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων ἔκειτο τὸ σουδάριον. Καὶ οἱ μέν φασιν, ὅτι δῶρον ἑταιρίδος τινός· οἱ δέ, ὅτι παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐδόθη τῆς τοῦ θανάτου ἀποφάσεως σύμβολον. Ἦν γάρ, φασίν, ἀνάξιον μετὰ τῶν ὀθονίων τετάχθαι τῶν βεβήλων τὸ δώρημα. Ταῦτα οὖν ἡγητέον γραῶν κατασαπεισῶν μυθικὰ ληρωδήματα, καὶ φαύλης διανοίας ἀτελῆ ἀμβλοθρύδια. Καὶ βέλτιον μὲν ἴσως ταῦτα παραδραμεῖν ἀμνημόνευτα. Ἀλλ' ἵνα μὴ τῶν ἁπλουστέρων ἡ ἀκοὴ τοῖς τοιούτοις ληρήμασιν ὑποκλέπτοιτο, δεῖν ἔγνων ἐλέγξαι τὸ μυθῶδες αὐτῶν. Πρὸς μέντοι τοὺς πολυπραγμονοῦντας διὰ τί τῶν ὀθονίων ἀποκεκριμένον ἦν τὸ σουδάριον, φαμὲν ὡς αὐτὴ ἡ τοῦ πράγματος ἀκολουθία οὕτω κεῖσθαι τὸ σουδάριον παρεσκεύασεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ μὲν Δεσποτικὴ κεφαλὴ τούτῳ ἐμπεριείληπτο, τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν σῶμα τοῖς ὀθονίοις ἐνείλικτο, ἀναστάντος τοῦ Κυρίου καὶ ὑπεκστάντος τῶν ὀθονίων, συνέβη ἕκαστον διαμεῖναι ᾗ τόπου ἦν. Τοσοῦτον οὖν ἐκεκύλιστο τῶν λοιπῶν τὸ σουδάριον, ὅσον τὴν κεφαλὴν τοῦ λοιποῦ σώματος διίστησιν ὁ αὐχήν. Διὸ καὶ ἐντετυλιγμένον ἦν οὕτω, καθὼς ἦν ἐν τῇ ἀχράντῳ καὶ θείᾳ κορυφῇ. Ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ ἁπλουστέρα λύσις, ἀκόλουθος τοῦ ζητήματος.

Εἰ δὲ πρὸς τὰ ἐνδότερον βούλει χωρῆσαι, καὶ κατοπτεῦσαι τὰ μυστικώτερα, εὕροις ἂν ἀξιόχρεων χειραγωγὸν τὸν Νυσσαέα Γρηγόριον, τῷ ἰδίῳ λόγῳ χειραγωγοῦντά σε πρὸς τὰ ὑψηλότερα. Τί γοῦν ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων μανθάνομεν; Κεφαλὴν μὲν νοεῖν τὴν τοῦ Λόγου θεότητα, καὶ σῶμα λοιπὸν τὴν ἀνθρωπότητα. Ἀκολούθως οὖν ὀθόνια μὲν οἱ περὶ τῆς οἰκονομίας λόγοι, οἱ παντὶ βουλομένῳ ἐρευνητικοὶ καὶ ἁπλωμένοι τυγχάνουσι. Τὸ τῆς κεφαλῆς δὲ σουδάριον τοὺς ἀποκεκρυμμένους καὶ ὑπὲρ νόησιν λόγους τῆς θεολογίας αἰνίττεται· οἱ τετυλιγμένοι ὀφείλουσιν διαμένειν διὰ παντὸς, ὡς ἄῤῥητοι καὶ ἀνέκφραστοι. Τοῦτό τοι καὶ Μωϋσέα ἐπὶ τοῦ

A Sedenim hoc loco quidam curiosæ mentis homines et audacis linguæ multas fabulas mendacia-que confingunt, causasque commentitias reddunt, quare sudarium cum linteaminibus positum simul non fuerit. Et alii quidem donum scorti cujusdam fuisse, alii vero a Judæis datum ut signum esset sententiæ latæ de morte. Atqui indignum dicunt futurum fuisse, si cum sindone profanorum dona conjungerentur. Hæc igitur anicularum putrescentium nugæ et pravæ mentis abortus existimanda sunt. Et satius fortasse fuerat hæc prætermittere, nec commemorare. Sed ne simpliciorum aures fabellis hujuscemodi capiantur, fabulosa eorum dicta redarguenda judicavi. **243** Ad eos igitur qui tenentur studio intelligendi, quid causæ fuerit, cur B a sindone sudarium fuerit separtaum, dicimus rei gestæ rationem et ordinem ita postulasse, ut sudarium ita jaceret. Quoniam enim Domini caput eo circumvolutum fuerat, linteaminibus vero reliquum omne corpus implicitum, resurgente Domino atque a linteaminibus exsiliente, contigit unumquodque eodem loci ubi fuerat remanere. Tantum igitur aberat a cæteris sudarium involutum, quanto intervallo cervix a reliquo corpore disterminat caput. Quamobrem etiam ita involutum erat, sicuti in illo immaculato ac divino fuerat capite. Atque hæc quidem simplicior magisque congruens solutio quæstionis.

Si vero ad interiora pervadere studes, et magis C mystica contemplari, invenies dignum fide ducem Gregorium (38) Nyssenum, qui te suamet oratione ad altiora manuducat. Quid igitur ex ejus discimus verbis? Per caput quidem Verbi divinitatem intelligi, per corpus vero reliquum, humanitatem. Atque adeo consequens est, ut linteamina sint rationes illæ de dispensatione consilioque divino, quæ ab omnibus volentibus indagari possunt et explicari. Capitis vero sudarium occultior illa, et quæ supra intelligentiam est, de divinitate doctrina; quæ sane involuta semper oportet ut maneat, utpote arcana, quæque explicari non potest verbis.

Francisci Scorsi notæ.

(38) *Dignum fide ducem Gregorium.* Elogia Gregorii Nysseni, quem noster studiose laudat, et assectatur, habes hom. 16, not 00, quod pertinet ad hunc locum; sic ille, circa separationem linteaminum mystice philosophatur orat. 2, *De Resurr.* (regeram enim huc ejus doctrinam, quæ eadem est ac Theophanis, et alter ab altero explicatur): Ἅμα δὲ καὶ μυστήριον παρεδήλου θεοπρεπὲς, ὡς ἡ κεφαλὴ, τῆς θεότητος τάξιν ἐπέχουσα κατὰ τὸ, ἡ κεφαλὴ τοῦ Χριστοῦ ὁ Θεὸς, καὶ οἱ περὶ αὐτῆς λόγοι μένουσι, καὶ μετὰ τὴν ἀνανθρώπησιν οἱονεὶ εἰλημμένοι, καὶ ἀδιάλυτοι κἂν τὰ κάτω τὰ περὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, καὶ τὴν ἐπὶ γῆς μετὰ ἀνθρώπων ἀναστροφὴν ὧν τύπος ἦν τὰ ὀθόνια κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν διαλέλυται τε καὶ ἐψηλάφηται. Hoc est ex Laurentii Sifanii interpretatione: *Simul autem etiam mysterium a divina majestate haud alienum innuebat: nimirum quod caput deitatis locum obtinens (juxta illud, « caput Christi Deus ») et qui de eo exstant sermones, manent circa carnis humanæ assumptionem quasi involuti, atque indissolubiles,* D *etiamsi inferiora, quæ circa dispositionem, et administrationem, quam in carne peregit, et circa eam, quam cum hominibus in terra conversationem habuit (quarum rerum figura linteamina erant) acciderunt, quantum ejus fieri potuit, a nobis dissoluta atque contrectata sint.* Ita Sifanius, qui videtur legisse κατὰ τὴν ἀνανθρώπησιν, cum verterit *circa carnis assumptionem.* Alioqui vertendum erat *etiam post assumptionem carnis humanæ;* ita enim præpositio μετὰ et sensus etiam Gregorii requirit, vult siquidem rationes de Christi divinitate etiam post assumptam humanitatem manere involutas, ut quæ comprehendi humana mente non possint; at vero ea quæ a Christo opera et miracula gesta sunt. Passio etiam et mors aliaque hujusmodi ad humanam naturam pertinentia facilius cognosci, quæ D. Paulus I Cor. III, lac appellat, illa vero superiora escam: *tanquam parvulis in Christo lac vobis dedi, non escam.* Ex quorum verborum intellectu ratiocinatur etiam infra Theophanes hom. 36, ubi de apparitione facta in mari Tiberiadis. Vide notas ibi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Hoc etiam a Moyse in typico agno immolari solito in Pascha lege sancitum animadvertimus [63]. Jubet enim manducari carnes, et ex ossibus quidquid mandi potest; ossa vero non comminui, nec attingi interiora vult. Quo sane docemur ænigmate de incarnati Verbi consilio, ac de divinitate quantum a nobis capi liceat esse indagandum : quæ vero neque speculari neque comprehendere possumus, ea a nobis non attingenda, sed relinquenda potius veluti involuta in thesauris ejus, qui cuncta scrutatur et cognoscit Spiritus, qui cum Patre et Filio simul adoratur et glorificatur, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A τυπικοῦ ἀμνου, τοῦ κατὰ τὸ Πάσχα θυομένου, συμβολικῶς ὁρῶμεν νομοθετήσαντα. Κελεύει γὰρ τὰς μὲν σάρκας περιεσθίειν, καὶ τῶν ὀστέων ὅσον ἐδώδιμον, μὴ μέντοι συντρίβειν τὰ ὀστᾶ, μηδ' ἅπτεσθαι τῶν ἐντός · διδάσκοντος τοῦ αἰνίγματος, τοὺς μὲν τῆς οἰκονομίας λόγους, καὶ τοὺς περὶ θεότητος, ὅσον ἡμῖν ἐφικτὸν ἐρευνᾷν, τῶν δὲ δυσθεωρήτων καὶ ἀκαταλήπτων μὴ ἅπτεσθαι, ἀλλ' οἷον ἐντετυλιγμένα ἐᾷν ἐν τοῖς θησαυροῖς τοῦ ταῦτα ἐρευνῶντος καὶ γινώσκοντος Πνεύματος, τοῦ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνουμένου, καὶ δοξαζομένου, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

244 HOMILIA XXXIV.

In octavum Matutinum.

« Maria stabat ad monumentum foris plorans; cum ergo fleret inclinavit se, et prospexit in monumentum, et vidit duos angelos in albis [64]. » Cum paulo ante discipulorum coryphæus et dilectus discipulus ad sepulcrum vivificum concurrissent, et linteaminibus visis, cepissent resurrectionis argumentum, christifera Magdalena (39) subsistit, et

ΟΜΙΛΙΑ ΛΔ'.

Εἰς τὸ ὄγδοον Ἑωθινόν.

« Μαρία εἱστήκει πρὸς τὸ μνημεῖον, κλαίουσα ἔξω. Ὡς οὖν ἔκλαιε παρέκυψεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς. » Ἄρτι τοῦ κορυφαίου τῶν φοιτητῶν, καὶ τοῦ ἠγαπημένου τῶν μαθητῶν πρὸς τὴν ζωηφόρον δεδραμηκότων σορὸν, καὶ τὴν τῶν ὀθονίων θέαν τεκμήριον εἰληφότων τῆς ἀναστάσεως, ἡ χριστοφόρος Μαγδαληνὴ ἔμεινεν

[63] Exod. xii, 46 seqq. [64] Joan. xx, 11 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(39) *Christifera Magdalena.* Θεοφόρον appellat S. Mariam Magdalenam eo sensu quo sanctos viros Græci scriptores, et Patres θεοφόρους, hoc est ad verbum, quo multi utuntur, *deiferos :* alii vero *divinos, Deo plenos*, interpretantur; ut plane eosdem θεοφόρους appellari censeant, quos θείους, et θεσπεσίους iidem Græci. Ita S. Ignatius Martyr ad primigenios Christianos scribens θείους θεσπεσίους, Μακάριοι οὖν ἐστε ὑμεῖς, ὦ θεοφόροι. *Beati igitur estis vos, o Deiferi.* Et S. Polycarpus dictus est a Suida ὁ θεοφόρος Πολύκαρπος, Deifer Polycarpus, et S. Paphnutius θεοφόρος in *Menol. Græcorum*, in quo passim multos eo nomine insignitos legas. Ipse vero S. Ignatius Martyr ab eodem Suida θεοφόρος dictus; a S. Maximo θεῖος, qui et alios eodem nomine, ut æqui ponderis affecit. Sed quod pertinet ad S. Ignatium, ei non ut epitheton, sed ut agnomen attributum fuisse θεοφόρον ostendit Petrus Alloix Soc. nostræ in ejus Vita, seu potius in Adnot. ad Vitam a se conscriptam. Ostendit autem ex eo quod ipse in plerisque inscribendis epistolis se Θεοφόρον vocat, nunquam id facturus, quæ ejus modestia, et demissio erat animi, nisi cognomen quo communiter ab omnibus nominaretur, et non epithetum laudis honorificum fuisset; inditum autem id cognominis idem censet, ex quo Christus eum manibus in hac vita suis contrectarit; tanquam ex eo in Ignatii corpore, non solum in intimis medullis ille Deus homo resideret. Fuisse autem S. Ignatium puerum eum, quem Christus suscepit, et de quo dixit : *Nisi efficiamini sicut parvulus iste*, etc., probat multis conjecturis, quæ legi apud ipsum possunt, qui et pluribus explicat, quo sensu dicantur cæteri SS. Patres θεοφόροι, a cujus explicatione nostra non discrepat. Dicti enim sunt quia animæ sanctorum sedes sunt Dei, eumque non anima sua solum, sed etiam corpore portant, in qua crucis mortificationem circumferunt, juxta illud S. Pauli ad I Corinth. cap. vi : *Glorificate et portate Deum in corpore vestro.* Ad quem locum D. Thom., *Ut equus*, ait, *portat dominum et sessorem, et ad ejus voluntatem movetur, ita corpus Dei voluntati et obsequio mancipatur.* Ita D. Thomas, cui etiam consonat illud David Psal. lxxii : *Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum.* Ita enim sancti viri Deo, quicum conjunctissime vivunt, et cujus ad nutum omnia sua moderantur, dicere vere possunt.

Sed ut ab humilioribus ad sublimiora exempla traducamur, eo itidem modo sancti homines appellantur θεοφόροι, quo S. Dionysius ordinem angelorum, qui Throni appellantur Θεοφόρους vocat, in quem locum ita S. Maximus ejus scholiastes : Ὅτι καὶ τὸ τῶν ἁγίων θρόνων τάγμα θεοφόρων εἶπεν Διονύσιος ὡς φέρον ἐπαναπαυόμενον νοητῶς τὸν Θεόν · *Adverte eum etiam* (Dionysium) *sanctorum thronorum ordinem Deiferum dixisse, tanquam ferentem Deum modo intelligibili superquiescentem.* Ita S. Maximus. Redeo ad S. Magdalenam, quæ non minori jure ac S. Ignatium alii, ex contactu Christi vocare potuit noster Χριστοφόρον. Quæ ex quo ejus pedes tetigit, et ab illo contacta in fronte fuit, Christum non solum animo, sed etiam corpore portavit suo, maximeque in impressis digitorum Christi notis in fronte, ut traditur. Neque id vocabulum a nostro primum novatum, sed ab antiquissimis Patribus acceptum. S. Cyrillus Hierosolym. *Cath. mystag.* vi, eos qui recens sunt baptizati Χριστοφόρους vocat qui corpus et sanguinem Christi in Eucharistia suscipiunt : Οὕτω γὰρ, inquit, καὶ Χριστοφόροι γινόμεθα, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδιδομένου μέλη, *Sic Christiphori* (malim Christiferi) *erimus, hoc est Christum ferentes, cum ejus corpus et sanguinem in membra nostra receperimus.* Et ibidem : Οὕτω κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον θείας κοινωνοὶ φύσεως γινόμεθα. *Ita, ut beatus Petrus dicit, divinæ consortes naturæ efficimur.* Ita Cyrillus. Atque eadem et communi cum cæteris sanctis ratione et sua propria, quam prætuli merito atque optimo jure S. Magdalena Χριστοφόρος dicta a Theophane. Verti autem id vocabulum Christiferum. Quidni enim hoc bene Latine usurparem, vocemque novam componerem potius quam Christophorum dicere, ad similitudinem multorum, quibus poetæ Latini recte utuntur, flammifera letifera, vitifera, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐμφιλοχωροῦσα τῷ μνήματι, καὶ περιενόστει ἀλύουσα, καὶ λιβάδας δακρύων ἐνστάζουσα, τῇ ἐπιμόνῳ προσεδρίᾳ ὑψηλότερόν τι καραδεχοῦσα μαθεῖν. Ὡς δὲ παραθαῤῥύνασα ἑαυτὴν, εἴσω τοῦ θεοδόχου παρέκυψε μνήματος, ἀγγελικὴ ὀπτασία ἐπιπίπτει εὐθύς. Δύο γὰρ αὐτῇ λευχειμονοῦντες ἐφάνησαν ἄγγελοι ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἔνθα τὸ θεῖον ἔκειτο σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ ἐπειδὴ τὸ σουδάριον τῶν λοιπῶν ἐκεχώριστο, ἄτερος μὲν ἐμφανίζων πρὸς τὴν κεφαλὴν καὶ τηρῶν τὸ σουδάριον, ἄτερος δὲ πρὸς τοῖς ποσὶ, φρουρῶν τὰ ὀθόνια. Τοῦτο δὲ ἦν ἄρα σύμβολον τῶν ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεων· εἰκόνιζε γὰρ ἡ μὲν κεφαλὴ τὴν θεότητα, οἱ δὲ πόδες τὸ πρόσλημμα. Ἐπεὶ γοῦν κατατεθεῖσα ἡ τοῦ Λόγου σὰρξ ἐν τῷ μνήματι τῶν τῆς θεότητος αὐχημάτων ὑπῆρχεν ἀχώριστος, τοῦ Δεσπότου τὸν τόπον οἷα παστάδα περιεφρούρουν οἱ ἄγγελοι, δεικνύντες τῇ μυροφόρῳ, ὅτι μὴ ψιλὴ σὰρξ ἐν τῷ τάφῳ ἐτέθαπτο, ὑποστῆναι δυναμένη κλοπήν. Καί μοι τοῦ πράγματος ἀγάσθητι τὸ παράδοξον· πῶς; Πέτρῳ μὲν καὶ Ἰωάννῃ κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν προεφιστᾶσι μόνα ὡράθησαν τὰ ὀθόνια, ὡς ἐδόκει, παρ' οὐδενὸς φυλαττόμενα; Οἱ γὰρ ἱεροὶ νόες, καίτοι παρόντες, ἦσαν ἀθέατοι· τῇ δὲ γυναικὶ γέγονε τὰ τῆς ὀπτασίας ἀντίστροφα. Τὰ γὰρ ὀθόνια ὑπεκρύβησαν, οἱ δὲ ἄγγελοι ὤφθησαν. Διατί; Ὅτι τοῖς μὲν μαθηταῖς μείζονος οὔσι φρονήματος ἱκανὴ πρὸς πληροφορίαν ἦν τῶν ὀθονίων ἡ θέα· τῆς δὲ γυναικὸς τὴν ἀσθένειαν μόλις ἂν ἔπεισεν ὄψις ἀγγελικὴ, καὶ αὐτὴ τοῦ Ἰησοῦ ἡ ἐμφάνεια. Ἴσως δὲ καὶ οἱ μαθηταὶ, εἰ τὴν προσεδρίαν τῆς γυναικὸς ἐμιμήσαντο, τῆς ἴσης ἂν ἀποκαλύψεως ἔτυχον.

A circa illud libenter immorata perlustrabat omnia mœrens et lacrymis manans, constantique perseverantia dum sublimius aliquid cognosceret, opperiebatur. Ubi vero sibi ipsi animos addens in monumentum illud divinitatis hospitium introspexit, in angelorum conspectum subito incidit. Duo enim illi candidati visi sunt angeli eodem in loco, ubi positum fuerat corpus Jesu. Et quoniam sudarium a cæteris linteaminibus sejunctum erat, alter quidem ad caput visus sudarium servans, alter ad pedes custodiens linteamina. Hoc vero fortasse duarum in Christo naturarum symbolum erat; nam caput quidem divinitatem, pedes vero assumptam significabant carnem. Quoniam igitur in monumento deposita Verbi caro a gloria divinitatis sejuncta non B exsistebat, ad Domini locum, veluti ad thalamum excubabant angeli; ut nimirum mulieri unguentiferæ indicarent, non nudam carnem in eo tumulo fuisse sepultam, ita ut rapientis violentiæ subjaceret. Et vero illud in hoc facto admirandum considera: qui enim Petro ac Joanni, qui eadem ipsa hora ad sepulcrum adfuerant, sola lintea visa sunt, a nemine, ut videbatur, asservata? Sanctæ scilicet mentes quamvis præsentes erant, oculis tamen non objiciebantur: at vero mulieri visionis ratio omnis est commutata. Illi enim linteamina quidem invisa, angeli vero visi fuerunt. Quid hoc? Nimirum quod discipulis utpote sapientioribus satis ad certam plenamque resurrectionis fidem faciendam erat spectasse linteamina; infirmitati vero mulieris vix angelorum visio, et ipsa Jesu apparitio ad suadendum C perseverantiam imitati fuissent, ejusdem etiam participes visionis fuissent.

satis. **245** Fortasse vero etiam discipuli si mulieris

Ἡ μὲν οὖν Μαρία, ἐκπλαγεῖσα τῇ μορφῇ τῶν ἀγγέλων καὶ αὖος γεγονυῖα, τῷ παραδόξῳ θεάματι ὑπότρομος ἵστατο· οἱ δὲ ἄγγελοι, λύοντες αὐτὴν τῆς ἀγωνίας, φιλοπευστοῦσι δῆθεν τὴν τῶν δακρύων αἰτίαν μαθεῖν, διὰ τῆς ἐμφανείας καὶ τῆς φωνῆς ἀπάγοντες αὐτὴν τοῦ οἴεσθαι κλαπῆναι τὸν Κύριον. « Γύναι, τί κλαίεις; » Τί νομίζεις κλοπὴν ὑποστῆναι τὸν ὑπὸ τοιούτων φυλάκων φρουρούμενον; Ὁρᾷς ἀγγέλους ἐφεζομένους, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶ, καὶ συληθῆναι νομίζεις τὸν θησαυρόν; Καὶ τίς οὗτος νεκροσύλης ἀναιδὴς, ἢ τυμβωρύχος θρασὺς, ὡς βασιλέα κλέψαι παρατάξει ἀγγελικῇ φυλαττόμενον; Ἀλλ' ἦν ἄρα ἡ Μαγδαληνὴ τοσοῦτον ἠλίθιος, ὡς μηδέν τι τῶν ὄντων ἐκ τούτου καταστοχάσασθαι· ἔτι γὰρ τῆς αὐτῆς ὑπολήψεως εἶχετο, καὶ φησι· « Ἦραν τὸν Κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. » Ὃ πρότερον εἶπε Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ, τοῦτο καὶ τοῖς ἀγγέλοις λαλεῖ. Ἀλλ', ὦ τῆς καλῆς καρτερίας! ὦ τῆς ἐπαινετῆς πολυπραγμοσύνης! οὐ παρεῖδεν αὐτὴν ὁ ποθούμενος· οὐκ

Maria igitur angelorum specie stupefacta, et inopinato illo spectaculo, horrore ac tremore occupata stabat. At vero angeli, ut eam ab illa anxietate liberarent, sciscitantur veluti cupidi cognoscendi de causa lacrymarum: ut aspectu simul ac sermone ab ea illam opinione deducerent, quod illinc esset furto sublatus Dominus. « Mulier, quid ploras? » Quid reris obnoxium furto fuisse eum, qui ab hujusmodi excubitoribus custoditur? vides angelos unum ad caput, ad pedes alterum considentes, et sublatum thesaurum existimas? Quis vero tam impudens mortuorum raptor, et tumulorum effossor, D ut regem raperet angelorum acie communitum? Sed erat utique tam hebes Magdalena, ut nihil ejus quod res erat, ex hoc caperet argumenti. In sua enim opinione etiamnum persistebat, et « Tulerunt, inquit, Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. » Quod antea Petro ac Joanni, idem nunc angelis dicit. Verum, o præclaram constantiam, o laudabilem curiositatem! non eam neglexit is qui

Francisci Scorsi notæ.

Jam vero si quid ex profanis fontibus ad hanc rem hauriendum, et ipsi dicebant amicos suos ferre in oculis, in se sic locutus Q. Cicero in epist. ad Tironem: *Te, ut dixi, fero in oculis.* M. Cicero ad ipsum Quinctum, *Balbum in oculis fero*, et Ter., etc., Eunuch. *Rex te ergo in oculis?* Orat. pro Planc. de iis qui amari volunt, dixit M. Tullius idem, *habitare in oculis eorum, quos in amorem sui trahere volunt.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erat in desiderio; nec permisit in incredulitatis imo demergi is qui erat in quæstione, sed fervidum desiderium videns ultro illi adest. « Conversa enim retro, videt Jesum stantem: et non sciebat quia Jesus est. » Quid vero illam adduxit, ut initum cum angelis colloquium intercideret, et retrorsum sese converteret? Ex ipso aspectu habituque angelorum quemdam sibi dorso imminentem sensit. Accedente enim Domino angeli statim assurrexerunt, indicantes aspectus mutatione, quis advenisset. Quo sane viso Maria et ipsa convertit obtutum, nec vero agnovit, quis esset, qui eam interrogabat: « Mulier, quid ploras? quem quæris? » Vel nimio diei splendore, vel fluentibus affatim lacrymis obtusa oculorum acie; seu potius factum id est divinæ potentiæ dispositione. « Mulier, quid ploras? quem quæris? » reprehendentis verba sunt, et incredulitatem exprobrantis: sic enim visus est dicere: Cum me una cum alia Maria videris (40), et pedes fueris amplexata, etiam nunc in ambiguo versaris? Sed neque reprehensionem sensit, nec ipsum loquentem agnovit; existimans vero illius horti esse **246** curatorem, ait illi: « Si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum, et ego eum tollam. » Bene ipsum reputavit horti cultorem: novus quippe erat Adam, qui primum illum horti cultorem, atque custodem illius, inquam, horti Edem totum in se receperat: et in horto traditus et in horto sepultus fuerat, ut nimirum paradisi hortum iterum Adamo largiretur. « Si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum. » Quid mortuum, inquit, hinc transtulisti? an abhorrens ipsum, nec in tuo illum horto jacere facile passus, per contemptum et incuriam eum abjecisti insepultum? dic mihi quo eum transposuisti, ut onus hoc, quod facile complecti ulnis et gestare potero, quo voluero ipsa reportem. Quid igitur Salvator? Tanta eam mentis tarditate teneri, nec quidquam de resurrectione cogitare videns, sola compellatione eam excitat ad bene sentiendum. « Maria, » conversa suavem illam vocem agnovit, et omnibus cumulata lætitiis respondit, « Magister. » Cum primum consuetam agnovit salutationem, continuo immaculatos illos pedes tenere festinavit, sed ab illo conatu prohibetur, et audit: « Noli me tangere, » Ne appropinques, inquit, neque me tangere attentes; non enim etiam nunc carnis

A ἀφῆκε τῇ ἀπιστίᾳ βυθίζεσθαι ὁ ζητούμενος· ἀλλὰ τὸν ζέοντα πόθον ἰδὼν, αὐτομάτως ἐφίσταται. « Στραφεῖσα γὰρ ὀπίσω, βλέπει τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι Ἰησοῦς ἐστι. » Τί δὲ τὸ πεῖσαν αὐτὴν καταλεῖψαι τὴν μετ' ἀγγέλων διάλεξιν, καὶ ὑποστρέψαι εἰς τὰ ὀπίσω; Ἐκ τῆς τῶν ἀγγέλων ὄψεως καὶ τοῦ σχήματος ᾔσθετό τινος; ἐπισχιάσαντο; αὐτῇ τὸ μετάφρενον. Ἐπιστάντος γὰρ τοῦ Κυρίου, οἱ ἄγγελοι εὐθὺς τῆς καθέδρας ἀνέθορον, τῇ μεταβολῇ τῆς ὄψεως τὸν ἐπιστάντα δηλώσαντες. Ὁ δὴ Μαρία θεασαμένη τὴν ὄψιν ὑπέστρεψεν· οὐ μὴν ἐπέγνω, τίς ἦν ὁ πυθόμενος· « Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; » Τῆς τε ἡμέρας διαυγαζούσης, καὶ τῆς ὄψεως τῇ ῥοῇ τῶν δακρύων ἀμβλυνομένης, μᾶλλον δὲ τῆς θείας δυνάμεως τοῦτο οἰκονομία.

B « Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; » ἐπιπλήττοντός ἐστι τὸ ῥῆμα, καὶ τὴν ἀπιστίαν κατονειδίζοντος· ἔοικε γὰρ τοῦτο λαλεῖν· Μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας θεασαμένη με, καὶ τοὺς πόδας κρατήσασα, ἔτι μένεις ἀμφίβολος; Ἀλλ' οὔτε τῆς ἐπιπλήξεως ᾔσθετο, οὔτε αὐτὸν ἐπέγνω τὸν λέγοντα· οἰηθεῖσα δὲ τὸν τοῦ ἐκεῖσε κήπου εἶναι μελεδωνὸν, λέγει αὐτῷ· « Εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι ποῦ ἔθηκας αὐτὸν, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ. » Καλῶς αὐτὸν κηπουρὸν ὑπετόπασεν· νέος γὰρ ἦν Ἀδὰμ, τὸν πρῶτον κηπουρὸν καὶ φύλακα, τὸν τῆς Ἐδὲμ κήπου ὅλον ἀναδεξάμενος· καὶ ἐν κήπῳ παραδοθείς, καὶ ἐν κήπῳ κατατεθείς, ἵνα τὸν κῆπον τοῦ παραδείσου τῷ Ἀδὰμ αὖθις χαρίσηται. « Εἰ σὺ

C ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι, ποῦ ἔθηκας αὐτόν. » Τί μετέθηκας, φησὶ, τὸν νεκρόν; βδελυττόμενος ἴσως, καὶ μὴ θέλων ἐν τῷ κήπῳ σου κεῖσθαι αὐτὸν,' καὶ ὀλιγώρως καὶ ἀκηδῶς ἔρριψας ἄταφον; εἰπέ μοι, ποῦ τοῦτον μετέθηκας, ἵνα αὐτὴ τὸ εὐάγκαλον τοῦτο φορτίον βαστάσασα, μετακομίσω ἔνθα δὴ βούλομαι. Τί οὖν ὁ Σωτήρ; Τοσαύτῃ νωθείᾳ ἐνισχυμένην ὁρῶν, καὶ μηδένα λογισμὸν τῆς ἀναστάσεως ἔχουσαν, διὰ μόνης τῆς κλήσεως ἐπανάγει αὐτὴν εἰς συναίσθησιν. « Μαρία· » στραφεῖσα ἐπέγνω τὴν γλυκεῖαν φωνὴν, καὶ ἐκ περιχαρίας μάλα πολλῆς ἀπεκρίθη· « Διδάσκαλε· » ἐπιγνοῦσα τὸ σύνηθες πρόσρημα, καὶ ἅμα ὥρμησε τῶν ἀχράντων αὐτοῦ λαβέσθαι ποδῶν· ἀλλὰ τῆς ἐγχειρήσεως εἴργεται,

D καὶ ἀκούει· « Μή μου ἅπτου. » Μὴ προσεγγίσῃς, φησὶ, μηδὲ ἅψασθαι πειραθῇς· οὐ γὰρ ἔτι σαρκὸς ἐπιφέρω παχύτητα, ὡς ἁφαῖς ὑποκεῖσθαι ταῖς σαῖς. Κἂν τρόπῳ συγκαταβάσεως πρὸ μικροῦ τοὺς ἐμοὺς

Francisci Scorsi notæ.

(40) *Cum me una cum alia Maria videris.* Ita distinguit hæc visa Theophanes, non sine aliorum veterum Patrum auctoritate; de quibus vide dicta hom. 129, not. 2, 5, ut censeat Mariam Magdalenam una cum altera Maria vespere Sabbati primo exisse, iisque redeuntibus Christum oblatum in via. De qua visione Matth. cap. ult. Deinde venisse mane, ut ait Joan. cap. xx, et tunc ad monumentum, secundo visum ab ea Christum redivivum, atque ita procedit sententia hujus loci, quo objurgatam his verbis a Christo Magdalenam dicit: *Cum me una cum alia Maria videris*, etc. Verum probabilius videtur, quod censent alii Magdalenam una cum cæteris mulieribus venisse primum ad monumentum, et invento vacuo sepulcro, visisque angelis redisse nuntiatum discipulis quæ viderant et audierant: deinde cum Petro et Joanne eas reversas secundo ad monumentum, et cum visis modo linteaminibus regressæ aliæ cum discipulis essent, restitisse Magdalenam, ut narrat Joannes, vidisse primam omnium Christum, et concitato gradu assecutam cæteras in via tardius incedentes, et secundo una cum cæteris vidisse Christum et *Arsie* ab illo accepisse, et cætera, uti narrat Matthæus. Atque hæc brevis summa hujus historiæ quam plenius persequuntur interpretes, quos vide.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πόδας μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας κεκράτηκας, ἀλλ' ἐκεῖνο οἰκονομία ἦν καὶ βεβαίωσις τῆς ἐγέρσεως.

A crassitiem fero (41), quæque contactui tuo subjaceat (42). Et quamvis paulo ante demittere me, et

Francisci Scorsi notæ.

(41) *Non enim carnis crassitiem fero.* Est enim corpus spiritale, ut loquitur D. Paulus ad I Corinth. cap. XV, quod sic explicat Cornelius a Lapide : *Est enim subtile, carens crassitie illa et duritie repletiva, hoc est proprietate illa corporea quantitatis, qua omne corpus excludat. Erit enim corpus hac proprietate carens, subtile, et instar spiritus, ut omnia alia corpora penetret et pervadat.* Atque hoc itidem modo sanctus Joannes Damascenus id interpretatur, lib. IV *De orthodoxa fide*, cap. 28 : Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἤτοι παχύ τε καὶ θνητὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικὸν, ἄτρεπτον, ἀπαθὲς, λεπτὸν (τοῦτο γὰρ σημαίνει πνευματικῶς) οἷόν τι τοῦ Κυρίου σῶμα μετὰ τὴν ἀνάστασιν κεκλεισμένων τῶν θυρῶν διερχόμενον, ἀκοπίαστον, τροφῆς, ὕπνου, καὶ πόσεως ἀνενδεές · *Seminatur corpus animale, id est, crassum et mortale, resurget corpus spiritale, immutabile, impatibile, subtile* (*hoc enim designat spiritale*), *quale Domini corpus post resurrectionem clausis portis ingrediens, infatigabile, cibo, somno, et potu non indigens.* Hæc Damasc. Ex quibus vides idem esse crassum corpus, atque animale, et mortale, et opponi spiritali mutationis experti. Theophylactus etiam concinit in cap. XXIV Lucæ : *Domini enim corpus spiritus quidem non erat, sed spirituale, hoc est, absque omni crassitudine a spiritu gubernatum. Etenim corpus, quod nunc habemus animale est, hoc est ab anima regitur, et a naturalibus, et animalibus qualitatibus, ac viribus vivificatur. Quod autem post resurrectionem habebimus, spirituale nominavit Paulus, hoc est quod a Spiritu vivificetur et gubernetur.* Ex quibus intelliges genuinum sensum horum verborum Theophanis nostri et aliorum, cum crassitiem carnis negant corpori glorioso. Quod admonui, ne quis illa interpretur ex errore Origenis et Eutychii patriarchæ Constantin. qui etiam τὸ spiritale sancti Pauli ita explicabant ut esset corpus in spiritum, vel in corpus aerium vertendum, quod docte et breviter confutat noster infra hom. 24 : Ὅτι μὲν γὰρ τὸ σῶμα τὸ σαρκικὸν ἀνέστη σωματικὸν, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Πῶς γὰρ κεκλεισμέναι θύραι σῶμα ὑγκηρὸν ὑποδέχοιντο; οὐ μὴν αὖλιν μετεβλήθη οὐδ' εἰς φύσιν θεότητος, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ πεπονθὸς σῶμα μετεκοσμήθη δυνάμει θεότητος εἰς λεπτότητα πνεύματος. Μένει γε μὴν σῶμα θείᾳ δόξῃ μετηγλαϊσμένον, καὶ οὕτω γινώσκομεν ἄσαρκον μὲν, οὐκ ἀσώματον δέ · *Quod enim corpus carne constans spiritale resurrexerit, nemo negat : quo enim pacto clausæ januæ molem corporis excepissent? Verumtamen non in rem materiæ expertem, neque in deitatis naturam transmutatum est; sed ipsum quod passum fuerat corpus divinitatis potentia renovatum, et subtilitate spiritus ornatum est. Manet vero corpus divina refulgens gloria, atque ita cognoscimus illum carnis quidem, non corporis tamen expertem.* Hæc ipse Theophanes, quibus quid clarius ad veram de corpore glorioso sententiam explicandam? Quidquid enim spiritalis et subtilis in illo est, non ex alterius commutatione naturæ, sed ex divina potentia et ornamento, hoc est dotibus superadditis exsistere censendum est. Atque ex hoc recto et plano sensu sunt accipienda postrema illa verba, in quibus aliquid residere scrupuli videri possit, cum ait, cognosci Christum ἄσαρκον μὲν, οὐκ ἀσώματον δέ, sine carne quidem, non vero sine corpore. His enim verbis per carnem intelligit eam de qua supra animalem, et crassam, et morti subjectam. Ita vero loquitur alludens vel explicans illud Pauli ad II Cor. cap. V : *Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus;* quæ verba ita exponunt S. Chrysost., Theod. et synodus

B Billio interprete : *Gloriosum, et illustrem recepturum ut de vivis ac mortuis judicium ferat, non jam illum quidem carnem, nec corpore tamen vacantem, sed augustius divinusque corpus habentem, qualeque ipse solus novit.* Et propius hunc ad locum orat. 33 : Ὅτι μετὰ τοῦ σώματός ἐστιν οὗ προσλάβεν, κἂν μηκέτι κατὰ σάρκα γινώσκηται, τὰ σαρκικὰ λέγω πάθη, καὶ χωρὶς τῆς ἁμαρτίας ἡμέτερα · *Quoniam cum eo corpore quod assumpsit, quamvis non adhuc secundum carnem cognoscatur, carnales dico passiones, et citra peccatum nostras.* Demum S. Thomas id apertissime explicat p. III, qu. 56, art. 2, ad primum argumentum desumptum ex illis verbis Apostoli (*I Cor.* XV, 50) : « *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt.* » *Dicendum quod caro et sanguis ibi non accipitur pro culpa carnis et sanguinis, sed vel pro culpa carnis et sanguinis, sicut Gregor. dicit in* XIV Moral., *vel pro corruptione carnis et sanguinis; quia, ut*

C *Augustinus dicit ad Consentium* de Resurr. carnis, *epist.* 146, *non ibi erit corruptio et mortalitas carnis et sanguinis. Caro igitur secundum substantiam possidet regnum Dei, secundum quod dictum est* (*Luc.* XXIV, 39) : « *Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere,* » *caro autem, cum secundum corruptionem intelligitur, non possidebit. Inde continuo additum est verbis Apostoli :* « *Neque corruptio in corruptelam.* » Hæc ex D. Augustin. et D. Thoma eadem referente adduxi, ut intelligatur nomine carnis aliquando intelligi carnem corruptioni obnoxiam, atque ita intelligendum Theophanem nostrum, cum Christi corpus gloriosum ἄσαρκον vocat, carnis expers, qui alioqui in aliis locis ut hom. *De Ascens.* expresse vocat carnem corpus idem Christi gloriosum : Τίς οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; τοῦτ' ἔστιν, τίς ὁ ἀπὸ τῶν γηΐνων παραγενόμενος, καὶ σαρκὸς φέρων πρόβλημα ; *Quis hic rex gloriæ? hoc est, quis a terrestribus adveniens re-*

D *gionibus, et carnis integumentum ferens?* Et item alius locis, ut legenti patebit. Cæterum eamdem carnis crassitiem negant SS. Patres aliquando corpori primi hominis in statu innocentiæ eodem propemodum sensu, quatenus crassum corpus accipitur pro mortali, et corruptioni obnoxio. Quin etiam illud spirituale vocant, sed hoc intelligendum per quamdam proportionem et similitudinem ad corpus gloriosum; et moraliter potius quam physice, ut pluribus explicavimus supra, ad homiliam 24, nota 59.

(42) *Quodque contactui suo subjaceat.* Hoc præterquam quod ex dictis nota proxima recte sequitur, eo enim ipso quod spiritale et subtile sit corpus gloriosum, neque crassitiem carnis seu quantitatis resistentiam habeat modo explicato, tamen subtilius etiam explicari potest ex doctissimo theologo Francisco Suario soc. nostræ, qui ita philosophatur : *Corpus gloriosum non agit ex*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vobis accommodare volens, meos pedes una cum alia Maria tenueris, sed illud dispensatione quadam, et ad confirmandam resurrectionem est factum. Quoniam igitur cum oculis videris, et audieris auribus, et manibus tractaveris, adhuc incerta es, et quasi mortuum reversa quæris, ne me tangas, tanto incredulitatis (43) caligine circumfusa; vel fortassis illud : « Noli me tangere » spiritualem significat tactum; volebat enim investigare qua ratione resurrectionis mysterium esset dispositum. Igitur eam ab hujusmodi quæstionibus attingendis retrahit, atque ait : Ne igitur quæ supra te sunt curiosius nunc inquiras. Nondum enim hujusmodi mysterii doctrinam capere potes; quoniam « Nondum ascendi ad Patrem meum, » ut ad altiores contemplationes misso Spiritu sancto vos traham. Et fortasse etiam huc spectabat, quod ante dixerat : « Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum [85], exaltationem vocans ascensionem ad Patrem. **247** Ego igitur, inquit, ascendo ad Patrem meum, etiam cum corpore cum illo futurus. Tu vero abi, et hanc ascensionem discipulis nuntia : « Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum. » Non oportet vero offendi eos, qui sacras Litteras sciunt, si quidquid quod homini conveniat, propter assumptam humanitatem loquatur. Deum enim suum vocavit Patrem, ut qui naturam creatam assumpserat : eumdem vero nominavit Patrem, ut qui ejusdem erat essentiæ et naturæ. Est igitur ejus, secundum divinam essentiam, naturaliter Pater; noster vero per ipsum secundum gratiam. Quo vero modo dicamus Christum post resurrectionem non potuisse percipi (44) humano contactu investigemus, ut dicere cum Paulo possimus : « Et si novimus secundum carnem Christum (45), sed nunc jam non novimus [86]. » Cum primi parentis transgressio crassitiem carnis nobis induxerit (46), quam sermo

A Ἐπεὶ οὖν καὶ ὀφθαλμοῖς ἰδοῦσα, καὶ φωνῆς ἀκουτισθεῖσα, καὶ χερσὶ κατασχοῦσα, ἔτι μένεις ἀβέβαιος, καὶ ὡς νεκρὸν νοστοῦσα ζητεῖς, « μή μου ἅπτου, » τοσαύτης ἀπιστίας περικειμένη ἀχλύν. Ἡ τάχα τὸ, « Μή μου ἅπτου, » καὶ νοητὴν δηλοῖ ἁπαφήν· ἐβούλετο γὰρ ἐρευνῆσαι πῶς ᾠκονόμητο τῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον. Ἀποσπεύδει γοῦν αὐτὴν τοιούτων ἐρωτημάτων ἐφάπτεσθαι, καί φησι· Μὴ πολυπραγμόνει τὰ ὑπὲρ σὲ, οὔπω γὰρ ἐφικέσθαι δύνασαι μυσταγωγίας τοιαύτης· ἐπειδὴ « Οὔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου, » ὥστε πρὸς ὑψηλοτέρας θεωρίας ἐκλῦσαι ὑμᾶς διὰ τῆς τοῦ Παρακλήτου ἀποστολῆς. Καὶ τάχα πρὸς τοῦτο ἐφέρετο ὁ πρότερον ἔλεγεν· « Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν· » ὕψωσιν λέγων τὴν πρὸς τὸν Πατέρα B ἀνάβασιν. Ἐγὼ μὲν οὖν, φησὶ, ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα, συνεσόμενος αὐτῷ, καὶ μετὰ τοῦ σώματος. Σὺ δὲ ἄπιθι, καὶ εὐαγγελίζου τοῖς μαθηταῖς τὴν ἀνάληψιν· « Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Δεῖ δὲ μὴ σκανδαλίζεσθαι τοὺς τῶν θείων Γραφῶν ἐπιστήμονας, εἴ τι τῶν ἀνθρωποπρεπῶν διὰ τὴν οἰκονομίαν λέγει Χριστός. Θεὸν μὲν γὰρ τὸν Πατέρα ἐκάλεσεν, ὡς τὴν κτιστὴν φύσιν ἀναλαβών· τὸν αὐτὸν δὲ Πατέρα ὠνόμασεν, ὡς τῆς αὐτῆς ὢν οὐσίας καὶ φύσεως. Ἔστι μὲν οὖν ἐκείνου, κατὰ τὴν θεϊκὴν οὐσίαν, φύσει Πατὴρ, ἡμῶν δὲ χάριτι Πατὴρ δι' αὐτοῦ C Οἵῳ δὲ τρόπῳ φαμὲν γενέσθαι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνθρωπίναις ἁφαῖς οὐ ληπτὸν, ἀνιχνεύσωμεν, ὡς ἂν δυνηθῶμεν μετὰ Παύλου εἰπεῖν· « Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν· » τῆς τοῦ προπάτορος παραβάσεως τὸ πάχος τὸ τῆς σαρκὸς προξενησάσης ἡμῖν, ὅπερ ἡ θεολογία δερματίνους χιτῶνας ἐκάλεσεν, ὁ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ τὴν φύσιν ἐπανορθώσασθαι, γέγονε μὲν ὅπερ ἦν ὁ Ἀδὰμ μετὰ τὴν παράβασιν· παθὼν δὲ καὶ ἀναστὰς, μετεστοιχείωσε τὴν φύσιν εἰς ὅπερ

[85] Joan. XII, 32. [86] II Cor. V, 16.

Francisci Scorsi notæ.

necessitate naturæ, et alioqui habet dotem subtilitatis : unde fit ut, si velit, possit resistere tactui, neque per qualitates elementares illud immutare, et ideo si noluerit, non poterit palpari. Deinde potest si velit sua quantitate resistere alteri corpori non utendo dote subtilitatis, nec se penetrando cum eo, neque illi cedendo ; et tamen nihil efficere in aliud corpus, neque per suas qualitates tactiles illud immutando, aut speciem intentionalem imprimendo, quia hæc actio, ut dixi, est libera corpori glorioso, et non est necessario conjuncta cum priore resistentia ; atque hoc modo potest corpus gloriosum resistere, et non palpari ad eum modum quo id posset contingere in corpore cœlesti. Potest autem corpus gloriosum suo etiam arbitrio resistere tactui, immutando illud per qualitates sensibiles, atque hoc modo potest palpari. Est ergo ut ita dicam, corpus gloriosum palpabile voluntarie et libere, non ex necessitate. Hæc ex Suario excripsi, ut animadverteres quam theologice noster paucis verbis idem expresserit, cum dicit : Οὐ γὰρ ἔτι σαρκὸς ἐπιφέρω παχύτητα ὡς ἁφαῖς ὑποκεῖσθαι ταῖς σαῖς· *Non enim etiam nunc carnis crassitiem profero, quæque contactui tuo subjaceat.* Et idipsum paulo infra cum ait : *Per dispensationem factum, ut a mulieribus aliis tangeretur.* Nimirum quia ita voluit ad confirmandum resurrectionis mysterium.

(43) *Incredulitatis.* Tres explicandi modos, quos affert hic auctor circa illa verba : *Noli me tangere*, quæ multimodis ab interpretibus et Patribus declarantur, primum ob subtilitatem corporis gloriosi, secundum ob mulieris incredulitatem, tertium de spiritali tactu, afferunt etiam S. Justinus Martyr quæst. ad orthodox. 48, et S. Cyrillus, lib. XII *in Joan.* ; S. Chrysost. hom. *de S. Joanne Baptista* ; S. Ambros. serm. 58 ; et in Psal. XLV, et lib. Comm. in Luc. X ; S. Hieronym. quæst. 5, Hebidiam ; S. August. epist. 58 ; S. Gregor. Nyss. orat. 2, *de Resurrect.* citati a Maldonato *in Joan.* cap. XX.

(44) *Non potuisse percipi.* Ex necessitate scilicet ut in corpore adhuc mortali usuvenit, quod posito contactu alterius corporis necessario sensu percipitur, ut explicatum est not. proxima 4 et 5.

(45) *Et si novimus secundum carnem Christum.* Sensu jam explicato paulo supra not. 42.

(46) *Crassitiem nobis induxerit.* Eam, quæ dicta est supra not. 42, et præsertim ad hom. 54, not. 59.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἦν ὁ ἄνθρωπος πρὸ τῆς παραβάσεως, τοὺς προϋφαν- A θέντας χιτῶνας ἀπεκδυσάμενος. Ἀνάστασις γάρ ἐστιν ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις· ἣν καὶ ἡμεῖς ἀπεκδεχόμεθα ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ λαβεῖν, χάριτι τοῦ μεταστοιχειώσαντος δι' ἑαυτοῦ καὶ ἀφθαρτίσαντος τὴν φύσιν ἡμῶν, τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

divinus pelliceas appellat tunicas (47), qui ad naturam nostram restituendam venit, factus est quidem quod Adam post transgressionem (48) : postquam passus est, et resurrexit reformavit naturam (49) ad id, quod erat homo ante transgressionem exuens tunicas ante contextas. Resurrectio enim in pristinum statum est restitutio : quam et in regeneratione consequi exspectamus, gratia ejus qui per se ipsum reformavit, et incorruptione donavit naturam nostram, Domini, et Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΕ'.

Εἰς τὸ ἔσπερας ἑωθινόν.

« Οὔσης ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι. » Ζητητέον τοῖς τῶν ἱερῶν Λογίων ἐξεταστοῖς, διά τί ταῖς μὲν γυναιξὶ, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, καὶ ὄρθρου βαθέος ὤφθη Χριστὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τοῖς δὲ μαθηταῖς, πέρας ἤδη λαβόντος τοῦ ἡμερινοῦ διαστήματος. Καὶ κατὰ μὲν τὸ τῆς ἱστορίας ἀκόλουθον, ἐπειδήπερ εἰκὸς ἦν τοὺς μαθητὰς, ἡμέρας μὲν ἄλλον ἀλλαχοῦ διασκίδνασθαι, ὡς ἔστι τεκμαίρεσθαι ἀπὸ τῶν πορευθέντων εἰς Ἐμμαοὺς· εἰς ἓν δὲ αὐτοὺς συνῆγεν ἡ νύξ· διὰ τοῦτο ὀψίας αὐτοῖς ἐπιφαίνεται. Νυκτὸς γὰρ συνηγείροντο ἐν τῇ οἰκίᾳ Σιὼν, καὶ τῇ περὶ τοῦ Διδασκάλου λύπῃ ἀσχάλλοντες, καὶ τῷ τῶν Ἰουδαίων φόβῳ ἀλύοντες, εἰς ἓν συνιόντες ἀνεκοινοῦντο τὸ πάθος, ταῖς χρησταῖς τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελίαις τὰς ψυχὰς ῥιπιζόμενοι. Ἐφίσταται γοῦν ὀψίας αὐτοῖς, καὶ ἵσταται μέσον, ἵνα γένηται πᾶσι καταφανής. Ὑψηλοτέρῳ δὲ τρόπῳ, ὀψία ἦν τοῖς μαθηταῖς· ἦσαν γὰρ τῇ ἀχλύι

HOMILIA XXXV.

In nonum matutinum.

« Cum sero esset die illa, una Sabbatorum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati [87]. » Quærendum videtur iis qui sacra scrutantur Eloquia, quid sit quod mulieribus orto jam sole, et valde diluculo post resurrectionem apparuerit Dominus, discipulis vero, cum diurnum spatium jam caperet finem. Et quidem si juxta congruentem historiæ sensum id consideremus, quoniam verisimile est, interdiu alio alios dilapsos esse, discipulos, ut ex abeuntibus in Emmaunten conjicere est. At vero **248** in unum nox eos cogebat : ideo cum sero esset, illis apparet. Cum vesperasceret enim in domum Sionis congregabantur ; et de Magistri casu dolore afflicti, et Judæorum metu exanimati in unum convenientes affectum animi, alter cum altero communicabant, et bonis Salvatoris promissionibus animorum igniculos excitabant. Sero igitur illis adest, et consistit in medio, ut omnibus conspicuus esset. Aliore

[87] Joan. xx, 19 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(47) *Pelliceas tunicas.* Alludit ad illud Gen. III : *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, et uxori ejus tunicas pelliceas.* Græc. LXX : Χιτῶνας δερματίνους, quas S. Gregorius Nazianz. quem noster ut sæpe in his assectatur pro crassitie vel mortalitate corporis interpretatur orat. 38, prout dissertum est longius ad hom. 25, not. 00. Et quidem mystica Nazianz. interpretatio accipienda, salvo sensu litterali et historico, quod Jacobus Billius alio in loco ejusdem orat. animadvertit. Lege Pererium, lib. IV Commen. in Gen., qui Nazianz. pro ea sententia laudat, quæ veras tunicas fuisse censet eas, quibus Deus primos amicivit parentes ; in eamdemque sententiam adducendus noster, Gregorii, ut dixi, assecla. S. Athanasius, *De Psal. et Cruce*, utrumque sensum et litteralem, et mysticum expresse docuit. Id cum facturus esset, exuebat vestimenta sua ; decebat enim cum hominem introduceret in paradisum exuere tunicas, quas Adam acceperat, cum a paradiso ejiceretur. Cum enim ille peccasset, ac deinde moriturus esset, accepit pelliceas tunicas ex morticinis animalium factas insigne, notamque mortalitatis ob peccatum sibi inflictæ. Cæterum si qui alii ex Patribus, qui pauci sunt, eas figurate et metaphorice tantum intelligendas opinentur, non sunt sequendi, ut idem Pererius ait loco cit.

(48) *Quod Adam post transgressionem.* Eo modo quo explicuit S. Damascenus, lib. I *De fide*, cap. 14 : Αὐτὸς γὰρ πάντα τὸν ἄνθρωπον τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἀνεδέξατο ψυχὴν νοερὰν, καὶ σῶμα, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἰδιώματα, τάτε φυσικὰ, καὶ ἀδιάβλητα πάθη· *Nam ipse tantum hominem propter nostram salutem assumpsit, animam scilicet intellectivam, et corpus, et humanæ naturæ proprietates, et naturales, et innocuas passiones.*

(49) *Reformavit naturam.* Natura humana adhuc innocens nec experta peccatum, morte, et corruptione, et cæteris morbis, et passionibus dimoventibus cum a naturali dispositione erat immunis ; id quod habebat beneficio ligni vitæ, vel aliquo alio dono superaddito, ut explicant theologi, eorumque coryphæus S. Thomas, præsertim p. I, quæst. 97, in corp. idque pro statu vitæ. et usque ad determinatum tempus obtinebat ; quo finito homo translatus fuisset ad spiritualem vitam, sive ad statum gloriæ. De utroque igitur statu, perfectaque reformatione intelligendum est, quod ait Theophanes, Christum sua resurrectione restituisse naturam ad id quod erat ante peccatum : nimirum ad immortalitatem, et incorruptionem, et ad ea insuper quæ sunt propria beati corporis quod in regeneratione, ut infra ait idem Theophanes, obtinere speramus. Cæterum enim differt immortalitas gloriæ, quæ promittitur in præmium, inquit S. Thomas, quæst. dicta, ad IV, ab immortalitate quæ fuit homini collata in statu innocentiæ ; et similiter alia erat incorruptio, aliaque impatibilitas atque ab alia causa profecta et non ea quæ ex dotibus beati corporis, et gloria affecti proficiscuntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero sensu vesper discipulis erat; erant enim mentes eorum mœroris offuscatæ caligine, quippe cum adhuc sub terra Solem justitiæ absconditum esse existimarent. Venit igitur et divina usus virtute, januis clausis ingreditur, ut hoc ipsum indicio faceret, ne secundum carnem de ejus natura intelligerent, quæ perfectius particeps esset gloriæ, divinitatis jam incorruptione donata. Ostendit etiam eodem modo se de utero exsiliisse virgineo (50), et ex obsignato monumenti lapide esse progressum. Neque enim virginea claustra, cum nasceretur, neque eum revivisceret, sepulcri sigilla violavit; neque aperuit januas cum discipulis appareret: « Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino. » Hoc illud fortasse gaudium fuit, de quo ante Passionem dixerat illis, quod, « iterum me videbitis, et gandebit cor vestrum [88]. » Gavisi sunt igitur cum eum redivivum, et promissa præstantem viderent: et sicuti emergente sole, noctis tenebræ dissipantur, sic jucundus Domini ille conspectus mœroris nebulas ab animis discipulorum exemit. Quod si Lucas hanc apparitionem narrans ait eos fuisse conturbatos, et spiritum sibi videre visos [89], hic autem gavisos dicit, non hoc inter se discrepare existimandum est. Credi enim par est eos fuisse conturbatos cum primum januis clausis eum se insinuasse vidissent, postea vero gavisos, ubi eum ex salutatione, et plagarum ostensione agnovissent. Ideo enim etiam duplicem illis nuntiat pacem, et antequam vulnera ostenderet, et iis ostensis, ut et dupli ci eos anxietate liberaret, et ejus quæ Judæorum ex metu, et ejus quæ ex illa opinione profecta erat, quod spiritum viderent. Significare etiam aliud quiddam posset duplex nuntius pacis. Non solum enim ea quæ in terris, sed etiam quæ in cœlis sunt, conciliavit Christus. Atque hoc Apostoli sermo declarat, cum ait: « Pacificans per sanguinem **249** Filii sui, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt: [90]. »

« Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus et latus. » Ostendit a clavis facta foramina, etiam tum in membris apparentia, ut ex ipsis cicatricibus edoceretur non aliud revixisse corpus, sed idem quod passum erat. Manus ostendit, quibus prius fixerat Adam; et lapsum postea refecerat. Latus ostendit, ex qua Eva ex latere efformata vitam accepit liberata per sanguinem, et expiata per aquam. Ostendit eis manus et latus, ut mystice de perfectione eos institueret: virtutem eam, quæ in exercitatione posita est, per manus; fidem vero per latus ostendens, ex quo duplicis baptismatis typus manavit.

« Et cum hoc dixisset, insufflavit, et dixit eis: «Accipite Spiritum sanctum. » Per insufflationem naturam reformat, antiquum illud charisma imper-

τῆς λύπης ἐζοφωμένοι τὸν λογισμὸν, ᾤοντο γὰρ ὑπὸ γῆν ἔτι κεκρύφθαι τῆς δικαιοσύνης τὸν Ἥλιον. Ἔρχεται οὖν, καὶ εἰσεισιν ἀλκῇ θείᾳ κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, σημεῖον τοῦτο τιθεὶς, μηκέτι τὴν αὐτοῦ φύσιν κατὰ σάρκα νοεῖν, τῶν θείκῶν αὐχημάτων τελεώτερον μετασχοῦσαν τῇ ἀφθαρσίᾳ. Δείκνυσι δ' ὅτι καὶ τρόπῳ τοιούτῳ τῆς παρθενικῆς νηδύος ἐξέθορε, καὶ τοῦ ἐνσεσημασμένου λίθου τοῦ μνήματος ἐξελήλυθεν. Οὔτε γὰρ τὰς παρθενικὰς κλεῖς ἐλυμήναντο γεννηθείς, οὔτε τὰς σφραγῖδας τοῦ τάφου ἐξαναστάς, οὔτε τὰς θύρας ἀνέῳξε τοῖς ἀποστόλοις ὀφθείς. « Ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ, ἰδόντες τὸν Κύριον. » Τάχα ἦν ἡ χαρὰ, ἣν πρὸ τοῦ πάθους εἶπεν αὐτοῖς, ὡς; « Πάλιν ὄψεσθέ με, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία. » Ἐχαρησαν οὖν ἀναστάντα τεθεακότες αὐτὸν, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσαντα· καὶ ὥσπερ τῆς νυκτὸς ζοφώδες σκεδάννυται ἡλίου ἀνίσχοντος, οὕτως ἡ γλυκεῖα τοῦ Κυρίου ἐμφάνεια τὸ τῆς λύπης νέφος περιῆρε τῶν μαθητῶν. Εἰ δὲ καὶ Λουκᾶς ταύτην ἀφηγούμενος τὴν ἐμφάνειαν, τεταράχθαι αὐτοὺς φησιν, καὶ δόξαι πνεῦμα ὁρᾷν, αὐτὸς δέ φησιν, ὅτι ἐχάρησαν, οὐ χρὴ τοῦτο διαφωνίαν λογίζεσθαι. Εἰκὸς γὰρ πρότερον μὲν διαταραχθῆναι σφᾶς ὁρῶντας εἴσω παρεισδύντα κεκλεισμένων τῶν θυρῶν· χαρῆναι δὲ ὕστερον ἐπιγνόντας αὐτὸν ἐκ τῆς προρρήσεως καὶ τῆς τῶν μελῶν ἐπιδείξεως. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ διττὴν εἰρήνην αὐτοῖς ἐπιφωνεῖ, πρὸ τῆς τῶν ὠτειλῶν ἐπιδείξεως, καὶ μετὰ τὴν ἐπίδειξιν, ἵνα καὶ τῆς διττῆς ἀγωνίας ἀπαλλάξῃ αὐτούς· τοῦτε τῶν Ἰουδαίων φόβου, καὶ τοῦ οἴεσθαι πνεῦμα θεωρεῖν, ἐπισημαίνοι δ' ἂν καὶ ἕτερον ἡ διπλῆ τῆς εἰρήνης φωνή. Οὐ γὰρ μόνα τὰ ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς εἰρηνοποίησεν ὁ Χριστός. Καὶ τοῦτο ἡ ἀποστολικὴ γλῶττα διατρανοῖ· « Εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. »

« Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευράν. » Δείκνυσι τὰς ἐκ τῶν ἥλων ἀντιτορήσεις ἔτι φαινομένας τοῖς μέλεσιν, ὡς ἂν ἐκ τῶν ὠτειλῶν διδαχθῶσιν, ὅτι μὴ ἄλλο σῶμα ἐγήγερται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ παθόν· δείκνυσι τὰς χεῖρας, δι' ὧν πρότερον ἔπλασε τὸν Ἀδὰμ, καὶ πεσόντα πάλιν ἀνέπλασε. Δείκνυσι τὴν πλευρὰν, ἐξ ἧς ἡ ἐκ πλευρᾶς πλασθεῖσα Εὔα εὕρατο τὴν ζωὴν ἐλευθερωθεῖσα διὰ τοῦ αἵματος, καὶ καθαρθεῖσα διὰ τοῦ ὕδατος. Δείκνυσιν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν, τὴν τελειότητα μυστικῶς διδάσκων αὐτούς· τὴν μὲν πρακτικὴν ἀρετὴν διὰ τῶν χειρῶν, τὴν δὲ πίστιν ἐκ τῆς πλευρᾶς, ἐξ ἧς ὁ τοῦ δισσοῦ βαπτίσματος τύπος ἀνέβλυσε.

« Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς, καὶ λέγει· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Διὰ τοῦ ἐμφυσήματος ἀναστοιχειοῖ τὴν φύσιν, μεταδιδοὺς αὐτῇ τοῦ ἀρχαίου

[88] Joan. XII, 37. [89] Luc. XXIV, 37. [90] Coloss. I, 20.

Francisci Scorsi notæ.

(50) *De utero exsiliisse virgineo.* Ita S. Chrysostomi hom. de Thomæ incredulitate, et S. August. in tract. 121 *in Joan.* IX, et cæteri.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

χαρίσματος, οὗ διὰ τῆς παρακοῆς ἀπεστέρητο. Παραγαγὼν γὰρ ἀρχῆθεν τὸν ἄνθρωπον, τῇ μεταδόσει τοῦ Πνεύματος αὐτὸν κατεκάλλυνεν, ἐμφυσήσας εἰς αὐτὸν πνοὴν ζωῆς, ὅπερ ἦν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ μετάδοσις. Ταύτης οὖν ἀμβλυθείσης ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, πάλιν αὐτὴν διὰ τοῦ ἐμφυσήματος νεουργεῖ, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ ἰδίου πληρώματος ἐμπλήσας τοὺς μαθητὰς, καὶ δεκτικωτέρους αὐτοὺς ποιήσας πάντων τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος, ὧν ἔμελλον ὑποδοχεῖς γενέσθαι τῇ ἑορτῇ τῆς Πεντηκοστῆς. Ἓν γὰρ μόνον ἔν γε τῷ τέως διὰ τοῦ ἐμφυσήματος δέδωκεν εἶδος χαρίσματος, τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας. « Καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. » Οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν ἴσην εἶναί φησι, τὴν ἀποστολήν. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ, ὡς ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον πέπομφε τὸν Υἱόν· ὁ Χριστὸς δὲ τοὺς ἀποστόλους, ὡς δούλους πέμπει καὶ μαθητάς. Ἀλλ' ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Καθὼς ἐμὲ ἀπέσταλκεν ὁ Πατὴρ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, οὕτω κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς τὴν σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις εὐαγγελίσασθαι. Τούτοις οὖν αὐτοὺς πιστωσάμενος, παραχρῆμα γέγονεν ἀφανὴς, δεικνὺς κἀντεῦθεν τὴν εἰς τὸ ὑψηλότερον τοῦ σώματος μετακόσμησιν.

« Θωμᾶς δὲ εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν, ὅτε ἦλθεν ὁ Κύριος. » Ἐκ θείας οἰκονομίας ἦν τοῦ Θωμᾶ ἡ ἀπόλειψις· ἵνα διὰ τῆς ἐξεταστικωτέρας ἐρεύνης, ἐκδηλότερον ἀνακαλυφθῇ τῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον. Σκόπει δὲ πῶς καὶ τὴν κλῆσιν εἶχε τοῦ τρόπου κατάλληλον. Θωμᾶς γὰρ, ἄβυσσος καὶ δίδυμος ἑρμηνεύεται, ἤτοι διστακτικός· ἔμελλε γὰρ διστάσαι περὶ τὴν ἄβυσσον τῆς ἀναστάσεως.

tiens (51), quo privata per inobedientiam fuera. Cum enim a principio hominem produxisset, communione Spiritus ipsum ornavit, ac pulchrum effecit, inspirans in eum spiraculum vitæ, quod erat Spiritus sancti communicatio. Cum hæc igitur fuisset per peccatum | deformata, eam de integro per insufflationem instaurat, veluti a fonte plenitudinis suæ discipulos implens; et magis eos idoneos reddens ad Spiritus illa charismata, quæ in festo Pentecostes die accepturi erant. « Unam enim interim solam charismatis speciem per insufflationem impertiit, remittendi peccata (52). « Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. » Non secundum dignitatem æqualem esse missionem dicit. Pater enim, ut consubstantialem et honore æqualem Filium misit; Christus vero uti servos, et discipulos mittit apostolos. Hoc autem per hæc verba significat: Sicuti me Pater ad humanæ naturæ beneficium misit, sic et ego vos mitto, ut salutem hominibus prædicetis. Illis igitur ubi eos in fide confirmavit, statim ab oculis eorum evanuit, ut hinc etiam ostenderet, ad altiorem statum corpus suum fuisse renovatum.

« Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. » Divina dispensatione factum est, ut Thomas abesset, ut eo subtilius inquirente, Resurrectionis mysterium fieret manifestius. Considera vero etiam, ut nomen moribus respondens habuerit. Thomas enim *abyssum* (53), et *Didymum*, sive **250** *ambiguum* sonat; ambiguus quippe de Resurrectionis abysso futurus erat.

Francisci Scorsi notæ.

(51) *Antiquum illud charisma impertiens.* Ita nonnulli Patres accipiunt illud Gen.: *Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ.* S. Cyrillus Alex. *in Joan.* lib. XII, cap. 56: *Deus enim Pater per proprium verbum de limo terræ, ut scribitur, hominem formavit, anima decoravit, et sui spiritus participatione munivit:* « *Insufflavit enim in faciem ejus spiraculum vitæ.* » *Verum quoniam in mortem, ex inobedientia cecidit, et priscum decus homo amisit, formavit ipsum rursus Deus Pater; et in novam reduxit vitam, per Filium suum.* S. Cyprian. Epist. ad Pomp. fratrem: *Porro autem non per manus impositionem quis nascitur, quando accipit Spiritum sanctum, sed in baptismo, ut Spiritum jam natus accipiat, sicut in primo homine Adam factum est. Ante enim Deus eum plasmavit, et tunc insufflavit in faciem ejus flatum vitæ; nec enim potest accipi spiritus, nisi prius fuerit, qui accipiat.* S. Basilius lib. *De Spiritu sancto*, cap. 16: *Dominus enim qui renovabat hominem, eique reddebat gratiam, quam ex afflatu Dei acceptam amiserat, inspiravit in faciem discipulorum, quibus ait:* « *Accipite Spiritum sanctum,* » etc. Idem S. Ambros. a Basilio acceptum, uti notat Cornelius, citatus ejusdem Basilii locus a P. Francisco Arias, tract. VI *De Imitatione Christi*, cap. 1, ex psal. XLVIII, sed non ibi de gratia S. Spiritus, seu supernaturali, sed de naturali, hoc est Dei similitudine accepta loqui videtur. Locum quem jam paraveram, ne longius in hac Nota excurram, ascribere omitto. Verum S. August. lib. XIII *De Civit.* cap. 24, in alia omnia abit; refellit enim toto eo capite eos qui putant idem factum in prima inspiratione, quod in secunda; ac primam inspirationem vitæ animalis intelligendum plurimus probat ex illo I Cor. XV, 45: *Factus est primus Adam in animam viventem, novissimus Adam in Spiritum vivificantem;* et cæteris quæ sequuntur. Unde non sine causa admiror cum Maldonato in hunc Joannis locum a S. Philastrio episcopo Brixiensi inter hæreses poni eam explicationem quæ *spiraculum vitæ* pro anima accipiat; contendit enim Spiritum sanctum ibi intelligendum. Sed melius S. Epiphanius *De hæresibus* scripsit, inquit Bellarminus anno 380 quam Philastrius; quare videtur omnino probabilior sententia S. Augustini, quam etiam Cornelius idem noster in cap. III Gen. solam admittit, licet in Comment. in Evang. ultimo scriptis censeat de utroque spiritu posse locum illum Genes. explicari, et de naturali et de supernaturali: utrumque scilicet inspiravit Deus, animam enim gratia sancti Spiritus ornatam creavit, idque propter auctoritatem Patrum, quos retuli, quosque secutus est noster, mihi maxime probatur.

(52) *Remittendi peccata.* Ita S. Chrysost. et alter itidem aurei sermonis Pater Chrysol., Theophyl., Euthym. et Rupertus. Et longius Cornelius noster hunc locum urget adversus hæreticos, ex eoque probat institutionem, et præceptum sacramenti pœnitentiæ, quem vide.

(53) *Thomas enim abyssum.* Utramque notationem nominis τοῦ Thoma, hic complectitur Theophanes: eamque nos simul ostendimus ex fonte Hebraico ad hom. 33, not. 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Dicebant ergo ei alii discipuli : Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis : Nisi videro in manibus ejus figuram clavorum. » Non de resurrectione dubitare videtur (54), sed solum velle subtilius investigare, an idem surrexerit corpus. Si enim de resurrectione fuisset incredulus, dixisset potius : Nisi ipsum videro Dominum, non credam. Nunc vero latus, et manus contrectare cum postulet, de corpore cum ambigere manifestum est. Quoniam enim a discipulis acceperat, cum januis clausis ingressum in eam venire opinionem potuit jam deposuisse corpus, et spiritum remansisse : quod et aliis contigit discipulis, qui existimarunt spiritum se videre. Quod enim corpus carne constans spirituale resurrexerit, nemo negat. Quo enim pacto januæ clausæ molem corporis excepissent ? Verumtamen non in rem materiæ expertem, neque in naturam deitatis transmutatum est, sed ipsum, quod passum fuerat corpus divinitatis potentia renovatum, et subtilitate spiritus ornatum est [52] : manet vero corpus divina refulgens gloria. Atque ita cognoscimus illum carnis quidem, non corporis tamen expertem (55).

A « Ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταί · Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς · Ἂν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων. » Δοκεῖ μὴ τὴν ἀνάστασιν ἀπιστεῖν, ἀλλὰ πολυπραγμονεῖν, εἰ αὐτὸ τὸ σῶμα ἐγήγερται. Εἰ γὰρ ἠπίστει τὴν ἔγερσιν, εἶπεν ἂν μᾶλλον, Ἐὰν μὴ ἴδω αὐτὸν τὸν Κύριον, οὐ μὴ πιστεύσω. Νῦν δὲ τὴν πλευρὰν καὶ τὰς χεῖρας ψηλαφῆσαι ζητῶν, δῆλός ἐστι περὶ τοῦ σώματος διχόνους. Ἐπειδὴ γὰρ ἠκούτιστο πρὸς τῶν μαθητῶν, ὅτι κεκλεισμένων εἰσῆλθε τῶν θυρῶν, ᾠήθη, ὡς ἀπέθετο τὸ σῶμα, καὶ μεμένηκε πνεῦμα. Τοῦτό τοι καὶ οἱ ἄλλοι πεπόνθασι μαθηταὶ, δόξαντες πνεῦμα ὁρᾶν. Ὅτι μὲν γὰρ τὸ σῶμα τὸ σαρκικὸν, ἀνέστη πνευματικὸν, οὐδεὶς ἀντερεῖ · πῶς γὰρ κεκλεισμέναι θύραι σῶμα ὀγκηρὸν ὑπεδέχοντο; Οὐ μὴν εἰς ἀΰλίαν μετεβλήθη, οὐδ' εἰς φύσιν θεότητος, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πεπονθὸς σῶμα μετεκοσμήθη δυνάμει θεότητος εἰς λεπτότητα πνεύματος. Μένει γε μὴν σῶμα θείᾳ δόξῃ μετηγλαϊσμένον. Καὶ οὕτω γινώσκομεν ἄσαρκον μὲν, οὐκ ἀσώματον δέ.

B « Et nisi mittam manum meam in latus ejus, non credam. » Non in Thomæ incredulitatem modo mentem intendas, sed firmitatem ejus, studiumque quærendi considera. Quoniam enim futurum erat, ut publice, et audacter resurrectionem Domini prædicaret, et cum Joanne clamaret : « Quod audivimus, quod vidimus, et manus nostræ contrectaverunt [51] : » conveniens fuit, ut ita diligenter investigaret, et per curiosam hanc inquisitionem etiam C alios confirmaret. Et si enim solus Thomas incredulus fuisse dicitur, tamen etiam reliqui eo viso vacillaverunt. Matthæus siquidem dicit : « Aliqui vero dubitaverunt [52] ; » Lucas vero, quod « existimabant spiritum se videre [53] ; » omnes igitur ex Thomæ contactu confirmantur.

« Καὶ βάλλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω. » Μὴ πρὸς τὴν ἀπιστίαν τοῦ Θωμᾶ μόνον ἐπερείσῃς τὸν νοῦν, ἀλλ' ὅρα τὸ ἑδραῖον τοῦ μαθητοῦ, καὶ ζητητικόν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε κηρύττειν παῤῥησίᾳ τοῦ Κυρίου τὴν ἀνάστασιν, καὶ βοῆσαι μετὰ Ἰωάννου · « Ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν · » εἰκότως πολυπραγμονεῖ, διὰ τῆς περιέργου ἐρεύνης, καὶ τοὺς ἄλλους πιστούμενος. Εἰ γὰρ καὶ μόνος Θωμᾶς ἀπιστῆσαι λέγεται, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ τῇ θέᾳ ὑπεκρᾶδάνθησαν. Ματθαῖος μὲν γάρ φησιν · « Οἱ δὲ ἐδίστασαν. » Λουκᾶς δὲ, ὅτι « Ἐδόκουν Πνεῦμα θεωρεῖν. » Βεβαιοῦνται γοῦν ἅπαντες ἐκ τῆς τοῦ Θωμᾶ ψηλαφήσεως.

« Et post dies octo erant intus discipuli, et Thomas cum eis. Venit Jesus, januis clausis, et stetit in medio. » Convenit iterum illos eodem modo ; et quippe qui intelligibiliter præsens fuerat, cum illa infidelitatis verba Thomas effuderat, permittit ei facultatem, ut quantum libet contactu satietur : « Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum **251** tuam, et mitte in latus meum. » Age vero, inquit, o Didyme, tange latus, tange manus, infer digitum, et eo illato crede. Ex his etiam verbis plagarum magnitudinem indicat : manuum scilicet foramina usque adeo clavis dilatata fuerant, ut digitum intra se capere pos-

« Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ ἦσαν ἔσω οἱ μαθηταὶ, καὶ Θωμᾶς μετ' αὐτῶν. Ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον. « Ἐφίσταται πάλιν ὁμοιοτρόπως αὐτοῖς, καὶ ἅτε συνὼν νοερῶς, ὅτε τῆς ἀπιστίας λόγους ἐξέχεεν ὁ Θωμᾶς, προτρέπει μετ' ἐξουσίας ἐμφορεῖσθαι τῆς ψηλαφήσεως, · « Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου. » Ἄγε, φησὶν, ὦ Δίδυμε, ἅψαι πλευρᾶς, θίγε χειρῶν, βάλε δάκτυλον, βαλὼν πίστευσον. Ἐμφαίνεται δὲ ἐκ τούτων τὸ μέγεθος τῶν πληγῶν · αἱ μὲν γὰρ τῶν χειρῶν τρήσεις τοσοῦτον ἐκ τῶν ἥλων ηὐρύνοντο, ὡς δύνασθαι τὸν δάκτυλον εἴσω χωρεῖν ·

[51] I Joan. I, 1. [52] Matth. XXVIII, 17. [53] Luc. XXIV, 37.

Francisci Scorsi notæ.

(54) *Non de Resurrectione dubitare videtur.* Similiter S. August. serm. *De tempore* 158 : *Vox, inquit, ista, inquirentis est, non negantis. Dum hoc dicit, doceri voluit. confirmari desideravit.* Et S. Ambros. lib. X *in Luc.* cap. XXIV : *Quomodo ergo Thomas, cum adhuc non crederet, tetigit tamen Christum ? sed ille non de Resurrectione Domini, sed de Resurrectionis videtur qualitate dubitasse.* Cyrillus itidem, aliique Thomæ verba in hunc aliumve similem sensum torquent. Sed verius est ipsum non credidisse simpliciter ; unde a Christo reprehenditur : *Noli esse incredulus, sed fidelis.*

(55) *Carnis quidem, non corporis tamen expertem.* Eo modo quo explicuimus supra hom. 34, not. 41, quam recole.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡ δὲ τῆς πλευρᾶς ἀντιτόρησις, ὅλην χεῖρα εἰσδυομένην ἐδέχετο.

« Καὶ ἀπεκρίθη Θωμᾶς, καὶ εἶπεν· Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου. » Ὦ θείας χάριτος, ἧς ὁ Θωμᾶς ἐκ τῆς ἐπαφῆς ἐκείνης ἀπήλαυσε. Περιδιφήσας γὰρ τοὺς μώλωπας, θεολογίας ἥντλησε δόγματα· καὶ πρῶτος αὐτὸν κηρύττει θεολόγῳ φωνῇ, καὶ δύο τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων μηνύων τρανότατα.

« Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. » Τί οὖν; Οἱ ἀπόστολοι, καὶ ὅσοι τότε τὸν Χριστὸν ἰδόντες ἐπίστευσαν, τοῦ μακαρισμοῦ ἠλλοτρίωνται; Καὶ πῶς αὐτοῖς ἔλεγεν· « Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε; » οὐμενοῦν· ἀλλ' ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐπειδὴ αὐτῇ ὄψει πεπληροφόρησαι, ἔξελθε τὸ λοιπὸν εἰς τὸ κήρυγμα, καὶ ἅπερ ἑώρακας, κήρυξον· μακάριοι γὰρ ἔσονται οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσοντες διὰ τοῦ κηρύγματος. Ἐκεῖνό γε μὴν ὁ λόγος μὴ παραπεύσῃ ἐάσας ἀζήτητον, διὰ τί οὐκ εὐθὺς καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἢ τέσσαρας, ἀλλὰ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πληροφορεῖ τὸν Θωμᾶν. Ἐπειδὴ ἐβούλετο τῷ πράγματι μυστικὸν παραπλέξαι εἰκόνισμα. Ὁ γάρ τοι Θωμᾶς ἦν τοῦ τῶν Ἰουδαίων εἰκὼν ἀπίστου λαοῦ· ἡ δὲ τῆς Σιὼν οἰκία ὅπου ἦσαν οἱ ἀπόστολοι ἐπηλυγάσαντες ἑαυτοὺς, τὸν κόσμον τοῦτον ἠνίττετο εἰς ὃν παραγέγονεν ὁ Χριστὸς ἡσυχῇ κεκλεισμένας διελθὼν τὰς παρθενικὰς πύλας τῆς ἀμολύντου νεάνιδος. Ἡ δὲ τῶν ἡμερῶν ὀγδοὰς, σημαίνει τὴν ὀγδόην ἐκείνην τὴν μέλλουσαν, κατ' ἣν ἐλεύσεται πάλιν, καὶ στήσεται μέσον τῶν ἐκλεκτῶν. Καὶ ὄψονται Ἰουδαῖοι, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ πιστεύσουσιν ἄκοντες. Καὶ ἡμεῖς οὖν εἰ διὰ φόβον τῶν ἐνοχλούντων παθῶν ἐν τῷ ὕψει τῶν θείων θεωρημάτων, ὡς ἐν ὑπερῴῳ γενοίμεθα, καὶ τὰς αἰσθήσεις ὡς θύρας κεκλεισμένας διατηροῖμεν, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀγνώστως ἡμῖν ἐπιστήσεται, καὶ στήσεται μέσον τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν εἰρήνην παρέξει, καὶ διὰ τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποδείξει ἡμῖν τῶν ἀῤῥήτων αὐτοῦ μυστηρίων τὰ σύμβολα, καὶ χαρᾶς πνευματικῆς, καὶ πίστεως ἐμπλήσει ἡμᾶς, καὶ ἀῤῥήτων καταξιώσει ἀγαθῶν, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

sent, lateris etiam hiatus totam manum intromissam excipere.

« Respondit Thomas, et dixit : Dominus meus, et Deus meus. » O divinam gratiam, quam ex contactu illo Thomas accepit! Dum enim cicatrices inquireret, inde divinæ doctrinæ dogmata hausit. Ac primus ipsum voce theologa prædicat (56), et duas in ipso exsistentes naturas declarat apertissime.

« Ait illi Jesus : Quia vidisti me, Thoma, credidisti ; beati qui non viderunt, et crediderunt. » Quid igitur? an apostoli, et quotquot per id tempus eo viso crediderunt, ab hac beatitudine removentur? et quo pacto dicebat ipsis : « Vestri vero beati oculi, quoniam multi prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis [94]? » Nequaquam. Sed hoc est, quod ait : Quoniam tu ipso oculorum testimonio certitudinem fidei es assecutus, quod reliquum est, proficiscere ad prædicandum, et quod vidisti, profer in publicum. Beati enim erunt, qui non viderint, et per prædicationem credent. Sed illud oratio nostra quærere non prætermittat, quamobrem non statim, et post tres, quatuorve dies, sed post octo Thomam in fide confirmet? Quoniam voluit in facto ipso mysticam etiam figuram innectere. Thomas enim fuit infidelis populi Judæorum imago, domus vero Sion, ubi erant apostoli occulentes se ipsos, mundum hunc ænigmate quodam significabat, in quem Dominus advenit tacite per virgineas portas clausas immaculatæ puellæ pertransiens. Octavus vero dierum numerus, octavam illam futuram significat diem, in qua veniet iterum, et stabit in medio electorum : et videbunt Judæi, in quem transfixerunt [95]; et inviti credent. Si igitur et nos passionum conturbantium metu in divinæ contemplationis altitudinem tanquam in cœnaculum refugerimus, et sensus quasi portas custodierimus clausos, Dei Verbum incognitum nobis assistet, et stabit in medio potentiarum animæ, et pacem præbebit, et per donum sancti Spiritus ostendet nobis purissimorum suorum mysteriorum symbola, et gaudio **252** spirituali, fideque nos implebit, et arcanorum bonorum dignos efficiet, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[94] Luc. x, 23. [95] Zachar. xii, 10.

Francisci Scorsi notæ

(56) *Ac primus ipsum voce theologa prædicat.* Quod S. Thomas duobus dixit verbis: *Dominus meus et Deus meus*, longa et ornatissima paraphrasi dilatat eloquentissimus Chrysost. serm. *De infidelitate Thomæ*. Ex qua hæc delibanda profero : Ἐπιγινώσκω ἐν σοὶ τὸ ἐξ ἐμοῦ γνωρίζω ἐν σοὶ τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀνέκφραστον θεότητα, ἕνα σε Θεὸν, καὶ Κύριον ὁμολογῶ. Ἄλλο καὶ ἄλλο ὄντα τὸν ἕνα σε μεμάθηκα, οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον ἐπίσταμαι· οὐ διαιρῶ σε τὸν ἀδιαίρετον, οὐ χωρίζω σε τὸν ἀχώριστον, οὐ τέμνω σε τὸν ἀμέριστον· καὶ ὃ βλέπω, καὶ ὃ κρατῶ, καὶ ὃ νοῶ διὰ μιᾶς ἐξαγορεύω φωνῆς· Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου. *Agnosco in te, quod habes ex meo, cognosco in te ineffabilem, quam habes a Patre divinitatem ; unum te Deum, et Dominum confiteor ; aliud, et aliud esse te dedici, non alium, et alium scio ; non te divido, qui indivisus es ; non te separo, qui separari non potes ; non te scindo, qui scindi non potes ; et quod video, quod teneo, quod intelligo per unam id vocem exprimo : Dominus meus, et Deus meus.* Hæc Chrysost. Ex quo vides quam profunda theologia in illis Thomæ pauculis verbis contineatur, ut merito noster dicere potuerit ejus theologam vocem, ab eoque primo Christum, duasque in illo naturas prædicatas esse ; primum autem dixit post Resurrectionem : nam S. Petrus idem ante confessus fuerat Matth. xvi : *Tu es Christus Filius Dei vivi*, quod noster itidem luculenter explicat, et tractat hom. 55, infra de SS. apostolis.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

HOMILIA XXXVI.

In decimum matutinum.

Ad Tiberiadis stagnum cum sanctis discipulis nos etiam hodie sermone accedamus. Petrus siquidem ille coryphæus omni abjecta spe cum Domino, ut ante, versandi, consuetum repetit institutum, consiliumque suum cum Didymo Thoma, et Zebedæi filiis, et duobus aliis ex discipulis communicat, et ait: « Vado piscari.[96] » Illi vero charitatis vinculo colligati, et discipulorum præcipui discidium non sustinentes (satis enim mœroris Magistri privatio illis attulerat) voluntati assequuntur, et, « Venimus, » dicunt, « et nos tecum. » Quare autem et cæteri discipuli non sunt consecuti? Nam ad piscandum alii non satis erant idonei. Matthæus siquidem publicanus erat, et maritimorum laborum omnino rudis, reliqui vero mediterranei, nec maritima loca incolebant; ideo solum Petrum comitantur soli piscandi artis periti. Navigium enim, et remi et retia, et quæ hoc instrumento capiuntur non satis congruunt iis qui mediterranea habent, sed quibus in mari exercitatio, et victus quærendi ratio in venatione maritima posita est. Considera etiam omnes fuisse Galilæos finitimum, conterminumque Tiberiadis stagnum habentes. Unde duo illi qui non nominantur, Andreas et Philippus (57), mea quidem sententia, erant, cum ipsi itidem Galilæi, et ex Bethsaida essent. Quorum alter quidem fratrem suum Petrum, Philippus vero Nathanaelem amicum veterem comitabatur. Cæterum retia, et navigium, et susceptus per totam noctem labor frustra fuerunt: « Illa enim nocte, inquit, nihil prendiderunt; » mane autem facto, cum scilicet justitiæ Sol e sepulcro tanquam ab oriente se efferens attulerat diem, venit suavis ille, Dator ille lucis, et accedens non ingreditur mare, nec pedes super undas incedit; quod miraculum ante Passionem effecerat, cum ejus plantis aquæ superficies **253** instar terræ constrata videretur, et secura duritie divina vestigia suffulciret, sed eo ubi venit, stetit in littore, hoc fortasse ut ostenderet, assumptam carnem per resurrectionem jam immortalitate donatam ex hujus vitæ mari evasisse, nec amplius infirmitatibus carnis velut undis obnoxiam, sed in incorruptionis littore constitutam.

« Dixit ergo eis Jesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? » Simpliciter quidem eos interrogare videtur, sed oblique tamen imperfectionem eorum, et pusillum inconstantemque animum exprobrat: « Pueri, numquid pulmentarium habe-

[96] Joan. XXI, 3 seqq.

ΟΜΙΛΙΑ ΛϚ'.

Εἰς τὸ δέκατον ἑωθινόν.

Ἐπὶ τὴν Τιβεριάδος λίμνην σήμερον καὶ ἡμεῖς τῷ λόγῳ τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς συμβαδίσωμεν. Ὁ γὰρ κορυφαῖος Πέτρος τῷ συνέσεσθαι τῷ διδασκάλῳ, καθὼς πρότερον, παντάπασιν ἀπογνοὺς, ἐπαναλαμβάνει τὸ σύνηθες ἐπιτήδευμα, καὶ τῷ Διδύμῳ Θωμᾷ, καὶ τοῖς Ζεβεδαίου παισὶν, ἄλλοις τε δυσὶν τῶν συμφοιτητῶν ἀνακοινοῦται τὸ βούλευμα, καί φησιν· « Ὑπάγω ἁλιεύειν. » Οἱ δὲ τῷ τῆς ἀγάπης συνδέσμῳ συνδούμενοι, καὶ τῷ χωρισμῷ τοῦ προκρίτου μὴ στέγοντες (ἱκανῶς γὰρ αὐτοὺς ἐλύπει τοῦ Διδασκάλου ἡ στέρησις) ἐφέπονται τῷ βουλεύματι, καί φασιν· « Ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σύν σοι. » Διὰ τί δὲ καὶ οἱ λοιποὶ μαθηταὶ οὐκ ἠκολούθησαν; Ὅτι τοι οὐκ ἐπιτηδείως εἶχον εἰς τὸ ἁλιεύειν οἱ ἕτεροι. Ματθαῖος μὲν γὰρ τελώνης ἦν, καὶ τῶν θαλασσίων πόνων παντάπασιν ἀδαής· οἱ λοιποὶ δὲ ἠπειρῶται, καὶ οὐκ ἀγχίαλον λαχόντες τὴν οἴκησιν· διὰ τοῦτο μόνοι τῷ Πέτρῳ ἐφέπονται οἱ τῆς ἁλιευτικῆς τέχνης εἰδήμονες. Πλοῖον γὰρ, καὶ κῶπαι, καὶ δίκτυα, καὶ τὰ διὰ τούτων θηρώμενα, πρέποι ἂν οὐκ ἠπειρώταις ἀνδράσι μᾶλλον, ἀλλ' οἷς ἂν εἴη τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ ὁ τοῦ βίου σκοπὸς θάλασσα, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ. Ὅρα δὲ ὅτι καὶ Γαλιλαῖοι πάντες ἐτύγχανον, ὅμορον ἔχοντες τὴν λίμνην Τιβεριάδος, καὶ ἀγχιτέρμονα. Ἔνθεν τοι καὶ οἱ δύο ἀνώνυμοι μαθηταὶ, ὡς ἐγ' ᾠμαι, Ἀνδρέας ὑπῆρχον καὶ Φίλιππος, Γαλιλαῖοι ὄντες καὶ αὐτοὶ, καὶ Βηθσαϊδῖται. Ὧν ὁ μὲν τῷ ὁμαίμονι Πέτρῳ ἐφείπετο, Φίλιππος δὲ τῷ ἀρχῆθεν φίλῳ Ναθαναήλ. Τὰ γοῦν ἐντεῦθεν δίκτυα καὶ πλοῖον, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κόπος ἀνήνυτος. « Ἐν ἐκείνῃ γὰρ, φησὶ, τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν. » Πρωΐας δὲ γενομένης, ὅτε τῆς δικαιοσύνης ὁ Ἥλιος, ὡς ἐξ ἀνατολῆς, τοῦ τάφου ἀνατείλας πρωΐαν εἰργάσατο, ἦλθεν ὁ γλυκὺς, ἐφάνη ὁ πάροχος τοῦ φωτὸς, καὶ ἐλθὼν οὐκ εἴσεισιν εἰς τὴν θάλασσαν, οὐδὲ πεζεύει κατὰ κυμάτων, ὃ πρὸ τοῦ πάθους ἐθαυματούργησεν, ἀποχερσωθείσης τῇ βάσει τῆς ἐμφανείας τοῦ ὕδατος, καὶ διὰ τῆς ἀσφαλοῦς ἀντιτυπίας τὸ θεῖον ἴχνος ἐπερειδούσης. Ἀλλ' ἐλθὼν ἕστη εἰς τὸν αἰγιαλὸν, τάχα τοῦτο δεικνὺς, ὡς ἀποθανατισθὲν ἤδη τὸ πρόσλημμα διὰ τῆς ἀναστάσεως, ἔξω τῆς βιωτικῆς θαλάσσης ἐγένετο, οὐκέτι ταῖς τῆς σαρκὸς ἀσθενείαις, ὡς κύμασι συνεχόμενον, ἀλλ' ἐν τῷ αἰγιαλῷ τῆς ἀφθορσίας ἱστάμενον.

« Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Παιδία, μήτι προσφάγιον ἔχετε; » Ἁπλοϊκῶς μὲν τῷ γε δοκεῖν ποιεῖ τὴν ἐρώτησιν, καθάπτεταί γε μὴν πλαγίως τὸ ἀτελὲς αὐτῶν ὀνειδίζων, καὶ ἀδέβαιον, καὶ νηπιοπρεπές. « Παιδία, μήτι προσφάγιον ἔχετε; » Ὅρα

Francisci Scorsi notæ.

(57) *Andreas et Philippus.* Probabilis sane conjectura, in quam etiam Maldonatus noster inductus ex eo quod Bethsaidæ fuerint Andreas, et Philippus, et locus ubi tunc hi discipuli ad piscandum profecti erant Bethsaida: ibi enim piscatoriam exercebant. Favet etiam etymum Bethsaidæ בית צידה *Domus venationis*, nimirum piscatoriæ, sic enim Euthymius: *Domum piscationis*, vertit, *hoc est ubi venari solebant pisces, sicque vocata est patria Petri et Andreæ; erant enim ibi multi piscatores.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πῶς κεκαλυμμένως ἐπιπλήττει, παιδία καλῶν, ἐπειδὴ παιδικῷ στοιχοῦντες φρονήματι, οὕτω τῆς Δεσποτικῆς διδασκαλίας ἐπιλαθόμενοι, ἐπὶ τὸ σύνηθες ἐπαλινόστησαν ἐπιτήδευμα. Τί γάρ, φησὶν, ἀπώνασθε τῆς ματαίας σπουδῆς; Μὴ γὰρ ἐκερδήσατέ τι ματαιοπονήσαντες δι' ὅλης νυκτός; Τί οὖν οἱ μαθηταί; Ὁμολογοῦσι τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ἔχειν τι ἀγρευθὲν ἀπαναίνονται. Ἀναμνῆσαι οὖν τὸν Πέτρον βουλόμενος, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ ἀπαρχῆς τῆς μαθήσεως, εἰς τὸ πλοῖον αὐτοῦ εἰσελθὼν, καὶ κελεύσας ἐπαναγαγεῖν ἐκ τῆς γῆς, καὶ χαλάσαι τὸ δίκτυον, καὶ συλλαβεῖν πλῆθος ἰχθύων πολύ· ἐπιτάττει βάλλειν ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον· οὐχ ὅτι ἐπέγνων τίς ἦν ὁ ἐπιτάττων αὐτοῖς, ἀλλ' ὅτι θεία τις δύναμις τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις ἐφείπετο ἔρωτα, καὶ πειθὼ ταῖς ἀγαθαῖς ἐντιθεῖσα ψυχαῖς. « Ἔβαλλον οὖν εἰς τὰ δεξιὰ μέρη, καὶ οὐκέτι αὐτὸ ἑλκῦσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων. » Ὦ τοῦ θαύματος καὶ τῆς ἀπείρου δυνάμεως τοῦ κελεύσαντος! οἱ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες, καὶ μηδὲν τὸ παράπαν ἀγρεύσαντες, οὐδ' ἑλκῦσαι τὸ δίκτυον ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἀγρευθέντων ἐξίσχυον. Τοῦτο τὸ μέλλον ἠνίττετο, καὶ τὰ ἐσόμενα προεικόνιζε· θάλασσα μὲν γὰρ ὁ βίος οὗτός ἐστιν, ὁ τοῖς ἀλλεπαλλήλοις πειρασμοῖς κυματούμενος· νὺξ δὲ, καθ' ἣν ἄπρακτοι γεγόναστν ἀγρεύοντες, ὁ πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος καιρὸς, καθ' ἣν πολλὰ κοπιάσας τῶν προφητῶν ὁ κατάλογος, καὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λῖνον χαλῶν, οὐδένα εἶχεν πειθόμενον. Ἤδη δὲ τῆς πρωΐας ἐνστάσης, ὅτε ἡμῖν ἐπεφάνη ὡς ἐξ ἀνατολῆς τάφου ἀνίσχων τῆς δικαιοσύνης ὁ Ἥλιος, τὸ εὐαγγελικὸν δίκτυον οἱ μαθηταὶ ὑφαπλώσαντες, τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ἐσαγήνευσαν, ἣν ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀγρευθέντων ἰχθύων αἰνίττεται, εἰς τρία καὶ πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν κορυφούμενος. Ὁ γὰρ ἑκατὸν ἀριθμὸς, καὶ τετράγωνος ὢν, καὶ πληρέστατος, ὡς τῆς δεκάδος εἰς αὐτὴν κυκλουμένης, τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν τὸ ἐκ τεσσάρων τῆς οἰκουμένης περάτων πεπιστευκὸς προῦπέφαινε. Τὰ δὲ πεντήκοντα, τοὺς ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντας προεικόνιζεν, ὡς τὴν φυλακὴν τὴν θείαν Δεκάδος τῶν ἐντολῶν αἰσθητῶς ἐκλαμβάνοντας. Δεκαπλουμένη γὰρ ἡ πεντὰς, ἢ πενταπλουμένη ἀνάπαλιν ἡ δεκὰς γεννᾷ τὸν πεντήκοντα, σημαίνοντα τὴν πεντάδα τῶν αἰσθήσεων, καὶ τὴν δεκάδα τῶν ἐντολῶν. Τὰ τρία δὲ, τὴν εἰς τὴν Τριάδα πίστιν δηλοῖ, ἥτις ἐνοποιήσασα τὰ διεστῶτα, εἰς μίαν Ἐκκλησίαν πάντας συνήγαγεν. Ὅτι δὲ ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀγρευθέντων ἰχθύων τὸν ὅλον τῆς Ἐκκλησίας πληθυσμὸν προεμήνυε, καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὴν Ῥεβέκκαν ἱστορίας ἔστι μαθεῖν,

tis? » Vide quam recte reprehendat, cum pueros vocet, quoniam puerili quodam sensu ducti usque adeo doctrinæ Domini obliti fuerant, ut consuetum studium et exercitationem repeterent. Quid enim, inquit, ex vano hoc studio profecistis? An aliquid lucri ex irrito noctis totius labore fecistis? Quid igitur discipuli? Id quod res erat, fatentur; et aliquid esse se expiscatos negant. Igitur ut in memoriam Petro revocaret, esse se illum eumdem, qui jam ab initio, cum discipulos elegisset, in ejus naviculam esset ingressus, et terra reducere, et in capturam retia laxare jussisset, atque ita cepisse eos piscium multitudinem copiosam, præcepit mittere in dexteram navigii rete; non quod, quis esset, qui id præciperet cognovissent, sed quod divina quædam in Domini sermone vis inerat, quæ amorem simul et persuasionem bonis animis injiciebat: « Miserunt ergo in dexteram navigii, nec jam valebant illud trahere præ multitudine piscium. » O miraculum, o jubentis infinita potentia! qui cum tota nocte se fatigassent, nihil omnino piscando ceperant, ne trahere quidem rete præ captorum piscium multitudine valebant. Hoc ænigmate præsignificatum est, quod venturo tempore futurum erat. Mare enim hæc vita aliis post alias tentationum fluctibus agitata; nox vero, in qua piscatores irritam operam contulerunt, tempus Salvatoris adventum præcedens, in qua cum multum laborasset prophetarum succedentium series, et doctrinæ retia demisisset, fidelem habuere neminem (58). Matutino sed enim tempore adveniente, cum e tumulo velut ex oriente justitiæ Sol exortus nobis apparuit, discipuli rete evangelicum explicantes, omnem terram sagena pertraxerunt, quam **254** sane captorum piscium numerus, quasi quodam symbolo insinuat, ad triom et quinquaginta supra centum summam redactus. Centenarius enim numerus cum et tetragonus et plenissimus sit (59), utpote quem decas in se ipsam circumvoluta conficiat, gentium plenitudinem ex quatuor terræ totius finibus ad fidem adductam præmonstravit. Quinquagenarius vero eos qui ex circumcisione crediderunt, præfiguravit, qui præceptorum Decalogi custodiam a Deo commissam sensibili modo acceperunt. Quinque enim decies multiplicati, et rursum decem quinquies, quinquaginta gignunt, qui numerus quinos sensus, et dena præcepta significat. Ternarius vero fidem in Trinitatem ostendit, quæ sane dissita in unum cogens, in unam omnes Ecclesiam congregavit. Quod vero hic captorum piscium numerus multitudinem Ecclesiæ

Francisci Scorsi notæ.

(58) *Fidelem habuere neminem. Quamvis enim*, inquit Theophylactus in hunc locum, ex quo eamdem elixit ipse allegoriam, ac mirum ni a nostro, cujus mss. apud se habuerit, desumptam, eum posterius subripserit, ut ex Proœm. v, disput. constat.: *Quamvis* igitur, *unam gentem Israeliticam conclusisse in sagena videbantur, tamen quia et hæc subinde ad idololatriam redibat, nihil forte apprehende-runt.*

(59) *Cum et tetragonus, et plenissimus sit.* Qua ratione centenarius numerus tetragonus dicatur ratiocinatione colliges ex hom. 24, not. 000, ubi de numero senario egimus; par enim est in hac constituenda figura ratio centenarii, et in hunc cadit eadem definitio, quam ex Euclidis, l. VII, ibi posuimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

præsignarit, licet etiam a Rebeccæ historia discere, nisi tamen in hoc subtilior et curiosior, quam par est, investigando videar. Missus enim ab Abrahamo famulus, ut filio suo uxorem desponsaret, Rebeccam ad aquam offendit; atque ibi illam pignore dato paciscitur; et a puteo nuptiæ sumpsere principium. Rebecca igitur Ecclesiam figuravit per baptismum Christo conjunctam. Elementa ergo (60) nomen Rebeccæ componentia, si ad calculos revocentur, tres supra centum et quinquaginta conficient, quot captos pisces fuisse comperimus. Ita piscatus apostolorum multitudinem Ecclesiæ prænotavit.

« Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Jesus, Petro : Dominus est. » Conveniebat sane Petrum in cognitionem facti venire, cum domi haberet exemplum. Etenim antequam discipulus esset, simile

εἰ μήπω δόξω περιεργότερος. Ὑποσταλεὶς γὰρ ὑπὸ Ἀβραὰμ ὁ οἰκέτης, ὥστε τῷ Ἰσαὰκ γυναῖκα μνηστεύσασθαι, εὑρίσκει τὴν Ῥεβέκκαν ἐπὶ τοῦ ὕδατος · κἀκεῖθεν αὐτὴν ἀρραβωνίζεται, καὶ τῆς μνηστείας ἀρχὴν ὁ γάμος λαμβάνει ἐπὶ τοῦ φρέατος. Ἡ γοῦν Ῥεβέκκα τὴν Ἐκκλησίαν εἰκόνιζε, συναφθεῖσαν Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος. Τῶν γοῦν στοιχείων τῆς Ῥεβέκκας ὀνόματος εἰς ψήφους μεταλαμβανομένων, τρεῖς καὶ πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν μονάδες συναχθήσονται, ὅσους καὶ τοὺς ἁγρευθέντας ἰχθῦς εὑρίσκομεν. Οὕτω τῶν ἀποστόλων ἡ ἄγρα τὸν πληθυσμὸν τῆς Ἐκκλησίας προήγγειλε.

« Λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τῷ Πέτρῳ · Ὁ Κύριός ἐστιν. » Ἐχρῆν μὲν τὸν Πέτρον πρότερον ἐν αἰσθήσει γενέσθαι τοῦ πράγματος, οἰκοθεν ἔχοντα τὸ παράδειγμα. Καὶ

Francisci Scorsi notæ.

(60) *Elementa ergo*, etc. Hæc æqualium supputatio numerorum Græce ἰσόψηφον dicitur, per quam ex numero, quem litteræ singulæ inter se computatæ conficiunt, aliquid mysticum eamdem habens numerorum summam, eruitur. Et quidem antiquissimum esse id apud Græcos anagrammatis, seu ænigmatis genus, et ad ea præcipue animi sensa explicanda, a quibus arceri vulgus maxime studebant, quæque ipsi ἀπόῤῥητα appellare consueverunt, docent Sibyllina carmina, quibus augustissimum Jesu nomen est multo ante consignatum, ut refertur in lib. I *Sibyll. orac.* his versibus :

Τέσσαρα φωνήεντα φέρει τὰ δ' ἄφωνα δυ' αὐτῷ
Δισσῶν ἀγγέλων ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω.
Ὀκτὼ γὰρ μονάδας τόσσας δεκάδας ἐπὶ τούτοις
Ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις
Οὔνομα δηλώσεις σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον,
Ἀθανατοῖο Θεοῦ Χριστὸν παῖδ' ὑψίστοιο.

Vocales quattuor autem
Fert, non vocalesque duas binum geniorum.
Sed quæ sit numeri totius summa docebo.
Namque octo monadas, totidem decadas super ista.
Atque hecatontadas octo infidis significabit
Humanis nomen : tu vero mente teneto,
Æterni natum Christum, summique Parentis.

Summa igitur est 888, quæ ex Græcis elementis nominis Ἰησοῦς conficitur, ut in hoc schemate demonstratur.

ι	valet	10
η		8
σ		200
ο		70
υ		400
ς		200

quorum ratio colligit 888. Cæterum duo illa hemistichia secundum primi carminis, τὰ δ' ἄφωνα δυ' αὐτῷ, et primum secundi, δισσῶν ἀγγέλων reposui hic ex lectione, et emendatione eorum interpretis Sebastiani Castilionis, a quo aliæ etiam aliorum lectiones, castigationesque adnotantur, quem vide si libuerit, nec enim est nostri negotii; itidemque illud de nomine Dei, quod simili numerorum ænigmate involutum canitur ab eadem Sibylla eodem lib. I, an ἀρσενικὸν quod minimum valet, an θεὸς σωτὴρ, an ἀνέκφωνος, an διάσφορος disputatum ab eo le n. Jam vero ut hoc numeri 888 mysterio Jesu Christi nomen in Sibyllinis carminibus est abstrusum, ita et nomen Antichristi Joannes Evang. designat Apocalyp. cap. VII, sub numero 666 : *Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ : numerus enim hominis est, et numerus ejus sexcenti sexaginta sex.* Quod autem probabilius ex hoc numero nomen eruatur, vel an sciri possit hoc tempore, vide interpretes ejus loci Viegam, Riberam, Cornelium nostros. Atque hæc de nostris mysteriis. Ægyptii etiam, quod scribit Heliod. *Hist. Æthiop.* lib. IX, Nilum suum, solem, et annum esse ipsum tum propter vicissitudines annuas, quas inundationibus efficit, tum propter numerorum calculos fabulabantur. Νεῖλος siquidem continet tercentum quinque, et sexaginta, totidem, quot annus unitates. Sed redeo a profanis ad sacra. Hic igitur Pater mysterium aliquod ex numeris elicit bis : semel hac homilia, et iterum hom. 45. Hic enim in numero piscium centum quinquaginta trium figuram Ecclesiæ electorum conjicit, quæ etiam figura in Rebecca præcessit, cujus nominis Ῥεβέκκα litteræ ἰσόψηφοι sunt, ut hic patet :

R	100
E	5
B	2
E	5
K	20
K	20
A	1

Qui omnes numeri simul sumpti conficiunt 152.

In illa vero altera homilia confert nomen Θεός cum nomine ἀγαθὸς, quorum eadem est numerorum summa, ut ostendat quam proprium Dei sit, esse bonum, in illud Matth. c. XIX : *Nemo bonus nisi solus Deus.* Ea autem summa sic constat :

Θ	9	A	1
E	5	Γ	3
O	70	A	1
Σ	200	Θ	9
		O	70
		Σ	200

Cujus summa 284. Cujus summa itidem 284.

Addo corollarii loco eleganter in hoc ἰσοψήφῳ bis quoque lusisse antiquarum litterarum, in primisque Græcarum peritissimum virum, ac patriæ suæ ornamentum D. Marianum Valguarnera Panormitanum, in duorum Pontificum Romanorum inauguratione, Clementis VIII et Urbani itidem VIII, et utriusque augustissimam dignitatem jam inde in nomine ominatam ostendit; nam in altero Ἱππόλυτος Ἀλδοβρανδῖνος eamdem continet summam numerorum ac Κλήμης ὁ ὄγδοος ὁ ἱερεὺς μέγας nimirum 1832, in altero Μαπφῆος ὁ Βαρβερῖνος Φλωρεντῖνος, eamdem ac Οὐρβανὸς ὄγδοος ἀρχιερεὺς ὁ μέγιστος, nimirum 3730, quod supputanti patebit, mihi enim longiori esse non licet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γὰρ πρὸ τῆς μαθητείας τοιοῦτον ὁ Κύριος πρὸς τὸν Πέτρον ἐθαυματούργησεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ μὲν Πέτρος τῆς πίστεως τὸ σύμβολον, πέτρα τις οὖσα τῆς πίστεως, καὶ τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιος, καὶ πρώτη τῆς πνευματικῆς οἰκοδομῆς ἀφορμή· ὁ δὲ Ἰωάννης τὴν ὑπεροχὴν τῆς θεωρίας αἰνίττεται, βροντῆς ὢν υἱὸς, καὶ πρώτη τοῦ Λόγου πηγὴ, ὡς ἐπὶ τὸ στῆθος τούτου ἀναπεσὼν καὶ τοὺς τῆς σοφίας, καὶ γνώσεως θησαυροὺς πιστευθείς· διὰ τοῦτο πρῶτος ὁ Ἰωάννης ἐπιγινώσκει τὸν Κύριον. Ὀξυωπεστέρα γὰρ ἡ θεωρία, ὡς ἐν ἄλλοις ἐδείχθη πλατύτερον. Ὅρα δὲ καὶ τὴν τοῦ Πέτρου θερμότητα, καὶ ὅπως αὐτὸν αἱ τοῦ πόθου φλόγες ἀνάπτουσαι, εἵλκον πρὸς τὸν ποθούμενον. Ὁμοῦ τε γὰρ ἤκουσεν, ὡς ὁ Κύριός ἐστι, καὶ τὸν ἐπενδύτην διαζωσάμενος, ἀφεὶς τὸ πλοιάριον διενήξατο. Ἔστι δὲ ἐπενδύτης ἡ ἔξωθεν τοῦ χιτῶνος περιβολὴ, ἣν σύνηθες τοῖς Γαλιλαίοις περιχλανίζεσθαι. Ταύτην οὖν διὰ τὸ σεμνὸν τῆς καταστάσεως ὁ Πέτρος περιεζώσατο. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα προτρέπεται, μὴ μόνον τῇ ἱστορίᾳ ἐπερείδειν τὸν νοῦν, ἀλλ' ἐμβατεύειν πρὸς τὸ βαθύτερον, ζητήσωμεν κἀνταῦθα τὸ διὰ τοῦ ἐπενδύτου νοούμενον.

miraculum Dominus in persona ejus effecerat. Sed quoniam Petrus quidem fidei symbolum est, cum veluti quædam fidei petra, et Ecclesiæ fundamentum, et totius spiritualis ædificii prima sit causa; Joannes vero contemplationis excellentiam quamdam adumbrat, cum tronitrui filius, et primus Verbi fons (61), ut qui supra ejus recubuerit pectus, et cui sapientiæ crediti sunt scientiæque thesauri, ideo mysterium Joannes primus agnoscit. Acutiore enim acie (62) contemplatio prædita est, ut in aliis latius explicatum est. Considera etiam Petri fervorem, et quomodo **255** eum amoris flammæ succenderint, et ad dilectum attraxerint. Simul enim ac audivit quia Dominus est, et ependyti se succinxit, et navigio omisso enatavit. Est vero ependytes (63), qui supra tunicam amictus injicitur, quo mos erat Galilæis tegi. Hoc igitur Petrus ut gravem gereret habitum se circumcinxit. Sed quoniam Spiritus nos adhortatur, ne soli hæreamus historiæ, sed uti ad profundiora pervadamus, quid per ependytem significetur, etiam hoc loco quæramus.

Ὁρῶμεν τοίνυν καὶ ἄλλοτε τοὺς μαθητὰς κλυδωνιζομένους ἐπιστάντα τὸν Κύριον, καὶ τῆς ψυχῆς τὸν τάραχον, καὶ τῆς θαλάσσης τὰ κύματα κατευνάσαντα· ἐπιτρέψαντα δὲ καὶ τὸν Πέτρον πεζεῦσαι διὰ τοῦ κύματος [καὶ] ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν. Ὃς δὴ καθάπερ ἐπὶ ξηρᾶς διαστείβων τὴν ὑγροκέλευθον, καὶ ὁρῶν ὡς ἐρρώχθη τὸ κῦμα, καὶ τὸ πνεῦμα ἐπάφλαζε, περιδεὴς γενόμενος, μικροῦ δεῖν ἐποντίζετο, εἰ μὴ τοῦτον ἡ θεία χάρις φθάσασα ἥρπασε. Διὰ τί; Ἐπειδὴ μέλλων κατὰ κυμάτων πεζεύειν, τὸν τῆς πίστεως ἐπενδύτην οὐ διεζώσατο. Διὸ καὶ ὡς ὀλιγόπιστος ὑπὸ τοῦ Κυρίου κατονειδίζεται· δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὡς ἡ περὶ τὴν πίστιν ἀσθένεια προεξένει τὸν κίνδυνον, ἐνταῦθα δὲ πλήρης γενόμενος πίστεως, τὸν ἐπενδύτην, ὥσπερ λέγεται, διεζώσατο, διὸ καὶ ἀκινδύνως πρὸς Κύριον πέφθακεν.

Scimus igitur alias etiam discipulis inter undas periclitantibus Dominum adfuisse, et animæ perturbationem et maris sedavisse fluctus; Petrum vero etiam jussum per undas pedibus ambulare ad ipsum venisse. Qui sane cum non secus ac aridam calcaret humidam viam, undas vero abrumpi, et æstum fervere videns, pavore concussus, parum abfuit quin mergeretur, nisi eum gratia divina præveniens a periculo eripuisset. Quid hoc? quoniam per undas pedibus ambulaturus ependyte fidei se non accinxit; unde ut modicæ fidei a Domino reprehenditur. Ubi sane indicat sermo divinus ab imbecillitate fidei creatum fuisse periculum, hic vero cum fide plenus esset, tunica succinxisse se dicitur; unde sine periculo pervenit ad Dominum.

Francisci Scorsi notæ.

(61) *Et primus verbi fons.* Ut qui, uti canit Ecclesia, *Evangelii fluenta de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit.* Itaque et in ipso doctrina Evangelii facta est fons, ex quo primo uberius, et liquidius manavit illud: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.*

(62) Acutiore enim acie vide dicta supra ad homil. XXV, not. 89, et hom. XXXIII, not. 32.

(63) *Est vero ependytes.* Patet ex etymo; dictus est enim παρὰ τὸ ἐπενδύεσθαι quod παρὰ τὸ ἐπὶ, et ἐνδύεσθαι, id est, *superinduere.* Ex quo etymo rejicit Marium Victorinum noster Lacerda in *Adver. sacr.* cap. 125, putantem ependytem esse interulam, vel subuculam, et ex eodem rejicit Maldonatus, hoc cap. XXI Joan., eos qui interpretantur eumdem ἐπενδύτην subligaculum, vel lineum indusium, quod et pudori serviret, et natanti impedimento non esset; et præterea quia videntur illi supponere Petrum antea nudum omnino fuisse, quod non videtur probabile. Potest enim quod ait evangelista nudum fuisse Petrum intelligi, etiamsi indusium interius solum haberet, quo habitu solent uti operarii et natatores præsertim, ut expediti opus faciant. Ita etiam censet Cornelius a Lapide. Colligitur ergo ἐπενδύτην fuisse pallium, vel togam, qua uti Galilæi solerent, et quem, laborem aggressuri aliquem, facile exuebant, iterumque sumebant. Cujusmodi fuit etiam illa, quam Christus lavaturus pedes discipulorum exuit, qua super inconsutilem tunicam amictus erat. Christum enim non alio, quam vulgari inter Judæos habitu, usum fuisse credendum est, qui nulla re videri voluit singularis. Quod si tunicam vertit noster interpres, usus est communiore vocabulo, nam et inferior est tunica nempe χιτὼν proprie, et superior ἐπενδύτης, proprie. Ita vertit hoc nomen Hieronymus: *Superior tunica superindumentum.* Et hoc intelligit in Vita S. Antonii cap. 25, cum *lavit ependytem suum;* et in Vita S. Hilarionis, cap. 3: *Pelliceum habens ependytem;* scribit nimirum, quod communiter *cappam*, seu *scapulare* barbare dicunt. Atque hoc est, quod Theophanes noster sentit, et Theophylactus etiam ἐπενδύτην definit linteum, quo Phœnices et Syri piscatores se amiciebant, sive nudi essent, sive vestiti, hoc superimponentes.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Alii vero discipuli naviglo venerunt; non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. » Neque hoc mystica ratione vacat, quod per cubitos ducentos, quibus a terra distabant, tractum rete a discipulis fuerit. Ducentorum enim numerus materiæ, ac speciei quamdam continet proportionem, ut eloquens Maximus autumat (64). Ex quibus eorum qui doctrinam accipiunt, mentem extrahentes apostoli in stabili theologiæ verbo, velut in portu constituunt. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem; omnia ex non exsistentibus ineffabili ratione produxit, prunas, panem, piscem. Nam ne phantasticum quiddam cernere se putarent, voluit eos sumendo cibo confirmare. Quoniam autem scierat, nihil penes eos esse esculenti, ipse apparat mensam pane instructam, et pisce, consueto piscatoribus cibo; simplicique alimento, nec exquisito, et arte culinaria condito, sed fortuito, ac pro **256** re nata in igne parato.

Verumtamen etiam hic cum re secundum historiam gesta aliquid mysterii conjunctum est. Nam prunæ symbolum divinitatis Verbi fuerunt. Ignis enim Deus, et ignis consumens, juxta divinum oraculum. Piscis vero superpositus prunis assumptæ humanitatis erat imago. Quæ sane immediate unita secundum hypostasim divinitati, et tota velut assa melioris communicatione ὁμόθεος, hoc est simul Deus (65) evasit, non in naturam conversa divinam, fieri enim nullo modo potest, ut hoc con-

«Οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον· οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ὡς ἀπὸ πηχῶν διακοσίων σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων. » Καὶ τὸ ἑλκυσθῆναι ἀπὸ τῶν μαθητῶν τὸ δίκτυον ἀπὸ τῶν διακοσίων πηχῶν, ὧν ἀπεῖχον ἀπὸ τῆς γῆς, οὐκ ἔξωθέν ἐστι μυστικῆς. Ὁ τῶν διακοσίων γὰρ ἀριθμὸς, ὕλης καὶ εἴδους λόγον ἐπέχει, ὡς ὁ πολὺς ἔφη Μάξιμος. Ἐκ τούτων οὖν τῶν μαθητευομένων τὴν διάνοιαν ἐξάγοντες οἱ ἀπόστολοι, τῷ σταθηρῷ τῆς θεολογίας λόγῳ ἐγκαθορμίζουσιν. Ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον· πάντα ἐξ οὐκ ὄντων ἀῤῥήτῳ λόγῳ παρέστησεν, τὴν ἀνθρακιὰν, τὸν ἄρτον, καὶ τὸ ὀψάριον. Ἵνα γὰρ μὴ φάντασμά τι βλέπειν νομίσωσι, βούλεται πιστώσασθαι τούτους διὰ τῆς βρώσεως. Ἐπειδὴ δὲ ᾔδει, ὡς οὐκ ἦν τι βρώσιμον παρ' αὐτοῖς, αὐτὸς προετιμάζει τὴν τράπεζαν, ἄρτον καὶ ὀψάριον τὴν συνήθη τῶν ἁλιέων τροφὴν, ἁπλὴν βρῶσιν, καὶ ἀπερίεργον ἄνευ ὀψαρτικῆς τινος καρυκίας, ἐπὶ τοῦ πυρὸς κατὰ τὸ συμβὰν ἐκ τοῦ παρατυχόντος σχεδιασθεῖσαν.

Πλὴν ἀλλὰ κἀνταῦθα τῷ ἱστορικῶς γενομένῳ συνθεωρεῖται τὸ μυστικώτερον· ἡ μὲν γὰρ ἀνθρακιὰ σύμβολον ἦν τῆς τοῦ Λόγου θεότητος. Πῦρ γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ πῦρ καταναλίσκων, κατὰ τὸν λόγιον. Ὁ δ' ἐπικείμενος ἰχθὺς τῇ ἀνθρακιᾷ, εἰκὼν ἦν τοῦ προσλήμματος. Ὅπερ ἀμέσως ἑνωθὲν τῇ θεότητι καθ' ὑπόστασιν, καὶ ὅλον τῇ τοῦ κρείττονος μεταδόσει ἐξοπτισθὲν, ὁμόθεον γέγονεν, οὐ μεταβληθὲν, εἰς φύσιν θεότητος· ἀδύνατον γὰρ τοῦτο παθεῖν σῶμα τὸ ἀπὸ γῆς, καὶ ἀδύνατόν ἐστι τι τῶν κτισ-

Francisci Scorsi notæ.

(64) *Ut eloquens Maximus autumat.* Locum S. Maximi retuli ad hom. 25, not. 87, ubi de hoc binario numero quoad materiæ τὴν δυάδα significet, quod etiam symbolum in ducentorum numerum hic confertur ab auctore.

(65) *Simul Deus.* Ita verti conjunctam illam vocem ὁμόθεον quo modo versam a Jacobo Billio optimo interprete legi in simili, seu potius eodem Gregorii Nazianz. dicto a quo noster id didicit. Greg. enim orat. 42, quæ est 2 *de Pasch.*, cum agnum paschalem figuram Christi fuisse declarat: Τοιοῦτον γάρ, inquit, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν σφάγιον ἔνδυμα ἀφθαρσίας καὶ ὃν καὶ καλούμενον. Τέλειον δὲ οὐ διὰ τὴν θεότητα μόνον, ἧς οὐδὲν τελειότερον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν πρόληψιν τὴν χρισθεῖσαν θεότητι καὶ γενομένην ὅπερ τὸ χρῖον, καὶ θαῤῥῶ λέγειν, ὁμόθεον. Hoc est: *Talis est enim victima illa pro nobis cæsa, quæ incorruptionis indumentum, ut revera est, appellatur. Perfectus autem non modo propter divinitatem, qua nihil perfectius, sed etiam propter humanitatem divinitate delibutam, idemque effectam quod id a quo uncta est, atque, ut audacter loquar,* ὁμόθεον, *hoc est, simul Deum.* Hoc autem vocabulo, quo usus est S. Gregorius, de humana Christi natura loquens, explicare voluit perfectissimam divinitatis participationem, quæ facta est per hypostaticam unionem; nihilque aliud dicere voluit per ὁμόθεον, quam quod τεθεωμένον, deificatum, ut alii loquuntur, et θεῖον divinum, ut etiam noster qui quod paulo ante ὁμόθεον dixerat, post θεῖον appellat, explicatque recte et theologice contra Eutychetem, ejusque sectarios, non id factum esse mutatione humanæ naturæ, et conversione in divinam. Quod itidem S. Damascenus, lib. III *De fide*, cap. 7, clare his verbis explicuit, eademque opera Gregorium Nazianz. cujus dictum locum recenset. Χρὴ εἰδέναι ὡς οὐ κατὰ μεταβολὴν φύσεως ἢ τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ σύγχυσιν ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου τεθεῶσθαι λέγεται, καὶ ὁμόθεος, καὶ Θεὸς γενέσθαι, ὡς φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη· καὶ θαῤῥῶ λέγειν ὁμόθεον, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι τὸ χρῖσαν Θεὸν καὶ τὸ χριόμενον. *Et scire oportet, quod non secundum transmutationem naturæ, aut versionem aut alienationem, aut confusionem caro Domini deificata dicitur, simul Deus, et Deus facta, ut diviniloquus inquit Gregorius, quorum hoc quidem deificavit; hoc vero deificatum est, ausim dicere* ὁμόθεον *id est, simul Deum et hominem fieri, quod ungit, Deum, et quod unctum.* Hæc Damascenus. Theophanes vero alius a nostro, hoc est Nicænus, eodem modo de humana Christi natura locutus, epist. 3: Ὅθεν διὰ τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ τὴν μὲν ἀπαρχὴν εἰς ἄκρον ἐθέωσε τοῦ ἡμετέρου φυράματος, ἤτοι τὸ ἴδιον πρόσλημμα ὁμόθεον ἀπεργασάμενος τοῦτο· *Quapropter ille per suam Incarnationem, quæ mentem ac rationem omnem superat, nostri fermenti primitias ad summum divinitatis extulit, efficiens nempe id, quod a se fuerat assumptum suæ divinitatis consors.* Atque hæc animadversa volui de voce ὁμόθεον, cum humanæ Christi naturæ ab his Patribus attribuitur. Cæterum enim id vocabulum rectius, et sine scrupulo usurpatur de Christo includente divinum suppositum; sic enim dicitur Christus Ὁμόθεος sicut Θεάνθρωπος *Homo Deus.* Nec vero recte *Homo Dominicus*, ut docet D. Thomas III, p. quæst. 16, art. 3, et notat Benedictus Justinianus in cap. II Epist. ad Philippenses.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

μάτων μεταχωρῆσαι εἰς φύσιν θεότητος· ἀλλ' ἔστι μὲν θεῖον, ἐπειδὴ Θεοῦ σῶμά ἐστιν· οὐ μὴν τὴν φύσιν μετέβαλεν. Ἰχθύος δὲ τρόπον ἐν τῇ τοῦ βίου θαλάσσῃ ἐπολιτεύσατο τῆς ἁλμυρᾶς ἁμαρτίας διαμεῖναν ἀμέτοχον. Ἐν καιρῷ δὲ τοῦ πάθους δεχόμενος τὰ μύρια εἴδη τῶν ὕβρεων, ἄφωνος ἦν, οὐκ ἐρίζων, οὐδ' ἀντιλέγων, οὐδ' ἀμυνόμενος, οὐδὲ ἀνείς. Ἕτοιμος ἄρτος, ὃν οὔτε ἄροσις, οὔτε σπορὰ ἐγεώργησε· μόνῳ δὲ παρήχθη τῷ τοῦ τάξαντος νεύματι. Αὐτὸν ἐκεῖνον ἐδήλου τὸν οὐράνιον ἄρτον, τὸν ἄνωθεν μὲν κατελθόντα, ἐν τῇ γῇ δὲ γενόμενον, ὃν ἡ ἀσπόρως καὶ ἀνήροτος τῆς Παρθένου νηδὺς ἀγεώργητος ἐβλάστησεν. Οὕτω μὲν οὖν αὐτὸν ἐκεῖνον τὰ παραχθέντα εἰκόνιζον. Καθ' ἕτερον δὲ λόγον· ἐπειδὴ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐβούλετο πρὸς τὸ κήρυγμα, τὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῖς δείκνυσι σύμβολα. Ὁ γὰρ εὐαγγελικὸς λόγος, τοῖς μὲν γίνεται πῦρ· φησὶ γὰρ ὁ Κύριος· « Πῦρ ἦλθον βάλλειν ἐπὶ τῆς γῆς· » τοῖς δὲ ἄρτος, τοῖς δὲ ἰχθύς, τῷ πολυειδεῖ τῆς ποιότητος κατὰ τὰς τῶν δεχομένων ἐπιτηδειότητας, συνεξαλλάσσων τὴν δύναμιν· ὡς μὲν οὖν πῦρ τὰς ἁμαρτίας ἀποτεφροῖ, ὡς ἄρτος τρέφει τὰς τῶν δεχομένων ψυχάς· ὡς δὲ ὀψάριον, τοῖς ἁπαλοῖς ἔτι δίδοται καὶ μήπω φθάσασι πρὸς τὸ τέλειον, ὡς διδάσκει ὁ καλὸς ἐστιάτωρ Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὁ τοῖς τελειοτέροις μὲν στερεώτερον, καὶ κρεῶδη βρῶσιν τὸν λόγον ποιῶν. Λάχανα δὲ τοῖς ἀσθενεστέροις, καὶ γάλα τοῖς νηπιάζουσι.

A tingat corpori de terra sumpto, et quidquid etiam creatum est fieri itidem non potest, ut in naturam divinitatis transeat. Sed divinum est, quoniam Dei corpus est; naturam vero non mutavit; atque instar piscis (66) in hujus vitæ mari versabatur salsugine, peccati manens immunis. Passionis vero tempore cum sexcenta opprobriorum genera accepisset, instar piscis, mutus fuit, non contendens, neque redarguens, neque ulciscens, neque remittens. Paratus panis, quem neque aratio, nec sementis elaboravit, sed solo imperantis nutu productus. Illum ipsum cœlestem panem significavit, qui descendit quidem e cœlo, in terra vero exstitit, quem Virginis uterus nulla aratione, vel satu subactus quasi germen emisit. Sic igitur illum ipsum, B quæ præparata ab eo fuerant, significabant. Sed secundum aliam rationem, quoniam eos ad prædicandum missurus erat, quibusdam symbolis rationem doctrinæ demonstrat. Evangelicus enim sermo aliis quidem ignis efficitur; ait quippe Dominus: « Ignem veni mittere in terram [97]; » aliis vero panis, aliis piscis, multiplici qualitatis genere vim suam immutans, et ad eorum qui eum accipiunt aptitudinem, et captum accommodans. Igitur ut ignis peccata consumit, ut panis animas accipientium nutrit, ut pulmentarium teneris etiamnum datur, qui nondum perfectionem assecuti sunt, sicuti docet præclarus ille convivator, et divinus apostolus (67) Paulus, qui perfectioribus quidem solidius et ex carne confectum ministrat alimentum [98], olera vero infirmioribus, et lac infantibus [99].

Πῶς οὖν, φαίη τις, παρασκευάσας τοῖς μαθηταῖς C τὸ μυστικὸν τοῦτο ἄριστον, οὐ παρήγαγεν αὐτοῖς καὶ ποτόν; κατὰ μὲν τὸ τῆς ἱστορίας σωματικώτερον, ὅτι παρῆν αὐτοῖς ἡ λίμνη, ποτὸν ἄφθονον τοῖς βουλομένοις παρέχουσα. Ἦν οὖν περιττῆς φιλοτιμίας ἐν τοῖς μὴ ἀναγκαίοις θαυματουργεῖν. Καὶ γὰρ οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ δαψιλῶς εὐωχηθέντες πεντακισχίλιοι, καὶ αὖθις τετρακισχίλιοι, ἄρτοις μὲν καὶ ἰχθύσιν ἐτράφησαν, οὐ μὴν καὶ ποτὸν αὐτοῖς παραχθῆναι ἱστόρηται. Διδάσκει δὲ καὶ νοητῶς ὁ λόγος, ὡς ἐπειδὴ βρῶσις ἡ πρακτικὴ λέγεται ἀρετή, διὰ τὸ σκληρὸν καὶ δυσκατεργαστότερον, πόσις δὲ ἡ θεωρία καὶ ἡ ἀπταιστος γνῶσις, ἐνταῦθα μὲν κατορθοῦται ἡμῖν ἡ διὰ τῶν ἔργων τροφή, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι δίδοται τὸ πόμα τῆς γνώσεως. Λαβούσης γὰρ πέρας ἐνταῦθα τῆς πρακτικῆς, ἡ θεωρητικὴ D μόνη ἐπὶ τοῦ μέλλοντος πολιτεύεται, ἡνίκα πίνειν

Qua vero causa, dixerit quispiam, is qui mysticum hoc prandium discipulis apparavit, non etiam proposuit potum? Sane, juxta magis apertam rationem ab historia ductam, **257** id eo factum est, quod præsto illis stagnum, quod potum petentibus abunde suppeditaret. Miraculum vero, ubi necessitas non id postulat, moliri, ambitionis majoris, quam par est, esse videtur. Nam et illa quinque hominum millia, quæ in solitudine affatim satiata sunt [1], et alia rursus quatuor millia panibus, piscibusque sunt alta [2]; non vero potum illis datum narratur. Doctrina vero etiam et spiritualis hic ratio inest: quod quoniam virtus in exercitatione posita dicitur cibus, quod dura sit, et difficulter exerceatur, theoria vero, et inoffensa scientia potus; in hac profecto vita præstatur nobis per opera cibus; in futura vero cognitionis poculum

[97] Luc. XII, 49. [98] I Cor. III, 2. [99] Hebr. V, 13. [1] Joan. VI, 10. [2] Marc. VIII, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(66) *Atque instar piscis.* Hæc duo symbola piscis et panis, quæ noster latius aliquanto explicat, S. Augustinus brevius, et elegantius complexus est tract. CXXIII: *Piscis assus*, ait, *est Christus passus: ipse est panis, qui de cœlo descendit.* Idem Beda ex eodem S. Augustino sumptum. Idem et anonymus in Cat. Græca.

(67) *Et divinus Paulus.* Ad duos D. Pauli locos hic Theophanes respicit, alterum 1 Cor. c. III: Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα· *Lac vobis potum dedi, non escam;* et alterum ad Hebræos, Καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς· *Et facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo.* Quibus locis tria ponit Apostolus nomina: γάλα, βρῶμα, στερεὰν τροφήν, quæ Theophanes hic explicat, et distinguit ordine: ut γάλα conveniat infantibus, βρῶμα, pro quo ipse λάχανα, hoc est olera posuit, proficientibus, et adhuc imbecillioribus; στερεὰ τροφὴ, quam ipse etiam κρεώδη, appellat, hoc est ex carne confectum alimentum, perfectis.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

datur. Practica enim vita hic desinente, sola contemplativa in futuro degit, et dominatur, quando scilicet fore promisit Dominus, ut nobiscum bibat poculum meræ, sinceræque doctrinæ, cum revelabit sanctis clarius, quæ nunc ipsis ostendit obscurius. Contingat vero etiam nobis, ut divinis illis perfruamur dapibus in Christo Deo nostro, cui gloria et potentia cum Patre principii experte, et vivificante Spiritu nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A μεθ' ἡμῶν ὁ Σωτὴρ ἐπηγγείλατο τὸ τῆς ἀκηράτου διδασκαλίας ποτήριον, ὅτε ἀποκαλύψει τοῖς ἁγίοις τρανότερον, ἃ νῦν αὐτοῖς ἔδειξεν ἀμυδρότερον. Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς τῆς θείας ἐκείνης ἀπολαῦσαι τροφῆς, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA XXXVII.

In undecimum matutinum.

In illo tempore «Manifestavit se Jesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis, et ait Simoni Petro: Simon Joannis, diligis me plus his[a]?» Cum ad mare Tiberiadis piscantibus discipulis apparuisset Dominus, et mystica illis ostendisset symbola, piscatum, panem, prunas, piscem, et una cum ipsis prandisset, qui esset, ignotus, reliquum jam erat, ut discipulo per negationem lapso mederetur, adeoque, qui contrariis curare contraria noverat, per trinam confessionem trinum discipuli peccatum corrigit: et qui omnia scierat, antequam nascerentur, ignorantiam videlicet obtendit, et ait: «Simon Joannis, diligis me?» Sciebat quidem Petrum in amore esse ferventem, etsi meliore quadam providentia (67*) in tempore Passionis offenderat; sed quoniam ipse etiam Petrus conscientiæ stimulis pungebatur, et apud **258** discipulos ea quæ de ipso erat, existimatio inobscurata fuerat, ostendit Salvator, se illum ipsum Ecclesiæ fundamentum, et rationabilium ovium pastorem, et discipulorum suorum (68) principem propo-

[a] Joan. xxi, 14, 15 seqq.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΖ'.

Εἰς τὸ ἐνδέκατον ἑωθινόν.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, « Ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, B καὶ λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ· Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; » Καὶ τοῖς μαθηταῖς ὀφθεὶς ὁ Κύριος ἐν τῇ λίμνῃ Τιβεριάδος ἀγρεύουσι, μυστικά τε σύμβολα ὑποδείξας αὐτοῖς, τὴν ἄγραν, τὸν ἄρτον, τὴν ἀνθρακιὰν, τὸν ἰχθὺν, καὶ μετ' αὐτῶν ἡριστηκὼς ἀγνωσθεὶς ὅστις εἴη, ἤδη λοιπὸν καὶ τὸν χορηφαῖον τῶν μαθητῶν ἀλθαίνειν τοῦ τῆς ἀρνήσεως πτώματος· καὶ ὁ διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία θεραπεύειν εἰδὼς, διὰ τῆς τρίτης ὁμολογίας, τῷ μαθητοῦ τὸ τρίτον ἐπανορθοῦται ἁμάρτημα. Καὶ ὁ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως, ἄγνοιαν δῆθεν προβάλλεται, καί φησι· « Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; » Ἤδει μὲν ὡς ὁ Πέτρος διάπυρος ὢν ἐραστὴς, κἂν προμηθείᾳ κρείττονι παρεσφάλη ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ Πέτρος ταῖς τοῦ C συνειδότος αἰκίαις κατεμαστίζετο, καὶ τοῖς μαθηταῖς ἡ περὶ αὐτοῦ ὑπόληψις ἐτεθόλωτο, δείκνυσιν ὁ Σωτὴρ ὡς θεμέλιον τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ποιμένα

Francisci Scorsi notæ.

(67*) *Meliore quadam providentia.* Permittente scilicet pro sua providentia Deo, et ex ejus lapsu multa deinde bona eliciente eo modo, quo de S. Gregorio Magno, hom. 26 *in Evang: Egit namque tunc vero modo superna clementia, ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum proficit*, etc. Et S. Augustinus de communi humani generis labe: *Melius judicavit de malis bona facere, quam mala nulla esse permittere.*

(68) *Principem.* Ita verti vocem κρηπῖδα, qua utitur hic auctor; sed sensum ac metaphoram expressi potius, quam proprietatem vocis; hæc enim *basim, calceum, fundamentum, principium* significat. In Gloss. Escur. κρηπῖδα, interpretatur θεμέλιον. Sed cum fundamentum paulo ante posuissem, et ex aliis significantibus nulla commode posset relate ad discipulos traduci Latine, sensum reddidi. Nec tamen multum etiam ab ejus significatu discessi: nam *principium discipulorum* potuissem vertere, ac *principem*, ad usum ipsum loquendi magis convenire putavi. Observa vero quot, et quam gravibus verbis, quot etiam locis varie in his homiliis principatum S. Petri, atque adeo ejus successorum quos aperte nominat hom. 55, *De SS. apostolis*, hic Pater contestetur. Quid vero gravius, et magnificentius verbis sequentibus, quibus Petrum dicit κορυφαῖον ἀποστολικῆς ἀξίας καὶ τάξεως, *coryphæum, seu principem apostolicæ dignitatis, et ordinis?* adversus nostri temporis novatores, qui primatum S. Petri ferre non possunt, et Græcos schismaticos, qui primam sedem Romanam agnoscere nolunt, qui profecto suos Patres et Græcos suos adversantes habent, et increpantes errorem suum, et αὐθάδειαν, quibus illi parere nolunt. Nam præter hunc Theophanem Cerameum, qui ubicunque de S. Petro incidit mentio, semper de eo, ut de principe præclare ut dixi, et magnifice D loquitur, et πρόκριτον, πρῶτον, κορυφαῖον, κρηπῖδα τῶν μαθητῶν καὶ ἀποστόλων, θεμέλιον τῆς Ἐκκλησίας appellat, consonant etiam alii Patres. S. Proclus episc. Constant. eodem verissimo sensu προστάτην, καὶ κορυφαῖον, S. Petrum nominat, quod animadvertit ejus interpres et commentator Vincentius Richardus in orat. 8, ostenditque nomen προστάτης, non esse inane nomen, seu dignitatis tantum, non jurisdictionis, ut inquiunt; quia προστάτης regit ordinem suum eique imperat. Jam S. Chrysost. καθηγητὴν τῶν ἀποστόλων vocat, et S. Isidorus Pelus. lib. I, epist. 142, τοῦ θυάσου τῶν μαθητῶν κορυφαῖον. Et lib. II, epist. 93: Καθὼς ὁ Πέτρος ὁ κορυφαῖος τοῦ χοροῦ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ Πράξεσι σαφῶς ἀπεφήνατο. S. Cyrillus Hierosol. catech. II: Πέτρος ὁ κορυφαιότατος, καὶ προστάτης τῶν ἀποστόλων, et concil. Nicæn. II, καθὰ Πέτρος ὁ πρωτάρχης τῆς ἀποστολικῆς ὁμηγύρεως. Et aliis sexcentis hujusmodi locis possunt obrui et convinci hujusmodi hæreseos tenaces.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τῶν λογικῶν προβάτων, καὶ κρηπῖδα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, αὐτὸν ἐκεῖνον προβάλλεται. Τρία οὖν διὰ τούτων οἰκονομεῖ. Ἁγιάζει τοῦ Πέτρου διὰ τῆς ὁμολογίας τὴν γλῶτταν, ἣν ἡ ἄρνησις ἔχρανεν, ἀνακαθαίρων αὐτὴν τοῦ ἐγκλήματος· βεβαίοι τοὺς λοιποὺς τῶν μαθητῶν, ὡς οὐκ ἐξέπεσεν ὁ κορυφαῖος τῆς ἀποστολικῆς ἀξίας καὶ τάξεως· πληροῖ τὸ ἐπάγγελμα, ὅπερ αὐτῷ ἐπηγγείλατο· « Δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν

« Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; » Ἐπειδὴ ἐν τοῖς συντακτηρίοις λόγοις, πολλὰ περὶ ἀγάπης αὐτοῖς ἐνετείλατο, ὅτι τῆς τελείας τοῦτό ἐστι γνώρισμα, τὸ θεῖναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ, ὅπερ Χριστὸς μὲν ἐπλήρωσεν, ὁ Πέτρος δὲ ὑποτρέσας ἠρνήσατο, διὰ τοῦτο εὐφυῶς τοῦ Πέτρου οἷον κατειρωνεύεται· ὡς τὸ τῆς ἀγάπης ἴδιον μὴ φυλάξαντος. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν· « Πλεῖον τούτων, » πλαγίως; πως ἀναμιμνήσκει αὐτὸν τῆς θρασείας ἐκείνης φωνῆς, ἣν κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν ἐκαυχήσατο· « Κἂν τινες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' ἐγὼ τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω. » Ἆρα οὖν, φησὶ, θαρσεῖς καὶ νῦν ἐγκαυχήσασθαι, ὡς « Πλεῖον τῶν ἄλλων ἀγαπᾷς μέ; » Τί οὖν ὁ Πέτρος; Οὔτ' ἀναίνεται ἀγαπᾷν, οὔτε θρασέως ὁμολογεῖ, ἀλλὰ τῇ φύσει μετρεῖ τὴν ἀπόκρισιν, καί φησι· « Ναὶ, Κύριε, σὺ οἶδας, ὅτι φιλῶ σε. » Οὕτως ἐξ ὧν ἔπαθεν, ἔμαθεν· οὕτως αὐτὸν ἡ ἧττα πεποίηκε δόκιμον, ὥστε μὴ παντὶ τῇ τῆς ψυχῆς προθυμίᾳ θαρρεῖν, ἀλλ' εὐλαβεῖσθαι τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν· « Τὸ γὰρ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. » Μάρτυρα δὲ τοῦ λόγου ὅτι φιλεῖ αὐτὸν ἐκεῖνον παρίστησι· « Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. » Ἔοικε δέ πως ἀσυνάρτητος ἡ τοῦ Πέτρου ἀπόκρισις πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου ἐρώτησιν. Ὁ μὲν ἤρετο· « Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; » Ὁ δὲ οὐ λέγει, Σὺ οἶδας, ὡς ἀγαπῶ σε, ἀλλ', « Ὅτι φιλῶ σε. » Ἐπειδὴ φιλίας καὶ ἀγάπης διαφορὰν ᾔδει πολλήν. Ἡ μὲν γὰρ ἀρχή τίς ἐστι καὶ ὁδός· ἡ δὲ, περιεκτικὴ τῶν καλῶν. Ἀλλ' ὡς σαφέστερον ᾖ τὸ λεγόμενον, τεχνικώτερον τοῦ λόγου ἀψώμεθα.

nere. Tria igitur præstanda per hæc verba disponit. Linguam Petri, quam negatio contaminarat, per confessionem sanctificat, atque a crimine purgat; cæteris discipulis fidem affirmat de suo statu non decidisse coryphæum illum apostolicæ dignitatis et ordinis; factamilli promissionem implet: « Dabo tibi claves regni cœlorum: et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis [a]. »

« Simon Joannis, diligis me? » Quoniam in eo sermone, quo postrema mandata dederat, multa de charitate ipsis præceperat, quod videlicet hinc perfecta esse cognosceretur, si quisquam pro amicis suis animam poneret, quod sane præstiterat Christus, Petrus vero pavore victus negaverat: ideo dexteritate quadam usus Petrum veluti ridet, ut qui, quod erat charitatis proprium, non servarat. Cum vero etiam ait: « Plus his, » latenter illi in memoriam insinuat vocem illam confidentiæ plenam qua sub ipsum Passionis tempus gloriatus fuerat: « Et si alii scandalizati fuerint, ego tamen animam meam pono pro te [b]. » An igitur, inquit, etiam nunc, quod plus his me diligas, gloriari audes? Quid igitur Petrus? Neque diligere se negat, neque fatetur audacter; sed naturæ imbecillitati accommodatam responsionem affert et ait: « Etiam, Domine, tu scis quia amo te. » Ita ex his, quæ passus fuerat, didicit: ita illum experientem clades sua reddiderat, non esse scilicet cuicunque animi propensioni, fervorique confidendum, sed infirmitatem naturæ timendam: « Spiritus enim promptus est, caro autem infirma [c]. » Testem vero illum ipsum facit amoris in eum sui: « Domine, tu scis quia amo te. » Sed interrogationi Domini, non videtur Petri responsio quodammodo convenire. Ille quidem quæsierat: « Simon Joannis, diligis me? » Ille autem non dicit: Tu scis quia diligo te, sed, « Quia amo te. » Multum quippe (69) inter amorem, dilectionemque interesse sciebat. Ille enim principium (70) et via quædam est

[a] Matth. xvi, 19. [b] Matth. xxvi, 33; Joan. xiii, 37. [c] Matth. xxvi, 41.

Francisci Scorsi notæ.

(69) *Inter amorem dilectionemque.* Auctor hic subtiliter inter φιλίαν καὶ ἀγάπην, discriminat, quæ nos discriminis etiam causa Latine vertimus *amorem et dilectionem:* nec sine auctoritate sacrarum Litterarum et profanarum, ut jam ostendam. Sed vero, si harum dictionum φιλίας et ἀγάπης vis, et usus inter scriptores Græcos disquiratur, vix distinctio dignoscetur, sed potius utrumque ἀδιαφόρως usurpatum; quin etiam nomen ἀγάπης, quod hic pro perfectissimo amore vult accipi Cramerus, lenius aliquando esse, quam φιλία animadverti potest ex Arist. lib. VIII *Moral.* cap. 3, ubi etiam verbo ἀγαπῶσι de levioribus amicis utitur. Quod autem pertinet ad usum sacrarum Litterarum, notat Origen. hom. 1 *in Cant.*, quæ aliter Prologus in ea, inscribitur, magis usitata esse dilectionis, et charitatis nomina ea de causa, quam ipse affert his verbis: *Videtur autem mihi divina Scriptura, volens cavere, ne lapsus aliquis legentibus sub amoris nomine nasceretur, pro infirmioribus quibusque eum qui apud sapientes sæculi cupido, seu amor dicitur, honestiore vocabulo, dilectionem seu charitatem appellasse.* Sic ille. Ad quam sententiam firmandam multa producit testimonia veteris Instrumenti, ubi nomen dilectionis et charitatis positum est pro amore. Ac demum concludit, quamvis charitatis nomen sit gravissimum, ut etiam Deo sæpe tribuatur, et dilectionis itidem, qua jubemur diligere proximos, nec satis recte de pecuniæ, vel voluptatis amore, charitatem quis dixerit, tamen non esse piaculum, nec multum interesse, si quis Deum amare se dicat, et Deum ipsum vocet amorem suum. Sanctus autem Augustin. lib. XIV *De Civit.* cap. 7, multis ex locis ostendit tam *amare*, quam *diligere* in bonam partem, et in malam accipi, nec ullum inter ea discrimen facit, quin etiam ex hoc ipso loco

(70) *Ille enim principium*, etc. Dicit τὴν φιλίαν esse viam et principium ad τὴν ἀγάπην, quod quo pacto interpretandum sit ex ipsius distinctione, quam de triplici amicitiæ genere tradit, intelligetur notis 71 et 72.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hæc vero, quæ omnia bona comprehendit. Sedenim ut planius quod dico intelligatur, subtilius rem disquiramus.

Amicitiam tribus **259** modis (71) conciliari dicunt. Nam vel voluptas illam vel utilitatis alicujus occasio, vel virtutis similitudo conjungit. Sed quæ ex uno ex his duobus modis exsistit amicitia fluxa est, et instabilis; sive enim utilitatem, sive voluptatem, deficere contingat, ex tinguitur etiam, et perit amicitia. Unde vel temporis progressus vel loci distantia, vel negotiorum dissimilitudo corrumpit amicitiam. Ea vero quam copulavit virtus, his rerum casibus non exstinguitur; quin etiam magis vel temporis processu, vel corporum disjunctione firmatur, et (72) charitas factis paulatim incrementis evadit.

A Τὴν φιλίαν κατὰ τρεῖς τρόπους συνεστάναι φασίν. Ἡ γὰρ ἡδονὴ ταύτην συνίστησιν, ἢ χρείας τινὸς πρόφασις, ἢ ἀρετῆς ἐξομοίωσις. Ἀλλ' ἡ ἐξ ἑνὸς τούτοιν τοῖν δυοῖν τρόποιν εἰλημφυῖα τὴν σύστασιν, ἀπαγής ἐστι, καὶ ἀβέβαιος. Εἰ γὰρ παυσθῆναι συμβῇ τὸ τῆς χρείας, καὶ τὸ τῆς ἡδονῆς, συναπέσθη καὶ ἡ φιλία καὶ ὄχετο. Ἔνθεν τοι καὶ χρόνου παράστασις, καὶ τόπου διάστασις, καὶ πραγμάτων ἀλλοίωσις τὸ φίλτρον ἐμάρανεν. Ἡ δὲ κατ' ἀρετὴν συνεστηκυῖα φιλία, τοιαύταις οὐ σβέννυται περιστάσεσι· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τῇ χρονικῇ παριππεύσει, καὶ τῇ σωματικῇ διαστάσει παγιώτερον καθίσταται, ἀγάπη γενομένη ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπιδόσεσιν.

Francisci Scorsi notæ.

loco Joan. xxi, ubi Christus S. Petrum interrogat primo *Diligis?* post *Amas me?* colligit idem significari. Hæc prænotata volui, ut ne quis tam religiose, et subtiliter hæc observanda vocabula putet, quam noster hic Theophanes censet, quanquam ipsius observatio non omnino rejicienda, sed pia existimanda. Nam profecto in Novo Testamento, ac præsertim in iis locis, unde suam distinctionem elicit hic auctor, nomen ἀγάπη et verbum ἀγαπᾶν vertitur semper ab veteri interprete nostro *charitas*, vel *dilectio*, et *charitatem habere*, vel *diligere*; nomen vero φιλία et φιλεῖν, *amor*, *et amare*; locos omnes, quos ego examinavi, hic rescribere omitto, ne longior sim; et sane observanti constare res poterit. Et quidem illud prius gravius, et perfectius, et honestius quiddam significare, hoc secundum levius, et vulgarius docet etiam Gregorius De Valentia tom. III, disp. 3, quæst: *Charitas*, inquit, *apud Latinæ linguæ scriptores generatim significat amorem honestum in eos qui et per se amantur gratuito, et vicissim redamari possunt. Ex lib. M. Tull. De amicitia apparet hoc vocabulo Latine significari non modo amorem actualem, qui momento evanescit, sed etiam habitualem qui consistentiam quamdam durabilem habet. Hunc enim in primis vult Cicero cum inter parentes ait charitatem sine detestabili scelere eximi non posse. In eadem significatione usurpatur hoc vocabulum in Scriptura passim a vulgato interprete, et in omnibus tum Veteris, tum Novi Testamenti locis* (quos ipse Valentia refert, ego omitto) *pro hoc vocabulo in Græco est nomen* ἀγάπη, *quod significat dilectionem illam charitatis, atque hoc modo hoc vocabulum charitatis usurpatur a theologis et ecclesiasticis scriptoribus passim. Tertullianus in* Apolog, contra gentes, *cap.* 39, *ubi de mysterio Eucharistiæ videtur loqui: Cœna nostra de nomine virtutem suam ostendit, vocatur enim* ἀγάπη, *id quod dilectio apud Græcos est.* Hæc ex Gregorio de Valentia adduxi ut intelligeres posse etiam pie observari hoc discrimen inter charitatem, seu dilectionem, et amorem, et recte me vertisse nomen ἀγάπης *charitatem* seu *dilectionem*, φιλίας *amorem*; idemque in verbis ἀγαπᾶν et φιλεῖν observasse. Possem etiam id quod ait Valentia ad ejus et Theophanis nostri distinctionem, tum etiam nostram versionem approbandam, multa alia testimonia ex Latinis probatisque scriptoribus adducere, ni ea res longius, quam necesse sit, me distraheret; satis erit luculentum illud ex Part. oratoriis. Nam aut charitate, inquit, moventur homines, ut deorum, ut patriæ, ut parentum; aut amore, ut fratrum, ut conjugum, ut liberorum, ut familiarium. Sic Cicero, hoc loco discriminat. Idemque colligitur ex Epist. lib. I *Ad Lentulum*; et ex *Dialog. de Amicitia*, ex Trebonio ad ipsum Ciceronem, *Epist. fam.* lib. XI; ex T. Livio, lib. I et aliis. Et Antonius Majoragius doctissimus et optimus ejus explicato in illum locum Part.: *Charitas ea est, quæ etiam alio nomine pietas dicitur; amor vero minus, quam charitas, sed eam tamen etiam proxime subsequitur.* Isidorus etiam lib. *Orig.* VIII, cap. 11 *Charitas Græce, Latine dilectio interpretatur*; et paucis interjectis: *Omnis autem dilectio carnalis non dilectio, sed magis amor dici solet. Dilectionis autem nomen tantum in melioribus rebus dici solet.* Atque hæc quantum ad differentiam, et usum vocabulorum attinet, dicta sint. Nam quoad rem ipsam significatam in sequentibus notis.

B

(71) *Amicitiam tribus modis.* Ita Aristoteles, VIII *Ethic.* cap. 3, ubi de his amicitiæ formis disserit, etc., S. Thomas II, partis II, quæst. 27, art. 5, earum mentionem facit, et est communis, imo vulgata doctrina moralis philosophiæ.

(72) *Et charitas, factis paulatim incrementis evadit.* Charitatis, Græce ἀγάπης, nomine hic intelligenda honesta, perfectaque amicitia, quæ in virtutis ratione fundata, et orta ab initio, longa deinde consuetudine confirmatur. Hæc vero distinctio inter φιλίαν et ἀγάπην, desumpta mihi sine dubio videtur ex eodem Arist. lib. *Ethic.* IX, cap. 5, mutatis tamen vocabulis. Nam quod Philosophus de benevolentia ad amicitiam comparata Græce περὶ τῆς εὐνοίας πρὸς τὴν φιλίαν docet itidem hic Pater de amicitia ad charitatem περὶ τῆς φιλίας πρὸς τὴν ἀγάπην. Nam hæc circa nomina est distinctio. Ait igitur Aristoteles Ἡ δὲ εὔνοια φιλία μὲν ἔοικεν, οὐ μὴν ἐστί γε φιλία. Γίνεται γὰρ εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτας, καὶ λανθάνουσα· φιλία δὲ οὔ. Καὶ πρότερον δὴ ταῦτ' εἴρηται. Ἀλλ' οὐδὲ φίλησίς ἐστιν. Οὐ γὰρ ἔχει διάταξιν, οὐδὲ ὄρεξιν· τῇ φιλήσει δὲ ταῦτα ἀπακολουθεῖ. Καὶ ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας· ἡ δὲ εὔνοια καὶ ἐκ προσπαίου, οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει. Εὔνοι γὰρ αὐτοῖς γίνονται, καὶ συνθέλουσι. Συμπράξειεν δ' ἂν οὐδέν. Ὅπερ γὰρ εἰπομεν προσπαίως εὔνοι γίνονται, καὶ ἐπιπολαίως στέργουσι. Ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι, ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή· μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ οὐδεὶς ἐρᾷ, ὁ δὲ χαίρων τῇ εἴδει οὐδὲν μᾶλλον ἐρᾷ, ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθεῖ, καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμεῖ. Οὕτω δὲ καὶ φίλους οὐχ οἷόν τε εἶναι μὴ εὔνους γενομένους. Οἱ δὲ εὔνοι οὐδὲν μᾶλλον φιλοῦσι. Βούλονται γὰρ μόνον τἀγαθὰ οἷς εἰσιν εὔνοι, συμπράξαιεν δὲ οὐδὲν ἄν, οὐδ' ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν. Διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν. Χρονιζομένην δὲ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην γενέσθαι φιλίαν, οὐ διὰ τὸ χρήσιμον, οὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ. Οὐδὲ γὰρ ἡ εὔνοια ἐπὶ τούτοις γίνεται. Hoc est ex interpretatione Bernardi Febriani: *Jam vero benevolentia est quidem similis amicitiæ: amicitia tamen non est, quippe cum benevolentia erga ignotos quoque,*

C

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἡ τοιαύτη γοῦν φιλία τῆς ἀγάπης ἐστὶν ἀρχή· A Talis igitur amicitia principium est charitatis.
ὁ δὴ καὶ ὁ μέγας Πέτρος εἰδὼς, εὐλαβηθεὶς ὁμολο- Quod sane cum sciret magnus ille Petrus, veritus

Francisci Scorsi notæ.

et latens esse possit; amicitia non possit. Et prius etiam dicta hæc sunt; sed neque amatio est, neque enim intentionem, neque appetitionem habet, quæ amationem consequuntur. Atque amatio quidem cum consuetudine, benevolentia de repente etiam fit. Id quod etiam erga certatores contingit, benevoli siquidem eis fiunt, simulque cum eis volunt, nihil tamen cooperarentur; sicut enim diximus de repente benevoli fiunt, et leviter diligunt. Videtur igitur principium amicitiæ esse, non secus atque amoris ea voluptas, quæ ex aspectu percipitur; nemo enim amore capitur nisi prius specie fuerit oblectatus; qui vero forma oblectatur, nihilo magis amore capitur, sed cum et absentes desiderat, et præsentes cupit. Ita vero etiam amici esse non possunt, nisi benevoli prius B *fuerint: benevoli autem nihilo magis diligunt; volunt enim tantum bona iis, quibus sunt benevoli; nihil tamen cooperarentur, nullamque pro ipsis molestiam susciperent. Quocirca translatione utens aliquis esse ipsam principium amicitiæ dixerit; quæ cum inveterata fuerit, et in consuetudinem devenerit, amicitia evadat; non ea quidem, quæ ex utilitate aut voluptate conciliatur, neque enim ob hæc benevolentia exsistit.* Hæc Aristoteles. Eamdemque S. Thom. lect. 5, in hunc locum. Quæ ideo integre et extense referre volui, ut ex iis intelligatur eam dici a Theoph. differentia inter φιλίαν et ἀγάπην, quæ ab Aristotele inter εὔνοιαν et φιλίαν. Solumque inter utriusque doctrinam penes nomina posse dubium, et quæstionem residere, in re convenire. Nam Aristoteles benevolentiam dicit non ob utilitatem, et voluptatem, sed ob virtutem, et probitatem quamdam exsistere, quod et postremis verbis loci relati, et paulo inferius eodem capite in extremo : ὅλως δὲ ἡ εὔνοια δι' ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειάν τινα C γίνεται· *Omnino autem benevolentia ob virtutem, et probitatem quamdam exsistit.* Hanc pono benevolentiam esse principium amicitiæ, et longa consuetudine amicitiam evadere. Idemque Theophanes de ea re, quod ipse φιλίαν, nos cum eo amicitiam appellamus, ob virtutem conciliari (rejicit enim etiam ipse cum Aristotele a vi ac ratione veræ amicitiæ eas, quæ ex utilitate, vel voluptate progignitur) eamque dicit: Τῇ χρονικῇ παριππεύσῃ παγιώτερον καθιστάναι, καὶ ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπιδόσεσι γίνεσθαι ἀγάπην. Unde infert Ἡ τοιαύτη γοῦν φιλία τῆς ἀγάπης ἐστὶν ἀρχή, hoc est, *Processu temporis firmiorem, et factis paulatim incrementis charitatem evadere. Talis igitur amicitia principium est charitatis.* Quis non plane percipiat ipsum nomine φιλίας intelligere quoddam amicitiæ rudimentum, et inchoamentum, quod de benevolentia Aristoteles dixit, et charitatis τῆς ἀγάπης nomine perfectam stabilemque amicitiam, quam gravissimo nomine ἀγάπην et charitatem apud Latinos diximus, supra n. 69 appellari, et de qua Tullius, de Amicitia : *Veræ amicitiæ sempiternæ sunt?* Explano id aliis verbis. Eamdem rationem inter φιλίαν et ἀγάπην, amicitiam et charitatem, hic Pater statuit, quam inter dispositionem et habitum, vel inter actum et habitum ab ejus frequentatione genitum philosophi. Quod idem de benevolentia ad amicitiam collata in Aristotele est intelligere. Actus enim ille primus benevolentiæ, vel affectio voluntatis erga aliquem, ex consideratione alicujus veri boni concitatus est disposita ad contrahendam, conglutinandamque amicitiam, et ex illo actu repetito gignitur habitus. Atque hæc explicatio intra terminos naturalis humanæque amicitiæ hactenus bene procedit. Sed enim idem discrimen inter φιλίαν et ἀγάπην videtur Theophanes noster ponere etiam cum agit de amore erga Deum et supernaturali, quamvis hoc postremo vocabulo ipse non utatur. Nam hom. 25 de Lazaro in vitam revocato, notat idem discrimen, aitque evangelista, ut qui nosset, quid inter φιλίαν et ἀγάπην interesset, cum de Lazaro, et sororibus ejus loquitur usum esse φιλίας nomine, et verbo φιλεῖν. *Ecce enim*, inquiunt, *quem amas*, φιλεῖς, *infirmatur*; et Judæi dicebant : *Ecce quomodo amabat*, ἐφίλησεν, *eum.* At vero cum de Christo : *Diligebat* ἠγάπα *autem Jesus Mariam et Martham.* Et hoc loco de amore S. Petri in Christum Dominum agit qui sane non naturalis solum, sed et charitas supernaturalis est censendus; et omnino charitatem τὴν ἀγάπην Deo, et Christo attribuit, nobis autem hominibus præclarum esset, si ad amorem φιλίαν, nimirum in Deum, pervenire daretur. Hæ, et aliæ consimiles dicendi rationes ab hoc auctore usurpantur etiam hom. 41, quæ est de omnibus sanctis; quibus in locis aliquid servata quadam analogia de amore hominis in Deum, quæ charitas dicitur a theologis, ut jam not. 69, monui, et est quædam amicitia inter Deum et hominem, ut ab iisdem theologis Gregorius de Valentia, loco supra citato, et Suario de charitate, disputat. 3, sect. 2, admittitur communiter, aliquid, inquam, est intelligendum, quod hactenus de ea amicitia, quæ inter homines intercedit, est dictum. Nam φιλίας vocabulo, quod nos amicitiam vertimus, etiam cum de amore hominis erga Deum est sermo, accipienda est : ex cujus Patris doctrina, sensuque si minus solido, quod cuipiam fortasse argutiori videri possit, attamen pio, ipsamet charitas, quatenus adhuc est imperfecta, et in primo ut ita dicam gradu, vel etiam pro primo charitatis actu; ἀγάπης autem vocabulo, quod nos Latine charitatem dicimus, eamdem charitatem, quatenus magis, magisque perfecta est, in qua Apostolus volebat Ephesios radicatos, ac fundatos esse (*Ephes.* III, 17), eademque, quam ipse præ se ferebat : *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia* (*Rom.* VIII, 35)? ea demum, qua Christus ait (*Joan.* XV, 13), majorem non habere quempiam eo, qui animam ponit pro amicis suis, quod idem charitatis effectum, seu argumentum noster hic dicit esse proprium τῆς ἀγάπης. Ita ut eadem charitas pro diverso statu ab hoc auctore φιλία, et ἀγάπη appelletur. Atque adeo verum sit quod idem hic docet, τὴν φιλίαν factis paulatim incrementis evadere ἀγάπην, hoc est *charitatem*, quam rationem ex Aristoteli jam diximus habere benevolentiam ad amicitiam. Quod igitur in humanis est benevolentia, et ex modo loquendi hujus auctoris φιλία, hæc eadem in divino amore est ipsamet charitas initiative ut sic loquar, vel ipsum inchoa- D mentum charitatis, quod aliis atque aliis actibus subinde augetur, et perficitur, atque ἀγάπη vel *charitas* evadit, ex eodem modo loquendi. Quid quod etiam D. Thomas II, part. II, quæst. 27, art. 3, ponit aliquid simile, et quidem expresse in charitate supernaturali, de qua ibi agit; quærit enim utrum actus charitatis sit idem, quod benevolentia, et præmissa doctrina philosophi a nobis supra posita concludit in corpore art. Sic ergo in dilectione, secundum quod est actus charitatis includitur quædam benevolentia, sed dilectio, sive amor addit unionem affectus, et propter hoc Philosophus dicit ibidem, quod benevolentia est principium amicitiæ. Lege illum art. ex quo habetur dilectionem esse aliquid perfectius, et includere benevolentiam, tanquam aliquid non satis completum, cum non importet unionem et habitum; quæ tamen sit principium, et rudimentum amicitiæ etiam inter Deum et hominem; atque hoc principium vocat hic Noster

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fateri, quod eum charitate prosequeretur, quod minus erat, amicitiam sibi tribuit, eamque testatus est. Jam enim intellexerat in hoc esse charitatem, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quia igitur hoc ipse non perfecerat, ideo se demittit. Sed Dominus ab amore illius erga se hoc postulavit, ut pecus suum ratione præditum pasceret : « Pasce agnos meos, » ostendens nimirum dispensationis consilii sui finem fuisse salutem hominum. Et rursus eamdem secundo interrogationem adjiciens eamdem responsionem refert : « Domine, tu scis, quia amo te. » Tum iterum curam illi committit pascendorum non agnorum, sed ovium (73). In quibusdam vero vetustis exemplaribus ita scriptum est : « Pasce oviculas meas; » et congruentius hoc videtur. Cum enim agnos primo nominasset, oviculas deinde, tum oves appellavit : prout ordo progressus eorum postulat, qui salutem consecuturi sunt. Nam agnos vocavit eos qui in fide sunt imperfecti (74), et in eam introducuntur, ut, et adhuc lactis indigent utpote qui solidum doctrinæ alimentum accipere nequaquam possunt. Oves vero dixit eos qui tantum habent virium, ut instrui, et edoceri de perfectioribus mysteriis queant; sic enim etiam magnus ille Paulus (75) alumnorum profectus distribuit [1]? alios quidem lacte nutriens, aliis vero spiritualia verba in panem formans, aliis demum difficiliora dogmata, ut carnes apponens, iis scilicet qui dentibus dijudicandi peritis subigere, et concoquere ea valeant. Et **260** fortasse etiam in Evangelio bona terra, quæ centesimum, et sexagesimum, et tricesimum fructum affert, triplicis hujusce differentiæ symbolum est, et agnos, et oviculas, ovesque significat.

Dicit ei, tertio : « Simon Joannis, amas me? » Commutavit hanc tertiam interrogationem; neque enim « Diligis me, » dixit, neque « Plus, » addidit; sed esto, inquit; quoniam non diligere te, sed amare confiteris, hoc amicitiæ fac argumentum : « Pasce oves meas. » — « Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio : Amas me? »

[1] I Cor. III, 2.

A γῆσαι, ὡς ἀγαπῴη, τὸ ἧττον, ἑαυτῷ τὴν φιλίαν προσεμαρτύρησεν. Ἐμεμαθήκει γὰρ ὡς τοῦτό ἐστιν ἀγάπη, ἵνα τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ · ἅτε οὖν αὐτὸς μὴ κατορθωκὼς τοῦτο ὑποστέλλεται. Ἀλλ' ὁ Κύριος τῆς εἰς αὐτὸν φιλίας ταῦτα ἀπῄτησε, τὴν τῶν λογικῶν θρεμμάτων νομήν · « Βόσκε τὰ ἀρνία μου · » δεικνὺς, ὡς ὁ παρ' αὐτῷ τῆς οἰκονομίας σκοπὸς ἡ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Καὶ πάλιν ἐκ δευτέρου τὴν αὐτὴν πεῦσιν ἐπαγαγὼν τὴν αὐτὴν ἀπόκρισιν δέχεται. « Κύριε, σὺ οἶδας, ὅτι φιλῶ σε. » Εἶτα πάλιν αὐτῷ τὴν νομὴν ἀνατίθησιν, οὐκ ἀρνίων, ἀλλὰ προβάτων. Ἐν ἐνίοις δὲ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων, οὕτω γέγραπται· « Ποίμαινε τὰ προβάτιά μου · » Καὶ δοκεῖ μᾶλλον ἀκολουθότερον. Εἰπὼν γὰρ πρότερον ἀρνία, δεύτερον B εἶπε προβάτια, τελευταῖον δὲ πρόβατα κατὰ τὴν τῶν σωζωμένων τάξιν καὶ προκοπήν · καὶ ἄρνας μὲν καλῶν, τοὺς ἀτελεῖς περὶ τὴν πίστιν, καὶ εἰσαγωγικοὺς, καὶ δεομένους γάλακτος, ἅτε μὴ δυναμένους δέξασθαι τὴν στερεὰν τῆς διδασκαλίας τροφήν· πρόβατα δὲ, τοὺς ἰσχύοντας μυεῖσθαι τοῦ μυστηρίου τὰ τελεώτερα · οὕτω γὰρ καὶ ὁ μέγας Παῦλος τὴν προκοπὴν τῶν μαθητευομένων διῄρηκε · τοὺς μὲν τρέφων γάλακτι · τοῖς δὲ ἀρτοποιῶν τῶν λόγων τοῦ Πνεύματος · τοῖς δὲ ὡς κρέα παρατιθεὶς τῶν δογμάτων τὰ ἰσχυρότερα · ὅσοι δύνανται δηλαδὴ τοῖς κριτικοῖς ὀδοῦσι τῶν λογισμῶν αὐτοὺς κατεργάζεσθαι. Καὶ τάχα καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἀγαθὴ γῆ καρποφορήσασα τὰ ἑκατὸν, καὶ ἑξήκοντα, καὶ τριάκοντα, τῆς τρίτης ταύτης διακρίσεως σύμβολον ἦν δηλοῦσα C τὰ ἀρνία, καὶ τὰ προβάτια, καὶ τὰ πρόβατα.

« Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον · Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; » Παρῆλλαξε τὴν τρίτην ἐρώτησιν · οὔτε γὰρ « Ἀγαπᾷς με » εἶπεν, οὔτε « Πλέον » προσέθηκεν, ἀλλ' εἶεν, φησί · ἐπειδὴ οὐχ ὁμολογεῖς ἀγαπᾷν, ἀλλὰ φιλεῖν · καὶ οὕτω τὴν φιλίαν ἐπίδειξαι · « Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. » — « Ἐλυπήθη ὁ Πέτρος, ὅτι εἶπεν

Francisci Scorsi notæ.

φιλίαν, quam dicit esse ἀρχὴν et κρηπῖδα τῆς ἀγάπης, et per incrementa ad ἀγάπην accrescere. Simile quiddam de alia theologica virtute, fide nimirum tradit Clemens Alex. lib. v *Strom.* ex iis verbis Apost. ad Rom. I : « *Justitia autem Dei in ipso revelatur ex fide in fidem.* » — *Videtur ergo*, inquit, *Apostolus duplicem fidem annuntiare, vel potius unam, quæ augmentum suscipit, et perfectionem. Nam communis quidem fides subjicitur tanquam fundamentum : iis quidem certe qui cupiebant curari, ut qui fideliter moverentur, dicebat : « Fides tua te salvum fecit; » quæ autem eximie superædificatur, fideli consummatur et rursus perficitur per eam, quæ accedit ex doctrina et ratione per agendi mandata quales erant apostoli de quibus dictum est, fidem montes transmovere, et arbores transplantare. Unde cum sensissent magnitudinem potestatis, rogabant, ut adderetur eis fides, quæ ut granum sinapis morderet utiliter animam, et in ipsa adeo cresceret, ut in ipsa requiescerent de rebus sublimibus rationes.* Hæc Clemens. Ex quibus par sensus intelligi potest de una eademque virtute charitate, quæ cum adhuc communis est, et quasi fundamentum, φιλία dicitur ab hoc Patre, perfecta autem et excellens ἀγάπη, ut hactenus explanatum est. Lege itidem Franc. Suarium loco citato, ubi de tribus charitatis gradibus, quorum primo nomen φιλίας accommodari potest ex hujus Patris distinctione. D

(73) *Non agnorum, sed ovium.* Hanc notam conficiet Cornelius noster qui in hunc locum ita scribit : « *Pasce agnos meos;* » *sic habet etiam Arabicus* (ut Latinus nimirum noster). *Verum Græcus, et Syrus codex pro agnos, habent πρόβατα, id est oves. Sed valde verisimile est nostrum cum Arabico legisse* προβάτια *inserto iota, id est oviculas, quales sunt agni : horum enim præcipue habenda est cura a pastoribus.* Hæc Cornel. cujus conjecturam de inserto iota vides confirmari ab hoc Nostro, qui id in quibusdam exemplaribus scriptum reperiri expresse testatur.

(74) *Qui in fide sunt imperfecti.* Huc facit doctrina Clem. Alexan. de duplici statu fidei, quam retuli paulo supra nota 72, extrema.

(75) *Magnus ille Paulus.* Similia habet supra hom. XXXVI, ubi vide notam 67.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτῷ τὸ τρίτον, « Φιλεῖς με ; » Τὸ πεῖσαν τὸν Πέτρον λυπηθῆναι, ἡ ἐκ τρίτου ἄρνησις ἦν, καὶ τὸ παρηλλαγμένον τῆς ἐρωτήσεως. Διὰ γὰρ τοῦ ἐρωτηθῆναι, εἰς ἀνάμνησιν τῆς τρίτης ἦλθεν ἀρνήσεως. Διὰ δὲ τοῦ πρῶτον μὲν καὶ δεύτερον ἐτασθῆναι εἰ ἀγαπᾷη, τὸ τρίτον δὲ εἰ φιλοίη, ὅπερ τῆς ἀγάπης ἔλαττον ἦν, ἐλυπήθη · θορυβηθεὶς μὲν μή πως αὐτὸς οἴεται φιλεῖν, καιροῦ δὲ καὶ πραγμάτων περίστασις ἐλέγξει τοῦτον, ὡς οὐ φιλεῖ. Ἀνατίθησιν οὖν ἅπαντα αὐτῷ τῷ εἰδότι τὰ κρύφια, καί φησι · « Κύριε, σὺ πάντα οἶδας, σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. » Σὺ, φησὶν, ὦ Δέσποτα, ἐπίσης τῷ παρῳχηκότι τὸ μέλλον ἐπίστασαι, σὺ οὐκ ἀγνοεῖς τῆς διανοίας τὸ πρόθυμον · ἀλλ' οἶδας, ὡς ὅσον εἰς ἰσχὺν ἦκεν ἐμὴν τῆς σῆς φιλίας ἐξήρτημαι · εἰ δ' ἔτι πάλιν καὶ σύμφυτος ἀσθένεια περικραδανθῇ, καὶ τοῦτό σοι μόνῳ γνωστόν.

« Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς · » Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες · ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει. » Ἀνακτᾶται τῆς λύπης καὶ πτοίας τὸν μαθητὴν, καὶ προαναφωνεῖ αὐτῷ τὸν σταυρὸν, καὶ προλέγει τὸν θάνατον. Ὃ γὰρ εἶπε, τοιοῦτόν ἐστι · Μὴ φόβου καὶ θορύβου πλησθῇς, δεδιὼς μὴ ἄρα φανῇς οὐ φιλῶν. Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἡ εἰς ἐμέ σου ἀγάπη ἐκταθήσεται, ὡς κοινωνῆσαί μοι τοῦ πάθους, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτεῖναι, καὶ ἀνασκολοπισθῆναι σταυρῷ. « Ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες · » ἔστιν ἐκ τούτων τεκμήρασθαι, ὡς οὔτε νέος ἦν καθ' ἡλικίαν τότε ὁ Πέτρος, οὔτε γεγηρακὼς, ἀλλ' ὑπηνήτης, καὶ περὶ τὸ τῆς ἥβης μεσαίτατον. Ἀλλ' ἡμῖν γε τοῖς κεχηνόσι μᾶλλον πρὸς τὸ τοῦ λόγου πνευματικώτερον ἐροῦμεν τὸ μυστικώτερον.

Νεώτερον αὐτὸν εἶναι λέγει, ὅτε τὴν κατὰ νόμον ἔζη ζωὴν, ἐν τοῖς νομικοῖς ἠδάσκων παρατηρήμασι. Τότε γὰρ ἐζώννυεν αὐτὸν τὴν ζώνην τῶν ἐντολῶν · γῆρας δὲ καλεῖ τὴν Εὐαγγελικὴν τελειότητα, καθ' ἣν πλήρης καλῶν ἡμερῶν ὁ Πέτρος γενόμενος, αὐτὸς μὲν τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς τὰς χεῖρας ἐξέτεινεν, ἄλλος δὲ αὐτὸν ἔζωσεν, ὁ Παράκλητος δηλαδὴ, τῇ τῶν χαρισμάτων δυνάμει περιζώσας αὐτοῦ τὴν ὀσφὺν τῆς ψυχῆς, ὥστε τὸν τῆς ἀποστολῆς δρόμον δραμεῖν εὐσταλῶς, καὶ τέλος ἐκτεῖναι τὰς χεῖρας, καὶ ὑπὸ ἄλλων τὸ ζῶσμα τὸ ἐν τῷ σταυρῷ καταδέξασθαι. Ὅτι γὰρ τὸν διὰ σταυροῦ ἡνίξατο θάνατον, ἐν ᾧ γενόμενος ὁ Πέτρος ἐδόξασε τὸν Θεὸν, κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ πάθους γενόμενος, σαφῶς ἡμῖν ὁ εὐαγγελιστὴς ἑρμηνεύει τὸ αἴνιγμα · « Τοῦτο γὰρ εἶπε, φησὶ, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. » Οὕτω γὰρ τοῦ εὐαγγελιστοῦ τὸ ῥητὸν ἑρμηνεύσαντος, θρασὺ

A xit ei tertio : Amas me? » Quod Petrum ad tristitiam adduxit, trina negatio et variata interrogatio fuit ; per interrogationem quippe in negationis memoriam revocatus est. Quod vero primo et secundo loco, utrum diligeret, tertio vero, utrum amaret, quod est dilectione minus (76), subtilius ab eo quæsitum est, eum mœrore affecit ; eoque conturbatus est, ne aliqua ratione ipse amare putaretur, temporis vero (77) rerumque circumstantes casus arguerent, eum a diligendo deficere. Permittit igitur illi omnia, qui occulta pernovit, et ait : « Domine, tu omnia nosti, tu scis quia amo te. » Tu, inquit, Domine, quæ futura sunt æque scis ac præterita, tu promptitudinem animi non ignoras, sed vero etiam nosti quod, quantum meæ vires tulerunt, tui amore devinctus B fui. Quod si iterum innata infirmitas mea concutienda ac labefactanda sit, tibi etiam id notum est.

« Ait illi Jesus : Amen, amen dico tibi, cum esses junior, cingebas te et ambulabas ubi volebas ; cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius cinget te. » A mœrore ac metu discipulum revocat, et crucem illi mortemque prænuntiat. Quod enim dixit, tale est : Ne timore ac formidine implearis, metuens ne aliquando minus amans videaris. Eo enim tua in me charitas excrescet, ut Passionis meæ socius et particeps sis futurus, et manus extensurus, ut cruci configantur. « Cum esses junior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas. « Ex his verbis conjicere licet, neque tunc adolescentem C ætate Petrum fuisse, nec senem, sed barbam emisisse jam, et mediam ad ætatem provectum. Sed enim vobis certe, qui ad magis spirituales sensus maxime inhiatis, reconditum quiddam et magis mysticum proferam.

Juniorem eum **261** fuisse dicit, tunc cum vitæ rationem ex legis præscripto instituerat, adeoque in observationibus legalibus juvenescebat. Tunc enim præceptorum se zona cingebat. Senectutem vero perfectionem evangelicam vocat, juxta quam Petrus bonorum jam plenus dierum, ipse quidem ad practicæ virtutis exercitationem quasi manus porrexit, alius vero illum cinxit, Paracletus nimirum lumbos ejus charismatum virtute succingens, ut apostolatus cursum currere expedite posset, et ad extremum D manus extendere, et ab aliis vincula, quibus in cruce deligaretur, accipere. Quod enim mors per crucem subeunda his verbis significata sit, in quam sublatus Petrus gloria Deum auxit, passionem cum illo communem habens, aperte nobis interpretatur evangelista, quod involucro illo verborum continebatur : « Hoc enim dixit, ait, significans, qua morte clarificaturus

Francisci Scorsi notæ.

(76) *Quod est dilectione minus.* Vide not. 72, in qua a nobis explicata est mens auctoris circa hæc nomina φιλία καὶ ἀγάπη, quæ sane explicatio apparet liquido ex his verbis, ubi ait φιλεῖν esse minus τοῦ ἀγαπᾷν, quod de eadem charitate minore ac majore, imperfecta perfectaque accipiendum.

(77) *Temporis vero*, etc. Ita Leontius Chrys. et Theophil. apud Cornelium : *Contristatus est*, inquiunt, *Petrus quia ex ter iterata interrogatione sibi videbatur Christo de amore suspectus, aut certe timebat, ne sibi contingeret, quod in Passione, et sicut tum negavit, sic et aliquando non amaret Christum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

esset Deum.» Atqui hoc modo evangelista explicante quod dictum est, audax et temerarium censeo alium illi sensum affingere. At enim cum sancti homines sitiant potius pro Christo mortem oppetere, quo pacto Dominus dicit, Petrum invitum fore crucifigendum? « Extendes manus tuas, et alius cinget te, et ducet quo tu non vis. » Hic sane et voluntatis promptitudinem, et carnis infirmitatem notavit. Quod enim sponte manus extensurum dixit, libenti animo illum mortem adire significavit; quod autem, « Ducet, quo tu non vis, » carnis timorem ostendit. Quoniam enim præter naturæ propensionem mors intravit in mundum, ideo eam illa refugit : quanquam sancti viri fervore fidei affectum naturæ proculcent.

A νομίζω καὶ τολμηρὸν, ἄλλην αὐτῷ διαπλάσαι ὑπόθεσιν. Ἀλλὰ πῶς, τῶν ἁγίων δεδιψηκότων μᾶλλον ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, ἄκοντα τὸν Πέτρον ἐσταυρῶσθαι λέγει ὁ Κύριος; « Ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσῃ ὅπου οὐ θέλεις. » Ἐνταῦθα, καὶ τῆς γνώμης τὸ προθυμον ἔδειξε, καὶ τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν. Διὰ γὰρ ἑκοντὶ τὰς χεῖρας ἐκτεῖναι, τὸ ἐπὶ τὸν θάνατον αὐτόμολον δείκνυται· διὰ δὲ τοῦ· « Οἴσῃ ὅπου οὐ θέλεις, » καὶ ἡ τῆς σαρκὸς δειλία δεδήλωται. Ἐπειδὴ γὰρ παρὰ φύσιν εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ θάνατος, τούτου ἕνεκα ἡ φύσις αὐτὸν ἀπαναίνεται, κἂν οἱ ἅγιοι ζεούσῃ τῇ πίστει τὴν φύσιν καταβιάζωσι.

« Et cum hoc dixisset, dicit ei : Sequere me. » Postquam negationis lapsum confessione reparavit, et pastor primus est constitutus, et de iis quæ passurus erat, edoctus, ne se omni ex parte perfectum esse existimaret, insinuat illi iterum vocem illam incipientibus congruentem, « Sequere me. » Hoc enim jam inde a principio ei dixerat, cum in disciplinam illum suam vocavit. Ne, inquit, existimes esse perfectus : nunc enim, ut cum maxime, sequi te convenit, et post pastorum Principem per imitationem incedere. Sequelam porro dixit eam, quæ per crucem futura erat, consummationem.

B « Καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. » Ἐπειδὴ τὸ τῆς ἀρνήσεως πτῶμα διὰ τῆς ὁμολογίας ἀπεσκευάσατο, καὶ ποιμενάρχης ἐχειροτόνητο, καὶ αὐτὰ δὴ ἐμεμυσταγώγητο, ἃ ἔμελλεν πείσεσθαι, ὡς ἂν μὴ τέλειον ἑαυτὸν ἐν πᾶσιν ἡγήσαιτο, ἐπιφωνεῖ αὐτὸν πάλιν τὴν εἰσαγωγικὴν ἐκείνην φωνὴν, « Ἀκολούθει μοι. » Τοῦτο γὰρ εἶπεν αὐτῷ ἀρχῆθεν, ὅτε εἰς τὴν μαθητείαν ἐκάλεσεν. Μὴ γάρ, φησὶν, οἰηθῇς τέλειος εἶναι· νῦν γάρ σε δεῖ μᾶλλον ἀκολουθεῖν, καὶ κατόπιν τοῦ πρώτου ποιμένος βαδίζειν διὰ μιμήσεως. Ἀκολούθησιν δὲ τὴν διὰ σταυροῦ εἶπε τελείωσιν.

« Conversus Petrus **262** vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus sequentem; qui et recubuit in cœna supra pectus ejus, et dixit : Domine, quis est, qui tradet te? Hunc cum vidisset Petrus, dixit Jesu : Domine, hic autem quid? » Adverte qua alius erga alium affecti erant discipuli charitate. Ubi enim Petrus quæ ad se pertinebant audisset, de discipulo etiam studiose percontatur, cupiebat siquidem eum socium habere martyrii, ut in futurorum bonorum societatem itidem veniret. Sed Dominus, quod erat curiosius præcidens ut doceret eum res suas considerare, de rebus vero proximi non esse nimis sollicitum indagatorem : « Si eum, inquit, volo manere donec veniam, quid ad te? » Quibus verbis hoc significatur : Si eum Hierosolymæ manere volo (78), donec veniens ipsum etiam ad prædicandum exire jubeam, quid hoc ad te? Volebat enim tantisper Hierosolymis considere Joannem, ut qui curam susceperat purissimæ Matris, Passionis tempore illi commissam. Aliqui vero (79) per

C Στραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος, βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα· ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ· Κύριε, οὗτος δὲ τί; » Ὅρα τῶν μαθητῶν τὴν ἀγαπητικὴν εἰς ἀλλήλους διάθεσιν. Τὰ περὶ αὐτοῦ γὰρ ὁ Πέτρος μεμαθηκὼς, φιλοπευστεῖ καὶ περὶ τοῦ συμφοιτητοῦ. Ἐβούλετο γὰρ κοινωνὸν αὐτῷ τοῦ μαρτυρίου λαβεῖν, ἵνα ἔξει καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν κοινωνόν. Ἀλλ' ὁ Κύριος τὸ περίεργον ἐκκόπτων, καὶ παιδεύων τὰ ἑαυτοῦ σκοπεῖν, καὶ μὴ τὰ τῶν πέλας πολυπραγμονεῖν· « Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, φησὶν, ἕως ἔρχομαι, τί πρός σέ; » Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἕως ἐλθὼν κελεύσω καὶ αὐτὸν ἐξελθεῖν εἰς τὸ κήρυγμα, τί τοῦτο πρὸς σέ; Ἐβούλετο D γὰρ ἐν Ἱερουσαλὴμ τέως μένειν τὸν Ἰωάννην, ἀναδεξάμενον τὴν φροντίδα τῆς πανάγνου Μητρὸς, ἣν αὐτῷ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους παρέθετο. Τινὲς δὲ τὸ τῆς ζωῆς ἐπιτεταμένον τοῦ μαθητοῦ

Francisci Scorsi notæ.

(78) *Si eum Hierosolymæ manere volo.* S. Chrysostomum sequi videtur in interpretatione verborum eorum quæ difficultatem et varietatem explicandi expositoribus pepererunt : *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* (Si non sic reddidi, quia ita Græca lectio requirit. Itaque Græci omnes legunt ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν, etc. de qua varietate longiusculam disputationem orditur Cornel. noster, Mald. et alii, easque conciliant, quas lege si vis.) Chrysost. igitur sic exponit : *Si eum volo hic (Hierosolymæ vel in Judæa) manere, et non mitti tecum in totum orbem terrarum ad docendas omnes gentes, donec paulo post redeam, et mittam eum, quid ad te?* Ita et Theoph. Chrysostomi assectator, eodemque modo D. Thom. et Ribera a Cornelio relati. Cæteras explicandi vias lege apud interpretes. Satis hoc ad affirmandam nostri auctoris explicationem.

(79) *Aliqui vero*, etc. Citantur in hanc explicationem Leontius et Theodorus Mopsuest. apud Maldon. qui τὸ *donec veniam* de secundo Christi adventu accipiunt, sed hyperbolen esse putant, qua nihil aliud significetur, quam Joannem diutissime esse victurum, sicut nos vulgo cum aliquid

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

δηλοῦσθαι, διὰ τούτων ἐδήλωσαν. Παρετάθη γὰρ ἡ τοῦ ζωὴ μέχρι βασιλείας Κομμόδου· εἶτα μέντοι ἀναπαυσάμενος, ἐν βαθεῖ γήρᾳ καὶ λιπαρῷ, ἐν Ἐφέσῳ τε κηδευθεὶς μεγαλοπρεπῶς, μετέστη αὐθημερον· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. Ἐν πολλοῖς δὲ δειχθέντος, ὡς Ἰωάννης μὲν τὴν θεωρίαν, Πέτρος δὲ τὴν πρᾶξιν αἰνίττεται, ἀκόλουθον ἂν γένοιτο κἀνταῦθα πρὸς ἐκείνην τὴν ἔννοιαν μεταγαγεῖν τὸ ῥητὸν, « Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν (τὴν θεωρίαν) ἕως ἔρχομαι » κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Ἡ γάρτοι πρᾶξις συγκαταλήξει πάντως τῷ παρόντι αἰῶνι, καὶ πέρας δέξεται. Ἡ δέ γε θεωρία συνέσται ἀεὶ τοῖς ἁγίοις, ἀΐδιον αὐτοῖς τὴν τροφὴν χορηγοῦσα τῆς γνώσεως.

A hæc verba longitudinem vitæ hujusce discipuli significatam voluerunt. Nam usque ad Commodi tempora (80) ejus vita producta est. Postea vero in summa plenaque senectute quiescens, et Ephesi magnificis justis depositus (81), suo die migravit: sed hæc postea. Cum vero multis in locis ostensum sit per Joannem adumbrari contemplationem, per Petrum practicam vitam, consentaneum videtur etiam hoc loco ad illum intellectum hoc dictum traducere. «Si eum,» contemplationem dico, «volo manere donec veniam» in futuro sæculo; actio enim una cum præsenti sæculo desinet, et finem habebit: contemplatio vero usque permanebit una cum sanctis, sempiternam illis voluptatem ex cognitione perceptam præbens.

« Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς μαθητὰς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει. » Ἐπειδὴ ὁ τοῦ Κυρίου λόγος ἐοικὼς ἦν αἰνίγματι, ἀθάνατον ἔσεσθαι τὸν ἀπόστολον οἱ λοιποὶ μαθηταὶ ἐπετόπασαν. Ταύτην οὖν τὴν ἐσφαλμένην ὑπόνοιαν ὁ εὐαγγελιστὴς διορθούμενός φησιν, ὅτι « Οὐκ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει. » Ὁρᾷς τοῦ μαθητοῦ τὸ ἀθώπευτον καὶ φιλάληθες; Οὐ κατεδέξατο ψευδοῦς ἐπαίνου κηρύγματα, οὐδ' ἀφῆκεν οὐκ ὀρθαῖς ὑπολήψεσι τοὺς ἀδελφοὺς περὶ αὐτοῦ φενακίζεσθαι. Ἀλλ' ὁμολογεῖ, ὅτι καὶ αὐτὸς πάντως ὑποσταίη τὸν τῆς ψυχῆς χωρισμὸν, καὶ τεθνήξεται.

B « Exiit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. » Quoniam Domini sermo ænigmati similis fuerat, cæteri discipuli immortalem futurum illum apostolum suspicati sunt. Hanc igitur erroneam opinionem ut corrigeret, evangelista addidit: « Non dixit Jesus, Quia non moritur. » Vides discipulum ab adulatione alienum, et veritatis amantem? Falsæ laudis prædicationem non admisit, neque permisit, ut de se discipuli non recta opinione deciperentur. Sed confitetur fore, ut ipse etiam sejunctionem animæ a **263** corpore in morte patiatur.

« Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτου, καὶ γράψας ταῦτα. » Καὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν ἐπιτωθάζουσιν οἱ ἀληθείας κατήγοροι, καί φασιν ὡς γελοῖον καὶ ἄπιστον τὸ αὐτὸν ἑαυτῷ μαρτυρεῖν, ἀγνοοῦσι δὲ οἱ κακοδαίμονες καὶ ἀπόπληκτοι, ὡς ὁ ἀπόστολος πρότερον πεῖραν ἔδωκε τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς, ὑποδείξας τοῖς μαθηταῖς ἔργῳ καὶ λόγῳ τὴν χάριν, ἣν εἶχε τοῦ Πνεύματος. Καὶ οὕτω ταῦτα γράφει καὶ μαρτυρεῖ. Οὐκ ἂν γὰρ ὁ τοσαῦτα σημεῖα τελῶν, καὶ θεολογίας χάριτι λαμπρυνόμενος ψευδῆ γραφὴν συνετίθετο. Ἄλλως τε, ἐπειδὴ Μάρκος τε καὶ Λου-

C « Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc. » Et hoc etiam dictum veritatis obtrectatores irrident, et ridiculum absurdumque dicunt esse, quod de se ipse testimonium ferat. Ignorant nimirum hi infelices et stupidi apostolum prius virtutis suæ experimenta præbuisse, suisque discipulis verbis ac factis gratiam, quam a Spiritu sancto acceperat, demonstrasse; atque ideo hæc scribere atque testari. Nunquam enim, qui tot ac tanta ediderat signa, et theologiæ gratia ornatus et clarus fuerat, falsa conscripturus

Francisci Scorsi notæ.

valde sero faciendum significare volumus, dicere solemus: Non fiet usque ad diem judicii.

(80) *Nam usque ad Commodi tempora.* Erratum hoc est; sed librarii, an auctoris id dicam hæreo; quis enim unquam dixit usque ad Commodi imp. tempora, qui anno a Christo nato 182 imperare D occepit, vitam perduxisse Joannem? Hac enim ratione amplius centum septuaginta annos pervixerit. Beda enim, qui longiorem, ac cæteri vitam Joannis putat, 98 annos cum ageret, obiisse scribit; sed unde id acceperit, minime tradit, inquit Baron. Usuardus autem, qui omnium longissimam 98, *Sed hæc,* inquit idem insignis *Annalium* conditor, *majores latuisse certum est: ac proinde, qui hæc scripsere conjectura aliqua sibi probata dixisse potius, quam certo aliquo antiquorum assensu firmasse; quod nimirum Hieronymi testimonio constaret ad ultima pervenisse senectutem.* Hæc Baronius; quæ retuli, ut scires idem de nostro Theophane (quanquam non tam Theophanis, quam superiorum auctorum, quorum ipse opinionem non tam sequitur, quam obiter innuit) esse debere judicium, eademque ratione excusandos, si tamen ipsorum lapsus et ἀναχρονισμὸς esse putandus est, ac non potius irrepsisse ex multiplici scriptorum manu. Quanquam fateor difficile posse contingere, ut pro Trajano, quod erat verius, temere quispiam et oscitanter Commodum scripserit. Sed si auctoris potius credendum, est ἁμάρτημα illud μνημονικὸν dicendum potius, quam ignorantiæ, sive inscitiæ. Cæterum illud probandum et sequendum quod tradit Baron. in Adnot. ad martyr. et in *Annal.* ad an. Chr. 101, Trajani 2, Joannem hoc ipso anno Trajani ex vita migrasse ætatis suæ tertio et nonagesimo. Lege ipsum.

(81) *Et Ephesi magnificis justis depositus.* Opinio de morte S. Joan. (de morte, inquam, non de ætate, qua mortuus, qua de sup. not. anteced. disputatum), ea igitur opinio est communior, et verior, et a veteribus tradita Patribus Tertull., Hieron., Euseb., August., Chrys., Ambros., Beda et aliis, quam quod in vita servatus usque ad supremum mundi diem, quibus accensus hic Pater nove a nobis editus: eos sequuntur alii scriptores Baron., Maldon., Cornel. Quod autem ait noster κηδευθεὶς μεγαλοπρεπῶς, hoc est *Cum justa illi magnifice, et uti tali viro par erat, facta essent,* hoc idem tradit Niceph. Callis., lib. II, c. 42, quem lege.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erat. Præterea etiam, quoniam Marcus et Lucas ab electis discipulis de mysterio edocti sua conscripserant Evangelia. Etenim divinus ille Lucas sic in Proœmio loquitur : « Sicuti tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis [8]. » Magnus vero Joannes non ab aliis quæ conscripsit audivit, sed cum ab initio Dominum secutus esset, quæ suis ipsis oculis perspexerat, hæc scriptis prodidit ; verum utique merito habendum est testimonium ejus, qui oculatus est testis : « Sunt autem et alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, neque ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. »

Et hujus etiam dicti hyperbole ridicula videtur et incredibilis insipientibus, et scurris, et cavillatoribus, et qui sensibus solis mancipati sunt. Non enim sciunt consuetum esse divinæ Scripturæ per hyperbolem res explicare. Nam et civitates Chananæorum usque ad cœlum exstructas [9], et promissionis terram melle et lacte manantem [10], et patriacharum semen, ut stellas cœli et arenam maris, multiplicandum dicit [11]. Quin etiam David fluctus usque ad cœlos ascendere, et descendere usque ad abyssum ait [12]. Et vero in illis quidem mera hyperbole est ; hoc autem loco ubi *Arbitror* additum est, laxavit hyperbolem. Præterea vero nobis, qui spiritualia spiritualiter intelligere novimus, sublimior hujusce dicti sententia videtur. Non enim de iis loquitur solum, quæ fecit Jesus factus homo : sed quoniam idem mundi totius, tum ejus qui sub intelligentiam, tum ejus qui sub sensum cadit, fabricator est, horum vero omnium rationes arcanæ et inexplicabiles sunt, quidquid de ipsis **264** dicendum suppetit, mens creata capere fortasse non potest. Quis enim uniuscujusque rei causam comprehendere valeat, et quot, et propter quid, cum neque quæ scripta sunt, capiat? neque enim quod parvum est, capit infelix et intemperans, et in cor insipiens sapientia non intrabit [13]. Nobis vero capiti faciles sint de virtute sermones, et principem animi nostri partem illustrent, et ab hujusce mundi cœno extractos ad pietatis opera traducant, gratia ejus, quæ super omne lumen (82) est Trinitatis, cui convenit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXVIII.

De Samaritana.

Omisso proœmio Salvatorem hodie in Galilæam Hierosolyma proficiscentem, et salutem Samaritanæ obiter ferentem intelligentia consequamur. Opus equidem ejus proprium erat salus Israelitici populi, ad quem venerat. At propter eorum incredulitatem egressus venit in Samariam, et hoc ipso significavit ex Hierosolyma in omnes gentes Evangelium disseminandum. In Galilæam itaque Dominus iter intenderat ;

κᾶς ὑπὸ τῶν ἐγκρίτων μαθητῶν διδαχθέντες τὸ μυστήριον, τὰ κατ' αὐτοὺς Εὐαγγέλια συνεγράψαντο· καὶ γοῦν ὁ θεῖος Λουκᾶς ἐν προοιμίοις οὕτω λαλεῖ· « Καθὼς παρέδωκαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου γενόμενοι. » Ἰωάννης δὲ ὁ μέγας οὐ παρ' ἄλλων ἠκουτίσθη, ἃ δὴ συντέταχεν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς κατηκολουθηκὼς τῷ Χριστῷ, ἃ αὐτὸς οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἐθεάσατο, ταῦτα συνεγράψατο. Ἀληθὴς οὖν εἰκότως ἡ μαρτυρία, τοῦ τὰ πράγματα αὐτοπτήσαντος· « Ἔτι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅ τινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. Ἀμήν. »

Καὶ ταύτης τῆς λέξεως τὸ ὑπερβολικὸν, φορτικὸν ἔδοξε καὶ ἀπίθανον τοῖς ἀσυνέτοις καὶ βωμολόχοις, καὶ σκώπταις, καὶ μόναις δουλεύουσι ταῖς αἰσθήσεσιν. Οὐκ ἴσασι γὰρ ὡς εἴθισται τῇ θείᾳ Γραφῇ μεθ' ὑπερβολῆς σαφηνίζειν τὰ πράγματα. Τάς τε γὰρ πόλεις τῶν Χαναναίων τετειχίσθαι λέγει ἕως τῶν οὐρανῶν· καὶ μέλι καὶ γάλα βλύζειν τῆς κληρονομίας τὴν γῆν· καὶ τὸ πατριαρχικὸν σπέρμα πληθυνθῆναι, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς θαλάσσης τὴν ψάμμον. Καὶ μέντοι καὶ Δαβὶδ ἀναβαίνειν λέγει τὰ κύματα ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνειν ἕως τῆς ἀβύσσου. Καίτοι ἐν ἐκείνοις μὲν ἄκρατός ἐστιν ἡ ὑπερβολή· ἐνταῦθα δὲ διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Οἶμαι*, τὸ ὑπερβάλλον τῆς λέξεως ἐχάλασεν. Ἄλλως τε ἡμῖν τοῖς μαθοῦσι πνευματικῶς νοεῖν τὰ τοῦ Πνεύματος ὑψηλότερον δοκεῖ καὶ τούτου τοῦ ῥητοῦ ἡ διάνοια. Οὐ γὰρ μόνα λέγει ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, γενόμενος ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτός ἐστιν ὁ δημιουργήσας πάντα τὸν κόσμον, τὸν νοητὸν, καὶ τὸν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν, οἱ δὲ τούτων λόγοι ἄῤῥητοι καὶ ἀνέκφραστοι, τὸν περὶ αὐτῶν λόγον ἡ κτίσις ἄρα χωρῆσαι οὐ δύναται. Τίς γὰρ ἂν ἐξισχύσοι τὴν ἑκάστου αἰτίαν καταλαβεῖν, καὶ πόσα, καὶ διὰ τί, ὅπου μηδὲ τὰ γραφέντα ἐχώρησεν; οὔτε γὰρ τὴν ἀκτημοσύνην χωρεῖ ὁ δειλὸς καὶ ἀκόλαστος, καὶ εἰς ἀσυνέτου δὲ καρδίαν σοφία οὐκ εἰσελεύσεται. Ἀλλ' ἡμῖν γε χωρητοὶ γένοιντο τῶν ἀρετῶν οἱ λόγοι, καταυγάζοντες ἡμῶν τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ τῆς τοῦ κόσμου ἰλύος μεθιστῶντες ἡμᾶς πρὸς ἔργα θεοσεβείας μετακομίζοντες, χάριτι τῆς ὑπερφώτου Τριάδος, ᾗ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΗ'.

Εἰς τὴν Σαμαρείτιδα.

Ὡς ἀπροοιμιάστως τῷ Σωτῆρι σήμερον νοητῶς ἐφεψώμεθα ἐξ Ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπαίροντι, καὶ ἰδοῦ πάρεργον ποιουμένῳ τὴν σωτηρίαν τῆς Σαμαρείτιδος. Ἔργον μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ σωτηρία τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, πρὸς οὓς καὶ ἐλήλυθεν· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκείνων ἀπείθειαν ἐξελθὼν ἔρχεται εἰς Σαμάρειαν, σημεῖον τοῦτο τιθεὶς, ὡς ἐξ Ἱερουσαλὴμ διασπαρήσεται εἰς πάντα τὰ ἔθνη τὸ Εὐαγγέ-

[8] Act. I, 1. [9] Deut. IX, 1. [10] Deut. VI, 3. [11] Gen. XXII, 17. [12] Psal. CVI, 26. [13] Sap. I, 4.

Francisci Scorsi not.

(82) *Super omne lumen.* Τῆς ὑπερφώτου Τριάδος. Circa hoc vocabulum vide hom. 3, not. ult.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λιον. Τὴν μὲν οὖν ὁρμὴν εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐποιεῖτο ὁ Κύριος· ἐπειδὴ δὲ διὰ τῆς Σαμαρείας ἔδει διέρχεσθαι, οὐκ ἀκερδῆ ποιεῖται τὴν πάροδον· μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ τ' ἀληθὲς σκοπεῖν, οὐκ ἐκ ταυτομάτου γίνεται τῆς Σαμαρείτιδος ἡ πρὸς τὸν Σωτῆρα διάλεξις. Ἀλλ' ὁ πάντα συμφερόντως οἰκονομῶν, προειδὼς τὴν ἐσομένην σωτηρίαν τοῖς Σαμαρείταις, διὰ ταύτης ἦγε τῆς ὁδοῦ. Ἦν γὰρ μᾶλλον εὐστιχώτερον διὰ τῆς Ἰεριχὼ πρὸς τὴν Γαλιλαίαν εὐθυδρομεῖν. Ὅτι δὲ τοῦτ' ἐβούλετο αὐτῷ ἡ ἐκ τῆς Σαμάρειας διέλευσις, εὔδηλον. Κατ' αὐτὴν γὰρ ἦκε τὴν ὥραν ἐν τῇ πηγῇ, καθ' ἣν ἤδει τὴν γυναῖκα ἥξειν ἀντλήσουσαν. Πόθεν δὲ οἱ Σαμαρεῖται, καὶ τί τὸ ἐκ τῆς κλήσεως σημαινόμενον, καὶ ὅτου χάριν ἡγοῦντο τὸ περὶ σφίσι τὸ ὄρος προσκυνητόν τε καὶ σεβάσμιον. καὶ διὰ τί τούτους οἱ Ἰουδαῖοι κεχραμμένους ἐνόμιζον, ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ὑφάνας τὸν λόγον ἐπιτροχάδην ποιήσομαι τὴν ἀφήγησιν.

A sed quoniam per Samariam transire opus erat, noluit nullum ex illo transitu lucrum facere : vel potius, si verum reputare convenit, non fuit fortuita cum Domino Samaritanæ congressio. Sed qui omnia ad utilitatem nostram disponit, providens futuram Samaritanæ salutem, eam ingressus est viam. Rectior enim et facilior via (83) per Jericho ducebat in Galilæam. Quin ex hoc etiam perspicuum est, illum per Samariam eo consilio iter habuisse, quod eadem hora ad fontem accessit, qua mulierem petitum aquam illuc venturam sciebat. Unde vero Samaritæ originem habeant, et quid hoc nomine significetur, et qua causa judicaverint montem, qui apud se esset ad adorandum et colendum Deum sibi esse constitutum, quidve eos impuros Judæi B judicarint, ex sacris Litteris orationem intexens cursim exponam.

Τοῦτο ὄρος πάλαι μὲν, πρὸ τοῦ ἐπιβῆναι τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας τὸν ἅγιον Ἀβραὰμ, ἐκτήσατο Ζαμ-

Hunc sane montem antiquitus antequam sanctus Abraham (84) in terram promissionis adveniret, Zam-

Francisci Scorsi notæ.

(83) *Rectior et facilior via.* Duplicis viæ, qua commeari poterat ex Galilæa in Judæam et ex hac rursus in illam, mentionem facit hic idem auctor hom. 15, his verbis : Ἦστο μὲν ὁ Σωτὴρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλὴμ, δυνάμενος καὶ ἀπ' ἄλλης ἰέναι ὁδοῦ· καὶ γὰρ ἐκ Σαμαρείας ῥᾴδιον ἐλθεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ὅμως οἰκονομικῶς, etc. : *Revertebatur sane Dominus Hierosolymam ex Galilæa ; et cum posset aliam inire viam (ex Samaria enim facilis erat reditus Hierosolymam), certo tamen consilio*, etc. Hæc ibi, et ita revera est. Cum enim Samaria inter Galilæam et Judæam intersita sit, per eam facilis est via ad extremos commigrandi fines. Quod chorographiam Adrichomi Delphi, et Abrahami Ortelii, aliorumque cosmographorum spectanti vel oculis ipsis intueri licet. Altera via erat per regionem Peræam trans Jordanem positam secus ipsum flumen euntibus, ac flectentibus per Jerichuntem. Per hanc Christus ex Galilæa Hierosolymam ascendit ad festum Scenopegiorum, non manifeste, sed quasi in occulto, ut habet Joannes, cap. 7, quod tradit etiam Cornelius a Lapide, et duplicem viam a nobis descriptam commemorat : *Unde*, inquit, *videtur Christus non recto itinere per Samariam, sed transito Jordane per Peræam profectus, juxta Jerichuntem dimissis populi turbis eum assectantibus.* Ita Cornelius. Ex his autem videri forsan poterit Theophanes noster contraria, et cum re, et secum pugnantia dicere, cum hom. illa 15, dixerit ῥᾴδιον ἐλθεῖν ἐκ Σαμαρείας εἰς Ἱερουσαλὴμ, hic autem μᾶλλον εὐστιχώτερον διὰ τῆς Ἰεριχὼ πρὸς τὴν Γαλιλαίαν εὐθυδρομεῖν. Sed si verba perpendantur, et ratio utriusque itineris consideretur, conciliari hæc dicta poterunt; primo enim solum ait ῥᾴδιον, hoc est facile fuisse Christo si voluisset, ubi primum fines Galilææ esset egressus, et in Samariam ingressus, ex ea (ἐκ τῆς Σαμαρείας enim ait, non διὰ τῆς Σαμαρείας) ex ea, inquam, pergere recta Hierosolymam; nam sine dubio et recta et facilis est via, ut jam ex cosmographorum et Cornelii testimonio ostendi. Sed cum ex Judæa in Galilææ fines eundum erat, qui per Samariam iniisset iter, antequam in Galilæam pedem inferret, occurrebant montes, qui aliquanto difficiliùs, et fortassis etiam longius præbebant iter : vel si evitare quis eos voluisset, deflectendum ad lævam Phœniciam versus, et mare, et per campum magnum Esdrelon, qui cum oppido Esdrelon cognominis est, pertranseundum. Atqui hi montes et circuitus per alteram viam nulli sunt, sed ubi per Jerichuntem, quam alluit Jordanes, cœptum iter secus ipsum flumen, ut dixi, recta in Galilææ fines, et mare Tiberiadis perveniri poterat. Ad quod Theophanes respiciens, usus fortassis est verbis εὐστιχώτερον, et εὐθυδρομεῖν. Nam στίχοι sunt ordines et versus. Unde factum nomen εὔστιχος, quasi per ordinem ipsum et versum pergere, quem in re nostra dabat ipsa fluminis ripa, et εὐθυδρομεῖν est *recta percurrere*, quod patet ex etymo. Hæc mihi dicenda sunt visa ad hæc auctoris loca ita explicanda, ut neque inter se, neque veritati dissidere judicentur. Neque enim temere, nec leviter et ex lapsu memoriæ locutum hoc loco Theoph. credere par est; neque fides illi omnino abroganda, qui, ut ipse de se testatur, hom. de Passione eas regiones pedibus oculisque perlustravit; adeoque ut oculatus testis, non ut auribus hæc asserat.

(84) *Antequam S. Abrahamus.* Locus hic in Græcis exemplaribus meo judicio corruptus et mancus legitur. Sic enim habet ut edidi, τοῦτο τὸ ὄρος πάλαι μὲν πρὸ τοῦ ἐπιβῆναι τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας τὸν ἅγιον Ἀβραὰμ ἐκτήσατο Ζαμβρή. Quid vero sibi vult hunc montem a Zambre emptum antequam S. Abraham in terram promissionis adveniret, cum id, cap. xvi, III Reg., ab Amri factum fuisse scribatur? Ab Abrahami vero temporibus usque ad Amri regis aliquot sæcula intercurrerunt. Dedi negotium amicis Romæ ut hunc locum cum exemplari Vaticano conferrent; neque enim ejus exemplum, ut multorum aliorum exscriptum apud me habeo; rescriptumque est convenire scripturam præterquam in una præpositione; cum apud me ἐπιβῆναι, illic ἀναβῆναι legatur, quæ parum interest, nec ad rem nostram facit. Itaque cum diu et sæpe hunc discussissem nodum, censui duobus locis scripturam esse vitiatam; et primum quidem aliquas deficere voces post πάλαι μὲν, et saltem unam, ut aliquis verus sensus utcunque efficiatur; nimirum ᾤχητο, vel ᾤχεῖτο, atque ita restituatur. Hic sane mons antiquitus quidem habitabatur, antequam S. Abrahamus in terram promissionis accederet; deinde pro Ζαμβρὴ scribendum ἐκτήσατο δ' Ἀμβρὴ emit autem Amri; hic enim verus fuit emptor montis, non Zambri, qui ab Amri obsessus fuit, et ad mortem adactus, ut ex illo III Reg. constat. Non fuit autem difficile a librario negligente et illam vocem, vel alias præteriri, et hic pro ἐκτήσατο δ' Ἀμβρὴ scribi ἐκτήσατο Ζαμβρὴ ex δ et apostropha formata littera ζ quæ erat δ'. Quod autem ante Abrahami ævum mons ille fuerit habitatus (ne gra-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bre emit a **265** Semer Chananæo : cumque illum ædificasset, montem quidem Somor, a Semer deducto nomine, civitatem vero Samariam appellavit. Cum igitur post David et Salomonem divisum esset regnum, qui in Samaria regnabant, cum in idolorum cultum præcipitassent tum ipsi, tum eorum subditi, partim prædæ, partim cædis materia fuere Chaldæis (85); et Samariæ regio a Babyloniis habitata fuit. Rex enim Assyriorum ea potitus, cum videret terram opimam et amplam, scatentem aquis, et fructuum frugumque feracissimam, indigenas illinc transferens Chaldæos colonos eo deduxit. At illi quod erat Dei permissu factum vanis diis, quos ipsi colebant, ascribentes, Hebræorum Dei impotentiam condemnabant et deridebant, et impudenter in divinum Numen contumelias deblaterabant. Igitur ut ostenderet Deus, se gentem suam defendere potuisse, sed propter ipsius impietatem captivam esse permisisse, leonum vim in ipsos immittit, qui barbaros alium post alium devorabant. Cum igitur multi interirent, nec esset tolerabile malum, id suo regi renuntiarunt; isque e vestigio, accitis captivis sacerdotibus Hebræorum, causam percontatus est, quamobrem a belluis ita impeterentur. Illi vero : Deus loci hujus, inquiunt, o rex, æmulator est et præpotens maxime, nec videre sustinet locum suum externorum deorum sacrificiis contaminari; sed, si me audis, incolarum ritus in religionem ipsorum commuta. Paret Assyrius rex, nec quidquam cunctatus, Esdram sacerdotem (86), divinarum rerum scientissimum, bonis moribus et incomparabili virtute præditum, mittit

A βρῆ, παρὰ τοῦ Χαναναίου Σεμήρ, καὶ οἰκοδομήσας αὐτὸ, τοῦτο μὲν Σομὸρ ἀπὸ τοῦ Σεμὴρ παρωνύμως ὠνόμασε, τὴν δὲ πόλιν Σαμάρειαν. Μετὰ τοίνυν Δαβὶδ καὶ Σολομῶνα διαιρεθέντων τῶν σκήπτρων, οἱ ἐν Σαμαρείᾳ βεβασιλευκότες, εἰδωλικοῖς ὑποπεσόντες σεβάσμασιν αὐτοί τε καὶ οἱ ὑπήκοοι, Χαλδαϊκῆς αἰχμαλωσίας καὶ μαχαίρας ἔργον ἐγένοντο, καὶ ἡ χώρα Σαμάρεια ὑπὸ Βαβυλωνίων κατῴκιστο. Ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐγκρατὴς τῶν τόπων γενόμενος, καὶ τὴν χώραν ἰδὼν ἀμφιλαφῆ τε καὶ εὔδοτον, ὕδασί τε κατάρρυτον, καὶ καρπῶν ἁπάντων καὶ γενημάτων πολυφορώτατον, τοὺς ἐγχωρίους μετανάστησας, ἐν αὐτῇ Χαλδαίους κατῴκησεν. Ἀλλ' οὗτοι τὴν ἐκ Θεοῦ γενομένην παραχώρησιν τοῖς σεβομένοις σφίσι κιβδήλοις θεοῖς ἐπιγράφοντες,
B ἀσθένειαν τοῦ Θεοῦ τῶν Ἑβραίων κατεψηφίζοντο, καὶ κατεμωκῶντο ἀναιδῶς εἰς τὸ Θεῖον ὑβρίζοντες. Δεικνὺς οὖν ὁ Θεὸς, ὡς οἷός τε ἦν ἐπαμῦναι τῷ ἔθνει, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν τὴν ἅλωσιν συνεχώρησεν, ὁρμὴν λεόντων κατ' αὐτῶν ἐπαφίησιν, οἳ δὴ ἀλλεπάλληλον ἐποιοῦντο τὴν βαρβάρων φθοράν· ὀλέθρου δὲ γενομένου πολλοῦ, καὶ ἀφορήτου τυγχάνοντος τοῦ κακοῦ, ἐκδηλα ποιοῦσι τῷ σφῶν βασιλεῖ· καὶ ὃς αὐτίκα τοὺς ὑπ' αἰχμαλωσίᾳ τῶν Ἑβραίων ἱερεῖς μεταπαλεσάμενος, ἤρετο τὴν αἰτίαν τῆς τῶν θηρίων καταδρομῆς. Οἱ δέ· Ὁ τοῦ τόπου Θεὸς, ἔφασαν, ὦ βασιλεῦ, ζηλωτής τέ ἐστι καὶ ὅτι μάλισσα παναλκής, καὶ οὐκ ἀνέχεται βλέπειν τὸν
C ἴδιον τόπον θυσίαις θεῶν ὀθνείων καταχραινόμενον· ἀλλ' εἴ τι πείθῃ, τῶν ἐνοικούντων θρησκείαν εἰς τὸ ἐκείνου σέβας μετάστησον. Πείθεται ὁ Ἀσσύριος, καὶ μηδὲν ὑπερθέμενος, Ἔσδρα ἱερέα, τὰ θεῖα σο-

Francisci Scorsi notæ.

tuita nostra conjectura videatur) colligitur ex Josepho, lib. I, cap. 7, qui Samaræos a Samero decimo Chanaan filio nomen habuisse, sed eorum sicuti et sex aliorum populorum nihil præter nomen in Scripturis superesse scribit : porro Samerum urbem ibi condidisse, quæ ab Hebræis cum aliis excisa sit, ejusque excidii causam affert, quam lege apud ipsum. Idem existimat Salianus noster, tom. I, ad annum mundi 1121 : *Sed mansit*, inquit, *inglorius ille mons sæculis aliquot, donec Amri pater Achab cum duobus talentis emit, ibique civitatem ædificavit, quam a Domino montis Somer appellavit, quæ deinceps regni Israelitarum caput fuit.* Idem censet et Tolctus, in Joan., cap. IV, et S. Epiphanius, lib. I *Pan.*, p. 1.

D (85) *Chaldæis.* Tres hic nominat populos auctor, a quibus capti Israelitæ, et Samaria culta, Chaldæos, Babylonios, Assyrios; sed ne confusio iis qui parum in geographicis instituti sunt oriatur, sic discriminantur hæ regiones, ut una latior aliam includat. Assyriæ regnum late olim patebat, quod 35 reges, ut a Justino et Diodoro proditum est, a Nino initio ducto, usque ad Sardanapalum tenuerunt; sed mancipia voluptatum potius, quam hominum domini. Ejus pars erat Babylonia quæ postea fuit in singularem descripta provinciam; atque hujus illustrissima regio Chaldæa, cujus caput urbs clarissima Babylon a Semiramide in sedem regni Assyrii condita, cujus muri præ admirabili latitudine unum ex septem orbis miraculis habiti sunt. Plura vide apud geographos. Quod autem pertinet ad chronologos quo tempore hoc gestum referatur in illo Regum III, anno nimirum Ezechiæ regis Judæ 7, mundi 3315, Babylonios in Assyriorum potestate fuisse, satis ex eodem loco colligitur, ubi dicitur Salmanasar pro arbitrio evocare Babylonios, et in remotam deducere regionem; atque hinc captivos adducere in Mediam et Persidem utique sibi subjectas, adeoque falli, qui jam ab Osiæ temporibus Assyriorum imperium defecisse crediderunt, eisque Babylonios Medosque successisse. Hæc ex Jacobo Saliano, tom. IV. *Annal. Vet. Testam.*

(86) *Esdram sacerdotem.* Magnum hic ὕστερον πρότερον quod vix ὁμηρικῶς ferri posset, ne dum ῥητορικῶς, ac multo minus ἱστορικῶς. Quem enim Esdram missum dicit hic auctor ab rege Assyriorum in Samariam? Duos sane hoc nomine legimus viros; alterum, lib. IV Esdræ, cap. III, cujus ibi refertur visio et querela de suorum Judæorum rebus adversis, quem anno captivitatis Judaicæ 30 exstitisse comperimus ex *Annal. eccles.* Jacobi Saliani. Alterum scriptorem canonicum duorum priorum librorum qui ipsiusmet nomine inscribuntur, qui sane priore illo Esdra multo posterior; quin imo nec natus quidem, cum illa visio oblata. Ortus enim est Esdra hic scriba in lege doctissimus et sanctissimus post solutam captivitatem anno 40, mundi 3556. Cœpitque florere sub Artaxerxe, quem Μακρόχειρα Græci, Latini Idixere Longimanum anno solutæ captivit. 70, ab eoque Hierosolymam missus, ut ex eodem Saliano constat. Qui igitur hoc tempus convenire potest cum tempore captiæ a rege Assyriorum Samariæ, quæ contigit anno 3314, Oseæ regis 9 et ultimo, et missæ in Samariam novæ coloniæ, quæ primo captivitatis Israeliticæ anno contigit? Lapsus est igitur hic auctor in re chronologica, nec quo pacto eum excusem reperio. Cæterum sacerdos ille

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φὸν, τὸν τρόπον χρηστὸν, τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλον, πέμπει πρὸς τὴν Σαμάρειαν, τὸ τῶν Ἑβραίων σέβας τοὺς ἐκεῖσε μυσταγωγήσαντα. Ὁ δὴ ἐνωτισθέντες οἱ μιερεῖς τῶν ἐκ τεσσάρων ἐθνῶν, καὶ δείσαντες μὴ συντριβεῖεν ὑπὸ Ἔσδρα τῶν θεῶν αὐτῶν τὰ βδελύγματα, ἐν μυχῷ τοῦ ὄρους ταῦτα κεκρύφασι, πείσαντες τοὺς Σαμαρείτας, ἐν ᾧ ἂν τις διάγοι τόπῳ, τῷ ὄρει προσανέχειν καὶ προσκυνεῖν, καὶ θεοκλυτεῖν, ὡς τοῦ Θεοῦ δῆθεν τὴν οἴκησιν ἐν τῷ ὄρει ἔχοντος· ἀμέλει ταῖς τοῦ Ἔσδρα εἰσηγήσεσι τὸ πάτριον σέβας ἐξομωσάμενοι, τὰ τῶν Ἑβραίων προείλοντο, οὐ μέντοι κατὰ πάντα Ἰουδαΐσαντες, ἀλλὰ μόνην δεξάμενοι τὴν Πεντάτευχον, καὶ τὰ λοιπὰ διαπτύσαντες, ἐξ ἡμισείας γεγόνασιν εὐσεβεῖς. Καὶ γοῦν φησι περὶ αὐτῶν ἡ Γραφή· « Ἐμειναν ποιοῦντες τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκυνοῦντες τὰ εἴδωλα, » τὴν τοῦ ὄρους ὑποδηλοῦσα προσκύνησιν. Διὰ τοῦτο γοῦν ἀπεχθῶς εἶχον πρὸς αὐτοὺς οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς βδελυκτοὺς μυσαττόμενοι. Ἀλλ' ὁ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν διὰ τῆς ἀπαρχῆς τοῦ φυράματος περιθέμενος ἐν ᾗ παντὸς ἔθνους τὸ μέρος ἦν Ἰουδαίου, Σαμαρείτου, καὶ Ἕλληνος, οὐκ ἀπηνήνατο καὶ τούτοις μεταδοῦναι τῆς χάριτος· καὶ πρῶτον μὲν τὴν γυναῖκα ζωγρεῖ, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ γένους ἀρξάμενος, ἀφ' οὗπερ ἀρχῆθεν τὸ κακὸν ἐπεκώμασεν.

« Ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας λεγομένην Συχάρ. » Ὅσα μὲν ἡ περίχωρος ἀπό τε τοῦ ὄρους, καὶ τῶν ἐκεῖ σταλέντων φυλακῶν, ἐκαλεῖτο Σαμάρεια. Χαλδαῖοι γὰρ Σαμαρείτας καλοῦσι τοὺς φύλακας. Πόλεις δὲ ἦσαν τῆς Σαμαρείας διάφοροι, ὧν

A in Samariam, ut Hebræorum ritibus ejus incolas initiaret. Quod cum rescissent homines ex quatuor consociati gentibus qui inibi erant, et vererentur ne Esdras deorum suorum abominanda simulacra demoliretur, ea in montis recessibus occultarunt, suadentes habitantibus Samariam ut in quo quisque degeret loco, in montem intenderent animum, et adorarent, et Deum invocarent, perinde quasi in eo monte Dominus habitaret. Itaque cum Esdræ præceptionibus instructi patrium abjurassent ritum, Hebræorum religionem susceperunt, non tamen judaizantes **266** omnino, sed Pentateucho solum recepto (87), et reliqua respuentes, cultum Dei dimidiatum tenebant. Ait enim de ipsis Scriptura : « Manserunt in lege Dei, et adorabant idola [14]: » adoratio

B nem eam insinuans, quæ ab ipsis in monte flebat. Ideo igitur ipsis infensi erant Israelitæ, et ut exsecrandos detestabantur. Sed qui naturam omnem humanam, in ea massa (88) quam uti primitias assumpsit, sibi circumdedit, in qua ut generis totius partes inerant Judæi, Samaritæ et Græci, iis etiam gratiam impertire suam non recusavit. Et primum quidem captivam mulierem ducit (89), ex eo scilicet sexu initium sumens, unde ab initio (90) petulanter grassatum fuerat omne malum.

« Venit igitur in civitatem Samariæ quæ vocabatur Sichar. » Quantum sane patebat circum regionis, et a monte, et a custodiis illuc missis, Samaria appellabatur. Chaldæi quippe custodes

C Samaritas (91) vocant. Variæ porro per Samariam

[14] IV Reg. xvii, 41.

Francisci Scorsi notæ.

qui ab rege Assyrio missus est in Samariam ad novos inquilinos de lege Dei instituendos, in sacris Litteris nullo nomine appellatur, sed eum ex Israelitico populo, ac Samaritano, non vero de tribu Levitica, quæ Hierosolymis erat, fuisse, adeoque assuetum potius idolis in montibus immolare, quam Deo vero; quanquam quod sciret legem, ritumque veri Dei colendi Hebræis omnibus traditum de eo docere potuisset Samaritas, Jacobus Salianus, et Gaspar Sanchez, in cap. xvii Reg. IV tradunt.

(87) *Sed Pentateucho solum recepto.* Posterioribus temporibus, inquit idem Salianus, leguntur Samaritæ recepisse quinque libros Mosæ, et circumcisionem, aliaque nonnulla, quæ Samaritani sacerdo-

D tes non ignorabant.

(88) *In ea massa.* Διὰ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ φυράματος. Ita singularem illam naturam humanam a Verbo assumptam vocant Patres Græci, nempe primitias totius humanæ massæ, quippe quam primam obtulerit Deo, et in cœlum intulerit. Ita S. Greg. Thaum. serm. in S. Theophania, ac de Christi baptism. : Μὴ γὰρ ἐπειδὴ διὰ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν περιβέβλησαι τὴν ἐμὴν ἀπαρχὴν, οὐκ ἐπίσταμαί σε τὸν περιβαλλόμενον τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον; Hoc est ex interpretatione Gerardi Vossii : *An quia ob meam salutem meas indutus es primitias, ignorem te indui lumine sicut vestimento?* Eodem modo locutus S. Athanas. orat. *in Ascens.* bis; et S. Chrysost. eadem verba habet ac noster, serm. 5, *De Ascens.* ex iis quæ edidit idem Vossius ad opera S. Gregor. Thaumaturg. *Quandoquidem hodie primitias nostræ massæ, id est carnem nostram in cœlum Christus sustulit.* Sed et idem Theophanes se ipsum illustret qui hom. 29, *De Ascens.* Σήμερον τῆς ἀσωμάτων ἀξίας ὑπερήρθη τὸ βρότειον φύραμα. *Hodie mortalis massa supra angelorum est evecta dignitatem.*

(89) *Mulierem captivam ducit.* Usus est hoc loco Theophanes voce ζωγρεῖ eorum propria, qui in pugna vitam ab hoste jam victore deprecabantur; ejus frequens apud Homerum usus, *Iliad.* ζ : ζώγρει Ἀτρέος υἱὲ, hoc est Zῶντα ἄγε, ζῶντά με φύλαττε. Etymon ductum a venatoribus, qui feras capiunt vivas παρὰ τὸ ζῶ, *vivo*, et ἄγρα *venatio*. Ita Etymol. mag. et Hesychius. Heliod. *Hist. Æthiop.*, lib. IX : Ἔγνωσαν φείδεσθαι καὶ ζωγρεῖα λαβόντες ἄγειν. *Statuerunt illis parcere, et captivos abducere.* Et eodem lib. *De charulia*, καὶ πρώτην ὥσπερ ἄγραν τῶν μὲν κτημάτων τοῦ σατράπου τὸ τιμιώτατον : *Et ita primam quasi prædam ex possessionibus satrapæ adduxerunt.*

(90) *Unde ab initio.* Simile quidplam in hom. *de Resurr.* cum de sanctis mulieribus, quæ primæ nuntium de Christo redivivo acceperunt. Vide not. ad hom. 29.

(91) *Custodes Samaritas.* Supra dixit et montem, et oppidum in eo conditum appellationem traxisse a Somero montis domino a quo et illum quidem Somer, hoc Samariam appellatum. Hoc loco de universa Samariæ regione (utrumque enim Samaria indigitatur, et urbs et regio) loquitur, cum ait eam ex duplici origine sic vocatam, et a monte et a custodiis. Sumptum id videri potest ex S. Epiphanio lib. I *Pan.* t. p. ubi latius de Samaritis, ex quo loco hæc parca describo : *Atque hoc modo*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

civitates erant, quarum næc erat una sic appellata, Sichar (92), quod *umbraculum* possis interpretari : ipso, ut opinor, vocabulo assignificante gratiam sancti Spiritus ipsi obumbrantem.

« Juxta prædium, quod dedit Jacob Joseph filio suo. » Difficile forte videbitur hoc dictum iis qui librum Geneseos non attente legerunt. Conabor autem historiam huc spectantem, quantum potero, brevissime expedire. Postquam Pharao regni sui procurationem Josepho permisit [15], cum in Ægyptum (93) cum tota domo commigrasset Jacob, ac jam vergeret in occasum vitæ, et filiis suis postrema mandata daret (94), et res ordinaret, hunc locum exsortem Josepho dedit (95). Cum enim ad futura prospicienda acuta esset acie mentis præditus, prophetico intuitu novit reversionem nepotum suorum in Palæstinam, quodque iterum ab Hebræis terra illa possidenda foret, et propagandis a se tribubus dividenda. Si vero etiam hoc providit, fontem eum, qui juxta prædium erat, salutis occasionem futurum, sanctificantis baptismi symbolum, eaque de causa ejus hæredem instituit sanctissimum filiorum, nec quod asseram habeo, neque quod negem : temperantia enim et puritate opus est iis qui baptismate perficiendi sunt. Unde etiam Dominus reprehendit Samaritanam, quod consuetudinem cum viris multis habuerit, impuris manibus **267** aquam e puteo casti hominis hauriens.

« Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem ; hora erat quasi sexta. » Considera diligentiam brevitatemque verborum, quam paucis Domini continentiam et frugalitatem, et sapiente dignam contemptionem rerum sub oculos posuit. Quod enim fatigatum eum dixit, pedestre iter et incessus incitationem ostendit; quod vero sedisse sic ait, sui neglectum indicat, et

A αὕτη μία ἦν οὕτω καλουμένη Συχάρ, ὃ ἑρμηνεύεται σκιασμὸς, προσημαινούσης, οἶμαι, τῆς κλήσεως τὴν ἐπισκιάσασαν αὐτῇ χάριν τοῦ Πνεύματος.

« Πλησίον τῆς χώρας, ἣν ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. » Δυσχερὴς μὲν ὁ λόγος ἴσως ἔσται τοῖς μὴ ἐπεσκεμμένως ἀνεγνωκόσι τὴν βίβλον τῆς γενέσεως. Πειράσομαι δὲ καὶ τὴν πρὸς τοῦτο βλέπουσαν ἱστορίαν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνεσταλμένως προσαφηγήσασθαι. Ὅτε τὸν Ἰωσὴφ κατέστησε Φαραὼ τῆς αὐτοῦ βασιλείας μελεδωνὸν, μετελθὼν Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον πανοικὶ, καὶ περὶ αὐτὰς γενόμενος τῆς ζωῆς τὰς δυσμὰς, καὶ τοῖς υἱοῖς ἐπισκήπτων τὰ τελευταῖα καὶ συντακτήρια, τοῦτο τὸ χωρίον δέδωκε τῷ Ἰωσὴφ κατεξαίρετον. Ὀξυδορκήσας γὰρ B τὸ μέλλον προφητικῶς, ἔγνω τὴν τῶν ἐγγόνων εἰς Παλαιστίνην ὑποστροφὴν, καὶ ὡς κατασχεθήσεται αὖθις ὑπὸ τῶν Ἑβραίων ἡ γῆ, καὶ νεμεθήσεται ταῖς ἐξ ἐκείνων φυλαῖς. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο προέγνω, ὡς ἡ πλησίον τοῦ χωρίου πηγὴ γενήσεται σωτηρίας λαβὴ, καὶ τοῦ τελειωτικοῦ βαπτίσματος σύμβολον, καὶ διὰ τοῦτο τῷ σωφρονεστάτῳ τῶν παίδων τὸ χωρίον ἐκλήρωσεν, οὐκ ἔχω λέγειν, οὔτε μὴν ἀπιστεῖν. Χρεία γὰρ τοῖς βαπτιζομένοις σωφροσύνης καὶ καθαρότητος. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Κύριος τὴν Σαμαρεῖτιν τῆς πολυγαμίας ἐξήλεγχε, κεχραμμέναις χερσὶ τοῦ φρέατος ἐξαντλοῦσαν τοῦ σώφρονος.

« Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ. Ὁ γοῦν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ C τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. » Σκόπει τῶν λέξεων τὸ ἠκριβωμένον καὶ σύντομον, πῶς ἐν ὀλίγοις παρέστησε τὸ ἐγκρατὲς τοῦ Κυρίου, καὶ λιτὸν, καὶ φιλόσοφον. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ, « κεκοπιακὼς, » ἡ πεζοπορία δείκνυται, καὶ τὸ τοῦ βαδίσματος σύντονον· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν· « Ἐκαθέζετο οὕτως, » τὸ ἀκηδέστως

[15] Gen. IV, 22.

Francisci Scorsi notæ.

comigit, ut ex diversis causis Samaritæ sint appellati ex Somer, et Somero ; seu Samero (de quo supra not. 84) *ex custodia terræ, ex custodia doctrinæ et legis.* Sic Epiphan. ; alia lege apud ipsum ; quæ firmare etiam possent conjecturam nostram de vera lectione positam illa not. 84. Demum et apud Hebræos, non solum, ut hic noster ait, apud Chaldæos, quorum lingua ab Hebraica germinavit, et eam matricem agnoscit, שכר *custodire* significat unde vox Samaria. Ex ea sumpsit argumentum Gregor. Magn. hom. 18 *in Evang.* : *Quia enim Samaritanus interpretatur* custos, *et ipse veraciter custos est* etc., *respondere noluit Dominus, Samaritanus non sum.*

(92) *Sichar.* Et Sichar, vel Sychar ; quod Græce reperi scriptum cum et Sichem eadem urbs Samariæ, quin et Salem teste D. Hieronymo, *De locis Hebr.* : *Sichem*, inquit, *et Salem quæ Latine et Græce Sicima vocata, est civitas Jacob, nunc deserta est.* Et paulo post : *Sed et filius Emmor appellabatur Sichen, a quo et locus nomen accepit.* Hæc tempore Alexandri Magni facta est caput Samariæ regionis, cum antea Samaria urbis regia fuerit, ut dictum est supra not. 91 ab Amri constituta, dictaque est Neapolis, teste Josepho lib. XI *Antiquit.*, cap. 8. Jam quod ad etymon pertinet a סכר quod est tegere, et operire, unde סכר umbraculum, seu potius a סכן *obstruere*, et *occludere*, si a שכן deducas, quod est *habitare*, tabernaculum significabit ; atque in idem ferme recidet.

(93) *Cum in Ægyptum.* Μετελθὼν Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον πανοικὶ, deerat in cod. P. et sane necessarium ad integrum sensum ; suppleta sunt ex Gall.

(94) *Postrema mandata daret.* Τὰ τελευταῖα καὶ συντακτήρια : de hujusce postremi vocabuli significatu pluscula attulimus non contemnenda antiquitatis studiosis supra ad hom. 6, not. 11, quibus adde vocem ἐξιτήριον, eodem sensu usurpatam a Gregor. presbyt. in Vita S. Gregor. Nazianz. Τὰ ἐξιτήρια τῷ λαῷ προσφθεγξάμενος, extremum plebi allocutus ; confirmat item nostram versionem, et explicationem ibi positam locus Proper. *Eleg.* IV, lib. III, ubi de Pæto in naufragio moriente :

Flens tamen extremis dedit mandata querelis.

Ad quem locum Joan. Passeratius ; mandare vero, et mandata dare solent morientes ut discedentes a nobis.

(95) *Exsortem Josepho dedit.* Juxta illud Gen. XXXVIII, « Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio et arcu meo : » de quo vide interpretes in illum locum, et hunc Joan. cap. VIII.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἑαυτὸν ἐφιδρύσαι κατακλιθέντα εἰς γῆν, καὶ τὸ πρὸς καθέδραν ἀνεπιτήδευτον· ἡ μέντοι τῆς ὥρας ὑποσημείωσις τὸ περὶ τὴν τροφὴν παρέστησεν ἐγκρατές. Ἕως γὰρ αὐτὸ τὸ τῆς ἡμέρας μεσαίτατον ἄσιτος ἦν, καὶ ταῦτα πεζοπορῶν, καὶ ἡλίῳ θερμόμενος. Πλὴν καὶ ἄλλο τι βούλεται ὑποσημαίνειν τῆς ὥρας ἡ δήλωσις· καθ' ἣν γὰρ ὥραν ἡ Εὔα ἐπεπώκει τὸ τῆς παρακοῆς δηλητήριον, κατ' αὐτὴν ἡ τῆς Εὔας ἀπόγονος εἰλήφει τὸ τῆς ἁμαρτίας λυτήριον.

A inclinatum humi se composuisse, nec sedem studiose quæsisse. Horæ autem notatio abstinentiam cibi significat. Nam usque ad ipsam partem diei mediam nullum sumpserat cibum, maxime cum pedes et sole ardente iter faceret. Verum et aliud quiddam insinuat hæc horæ notatio; qua enim hora ebiberat Eva inobedientiæ venenum, eadem hæc Evæ progenies peccati expiationem accepit.

« Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. » Ἄθρει δὴ πῶς τὰ παλαιὰ τοῖς νέοις συμφθέγγεται, τύποι τῶν τύπων δεικνύμενα. Καὶ γὰρ καὶ ἡ πρὸς τὸν Ἰσαὰκ τῆς Ῥεβέκκας συνάφεια, ἥτις τὴν Ἐκκλησίαν εἰκόνιζε, τὴν ἀρχὴν εἴληφεν ἐν τῷ φρέατι· κἀνταῦθα καὶ ἡ τῶν Σαμαρειτῶν σωτηρία διὰ τῆς γυναικὸς ἐκ τοῦ φρέατος πρόεισιν. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οἰκέτης ἦν ὁ προμνήστωρ· ἐνταῦθα δὲ αὐτὸς ὁ νυμφίος διὰ τῆς Σαμαρείτιδος ταύτης τὴν ὅλην φύσιν ἀρραβωνίζεται τῷ βαπτίσματι.

« Venit mulier de Samaria haurire aquam. » Considera ut novis vetera concinant, ac figura una ab alia illustretur. Etenim et Rebeccæ cum Isaac inita conjunctio, quæ Ecclesiam figuravit, a puteo initium cepit; et hic Samaritanorum salus e puteo per mulierem incepta est. Sed ibi famulus matrimonii conciliator fuit; hic vero sponsus ipse universam naturam per hanc Samaritanam quasi quodam arrhabone ad baptismum sibi despondet.

« Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Δός μοι ὕδωρ πιεῖν. Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθασιν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσιν. » Ὦ τῆς ἀνεκφράστου τοῦ Θεοῦ Λόγου συγκαταβάσεως! Ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν περιφέρων μόνῳ τῷ νεύματι, περὶ οὗ ἡ προφητικὴ ἐκφαντορία φησίν· « Ὁ Θεὸς ὁ προαιώνιος οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, » οὗτος ὁδοιπορεῖ, καὶ κοπιᾷ, καὶ ἀνέχεται πείνης καὶ δίψης, καὶ παρὰ γυναικὸς ὕδωρ αἰτεῖ. Ὥσπερ γὰρ συνεσθίειν τελώναις οὐ παρῃτήσατο, οὕτως οὐδὲ πόρνῃ διαλέγεσθαι ἀπηνήνατο κατὰ τοὺς ἀρίστους τῶν ἰατρῶν, οἳ συνεχῶς ἐπισκεπτόμενοι τοὺς πυρέττοντας, ἥκιστα τῆς νόσου μεταλαμβάνουσι. Δείκνυσι δὲ καὶ ἐκ τῆς πρώτης εὐθὺς διαλέξεως ὡς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν διψᾷ, καὶ τοῦτο ζητεῖ παρ' ἡμῶν. Περισπουδάστως δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπιφέρει τὴν ἀποδημίαν τῶν μαθητῶν. Εἰ γὰρ παρῆσαν αὐτοὶ, καὶ τὸ ὕδωρ ἂν ἐζήτησαν. Ἀλλ' ὁ τὸ ἐσόμενον προειδὼς, πάντας ἀποστείλας, μόνος μόνῃ συγκαταβατικῶς διαλέγεται.

« Dixit ei Jesus : Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent. » O divini Verbi ineffabilem demissionem! Qui res creatas omnes solo nutu gubernat, de quo arcanarum rerum interpres ait : « Deus æternus non esuriet nec laborabit[16], » hic iter facit (96), et laborat, et tolerat famem et sitim, et a muliere aquam petit. Nam proinde, ut cibum cum publicanis capere non est dedignatus, ita neque a colloquio meretricis abhorruit, itidem ut præstantissimi medicorum solent, qui cum febrientes frequenter invisant, minime tamen morbo inficiuntur. Statim autem prima oratione prodit, nostram se sitire salutem, eamque a nobis postulat. Consulto etiam evangelista discipulorum abitum subdidit; si enim ipsi adfuissent, sane etiam aquam petiissent. Sed, qui futuri præscius erat, omnes dimisit; atque ita per summam demissionem solus solam alloquitur.

« Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ Σαμαρεῖτις· Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν ζητεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; » Ἔκστηθι τῆς δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν· ἐξ αὐτῆς γὰρ τῆς πρώτης φωνῆς ἐλλαμφθεῖσα τὸν νοῦν ἡ γυνὴ, τῆς φύσεως κρείττω φρονεῖ, καὶ ζητεῖ τι τῶν ἀγνοουμένων μαθεῖν· οὔτε γὰρ δέδωκε πιεῖν, οὔτε οὖν ἀπηνήνατο, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ὁμιλίας καὶ τοῦ σχήματος Ἰουδαῖον αὐτὸν εἶναι εἰκάσασα, πολυπραγμονεῖ μαθεῖν, πῶς οὐ τηρεῖ τὴν Ἰουδαϊκὴν παρατήρησιν. Ἀλλ' ὁ Κύριος ἀφεὶς λῦσαι τὴν ἀπορίαν, ἐκφαντικῶς τε εἰπεῖν, ὡς Οὐχ ὑπόκειμαι νόμῳ. νομοδότης ὢν καὶ Θεός· τοῦτο μὲν οὐ λαλεῖ, πλαγίως δέ πως καὶ ῥέμα πρὸς τὰς ὑψηλὰς ἐννοίας ἐμβιβάζει αὐτὴν, καί φησιν· « Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν

« Dicit ei mulier illa Samaritana : Quomodo **268** tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? » Admirare occultam vim divinæ potentiæ : prima enim ipsius voce illuminata mulieris mens, meliores quam natura ferret cogitationes suscipit, et aliquid eorum quæ ignorabat quærit addiscere; nam neque potum præbuit, nec sane recusavit; sed a sermone et habitu (97) Judæum illum esse conjiciens, studiose percontatur quare Judaicam consuetudinem non observet. Sed Dominus solvere quæstionem, et aperte dicere omittens, non subditum esse se legi, cum legis esset auctor et Deus, de hoc sane non loquitur, sed per insinuationem ac sensim ad altiores eam cogitationes attollit, et ait : « Si scires donum Dei,

[16] Isa. XL, 28.

Francisci Scorsi notæ.

(96) *Hic iter facit.* Et hæc deerant in P. οὗτος ὁδοιπορεῖ etc. usque καὶ δίψης quæ ex Gall.

(97) *Sed a sermone et habitu.* Cum Samaritani essent colonia Assyriorum, ut notatum est supra not. 85, credibile est et habitum, et sermonem habuisse diversa, sicut diversam habebant religionem; nam et Galilæi, cum ejusdem gentis et religionis essent, linguæ tamen aliquo discernebantur indicio. Unde Judæi Petro, Matth. XXVI : *Vere tu ex illis es, nam et loquela tua manifestum te facit.* Ita etiam Chrysost., Theophyl., Euthym., et probat Maldonatus noster.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere; tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. » Si scires, inquit, Deum esse qui colloquitur tecum, et crederes, quibus donis probos homines remuneretur; tu sane, arrepta occasione, petiisses aquam salutis, hoc est, gratiam sancti Spiritus vere vivam. Sanctus quippe Spiritus aqua viva appellari solet; etenim publice docens sic de Spiritu locutus est : « Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent [17]. » Aquæ porro sanctus Spiritus assimilatur, ut qui purus est et maxime recreat eos qui ipsum accipiunt. Et sicuti eadem aqua variis discernitur qualitatibus, ita Spiritus ad varias operationes distribui fidelibus solet. Viva vero dicitur utpote fluens, et mobilis (98), et animam reddens facile mobilem.

« Dicit ei mulier : Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est : unde ergo habes aquam vivam? » Adhuc humi repebat mulieris mens, nec dum ad dictorum altitudinem elevabatur. Putabat enim de aqua ipsum loqui ejusmodi, quæ manaret perenniter, nec unquam deficeret, nec iis simili, quæ lacubus, puteis, stagnisque continentur. Verumtamen habent etiam hæc verba reconditum quemdam sensum repertum ab iis (99) qui profunda Spiritus patefaciunt. Puteus enim est divina Scriptura, scientia scatens ut aqua : cujus putei profunditas sunt plena mysteriis symbola, situla ipsarum meditatio atque cognitio eruditione comparata. Sicuti enim cadus, minimam extrahens aquæ partem, maximam relinquit inexhaustam, ita et hujus scientiæ studium, partem cognitionis **269** addiscenti præbens, mysteriis penitus ac perfecte non instruit. Hanc igitur doctrinam exercitatione quæsitam non habuit Dominus, ut qui ipsa per se sapientia esset, nec parta litterarum studio sapientia

[17] Joan. VII, 38.

A τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι · Δός μοι πεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκέ σοι ὕδωρ ζῶν. » Εἰ ᾔδεις, φησὶν, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ διαλεγόμενος μετὰ σοῦ, ἐπέπεισο δὲ καὶ οἷαις δωρεαῖς οὗτος ἀμείβεται τοὺς εὐγνώμονας, σὺ ἂν τὸν καιρὸν ὑφαρπάσας τὸ τῆς σωτηρίας ὕδωρ ἐζήτησας τὴν ζῶσαν, ὡς ἀληθῶς, χάριν τοῦ Πνεύματος. Ὕδωρ γὰρ ζῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καλεῖν εἴωθε · καὶ γὰρ καὶ κοινῇ διδάσκων, οὕτω περὶ τοῦ Πνεύματος ἔλεγεν · « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν. » Ὕδατι δὲ ἀπείκασται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καθαρὸν, καὶ πολλὴν παραψυχὴν παρέχων τοῖς ὑποδεχομένοις αὐτό. Καὶ ὥσπερ τὸ αὐτὸ ὕδωρ μερίζεται εἰς διαφόρους ποιότητας, οὕτω τὸ Πνεῦμα εἰς διαφόρους ἐνεργείας ἐν τοῖς πιστοῖς διανέμεσθαι

B εἴωθε. Ζῶν δὲ λέγεται οἷον ἀναβλύζον, καὶ κινούμενον, καὶ οἷον εὐκίνητον τὴν ψυχὴν ἐργαζόμενον.

« Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή · Κύριε, ἄντλημα οὐκ ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ · πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; » Ἔτι χαμαιπετὴς ἦν τῆς γυναικὸς ἡ διάνοια, οὔπω κουφισθεῖσα πρὸς τὸ τοῦ λόγου μετέωρον. Ὤετο γὰρ ὕδωρ αὐτὸν λέγειν ἀεννάως ἐκβλύζον, καὶ μένον ἀείῤῥυτον, οὐχ οἷα τὰ τῶν λάκκων, καὶ φρεάτων, καὶ στάσιμα. Πλὴν ἀλλ' ἔχει τινὰ κεκρυμμένην ὁ λόγος διάνοιαν, ἐξευρημένην τοῖς ἀνακαλύπτουσι τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος. Φρέαρ γάρ ἐστιν ἡ θεία Γραφὴ, ὡς ὕδωρ, τὴν γνῶσιν πηγάζουσα · βάθος δὲ τοῦτο τοῦ φρέατος τὰ μυστηριώδη αἰνίγματα. Ἄντλημα δὲ ἡ γραμμάτων μελέτη καὶ μάθησις · ὡς γὰρ ὁ κάδος μέρος τοῦ ὕδατος ἀνιμώμενος ἐλάχιστον, τὸ πολὺ κατέλιπεν ἀνεξάντλητον,

C οὕτως ἡ διὰ γνώσεως μάθησις, μερικὴν γνῶσιν παρέχουσα τῷ μανθάνοντι, ἀτελῆ ποιεῖται τὴν μύησιν. Ταύτην οὖν τὴν ἐκ μελέτης μάθησιν οὐκ ἔχει ὁ Κύριος, αὐτοσοφία ὑπάρχων, καὶ τῆς διὰ γραμμάτων σοφίας καὶ μαθήσεως οὐ δεόμενος. Καὶ γοῦν ἔλεγον οἱ Ἰουδαῖοι · « Πῶς οὗτος οἶδε γράμματα μὴ μεμα-

Francisci Scorsi notæ.

(98) *Et mobilis.* Ita verti τὸ κινούμενον · videtur enim hoc a Theophane dictum, juxta illud, quod est Sap. cap. VII, ubi dicitur : *Spiritus intelligentiæ sanctus, mobilis*, etc. Græce ibi habetur εὐκίνητον, quod quanquam παθητικῶς, significet, ut et mobile, nimirum id quod moveri potest, vel facile moveri, tamen etiam ἐνεργητικῶς, significare potest, ut advertit Lorinus in cap. illud Sap. VII, id quod movere se ipsum potest, et se ad agendum, aliave movendum facile applicare; et ita eo loco potissimum accipiendum videtur, et apud nostrum τὸ κινούμενον. Subjungit enim οἷον εὐκίνητον τὴν ψυχὴν ἐργαζόμενον, est quippe quod animam reddat facile mobilem, qua sane adjunctione et ἐπεξηγήσει explicat Theophanes et illud Sap. cap. V, spiritus dicatur mobilis : nimirum hic dicitur a theologis esse donorum Spiritus sancti effectus animam facile mobilem ad ejus recipiendos impulsus, utque facile spiritu Dei agatur, secundum illud ad Rom. VIII : *Quicunque Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei.* Porro idem spiritus stabilis dicitur eodem Sapientiæ loco, quod attributum priori non adversatur est; est enim is, qui, ut ait Boet.,

Stabilisque manens dat cuncta moveri.

Gregorius Nazianzenus orat. *de Spiritu sancto* vocat τὸ Πνεῦμα ἀναφὲς, αὐτοκίνητον, ἀεικίνητον, *forma et tactu carens, se ipsum movens, et sempiternum motum habens :* ita vertit Jacobus Billius qui τὸ αὐτοκίνητον interpretatur per activam vim, quam supra dixi habere τὸ εὐκίνητον. Sed S. Gregor. Magnus, hom. 5 *in Ezech.* eadem vi activa accipit mobile, ubi utrumque attributum explicans, *stabilem ait esse Spiritum, quia per naturam omnia continet; mobilem, quia ubique etiam nescientibus occurrit.*

(99) *Repertum ab iis.* Innuit fortasse S. Maximum martyrem, cujus est hæc mystica commentatio cent. II œcon. cap. 29 : *Puteus Jacob est Scriptura; aqua vero est scientia Scripturæ; profunditas vero obscure dictorum Scripturæ interpretatu difficilis positio : at situla est, quæ per litteras divini verbi habetur disciplina, quam Dominus non habebat, cum sit per se Verbum, qui præbet credentibus, non eam, quæ discendo et exercitatione comparatur, scientiam, sed confert dignis e spiritali gratia perpetuo fluentem, et quæ nunquam desinit, sapientiam.* Hæc S. Maxim. additque pluscula eodem cap. omnino consona cum his, quæ Theophanes hic μυστικῶς affert. Quod autem dicit S. Maxim. *cum sit per se Verbum*, Noster dixit αὐτοσοφίας de quo vocabulo et similibus apud Græcos Patres atque scriptores habes hom. 3, not. 50.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θηκώς; » Διὰ τοῦτο ἡ Σαμαρεῖτί; φησιν· « Ἄντλημα οὐκ ἔχεις. »

« Μὴ σὺ μείζων τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ τοῦτο, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ; » Ἐπειδὴ ἐπίσημον ἦν τὸ γένος τοῦ Ἰακώβ, διὰ τοῦτο καίπερ Σαμαρεῖτις οὖσα Ἰσραηλιτικὴν ἑαυτῇ εἰσοικίζει εὐγένειαν, καὶ πατέρα τὸν Ἰακὼβ ἐπιγράφεται, καὶ κατὰ βραχὺ πρὸς ἔννοιαν τοῦ νοήματος ἐμβιβάζεται. Καὶ θαυμάζει μὲν τὴν ὑπόσχεσιν, τὴν γνώμην δὲ ταλαντεύεται· ὃ γὰρ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ ἔστι σοι τοιοῦτον ποτὸν τοσοῦτον παρηλλαγμένον τούτου τοῦ ὕδατος, ἔοικας μείζων τις εἶναι τοῦ Ἰακώβ. Ἐκεῖνος γὰρ, καίπερ οὕτω τυγχάνων περίφημος, οὐκ ἔσχε βελτίονα ταύτης πηγήν· ἀλλ' αὐτὸς καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ, τούτῳ ἐχρῶντο τῷ ὕδατι. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, φρέαρ μὲν ἡ θεία νοεῖτο Γραφή· Ἰακὼβ δὲ ὁ θεωρητικὸς νοῦς· υἱοὶ δὲ Ἰακὼβ ἐκ τοῦ φρέατος πίνοντες, τὸ τῆς ψυχῆς θεωρητικὸν τῇ γνώσει ἐπαρδευόμενον· θρέμματα δὲ, αἱ ἐκ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ὁρμαὶ, ὅταν ἡμῖν εἰς ἀρετὴν χρησιμεύωσι. Καλὸν κτῆνος ὁ θυμὸς ὅταν τῷ λογισμῷ ὑποζύγιον γένηται. Τοιοῦτον κτῆνος καὶ ἡ ἐπιθυμία νωτοφορουῦσα, καὶ ἄνω φέρουσα τὴν ψυχὴν, ὅταν ἐπὶ τὸ ὕψος ἀνάστηται.

« Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου διψᾷ πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Τὴν ὑπεροχὴν δεικνύει ἐκ τῆς συγκρίσεως, καὶ φησι· Τουτὶ μὲν τὸ ὕδωρ τοῦ φρέατος, εἴ τις πίνει διψῶν, πρὸς καιρὸν εὑρίσκει τῆς δίψης ἄκος, εἶτ' αὖθις διψᾷ· τὸ δὲ πνευματικὸν ποτὸν ἀΐδιον ἔχει τὴν τῆς δίψης ἀπαλλαγήν. Ἔοικε δὲ μυστικῶς καὶ τὸν σκιώδη νόμον ἐμφαίνειν, ὅσον ἠλάττωται τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος. Ὁ μὲν γὰρ ἐδεῖτο μελέτης διηνεκοῦς, καὶ γεγραμμένων συνεχοῦς ἀναγνώσεως, ὡς δίψαν, τὴν λήθην διωθούσης τῆς ἀναμνήσεως· Πνεῦμα δὲ σοφίας ἐμπλῆσαν ψυχὴν θείας γνώσεως, πολυπληθῆ καὶ γόνιμον αὐτὴν ἀπεργάζεται πηγὴν ναμάτων ζωηρῶν ἐκβλύζειν παρασκευάζον αὐτήν. Ἔδειξε τοῦτο καὶ ἡ τῶν ταλάντων παραβολὴ, τὰ πέντε καὶ τὰ δύο πληθύνασα, σημαίνοντος τοῦ λόγου τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων τὴν αὔξησιν.

« Λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή· Κύριε, δός μοι τὸ

A et institutione indigeret. Unde Judæi dicebant : « Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit[18] ? » Ideo Samaritana dixit : « Situlam non habes. »

« Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ejus? » Quoniam nobile erat genus Jacob, ideo quamvis esset Samaritana (1), Israeliticam tamen sibi vindicat nobilitatem, et patrem sibi Jacob ascribit, et pedetentim ad sensum intelligendi attollitur. Nam promissionem quidem admiratur, sed tamen adhuc in sententia anceps est; sic enim videtur dicere : Si potum talem habes, tamque diversum ab aqua hac nostra, videris Jacob esse præstantior. Ille enim cum homo tam insignis esset, fontem non habuit isto meliorem : sed ipse, et filii B ejus, et pecora ejus hac aqua usi sunt. Sed secundum anagogicam rationem per puteum quidem divina Scriptura intelligi posset; per Jacob vero, mens contemplationi dedita ; per filios autem Jacob ex hoc puteo bibentes, quæcunque vis animæ contemplationis particeps, quæ cognitione irrigatur : porro per pecora, irascibilis et concupiscibilis motus, quando ad virtutis opera usui nobis sunt. Bonum scilicet jumentum irascibilis, cum rationi subjugatur; tale etiam concupiscibilis quasi tergo vehens, et efferens animam, cum in altitudinem contemplationis erigitur.

« Respondit Jesus, et dixit ei : Omnis, qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum : sed qui biberit ex aqua C quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. » Præstantiam aquæ ex contentione demonstrat, et ait : Ex hujus putei aqua si quis sitiens sumit, ad aliquod tempus siti medebitur, postea vero sitiet iterum. Sed potio spiritualis vim habet in omne tempus a siti liberandi. Videtur vero mystice umbratilem legem innuere, quanto scilicet gratia Spiritus inferior illa fuerit. Illa enim meditatione indigebat assidua, et eorum quæ scripta erant lectione continua, ut quasi sitim expelleret memoriæ oblivionem : at vero Spiritus sapientiæ, animam divinarum rerum cognitione complens, **270** abundantem eam maxime fecundamque reddit, atque ita comparat, ut fons vitalium considerationum evadat. Quod itidem talentorum parabola D planum fecit, quinque et duo talenta multiplicans[19]; qua locutione spiritualium charismatum significatur augmentum.

« Dicit ad eum mulier : Domine, da mihi hanc

[18] Joan. VII, 15. [19] Matth. XXV, 14 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(1) *Quamvis esset Samaritana.* De Samaritanis ita Josephus, lib. I, cap. 7 : Οἱ πρὸς τὴν μεταβολὴν καὶ συγγένειαν, ὅταν μὲν εὖ πράττοντας βλέπουσι τοὺς Ἰουδαίους συγγενεῖς ἀποκαλοῦσι, ὡς ἐξ Ἰωσήπου φύντες, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν τῆς πρὸς αὐτοὺς ἐχόντες οἰκειότητος. Ὅταν δὲ πταίσοντας εἴδωσι οὐδαμόθεν αὐτοῖς προσήκειν λέγουσι. *Qui pro præsenti tempore mutabiles, quoties feliciter Judæos degere vident, cognatos se eorum appellant, utpote a Josepho oriundos, et hac ratione sanguine illi conjunctos ; quando vero in rebus adversis eos aspiciunt, nihil ad se pertinere aiunt.* Ita Joseph. Genebrardus vero relatus a Saliano, loco supra citato ait, novos Samaritas suscepisse circumcisionem per sacerdotes Israel ex captivitate revocatos, libros item legis Mosæ; hæc enim merito intelliguntur ritus, et legitima Dei terræ, IV Reg. cap. XVII. Atque hæc probabilior est ratio, cur se Israelitas se esse jactarint.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY/FR

aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire. » Nondum sensum dictorum attingit; adhuc circa sensilem aquam cogitatione detinetur, et credit quidem talem aquæ inesse virtutem, non tamen adhuc ad spiritualem potionem erigit mentem, sed eo studet illam accipere, ne iterum haustum veniat. « Dicit ei Jesus : Vade, voca virum tuum. » Sciebat sane non esse illam legitimo viro conjunctam; non tamen eam aperte vult redarguere, quod illi grave futurum erat : sed cum sermonem injicit, unde res per seipsa se prodat; nam cum illa dixisset non habere se virum, leniter propheticum illud sequebatur : « Bene dixisti, Quia non habeo virum, quinque enim viros habuisti, et nunc, quem habes, non est tuus vir. » Illa quidem præ pudore concubitum occultum celare conabatur; hic vero statim operta retegit, et præsentem virum eodem numero ponit, atque illos, qui jam ante cum illa turpiter consueverant : quod sane leviter facit, et ita ut exprobrare rei turpitudinem velle non videatur. Non enim dixit Quinque adulteros, vel amatores, vel tori violatores habuisti, sed viros dicens, sensim multitudinem maritorum, et facti indignitatem coarguit. Neque enim prioribus conjugibus usa legitime fuerat. Comiter igitur reprehendit polygamiam, eamque in memoriam redigit, et oblique objicit, quod illorum inhonesta consuetudine fuerit implicata. Verumtamen etiam Samaritanorum morem ea oratione visus est indicare : qui cum Moysis quinque libros (2) veluti quinque recepissent viros, futurum erat, ut veluti sextum, Evangelii legem acciperent : in quam porro nondum erant introducti per fidem. Ideo dicit, Quem habes nunc colloquentem tecum, non est tuus vir, quia in illum nondum credidisti. Quoniam vero hæc Samaritana universum adumbrat humanum genus; per quinque viros intelligi possent quinque leges ei a Conditore suo initio traditæ : prima quæ **271** in paradiso; altera quæ post inobedientiam; tertia quæ Noe post diluvium data est; quarta circumcisionis; quinta denique scripta. Quas abjiciens humana natura cum impietatis lege quasi cum adultero corrupta est. Quod sane prophetarum voces figurate infamia notarunt. Jeremias enim : « Facies, inquit, tua facta est meretricis[20]. » Osee vero (3) : « Circumdabat sibi vestimenta sua,

Ὕδωρ τοῦτο, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν. » Οὔπω τῶν λεγομένων ἐφάπτεται, ἔτι πρὸς αἰσθητὸν ὕδωρ ἀπασχολεῖ τὴν διάνοιαν, καὶ πιστεύει μὲν, ὡς τοιαύτην ἔχει τὸ ὕδωρ ἰσχὺν, οὐ μὴν πρὸς τὸ νοητὸν πόμα τὸν νοῦν ἀνυψοῖ, ἀλλ' αἰτεῖ τοῦτο λαβεῖν, ὡς ἂν μὴ ἔρχηται ἀντλεῖν. « Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε, φώνησόν σου τὸν ἄνδρα. » Ἤδει μὲν, ὡς οὐκ ἦν αὐτῆς κατὰ νόμον ἀνὴρ, ἀλλὰ παραιτεῖται τὸ φανερῶς ἐλέγχειν, ὡς φορτικὸν, ἐμβιβάζει δὲ τὸν λόγον εἰς τὸ καθαυτὸ γενέσθαι τὸ πρᾶγμα κατάδηλον. Εἰπούσης γὰρ αὐτῆς· « Οὐκ ἔχω ἄνδρα, » ἁβρῶς τὸ τῆς προφητείας ἐπηκολούθησε· « Καλῶς εἶπας, ὅτι Οὐκ ἔχω ἄνδρα· πέντε γὰρ ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ. » Ἡ μὲν εὐλαβουμένη κρύπτειν ἐπειρᾶτο τὸν λαθραῖον ὁμόλεκτρον, ὁ δὲ ἀνακαλύπτει τὰ κεκρυμμένα εὐθὺς, καὶ καταλέγει καὶ αὐτὸν διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀσέμνως πάλαι κοινωνησάντων αὐτῇ, ἐλαφρῶς μέντοι, καὶ ὥστε μὴ δοκεῖν κατονειδίζειν τοῦ πράγματος τὸ αἰσχρόν. Οὐ γὰρ εἶπε· Πέντε μοιχοὺς ἔσχες, ἢ ἑταστὰς, ἢ τοῦ λέχους ὑβριστὰς, ἀλλ' ἄνδρας εἰπὼν, λεληθότως τὴν πολυγαμίαν ἐλέγχει, καὶ τὸ τοῦ πράγματος ἄτεμνον· οὐ γὰρ τοῖς προτέροις γαμέταις νομίμως ἐχρήσατο. Ἐν ἤθει οὖν ποιεῖται τῆς πολυγαμίας τὴν μέμψιν, διανιστῶν αὐτὴν εἰς ἀνάμνησιν, καὶ πλαγίως κατονειδίζων, ὡς κἀκείνοις τοῖς πέντε δυσκλεῶς συνεπλέκετο· πλὴν ὅτι καὶ τὸ ἔθος τῶν Σαμαρειτῶν ἔοικε τῷ λόγῳ δηλοῦν· οἳ καθάπερ ἄνδρας πέντε λαβόντες τὴν τοῦ Μωϋσέως Πεντάτευχον, ἔμελλον ὡς ἕκτον τὸν τοῦ Εὐαγγελίου νόμον εἰσδέξασθαι. ὃν οὐδέπω ἦσαν εἰσοικισάμενοι διὰ πίστεως. Διὰ τοῦτό φησιν· « Ὃν ἔχεις νῦν συλλαλοῦντά σοι, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ, ἐπειδὴ οὔπω πεπίστευκας εἰς αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ ἡ Σαμαρεῖτις τὴν ὅλην τῶν ἀνθρώπων φύσιν ὑπέγραφε, νοοῖντο ἂν πέντε ἄνδρες καὶ οἱ δοθέντες αὐτῇ ἀνέκαθεν πέντε νόμοι παρὰ τοῦ Πλάσαντος· ὁ ἐν παραδείσῳ, ὁ μετὰ τὴν παρακοὴν, ὁ τῷ Νῶε δοθεὶς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, καὶ τέταρτος ὁ τῆς περιτομῆς, πέμπτος δὲ ὁ γραπτός. Ἀλλὰ τούτους ἀποβαλοῦσα, τῷ τῆς ἀσεβείας νόμῳ, ὡς μοιχῷ συνεφθείρετο. Ὁ δὴ καὶ τῶν προφητῶν αἱ φωναὶ τροπικῶς στηλιτεύουσιν. Ὁ μὲν γὰρ Ἱερεμίας· « Ὄψις πόρνης, φησὶν, ἐγένετό σοι. » Ὡσηὲ δέ· « Περιέθετο, λέγων, τὰ ἱμάτια αὐτῆς, καὶ ἐπορεύετο ὀπίσω τῶν ἑραστῶν αὐτῆς. » Ὁ δὲ Ναούμ· « Πόρνη, φησὶ,

[20] Jerem. III, 4.

Francisci Scorsi notæ.

(2) *Cum Moysis quinque libros.* Vide quæ super hoc attigimus not. proxima; cæterum hanc allegoriam innuit etiam D. Augustin. *in Joan.* tract. 1 : *Multi*, ait, *intellexerunt non quidem absurde, nec usquequaque improbabiliter in quinque viris mulieris hujus quinque libros Moysis; utebantur enim eis Samaritani, et sub eadem lege erant; nam inde illis et circumcisio inerat. Sed quoniam angustat nos, quod sequitur : « Et nunc quem habes, non est tuus vir; » videtur mihi facilius non posse accipere quinque viros priores animæ quam quinque sensus corporis.* Ita S. Augustinus : sed quod illi angustum videtur de sexto viro, id ad eamdem allegoriam traducit hic noster, cum sextum virum legem evangelicam faciat, quæ non erat ipsius, quia eam nondum acceperat, et eam tamen habebat, cum Christum præsentem haberet, ad quem nondum esset introducta per fidem.

(3) *Osee vero.* Locus integer Oseæ ita habetur ex LXX : Καὶ περιέθετο τὰ ἐνώτια αὐτῆς καὶ τὰ καθόρμια (in Bibl. Regiis scriptum est καθορμεῖα) αὐτῆς, καὶ ἐπορεύετο ὀπίσω τῶν ἑραστῶν αὐτῆς· *Et circumdabat sibi inaures suas et monilia sua; et ibat post amatores suos.* Nostra Vulg. *ornabatur inaure sua, et monili suo.* Ex hoc loco delibat pauca Theophanes, ut vides, eumque concidit. Sed vero pro ἐνώτια legit ἱμάτια, quæ lectio in iis, quæ ego viderim hactenus Græcis Bibliis, nunc non exstat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καλὴ, καὶ ἐπίχαρις, ἡ πωλοῦσα ἔθνη ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς. » Ὁ νόμος τοίνυν τῆς ἀσεβείας οὐκ ἦν τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων ἀνήρ· ἔμελλε γὰρ νυμφευθῆναι Χριστῷ, ᾧ νυμφοστολεῖ ταύτην Παῦλος, οὕτως εἰπών· « Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι Χριστῷ. » Ἀλλὰ τὰ τῆς ἱστορίας αὖθις ἐπαναλάβωμεν.

« Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ. » Ἀκούσασα οὕτω σαφῶς ἀνακαλυφθέντα τὰ ἐν παραδύστῳ πραχθέντα, καὶ ὅσα τὴν πόλιν ἐλάνθανεν, οὐδ' ὑπεστάλη ἐρυθριάσασα, οὔτ' ἀπρεπές τι καὶ ἰταμὸν ἀνεφθέγξατο· ἀλλ' ἐκ τοῦ προφήτην αὐτὸν ὁμολογεῖν ἔοικε τῷ λόγῳ συγκατατίθεσθαι, ἀπεοικότα δὲ ποιεῖν τῷ ἔθνει αὐτῆς. Οἱ γὰρ Σαμαρεῖται προφήτας οὐ παρεδέξαντο. Εἶτα καὶ περὶ δογμάτων ζητεῖ, ὥσπερ ὠδίνουσα τὸ ζήτημα πρότερον.

« Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος ὅπου δεῖ προσκυνεῖν. » Ἰουδαῖοι μὲν τὰς προφητικὰς φωνὰς σωματικῶς ἐκδεχόμενοι ᾤοντο ἐν μόνοις Ἱεροσολύμοις δεῖν προσκυνεῖν τὸν Θεόν. Σαμαρεῖται δὲ ἐν ὄρει τοῦ Γαριζὶν, ἐν ᾧ τὰ εἴδωλα ἐκεκρύφατο, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν. Ταύτην οὖν τὴν ζήτησιν ὡς ἀμφίβολον ἡ γυνὴ τῷ Δεσπότῃ προῖσνεται. Τί οὖν ὁ Σωτήρ;

« Πίστευσόν μοι, γύναι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ Πατρί. » Ὥραν τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν λέγει, καθ' ἣν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ οὐκ ἐν ἀφωρισμένῳ τόπῳ, ἀλλὰ πανταχόθεν προσοίσουσι τὴν προσκύνησιν τῷ πανταχοῦ παρόντι Θεῷ.

« Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν. » Θορυβήσει δὲ ἴσως τινὰς τῶν ἀκροατῶν ἡ ἐπὶ Χριστοῦ λεγομένη προσκύνησις, ἐπειδὴ ἑαυτὸν τοῖς προσκυνοῦσι συναριθμεῖ. Ἔστι δὲ οὐ κάματος τοῖς εὐσεβεῖν βουλομένοις, καὶ θεοπρεπῶς τὰς τοιαύτας φωνὰς ἐκλαμβάνεσθαι. Προσκυνεῖν μὲν λέγει, ὡς τὴν προσκυνοῦσαν φύσιν ἀναλαβών, καὶ οἰκειούμενος τὸ ἡμέτερον· προσκυνεῖσθαι δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς ὡς Θεός. Πλὴν οὐ διαιρετέον προσκυνούμενον καὶ λέγοντα προσκυνεῖν, εἰς ἄνθρωπον

A et ibat post amatores suos[21]. » Naum etiam (4) : « Meretrix speciosa et grata, quæ vendit gentes in fornicatione sua[22]. » Lex igitur impietatis non erat vir humanæ naturæ, sed Christo nuptura erat, cui Paulus eam adornat ut sponsam (5), sic dicens : « Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo[23]. » Sed historicam narrationem iterum resumamus.

« Dicit ei mulier : Domine, video quia propheta es tu. » Ubi audiit ea quæ ipsa in occulto patrarat, quæ latuerant civitatem, in lucem tam aperte prolata, nec præ pudore dissimulavit neque indecorum quidpiam petulanter respondit; sed prophetam illum confessa, ejus orationi consentire visa est, et secus facere, quam gens sua consuevisset. Sa-
B maritani siquidem prophetas non receperunt (6). Post hæc de dogmatis eum interrogat, quasi hanc quæstionem jam ante animo parturiret.

« Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, ubi adorare oportet. » Judæi sane propheticas voces corporaliter accipientes, solum Hierosolymis adorari Deum convenire existimabant. Samaritani vero in monte Garizin (7), ubi abscondita idola fuerant, ut supra memoravimus. Hanc igitur quæstionem ut dubiam proponit Domino mulier. Quid vero Salvator?

« Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis ado-
C rabitis Patrem. » Horam vocat adventum suum, in quo veri adoratores non in aliquo definito loco, sed ubique adorabunt Deum omnibus locis præsentem.

« Vos adoratis, quod nescitis; nos adoramus, quod scimus. » Turbabit fortasse quempiam auditorum quod a Christo de adoratione dictum est, quando se ipsum inter adoratores connumerat. Sed nihil negotii facessit hoc iis qui pios esse se volunt et de Deo sentire, uti decet, has voces **272** accipere. Adorare quidem se dicit, ut qui naturam quæ adorare posset assumpserat, adeoque tribuens sibi quod nostrum est : adorari vero rursus ideo dicitur ut Deus. Verumtamen non dividere oportet

[21] Osee II, 13. [22] Nuam. III, 4. [23] I Cor. XI, 2.

Sed qua de causa non ascendit in cœlum simul ac a mortuis resurrexit, sed hoc distulit usque ad quadragesimum diem? Quod scilicet si ita factum esset, phantasia quædam, et illusio videri Resurrectio potuisset ; siquidem reviviscens abiisset simul atque visus esset : ac simile quid fuisset objectis per somnium gaudiis, quæ solum apparent, ac statim evolant, et evanescentia dormientium mentem decipiunt. Ideo multos moratus dies, et variis apparitionibus discipulis confirmatis, cum Resurrectionis miraculum tam certum ostendisset, ut contradici nequiret, tandem sublatus in cœlum est. Si vero ad subtiliores intellectus exercitatam mentem habetis, et pura luce illustrata potest altiora pertingere, figuram vobis etiam quadraginta dierum explicabo : quid causæ fuerit, cur post hoc spatium peregerit ascensionem.

Tres Christi in terris nativitates novimus : primam quidem ex matre purissima ; secundam, quæ in Jordane per aquam (29); tertiam quæ ex mortuis

ἐπελεύσεται ἐπί σε · » οὕτω καὶ μετὰ τοῦ Πνεύματος ἄνεισι συμπαρομαρτοῦντος αὐτῷ, καὶ συνόντος οὐσιωδῶς.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθὺς ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ἀνῆλθεν εἰς οὐρανούς, ἀλλὰ μεθ' ἡμέρας τοῦτο ποιεῖ τεσσαράκοντα ; Ὅτιπερ εἰ τοῦτο γέννην, ἔδοξεν ἂν φαντασία τις, καὶ φενακισμὸς ἡ ἀνάστασις, εἰ ἀνέστη ὁμοῦ τε ὤφθη, καὶ ᾠχετο. Τοῦτο γὰρ κατ' οὐδὲν διέφερε τῶν ἐν ὀνείροις τερπνῶν, ἃ μόνον ὀφθέντα, εὐθὺς ἀπέπτη καὶ λέλυται, τὸν τοῦ ῥέγχοντος λογισμὸν ἀπατήσαντα · διὰ τοῦτο ἐφ' ἱκαναῖς ἐπιμείνας ἡμέραις, καὶ ταῖς διαφόροις ἐμφανείαις βεβαιώσας τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀνανατίῤῥητον δείξας τὸ θαῦμα τῆς ἀναστάσεως, οὕτως εἰς οὐρανοὺς ἀνεφέρετο. Εἰ δ' ἐγγεγύμνασται ὑμῶν πρὸς λεπτοτέρας ἐννοίας ὁ νοῦς, καὶ καθαρῷ φωτὶ δύναται, καὶ τῶν ἰσχνοτέρων ἐφάπτεσθαι, ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς καὶ τὸν τρόπον τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, διὰ τί μετὰ τοσαύτας τὴν ἀνάληψιν ἐποιήσατο.

Τρεῖς ἴσμεν τὰς ἐπὶ γῆς γεννήσεις Χριστοῦ · πρώτην μὲν τὴν ἐκ τῆς πανάγνου Μητρός · δευτέραν δὲ τὴν ἐν Ἰορδάνῃ διὰ τοῦ ὕδατος · τρίτην τὴν ἐκ νε-

[37] Luc. I, 35.

Francisci Scorsi notæ.

cohæret hic auctor, et cum eodem modo de nubibus illis duabus dicat eas fuisse Spiritum sanctum, hoc est symbolum Spiritus sancti, atque de hac, qua de agimus, quæ susceptit eum redeuntem in cœlum, et tamen eas sensiles fuisse neget eo intellectu quem diximus, ita etiam de hac est intelligendus, eam fuisse nubem lucidam, non tamen fortuitam, et naturali modo concretam, cujusmodi sunt quæ in aere videntur, sed peculiari opera ac ministerio effectam, eamque quæ esset hujus rationis, symbolum, et typum fuisse Spiritus sancti, ut jam paulo superius explicatum est. Sed consignet tandem hanc notam S. Ambrosius, qui ut noster Spiritus sanctus, ita ille Patris symbolum fuisse eam nubem vult, serm. 60, edit. Rom. relatus a Lorino in c. 1 Act. Ait enim nubem splendidam fuisse, ut eam, de qua vox Patris audita est in monte, et per eam intelligi Patrem ipsum, qui occursu quodam pietatis ascendentem Filium gremio molliore complexus sit. Sanctus etiam Maximus hom. 3, de *Pentec :* idem habet, ut videatur ab Ambrosio sumpsisse : *Illa est nubes, quæ ascendentem suscepit Christum, quæ et testimonium Christo etiam in monte perhibuit, de qua ait Evangelista : « Vox in nube audita est dicens, Hic est Filius meus dilectus. » Non igitur nubes suscepit Christum, sed Deus Pater recepit Filium, et occursu quodam pietatis ascendentem illum gremio molliore complectitur.*

(28) *Semper ipsum comitetur.* Συμπαρομαρτοῦντος αὐτῷ. Ita locutus Gregor. Nazianz. et Joan. Damascen. quos retulimus supra not. proxima.

(29) *Quæ in Jordane per aquam.* Baptismum Christi nativitatem ejus seu generationem appellat, quod figura fuerit nostræ per aquam baptismi regenerationis, quod plerique Patres docent. In primis vero Gregor. Nazianz. orat. 38 : Μικρὸν δὲ οὖν ὕστερον ὄψει καὶ καθαιρόμενον Ἰησοῦν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τὴν ἐμὴν κάθαρσιν, μᾶλλον δὲ ἁγνίζοντα τῇ καθάρσει τὰ ὕδατα. Οὐ γὰρ δὴ αὐτὸς ἐδεῖτο καθάρσεως, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου · *Ac paulo post et Jesum purgatione mea in Jordane purgari videbis, vel potius aquas purgatione sua purificare ; neque enim ipse purgatione opus habebat, qui peccata mundi tollit.* Theophanes ipse noster, hom. 28 : Ἐδείχθη δὲ καὶ ἐν Ἰορδάνῃ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν ἐμὴν φύσιν καθαίροντος · *Manifestatum est etiam in Jordane cum Dominus per baptismum naturam nostram purgaret.* Theophanes vero Nicænus alius a nostro, lavacrum baptismatis cum utero Virginis, Mariæ et Christi generationem secundum carnem, cum ea, quæ fit in nobis per gratiam in baptismo, regeneratione, eleganter et pie comparat, per eamque nos fieri fratres Christi his verbis docet, quæ quia non omnibus obvia, et singularem continent doctrinam, quamvis longiuscula, transcribam : Ἐνήσει τῷ ὕδατι, καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πρῶτος εἰσελθών, καὶ βαπτισάμενος ἐν ἑαυτῷ · πρῶτον μὲν ἵνα, καθὼς ἔφην, τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου · δεύτερον δὲ ἵνα τοὺς διὰ βαπτίσματος ἀναγεννωμένους εἰς ἀδελφότητα πρόσοιτο πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς γενόμενος, διὰ τὸ ταυτὸν ἁμηγέπη τοῦ πρώτου τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνου κατὰ σάρκα γεννήσεως. Hoc est, interprete Consalvo Ponce : *Et primus ipse per sese ingressus est, et baptizatus in illa, cum ut, quemadmodum dixi, reformatiram gratiam illi largiatur (neque enim indigebat expurgatione, qui tollit peccatum mundi), tum vero ut per baptismum renatos ad fraternitatem convocet, primogenitus ipse (propter eumdem quodammodo supernaturalis ejus secundum carnem regenerationis modum) in multis fratribus effectus.* Et paulo infra : Πηγὴν γὰρ ἀναδείξας καὶ ταύτην σωτηρίου κατὰ τὸν Ἡσαΐαν δίχα σαρκικῆς συναφείας, καὶ νόμων τῆς φύσεως ἀναγεννᾷν ὑπερφυῶς δυναμένην πάντας τοὺς προσερχομένους Χριστῷ μετὰ πίστεως, καὶ υἱοὺς μὲν Θεοῦ, ἀδελφοὺς δὲ Χριστοῦ κατὰ χάριν διὰ τὸ ταυτόν πως, ὡς εἴρηται, τῆς γεννήσεως ἀπεργαζομένην. *Per Isaiam enim ostendit hunc salutis fontem sine carnali copula et naturæ legibus mirabiliter regenerare valentem eos omnes, qui ad Christum cum fide accedunt, et facientem quidem filios Dei, fratres vero Christi secundum gratiam propter quamdam, ut dictum est, identitatem nativitatis.* Ita Theoph. Nicæn. atque eodem ferme sensu noster hic Christi baptismum nativitatem

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

κρῶν παλιγγενεσίαν, καθ' ἣν ὁ πρωτότοκος γενόμενος πάσης κτίσεως καὶ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν ἐχρημάτισεν. Ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ γεννήσει μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀνήγαγεν αὐτὸν, ὡς πρωτότοκον, ἐν τῷ ἱερῷ παραστῆσαι ἐνώπιον Κυρίου, καὶ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ τοῦ νόμου παράγγελμα· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ γεννήσει τῇ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἐν ὅλαις τεσσαράκοντα ἡμέραις πάντα νικήσας πειρασμὸν, καὶ ἰσχυρότερος φανεὶς τοῦ πειράζοντος, ἤρξατο κηρύττειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἀκολούθως οὖν καὶ μετὰ τὴν τρίτην γέννησιν, φημὶ δὴ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας, εἰς τὸ ὑπερουράνιον ἀνάγεται ἱερὸν, παριστῶν τὴν φύσιν ἡμῶν ἐν ἑαυτῷ καθαρὰν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἅτε νικήσας τὸν κοσμοκράτορα, καὶ ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας γενόμενος.

Πλὴν οὐδ' ἐκεῖνο προσήκει παραβραμεῖν ἀμνημόνευτον, ὡς οὐ μόνον οἱ ἑνδεκα μαθηταὶ τῆς Ἀναλήψεως γεγόνασι θεαταὶ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ συμπαρῆν ἡ πανυπέραγνος Δέσποινα, καὶ πολλοὶ τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Χανανίτης Ναθαναήλ· ἢ πῶς ἔμελλεν ἰδεῖν τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίας τὸ πλήρωμα; Ὅτε γὰρ τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐμυσταγώγει τοῦτον ὁ Φίλιππος, καὶ εἴσω τῶν εὐαγγελικῶν δικτύων ἐσαγηνεύσατο, εἰρήκει πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτήρ· « Ἀπάρτι ὄψεσθε τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγότας, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας, καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Τοῦτο δὲ φανερῶς προϋπέφαινε τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἀναφοίτησιν, καθ' ἣν οἱ μὲν τῶν ἀγγέλων ἀνέβαινον ταῖς ἀνωτέραις δυνάμεσι τὰς οὐρανίους πύλας αἴρειν ἐγκελευόμενοι, οἱ δὲ κατέβαινον τοὺς μαθητὰς διαβεβαιούμενοι, ὡς, « Οὗτος ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, ὁ αὐτὸς ἐλεύσεται πάλιν ἐπὶ τῆς γῆς μετὰ σώματος, » τὴν ἐσχάτην αὐτοῦ παρουσίαν σημαίνοντες. Ἀλλά τίνος χάριν οἱ ἄγγελοι ταῖς ὑψηλοτέραις τάξεσιν αἴρειν τὰς πύλας πα-

regeneratio facta est, per quam qui primogenitus erat omnis creaturæ [38], mortuorum etiam primogenitus dictus est [39]. In prima igitur generatione post quadraginta dies duxit eum, ut primogenitum, Mater in templum, ut sisteret eum coram Domino, et daret hostiam juxta legis præscriptum [40]. In secunda **279** vero generatione, quæ per baptismum est facta, ductus fuit a Spiritu in desertum, et totos quadraginta dies ibi degens, cum tentationes vicisset omnes, et fortiorem se tentatore demonstrasset, cœpit prædicare regnum Dei. Congruenter igitur etiam post tertiam nativitatem, resurrectionem ex mortuis dico, peractis quadraginta diebus in cœleste templum, supra omnes cœlestes orbes attollitur, naturam nostram in ipso exsistentem, ac sanctam Deo et Patri adducens; et qui a principe hujus mundi victoriam reportarat, constituitur supra omnem principatum, ac potestatem.

Verum nec illud indictum præterire par est, non solum undecim discipulos Ascensionis Christi fuisse spectatores, sed ipsam quoque Dominam usquequaque immaculatam, et multos ex septuaginta discipulis interfuisse, in quibus erat et Nathanael Chananæus. Alioqui enim quomodo promissionem sibi factam (30) vidisset impletam? quando enim eum de Christo Philippus docuit, et intra sagenam evangelicam conclusit, dixit illi Salvator: « Amodo videbitis cœlum apertum et angelos Dei ascendentes, et descendentes, supra Filium hominis [41]. » Quod sane dictum ejus in cœlum reditum aperte præsignavit, in quo angelorum alii ascenderunt præcipientes superioribus virtutibus, ut tollerent cœli portas; alii vero descenderunt, ut discipulos facerent certos quod hic, « Qui assumptus est a vobis in cœlum, idem cum corpore veniet rursus in terram [42]: » supremum scilicet illum significantes adventum. Sed qua de causa altioribus ordinibus angeli mandent, ut portas tollant, Theologi explanavit oratio (31). Quoniam enim Passione Dominus

[38] Coloss. I, 15. [39] I Cor. IV, 21; Apoc. I, 5. [40] Luc. II, 22. [41] Joan. I, 51. [42] Act. I, 11.

Francisci Scorsi notæ.

ipsius vocat, quatenus suo baptismo formam nostri baptismi, nostræque nativitatis exhibuit; cum autem ipse sanctificatione non indigeret, sanctitatem quamdam impertivit *aquæ*, et gratiam, qua nos posset regenerare.

Sed non prætermittendus magister utriusque Theophani Gregor. Nazianz. qui idem fere, quod Noster orat. 40 in sanctum baptism.: Τρισσὴν γέννησιν ἡμῖν οἶδεν ὁ λόγος, τὴν ἐκ σωμάτων, τὴν ἐκ βαπτίσματος, καὶ τὴν ἐξ ἀναστάσεως. *Triplex nativitatis genus agnoscit Scriptura: primum ex corporibus, alterum ex baptismo, tertium ex Resurrectione.* Quibus breviter explicatis adjungit: Ταύτας δὲ τὰς γεννήσεις ἁπάσας παρ' ἑαυτοῦ τιμήσας ὁ ἐμὸς Χριστὸς φαίνεται, τὴν μὲν τῷ ἐμφυσήματι τῷ πρώτῳ καὶ ζωτικῷ, τὴν δὲ σαρκώσει καὶ τῷ βαπτίσματι ὅπερ αὐτὸς ἐβαπτίσατο, τὴν δὲ τῇ ἀναστάσει, ἧς αὐτὸς ἀπήρξατο, etc. *Has porro cunctas nativitates honore a Christo meo affectas fuisse constat: primam per primam illam, et vitalem insufflationem, secundam per incarnationem et baptismum, quo ipse baptizatus est; tertiam denique per Resurr. quam ipse auspicatus est.* Hæc Gregorius, ex quibus omnibus plane explicata, et illustrata est Theophanis nostri sententia. Lege Cornelium nostrum, qui censet, a Christo fuisse in Jordane designatum baptismum, ejusque indicatam materiam, aquam scilicet, non vero institutum, ut aliqui censent, et præterea explicat, quod dicti Patres aiunt fuisse sanctificatas aquas, non per physicam qualitatem, sed moralem: quatenus designatæ sunt ex intentione, et exemplo Christi ad sanctificandos homines. Lege ipsum.

(30) *Promissionem sibi factam.* Verba illa Joan., cap. I, Nathanaeli a Christo dicta: *Videbitis cœlum apertum, et angelos Dei ascendentes et descendentes*, ad Ascensionem Christi referunt S. Joan. Chrysost. et ejus sectator Euthymius, cum quibus consentit hic noster, ut vides hoc loco; multas alias ejus loci interpretationes leges apud interpret., præcipue vero Cornelium nostrum.

(31) *Theologi explanavit oratio.* Gregor. Nazian-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

magis exaltatus est, ita dicente Apostolo : « Propter quod et Deus exaltavit illum [45]; » et ipse etiam discipulis prædicante : « Data est mihi omnis potestas in cœlo, et in terra [46]; » ideo ad ipsum excipiendum cœli etiam postulat portas attolli. Sed qui excipiebant angeli videntes eum cum corpore revertentem, et Passionis signa præ se ferentem interrogant : « Quis est hic Rex gloriæ veniens de Edom; et vestimenta ejus ex Bosor [47]? » hoc est, Quis e terris adveniens, et carnis integumentum ferens? Edom enim hic est *ambitus terræ* (32); Bosor vero *carnem* (33) interpreteris. Quibus re-
280 spondent : « Dominus fortis, et potens, Dominus potens in bello [48], » qui cum diabolo, humanæ naturæ causa, concertavit. ‖

A ρακελεύονται, θεολογικὴ φωνὴ διεσάφησεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τοῦ πάθους γέγονεν ὁ Σωτὴρ ὑψηλότερος, οὕτως εἰπόντος τοῦ Ἀποστόλου· « Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε· » καὶ αὐτοῦ δὴ κεκραγότος τοῖς μαθηταῖς· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· » διὰ τοῦτο καὶ τὰς πύλας ὑψηλοτέρας ἀπαιτεῖ γενέσθαι εἰς τὸ αὐτὸν ὑποδέξασθαι. Ἀλλ' οἱ ὑποδεχόμενοι ἄγγελοι βλέποντες αὐτὸν μετὰ σώματος ἀνιόντα, καὶ τὰ τοῦ πάθους ἐμφαίνοντα σύμβολα φιλοπευστοῦσι· « Τίς οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδὼμ, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ; » Τουτέστι· Τίς ὁ ἀπὸ τῶν γηΐνων παραγενόμενος, καὶ σαρκὸς φέρων πρόβλημα; Ἐδὼμ γὰρ *ὁ περίγειος κόσμος* οὗτός ἐστι· Βοσὸρ δὲ *σαρκὸς* ἑρμηνεύεται. Πρὸς οὓς ἀποκρίνονται· « Κύριος κραταιὸς, καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ, » ὃς πρὸς τὸν διάβολον, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ἐπολέμησε.

Quid igitur dixerit quispiam. An ignorabant virtutes intellectuales Christum remigraturum in cœlum? et qui hoc rationi consentaneum, Isaiam quidem, et Zachariam, et ante ipsos Davidem eam et providisse, et prædixisse; purissimas vero mentes fuisse Ascensionis ignaras? Si igitur scierant, quomodo percontantur, quis veniat ex Edom? Dicimus igitur illos scivisse quidem consummatis Redemptionis operibus ad cœlestem hæreditatem Dominum reversurum; et propter cœli fores, ut illum exciperent, consedisse; alioqui quid aliud innuit evangelica illa parabola, quæ nos jubet : « Similes esse hominibus exspectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis [49]? » Apertissime enim angelos adumbravit (34) ad portas cœli sedentes, et Dominum exspectantes reversurum e terra, postquam Ecclesiam sibi per mysticas nuptias copulasset. Futuræ igitur Ascensionis angeli non erant nescii; an vero cum corpore reversurus esset, hoc illis dubium erat. Animadvertentes igitur tam excellentis mysterii magnitudinem, et Dominum eo indutum habitu, et conspersum sanguine vestimentum contemplantes, dubitant quis hic. De re igitur penitus edocti duplici responsione ipsum interrogant Dominum (35) : « Quare rubra sunt vestimenta

B Τί οὖν; φαίη τις· οὐκ ᾔδεισαν αἱ νοεραὶ δυνάμεις τὴν τοῦ Σωτῆρος εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν; καὶ πῶς οὐ παράλογον, Ἡσαΐαν μὲν, καὶ Ζαχαρίαν, καὶ πρὸ αὐτῶν τὸν Δαβὶδ, καὶ προϊδεῖν ταύτην, καὶ προειπεῖν, τοὺς δὲ καθαρωτάτους νόας ἀγνῶτας εἶναι τῆς Ἀναλήψεως; Εἰ οὖν ᾔδεισαν, πῶς φιλοπευστοῦσι μαθεῖν τίς ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ; Φαμὲν οὖν ὡς ᾔδεισαν μὲν, ὡς μέλλει πρὸς τὴν ὑπερουράνιον λῆξιν μετὰ τὴν οἰκονομίαν ἐπανελθεῖν, καὶ ταῖς οὐρανίαις πύλαις παρεκάθηντο ἐκδεχόμενοι· ἤ τί ἕτερον ἐμφαίνει ἡ εὐαγγελικὴ ἐκείνη παραβολὴ, ἣ « Βούλεται ὁμοιοῦσθαι ἡμᾶς ἀνθρώποις ἐκδεχομένοις, πότε ὁ Κύριος αὐτῶν ἀναλύσει ἐκ τοῦ γάμου; » Ἀριδηλότατα γὰρ τοὺς ἀγγέλους, ἡνίξατο ἐφεζομένους ταῖς οὐρανίαις πύλαις, καὶ τὸν Κύριον C ἐκδεχομένους πότε τῆς γῆς ὑπονοστήσει διὰ τοῦ μυστικοῦ γάμου τὴν Ἐκκλησίαν ἑαυτῷ ἁρμοσάμενος. Τῆς μὲν οὖν ἐσομένης Ἀναλήψεως οὐκ ἀδαεῖς ἦσαν οἱ ἄγγελοι· τὸ δ' εἴπερ μετὰ σώματος ἀνέλθοι, τοῦτο αὐτοῖς διηπόρητο· τὸ γοῦν ὑπερφυὲς τοῦ μυστηρίου κατανοοῦντες, καὶ τὸν Δεσπότην ἐν τοιούτῳ βλέποντες σχήματι, αἵματι πεφυρμένον τὸ ἄμφιον, διαποροῦσι τίς οὗτος. Βεβαιωθεῖσαι δὲ τῇ διπλῇ ἀποκρίσει αὐτὸν ἐκεῖνον ἐρωτῶσι τὸν Κύριον· « Ἵνα τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματα

[45] Philipp. II, 9. [46] Matth. XXVIII, 18. [47] Isa. LXIII, 1. [48] Psal. XXIII 7. [49] Luc. XII, 36.

Francisci Scorsi notæ.

zenum citat, cujus hæc sunt in orat. 42. quæ est *De Resurr.* : Κἂν εἰς οὐρανὸν ἀνίῃ, συνάνελθε, γενοῦ μετὰ τῶν παραπεμπόντων ἀγγέλων, ἢ τῶν δεχομένων· ἀρθῆναι ταῖς πύλαις διακέλευσαι καὶ ὑψηλοτέρας γενέσθαι, ἵν' ἐκ τοῦ παθεῖν ὑψηλότερον δέξωνται· *Si in cœlos ascendat, simul ascende; comitantibus, vel excipientibus angelis te adjunge; portis, ut attollantur, et sublimiores fiant, impera, quo Christum a passione sublimiorem accipiant.* Ita Gregor. Nazianz. qui brevis est et profundus in sententiis. Docet Christum per Passionem exaltatum, excelsiorem cœlis factum, adeoque angelos imperare, ut portæ cœli attollantur : quem postremum mysticum sane sensum ita arripuit Noster, ut eum dilataret, et circumloqueretur.

(32) *Edom enim est ambitus terræ.* Videtur Theophanes vocem Edom ducere ab ארמה quæ terram D significat, et quidem a colore rufo; oritur enim a radice ארם rubescere.

(33) *Bozor vero carnem.* A nomine בשר quod *carnem* significat. Nostra editio habet *de Bosra*; at ipse cum LXX senioribus legit ἐκ Βοσόρ *de Bosor.* Vide interpretes Isaiæ.

(34) *Angelos adumbravit.* Sequitur allegoricam interpretationem Gregor. Nyssen., de qua etiam mentio hom. 15.

(35) *Ipsum interrogant Dominum.* Allegorice vel potius anagogice communiter Patres hunc Isaiæ locum accipiunt de triumpho Christi ascendentis in cœlum, ut hic sit quasi dialogus angelorum interrogantium, et Christi respondentis, cur ita triumphans devictis Satana, morte, idololatria, et peccato ascendat. Ita S. Hieronymus, Cyrill., Haymus. Et S. Dionysius, cap. 7 *De cœlesti hierarchia*, putat

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σου, ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ; » ἐπεφοίνικτο γὰρ ἡ Δεσποτικὴ σὰρξ τῷ ἐκ τῆς πλευρᾶς βλύσαντι αἵματι, καὶ τῷ πάθει ἐκεκαλλώπιστο· διὸ ἐπάγει τῷ λόγῳ ἡ τῶν ἀσωμάτων ἁγία πληθύς, ὅτι « Οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ αὐτοῦ. » Στολὴ δὲ καὶ ἄμφιον ἡ ἀνθρωπότης ἐστίν. Ἀλλὰ πῶς ἐν τῷ ἀφθάρτῳ σώματι ᾑμαγμένος ἐωρᾶτο χιτών; Οἰκονομία ἦν τὸ ὁρώμενον. Ὥσπερ γὰρ τὰς τρήσεις τῶν ἥλων ὑπεδείκνυ τοῖς μαθηταῖς, καὶ τὸν ἰχθὺν κατεδηδόκει μὴ δεόμενος βρώσεως, οὕτω δὴ καὶ τοῖς ἀγγέλοις τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον ἐνδεικνύμενος ἀγαθότητα, ἐωρᾶτο τούτῳ τῷ σχήματι. Τοῦτο τὸ χρῶμα τῆς θείας σαρκὸς προορῶν Ἰακὼβ προηγόρευσε.« Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. » Ἀλλὰ τί πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων πεῦσιν αὐτὸς ἀποκρίνεται; « Ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, καὶ τῶν ἐθνῶν οὐκ ἔστιν ἀνὴρ μετ' ἐμοῦ· » ληνὸν λέγων τὴν τῶν δαιμόνων παράταξιν, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπείθειαν, « ἧς ἡ σταφυλὴ πλήρης χολῆς, καὶ βότρυς πικρίας ὁ οἶνος αὐτῆς. » Ταύτην πατήσας μονώτατος διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ ὡς ἐξ οἴνου νέου τὴν σάρκα τῷ αἵματι κεχρωκὼς, νικηφόρος πρὸς τὸν Πατρικὸν θρόνον ἄνειμι. Ταῦτα μυσταγωγηθέντες οἱ ἄγγελοι τὰς πύλας τῶν οὐρανῶν ἀνεπέτασαν τὴν ἔπαρσιν τούτων ἐπιταχύνοντες· τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τὸν θεῖον Ἡσαΐαν δεξάμενοι σύμβουλον, « Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, » νοητῶς ἐφεπόμενοι τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τὸν Ψαλμὸν, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβιβῶντι τὴν φύσιν ἡμῶν, ὥς φησιν Ἀββακούμ· γινώμεθα μετὰ τῶν παραπεμπόντων, καὶ ὑποδεχομένων ἀγγέλων κατὰ τὴν τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου παραίνεσιν. Εἶεν δ' ἂν οἱ μὲν παραπέμποντες οἱ περὶ προνοίας λόγοι, ὅσοι τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου διδάσκουσιν· οἱ δεχόμενοι δὲ οἱ περὶ θεολογίας ὅσοι περὶ τῆς προαιωνίου καὶ ἀνεκφράστου διατρανοῦσι γεννήσεως, καὶ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα ὁμοουσιότητος. Ἡ δ' ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασις, ἡ ἀπὸ τῆς οἰκονομίας εἰς τὴν θεολογίαν ἀνάτασις· εἰ δὲ βούλει, ἡ ἀπὸ τῆς πρακτικῆς εἰς θεωρίαν ἀνύψωσις. Ὅσοι γοῦν διὰ πνευματικῆς γνώσεως τοὺς περὶ Προνοίας κατὰ τὸ δυνατὸν περαιώσαντες λόγους ἀπὸ τούτων εἰς τοὺς περὶ θεολογίαν ἀνάγονται, οὗτοι ταῖς κατὰ μέρος ἀναβάσεσι τὰς τοῦ νοὸς πύλας ὑψηλοτέρας ποιοῦσι πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ Θεανθρώπου Λόγου ἀπὸ τῶν σωματικῶν εἰς τὰ τῆς θεότητος, ὥσπερ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναθρώσκοντες, καὶ εἰς θεωρίαν ἀπὸ τῆς πράξεως μεταβαίνοντες τῷ ἀνατατικῶς ἔλκοντι θείῳ λόγῳ συνανυφούμενοι καὶ τῷ Θεῷ ἀῤῥήτως ἑνούμενοι· ᾧ πρέπει

A tua, et indumenta tua sicut de calcato torculari[48]? » Purpureo scilicet colore tincta fuerat Domini caro sanguinis emanantis ex latere, et Passione ipsa fuerat decorata : ideo subjungit sancta illa corporis expertium multitudo, quod « Hic formosus in stola sua. » Stola nimirum et vestimentum humanitas est. At quomodo in corpore incorruptibili tunica perfusa sanguine videbatur? Per dispensationem factum est, ut ita videretur. Sicuti enim clavorum foramina discipulis ostendit, et piscem comedit, cum cibo non indigeret, ita et angelis, ut benignitatem erga homines demonstraret, eo habitu videbatur. Hunc divinæ carnis colorem providens Jacob prænuntiavit : « Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ amictum suum[49]. » Sed quid angelo-
B rum interrogationi ipse respondit? « Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum : » torcular **281** appellans dæmonum aciem, infidelitatemque Judæorum : « cujus uva fellis plena, et botrus amaritudinis vinum ejus[50]. » Hanc cum solus in cruce calcassem, et veluti novo vino carnem sanguine colorassem, victor ad Patris thronum ascendo. His de rebus angeli instructi cœli portas expanderunt, et attollere festinarunt. Et nos igitur divini Isaiæ accepto consilio, « Venite, ascendamus in montem Domini[51], » et eum, qui ascendit super nubes cœli juxta Psalmum[52], quique, juxta Habacum[53], natu-
C ram nostram super excelsa deduxit, spiritualiter consequamur. Associemur cum angelis tum iis, qui honoris ergo deduxerunt, tum qui excepere Dominum, juxta Gregorii Theologi monitum (36). Erunt autem velut præmissi angeli, de providentia sermones, qui de Domini Incarnatione nos instruunt: at velut excipientes illi, qui de theologia, quotquot scilicet æternam illam, et ineffabilem generationem explicant, et eum Patri esse consubstantialem docent. Porro a terris in cœlum ascensus erit mentis progressio ab iis quæ ad humanitatis susceptæ consilium, ad ea quæ divinitatem attingunt, vel, si placet, ad contemplationem e practica virtute provectio. Quicunque igitur spirituali intellectu doctrinam de divina Providentia quantum in nobis situm
D est, perfecte assecuti, ab hac traducuntur ad altiores de Deo sermones, hi sane quibusdam veluti ascensionibus gradatim portas mentis magis attollunt ad excipiendum Verbum Dei hominem, ab his quæ sunt humanitatis, ad ea quæ sunt divinitatis veluti a terra transilientes in cœlum, et ab his quæ practicam continent virtutem ad contemplationem evecti. Simulque cum divino

[48] Isa. LXIII, 2. [49] Gen. XLIX, 11. [50] Isa. LXIII, 2. [51] Deut. XXXII, 32. [52] Isa. II, 3. [53] Psal. CIII, 3. [54] Habac. III, 20.

Francisci Scorsi notæ.

hanc vocem : *Quis est iste, qui ascendit?* etc., esse interrogationem angelorum inferiorum cupientium de tam miro Christi triumpho, et ascensu a superioribus edoceri ; iidemque fere veteres Patres docent idem hic ab Isaia dici, quod a Psalte psal. XXIII: *Attollite portas, principes, vestras ; et elevamini, portæ æternales*, quam explicationem persequitur S. August. serm. 188 *De tempore*, et brevius Gregor. Naz. orat. 42 quæ est *de Resurr.* quem etiam noster infra innuit.

(36) *Gregorii Theologi monitum.* Locum retuli supra not. 51.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

verbo nos continenter ad se trahente elevantur, et cum Deo, modo ineffabili conjunguntur, cui debetur omnis honor, et gloria nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A πᾶσα τιμὴ καὶ δόξα νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

282 HOMILIA XL.

In adventum sancti Spiritus.

Sanctissimum Dominæ (37) usquequaque immaculatæ templum hodierna luce conferta populi multitudine occupatum videns gaudeo, et lætor, et lætitia exsulto, cum jam sancti illius psaltæ Davidis vox impleatur : « Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris [88]. » Sed præsens hoc festum splendoribus sancti Spiritus illustratum multa admiranda complectitur : quippe cum et præsentium, et præteritarum rerum et futurarum mysteria in unum congreget. Ubi enim Salvator Patris voluntate perfecta, et mortem passus, et restitutus e morte in cœlum rediit, naturamque nostram in Paterni solii dextera collocavit, veluti alterum magni consilii angelum Paracletum misit, qui gloriam, ad quam pervenimus, indicaret : cum vero spiritum vehementem, et ignem et sonum, et dispertitas linguas hic contineat dies, ænigmatica signat mysteria. Quod autem non alio tempore, quam in Pentecoste hæc facta sunt, quædam futuri temporis est imago, cum hoc exacto tempore (38), quod per hebdomadas circumvolvitur,

[88] Psal. cvii, 1.

ΟΜΙΛΙΑ Μ'.

Εἰς τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ὁρῶν σήμερον τὸν ἁγιώτατον τῆς πανάγνου Δεσποίνης ναὸν τῇ τοῦ λαοῦ πληθύϊ στενοχωρούμενον, εὐφραίνομαι καὶ χαίρω, καὶ γέγηθα, τῆς φωνῆς πληρουμένης τοῦ ἱεροψάλτου Δαβίδ· « Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. » Ἀλλ' ἡ μὲν παροῦσα ἑορτὴ ταῖς τοῦ Πνεύματος αὐγαζομένη μαρμαρυγαῖς πολλὰ περιέχει παράδοξα· τῶν γὰρ ἐνεστώτων, B καὶ τῶν παρῳχηκότων, καὶ τῶν μελλόντων εἰσάγει μυστήρια. Οἷς γὰρ ὁ Σωτὴρ τὸ Πατρικὸν πληρώσας βούλημα, καὶ παθὼν, καὶ ἀναστὰς εἰς οὐρανοὺς ἀνεφοίτησε, τὴν ἡμετέραν φύσιν ἐν δεξιᾷ τῶν πατρικῶν ἐνιδρύσας θρόνων, καθάπερ ἄγγελον ἄλλον μεγάλης βουλῆς τὸν Παράκλητον πέπομφε μηνύοντα τὴν δόξαν εἰς ἣν ἐπεφθάκειμεν· οἷς δὲ περιέχει βιαίαν πνοὴν, καὶ πῦρ, καὶ ἦχον, καὶ γλωσσῶν μερισμὸν, αἰνιγματώδη σημαίνει μυστήρια. Οἷς δὲ οὐκ ἐν ἄλλῳ καιρῷ, ἀλλὰ κατὰ τὴν Πεντηκοστὴν ταῦτα γίνεται τῆς μελλούσης ἡμέρας ἐστὶν ἀπεικόνισμα, καθ' ἣν τὸν ἑβδοματικὸν χρόνον πληρώσαντες εἰς τὴν τελείαν Πεντηκοστὴν καταντήσομεν, ἧς

Francisci Scorsi notæ.

(37) *Sanctissimum Dominæ.* Si quis conjecturis, cum vetera et a nostra memoria longo remota illustrantur, dandus est locus, sanctissimæ Virginis Mariæ templum, in quo sermonem hunc, perquam solemni Pentecostes die ad frequentissimum populum habere se hic Tauromenitanus episcopus dicit, exstare etiam hodie existimo : atque illud ipsum esse, quod veterem Matricem Ecclesiam Tauromenitani vocant, cum jam novam aliam in oppidi meditullio exædificarint. Sed enim pervetus ill d satis est multitudinis capax, et Assumptæ Virgini sacrum, eaque indigitatum, et extra portas oppidi, ut nunc res sunt, situm. De eo multa a senioribus civibus, et præsertim ab optimo et religioso viro familiæ S. Francisci de Paula, cui templum illud est attributum, et monasterio adjunctum, qui vir in eo viginti jam annos vixerat et pluribus vicibus eam rexerat; multa, inquam, tradita accepi, cum Tauromenium dedita opera me D contuli, ut antiquissima illius oppidi monumenta, vel potius rudera perlustrarem oculis, et si quid de iis in lucem hanc proderem, non ut auritus solum, sed ut oculatus testis afferrem.

Est autem fama per manus a majoribus accepta et tradita hæc : templum illud consecratum percelebri Ecclesiæ ritu fuisse, ejusque rei certissima indicia cruces in pariete sculptas, seu depictas exstitisse, quæ quamvis hodie dealbatis parietibus præ maxima opificum hebetudine et inscitia, dicam etiam civium incuria, inductæ et oblitteratæ sint, tamen vivebat adhuc non nemo, qui eas et viderat et vidisse se mihi testatus est, tum fuisse B. Virgini Assumptæ dicatum, cui sane matrices plerumque dicari solent : ejus dedicationis et nominis argumentum servatur etiamnum pervetusta tabula B. Virginis, ad moriendum compositæ, depictam imaginem repræsentans : quam ego oculis sum C contemplatus, quamque summa religione habent Tauromenitani, ad eamque potissimum visere et preces ante eam effundere Dormitionis B. Mariæ Virginis sacro die confluunt; nam Græci eum nuncupant ἀναχοιμήσεως, ut dicam pluribus in hom. *de Assumpta Virg.* positus etiam, et structura antiquum templum fuisse Græcorum arguit; altare maximum, et porta plagam occiduam spectant, ita ut introeuntes et adorantes ad orientem essent conversi eo ritu, ac religione quam veteres Christiani observarunt, quod adnotat Lacerda in *Adversat.* cap. 79, ex Tertull., ejusque ritus rationes affert, qui idem Græcorum est; sed nunc mutata ædificatione oppidi, quia exeuntibus portam occiduam circuitione opus fuisset ad templi ingressum, publici commodi causa mutata etiam positura est templi. Demum Saracenis invadentibus Tauromenium, testabatur traditum sibi vir ille, cui et ætas, et religiosa vita non minimum auctoritatis conciliabat, qui manus hostium evaserant, in arduum montem, eum scilicet ipsum in cujus crepidine hoc templum est collocatum, atque ad arcem eam, quæ exstat hodie Molæ nominata, confugisse oppidanos; atque inde tranquillioribus rebus descendisse, et templum illud ab impiis Agarenis dirutum refecisse. Unde aperte colligitur templum illud jam inde Theophanis ætate stetisse, qui paulo ante Saracenorum dominatum, ut ostendimus in Prœmiis, eam rexit Ecclesiam; et cum id matrix ex eo tempore fuerit, ut etiam hodie vetus matrix vocetur, in ea hunc sermonem ad populum hoc solemni die Pentecostes habuisse Theophanem colligo. Atque hæc habui conjectanea quæ afferrem de templo Virginis Mariæ, cujus in hoc sermone mentio, quæ non solum sermonis, sed etiam illius sæculi sane obscuri faculæ esse possunt.

(38) *Tempore.* Universum hujusce mortalis vitæ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τύπος αὕτη καθέστηκε. Τοσαῦτα μὲν τὰ τῆς ἑορτῆς, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν. Ἐγὼ δὲ τολμητίαν ἐμαυτὸν ἡγοῦμαι, καὶ προπετῆ εἴσω τῶν ἀδύτων τῆς τοῦ Πνεύματος θεολογίας μέλλων εἰσδύεσθαι, καὶ ὥσπερ εἰς γνόφον Μωσαϊκὸν ἐλθεῖν θρασυνόμενος ὀλιγωρῶ καὶ κραδαινομαι. Πείθει γάρ με δειλαίνεσθαι τῆς ἱστορίας ἐκείνης τὸ αἴνιγμα. Ἐπεὶ κἀκεῖσε τὸ μὲν πλῆθος τοῦ λαοῦ οὐκ ἐχώρησε τὴν τῶν σαλπίγγων ἠχὴν, μόνος δὲ Μωϋσῆς εἴσω τοῦ γνόφου εἰσδύεται, διδάσκοντος, οἶμαι, τοῦ λόγου, μὴ πάντας ἑαυτοὺς εἰσωθεῖν εἰς τὸν τῆς θεολογίας βαθμὸν, ἀλλὰ μόνοις τοῦτο παραχωρεῖν τοῖς κατὰ Μωσέα δυναμένοις τὰ θεῖα χωρεῖν. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ τὴν κάθοδον ἑορτάζομεν, οἶδε ῥύπους ἀποκαθαίρειν ψυχῶν, καὶ ἁμαρτίας ἀποτεφροῦν, γένοιτο καὶ ἡμῖν σήμερον ἡ ἐκείνου μετάδοσις, ὡς ἐν μυστικῇ λαβίδι, καὶ σεραφικῷ ἄνθρακι, καὶ πυρίνῃ γλώσσῃ τὴν γλῶτταν, καὶ τὸν νοῦν ἐκκαθαίρουσα, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς μετὰ Ἡσαΐου ἐρῶ· « Ἡ κοιλία μου, ὡς κιθάρα ἠχήσει, καὶ ὡς τεῖχος ἀνακαινισθὲν » ἐκ τοῦ Πνεύματος· καὶ ἐπειδὴ τοῦ Παρακλήτου ἡμῖν σήμερον ἡ κάθοδος ἑορτάζεται, ἀρκτέον ἀπὸ τοῦ Πνεύματος· μᾶλλον δὲ κοινῇ περὶ τῆς Τριάδος φιλοσοφήσωμεν, ὅτι μηδὲ τομή τις ἐστιν, ἢ διάκρισις Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος.

A ad perfectam illam Pentecostem, cujus hæc est figura, perveniemus. Quam multa igitur comprehendat hoc solemne, summatim ita sit dictum. Ego vero audacem me ac temerarium existimarim, qui me in adyta theologiæ de Spiritu sancto sim insinuaturus, et veluti in Mosaicam caliginem perva'ere ausurus hæreo, ac timore concutior. Ea profecto suadet ut pertimescam, quod in illius historiæ ægnigmate involvitur. Nam et ibi populi multitudo ad tubarum sonitum non accedit, solus autem Moses in caliginem subit. Quo sane docemur, ut arbitror, non omnibus licere se in altitudinem theologiæ intrudere, sed solis illis hoc esse permissum, qui juxta ac Moyses, divina capere valeant. Verumtamen quoniam sanctus Spiritus cujus descensum celebramus, expurgare animorum sordes, et in cinerem B peccata redigere novit, utinam etiam nos hodie participes ejus efficeremur, **283** qui mystico forcipe (39) seraphicoque calculo [56], et ignita lingua nostram et linguam purget, et mentem, ut et ego cum Isaia dicere possim : « Venter meus quasi cythara sonabit, et quasi murus renovatus» (40) a Spiritu ; et quoniam Paracleti descensus hac luce celeberrima a nobis colitur, incipiendum a Spiritu : seu potius de Trinitate communiter disseramus, quoniam nulla est divisio, neque disjunctio Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

[56] Isa vi, 6, 7. [57] Isa. xvi, 11.

Francisci Scorsi notæ.

tempus ἑβδοατικὸν, septenarium, vocatur a Theo- C phane cum aliis Patribus, quos produxi ad hom. 1, not. 17, ejusque epitheti tres reddidi rationes, quarum postrema sumpta erat ab enumeratione ætatum mundi, quæ septem a nonnullis scriptoribus numerantur, Damasceno, ejusque explicatore Jodoco Clictoveo, a Jacobo Saliano, ab aliis sex, Adone Viennens. lib. *De sex ætatibus*, et Venerabili Beda in *Chronico*. Sed cum dicatur, in Martyrolog. Romano, Christus sexta ætate mundi venisse, et octava assignetur communiter ævo beatorum, et omnium ἀποκαταστάσει seu instaurationi corporum, congruentius mihi visum sequi opinionem de septem ætatibus, easque afferre pro causa, cur septenarium appelletur universus temporis præsentis anfractus. Et quidem huic rationi non arbitror refragari Venerabilis Bedæ enumerationem, qui quamvis in Chronico sex ætates mundi describat, tamen septimam tribuit morti justorum, ad quem consequatur octava, qua una cum corporibus reviviscent, adeoque septimam ponit etiam in hac vita, seu in termino hujus vitæ, et ab octava, quæ integra est beatæ vitæ sejungit. Sic enim explicatus Beda non adversari censebitur rationi nostræ. Cæterum enim non multum interest, utrum sex, vel septem ætates mundi dicantur; cum enim ætates seu sæcula in hac ratione intelligantur longæ quædam durationes interjectæ inter duas insignes hominum mutationes, prout aliam alii conceperint hujusmodi mutationem, ita distinxerunt hujusmodi ætates. Itaque omnes quidem ab Adamo usque ad Noe, vel diluvium unam interponunt ætatem; ab Noe vero usque ad Mosem non item, sed secundam usque ad Davidis, seu regum Hebræorum tempora proferunt, quod fecit Ado Vienn. et Beda. At vero alii pro prima sententia relati secundam ætatem ex Noe usque ad Mosem distinguunt, quod per eum lex scripta populo Hebræo fuerit. Rursum etiam ex his auctoribus alius quintam ætatem a Davide usque ad transmigrationem in Babylonem, ut Clicthoveus, alius usque ad solutam captivitatem et remigrationem in Judæam discernunt. Inde numerant sextam usque ad adventum Christi. Sed, ut dixi, res non est tanti momenti, ut subtilius perquirenda sit; nobis satis fuit hæc ostendere, ut intelligeretur probabilius a nobis numeratas esse septem, quam sex ætates mundi; ut inde ratio colligeretur, cur septenarius hujusce vitæ cursus a Patribus ac præsertim hoc nostro pluribus locis appelletur. Cæterum nihil officit, neque vero aliquod affert adjumenti ad hanc nostram animadversionem quatuor ætatum distinctio, quæ a Sibyllæ Cumææ oraculis pro lita est, aureæ, argenteæ, æneæ, ferreæ; quibus peractis rursum παλιγγενεσία seu ætas aurea reditura sit, cujus carminis plena sunt scripta poetarum. Alia est enim hæc divisio, atque ea quam ex Patribus et sacra Historia protulimus. Vide præterea D. Basilium, hom. 2 *in Hexaemeron*.

(39) *Mystico forcipe.* In duobus codd., hoc est D Pan. et Vat., scriptum reperi λαβίδι, manifesto mendo orto ex metathesi syllabarum; co rexi ut ex Gallic. et vera lectione LXX interpr. Λαβίδι porro calculum ignitum symbolum fuisse Spiritus sancti, qui a peccatis labia Isaiæ, et cujusvis pœnitentis purificat, et sanctificat, docet S. Ambrosius, lib. 1, *De Spiritu sancto*, capite 9.

(40) *Murus renovatus.* Locus Isaiæ c. xvi, in nostra Vulgata sic habet : *Venter meus ad Moab quasi cythara sonabit; et viscera mea ad murum cocti lateris.* Sed postrema pars hujus versiculi sic expressa est ab interpret. LXX : καὶ τὰ ἐντός μου, ὡς τεῖχος ἀνεκαίνισας, *et interiora mea quasi murum renovasti.* De qua varietate et expositione tum litterali, tum mystica consule interpretes ; satis mihi indicasse lectionem LXX qua usus Theophanes verba illa ad sensum et affectum suum pietati consentaneum accommodavit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Unus Deus in Patre, et Filio, et Spiritu sancto ; una divinitas sine principio, simplex, supersubstantialis partium ac divisionis expers (41), eadem

Εἷς Θεὸς ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, μία θεότης ἄναρχος, ἁπλῆ, ὑπερούσιος, ἀμερής, ἀδιαίρετος, ἡ αὐτὴ μονὰς, καὶ ἡ αὐτὴ κατὰ τὰς

Francisci Scorsi notæ.

(41) *Partium ac divisionis expers.* Græca sunt ἀμερὴς, ἀδιαίρετος. In quibus adverto τὸ ἀδιαίρετος hoc loco esse idem quod ἀμερὴς additum ad majorem explicationem. His iisdem omnino vocabulis usus de divina natura Gregor. Nazianz. ad Evagrium sermonem habens, orat. 44 : Εἰδέναι δὲ ἀκόλουθον ἡμᾶς τοὺς τῆς ἀληθείας ἐπιγνώμονας, ὡς ἀδιαίρετός ἐστι, καὶ μονοειδὴς ἡ θεία τε καὶ ἀμερὴς τοῦ Κρείττονος οὐσία. *Sciendum est deinceps nobis qui veritatem agnoscimus quod divina, et simplex Dei essentia individua uniusque modi est.* Et ita tota illa orat. in qua ostendit nullam sectionem, et divisionem reperiri in essentia divina τῷ ἀδιαίρετον utitur pro *indiviso* et τῷ διαίρεσις pro *divisione*. Hoc mihi fuit observandum hoc loco, et admonendum hoc verbum διαιρέω, et inde deducta, vel cum particula privativa, vel sine illa, non semper eodem modo interpretanda in SS. Patribus. Aliquando enim non pro sectione, et divisione in partes, sed pro sola distinctione ponitur, quod est diligenter animadvertendum. Nam Damascenus, lib. I *De fide Orthod.*, cap. 8, ita locutus : Μίαν βασιλείαν ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσι γνωριζομένην ἀσυγχύτως ἑνουμέναις, καὶ ἀδιαστάτως διαιρουμέναις (ὃ καὶ παράδοξον) εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Quæ quidem Jacobus Billius ita vertit : *Credimus in unum Deum*, etc., *unam essentiam, unam divinitatem, unum imperium in tribus perfectis personis citra permistionem, et confusionem unitis et sine distinctione divisis* (*id quod mirum est*), *in Patrem et Filium, et Spiritum sanctum* Ita, inquam, vertit, sed haud scio an satis subtiliter, et theologice; neque vero satis mihi probatur Fabri Stapulensis interpretatio, qui vertit indivise discretum. qui etiam in eo peccat, quod discretum ad regnum retulit, cum τὸ διαιρουμέναις cum personis concordet. Potius ergo vertissem illa postrema verba καὶ ἀδιαστάτως διαιρουμέναις, *et indivise distinctis*. Nam personis divinis de quibus loquitur illis vocabulis Damascenus distinctio sane convenit, et hoc vocabulum usitatum est in scholis, divisio vero nequaquam. Nusquam enim recte dicitur ad theologicam amussim : Personæ divinæ dividuntur inter se, sed distinguuntur; adeoque Damascenus illis verbis, et divisionem negat cum ἀδιαστάτως dicit, et concedit distinctionem cum ait διαιρουμέναις. Atque in hac utraque significatione sæpe ponitur verbum διαιρέω, et ab eo deductum ad verbum ἀδιαιρέτως, cum sermo est de hoc mysterio Trinitatis. Nam in confessione fidei quam professus est Tarasius, patriarcha Constant., relata in VII synodo approbata, act. 6, ita habetur : Μίαν ἀρχὴν(ὁμολογῶ), μίαν θεότητα, καὶ κυριότητα, μίαν βασιλείαν, καὶ δύναμιν, καὶ ἐξουσίαν ἐν τρισὶ ὑποστάσεσι ἀδιαιρέτως διαιρουμένην, καὶ ἡνωμέναις διαιρετῶς. Quæ ibi ita sunt Latine reddita : *Unam (confiteor) dominationem, unam deitatem, unam potestatem, unum imperium, et potentiam quæ personis dividitur, indivise, et substantia copulatur divise.* Ita, inquam, sunt in toto illa postrema verba sibi opposita quæ tamen θεολογικωτέρως ita interpretarer Quæ personis distinguitur indivise, et substantia copulatur distincte, idque ob rationem supra allatam ex usu loquendi Theologorum. Et hanc animadversionem velim adhibitam utcumque in synodis generalibus hæc confessio fidei vel sermo *De Trinitate*, ejusque personarum distinctione continetur; semper enim, quod viderim, τὸ διαιρούμενον *divisum* vertitur, quæ cum sit ipsius significatio communis, tamen distinctionem significare potest, ut ex Budæo optimo observatore locutionum, vocumque Græcarum didici, qui aliqua confert testimonia. Plato in *Phædro* : Οὐκοῦν τὸν μέλλοντα ῥητορικὴν τέχνην μετιέναι πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ἰδεῖν διηρῆσθαι. *Igitur qui tradere artem rhetoricam aggreditur, oportet hac via, et arte dividere.* Sic vertit Budæus, quod idem, ac distinguere. Theophrastus in tertio *Περὶ ἀμπελουργίας*, loquens ὑπὲρ ἧς καὶ πειρῶνταί γε διαιρεῖν τοῖς γένεσι ποιούμενοι, καὶ ταῖς ὥραις τὸν ἀφορισμόν. *De qua quidem conati sunt differentias constituere, et discrimina notare*, quod est distinguere. Et infra idem Budæus : Διαίρεσις, inquit, discriminatio differentiarumque adnotatio earumque rerum, quæ ad rem constituendam pertinent, et referunt. Cum igitur τὸ διαιρεῖσθαι hanc significandi vim habeat, cur ea non utamur in explicando mysterio personarum divinarum in quibus distinctio locum habet, non divisio, aut distractio, aut separatio? Scio alios cum verbo dividere usi sunt in interpretando τὸ διαιρεῖσθαι atque ita divisionem tribuunt divinis personis, id ipsum intellexisse quod nos distinguendi verbo sentimus; sed illud tamen contendo, in re tam exquisita exquisitius, et accuratius esse loquendum. Itaque in edicto Constantini imperatoris, in VI synodo, act. 18, ubi dicitur : Μονὰς γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ Τριὰς ἐνιζομένη Θεότητι, καὶ Τριὰς, ὡς ἀληθῶς, ἡ μονὰς διαιρουμένη ταῖς ἰσότησι, καὶ οὐ μεριζομένη τῇ ἀϊδιότητι· quæ sic reddit interpres : *Unitas quippe vere est Trinitas quia unitas est Deitate, et Trinitas vere est unitas divisa proprietatibus, et non dispertita æternitate ; τὸ divisa* sine dubio sumitur pro *distincta ;* sed tutius et ἀκριβεστέρως et exactius reddidissem τὸ διαιρουμένη *distincta proprietatibus.* Ita enim est : proprietates distinguunt personas, non dividunt, aut separant ab invicem. Sed maxima difficultas est in intelligendo et explicando illo loco S. Damasceni, lib. I, cap. 11, ubi sic loquitur : Κατὰ πάντα ἓν εἰσιν ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως καὶ τῆς ἐκπορεύσεως· ἐπίνοια δὲ τὸ διῃρημένον. Quæ vertit Billius : *Unum idemque omnino sunt et Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, nisi quod Pater genitus non est, Filius genitus est, Spiritus sanctus processit, quod in ea distinctum est cogitatione sola distinguitur.* Et Faber Stapulensis ultima verba : *Ratione autem, et intelligentia hoc distinctum ;* ubi utrique distinguendi verbo sunt usi. Quid autem sibi vult Damascenus cum distinctionem rationis ponit in personis divinis, Jodocus Clicthoveus commentator Damasceni ita explicat, quasi dicat auctor : Illud quod reipsa unum est in S. Trinitate, nempe naturæ ratione est distinctum : *Nam ipsum*, inquit, *cum singularibus cujusque personæ sumptum proprietatibus peculiariter singulis accommodatur, ut si intelligatur id unum cum personali proprietate Patris, ad primam contrahitur personam ; si cum singularitate Filii ad secundam ; si cum Spiritus sancti singulari modo subsistendi intelligitur, attribuitur tertiæ.* Ita Clicthoveus, qui videtur ponere distinctionem rationis inter naturam et proprietates. Sanctus autem Thomas, in I, dist. 2, art. 4, et dist. 25, quæst. unica, art. 14, ita explicat, ut rationem idem velit esse, ac relationem ; sed ἐπίνοια non est relatio, quæ dicitur ἕξις, sed intelligentia, ut recte Suarius noster, lib. III, cap. 24, tom. I, in part. I, qui subdit ad Damasceni locum explicandum : *Non tamen dicit Damascenus per solam intelligentiam distingui personas ; sed per processiones et reali proprietate. Differentiam autem inter personas creatas et divinas in hoc ponit, quod distinctio personarum*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὑποστάσεις ὅλη Τριάς, ὅλη ἡ Θεότης τελεία τελείως ἐν ἑκάστῃ τῶν ὑποστάσεων, καὶ ἑκάστη ὑπόστασις τελεία τελείως ἐν ὅλῃ Θεότητι. Ἡ αὐτὴ Θεὸς εἷς, καὶ ὑποστάσεις τρεῖς, Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Ὁ μὲν Πατὴρ ἄναρχος καὶ ἀγέννητος· γεννήτωρ μὲν τοῦ Υἱοῦ, προβολεὺς δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τῶν δ' ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ μὲν γέννημα, A et unitas, et Trinitas; eadem secundum essentiam tota unitas, et eadem secundum hypostasim tota Trinitas. Tota Divinitas perfecta perfecte est in unaquaque persona; et unaquæque persona perfecta in tota Divinitate perfecte; eadem unus Deus, et personæ tres, Pater, Filius, et Spiritus sanctus; Pater quidem principio carens (42), et

Francisci Scorsi notæ.

in creaturis est cum exclusione omnis identitatis; unde fit, ut et loco et tempore personæ separari possint atque adeo ut earum distinctio possit (ut ita dicam) oculis videri; personæ autem divinæ ita distinguuntur, ut alias unum sint, et inseparabiles, et ideo dicit earum distinctionem sola intelligentia percipi. Ita Suarius et recte cum legat in Latina Damasceni versione : Quod in illa distinctum est, ratione distinguitur. Quod si τὸ διῃρημένον explicetur *divisum* et *separatum*, omnis fortasse tolletur B difficultas in loco Damasceni ipsumque ab omni rationis distinctione liberabimus. Et sane mihi ita videtur explicandum τὸ διῃρημένον, ut significet divisionem et separationem localem, quod ex antecedentibus, et subsequentibus in ejus ratione constare posse videtur. Agit enim eo capite Damascenus de distinctione rei et rationis, et docet diverso modo se habere has distinctiones in creatis personis atque in divinis. Nam ibi quidquid est commune reipsa divisum est in plura individua, sola autem ratione unum est : Ἡ δὲ κοινότης (hæc sunt ipsa auctoris verba, ἡ καὶ συνάφεια, καὶ τὸ ἓν λόγῳ, καὶ ἐπινοίᾳ θεωρεῖται· *Communitas autem et naturæ affinitas ratione et intelligentia consideratur.* At vero individua seu personæ a se invicem realiter distincta, et separata sunt. Οὐδὲ γὰρ αἱ ὑποστάσεις ἐν ἀλλήλαις εἰσὶν, ἰδίᾳ δὲ ἑκάστη, καὶ ἀνὰ μέρος, ἦγουν καθ' ἑαυτὴν κεχώρισται πλεῖστα τὰ διαιροῦντα αὐτὴν ἐκ τῆς ἑτέρας ἔχουσα· καὶ C γὰρ καὶ τόπῳ διεστήκασι, καὶ χρόνῳ διαφέρουσι, etc. : *Neque enim personæ in se invicem sunt, sed seorsim unaquæque et individue; igitur per se ipsæ separatæ, plurima habentes, quæ unam ab alia dirimat, nam et loco distinguuntur et tempore.* Et cæteras differentias individuales persequitur, post quas iterum subdit : Πλέον δὲ πάντων τῷ μὴ ἐν ἀλλήλαις ἀλλὰ κεχωρισμένως εἶναι, ὅθεν καὶ δύο, καὶ τρεῖς ἄνθρωποι λέγονται, καὶ πολλοί. *Maxime autem omnium differunt, quod non in se invicem, sed seorsim exsistunt, unde et duo et tres homines dicuntur, et multi.* Vides igitur ut de tali distinctione personarum creatarum loquatur, quæ etiam fit cum separatione locali unius ab alia. At vero in sancta Trinitate, inquit, contrario modo se res habet. Nam hic quod unum et commune est re consideratur : Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος τὸ ἀνάπαλιν. Ἐκεῖ γὰρ τὸ μὲν κοινὸν καὶ ἐν πράγματι θεωρεῖται διά τε τὸ συναΐδιον, etc. : *At in sancta D Trinitate diverso modo; ibi enim quod commune et unum est re, consideratur tum propter communem æternitatem*, etc. Persequitur divina attributa uni naturæ communia : ex quibus cum ostendisset naturam esse re unam, unumque et idem omnes personas exceptis proprietatibus, subdit τὸ δὲ διῃρημένον ἐπινοίᾳ διῄρηται, hoc est, *Quod autem in ea divisum est, ratione et intelligentia divisum;* perinde ac si diceret : Nulla est alia distinctio in personis, nisi penes proprietates quas modo dixerat innascibilitatis geniti, et spirati. Cæterum nulla divisio et separatio, seu distractio localis in ipsis, nisi ratione nostra, seu modo nostro intelligendi concipitur, sunt enim in se ipsis invicem : quæ est altera pars contrarietatis ad creatas personas, quæ ita sunt distinctæ, ut sint etiam ab invicem disjunctæ. Non igitur ultimis illis verbis, in quibus est tota difficultas, infert Damascenus personas esse ratione distinctas, cum satis superque et supra hoc capite et superioribus earum realem distinctionem per proprietates, et processiones assignasset, sed hoc ait : Quod est contrarium in divinis personis, et creaturis, nihil in illis est divisum et separatum, nisi per nostram intelligentiam, seu modum imperfectum concipiendi quæ sane mea expositio, quod sit vera et ipsius auctoris ex consequentibus dilucide apparet : subdit enim : Οὔτε γὰρ τοπικὴν διάστασιν, ὡς ἐφ' ἡμῶν δυνάμεθα ἐπὶ τῆς ἀπεριγράπτου λέγειν Θεότητος. Ἐν ἀλλήλαις γὰρ αἱ ὑποστάσεις εἰσὶν, οὐχ ὥστε συγχεῖσθαι, ἀλλ' ὥστε ἔχεσθαι, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, » φήσαντος. *Non enim localem distinctionem, sicut in nobis possumus in incircumscripta assignare Deitate. Nam immanentes, et in se invicem personæ exsistunt, non quod confundantur, sed quod in se hæreant juxta sermonem Domini dicentis : « Ego in Patre, et Pater in me est. »* Hic mihi videtur germanus sensus illius loci S. Damascen., qui a nobis sit explicatus per occasionem verbi διανοεῖσθαι, quod cum et *dividere*, et *distinguere* significet, ut supra est comprobatum, debet diversimode, prout quique locus sanctorum Patrum, maxime ubi sermo est *De Trinitate* reddi Latine et accommodari.

(42) *Pater quidem principio carens.* Paulo supra cum de divina natura loqueretur, vocavit e m eodem attributo ἄναρχον, quod de principio temporis intelligendum; nunc cum ἄναρχον personam Patris vocet, significat eum non habere principium sui esse; est enim ἄναρχος *ingenitus*, et habet propriam notionem suam ἀγεννησίαν quam dixeris *innascibilitatem*, quæ voces sæpe iterantur in hujus mysterii doctrina a Damasceno, lib. I *De fide*. Sed ad illustrandum Theophanem locus est luculentus Gregorii Nazianz., qui duplicem ἀνάρχου significatum, cum in divinis ponitur, distinguit optime, et unum quidem Patri proprium, alterum illi, et Filio, et Spiritui sancto communem docet. Nam si ἄναρχος sumatur pro eo quod est sine principio originis, nec ab alio accipit esse suum, ἄναρχος solum Pater; at Filius et Spiritus sanctus, quamvis coæterni συναΐδιοι, attamen ἄναρχοι dici eo sensu non possunt; at vero si τὸ ἄναρχον neget principium temporis, unde incipiat quidpiam esse, ἄναρχοι etiam Filius et Spiritus sanctus. Hæc est summa doctrinæ Theologi, orat. 35, quæ est de theolog. III, prima de Filio. Incipit vero ab illis verbis : Πῶς οὖν οὐ σύναρχα, εἰ συναΐδια; Ὅτι ἐκεῖθεν, εἰ καὶ μὴ μετ' ἐκεῖνον. Τὸ μὲν γὰρ ἄναρχον, καὶ ἀΐδιον· τὸ δὲ ἀΐδιον οὐ πάντως ἄναρχον ἕως ἂν εἰς ἀρχὴν ἀναφέρεται τὸν Πάτερα. Οὐκ ἄναρχα οὖν τῷ αἰτίῳ, καὶ ἀναρχά πως τῷ χρόνῳ. Οὐ γὰρ ὑπὸ χρόνον τὰ ἐξ ὧν ὁ χρόνος. *Quid ergo, inquies, si Filius et Spiritus sanctus Patri coæterni sunt, quid afferri potest, quin principii quoque quemadmodum et ille sint expertes? Quia ab ipso sunt, licet non post ipsum Quod enim principio caret æternum quoque est. Quod autem æternum, non protinus quoque principio vacat, quandiu ad Patrem velut ad principium, et originem refertur. Ergo illi quantum ad causam, principio minime carent; quantum autem ad tempus, principii expertes sunt; nec enim tempori subsunt ea, ex quibus tempus originem sumpsit.* Hæc Nazianz.; quibus nihil

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ingenitus, genitor quidem Filii, productor (43) vero Spiritus sancti, eorum vero, quæ a Patre sunt, alterum est genitum, alterum productum. Sed generationem, productionemque cum audis, a rebus visu cognitis considerationem avoca, subtilibus vero conceptionibus, et quæ Deum deceant, quasi per tenues quasdam imagines, ac similitudines mysterium apprehende : ut lumen ex lumine, ita genitum esse Filium et processisse Spiritum citra tempus, ac passionem, neque vero ingenitum esse Patrem, genitum Filium, productum Spiritum sanctum, differentiam suspiceris essentiæ, sed substantiæ modos (44) : declaratio enim essentiæ in hoc nomine, Deus, continetur. Unum igitur confitemur Deum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto cognitum. Atque ita in Trinitate quæ omni substantia excellentior (45) est, nescimus unitatem, et

τὸ δὲ πρόβλημα. Ἀλλὰ γέννησιν ἀκούων καὶ πρόβλησιν, ἑκστηθι τῶν ὁρωμένων τῷ λογισμῷ. Ἐννοίαις δὲ ἰσχναῖς καὶ θεοπρεπέσιν, ὡς ἐν εἰκόσι, καὶ τύποις ἀμυδροῖς τὸ μυστήριον μάνθανε. Ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, οὕτω τὸν Υἱὸν γεγεννῆσθαι καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπεπορεῦσθαι ἀΐδίως καὶ ἀπαθῶς. Μηδὲ τὸ ἀγέννητον τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ γεννητὸν τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος τὸ ἐκπορευτὸν ὑποτυπάσῃς οὐσίας διαφοράν, ἀλλὰ τρόπους ὑπάρξεως. Ἡ γὰρ τῆς οὐσίας δήλωσις τῇ, Θεὸς, ὀνομασίᾳ κατασημαίνεται. Ἕνα τοίνυν ὁμολογοῦμεν Θεὸν ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι γνωριζόμενον. Καὶ οὕτως ἐν τῇ πανυπερουσίῳ Τριάδι τὴν μονάδα νοοῦμεν, καὶ ἐν τῇ μονάδι τὴν Τριάδα γνωρίζομεν. Τὸ μέντοι Πνεῦμα ἅγιον, οὗ τὴν φρικτὴν ἐπιδημίαν πανηγυρίζομεν, Ἑλλήνων μὲν θεολογικώτεροι ἐφαντάσθησαν, ὡς καὶ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ δοκεῖ · περὶ

Francisci Scorsi notæ.

illustrius. Eamdem dictionem adhibet Damascen. ab eodem plane desumptam, lib. 1 *De fide*, cap. 11 ; sed nihil necesse est discipulum loquentem referre, ubi habeas magistri lucem.

(43) *Genitor. productor.* Vocibus γεννήτωρ καὶ προβολεύς hic usus est Theophanes ad distinguendas et explicandas duas divinarum personarum processiones, quarum alterius Pater appellatur Γεννήτωρ quo proprie ad Filium solum refertur, alterius προβολεύς, quod vertimus, ut alii, *Productor* ; in re autem idem est ac spirator, quamvis nomen non id sonet. Spiratio autem πνεῦσις dicitur, ut in concil. Florentino in decreto Eugenii, quanquam ibi etiam προβολὴν videas spirationem verti, ad rei potius, quam ad verbi sonum ; sed ego *Productor* verti ; sequens communem, ut dixi, versionem ; nam iisdem vocabulis usi sunt veteres theologi in hoc mysterio. Gregorius Theologus, orat. supra nota proxima, Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ὁ μὲν Γεννήτωρ, καὶ Προβολεὺς, λέγω δὲ ἀπαθῶς, καὶ ἀχρόνως, καὶ ἀσωμάτως · τὸ δὲ τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ πρόβλημα, ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ταῦτα καλέσειεν, ἀφελὼν πάντη τῶν ὁρωμένων. Hoc est Bill. : *Quocirca unitas principio in binarium mota in Trinitate consistit. Atque hoc est nobis Pater, et Filius et Spiritus sanctus. Pater quidem Genitor et Productor, citra tamen ullam passionem, aut tempus, atque incorporeo modo ; horum autem alter sobules, alter processio, aut quibus verbis hæc quispiam vocare queat, nescio, ab iis quæ sub oculorum sensus cadunt, prorsus abstracta.* Damascen. lib. 1, cap. 13 : Πατὴρ μὲν Υἱοῦ μόνου, καὶ προβολεὺς τοῦ ἁγίου Πνεύματος · *Pater quidem solius Filii, et productor Spiritus sancti.* Ita uterque interpres. Præterea a sanctis Patribus Spiritus dicitur Ἐκπορευτὸν, Προελθὸν, Προϊὸν, Προερχόμενον, hoc est, *Procedens*, quæ cum possint etiam Filio convenire, tamen, quia is habet proprium suæ processionis modum, nimirum γεννησίαν *generationem*, illa attribuuntur Spiritui sancto, quatenus procedit, et producitur non per generationem, sed per spirationem. Ea vocabula legi usitata a Gregor. Nazianz. *ibid.* et in orat. *De Spiritu sancto*, et a S. Athanasio, dialogo *de Trinitate*, et a S. Damascen. lib. 1 *De fide*, qui omnes in hac re classici sunt, ac pene scholastici Patres. Atque hæc de nominibus hactenus sint adnotata, ad ostendendum ὁμόψηφον Theophanis nostri. Cætera enim subtilius enucleantur in scholis, quæ neque hic sunt necessaria, ubi auctor ipse scholastice ferme loquitur in mysterio Trinitatis tradendo.

(44) *Substantiæ modos :* τρόπους ὑπάρξεως Græce.

Et hic etiam adnotabo Theophanem nostrum in explicandis relationibus divinis usum esse vocabulo non insolenti, sed a superioribus theologis Græcis sapienter inducto, et deducto in usum Justino Gregor. Nazianz. Nysseno, Basilio, Cyrillo, Theodoreto, Damasceno, quorum partim ego vidi, partim relatos legi a Didaco Ruiz. societ. nostræ in observandis et referendis his SS. Patrum locutionibus diligentissimo, maximeque versato, qui disp. 12, sect. 5, de hac, quam nos ex hoc Patre illustramus, disserit, multasque affert rationes, cur τρόπους ὑπάρξεως modos substantiæ dixerint. Quarum primaria sane fuit necessitas distinguendi substantiam et essentiam communem, ut videlicet adversus hæreticos, ac potissimum Arianos defenderent totam substantiam et essentiam Patris convenire Filio, licet huic non conveniat ἀγεννησία *innascibilitas* aut *paternitas*, quia hæc non est substantia et essentia, sed modus substantiæ et essentiæ : similiterque totam essentiam, et totum quidquid est Filii, convenire Spiritui sancto, licet huic non conveniat esse genitum, nec esse principium alterius personæ, quia hæc non sunt essentia, sed sunt modus essentiæ. Vide plura apud ipsum Ruiz., ex quo etiam illud adverte cum hoc vocabulum τρόπος, *modus*, divinis accommodatur proprietatibus, non esse comminiscendum cum modis philosophorum, quos plerique rebus naturalibus affingunt, et iis accidunt, quosque distinctos volunt a re, cujus sunt modi, minima certe distinctione, quæ sit ante cogitationem mentis ; si hac enim notione modos accipias, non erunt divinæ relationes appellandi modi, cum nulla distinctio inter eos et divinam essentiam interposita sit, ante opus intelligentiæ nostræ : sed proportione quadam et vocabulo mutuato a rebus naturalibus illi appellabuntur modi, et accommodate ad nostrum intelligendi captum. Sicuti enim relatio, exempli causa, in creatis rebus se habet ut modus sui subjecti, quo refert eam ad aliud, ita conveniens erit universæ rationi relationis eam intelligere, sicuti modum afficientem quodammodo, et modificantem divinam essentiam communem omnibus tribus personis, modo jam explicato.

(45) *Omni substantia excellentior.* Paulo supra ὑπερούσιον vocat *S.* Trinitatem, qui sane epitheti compositi ex propositione ὑπέρ quæ excessum, et superlationem significant in usu frequenti sunt apud Græcos Patres, præsertim vero S. Dionysium, *De divinis nominibus*, cujus cap. 2 horum est plenum. Alia nos adduximus ex Damasceno et aliis Patribus ad hom. 3, et hom. 25, in not., ubi etiam ὑπέρθεον Deum, seu Deitatem vocari advertimus, quod explicuimus ex Francisco Tur-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ τὴν κλῆσιν ἡμῖν διηνέχθησαν, νοῦν τοῦ παντὸς, καὶ τὸν θύραθεν νοῦν τοῦτο καλέσαντες, οἱ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ μὲν γεγονότες αὐλῆς, τῆς πρεπωδεστέρας δὲ δόξης περὶ τοῦ Πνεύματος ἁμαρτήσαντες, οἱ μὲν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ, οἱ δὲ κτίσμα φανερῶς ἀπεφήναντο. Οὐκ οἶδα πόθεν τὰς τοσαύτας περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐν τῇ Γραφῇ διαπτύσαντες· αἱ γὰρ θεῖαι φωναὶ πανταχοῦ τὴν ἴσην προσμαρτυροῦσιν ἰσχὺν καὶ ἐνέργειαν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι, καὶ Θεὸν ἐμφανῶς κηρύττουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀμέλει ἐν ταῖς Πράξεσι τὴν Ἀνανίου ἱεροσυλίαν ὁ Πέτρος πεφωρακὼς, ἣν ἐν παραβύστῳ μετὰ τῆς ὁμοζύγου εἰργάσατο, αὐτὸς ἑαυτῷ κλέπτης γενόμενος· « Εἰς τί, φησὶν, ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. » Ὁρᾷς; πῶς τὸ τῆς ὑποστάσεως ἰδιάζον εἰπὼν, εὐθὺς ἐπὶ τὴν οὐσίαν ἀνέβορεν; Ἄκουε γοῦν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοκρατορικῶς πάντα, καὶ δρῶντος, καὶ ἐπιτάττοντος· « Ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν, καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι

A prædicamus in unitate Trinitatem. Sed vero Spiritum sanctum, cujus tremendum veneramur adventum, qui apud Græcos (46) theologiæ laude præstiterunt, ut etiam Gregorio Theologo videtur, per quamdam veluti imaginem sibi finxerunt: atque a nobis in nomine discreparunt, mentem universi, et extrinsecam mentem eum appellantes. Qui vero ex ovili quidem Christi sunt, sed ab ea quæ maxime sancto Spiritui convenit, opinione aberrarunt, alii quidem vim **284** quamdam, et facultatem Dei, alii creaturam aperte pronuntiarunt. Ac nesco qua ratione ducti tanta de eo Scripturæ testimonia respuerunt. Divina siquidem oracula ubique contestantur æqualem esse vim, et operationem Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et Deum aperte prædicant Spiritum sanctum. In Actis videlicet cum Ananiæ sacrilegium deprehendisset Petrus, quod cum conjuge clam patrarat, fur ipse sui ipsius actus: « Ut quid, inquit, tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? non es mentitus hominibus, sed Deo [58]. » Vides uti cum dixisset quod

[58] Act. v, 3.

Francisci Scorsi notæ.

riano in Notis ad Joannem Cyparissiotam. Sed accipe subtilem, scholasticamque horum epithetorum explanationem ex D. Thoma in cap. 4 S. Dionysii *De divinis nomin.* lect. 5, ubi explicat, quid sit superpulchrum: *Excessus est duplex, unus in genere qui significatur per comparativum, et superlativum; alius extra genus, qui significatur per additionem hujus præpositionis* super; *puta si dicamus quod ignis excedit in calore excessu in genere, unde dicitur calidissimus; sol autem excedit excessu extra genus, unde non dicitur calidissimus, sed supercalidus, quia calor non est in eo eodem modo, sed excellentiore; et licet iste duplex excessus in rebus causatis non simul conveniat; tamen in Deo simul dicitur, et quod est pulcherrimus, et quod superpulcher, non quod sit in genere, sed quod ei attribuantur omnia quæ sunt cujuscunque generis.* Hæc D. Thomas, quæ explicatio applicari potest cæteris epithetis superlatis eodem modo, ut dictum est.

(46) *Qui apud Græcos.* Locus Theologi, quem hic Theophanes noster refert, est ex orat. 37, quinta *De theologia*: Ἑλλήνων δὲ οἱ θεολογικώτεροι, καὶ μᾶλλον ἡμῖν προσεγγίσαντες, ἐφαντάσθησαν μὲν, ὡς ἐμοὶ, δοκεῖ· περὶ δὲ τὴν κλῆσιν διηνέχθησαν, νοῦν τοῦ παντὸς, καὶ τὸν θύραθεν νοῦν, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύοντες. *Qui autem apud ethnicos theologiæ laude magis excelluerunt, propiusque ad nos accesserunt per imaginem quamdam ipsam meo quidem judicio conceperunt, tametsi in nomine dissenserint, universitatis nempe mentem, et extrinsecam mentem aliisque id genus nominibus eum appellantes.* Hæc Theol. ex Bill. interpr.; quem locum enarrans Elias Cretensis: *Platonem*, inquit, *et Aristotelem, et Hermem, hoc est Mercurium Trismegistum insigniores theologos fuisse apud Græcos; sed ex his Platonem et Hermem nullo in loco spiritum appellare mentem.* Sic Elias. Sed Platonis non unus est locus, sed multi, in quibus Deum esse mentem mundi dicit, ut mirum dicat Elias nusquam ejus meminisse Platonem; nisi tamen velit dicere eum spiritus appellatione non esse usum; quo tamen non Aristoteles, nec Anaxagoras, quos ille refert, et quibus verbis refert eodem nomine usi sint, Virgilius tamen eo usus, qui ad Stoicorum, et Platonicorum placita alludens sic cecinit, *Æneid.* VI:

Principio cœlum et terras camposque liquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra,
Spiritus intus alit, totosque infusa per artus
Mens agitat molem.

Sed redeo ad Platonem, cujus opinionem, et versus Virgilii eam sequentis affert etiam Cornelius a Lapide, in illud Gen. I: *Et Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Innuam vero locos, quibus mundi mentem Deum dixit. Testatur id diserte Plutarchus, lib. I, *De Placitis* cap. 3: *Plato, et Socrates idem de universo senserunt; ac tria statuunt principia: Deum, Materiam, Ideam*, concluditque, ὁ δὲ Θεός ἐστι νοῦς τοῦ κόσμου, *Deus autem est mens mundi.* Idemque refert de utroque philosopho cap. 7 ejusdem libri. Præterea Plato ipse, *De legibus*, lib. X, ait Θεῶν εἶναι πλήρη πάντα, *Deorum omnia esse plena.* Denique Cœlius Rhodiginus, lib. XX, cap. 10. *Deum esse animam mundi totam*, ait, *Platonicam conclamare scholam.* Porro autem Stoicorum hoc omnium dogma fuisse, nimirum Deum universam pervadere essentiam, scribit Clemens Alexand. adducitque versus Euripidis, Æschyli, Orphei, Pindari id ipsum canentes: ex quibus Orphei sunt hæc: nam cæterorum obvia sunt.

Juppiter omnipotens est primus, et ultimus idem,
Juppiter est caput, et medium Jovis omnia munus,
Spiritus e cunctis: validi vis Jupiter ignis.

Atqui hi sunt θεολογικώτεροι apud ethnicos, quos aliquid de Spiritu locutos, quem ipsi mundi mentem appellitarunt, dicit hic Theophanes, seu potius Gregorius Theologus prior auctor; alia leges apud Eliam jam memoratum. Atque ad Aristotelem, et Anaxagoram, et Hermotimum Claromenium addes et Thaleteum Milesium a Plutarcho et Lilio Gyraldo relatum, qui fere illud videtur exprimere, quod Gen. I dicitur: *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* Deum enim dixit mentem, qui ex aqua cuncta formaverit, nec principium, nec finem habiturus. Hujus sententia sic explicat Minutius Felix in *Dialogo: Thales rerum initium aquam dixit, Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta formaverit; et altior et sublimior aquæ et spiritus ratio, quam ut ab homine poterit inveniri, a Deo tradita.* Ex his igitur habes illustratum et Theophanem nostrum, et magis magisque Gregor. Theologum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

proprium erat hypostasis, statim ad essentiam se retulit. Audi etiam Spiritum ipsum, ut pro sua potestate omnia et faciat, et præcipiat : « Segregate mihi Barnabam, et Saulum in opus, ad quod assumpsi eos [60]. » Et rursus : « Ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt Seleuciam [61], » et rursus : « Transierunt Phrygiam, et Galatiæ regionem, vetati a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia [61] ; » et sexcenta reperiet quivis in sacris Litteris argumenta, per quæ Patris et Filii, et Spiritus sancti æqualis honor ostenditur.

A αὐτούς · » καὶ πάλιν · « Οὗτοι μὲν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, κατῆλθον εἰς Σελεύκειαν · » καὶ αὖθις · « Διῆλθον τὴν Φρυγίαν καὶ Γαλατικὴν χώραν κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ · » καὶ μυρίας τις εὕροι τὰς ἀποδείξεις ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ, δι' ὧν τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸ ἰσότιμον δείκνυται.

Moyses porro interpres Dei in ea quæ tempori illi doctrina congruebat, cum aperte de Spiritu doceret, subobscure tamen de ejus effectis locutus est, veritus hebetudinem Judæorum, ne scilicet ex proprietate personarum, deorum multitudinem significari putarent. Ideoque etiam cum de angelis sermonem faceret, figurate eos appellavit aquas (47), quæ super cœlos sunt, in quibus ferri ait Spiritum sanctum : « Spiritus quippe, inquit, Domini ferebatur super aquas [62]. » Puerile scilicet est, aquam sensibus objectam putare, super quam ferebatur Spiritus sanctus. Quanquam ita dictum hoc ex Patribus aliqui explicarunt, imbecillitati sane se auditorum accommodantes. Quomodo enim hoc fieri possit, cum Scriptura testetur, quod, « Tenebræ erant super faciem abyssi ; » ubi vero

B Ὁ μέντοι θεηγόρος Μωϋσῆς, ἐν τῇ κατ' αὐτὸν θεολογίᾳ τρανῶς διδάξας περὶ τοῦ Πνεύματος, ἀμυδρῶς περὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ διεσάφησε τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκκλίνων παχύτητα, ἵνα μὴ τὸ ἰδιάζον τῶν ὑποστάσεων εἰς πολυθεΐαν ἐκλάβοιεν ἔμφασιν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ περὶ ἀγγέλων μέλλων εἰπεῖν, τροπικῶς ὕδατα τούτους καλεῖ ὄντα ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ἐν οἷς ἐπιφέρεσθαι λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · φησὶ γάρ · « Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. » Μειρακιῶδες δὲ κομιδῇ αἰσθητὸν ὕδωρ οἴεσθαι, ᾧ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπεφέρετο, κἂν οὕτω τινὲς τῶν Πατέρων τὸ ῥητὸν ἐξηγήσαντο, τῇ τῶν ἀκροατῶν ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνοντες. Πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦτο, τῆς Γραφῆς μαρτυρούσης, ὅτι « Σκότος ἦν ἐπάνω τῆς ἀβύσσου ; » Ὅπου δὲ Πνεῦμα Θεοῦ, τὸ σκότος χώραν οὐχ ἕξει · φῶς γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ φωτὸς

[60] Act. [61] Ibid. 4.

Francisci Scorsi notæ.

(47) *Figurate eos appellavit aquas.* Spiritus Domini qui ferebatur super aquas, Spiritus sanctus intelligitur communiter a Patribus, S. Aug., lib. 1 *De Gen. ad litt.* : *Dicente autem Scriptura : « Et Spiritus Dei ferebatur super aquas, » completum operationem Trinitatis agnoscimus.* Ubi hanc opinionem quam hic noster insinuat quod per aquas angeli signentur, suppresso auctoris nomine disputando refert, sed non refutat, nec quidquam statuit, ut videre est apud illum : locum enim integrum, quia longus est, operæ est transcribere. Fuit autem auctor ejus opinionis Origenes, qui tract. 1, *in Gen.* sub initium, aquas, quæ supra firmamentum sunt, putavit esse fortitudines quasdam angelicæ potestatis ; quem redarguunt Epiphanius in Epist. ad Joan. Hierosolym., quæ est 60 inter epistolas S. Hieronymi, et ipse Hieronymus ad Pammachium scribens epist. 61, et S. Basilius disertissime suppresso solum nomine auctoris his verbis : *Nobis vero adversus quosdam, qui stetisse ab Ecclesia videntur, sermo habendus interim est de aquis a se disparatis : et quidem isti prætextu anagogici sensus, et sublimioris intelligentiæ ad allegorias se transferunt, asserentes potentias quasdam spiritales tropice significari per aquas.* Et post pauca : *Idcirco dicunt et eas aquas, quæ super cœlum sunt collocatæ, Deum laudare, id est, probas illas essentias, quæ dignæ sunt ob mentis puritatem decentem reddere laudem Creatori : aquas autem eas, quæ sub cœlis descendunt, esse spiritualia nequitiæ a naturali sublimitate in imam totius vitiositatis voraginem delapsa. His igitur, et ejus generis sententiis, ut quæ somniis, et anilibus fabellis conferendæ sunt, relegatis, aquas,* etc. Hæc Basil. ex quo etiam Cornel. noster ex Neotericis id commentum Origenianum, ut somnium notavit. Sed si id anagogico solum, vel potius accommodatitio sensu diceretur, esset sicut pleraque id genus dicta sanctorum non improbandum. Nam et Gregor. Nazianz. hunc sensum

C videtur attingere, orat. 44, quæ est *de Pentec.* : Ἐν ὑπερῴῳ δὲ, εἰ μήπω περιεργότερος εἶναι δοκῶ τοῦ δέοντος, διὰ τὴν ἀνάδασιν τῶν δεξομένων, καὶ τὴν χαμόθεν ἔπαρσιν. Ἐπεὶ, καὶ ὕδασι θείοις ὑπερῷά τινα στεγάζεται, δι' ὧν ὑμνεῖται Θεός. *In cœnaculo vero* (id est, Spiritus descendit) *nisi forte curiosius, quam par sit ista persequi videor, propter eorum qui accepturi sunt accessionem, atque a terra subvectionem : nam et cœnacula quædam divinis aquis, a quibus Dei quoque laudes celebrantur, tegi audivimus.* Ita Gregor. At vero quod per aquas prorsus per tropum angeli sint intelligendi, quod hic noster in somnium illud Origenicum inclinans dicit, cum ridiculum esse ait aquas elementares eo loco dictas existimare, neque probandum est, nec admittendum : quanquam hæc verba : Μειρακιῶδες δὲ κομιδῇ αἰσθητὸν ὕδωρ οἴεσθαι ᾧ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπεφέρετο, desunt in exemplari Panorm., sed in duobus Gall. et Vat. exstant ; et videntur esse ibi a librario omissa, quod D hinc colligo, quia omissa sunt etiam ἐπάνω τοῦ ὕδατος, quæ non potuerunt omitti ab auctore, quia sunt omnino necessaria ad integritatem sententiæ citatæ ex Gen. 1 ; at in exemplari illo Panorm. solum hæc sunt scripta, Φησὶ γάρ, Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο. Post quod loqui deberet ἐπάνω τοῦ ὕδατος et omnia illa quæ retuli μειρακιῶδες δέ, etc. Demum neque alicujus momenti ratio illa, quæ hic a Theophane affertur videri debet, cur sensus litteralis tollatur, et ad tropum, ut ipse facit, confugiatur, quod videlicet Spiritus sanctus, qui lux est, dicatur ferri super aquas, in quibus tenebræ erant ; lux enim est Spiritus sanctus, et cum sanctificat mentes, eas illuminat ; et ita verissimum est, non esse tenebras peccati, ubi Spiritus per gratiam manet ; at super aquas ferebatur, ut effector, et efformator operum mundi, quæ post paulo erat etiam luce creata illustraturus. Vide interpretes in hunc locum ut pleniorem accipias explanationem illius.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παρεκτικός. Ἀλλ', ὡς ἔφην, ὕδατα τὰς ἄνω δυνάμεις ἐκάλεσεν, ἵνα μὴ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀμβλυτέρα διάνοια τὴν τοῦ Θεοῦ προσηγορίαν τοῖς ἀγγέλοις συνάψειεν. Εἰ δὲ ὕδωρ τοὺς ἀγγέλους ὠνόμασε, ταραττέσθω μηδείς· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς « πῦρ » ὀνομάζεται, καὶ « πῦρ καταναλίσκον· » καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὕδωρ ὠνόμασε ζῶν ἡ μεγάλη τοῦ Εὐαγγελίου φωνή, καὶ πυρὸς ἐν εἴδει ἐπεφοιτήκει τοῖς μαθηταῖς· ἀλλ' οὔτε πῦρ οὔτ' ὕδωρ ὁ εὐσεβὴς ἡμᾶς λογισμὸς ἐπιτρέπει νοεῖν.

Τὸ Πνεῦμα τοίνυν τὸ ἅγιον πρότερον μὲν ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν θείων δυνάμεων. Ἡ πόθεν αὐταῖς τὸ πρὸς κακίαν ἀῤῥεπὲς, ἢ, κατὰ τὴν Θεολογικὴν γλῶσσαν, δυσκίνητον; Εἶτα ἐν τοῖς ἱεροῖς πατριάρχαις, μετὰ ταῦτα τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις, ἔπειτα οὐσιωδῶς καὶ ὁμουσίως ἐν τῷ Χριστῷ συμπαρομαρτοῦν καὶ μένον ἐν αὐτῷ, παρ' οὗ δέδοται καὶ τοῖς ἱεροῖς φοιτηταῖς, πρότερον μὲν ἀμυδρότερον, εἶτα μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐκτυπώτερον, κατὰ δὲ τὴν Πεντηκοστὴν τηλαυγέστερόν τε καὶ καθαρώτερον. Ταύτας τὰς διαφόρους τοῦ Πνεύματος ἐμφάσεις δεικνὺς ὁ Θεὸς πάλαι Ἠλίᾳ τῷ προφήτῃ, τῷ Θεσβίτῃ, τῷ ζηλωτῇ ἐπέταττε λέγων· « Στήσῃ αὔριον ἐναντίον Κυρίου, καὶ ἰδοὺ Πνεῦμα ἐξαῖρον ὄρη, καὶ συντρίβον πέτρας, καὶ οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Κύριος· καὶ μετὰ τὸ πνεῦμα συσσεισμός, οὐκ ἐν τῷ συσσεισμῷ Κύριος· καὶ μετὰ τὸν συσσεισμὸν πῦρ, οὐκ ἐν τῷ πυρὶ Κύριος· καὶ μετὰ τὸ πῦρ φωνὴ ὡς αὔρα λεπτὴ, καὶ ἐκεῖ Κύριος. » Τὸ γοῦν, « Ἰδοὺ πνεῦμα ἐξαῖρον ὄρη, καὶ συντρίβον πέτρας, » τὴν ἐν τοῖς πατριάρχαις ἐδήλου τοῦ Πνεύματος δύναμιν· ἢ τί τὸ πεῖσαν Ἀβραὰμ ἀποπτύσαι τὰ πάτρια, καὶ συντρίψαι τὰ ὀστράκινα ἐκεῖνα βδελύγματα, καὶ ἀκολουθῆσαι Θεῷ, ἀλλ' ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ

Spiritus Dei est, tenebræ non habebunt locum (48), A lux enim Deus est, et dator lucis. Sed, uti dicebam, aquas vocavit superiores virtutes, ne Judæorum hebetior intelligentia angelis Dei nomen impingeret. Quod vero aquas angelos appellavit, nemini facessat negotium. Nam Deus etiam « ignis » dicitur, et « ignis consumens [63], » et ipsum Spiritum sanctum aquam vivam veneranda **285** Evangelii appellavit oratio [64], et in ignis specie ad discipulos venit. Sed neque ignem neque aquam Deum esse intelligere pia ratio nos permittit.

Igitur Spiritus sanctus prius quidem supra cœlestes virtutes ferebatur. Alioquin unde illi habuerunt quod non ad malum vergerent, vel, ut ex Theologi verbis loquar (49), ad illud difficile B moverentur? Postea in sanctis patriarchis fuit; fuit deinceps in lege, et prophetis, ac demum in Christo substantialiter (50), utpote ejusdem cum ipso essentiæ, comitans, et manens in ipso: a quibus et sanctis discipulis datus est prius quidem obscurius, deinde post Resurrectionem manifestius, sed in Pentecoste illustrius et integrius. Has varias Spiritus operationes ostendens olim Deus Eliæ illi Thesbitæ, et prophetæ (51), et zelo pleno, præcepit dicens: « Stabis cras coram Domino, et ecce Spiritus dissolvens montes, et conterens petras: et non in spiritu Dominus: et post spiritum concussio: non in concussione Dominus: et post concussionem ignis; non in igne Dominus; et post ignem vox auræ tenuis; et ibi Dominus [65] (52). » Quod igitur ait: C « Ecce Spiritus dissolvens montes, et conterens petras, » virtutem sancti Spiritus, quæ fuit in patriarchis, significabat; alioqui quid fuit, quod Abraham induxit ut paterna respueret, et lapidea illa atque abominanda idola contereret, et seque-

[63] Deut. IV, 24. [64] Joan. IV, 11, 15; VII, 28. [65] III Reg. XIX, 11.

Francisci Scorsi notæ.

(48) *Tenebræ non habebunt locum.* Vide notam superiorem, ubi hæc ratio expenditur.

(49) *Ex Theologi verbis loquar.* Κατὰ τὴν Θεολογικὴν γλῶσσαν. Periphrasis est Gregorii qui κατ' ἐξοχήν Theologus dictus. Hanc autem sententiam non uno in loco scriptam prodidit ille Theolog. orat. 44, quæ est *de Pentecost.* : Τοῦτο ἐνήργει πρότερον μὲν ἐν ταῖς ἀγγελικαῖς καὶ οὐρανίαις δυνάμεσι, καὶ ὅσαι πρῶται μετὰ Θεὸν, καὶ περὶ Θεόν. Οὐ γὰρ D ἄλλοθεν αὐταῖς ἡ τελείωσις, καὶ ἡ ἔλλαμψις, καὶ τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον, ἢ ἀκίνητον. Ἔπειτα ἐν τοῖς πατράσιν, καὶ ἐν τοῖς προφήταις, etc. : *Primum igitur Spiritus sanctus in angelicis et cœlestibus virtutibus, iisque quæ post Deum primæ sunt, eumque circumstant, vim suam exerebat. Neque enim aliunde perfectionem aut splendorem habent: idque præterea, ut ad malum ægre, vel nullo prorsus modo moveri queant, quam a Spiritu sancto. Deinde in patribus et prophetis*, etc. Et item orat. 34, *de Theol.* 2, vocat angelos καθαρὰς φύσεις, καὶ ἀκιβδήλους, ἀκινήτους πρὸς τὸ χεῖρον, ἢ δυσκινήτους. *Puras naturas minimeque adulterinas, ad malum immobiles, vel certe non facile mobiles.* Et orat. 37, *de theol.* 5, idem ferme habet. Et S. Damascen., lib. II, cap. 3 : Διὰ τοῦ Λόγου τοίνυν ἐκτίσθησαν ἄγγελοι, καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τοῦ ἁγιασμοῦ ἐτελειώθησαν. *Per Verbum igitur Dei creati sunt angeli, et per sanctificationem a Spiritu sancto perfecti.* Et infra eodem cap. explanat, ut angeli pro diverso statu dicantur et ægre mobiles, et omnino ad malum immobiles : Πάντως δὲ κατὰ τὸ θεῖον θέλημά τε καὶ πρόσταγμα, ὑπὲρ ἡμᾶς ὄντες ἀεί τε περὶ Θεὸν ὑπάρχοντες, δυσκίνητοι πρὸς τὸ κακὸν, ἀλλ' οὐκ ἀκίνητοι, νῦν δὲ καὶ ἀκίνητοι οὐ φύσει, ἀλλὰ χάριτι, καὶ τῇ μόνου ἀγαθοῦ προσεδρίᾳ. *Omnino autem secundum divinam voluntatem, et præordinationem supra nos sunt semperque circa Deum exsistunt: ægre difficulterque in malum mobiles, sed non immobiles, nunc autem immobiles, non natura, sed gratia et solius boni assistentia.* Ita ex Damasceno habes explicatum Gregorium et Theophanem. Lege Franciscum Suarez, lib. V, *De angelis*, cap. 4.

(50) *In Christo substantialiter.* Locum similem ex Greg. Nazianz. retulimus, et expendimus hom. anteced. quæ est 39, not. 27 quem recole.

(51) *Thesbitæ et prophetæ.* Τῷ Θεσβίτῃ καὶ ζηλωτῇ. Deerant hæc in cod. Pan., sed exstant in Gall. et Vat.

(52) *Et ibi Dominus.* Hæc verba non leguntur in Vulgata edit., sed neque in Hebraico cod.; at in nonnullis Bibliis, et præsertim in Complutensibus leguntur : κἀκεῖ Κύριος. Atque ita legit in suis Theophanes.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

retur Deum, nisi Spiritus sanctus, qui illum a superstitione Chaldaica exemit : postea secuta est concussio, tempore legis : quæ sane non modo Ægyptum decem plagarum flagello, sed et solitudinem, et gentes multas concussit, et conturbavit.

Quod vero per Spiritum sanctum a Moyse facta sint opera, intelliges, si animum advertes ad nubem quæ dux itineris fuit Israel. Per eam enim figurabatur Spiritus sanctus (53); cum Paulus divinitus loquens ita dicat : Figura erat mare (54) quidem aquæ, nubes vero Spiritus [66]. Sed et petra, ex qua populo manavit affatim potus, non sane spiritualiter dicta esset a Paulo, nisi ea quidem Dominum Jesum, aqua vero ex ipsa profluens sanctum Spiritum indicasset : « Bibebant enim, inquit, de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus [67]. » Quod autem aqua Spiritus figura fuerit, edocuit nos hodie Dominus in Evangelio : « Qui credit in me, **286** flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ [68]; » quod sane interpretans discipulus ille tonitrui filius : « Hoc dixit, inquit, de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum [69]. » Et sane a spiritu qui erat in Moyse auferens Deus apposuit septuaginta viris, et iis qui remanserant in castris Eldæ et Medæ prophetantibus [70]; postremo etiam Nabidi, et Josue in locum Moysis subrogato [71]. Quid vero post hæc divinum oraculum? « Post concussionem ignis; » hic est Spiritus qui loquebatur in prophetis, et mentem eorum fovebat et inflammabat. Quod sane intelligens calamitosissimus prophetarum dicebat ex persona Dei : « Nonne verba mea sicut ignis? dicit Dominus. »—« Post ignem vero, inquit, vox ut auræ tenuis, et ibi Dominus [72]. » Vide jam ut impleta sit prophetia, considerans auram illam, quæ discipulis in cœnaculum venit. In præcedentibus enim omnibus indiciis : « Non in spiritu Dominus, inquit, neque in concussione, neque in igne : » at « in voce ut auræ tenuis, » addidit, « Et ibi Dominus. » In patriarchis enim, et in lege, et in prophetis gratia Spiritus quodammodo erat exilior : quæ vero discipulis postremo tempore data est, perficiendi vim habuit. Et sicut in mundi Creatione Moyses ait, primum quidem animam vegetantem inditam esse plantis, deinde sentientem animalibus rationis expertibus, ad extremum vero perfectam et ratione præditam homini vim vegetandi et sentiendi una cum ratiocinandi facultate continentem : ita et gratia Spiritus tenuior quidem in patriarchis, in lege vero et prophetis validior, illustrior vero, et ut Theologi verbo utar (55), veluti essentialiter in

Ἐξᾶραν τῆς Χαλδαϊκῆς δυσεδαιμονίας αὐτόν; Εἶτα ὁ διὰ τοῦ νόμου συσσεισμός, ὃς διέσεισε καὶ ἐτάραξεν οὐ μόνον Αἴγυπτον τῇ δεκαπλήγῳ μάστιγι, ἀλλὰ καὶ ἔρημον καὶ ἔθνη πολλά.

Ὅτι δὲ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνήργει Μωϋσῆς, καταμάθοις προσχὼν τῇ ὁδηγούσῃ νεφέλῃ τὸν Ἰσραήλ. Ἦν γὰρ αὕτη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὕτως εἰπόντος τοῦ θεηγόρου Παύλου· Τύπος ἦν ἡ θάλασσα τοῦ ὕδατος, ἡ δὲ νεφέλη τοῦ Πνεύματος. Ἀλλὰ καὶ ἡ πέτρα ἐξ ἧς ἐπέρρει τῷ λαῷ δαψιλῶς τὸ ποτὸν, οὐκ ἂν ὑπὸ τοῦ Παύλου ἐκλήθη πνευματικὴ, εἰ μὴ αὐτὴ μὲν ἐδήλου τὸν Κύριον Ἰησοῦν, τὸ δ' ἐξ αὐτῆς ὕδωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. « Ἔπινον γὰρ, φησὶν, ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. » Ὅτι δὲ τὸ ὕδωρ τὸ Πνεῦμα εἰκόνιζεν, ἐμυσταγώγησεν ἡμᾶς σήμερον ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ὕδατος ζῶντος· » ὅπερ ἑρμηνεύων ὁ βροντογενὴς μαθητὴς, « Τοῦτο, φησὶν, εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, ὃ ἔμελλε δοῦναι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. » Καὶ μὴν καὶ ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν τῷ Μωϋσεῖ ἀφελὼν ὁ Θεὸς ἐπέθετο τοῖς ἑβδομήκοντα καὶ τοῖς καταλειφθεῖσιν ἐν τῇ παρεμβολῇ Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ προφητεύουσιν· ὕστερον δὲ καὶ τῷ Ναβίδῃ καὶ διαδόχῳ τοῦ Μωϋσέως Ἰησοῦ. Ἀλλὰ τί μετὰ ταῦτά φησιν ὁ χρησμός; « Μετὰ δὲ τὸν συσσεισμὸν πῦρ· » αὐτὸ Πνεῦμα ἐν τοῖς προφήταις λαλοῦν, καὶ περιθάλπον, καὶ διαθερμαῖνον αὐτῶν τὸ ἡγεμονικόν. Ὅπερ εἰδὼς ὁ τῶν προφητῶν πολυσυμφορώτατος ἔλεγεν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Οὐχὶ ὡς πῦρ οἱ λόγοι μου; λέγει Κύριος. » — « Μετὰ δὲ τὸ πῦρ, φησὶ, φωνὴ ὡς αὔρας λεπτῆς, καὶ ἐκεῖ Κύριος. » Ἄθρει δὴ τῆς προφητείας τὸ πλήρωμα, κατανοήσας τὴν αὔραν τὴν εἰς τὸ ὑπερῷον καταπτᾶσαν τοῖς μαθηταῖς. Ἐν μὲν οὖν ταῖς προηγησαμέναις ἐμφανείαις φησίν· « Οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Κύριος, καὶ οὐκ ἐν τῷ συσσεισμῷ, καὶ οὐκ ἐν τῷ πυρί· » ἐνδὲ τῇ « φωνῇ » τῇ « ὡς αὔρας λεπτῆς, » ἐπήγαγε, « Καὶ ἐκεῖ Κύριος. » Ἐν μὲν γὰρ τοῖς πατριάρχαις, καὶ τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς προφήταις ἀμυδροτέρα πως ἦν ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος· ἡ δὲ δοθεῖσα τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ λοίσθῳ καιρῷ τελεωτική. Καὶ ὥσπερ ἐν τῇ τοῦ κόσμου Γενέσει φησὶν ὁ Μωϋσῆς, ὅτι πρότερον μὲν ἡ φυτικὴ ψυχὴ κατεβλήθη ἐν τοῖς φυτοῖς, εἶτα ἐν τοῖς ἀλόγοις ἡ αἰσθητικὴ, τελευταία δ' ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἡ τελεία καὶ λογικὴ σὺν τῷ λόγῳ, καὶ τὴν φυτικὴν, καὶ τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν ἔχουσα· οὕτως ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις ἀμυδροτέρα μὲν ἐν τοῖς πατριάρχαις, ἰσχυροτέρα δὲ

[66] I Cor. x, 2, 6. [67] Ibid. 4. [68] Joan VII, 38 [69] Ibid. 39. [70] Num. XI, 17. [71] Num. XXVII, 18. [72] Jerem. 23, 29.

Francisci Scorsi notæ.

(53) *Figurabatur Spiritus sanctus.* De hac figura copiosius disseruimus hom. anteced. quæ est 39 *de Ascens.* not. 27, quam consule.

(54) *Figura erat mare*, etc. Vide eamdem notam.

(55) *Ut Theologi verbo utar.* Cum ait hic noster θεολογικῶς εἰπεῖν, non est interpretandus Ut theologice vel theologico modo loquar, ut fortasse quivis non absque commentari possit, sed hoc loquendi modo Gregor. Theologi verba citat quem κατ' ἐξοχὴν Theologum appellatum satis constat, quod et supra notavi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐν τῷ νομῷ καὶ τοῖς προφήταις, τηλαυγέστερον δὲ καὶ οἷον οὐσιωδῶς, Θεολογικῶς εἰπεῖν, ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἐξέλαμψεν. Ὡς μὲν Πνεῦμα κραταιὸν ἐξαῖρον ὄρη, τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, περὶ ὧν εἶπεν ὁ Κύριος· « Ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· Ἄρθητι, καὶ ἀρθήσεται, » δεικνὺς τὸ σεληναῖον ἐκεῖνο δαιμόνιον· ὡς δὲ συσσεισμὸς συνταράσσων καὶ κυκῶν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῷ τοῦ Εὐαγγελίου κηρύγματι, ὃ δὴ καὶ Ἀββακοὺμ προεθέσπισεν εἰπών· « Ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου ταράσσοντας ὕδατα πολλά· » ὡς δὲ πῦρ γλῶσσαι ὤφθησαν ἄρτι πυροειδεῖς. Τὸ δὲ, « φωνὴ, ὡς αὔρας λεπτῆς » οὐδ' ἐξηγήσεως, οἶμαι, δεῖται τοῖς τῇ ἱστορίᾳ προσέχουσιν. « Ἐγένετο γάρ, φησὶν, ἦχος καθάπερ φερομένης πνοῆς βιαίας. » Φωνὴ γοῦν καὶ ἦχος ταὐτόν ἐστι· πλῆξις γὰρ ἀέρος ἀμφότερα. Αὔρα δὲ καὶ πνοὴ ὁμοίως ταὐτόν. Λέγεται δὲ αὔρα ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις, ὡς ἀναψύχουσα τοὺς ἐκτακέντας τῷ φλογμῷ καὶ τῷ καύσωνι τῆς ἁμαρτίας, ὧν πρόξενος ὁ ἐναντίος γέγονεν ἥλιος, ὁ τῇ νύμφῃ τοῦ Ἄσματος προξενήσας τὴν μελανότητα, περὶ οὗ φησὶν ἡ ᾠδή· « Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε· » λεπτὴ δὲ αὔρα διὰ τὸ καθαρὸν, καὶ θεῖον, καὶ ὕλης ἀμέτοχον. Ἐπάγει γοῦν ὁ χρησμός· « Καὶ ἐκεῖ Κύριος, » ὡς χάριν παρέχων τελειωτικὴν, καὶ ὁλόκληρον, καὶ ἵνα δείξῃ τὸ Πνεῦμα καὶ Κύριον καὶ Θεόν. Ὡ, ἦχος οὖν καὶ φωνὴ, μυσταγωγεῖ τοὺς πιστεύοντας· ὡς δὲ πῦρ, καταφλέγει τῶν φωτιζομένων τὰς ἀκάνθας, ἃς ἐβλάστησεν ἡ παράβασις· τοῦτο γὰρ τὸ πῦρ ἦλθε βαλεῖν ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τῆς γῆς· ὡς δὲ πνοὴ ἀναψύχει δροσίζουσα τοὺς μετέχοντας· βιαία δὲ, ὡς τῇ καθ' ἡμῶν βίᾳ τῶν δαιμόνων ἀντιπαλαίουσα. Καὶ τάχα περὶ τῆς βιαίας ταύτης πνοῆς φησιν ὁ Δαβίδ· « Ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσείς. » Αὕτη γὰρ συντρίβει πλοῖα τὰ τοὺς φυγάδας πλωΐζοντα. Φεύγων γάρ τις προφήτης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἐζήτει πλοῖον εἰς Θαρσεῖς ναυτιλλόμενος. Ὡς λεπτὴ δὲ αὔρα λεπτοποιεῖ τὸ πάχος τῆς ἁμαρτίας νεοποιοῦσα τὸν ἀναγεννώμενον, καὶ πρὸς τὴν ἀρχῆθεν μετάγουσα ὀλβιότητα.

A apostolis effulsit. Et sane ut spiritus vehemens montes evertens, adversarias scilicet potestates, de quibus dixit Dominus : « Dicetis huic monti, Tollere, et tolletur [73], » ostendens lunaticum illud dæmonium (56); ut vero commotio universam terram Evangelica prædicatione conturbans et agitans, quod et Habacum divinitus cecinit : « Superduxisti in mare equos tuos, conturbantes aquas multas; » ut ignis vero ignitæ linguæ [74] modo apparuerunt. Quod vero etiam, « ut vox auræ tenuis, » interpretatione non indiget apud eos qui ad historiam mentem adjecerint : « Factus est enim, inquit, sonus, tanquam advenientis spiritus vehementis [75]: » vox autem, et sonus idem sunt. Ambo enim sunt
287 aeris illisio. Aura itidem et spiritus idem sunt.
B Dicitur porro aura sancti Spiritus gratia, ut quæ recreet eos qui flamma æstuque peccati contabuerant; quorum sane effector est contrarius sol, qui et nymphæ Cantici nigrorem induxit [76], de qua etiam psalmus dicit : « Per diem sol non uret te [77]. » Aura vero tenuis appellatur, eo quod pura sit et divina, et a materia omnino sejuncta. Addidit vero vaticinium, « Et ibi Dominus, » nimirum ut gratiam præbens perfectivam, et integram, et ut ostenderet Spiritum et Dominum et Deum esse. Ut sonus igitur et vox, de mysteriis fideles instituit; ut ignis vero, spinas exurit quas transgressio germinavit : hunc enim ignem venit in terram mittere Dominus [77*]; ut vero spiritus, refrigerat et irrorat eos qui ipsum
C excipiunt; vehemens autem, ut qui violentiæ dæmonum adversus nos exortæ resistat. Et fortasse de hoc spiritu vehemente loquitur David : « In spiritu vehementi conteres naves Tharsis [78]. » Hic enim conterit naves, quæ fugitivos vehunt. Fugiens enim propheta quidam a conspectu Domini quærebat navem, quæ navigaret in Tharsis. Qua vero tenuis aura est, attenuat peccati crassitiem, novum hominem reddens eum qui regeneratur, et ad pristinam felicitatem reducens.

[73] Matth. xvii, 19. [74] Habac. iii, 15. [75] Act. ii, 2. [76] Cant. i, 6. [77] Psal. cxx, 6. [77*] Luc. xii, 49. [78] Psal. xvii, 8.

Francisci Scorsi notæ.

nota 27. Est autem locus Theologi oratione quadragesima quarta quæ est *de Pentec.*, ubi cum dixisset Spiritus sancti vim trifariam, tribusque temporibus, prout eorum captus ferebat, discipulis fuisse communicatam, antequam Christus pateretur, quod in miraculis patrandis apparuit; post Resurrectionem, quod in insufflatione; ac demum post Ascensionem per linguas igneas; adjungit : Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἀμυδρῶς, τὸ δὲ δεύτερον ἐκτοπώτερον, τὸ δὲ νῦν τελεώτερον, οὐκ ἔτι ἐνεργίᾳ παρὼν, ὡς πρότερον, οὐσιωδῶς δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις συγγινόμενόν τε καὶ συμπολιτευόμενον. *Verum primum quidem obscure; secundo expressius; nunc vero perfectius, utpote qui non tam jam operatione sola præsens sit, ut prius, sed essentiali, ut sic loquar, modo adsit simulque versetur.* Ita Gregor., quod sane ita ab ipso, et ex ejus auctoritate a Theophane dictum interpretor, quod post Ascensionem Christi venisse dicitur, et descendisse Spiritus sanctus, quod in veteri lege non ita expresse legitur. Sicuti autem mitti Spiritum
D sanctum, est non solum ejus charismata in nos conferri, sed ipsum etiam substantialiter dari juxta illud Apostoli : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (*Rom.* v, 5), ut optime disserit cardinalis Bellarminus, in II Geneseos, *Controv. de Christo*, cap. 22, et Didacus Ruiz. e societate Jesu, tom. I, disput. 75: ita venire dicitur, et adesse nobis substantialiter, quod Gregor. dixit οὐσιωδῶς, itemque Noster, quam rationem et ipsemet Gregor. explicare videtur, cum ipse dicti sui rationem adnectens ait : *Nam cum Filius corpoream nobiscum consuetudinem habuisset* (omitto Græca, ne sim longior), *Spiritum quoque corporeo modo cerni conveniebat, et cum Christus ad se reversus esset, cum ad nos descendere, et quidem ita ut et tanquam Dominus veniret, et tanquam Deo nequaquam oppositus mitteretur.* Ita Gregor.

(56) *Lunaticum illud dæmonium.* Coheret sibi in ea explicatione quam tradidi Hom. xxiii, ad quam vide not. 55.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Ubi enim artificis omnium nutu producta est, et substitit humana natura, statim quadam ad ipsum Spiritum habitudine decorata est : « Insufflavit enim, inquit (57), in faciem ejus flatum vitæ [79], » qui est Spiritus sanctus. Nec enim aliter fieri poterat, ut homo sanctificaretur, et Dei esset amicus, nisi per sancti Spiritus participationem. Sed primam quidem illam gratiam hebetavit, atque confudit turbo peccati. At vero unigenitus Dei Filius homo factus, et naturam inveniens illo bono, quod a principio acceperat, jam orbatam, rursus in illud eam redintegravit ac reformavit, immittens discipulis velut a suæ plenitudinis fonte Spiritum sanctum, et per illos eum ad nos derivans. Quod enim in nobis divinam similitudinem efficit, ut eloquens Cyrillus (58) ait, est omnino sanctificatio, hoc est, participatio Filii in Spiritu sancto per quem renovamur ad eam, quæ nobis ab initio indita est, imaginem Creatoris.

Sed, o Paraclete Deus, Patri ac Filio consubstantialis, ejusdemque dignitatis, et honoris ! o Lux per te ipsum splendens ex Patris **288** luce procedens, et in Christo, qui lux est, manens, et per eum ad nos frequenter adveniens ! adsis et nobis servis tuis mystico modo, absume incentiva, et foculos passionum ; serva nostram hanc civitatem in tuo nomine gloriantem ; imple tua gratia pastorem, et gregem ; attere robur nobis infestum invisibilium inimicorum, tela eorum ignita retunde, fac ut audaces eorum impetus superemus ; sis piissimo imperatori nostro (59) propugnator contra impios Agar filios, ejus imperium in pace et tranquillitate conserva ; populum hic hodie congregatum peccatorum reatu liberum præsta, patres ac fratres nostros, qui cum pietate hanc vitam cum alia commutarunt, perpetuo gaudio dignos effice ; te enim decet omnis honor, et gloria, una cum Patre experte principii, et consubstantiali Filio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLI.

Dominica Omnium sanctorum (60).

Anni tempus ad ipsum jam nos perducit veris

Ἐπειδὴ γὰρ τῷ νεύματι τοῦ τεχνουργοῦντος παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, αὐτίκα τῇ πρὸς αὐτὸ Πνεῦμα σχέσει κατεκαλλύνετο· « Ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, » ὅπερ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐκ ἄλλως γὰρ ἦν ἐν ἁγιασμῷ εἶναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν οἰκειότητι, εἰ μὴ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετουσίᾳ κατεκαλλύνετο. Ἀλλὰ τὴν μὲν πρώτην ἐκείνην χάριν ἡ τῆς ἁμαρτίας θολότης ἀπήμβλυνε καὶ συνέχεεν· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Παῖς ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ τοῦ ἐν ἀρχαῖς ἀγαθοῦ τὴν φύσιν ἐρήμην εὑρὼν, πάλιν αὐτὴν εἰς ἐκεῖνο μετεστοιχείωσε καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ ἰδίου πληρώματος ἐνιεὶς τοῖς μαθηταῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ δι' ἐκείνων ἡμῖν αὐτὸ χορηγῶν. Τὸ γὰρ τὸν θεῖον ἡμῖν ποιοῦν ἐξεικονισμὸν, ὡς ὁ πολὺς φησι Κύριλλος, εἴη δήπου πάντως ὁ ἁγιασμὸς, τουτέστιν ἡ ἐν Πνεύματι μέθεξις τοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ καινουργούμεθα πρὸς τὸ ἀπαρχῆς ἀναστοιχειούμενοι εἰς εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος.

Ἀλλ', ὦ παράκλητε Θεὲ, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὁμοούσιε, καὶ σύνθρονε, καὶ ὁμότιμε ! ὦ φῶς αὐτολαμπὲς ἐκ φωτὸς προϊὸν τοῦ Πατρὸς, καὶ μένον ἐν φωτὶ τῷ Χριστῷ, καὶ φοιτῶν εἰς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ, πάρεσο καὶ ἡμῖν τοῖς δούλοις σου μυστικῶς, ἀποτέφρωσον τὰ φρυγανώδη τῶν παθῶν ὑπεκκαύματα· διατήρησον ταύτην ἡμῶν τὴν πόλιν τὴν ἐν τῷ σῷ καυχωμένην ὀνόματι, ἔμπλησον τῆς σῆς χάριτος καὶ ποιμένα καὶ ποίμνιον, θραῦσον τὴν καθ' ἡμῶν ἰσχὺν τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν, ἄμβλυνον αὐτῶν τὰ πεπυρωμένα βέλη, τῶν προσβολῶν τῆς αὐτῶν θρασύτητος δεῖξον ἡμᾶς νικητάς· τῷ εὐσεβεῖ ἡμῶν βασιλεῖ σύμμαχος γενοῦ κατὰ τῶν ἀθέων τῆς Ἄγαρ υἱῶν· τήρησον αὐτοῦ τὸ κράτος ἐν εἰρήνῃ καὶ γαληνότητι· τὸν ἀθροισθέντα σήμερον ἐνταῦθα λαὸν τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἐνοχῆς δεῖξον ἐλεύθερον· τοὺς ἐν εὐσεβείᾳ τὴν ἐνταῦθα ζωὴν μεταλλάξαντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν χαρᾶς ἀλήκτου ἀξίωσον· ὅτι σοι πρέπει πᾶσα τιμὴ, καὶ δόξα, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ὁμοουσίῳ Υἱῷ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΑ'.

Κυριακῇ Τῶν ἁγίων πάντων.

Ὁ μὲν καιρὸς πρὸς αὐτὸ τὸ τοῦ ἔαρος ἡμᾶς ἄγει

[79] Gen. II, 7.

Francisci Scorsi notæ.

(57) *Insufflavit enim, inquit*, etc. Qui Patres illum locum Gen. I, *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*, accipiant de Spiritu sancto communicato primo parenti simul cum ortu suo, ac præsertim ex S. Cyrillo copiose explicuimus ad hom. XXXV, not. 51, quam relege.

(58) *Ut eloquens Cyrillus.* Vide eamdem not. 51 ad hom. 35.

(59) *Piissimo imperatori nostro.* De quo imperatore hic sermo sit, et itidem de Agarenis, seu Saracenis ejus tempore Siciliam occupantibus, diximus abunde in Proœm. II, § 4, quod, si lubet, adi.

(60) *Omnium Sanctorum.* Dies dominica proxima post Dominicam Pentecostes dicata est Græcis memoriæ omnium sanctorum quod in titulo hujus hom. legitur, et in Evangelistario Græcorum, et ex ipso exordio satis affirmatur in quo de verno tempore, in quod fere semper incidit hic dies. Hujus diei mentionem facit Balsamon apud Gretserum, lib. III Comm. in Codin. *De offic.*, cap. 2 : *Monachi*, inquit, *qui suarum fundationum constitutionibus coguntur amplius jejunare, scilicet a festo Omnium SS. et a mensis Novembris 14, vel inviti coguntur sequi statuta suarum fundationum*, etc. Ad quæ addit Gretser. : *Quod dicit de festo Omnium SS. id referendum est ad jejunium ante festum omnium Apostolorum, quod Græci celebrant ultimo die Junii, cujus principium erat festum Omnium SS. quod Græci celebrant prima Dominica post Pentecostem ; cum autem Pentecoste sit festum mobile, necessario etiam festum Omnium SS. est festum mobile apud Græcos nunc in Maio, nunc in Junio occurrens. Vide Typicum Sabæ.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἀκροτελεύτιον. Ὅτε γὰρ ὁ ἥλιος θερμοτέρας ἡμῖν τὰς τῶν ἀκτίνων βολὰς ὑπαφήσι, καὶ τῶν ἀνθέων τὰ κάλλη τὸν μαρασμὸν ὑπεμφαίνουσιν, ἤδη δὲ καὶ τὰ ἡδύπνοα ἄνθη παρέρχεται· ἀλλὰ διαδέχεται τὸ τούτων κάλλος ἡ τῶν κρίνων εὐπρέπεια· δοκεῖ δέ μοι τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων ἡ τάξις τῷ καιρῷ συναρμόζεσθαι εἱρμῷ τινι, καὶ ἀκολουθίᾳ τοῖς καιροῖς τὴν διδασκαλίαν συνείρουσα· ἀμέλει τὰς θεολογικὰς τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου φωνάς, οἷά τινα πνευματικὰ ῥόδα τρυγήσαντες, ἐπὶ τὰς κρινωνιὰς τοῦ μεγάλου Ματθαίου σήμερον μεταβαίνομεν τὰ καθαρώτατα κρίνα τῶν χριστολέκτων ῥημάτων δρεψόμενοι εἰς τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ τοὺς ἀθλητὰς διεγείροντα.

extremum. Quando enim sol ferventiora nobis A radiorum spicula immittit, florum incipit pulchritudo marcescere, ac jam suaveolentes præteriere flores; sed eorum venustatem excipit liliorum decor. Ac videtur sane mihi evangelicarum lectionum ordo tempori satis accommodatus, et apta quadam serie et consecutione temporibus doctrinam adnectere. Nimirum cum Evangelii Joannis (61) de divinitate loquentis verba quasi spirituales decerpserimus rosas, hodie ad D. Matthæi lilieta progredimur ut verba Christi ad confessionem sui athletas suos hortantis quasi purissima lilia colligamus [80].

« Εἶπεν ὁ Κύριος· Ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν κἀγὼ B ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Καὶ βασιλεὺς πρὸς βάρβαρον ἔθνος καὶ παλαμναῖον παρατασσόμενος, καὶ στρατιωτικὸν ἀθροίζει κατάλογον, καὶ ὅπως χρὴ πολεμεῖν ὑποτίθεται, καὶ τὰς δωρεὰς ἐπαγγέλλεται· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός, ὁ Βασιλεὺς ἁπάσης τῆς κτίσεως, καταβαλεῖν ἐπειγόμενος τὴν καθ' ἡμῶν τυραννίδα τοῦ δαίμονος, καὶ πρὸς τὴν νοητὴν ἀλείφων παράταξιν, καὶ διδάσκων, ὅπως χρὴ τοῖς ἐναντίοις συμπλέκεσθαι, τοῖς ὅπλοις τῆς ὁμολογίας περιφράττει τὸ στράτευμα· « Πᾶς ὅστις ὁμολογήσει, λέγων, ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν κἀγώ. » Οὐκ ἀρκοῦμαι, φησὶ, τῇ κατὰ διάνοιαν πίστει, ἀλλὰ βούλομαι συμφωνεῖν τοῖς λόγοις τῇ τῆς ψυχῆς ἐλευθερίᾳ. C Κοβάλων γὰρ καὶ φενάκων ἀνδρῶν ἕτερα μὲν κρύπτειν ἐν ταῖς φρεσὶ, τἀναντία δὲ τῇ γλώττῃ λαλεῖν. Τῶν δὲ τῆς ἐλευθερίας ἀρχομένων γνώρισμα τὸ παῤῥησιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν. « Ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. » Οὐ δέχομαι δειλοὺς στρατιώτας τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν ψευδομένους τοῖς ῥήμασιν· ὅσοι ποθοῦσι τῶν ἐμῶν γερῶν μετασχεῖν, λαμπρᾶς ὁμολογίαις τὴν δεσποτείαν τὴν ἑαυτῶν κηρυττέτωσαν, ἵν' οὕτως ἀνδρεῖον ἐνδειξάμενοι τῆς ὁμολογίας τὸ φρόνημα, λαμπρᾶς καὶ τῆς ἀμοιβῆς ἐπιτύχοιεν. Τίς δὲ αὕτη; « Ὁμολογήσω αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. »

« Dixit Dominus : Quicunque confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. » Rex quidem adversus barbaram gentem et conscleratam comparans bellum cogit et conscribit exercitum, et rationem pugnandi proponit, et donaria pollicetur ; ita etiam Christus Dei Filius Rex universi tyrannidem diaboli nobis infestam delere maturans, et quasi ad spirituale certamen ungens (62) **289** et instruens quomodo manum cum hoste conserere oporteat, confessionis armis suas copias munit, dicens : « Omnis quicunque confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum. » Non sat, inquit, habeo mentis fidem, sed animi libertati consona etiam verba volo. Loquacium enim et impostorum hominum est, alia clausa in pectore, alia in lingua habere prompta. Eorum vero, qui liberi esse cœperunt, velut insigne quoddam est veritatem libere profiteri. « Quicunque confitebitur me coram hominibus. » Non probo meticulosos milites, fidemque quam mihi servare debent, verbis prodentes ; quotquot meorum præmiorum compotes fieri cupiunt, illustri confessione Dominum prædicent suum, ut ita cum magnanimos in me confitendo spiritus ostenderint, præclaram etiam remunerationem obtineant. Quæ vero hæc ? « Confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. »

Ἀλλὰ μὴ παραδράμωμεν τὴν ἐν τῷ ῥητῷ φιλοσο-

Sed ne prætereamus latentem in hoc dicto do-

[80] Matth. x, 32 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(61) *Evangelii Joannis.* Quæ pertinent ad hanc ἀκολουθίαν Evangeliorum dicta sunt ab ipso auctore hom. quæ est ordine quinta, et ibi aliquid forsasse adnotavimus.

(62) *Ungens.* Sanctos supra in exordii fine athletas vocaverat ; nunc cum ungendi verbo utitur, alludere videtur ad morem quo athletæ luctaturi prius ungebantur : unde ἀλεῖπται vocati, qui ad id ministerii addicti erant, a quibus M. Tullius similitudinem petiit, *Epist. fam.*, lib. I : *Sed vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam ut aliptæ virium et coloris rationem habere voluissent.* Ex quo loco colligas quod et notavit Paulus Manutius, hoc nomen attributum omnibus, qui exercitationibus gymnicis athletarum præerant, quos γυμναστὰς vocabant ; unde et γυμνασιάρχης, qui toti gymnasio præfectus erat ; ad hos etiam athletarum unctio pertinebat ; atque adeo a parte muneris tanquam a præcipua ἀλεῖπται nominati. Atque hæc ampla significatio convenit relato Ciceronis loco : aliptæ enim proprie sumpti virium quidem non tamen coloris habere rationem ungendo poterant : poterant vero γυμνασταὶ præscripta ratione victus, et exercitationum corporis. Utitur etiam eo vocabulo Aristot., lib. II *Moral.* Commode porro hac allusione usus est noster in re et pugna spirituali ; quandoquidem gratia sancti Spiritus unctio dicitur I Joan., c. II : *Sed vos unctionem habetis a Sancto.* Et itidem infra.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

etrinam, qua per unam voculam de altissimo dogmate edocemur. Quorsum enim non dixit, Quicunque ὁμολογήσει με, *confitebitur me*, sed Quicunque ὁμολογήσει ἐν ἐμοί, *confitebitur in me* (63)? Sane nihil eorum, quæ præclara sunt, recte facere, non adjuvante divini auxilii virtute, possumus. Quoniam igitur et fidei confessio divinum quoddam est bonum, ne quis cum Christum coram regibus et tyrannis confessus fuerit, egregium hoc factum sibi tribueret : « Quicunque, ait, confitebitur in me, » significans, non propria virtute, sed gratia cœlesti adjutum libertatem in confitendo (64) præ se tulisse, « confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. » O felix promissio ! o divina atque admirabilis remuneratio ! Quis tam dignus reperiri queat, quem Dominus coram Patre suo confiteatur? Considera porro, quo pacto Christus hac promissione imbecillitatem naturæ confirmet. Quoniam enim excitata a tyrannis contra fideles persecutio cum multa sensui aspera acerbaque contineret, plerosque mortalium reddere segniores poterat; ideo ut ad confessionem vim et animos infirmioribus injiceret, ostendit, qualis futurus sit certaminis finis : ut profecto hac bona spe confirmati temporarium cruciamentorum sensum facile superarent. Ideo martyres omnia tormentorum genera, ut quæ **290** occasiones et adjumenta ad promissum hoc gaudium assequendum essent, tam prompto animo susceperunt ignem, gladios, rotam, cætera luxandorum artuum instrumenta (65), rogos, bestias, barathra, in frigore conglaciari (66), denudari ossa, dentes evelli, cruci suffigi, contabescere fame, oculos erui, membra concidi, lapidari : ut etiam pro tortoribus ipsis orarent, et homicidis actionem rependerent gratiarum. Etenim magnus

A φίαν, ἐν μικρῷ ῥήματι ὑψηλὸν ἡμᾶς δόγμα διδάσκουσαν. Διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπεν· Ὅστις ὁμολογήσει με, ἀλλ' · « Ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοί; » Ἐπειδὴ οὐδέν τι τῶν ἀγαθῶν κατορθῶσαι δυνάμεθα, μὴ συνεργοῦσαν ἔχοντες τῆς θείας συμμαχίας τὴν δύναμιν. Ἐπεὶ γοῦν καὶ ἡ τῆς πίστεως ὁμολογία θεῖόν ἐστιν ἀγαθόν, ἵνα μή τις, ὁμολογῶν τὸν Χριστὸν ἐνώπιον βασιλέων καὶ τυράννων, ἴδιον ἡγήσαιτο κατόρθωμα · « Ὅστις, φησὶν, ὁμολογήσει ἐν ἐμοί, » δεικνύων, ὡς οὐ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν χάριτι βοηθούμενος τὴν ὁμολογίαν παρρησιάζεται, « ὁμολογήσω αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Ὦ μακαρίας ἐπαγγελίας ! ὦ θείας καὶ θαυμαστῆς ἀμοιβῆς ! Τίς οὗτος ἄξιος εὑρεθείη
B ὁμολογηθῆναι παρὰ τοῦ Δεσπότου ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός ; Ἄθρει δὲ, ὅπως ὁ Κύριος διὰ ταύτης τῆς ἐπαγγελίας τὸ σαθρὸν ὑπερείδει τῆς φύσεως. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ παρὰ τῶν τυράννων τοῖς πιστοῖς ἐπαγόμενος διωγμὸς πολὺ τὸ ἀλγεινὸν ἔχων κατὰ τὴν αἴσθησιν ὄκνον ἔμελλε τοῖς πολλοῖς ἐμποιεῖν, διὰ τοῦτο τοὺς ἀσθενεστέρους ἐνισχύων πρὸς τὴν ὁμολογίαν, δείκνυσιν οἷόν ἐστι τῆς ἀγωνίας τὸ πέρας ὡς ἂν τῇ ἀγαθῇ ταύτῃ ἐλπίδι ἐπερειδόμενοι τὴν πρόσκαιρον τῶν ἀλγεινῶν αἴσθησιν εὐκόλως καταπαλαίσωσι. Διὰ τοῦτο εἰ μάρτυρες πᾶν κολαστήριον εἶδος ὡς ἀφορμὴν καὶ συνεργείαν τῆς ἐπηγγελμένης ταύτης χαρᾶς ἑτοίμως ἐδέξαντο τὸ πῦρ, τὸ ξίφος, τὸν τροχὸν,
C τὰ ἀρθρέμβολα, τὰς ἐσχάρας, τὰ Θηρία, τὰ βάραθρα, τὰς ἐν κρυμῷ πήξεις, τὰς τῶν ὀστέων ἀποσαρκώσεις, τὰς τῶν ὀδόντων ἐκριζώσεις, τὰς ἐν σταυρῷ προσηλώσεις, τὰς ἐκ τοῦ λιμοῦ τηκεδόνας, τὰς τῶν ὀμμάτων ἀποβολὰς, τὰς τῶν μελῶν ἐκκοπὰς, τὰς ἐκ τῶν λίθων βολὰς, ὡς καὶ τῶν κολαζόντων ἐπεύχεσθαι, καὶ τοὺς μιαιφονοῦντας εὐλογίαις ἀμείβεσθαι. Ὁ γὰρ δὴ μέγας Στέφανος τὰς ἀλλεπαλλήλους νιφά-

Francisci Scorsi notæ.

(63) *Confitebitur in me.* Sic habet textus Græcus S. Matth. cap. x : Ὁμολογήσει ἐν ἐμοί. In quo considerationem suam piam et veram Theophanes statuit ; sed de ea lectione et expositione illius loci vide Maldonat. et alios interpretes.

(64) *Libertatem in confitendo.* In uno exemp. deest ὁμολογίαν, sed solum habet βοηθούμενος παῤῥησιάζεται.

(65) *Luxandorum artuum instrumenta.* Gregor. Nazianz. orat. 22, quæ est de SS. Machabæis, et simili coacervatione verborum, seu potius cruciamentorum, quam figuram rhetorici Græci σωρὸν appellant, et hac peculiari nomine ἀρθρέμβολα utitur, ut illum locum præ oculis habuisse noster hic imitator Gregorii videatur ; sic enim ibi Gregor. : Ἦν οὐδὲν ἔκαμψεν, οὐδὲ ἐμαλάκισεν, οὐδὲ ἀτολμοτέραν ἐποίησεν · οὐκ ἀρθρέμβολα προτεινόμενα, οὐ τροχοὶ προβαλλόμενοι, οὐ τροχαντῆρες, etc. : *Cujus animi robur atque constantiam nihil flectere, aut emollire, aut debilitare potuit : non instrumenta luxandis artubus accommodata, quæ in medium proferebantur, non rotæ, quæ proponebantur*, etc. Hujusmodi innumera ibi congerit eloquentissimus Greg. ; sed ἀρθρέμβολα quæ sint, describit utrumque Phavorinus : Ἀθρέμβολα ὄργανα τιμωρητικὰ, ἄρθροις, ὡς ἔοικεν, ἐμβαλλόμενα, καὶ διασπῶντα, καὶ πλήττοντα, οἶμαι ὅτι ἀρθρέμβολα δεῖ γράφειν. Hoc est. Ἀθρέμβολα *sunt instrumenta cruciamentorum artubus*, ut videtur, *injecta eosque distrahentia, et percutientia ; reor autem oportere scribi* ἀρθρέμβολα. Ita sane requirit etymon.

(66) *In frigore conglaciari.* Ἐν κρυμῷ πήξεις. In altero exemplari legitur : Ἐν κρημῷ πήξεις ; sed facilis fuit permutatio litterarum. Suspicabar forte significari per hæc, in sartagine colliquari, sed vocem κρημός non reperio ab ullo Græcorum usurpatam, et ne Græco barbaro quidem. Composita vero tota hæc periodus τοῖς ὁμοιοτελεύτοις et ὁμοιοπτώτοις plane oratorie, quæ sane in Græcis venustate non carent. Sed haud scio an mutatione dialecti æque placeant. Paulo infra omissa fuerant illa τὰς ἐκ τοῦ λιμοῦ τηκεδόνας, *fame contabescere*, atque ut per hanc occasionem omnes codicum varietates colligam, quæ paucæ sunt, et suis locis excidérunt, in initio omissa fuerant illa cod. Panorm. : Ὅτε γὰρ ὁ ἥλιος θερμοτέρας ἡμῖν τὰς τῶν ἀκτίνων βολὰς ἐπαφίησι. Et infra, ubi legitur πρὸς τοὺς φύντας, corrigendum πρὸς τοὺς παῖδας τῶν φύντων, ita requirente sensu, ut patet legenti, et pro ἄφικτον lege ἄφυκτον ; et κατὰ Μωσέα τὰ ὀπίσθια βλέπειν ἦγουν prætermissum fuerat, ubi solum legitur, Καὶ ὁ ἀκολουθῶν. Et post ὀπλίζεσθαι, supplevi τοὺς νέους διδάσκουσιν εὐζώνως, ἔπειτα φέρεσθαι, etc. Et ubi κτίσιν legendum κτῆσιν· quæ omnia ex Gall. restituta in Panorm.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δας τῶν λίθων δεχόμενος, μὴ στῆναι τὴν ἁμαρτίαν τοῖς λιθολευστοῦσιν ἐπηύχετο, καὶ ὁμολογήσας ἐνώπιον τοῦ συνεδρίου τὸν Ἰησοῦν, εἶδεν αὐτὸν προφανῶς ἀνθομολογοῦντα τὸν ἀθλητὴν ἐνώπιον τοῦ Πατρός. « Εἶδε γὰρ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγότας, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ » διὰ τῆς στάσεως τῶν ἀγωνιζομένων τὴν νίκην βραβεύοντα· καὶ οἱ ἀπόστολοι τυπτηθέντες ἐξῆλθον, φησὶ, χαίροντες ἐκ τοῦ συνεδρίου, « Ὅτι ἠξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀτιμασθῆναι. »

« Ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Σκόπει δὴ ὅπως ἐν μὲν τῷ ὁμολογῆσαι, εἴθηκε τό· « Ἐν ἐμοί· » ἐν δὲ τῷ ἀρνήσασθαι οὐχ οὕτως, ἀλλ'· « Ὅστις ἀρνήσεταί με. » Διὰ τί; Ἡ μὲν ὁμολογία οὐκ ἄνευ γίνεται τῆς θείας ῥοπῆς· οὐδὲ γὰρ τῶν εὐκόλων ἐστὶ, μᾶλλον δὲ καὶ καθάπαξ ἀδύνατον τῷ μὴ τῶν κατὰ τὴν ζωὴν ταύτην ἡδέων προτιμήσαντι τὰ μὴ φαινόμενα· τὸ δέ γε ἀρνήσασθαι ἐκ τῆς ἡμῶν ῥᾳθυμίας καὶ τῆς τῶν μελλόντων ἀνελπιστίας γίνεται. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ μέγα τὸ ἔπαθλον, καὶ κρεῖττον οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, οὕτως ἐνταῦθα φοβερὰ ἡ ἀπειλὴ, καὶ φρίκης ἀνάπλεως· τί γὰρ ἂν γένοιτο φρικωδέστερον τοῦ ἀρνηθῆναι ὑπὸ Χριστοῦ, καὶ ἀκοῦσαι· « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς; » Τί δὲ ἡ τοῦ οὐρανοῦ προσθήκη βούλεται, ἀρκούντως ἴσως τοῦ· « Ὁμολογήσω αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου; » Εἴθιστο τῷ Σωτῆρι περὶ τοῦ Πατρὸς ἐκδιδάσκοντι προστιθέναι τῷ λόγῳ· « Τὸν οὐράνιον. » Καὶ γὰρ καὶ ὁπόταν παραινῇ μὴ καταφρονεῖν τῶν δοκούντων εἶναι μικρῶν· « Οἱ ἄγγελοι, φησὶ, διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· » καί· « Γίνεσθε τέλειοι, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ἡμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι. » Καὶ ὅτε μὴ ἀκαίροις μερίμναις ἐνασχολεῖσθαι νουθετεῖ, ἐπάγει λέγων, ὡς « Οἶδεν ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὧν χρείαν ἔχετε· » καί· « Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα πάντες οἱ θεωροῦντες ὑμᾶς δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ διδάσκων τοὺς μαθητὰς, ὅπως χρὴ προσεύχεσθαι, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα τῆς προσευχῆς προοίμιον τίθησι. Τί οὖν βουλόμενος τοῦτο ποιεῖ; Ὧ; μὲν δοκεῖ τισι τῶν ἐξηγητῶν, ἐπειδὴ Θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ οὐρανὸς, οὕτω λεγούσης τῆς θείας Γραφῆς· « Ὁ οὐρανός μοι Θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον· » καί· « Μὴ ὀμνύετε εἰς τὸν οὐρανὸν, ὅτι Θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· » διὰ τοῦτο μνημονεύων τοῦ Πατρὸς, προστίθησι καὶ τὸν περιβόητον Θρόνον ἐν ᾧ ἐνιδρύσθαι λέγεται· καὶ διὰ τοῦ οὐρανοῦ τὰς ἐν αὐτῷ πυρσοφαεῖς οὐσίας τῶν Σεραφὶμ αἰνιττόμενος. Καὶ ἔστι μὲν ἴσως οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοῦ προσήκοντος ἡ τοιαύτη διάνοια. Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ οὐ τὸ στοιχεῖον τοῦ

A ille Stephanus alios super alios lapides quasi ingruentem nivis imbrem excipiens, ne id peccato lapidantibus statueretur, oravit [81]; et cum in conspectu concilii Jesum confessus esset, vidit ipsum aperte coram Patre de athleta suo testimonium vicissim dantem : « Vidit enim cœlos apertos, et Filium Dei stantem [82], » victoriæ præmia decernere bellatoribus; et apostoli verberibus cæsi exibant, inquit, gaudentes ex concilio, « quoniam digni habiti sunt pro nomine ejus contumeliam pati [83]. »

« Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. » Considera uti cum de confitendo loqueretur, posuit : « In me; » cum vero de negando, non item; B sed « Qui negaverit me. » Qua de causa? Nimirum quia confessio sine divino impulsu non fit; neque enim res est ex iis quæ faciles factu sunt, sed quæ prorsus fieri non potest, nisi quis hujusce vitæ oblectamentis invisibilia bona præponat : negatio vero ex nostra socordia nascitur, et ex eo quod futurorum bonorum spe fulti non sumus. Sed sicut ibi præmium redditur magnum et quo nihil sit melius reperire, ita hic terribiles minæ et horroris plenæ. Quid enim horribilius, quam a Christo negari et audire, « Non novi vos [84]? » Quid vero sibi vult adjectio cœli? cum fortasse satis futurum fuisset dicere : « Confitebor et ego eum coram Patre meo. » Familiare Salvatori fuit, cum de Patre loqueretur, addere, « Qui in cœlis est. « Etenim cum admoneret, ne contemnerentur ii qui pusilli videntur : C « Angeli, inquit, semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est [85]; » et : « Estote perfecti, sicut et Pater meus cœlestis perfectus est [86]. » Et cum nos item hortatur, ne supervacuis curis occupemur, adjungit hæc : « Scit enim Pater vester cœlestis, quia his omnibus indigetis [87]; » et : « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut omnes, qui vident vos, **291** glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est [88]. » Et discipulos formam orationis docens, Patrem qui in cœlis est, proœmium orationis facit [89]. Qua igitur mente hoc facit? Sane, ut nonnullis interpretum placet, quoniam cœlum thronus est Dei, sic testante Scriptura divina : « Cœlum thronus D meus; terra autem suppedaneum [90]; » et : « Non jurate per cœlum, quia thronus Dei est : » ideo mentionem de Patre faciens thronum etiam illum percelebrem addit, in quo dicitur considere. Et cœli quidem nomine quasi in ænigmate Seraphim naturas flammarum instar ardentes involvit : atque hic sane intellectus fortassis a scopo proposito non aberrat. Sed mihi videtur Evangelium [91] de hoc cœli elemento (67) non quasi de aliquo secreto Dei do-

[81] Act. VII, 56—59. [82] Ibid. 55. [83] Act. V, 41. [84] Matth. XXIV, 13. [85] Matth. XVIII, 10. [86] Matth. V, 48. [87] Matth. VI, 32. [88] Matth. V, 16. [89] Matth. VI, 9. [90] Isa. LXVI, 1. [91] Matth. V, 3.

Francisci Scorsi notæ.

(67) *De hoc cœli elemento.* Cœlum vocat elementum, quod et supra adnotavimus hom. 17, not. 93. Porro cum addit καθάπερ τι κεχωρισμένον ἐκδιαίτημα τοῦ Θεοῦ, hoc Theophanes dicit : cœlum non ita esse Dei domicilium accipiendum, quasi sit aliquid disjunctum et secretum ab universo, cum universum ipse pæneque impleat, et contineat, quod fortasse rudioribus, ad quos instruendos

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

micilio loqui, propterea quod adæque in rebus omnibus Deus est, et per omnes res creatas eodem modo pervadit. Atque hoc manifeste psalmi prophetia declarat : « Si ascendero in cœlum, tu illic es ; si descendero in infernum, ades : si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero ad extremum maris, illic tenebit me dextera tua [91]. » Scire igitur oportet, non esse cœli habitationem (68) Deo per excellentiam separatam a cæteris ; sed quoniam superna illa sedes pura est ab omni malitia, infima vero hæc, et lutulenta vita passionum effœtricium malorum operum plena, ideo quoties cœli mentionem facit, beatam illam vitam omni passione vacuam atque ab omni malo puram intelligit.

« Qui amat patrem, et matrem plusquam me, non est me dignus. » Non prohibet amorem erga parentes Dominus : qui enim hoc, cum jam inde in veteri lege statim post charitatem in Deum, præcipiat amorem in genitores ? Sed quoniam natura tyrannicum quiddam et violentum habet, ne charitatem Deo debitam præ affectu parentum negligeremus, hæc dixit : Parentes sane diligere necessarium est, cum et hoc in rationis expertibus animantibus (69) doceat ipsa natura : verumtamen eorum amor amori in Deum non est præponendus. Adverte vero quo pacto non dixerit : Qui Patrem, aut matrem charitate, sed qui amore (70) prosequitur. Charitas enim perfecta cum sit, difficulter ab hominibus vulgo recte exerceri potest : at vero amor facile et recte exhiberi. Hac voce audita Thecla matrem Theocliam pro Christo **292** odio habens Paulum secuta est ; et Barbara Dei illecta desiderio patris gladio cæsa. Quoniam vero soli litteræ inhærere (72) non convenit (angustæ enim, nec satis doctæ mentis hoc est), ad altiorem sensum traducenda oratio.

[91] Psal. cxxxviii, 8, 9.

A οὐρανοῦ καθάπερ τι κεχωρισμένον ἐκδιαίτημα τοῦ Θεοῦ λέγειν τὸ Εὐαγγέλιον, διότι κατὰ τὸ ἴσον ἐν πᾶσι τὸ θεῖόν ἐστι, καὶ διὰ πάσης ὡσαύτως διήκει τῆς κτίσεως. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡ ψαλμικὴ προφητεία παρίστησιν· « Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, κἀκεῖ με καθέξει ἡ δεξιά σου. » Ἔστι τοίνυν μαθεῖν, ὡς οὐκ ἀφώρισται τῷ Θεῷ κατ' ἐξαίρετον ἡ οὐράνιος οἴκησις· ἀλλ' ἐπειδὴ καθαρεύει κακίας ἁπάσης ἡ ἄνωθεν λῆξις, ἡ δὲ κάτω καὶ ὑλωδεστέρα ζωὴ πεπλήρωται τῶν κατὰ κακίαν ἐνεργουμένων παθῶν, διὰ τοῦτο, ὁπηνίκα τοῦ οὐρανοῦ μνήμην ποιεῖται, τὴν ἀπαθῆ ζωὴν νοεῖν δίδωσι, καὶ παντὸς κακοῦ καθαρεύουσαν.

B « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Οὐ τὴν πρὸς τοὺς τεκόντας φιλίαν ἀπείργει ὁ Κύριος· πῶς γὰρ ὁ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ νομοθεσίᾳ μετὰ τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην τὴν εἰς τοὺς τεκόντας στοργὴν τάξας εὐθύς ; Ἀλλ' ἐπειδὴ τυραννικόν ἡ φύσις, καὶ βίαιον, ἵνα μὴ τῇ πρὸς τοὺς φύντας διαθέσει τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης καταφρονήσωμεν, ταῦτά φησι· Φιλεῖν μὲν γὰρ τοὺς τεκόντας ἐπάναγκες, τοῦτο διδασκούσης κἀν τοῖς ἀλόγοις τῆς φύσεως· οὐ μὴν τὴν εἰς αὐτοὺς στοργὴν τῆς πρὸς Θεὸν τιθέναι ἐπίπροσθεν. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπεν· Ὁ ἀγαπῶν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλ' « Ὁ φιλῶν. » Ἡ γὰρ ἀγάπη τελεία οὖσα δυσχερής ἐστι τοῖς πολλοῖς εἰς κατόρθωσιν· ἡ δὲ φιλία ῥᾳδία καὶ εὐκατόρθωτος. C Ταύτης τῆς φωνῆς ἀκούσασα Θέκλα τὴν μητέρα Θεοκλείαν διὰ Χριστὸν ἀποστέρξασα τῷ Παύλῳ κατηκολούθησε, καὶ Βαρβάρα ξίφει τέμνεται πατρικῷ τῷ πόθῳ θελχθεῖσα τῷ θεϊκῷ. Ἐπειδὴ οὐ χρὴ μόνῳ προσανέχειν τῷ γράμματι (μικροπρεπὲς γὰρ τοῦτο καὶ ἀμαθέστατον), πρὸς ὑψηλότερον νοῦν ἀνακτέον τὸν λόγον.

Francisci Scorsi notæ.

sermo auctoris dirigitur, videri possit, cum cœlum audiunt esse Dei sedem. Cæterum propria quadam ratione cœlum ut domum attribui Deo, in quo ab angelis et sanctis videtur, et collaudatur, non excludit hoc dicto ; nam in plerisque aliis harum homiliarum id asserit locis.

(68) *Non esse cœli habitationem.* Κεχωρισμένην, scilicet separatam ab aliis sensu jam proxime explicato n. VIII, in nota superiori.

(69) *In rationis expertibus animantibus.* Seneca cap. 29 : *Feræ fœtus suos diligunt, quorum concitatus est amor, et fere rabidus.* Plin. de leæna : *Cum pro catulis feta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expavescat.* Oppianus in Venat. ex versione Joan. Bodini :

Jam vero natos insano lynces amore
Deperiunt ; torvusque leo, pantheraque sæva,
Et pardi virides, tigrisque volatilis usque.

Plura leges apud alios : est enim locus communis de animantium amore.

(70) *Charitate, sed qui amore.* Discrimen hic auctor agnoscit inter ἀγάπην et φιλίαν. Quæ nos vertimus quam potuimus accommodate ad Græca, charitatem, et amorem. Quale autem sit discrimen non solum inter ipsas voces, sed inter res significatas, explicat auctor plenius hom. 37, ad quam vide not. nostram, ubi copiosius de hoc discrimine. Atque ex hoc loco maxime confirmatur nostra explicatio ibi posita ; nam hic ἀγάπην charitatem vult esse perfectum quemdam et gravem affectum, sive habitum amoris, φιλίαν vero amorem, vel amicitiam inchoatam, et vulgarem, quæque in plerisque facile reperiatur.

(71) *Thecla.* Et de hac sancta inter mulieres protomartyre disseruimus ad hom. 31, not. 7, ubi adnotavimus ex Baronio in not. ad. Martyrol. non omnia, quæ dicuntur de S. Thecla esse censenda apocrypha ; quorum primum est, quod a S. Pauli prædicatione conversa ad Christum fuerit ; ejus matris nomen, quod hic Theophanes afferri habetur in *Menæis Græcorum*, Septemb. 24 : Αὕτη γέγονεν ἐκ πόλεως Ἰκονίου μητρὸς Θεοκλείας. *Hæc ex civitate Iconii, et matre Theoclia nata est.* Et paulo infra : Περιφρονήσασα δὲ πυρὸς ἐν ᾧ ἐβλήθη, καὶ μητρὸς, καὶ μνηστῆρος τῷ Παύλῳ ἠκολούθησε. *Contemptis autem igne in quem conjecta fuit, et matre, et sponso, Paulum secuta est.*

(72) *Soli litteræ inhærere.* Posito litterali sensu tanquam fundamento omnis rectæ doctrinæ, quæ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Πατὴρ τῶν σαρκωδεστέρων ὁ κόσμος οὗτός ἐστι· μήτηρ δὲ τούτων ἡ αἴσθησις, σύνοικος οὖσα τοῦ κόσμου, καὶ συγγενής. Οὔτε οὖν τὸν κόσμον, οὔτε τὴν αἰσθητὴν ταύτην ζωὴν ὑπὲρ τὸν Θεὸν στέργειν ἐνδέχοιντο ἄν, ἀλλὰ σπεύδειν τῇ προαιρέσει τῆς τούτων συγγενείας ἀποφοιτᾷν, καὶ μετ' ἐκείνων τετάχθαι, « Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν, » οἷς ὁ Κύριος λέγει· « Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· » οὐχ ὅτι οὐκ ἦσαν ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ὅτι, τὸν κόσμον τὸν σαρκικὸν πατέρα φυγόντες, τῷ ἀληθινῷ Πατρὶ ᾠκειώθησαν. « Καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Ἐπειδὴ ἡ πρὸς τοὺς παῖδας τῶν φύντων στοργὴ βιαιοτέρα δοκεῖ τῶν παίδων πρὸς τοὺς γεννήσαντας· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ νόμος δείκνυσι, τιμᾷν μὲν τοῖς τέκνοις τοὺς γονεῖς ἐντελλόμενος, τοῖς δὲ γεγεννηκόσιν οὐκ ἐπιτάττων τὰ τέκνα φιλεῖν, ὡς τὴν ἄφυκτον ταύτην ἀνάγκην αὐτοῖς ἐπιτιθείσης τῆς φύσεως. Διὰ τοῦτο ἀπὸ ῥᾳδιωτέρου ἀρξάμενος μέτεισι λοιπὸν εἰς τὸ δοκοῦν δυσχερέστερον. Πλὴν οὐδ' ἐνταῦθα εἶπεν, Ὁ ἀγαπῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα, ἀλλ', « Ὁ φιλῶν· » ὁ γὰρ τῶν τέκνων πόθος φιλία, οὐκ ἀγάπη ἐστίν. Εἰ γὰρ ἦν ἀγάπη, δυσαπόσπαστος ἦν, καὶ λυθῆναι ἀδύνατος· « Ἡ γὰρ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει, » φησὶν ὁ Ἀπό-

A Pater eorum, qui desideriis carnis magis dediti sunt, mundus hic est; et eorumdem mater est sensus, qui cum mundo consuetudinem habet, eique, cognatione quadam conjunctus est. Nec mundum igitur, nec vitam hanc sensibilem supra Deum diligere contingat, sed studere potius par est electione voluntatis ab hac cognatione recedere et aggregari cum illis, « Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, neque et voluntate viri, sed ex Deo nati sunt [93]; » quibus Dominus dixit: « Vos de hoc mundo non estis [94], » non quod ex mundo non essent, sed quod mundum tanquam patrem carnalem fugientes, vero Patri se astrinxerunt: « Et qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus. » Quoniam parentum amor in filios vehementior videtur esse, quam filiorum in parentes: B hoc enim et lex ostendit, quæ filiis quidem præcipit ut honorem habeant genitoribus, non vero genitoribus ut amore filios prosequantur, quippe cum hanc ineluctabilem necessitatem (73) imposuerit illis ipsa natura; ideo a faciliore initium sumens, ad id quod difficilius videtur, gradum facit. Sed vero neque hoc loco dixit, Qui charitate, sed, Qui amore filium filiamque prosequitur. Affectus enim filiorum, amor quidam est, non charitas (74): si

[93] Joan. I, 13. [94] Joan. XV, 9.

Francisci Scorsi notæ.

ex sacris Scripturis accipitur, ad sensus mysticos eas transferre convenit, quod ab omnibus SS. C Patribus, tum Græcis, tum Latinis factitatum videmus, id faciendum hoc loco Theophanes etiam præcepit cum ait: Οὐ χρὴ μόνῳ προσανέχειν τῷ γράμματι· *Non soli litteræ convenit mentem advertere.* Attendendus est sane primum litteralis sensus, deinde elevanda mens ad mysticos, seu allegoricos, seu anagogicos: hæ enim sunt partes mysticæ doctrinæ, de quibus lege præsertim Alfonsum Salmeronem soc. nostræ, tom. I *in Evang.*, qui prolegomena continet: vide et a nobis plura adnotata infra ad hom. 14, not. 24.

(73) *Ineluctabilem necessitatem.* S. Cyrillus in Oseam vocat ἄμαχον φιλοστοργίαν; agens enim de malis, quæ in Hierosolym. obsidione inflicta sunt, ...καὶ φιλοστοργίας, inquit, ἀμάχου ῥᾳθυμεῖν αὐτὰς ἀναγκάζοντος τοῦ λιμοῦ, ut etiam amorem in filios alioqui inexpugnabilem præ fame contempserint.

(74) *Amor quidam est, non charitas.* Vide quæ diximus superiore not. 70, ad hanc hom., et not. 3, hom. 37, quibus addenda adhuc pauca ad præsentem locum explicandum. Comparat enim hic Theophanes affectum vehementem parentum in filios cum charitate, atque illum φιλίαν vocat, hanc ἀγάπην. At per hæc nomina, ut copiosius ostendimus hom. illa citata, intelligit hic auctor aliquid in amore, vel amicitia imperfectius, quod φιλίαν, et perfectum in eodem genere, quod ἀγάπην nominat. Amor igitur parentum in liberos potest duplici ratione considerari: vel qua est naturalis quædam propensio in liberos a natura profecta, quæ etiam in animantibus rationis expertibus inest, vel qua est etiam a ratione præscriptus et ordinatus: primus ille per hunc auctorem φιλία *amor*, hic ἀγάπη *charitas* dicitur, eoque δυσαπόσπαστος καὶ λυθῆναι ἀδύνατος, quæ scilicet distrahi ac dissolvi non possit. Amor enim [illegible] potest vehementius ferri, quam par est, et impedire quominus, vel Dei mandata, vel etiam consilia sequamur: atque eatenus divellendus et abjiciendus, ut a sanctis viris et martyribus perfectum videmus. At vero ille, qui juxta rationis præscriptum est, et honestus, quique Dei non repugnat obsequio, retinendus, nec unquam eximendus, quod ex duplici Evangeliorum loco intelligitur: *Qui amat filios aut filias plus quam me, non est me dignus; et qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus* (*Matth.* x, 37): cum tamen in Decalogo præcipiatur amari et coli parentes. Atque hujuscemodi amorem honestum gravissimo nomine charitatem appellat etiam Cicero, *De amicitia*, ubi duos amores comparans, quos distinximus, sic ait: *Quod quidem quale sit etiam in bestiis quibusdam animadverti potest; quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus, et ab eis ita amantur, ut facile eorum appareat sensus, quod in homine multo est evidentius; primum ex ea charitate, quæ est inter natos et parentes, quæ dirimi, nisi detestabili scelere non potest.* Hæc D Cicero, ex quo vides amorem vocari bestiarum in fetus suos, quem quidem charitatem nemo recte appellarit, atque hoc modo distinguit φιλίαν et ἀγάπην hic auctor. Quod porro subdit ex Apostolo, ad I Cor. XIII: *Charitas nunquam excidit*, potest itidem accommodari ad eam charitatem modo explicatam: talis enim ea est ut nunquam, quantum est ex natura sua, amitti vel eximi jure debeat: sic enim etiam hunc Apostoli locum explicat sanctus Augustinus, lib. *De natura et gratia*, cap. 14, et omnes communiter intellectum de charitate supernaturali: talem nimirum eam esse, ut quantum est ex natura sua nunquam excidat, licet in hac vita possit ex voluntatis libertate rejici, cum tamen spes et fides ex natura sua abolendæ sint in altera vita: unde consequenter ait Theophanes de charitate illa honesta, quæ eximi recte non potest, non esse præceptum a Domino, ut evellatur, sed potius amorem illum priorem immode-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

enim charitas esset, distrahi ac dissolvi non posset : « Charitas enim nunquam excidit, » ait Apostolus [95], neque vero quæ fieri non possunt, Dominus juberet : « Si quis, inquit, venit ad me et non odit patrem suum aut matrem suam, non potest meus esse discipulus. » Sed amor charitatis quidem inchoamentum est quoddam et quasi fundamentum : charitas vero appellari nequaquam potest. Quare negotio aliquo, et cupiditate vehementiore trahente amorem solvi contingit. Sed juxta anagogicum sensum, per filium et filiam intelligi possit quæ ex concupiscibili et irascibili animæ parte soboles mala pregignitur ; et hæc sane Christi charitati præferenda non est.

A στολος · οὐδ' ἂν ὁ Σωτὴρ ἐνομοθέτει ἀδύνατα · « Εἴ τις ἔρχεται πρός με, λέγων, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. » Ἀλλ' ἡ φιλία ἀγάπης μὲν ἐστιν ἀρχὴ, καὶ οἷον κρηπίς · ἀγάπη δὲ οὐκ ἂν λέγοιτο. Ὅθεν ζῆλοῦσθαι ταύτην συμβαίνει πράγματός τινος, ἢ σφοδροτέρου πόθου ὑφέλκοντος. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον νοεῖτο ἂν υἱὸς ἢ θυγάτηρ τὰ ἐκ τοῦ θυμοειδοῦς καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς τικτόμενα φαῦλα γεννήματα. Ταῦτα γοῦν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγάπης οὐ χρὴ προτιμᾶν.

« Et qui non tollit crucem suam, et venit post me, non est me dignus. » Quid sit crucem tollere, quidve Christum sequi, alibi a **293** nobis fusius B dissertum est. Nunc vero tantum dixisse sit satis crucem appellari voluntariam carnis appetitionem, et mortem Christi causa susceptam ; sequi vero ipsum esse vitæ rationem, quam ipse factus homo in terra tenuit, quantum fas est homini imitari.

« Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Τί μέν ἐστι τὸ λαβεῖν τὸν σταυρὸν, καὶ τί τὸ ἀκολουθῆσαι Χριστῷ, ἐν ἄλλοις ἡμῖν πλατύτερον εἴρηται · νῦν δὲ τοσοῦτον ἔστιν εἰπεῖν, ὡς σταυρὸν μὲν λέγει τῶν τῆς σαρκὸς θελημάτων τὴν ἑκούσιον νέκρωσιν, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον · τὸ δὲ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ τὸ τὴν ἐκείνου πολιτείαν, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ, μιμήσασθαι, ὃς ἐπολιτεύσατο ἐπὶ τῆς γῆς γενόμενος ἄνθρωπος.

« Respondens autem Petrus dixit ei : Domine, ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis ? » Hic aliqui inani quodam impetu ductum autumant discipulorum coryphæum (75), ut hoc diceret, scurrilitatem potius quamdam, quam veritatem sectantes. Aiunt enim vana ostentatione jactasse Petrum reliquisse se omnia, et secutum esse Christum ; quid enim reliC quit, qui pauper et piscator erat ? Quis vero piscatore pauperior ? nisi quis forte lacera obtendat retia, quæ resarciebat is, qui unde pararet alia non habebat ; hæc aliqui dixerunt veritatem minime attendentes. Oportebat enim considerare in retibus ipsis, et navi, quæ reliquit, omnes illi positas tuendæ vitæ rationes. Et sane exiguæ opes, atque ac multæ animi affectum in pauperibus retinent. Sed et discipulorum alii pecunias etiam contempserunt : Matthæus enim simul ac Christum sequi decrevit, ex telonio surgens non lucra modo reliquit, sed et pericula neglexit (76), quæ a publicorum vectiga-

« Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ· Κύριε, ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι, τί ἄρα ἔσται ἡμῖν ; » Ἐνταῦθά τινες πολλὴν τὴν καταφορὰν τοῦ κορυφαίου ἐποιήσαντο, εὐτραπελίᾳ πλέον ἢ ἀληθείᾳ στοιχήσαντες. Φασὶ γὰρ, ὡς μάτην ὁ Πέτρος κομπολογεῖ, ὡς ἀφεὶς πάντα, καὶ ἀκολουθήσας Χριστῷ. Τί γὰρ καὶ κατέλειψε πένης τυγχάνων, καὶ ἁλιεύς ; ἁλιέως δὲ τίς ἂν εἴη πενέστερος ; εἰ μή τις φαίη τὰ διερρωγότα τῶν δικτύων τεμάχια, ἃ δὴ συνέρραπτεν, ὡς μὴ ἔχων πόθεν πορίσαιτο ἕτερα. Ταῦτα εἰπόν τινες τἀληθὲς οὐ περισκεψάμενοι. Ἐχρῆν γὰρ συνιδεῖν, ὡς αὐτὰ τὰ δίκτυα καὶ τὸ πλοῖον, ἃ δὴ κατέλιπε, πᾶσα ἦν αὐτῷ τοῦ βίου ἀφορμή · καὶ τὰ ὀλίγα γοῦν τῶν χρημάτων τὴν ἴσην τοῖς πολλοῖς προσπάθειαν ἐν τοῖς πένησιν ἔχουσιν. Ἄλλοι δὲ τῶν μαθητῶν καὶ χρημάτων ὑπερόπται γεγόνασι. Ματθαῖος γὰρ ἅμα τῷ ἀκολουθῆσαι τοῦ τελωνίου ἐξαναστὰς οὐ τὰ κέρδη μόνον κατέλιπεν, ἀλλὰ καὶ τῶν κινδύνων ὑπερεῖδεν, οἱ ἐπακολουθεῖν αὐτῷ ἔμελλον παρὰ τῶν εἰσπραττόν-

[95] I Cor. XIII, 8.

Francisci Scorsi notæ.

ratum, cum ait : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, aut matrem suam, non potest meus esse discipulus* (*Luc.* XIV, 26). *Neque enim*, inquit, *quod fieri non potest* (non potest autem ex usu communi loquendi, idem est, atque non debet) *præciperet Dominus*. Demum adjungit φιλίαν amorem esse inchoamentum quoddam, et quasi fundamentum charitatis τῆς ἀγάπης, nimirum, quia amor ille naturalis et imperfectus perfici potest et dirigi a ratione, ut charitas fiat et dicatur. Atque hactenus mihi videor ex hac distinctione amoris naturalis et humani inter φιλίαν et ἀγάπην congruenter, et consentaneæ explicuisse omnem hunc tractum homiliæ, et singulas propositiones quas habet circa φιλίαν *amorem*, et ἀγάπην *charitatem* ; nam si quis velit ea explicare de ipso amore naturali, comparato ad charitatem supernaturalem, D difficilius id, atque haud scio, an consequentius in omnibus facere possit : remitto tamen suum cuique judicium et explicationem, si quis magis honeam commentus fuerit.

(75) *Discipulorum coryphæum*. Adjunge hunc locum iis quæ diximus adversus hæreticos et schismaticos Græcos de primatu S. Petri ad hom. 57, not. 68.

(76) *Sed et pericula neglexit*. Idem observavit Chrysost. hom. in hoc Evang. : *Matthæus*, inquit, *ab ipso telonio surrexit, et Christum secutus est, non solum lucris relictis, sed etiam contemptis periculis, quæ ei a magistratu imminebant, quod imperfectas telonii rationes reliquisset*. Idem et Xiphilinus Patr. Constant. in hom. quæ exstat tom. II *de cruce*, apud Gretserum.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τῶν τὰ δημόσια. Ἄλλως τε οὐ χρημάτων μόνον ἀφέντες οἱ μαθηταὶ, ἀλλὰ καὶ σαρκὸς ἡδονὰς, καὶ συγγενείας σωματικὰς, καὶ συνήθεις ἑταιρείας, καὶ βίου ἔθη, καὶ ὅτα μαχόμενά ἐστι πρὸς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀκρίβειαν. Οὕτω γοῦν Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης ἀκούσαντες, « Ἀκολουθεῖτέ μοι, » οὐ τὸ πλοῖον μόνον, καὶ ἃ κατήρτιζον δίκτυα, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα Ζεβεδαῖον καταλελοίπασι. Παῦλος δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ αὐτὰ τὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα, οἷς ἀρχῆθεν συνέζησε, διὰ Χριστὸν ἡγήσατο σκύβαλα. A

lium exactoribus illi imminebant. Præterea etiam non pecunias modo discipuli repudiarunt, sed etiam carnis voluptates et cognationes, et amicorum consuetudines, et vitæ suæ mores, et quotquot summæ perfectioni evangelicæ repugnabant. Sic quippe Jacobus et Joannes, ubi audierunt vocem illam, « Sequimini me [96], » non navim modo, et quæ reficiebant retia, sed et patrem Zebedæum deseruerunt. Paulus vero præter alia omnia, ipsas etiam legis observationes, quibus a principio, ac per totam deinceps assueverat vitam, propter Christum arbitratus est stercora [97].

« Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. » Ἐπειδὴ κοινῇ πᾶσι τοῖς μαθηταῖς διελέγετο, συνῆν δὲ τούτοις καὶ ὁ κλεπτίστατος μαθητὴς, διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν « Οἱ ἀκολουθοῦντές μοι, » ἀλλ' *Οἱ ἀκολουθήσαντές μοι*, οἱ τὸ ἀκολουθεῖν μέχρι τέλους τηρήσαντες. Ἤδει γὰρ, ἤδει, ὡς ὁ Ἰούδας μικρὸν ὅσον ἀφεὶς τὸ ἀκολουθεῖν τὴν ἐναντίαν τραπήσεται, καὶ δι' ὧν φανερῶς ποιήσει σημανεῖ τῆς ψυχῆς τὴν ἐναντιότητα. Ὡς γὰρ φιλῆσαι ἠθέλησε τοῦ διδασκάλου τὸ πρόσωπον, τὸ ἀκολουθεῖν ἀπηνήνατο. Ὁ γὰρ τὸ πρόσωπον φιλῶν οὐκ ἀκολουθεῖ, ἀλλ' ἀντιπρόσωπον ἵσταται. Ὃ γοῦν πεποίηκεν αἰσθητῶς, τοῦτο πέπονθε νοητῶς, ἀντὶ τοῦ ἀκολουθεῖν τῷ διδασκάλῳ διὰ μιμήσεως ἐναντιωθεὶς διὰ τῆς φαυλότητος. Διὸ καὶ τῆς διπλῆς ζωῆς ἀπεστερήθη ἀγχόνῃ ἀποφθαρείς, καὶ εἰκότως· « Οὐδεὶς γὰρ ὄψεται τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ ζήσεται, » καθὼς τῷ Μωϋσεῖ κεχρημάτισται· τουτέστιν, Οὐδεὶς ἐναντιωθεὶς τῷ Θεῷ τὴν ἀληθῆ ζήσει ζωὴν, ἀλλ' ὁ κατὰ Μωϋσέα τὰ ὀπίσθια βλέπων, ἤγουν ἀκολουθῶν. « Ὑμεῖς οὖν, φησὶν, οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, » καὶ τὴν ἐμὴν πολιτείαν, ὡς ἐφικτὸν μιμησάμενοι, τοῦτο τὸ γέρας κομίσεσθε ἐν τῇ κοινῇ ἀναστάσει, ἣν παλιγγενεσίαν ἐκάλεσεν, ὡς αὖθις ἀναγεννῶσαν ἡμᾶς, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον μετάγουσαν, ὅπηνίκα ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθίσῃ οὐκ ἐν εὐτελείᾳ καὶ σχήματι ταπεινῷ, καθὼς ὁρᾶταί νῦν, ἀλλ' ἐν ἀπροσίτῳ δόξῃ καὶ θεϊκῇ, καθιεῖσθε καὶ ὑμεῖς ἐν ἰσαρίθμοις θρόνοις τὰς Ἰσραηλιτικὰς φυλὰς κρίνοντες. Ταυτὶ δὲ τὰ ῥητὰ διπλῆν ὠδίνει τὴν ζήτησιν· μίαν μὲν, εἰ ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ Χριστοῦ καθεῖταί τις ἕτερος μετ' αὐτοῦ· ἑτέραν δὲ, πῶς τῆς κρίσεως δοθείσης τῷ Υἱῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐν τοῖς ἀποστόλοις τὸ κρίνειν μετατεθήσεται; « Ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, φησὶν ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ τὴν κρίσιν B C D

294 *perseveraveritis* (77). Sciebat enim, profecto sciebat futurum ut Judas paulo post a sequendo desisteret, et contrariam iniret viam, et per id quod palam gesturus erat, aversum animum suum significaret. Qua enim Magistri faciem osculari voluit, sequi recusavit. Qui enim osculum ori fert, non pone sequitur, sed contra faciem adstat. Quod igitur opere ipso sensibus patente patravit, hoc etiam intus in animo fecisse intelligitur, nimirum ut per iniquitatem adversarius Domino evaserit, qui per imitationem illum sequi debebat. Unde et laqueo peremptus duplicem vitam amisit, et merito quidem suo: « Nemo enim faciem Dei videbit, et vivet, » juxta oraculum Moysi datum [98], hoc est, Nemo qui contra Deum adstat, veram vivet vitam, sed qui juxta Moysem posteriora videt, hoc est sequitur: « Vos igitur, inquit, qui secuti eritis me, » et vitæ meæ rationem, quantum consequi pro facultate poteritis, imitati, præmium feretis in omnium hominum resurrectione, quam regenerationem appellat, utpote quæ nos denuo gignat, et in antiquum restituat statum, quando sederit Filius hominis, non in vulgari et humili hoc habitu, in quo nunc apparet, sed in majestate inaccessa atque divina, sedebitis et vos Israeliticas tribus duodecim judicantes in totidem thronis. Duplicem porro hæc verba dubitationem pariunt: alteram quidem, utrum in secundo adventu Christi sit sessurus cum illo quispiam; alteram vero, quomodo cum judicium a Patre datum sit

[96] Matth. IV, 22. [97] Philipp. III, 8. [98] Exod. XXXIII, 20.

Francisci Scorsi notæ.

(77) *Qui in me sequendo perseveraveritis.* Hujus sententiæ vis elicitur ab auctore a Græco οἱ ἀκολουθήσαντες quod tempus est ἀόριστον et pro præterito sæpe sumitur: adeoque a nostro interprete redditum est, *Qui secuti estis me*; sed reddit accommodate potest, *Qui secuti feritis me*, quod nos majoris explicationis gratia diximus. *Qui in me sequendo perseveraveritis.* Hic etiam advertendum est partem hujus Evangelii, quod Theophanes exponit per hanc Dominicam esse desumptam ex cap. XIX, S. Matthæi, nec cohærere cum superioribus, quæ sunt apud ipsum Matth. cap. X, sed Græci Evangelii lectiones quibus in liturgiis utuntur ex variis quandoque figmentis componunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Filio, in apostolos transferenda sit judicandi potestas. Dicimus igitur ex ipsa Evangelii doctrina id colligentes, neminem in judicio cum Christo sessurum. Atque hoc in ipsa narratione eorum quæ judicii tempore facienda sunt, ostenditur : « Separabit enim, inquit, ab invicem, et statuet oves quidem a dextris, hædos autem a sinistris [99]. Quis vero cum statuendas audiat oves, sedem mente concipiat? sed sedes et sessio (78) promissa discipulis præcellentem quemdam honorem symbolice signant. Per ea scilicet, quæ apud nos honorifica sunt, consuevit divina Scriptura quæ supra nos, quæque futura sunt, repræsentare. Quod vero judicaturos ait, non significat eos laturos esse sententiam (79), sed quasi condemnaturos. Etenim ipsi cum etiam homines essent, eo gloriæ pervenerunt, ut lucis **295** consortes appellarentur : illi vero oculos animi sponte claudentes intelligibilis Solis radios excipere noluerunt. Familiare porro Scripturæ est, judicium pro condemnatione ponere, ut : « Nolite judicare, ut non judicemini [1] » et : « Si nos ipsos dijudicaremus, non utique judicaremur, [2] » et : « In quo judicio judicaveritis, judicabimini [3]. » Illis enim in locis ostenditur condemnandos a Deo, qui condemnaverint peccatorem.

A πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ. Φαμὲν οὖν στοχαζόμενοι ἐξ αὐτῶν τῶν εὐαγγελικῶν, ὡς οὐδεὶς καθιεῖται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοῦτο ἐν τῷ κατὰ τὴν κρίσιν δέδειχται διηγήματι. « Ἀφοριεῖ γάρ, φησίν, ἀπ' ἀλλήλων, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. » Τίς δὲ ἀκούων τὸ, « στήσει αὐτὰ, » καθέδραν ὑπονοήσειεν; ἀλλ' οἱ θρόνοι, καὶ ἡ ἐν τούτοις ἐνίδρυσις, ἣν τοῖς φοιτηταῖς ἐπαγγέλλεται, ὑπερβαλλούσης τιμῆς ἐστι σύμβολον. Ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γὰρ τιμίων εἴωθεν ἡ Γραφὴ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ τὰ μέλλοντα παριστᾷν. Τὸ δὲ « Κρίνοντες » οὐ δηλοῖ τὸ Δικάσαντες, ἀλλ' οἷονεὶ Κατακρίνοντες. Ἄνθρωποι γὰρ τυγχάνοντες καὶ αὐτοὶ, εἰς τοσαύτην ἐπεφθάκεισαν δόξαν τοῦ φωτὸς ὀπαδοὶ χρηματίσαντες · ἐκεῖνοι δὲ μύσαντες B ἑκοντὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς, οὐκ ἠβουλήθησαν τοῦ νοητοῦ Ἡλίου τὰς ἀκτῖνας εἰσδέξασθαι. Τέτριπται δὲ ἐν τῇ τῆς Γραφῆς συνηθείᾳ κρίσιν λέγεσθαι τὴν κατάκρισιν, ὡς τό· « Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε · » καί· « Εἰ αὐτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα · » καί· « Ἐν ᾧ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε. » Κἀκεῖσε γὰρ τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐνέφηνε κατάκρισιν ἐκ τοῦ κατακρίνειν τὸν ἁμαρτάνοντα.

« Et quicunque reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. » Considera mihi, et admirare ordinem doctrinæ evangelicæ. Quasi enim per scalam nos manuducens ab inferioribus evehit ad superiora; seu potius, ut qui rei militaris præcepta tradunt, prius quidem succingi aptarique sibi arma, tirones docent : deinde in iis tractandis concinne moveri, dextere agiliterque vibrare cuspidem, et scopum scite ferire : ac postremo præmiorum cupiditate illectos vitam etiam ipsam parvipendere, et gene-

« Καὶ ὃς τις ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγρὸν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. » Σκόπει μοι τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τὴν τάξιν, καὶ θαύμασον. Ὥσπερ γὰρ διὰ κλίμακος ἡμᾶς χειραγωγεῖ ἀπὸ τῶν χθαμαλωτέρων εἰς τὸ ὕψος ἀνάγουσα · μᾶλλον δὲ καθάπερ οἱ τὰ τακτικὰ ἐκπαιδεύοντες πρῶτον μὲν ὁπλίζεσθαι τοὺς νέους διδάσκουσιν εὐζώνως, ἔπειτα φέρεσθαι πρὸς τὴν κίνησιν τῶν ὅπλων εὐρύθμως, τινάσσοντες τὴν αἰχμὴν λίαν εὐστρόφως, καὶ κατὰ σκοπὸν βάλλειν εὐστόχως · καὶ τέλος τῇ τῶν ἐπάθλων ἐπιθυμίᾳ καὶ αὐτῆς ἀλογῆσαι

[99] Matth. xxv, 3. [1] Matth. vii, 1. [2] I Cor. xi, 31. [3] Matth. vii, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(78) *Sedes et sessio*, etc. Habet hoc idem hic Pater hom. 24, ad quam lege quod notavimus.

(79) *Laturos esse sententiam.* Explicatio allata ab hoc Patre ad propositam ab ipso quæstionem, an ita supremo judicio omnes simul cum Christo sancti sint judicaturi, melius intelligitur ex distinctione Græcorum verborum κρίνειν et κατακρίνειν, quæ nos utcunque reddidimus *judicare*, et *condemnare*; ac primum quidem signat exercere judicium, seu ferre sententiam; secundum suffragari sententiæ latæ, seu illam approbare : primum ait esse Christi tanquam legitimi et supremi Judicis : secundum sanctorum, qui comparatione sui alios dignos esse æternos supplicio existimabunt, adeoque juste damnatos a Christo, quandoquidem eadem cum esset omnium conditio, eademque in omnibus potestas et libertas ad obediendum divinæ legi, ea sancti homines bene, improbi male usi fuerint : ita Suarez, tom. II, in part. III, S. Thom. cujus hæc verba rem omnem expediunt : *Munus judicandi non attribuitur sanctis cum ea proprietate, quæ Christo. Judicare enim* (atque hoc est δικάσαι, et κρίνειν apud Theophanem) *proprie dicit actum jurisdictionis, et superioris potestatis; hæc autem jurisdictio quæ ad ultimum judicium animarum soli Christo communicata est. Proprium ergo judicium, ut actum jurisdictionis significat, soli Christo convenit, neque ulli sanctorum communicatur. Attribuitur ergo sanctis hoc judicium solum secundum quamdam participationem alicujus honoris, vel actionis ad judicium pertinentis. Ac primo valde improprie, ac metaphorice solum comparatione quadam, qua justi dicuntur judicare peccatores, quia suis factis et vita ostendunt illos esse pœna dignos, quia similia operari potuerunt, et neglexerunt. Et in hunc fere modum exponunt loca Scripturæ multi Patres : Hieronym. et clarius Chrysost. hom. 46, in Matth.; Auctor imperfecti, hom. 33 in Matth.; Theophyl. Matth. xix; Euthym. cap. 10 in Matth.; Theod. I ad Cor. vi. Nec dissentit August. lib. xx De civit.* Atque his suffragatur noster hic Pater, duos alios modos, quibus attribuitur judicandi munus, et quidem magis proprie, leges apud ipsum eodem loco, et Cornelium, et Jansenium.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τῆς ζωῆς, καὶ γενναίῳ ὁρμήματι χωρῆσαι πρὸς τὸν ἀντίπαλον· οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ πρότερον μὲν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὁμολογίαν ἀπήτησεν, εἶτα τῆς τῶν τεκόντων καὶ τῶν τέκνων στοργῆς τὴν εἰς αὐτὸν φιλίαν προυργιαίτερον τίθεσθαι· ἐντεῦθεν ἀνάγει τὸν ἀκροατὴν πρὸς τὸ τελειότερον, τὸ πάντα τὰ τῇδε καταπτύσαι, καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ χωρήσαντα προθύμως πρὸς τὸν ἐπονείδιστον θάνατον. Τοιτοις δ' ἐγείρων τῶν ἀκουόντων τὸ φρόνημα εὐαγγελίζεται τὴν ἀντίδοσιν, ἑκατονταπλασίονα λήψεσθαι λέγων τὸν δι' αὐτὸν παρωσάμενον τὴν παροῦσαν κτῆσίν τε καὶ συγγένειαν.

Ἀλλ' ἐνταῦθα πάλιν ἡ βδελυρὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ γλῶττα, ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον, ψαλμικῶς εἰπεῖν, τέθηκται, τὰ συνήθη τῆς ἑαυτῆς ἀθυροστομίας ὅπλα κινήσασα· διαγελᾷ τὸ ῥῆμα, καὶ κωμῳδεῖ τὸ ἐπάγγελμα, καί· Εἰ τοῦτο, φησὶν, ἀληθὲς, οἱ πιστεύσαντες τῷ Ἰησοῦ, καὶ τὰς σφῶν συνοικούσας παρωσάμενοι, δι' αὐτὸν, ἑκατὸν ἀντὶ μιᾶς ἆρα λήψαιντο. Ἐχρῆν μὲν οὖν ἴσως ὡς κυνὸς ὐλακὴν παραδραμεῖν τὸ ληρώδημα. Ἀλλ' ἵνα μὴ τοὺς ἀφελεστέρους παρασύρῃ τὸ σόφισμα, φαμὲν, ὡς οὐ τῶν αὐτῶν εἰδῶν ἀντίδοσιν ἐπαγγέλλεται, οὐδὲ γυναῖκας καὶ ἀγροὺς εἶπεν ἀντιπαρέξειν αὐτοῖς, ἀλλ' ἀντὶ τῶν ῥεόντων τὰ μένοντα, ἀντὶ τῶν αἰσθητῶν τὰ νοούμενα, τὰ ὑπὲρ ὀφθαλμὸν, καὶ ἀκοὴν, καὶ διάνοιαν. Ἄλλως τε κἂν τῷ παρόντι βίῳ τοῖς ἀποστόλοις πολλαὶ τῶν εὐσεβῶν γυναικῶν διηκόνησαν, περὶ ἐνδυμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων κηδόμεναι. Μίαν δὲ οἰκίαν ὁ Πέτρος ἀφεὶς ἐν τῇ Βηθσαϊδᾷ πολλῶν ἑτέρων οἰκιῶν γέγονε κάτοικος· ἐν γῇ μὲν ἔτι περιπολῶν, καὶ κηρύττων τὸ Εὐαγγέλιον ὑπὸ τῶν πιστῶν ξενιζόμενος, νῦν δὲ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ναοὺς ἔχων τῷ ἐκείνου κεκλημένους ὀνόματι. Καλὸν δὲ κἀκεῖνο ὑποσημήνασθαι, ὡς ὀκτώ εἰσι τὰ πρόσωπα, καὶ πράγματα ὧν ἀποφοιτᾶν κελευόμεθα· οἰκίαι, ἀδελφοὶ, ἀδελφαὶ, πατὴρ, μήτηρ, γυνὴ, τέκνα, καὶ ἀγροί. Ἀντὶ τούτων οὖν τῶν εἰς ὀκτὼ διαιρουμένων ἀντιπαρέχειν ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο κατὰ τὴν ὀγδόην τὴν μέλλουσαν τὰ ἑστῶτα, καὶ μένοντα, ὧν δηλωτικὸς ὁ ὄγδοος ἀριθμὸς κύβος ὤν, ὡς φασι, πρῶτος, καὶ τοῦ πρώτου τετραγώνου διπλάσιος, καὶ σημαίνων τὸ μόνιμον, καὶ δυσκίνητον

roso impetu hostem invadere: ita etiam Salvator prius quidem, ut ipsum coram hominibus confiteremur, deinde ut parentum, et filiorum affectu ipsius amicitiam præstabiliorem judicaremus, requisivit: tum ad perfectiora auditorem promovet, hoc est ad omnia præsentis vitæ bona despicienda, et ad sequendum ipsum, ac probrosam etiam mortem prompto animo subeundam. Atque ad hæc erigens audientium spiritus, remunerationem prædicit, centuplum scilicet accepturum eum, qui ejus causa præsentium bonorum possessionem cognationemque dimiserit.

Verum hic rursus detestabilis Juliani (80) lingua, veluti novacula acuta, ut illud Psalmi usurpem, acuitur, et consueta arma suæ dicacitatis intentat. Deridet hoc dictum, taxatque comico more promissionem, et: Si hoc verum est, inquit, igitur qui Jesu crediderint, et uxores suas ejus causa repudiarint, pro una centum habere possunt. Sed fortasse satius fuerat irrisionem hanc quasi canis prætereire latratum. Sed ne eo sophismate simpliciores in errorem trahantur, dicimus non esse ex rebus ejusdem speciei remunerationem, neque uxores, aut agros se redditurum esse Dominum dixisse, sed **296** stabilia pro fluxis, intelligibilia pro sensibilibus, eaque quæ oculorum et auditus, et mentis captum excedunt. Præterea vero etiam in præsenti vita multæ piarum mulierum apostolis famulatæ sunt, et ipsius etiam vestimenti, et aliorum ad vitam necessariorum subsidia procurarunt. Una Petrus in Bethsaida domo relicta, multas alias ad habitandum habuit. Et quidem dum versaretur in terris, et Evangelium prædicaret, a fidelibus hospitio exceptus est; nunc vero etiam per omnem terrarum orbem multa habens templa suo nomini dedicata. Sed et illud insinuare non injucundum erit personas et res, a quibus jubemur excedere, octonario numero contineri, domum, fratres, sorores, patrem, matrem, uxorem, filios, agros. Pro his igitur in hoc numero distributis in futura illa octava, stabilia ac permanentia redditurum se Dominus pollicetur, quæ sane signat ipse numerus octonarius, qui primus est cubus (81), ut aiunt, et primi tetragoni

Francisci Scorsi notæ.

(80) *Detestabilis Juliani.* Non exstant quatuor libri, quos Julianus Apostata adversus Evangelia in ipsa Persica expeditione scripsit, sed felici sane interitu abolita sunt; de quo egi hom. 5, not. 2. Sed apud Baronium tom. IV, ad ann. 362, exstat ipsius Juliani scomma in evangelicam paupertatem. Cum enim Edessenos Christianos ob delictum commissum multandos pecunia statuisset, *quod ipsis, inquit, a lege admirabili* (sic ironice Evangelium appellat) *imperatum est, quo facilius in regnum cœlorum veniant, nos ad id hominibus opem tulimus, eorumque pecunias omnes ab Edessenorum Ecclesia tolli jussimus, ut militi dividandur, et facultates, ut nostris privatis attribuantur; quo illi pauperes facti sapiant; neque regno cœlesti, quod nunc etiam sperant, priventur.* Hæc Juliani dicacitas, hi mordaces sales, et alii hujusmodi adversus quos noster sapienter et pie linguam et stylum suum exacuit, ut videre est multis in hisce sermonibus, et animadversum a nobis in superioribus.

(81) *Qui primus est cubus.* Octonarium numerum esse cubum, et esse primum ostenditur ex XIX definitione, lib. VII Euclidis ubi definitur cubus, Κύβος ὁ ἰσάκις ἴσος· *Isάκις ἢ ὑπὸ τριῶν ἴσων ἀριθμῶν περιεχόμενος· Qui est æqualiter æqualis æqualiter, vel qui sub tribus æqualibus numeris continetur*, hoc est explicatore Christophoro Clavio, *cujus unitates in longum, latum atque profundum dispositæ cubum geometricum referunt, ita ut omnes ejus dimensiones, nimirum longitudo, latitudo, et altitudo, sive profunditas, æquales sint, vel qui ex multiplicatione mutua trium æqualium numerorum inter se producitur.* Ita porro se habet octonarius, qui sub æqualibus numeris 2, 2, et 2 continetur; hi enim dispositi in longum, latum, et profundum, geometricum referunt cubum, cujus longitudo, latitudo, profun

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

duplum, atque ita futurorum præmiorum stabilitatem immobilitatemque significans. Hac igitur tam suavi promissione suffulti, ne gravate feramus, charissimi, si hujusce mundi delectationibus Christi causa privemur, centuplum et vitam æternam recepturos nos sperantes, gratia magni Dei et Patris, et Filii ejus unigeniti, et Salvatoris nostri Jesu Christi, et ipsius adorandi Spiritus, increatæ et incomprehensibilis Trinitatis, cui debetur gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A τῶν αἰωνίων ἀμοιβῶν. Μὴ οὖν ἀχθεσθῶμεν, ἀγαπητοὶ, διὰ τὸν Χριστὸν τῶν τοῦ κόσμου ἡδέων ἀποστερούμενοι ταύτῃ τῇ γλυκείᾳ ἐπαγγελίᾳ ἐπερειδόμενοι, καὶ προσδοκῶντες ἑκατονταπλασίονα λήψεσθαι, καὶ ζωὴν αἰώνιον χάριτι τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ προσκυνητοῦ αὐτοῦ Πνεύματος, τῆς ἀκτίστου καὶ ἀχωρίστου Τριάδος, ᾗ πρέπει δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

HOMILIA XLII.

In illa verba : « Lucerna corporis est oculus. »

Gratus debitor, etiamsi nulla ei exhibeatur a creditore molestia, tamen a conscientia stimulatus de debito cogitat, solutionemque maturat. Ego igitur etiam debitum soluturus venio, cujus solvendi jam præteriit dies. Quamobrem evangelicæ lucernæ lumine illustratis animis doctrinam Domini audiamus.

« Dixit Dominus parabolam hanc : Lucerna corporis est oculus [a]. » Ab iis quæ sub sensum cadunt, ad ea quæ intelligentia **297** comprehenduntur nos Salvator attollens, sapienter omnino parvis et aspectabilibus sublimiora inserit, ut, siquidem difficile videatur in primo se offerente sensu, per speculationem pervadens mens in sententiæ penetralia introducatur. Quod hic etiam reperire est : nam cum de statu animæ conveniente disserere vellet, ab exemplo corporis sumpsit exordium : « Lucerna corporis est oculus. » Per translationem oculum lucernam appellat : nam et natura ipsa in superiori corporis parte tanquam super candelabrum oculos collocavit, et ita instituit, ut essent corpori duces viæ, et illud recte gubernarent. Præterea oculus sensuum sortitus est principatum (82) ; nam alii sensuum, et tempore et loco indigent, ut sua objecta percipiant ; oculus vero momento temporis res aspectabiles apprehendit. Verumtamen non agit de fabricatione oculi, qui videtur in corpore, sequens enim dictum prohibet, quominus videndi instrumentum intelligamus ; ait enim :

ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζοντα· *qui ad substantiam nostram sit satis.* Et congruit cum Suida qui ἐπιούσιον explicat ἐπὶ τὴν ἡμῶν οὐσίαν καὶ τροφὴν ἐπαρκοῦντα. Sed ego verti, ut a vetere auctore Vulgatæ nostræ editionis vertitur; neque ulla visa est causa, cur ab ea recepta interpretatione dissiderem; idipsum enim significat hic Pater, quod illis verbis Christi docentis orare significatur. Cæterum illa difficultas hujus verbi, quod a duplici trahi potest origine, nimirum ab οὐσία, quod *substantiam*, sive *essentiam* valet, ex qua S. Hieronymus τὸ ἐπιούσιον vertit, *supersubstantialem*, et alii *consubstantialem*, quasi sit idem ac ὁμοούσιον, vel a participio ἰοῦσα quod est ab ἔρχομαι et ἐπιέναι, et *advenire*, et *instare* significat, unde ἐπιούσιον ita derivatur, sicuti ἐπιοῦσα, cum dicitur a Græcis scriptoribus ἐπιοῦσα ἡμέρα *adveniens instat dies*, adeoque ἐπιούσιος ἄρτος idem sit, ac *quotidianus*, *hodiernus*, quem petimus pro adveniente die, et instante prandio, vel cœna, quod mihi magis probatur, et quo defenditur nostra versio; hæc, inquam, difficultas non est propria hujus loci, sed illius cap. v Matth. ad quam magis expediendam videndi interpretes Maldonatus, Cornelius et alii.

(96) *Ex caprinis pellibus*, etc. In cod. Panorm. scriptum est Οὐχὶ ἐξ αἰγείων καὶ κωδίων μηλωτὴ τιμιωτέρα, tanquam essent duo distincta caprina pellis et coria; sed error deprehenditur ex recta scriptura Vat. c. quam edidimus Οὐχ ἡ ἐξ αἰγείων κωδίων μηλωτὴ, neque enim vel duplex erat Eliæ vestis, vel ex duabus contexta materiis. Melote porro quanquam ex sua origine vestem ex ovilla pelle signet, μῆλον enim est *ovis*, tamen etiam de quacunque accipitur. Unde etiam de caprina accepit Cassianus, lib. I, cap. 8: *Ultimus est habitus eorum pellis caprina, quæ melote vel pera appellatur, et baculus, quæ gestant ad imitationem eorum, qui professionis hujus præfiguravere lineas in Veteri Testamento. De quibus Apostolus:* « *Circuierunt in melotis; in pellibus caprinis, egentes, angustiati* (*Hebr.* xi, 37,), etc. Διφθέραν etiam eam appellatam apud Sozomenum, lib. III, cap. 13, notat Lacerda *Advers. sacr.* c. 16, apud quem plura leges.

(97) *Purpureum conchylii colorem.* Ita interpretatus sum hæc Græca τῆς πορφυρᾶς τὸ ἁλουργὲς, ne eadem verba inepte geminarem, si verbum verbo reddidissem, *purpureum purpuræ colorem;* et sane in Græcanicis vocibus talis inest differentia, ut recte in illa lingua explicari possit: nam ἁλουργὲς idem quidem est ac πορφυροῦν, hoc est, *purpureum;* sed πορφυρᾶ, et πορφύρα quiddam differunt, primum enim *purpurea* adjective; at πορφύρα significat *conchylium marinum*, ex cujus sanguine purpureus color inficitur, quem signavit hic auctor cum πορφύρας dixit τὸ ἁλουργές. Porro autem quod τὸ ἁλουργὲς sit color infectus ex concha marina, quæ purpura vocatur, patet ex ipsa origine nominis; est enim ἁλουργὲς dictum παρὰ τὸ ἁλὸς καὶ ἔργον, quod maris sit opus. De purpura vero hæc habe ex Plinio, cap. 36, lib. IX: *Cum vita succum emittit, et ideo vivas capere oportet; hinc purpureus color dicitur, qui nigricantis rosæ spendore sublucet, cæterorum omnium gratissimus, et tingendis vestibus maxime expetitus.* Subtilius discrimen inter πορφυρίδα, φοινικίδα, et ἁλουργίδα affert ex Adriano Junio, Joan. Lacerda, in *Georg.*, ubi ἁλουργὲς quo de agimus vult esse glaucinum, id est, referentem cæruleum colorem, qualis est maris, et huc trahit originationem ἀπὸ τοῦ ἁλός. Sed quod a nobis dictum est, firmatur ab usu Plutarchi, qui frequenter ἁλουργίδα pro *purpura* sumit; et a Budæo qui inter ἁλουργὲς et πορφυροῦν hoc solum vult interesse, quod primum sit color purpureus quidem, sed splendore dilutior; secundus absolute purpureus, utrumque vero ἀπὸ φοινικοῦς differre, quod hic sit rutilus, qualis est primus in arcu cœlesti: de quo nos etiam hom. 17, not. 45, ubi de coccinea Christi purpurea. Demum noster Theophanes infra ἁλουργίδα appellat βασιλικὴν, hoc est regiam; regibus autem purpurea proprie convenit trabea, non cærulea. Affirmo hoc rursus ex Eutropio qui lib. IX, ait: Πρότερον δὲ διαφέρον τῆς βασιλικῆς περιβολῆς ἀπὸ τῆς ἁλουργίδος ἦν μάνης· *Prius enim imperii insigne in chlamydi purpurea erat.*

(98) *Et cocci ruborem.* Quid sit coccus, et qui

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

quisieris, tamen ne vulgari quidem agri lilio simi- A lem poteris parare vestitum; nec enim magnus Salomon hoc effecit. Si ergo id quod magna cura et labore quæsisti, ne herbam quidem cito marcescentem æquare potest, cur non rebus facile parabilibus corporis necessitudinem exples? Porro per lilium significat animam nihil possidentem, et a sollicitudinibus liberam, quam exornat quidem a terrenis abscessus (99), splendor vero castimoniæ candidam, pietas et religio reddit odoratam. Lilium enim (1) multum se e terra tollens calami in modum florem e fastigio profert. Hujusmodi sunt animæ quæ supra res terrenas se levarunt. Et quemadmodum lilium ea gratia est admirabile quod pulchritudine et fragrantia præditum sit, ita animæ perfectio in his duobus videlicet in custodiendis B sincere fidei dogmatis servandisque mandatis, est. Fortassis ad hujusmodi animam pertinet encomium illud ,quod in Cantico habetur : « Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias [50]. » Pura namque anima inter spinas vitæ hujus exorta rebus omnibus antecellit. Recte etiam addidit ne Salomonem quidem ut unum e liliis opertum fuisse. Is enim cum sapientiæ laude claruisset, ad eam integritatem castimoniæ non adjunxit.

« Si autem fenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit (2). » Quemadmodum per lilium virtute præditos obscure significavit, ita per fenum innuit eos qui **307** animi perturbationibus subjecti sunt, et digna perpetrant C igne sempiterno, quem clibani nomine appellavit. Alia vero ratione animam lilium vocavit, corpus vero fenum agri. Corpus namque, quod juventutis vere quasi herba virescit, in ipsa senectutis æstate in sepulcri clibano ponitur. Quod vero corpus nostrum feno sit simile, Isaias etiam aperte declaravit, cum dixit : « Omnis caro fenum [51]. » Videtur vero mihi et Isaias, et exemplum Evangelii per feni similitudinem naturæ miseriam attollere potius quam abjicere, quandoquidem omnino pejor sit fœno; fenum namque nihil habet a natura injucundum; at corpus nostrum fœtoris et molestiæ est officina, cum omne id quod sumit in corruptionem et excrementa convertat. Propterea

A ἀγροῦ ἀφομοιῶσαι δυνήσῃ τὸ ἔνδυμα· οὐδὲ γὰρ Σολομὼν ὁ πολὺς τοῦτο κατώρθωσεν. Εἰ γοῦν τὸ περιέργως σοι καὶ μετὰ πόνου κτηθὲν οὐδὲ τῇ μαραινομένῃ πόᾳ ὡμοίωται, τί μὴ τοῖς εὐπορίστοις ἀναπληροῖς τὴν τοῦ σώματος ἔνδειαν; Ὑποδηλοῖ δὲ διὰ τοῦ κρίνου καὶ τὴν ἀκτήμονα ψυχὴν, καὶ ἀμέριμνον, ἣν κοσμεῖ μὲν ἡ τῆς ὕλης ἀπόστασις, λευκαίνει δὲ ἡ τῆς σωφροσύνης μαρμαρυγὴ, εὐωδιάζει δὲ ἡ εὐσέβεια. Τὸ μὲν γὰρ κρίνον ἐπὶ πολὺ τῆς γῆς ἀρθὲν καλαμοειδῶς τὸ ἄνθος ἐκ τῆς κορυφῆς ἀναδίδωσι. Τοιαῦται δὲ αἱ τῶν γηΐνων ὑπεραρθεῖσαι ψυχαί. Καὶ ὥσπερ τὸ κρίνον ἐν τούτῳ θαυμάζεται, ἐν τῷ φέρειν κάλλος καὶ εὔπνοιαν, οὕτως ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις ἔχει τὸ τέλειον, ἔν τε τῇ τῶν δογμάτων ἀψευδεῖ φυλαχῇ καὶ τῇ τηρήσει τῶν B ἐντολῶν. Καὶ τάχα τῆς τοιαύτης ἐστὶ ψυχῆς ὁ ἐν τῷ Ἄσματι ἔπαινος· « Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, οὕτως ἡ ἀδελφή μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων. » Ἡ γὰρ καθαρὰ ψυχὴ, ἐν μέσῳ φυομένη τῶν βιωτικῶν ἀκανθῶν, πάντων ὑπερανίσταται. Καλῶς δὲ προσέθηκε τὸ, « Οὐδὲ Σολομὼν ὡς ἓν τῶν κρίνων περιεβάλλετο· » καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ ἐν σοφίᾳ γεγονὼς περιβόητος, τὸ καθαρὸν τῆς σωφροσύνης οὐκ ἐπεκτήσατο.

« Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ, σήμερον ὄντα καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι. » Ὥσπερ διὰ τοῦ κρίνου τοὺς ἐναρέτους ἠνίξατο, οὕτω διὰ τοῦ χόρτου (*a*) καὶ ἄξια γεωργοῦντας τοῦ αἰωνίου πυρὸς, ὅπερ ὠνόμασε κλίβανον. Καθ' ἕτερον δὲ λόγον τὴν μὲν ψυχὴν κρίνον ἐκάλεσε, τὸ δὲ σῶμα χόρτον τοῦ ἀγροῦ· τὸ γὰρ δὴ σῶμα, τεθηλὸς ὡς χλόη ἐν τῷ τῆς νεότητος ἔαρι, ἐν τῷ θέρει τοῦ γήρως εἰς τὸν τοῦ τάφου τίθεται κλίβανον. Ὅτι γὰρ τὸ ἡμέτερον σῶμα χόρτῳ παρείκασται, ἐδήλωσε καὶ Ἡσαΐας εἰπών· « Πᾶσα σὰρξ χόρτος. » Δοκεῖ δέ μοι καὶ Ἡσαΐας, καὶ τὸ τοῦ Εὐαγγελίου ὑπόδειγμα διὰ τῆς εἰκόνος τοῦ χόρτου σεμνύνειν μᾶλλον, οὐκ εὐτελίζειν τὴν τῆς φύσεως ἀθλιότητα, ἐπεὶ κατὰ πολὺ τοῦ χόρτου χείρων ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ χόρτος οὐδεμίαν ἀηδίαν ἔχει ἐκ φύσεως, τὸ δὲ ἡμέτερον σῶμα ὀσμῆς καὶ ἀηδίας ἐστὶν ἐργαστήριον, ἅπαν τὸ ληφθὲν εἰς διαφθορὰν μετάγον καὶ ἀχρειοῦν. Διὰ τοῦτο καὶ Δαβὶδ οὐ χόρτον εἶπε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ'

[50] Cant. II, 2. [51] Isa. XL, 6.

Francisci Scorsi notæ.

proprie ex eo color conficiatur attigimus ad hom. D 27, not. 30, quam vide, et auctores, qui de his fusius, ibi relatos. Quæ autem ibi adnotantur de coccineo colore, confirmantur ex hoc loco, ubi Theophanes dat cocos, τὸ ἐρύθημα ruborem.

(99) *A terrenis abscessus.* Ita reddidi et edidi ex lect. cod. 5, ubi habetur ἀπόστασις, abscessus, cum in Panorm. ὑπόστασις quod signat substantiam et ad hunc locum nihil pertinet, ut ex applicata similitudine auctoris apparet, qui ait, lilium sese e terra sustollere, adeoque animo nihil in terra possidenti, et a terrenis elevato erectoque recte assimilatur.

(1) *Lilium enim*, etc. Plin. lib. XXI, cap. 4, de lilio : *Nec ulli florum excelsitas major, interdum cubitorum trium, languido semper collo, et non sufficiente capitis oneri.*

(2) *Deus sic vestit.* Ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι deerat in Panorm. sicut superiora etiam duo alia fragmenta; nam post illa verba : *Quantæ dic mihi curæ propriam habebit imaginem*, sequuntur hæc, Ὑπὲρ ἧς κόσμον ὅλον, etc., usque ad παρασχεῖν, quæ restituimus, et vertimus ut legis, et ubi de S. Joanne Baptista sermo est et ad illa verba : *Et locustis victitaret*, sequitur : Καὶ θριξὶ καμήλων σκεπόμενος· *Et camelorum pilis tegeretur*, quæ omnia ex Vat. cod. recuperavi, ut videas nihil a me prætermissum diligentiæ in his homiliis quam integre possem, edendis.

(*a*) Hic lapsu typographico omissa sunt quædam in editione Patris Scorsi, ut ex ejus interpretatione patet. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὡσεὶ χόρτον. « Ἄνθρωπος γὰρ, φησὶν, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. » Πῶς οὖν οὐκ ἐρυθριῶμεν ἡμεῖς οὐδὲ συστελλόμεθα, πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀφορῶντες φύσιν, ἀλλὰ πλήρεις ὑπερηφανίας γινόμεθα, ἐξογκούμενοι δίκην πομφόλυγος; καὶ ὁ μὲν γαυριᾷ τῇ νεότητι, καὶ πρὸς τὸ ἄνθος τῆς ἡλικίας ὁρῶν τῇ ὥρᾳ ἐγκαλλωπίζεται· ὁ δὲ τῷ πλούτῳ θαῤῥεῖ· ἄλλος τῷ γένει βρενθύεται, καὶ τὴν ὀφρὺν κατὰ τῶν δυσγενῶν ἀνασπᾷ, ἀγνοῶν ὡς ἀληθὴς εὐγένεια οὐκ ἐξ αἵματος, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς οἶδε χαρακτηρίζεσθαι. Ἡ γὰρ σαρκικὴ αὕτη συγγενής ἐστι τοῦ χόρτου, ἥτις καὶ ταχέως μαραινομένη χωρεῖ πρὸς τὸ οὐδέν. Ταῦτα σκοποῦντες, ἀγαπητοὶ, μάθωμεν ταπεινοφρονεῖν, πρὸς τὸ τέλος ἀφορῶντες τῆς ὠκυμόρου ζωῆς ταύτης, ἵνα μὴ ὡς χόρτος παραδοθῶμεν τῷ κλιβάνῳ τοῦ ἀσβέστου πυρὸς, οὗ γένοιτο ῥυσθῆναι πάντας ἡμᾶς, καὶ τυχεῖν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A David hominem non dixit fenum, sed sicut fenum; ait enim : « Homo sicut fenum dies ejus [53]. » Quomodo igitur non erubescimus, neque demittimus animos naturam nostram respicientes, sed pleni superbia summus, et instar bullæ tumemus? Et alius quidem insolenter se jactat propter juventutem, et florem ætatis videns de pulchritudine gloriatur; alius vero fortunis confidit; alius superbe ob generis claritatem inflatur, atque adversus eos qui ignobili nati sunt loco supercilium contrahit, ignorans veram germanamque nobilitatem (3) non ex sanguine, sed ex virtute solere consignari. Hæc enim, quæ ex carne deducitur, feno cognata est, quippe quæ marcescit celeriter et in nihilum redit. Hæc considerantes, charissimi, discamus B demissos animos gerere, ad finem hujus brevis vitæ spectantes, ut ne tanquam fenum tradamur in clibanum ignis illius qui nulla vi potest exstingui, ex quo nobis liberari contingat et consequi sempiterna bona in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΔ'.

Περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου.

Ἀντιστρατεύει τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις ὁ πονηρὸς, ζητῶν ἀεὶ τοῖς καλλίστοις λυμαίνεσθαι. Διὸ δὴ καὶ σήμερον τὴν ἐπίδικον φιλονεικίαν ἐγείρας ἡμῖν ἔσπευδε συγχέαι τὴν σύναξιν, καὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον ὑποτεμεῖν, ὅλον ὑποδὺς τὸν ἀτάσθαλον ἐκεῖνον ἄνδρα καὶ μιξοβάρβαρον. Ἀλλ' ὑμεῖς οὐκ C ἀδαεῖς φανέντες τῶν ἐκείνου πανουργιῶν, καὶ μάλα νουνεχῶς τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ παρεκρούσασθε, πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ὁρμήσαντες, καὶ καθ' ἑαυτὸν δαιμονῶν ἀφέντες τὸν ἀκαιροβόαν ἐκεῖνον καὶ φλύαρον, τῷ διδασκαλικῷ λόγῳ ἐνετρίψατε.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, « Εἰσελθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος. » Ἐπειδὴ τὴν Ἰουδαίαν πληρῶν τῶν θαυμάτων ὁ Κύριος ἐξῆπτε μᾶλλον τὸν κατ' αὐτοῦ φθόνον ἐν ταῖς τῶν ἀγραμμάτων ψυχαῖς, « τῶν τιθεμένων τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ γλυκὺ πικρὸν, » κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου φωνὴν, μεταδίδωσι λοιπὸν τῆς τῶν θαυμάτων χάριτος καὶ τοῖς ἔθνεσιν· ὁμοῦ μὲν δεικνύων, ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου παντὸς παρεγένετο, D ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπιστίαν διὰ τῆς

308 HOMILIA XLIV.

De centurione.

Adversatur bonis operibus (4) improbus ille veterator, semperque studet pulcherrimis quibusque rebus officere. Quapropter etiam hodie concitata nobis judiciaria controversia perturbare concionem et hortatorium sermonem interrumpere conatus est; cum stolidum ac semibarbarum illum hominem totum penitus invasisset. Vos vero non ignari malarum ejus artium visi estis, et valde prudenter ejus neglecto molimine ad ecclesiam studiose properastis : et rabulam illum et importunæ loquacitatis hominem secum ipso sinentes furias agitare, sermoni animum appulistis.

In illo tempore, « Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum centurio [55]. » Cum jam Dominus miraculis Judæam implesset, eoque magis in stultorum animis, qui juxta Isaiæ vocem « ponunt tenebras lucem, et dulce in amarum [56], » contra se invidiam inflammasset, quod reliquum erat, miraculorum gratiam gentibus impertitur, simul ut ostendat ad mundi totius se advenisse salutem, simul etiam, ut per gentium fidem incredulitatem Judæorum evidentius arguat. Para-

[53] Psal. CII, 15. [55] Matth. VIII, 5 seqq. [56] Isa. V, 20.

Francisci Scorsi notæ.

(3) *Veram germanamque nobilitatem*, etc. Hanc nobilitatem quæ in virtute sit posita, philosophi ethnici etiam agnovere. M. Tullius ad Hirt. : *Cum nobilitas*, inquit, *nihil aliud sit, quam cognita virtus, quis in eo, quem veterascentem videat ad gloriam generis antiquitatem desideret?* Et ad Appium, lib. III : *Tu si aliter existimas, nihil erraveris, si paulo diligentius* (*ut quid sit* εὐγένεια, *quid sit nobilitas, intelligas*) *Athenodorus Sandionis filius, quid de his rebus dicat, attenderis.*

Et Juvenalis :

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.

(4) *Adversatur bonis operibus.* Exordium sumptum ex re nota ; nimirum ex oblata episcopo judiciaria lite, per occasionem furiosi cujusdam hominis concitata, quæ impedimento fuerat, quominus conventus in ecclesiam populi fieret; de qua nihil nobis plura dicere, et hariolari non licet, cum ipse rem ab omnibus eo temporis articulo cognitam non explanet; licet sane ex hoc colligere studium ardens pastoris in populo Christiana doctrina instituendo. Sed de hoc copiosius in Prœmiis Isag.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tiores enim propensioresque ad credendum Christo sunt gentes. Vide enim uti ex diametro Judæorum contumacia, et gentium promptitudo distent. Illi nempe vel contumeliis insectati sunt Christum; at Syrophœnissa gentilis cum esset, indignam gratia se vocavit, et uti in catulorum numero recenseretur, et particeps fieret micarum ex Judæorum mensa cadentium obsecravit, quam tamen illi repudiabant [56]. Et hic itidem centurio indignum omnino se judicat, qui Dominum sub tectum recipiat suum. Quapropter et illi incredulitatis suæ præmia receperunt; et hi gratiam lucrati sunt, justificati per fidem. Sed enim narrationem rursus ab initio repetamus.

A τῶν ἐθνῶν πίστεως ἐλέγχων ἀριδηλότατα· ἑτοιμότερα γάρ πώς εἰσι τὰ ἔθνη, καὶ νενευκότα πολὺ πρὸς τὸ πιστεῦσαι Χριστῷ. Ὅρα γὰρ τὸ κατὰ διάμετρον ἄνισον τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀπειθείας, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἑτοιμότητος. Οἱ μὲν γὰρ καὶ μεθ' ὕβρεων αὐτὸν ἀπεδίωκον· ἡ ἐξ ἐθνῶν δὲ Συροφοινίκισσα ἀναξίαν ἑκάλει ἑαυτὴν τῆς χάριτος, καὶ ἐν μοίρᾳ κυναρίων παρεκάλει τετάχθαι καὶ μετασχεῖν ψιχίων ἐκ τῆς τραπέζης τῶν Ἰουδαίων, ἧς ἐκεῖνοι παντελῶς ἀπηνήναντο. Καὶ οὗτος δὲ ὁ ἑκατόνταρχος παντελῶς ἑαυτὸν κρίνει ἀνάξιον τοῦ ὑπὸ τὴν στέγην αὐτοῦ τὸν Κύριον ὑποδέξασθαι. Διὰ τοῦτο κἀκεῖνοι τῆς ἀπιστίας ἐδρέψαντο τὰ ἐπίχειρα, καὶ οὗτοι τῆς χάριτος ἀπώναντο, δικαιωθέντες ἐκ πίστεως. Ἀλλὰ τοῦ διηγήματος αὖθις τὴν ἀρχὴν ἀπολάβωμεν.

B

In illo tempore, « Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum centurio rogans eum, et dicens. » Sane divinus Lucas hoc miraculum narrans non ipsius centurionis venisse personam, et **309** per se petiisse dicit, sed Judæorum seniores rogatum de hac re Dominum allegasse. Sed nulla hic dissensio inesse videbitur iis qui sincero animo hoc reputant. Nam qui missi ab illo sunt, personam mittentis gerunt (5), et pro illo adsunt: nec ulla cavillandi cupidis hinc ansa præbetur, quod hic quidem ipsum venisse centurionem dicit, Lucas vero alios fuisse petitionis administros: hoc enim curæ erat evangelistis, miraculi veritatem studiose narrare; de iis vero quæ miraculum præcessissent, non nimis subtiliter sunt persecuti. Nihil vero prohibet, quominus utrumque contigisse intelligamus. Existimabat enim centurio ob reverentiam Christi fore, ut is sua postulata rejiceret, quippe cum gentilis esset et alienigena. Decrevit igitur prius seorsim legatos mittere; ut vero promissi facilitatem audivit, et ipse confirmato animo accessit. Jam igitur Resurrectionis præludia Salvator inceptat, et membra partesque male affectas principio curat. Et quoniam in marem et feminam hominis natura divisa est, utrique generi beneficentiam large impertitur. Ambo siquidem, et vir et mulier a præcepto desciverunt, ambo vero etiam benignitatem sunt consecuti. Et sanat quidem eum, cujus erant nervi remissi, et compago corporis dissoluta [66]; sed inclinatam mulierem et vergentem in terram sine cura non prætermittit [67]: multos a dæmonum agitatione liberavit [68], sed et Chananææ filiolam vexatam a dæmonibus sanitati restituit [69]; Zacchæum ex injustis operibus in exigendis vectigalibus patratis eripuit [60], sed et lascivientem meretricem ex fœtore

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, « Εἰσελθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ λέγων. » Ὁ μὲν θεηγόρος Λουκᾶς, τουτὶ τὸ παράδοξον ἀφηγούμενος, οὐκ αὐτοπροσώπως ἐλθεῖν λέγει τὸν ἑκατόνταρχον, καὶ ποιῆσαι τὴν αἴτησιν, ἀλλὰ πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων ἐπαποστεῖλαι ἀντιβολήσοντας περὶ τούτου τὸν Κύριον. Ἀλλ' οὐδεμίαν διαφωνίαν δείκνυσι τοῦτο τοῖς εὐγνωμόνως προσέχουσι· Καὶ γὰρ καὶ οἱ ὑπὸ τούτου ἀποστελλόμενοι εἰς πρόσωπον τοῦ ἀποστείλαντος πάρεισι, καὶ μηδεμία λαβὴ τοῖς φιλοψόγοις ἐντεῦθεν φανῇ, ὅτι ὁ μὲν αὐτόν φησι τὸν ἑκατόνταρχον προσελθεῖν, Λουκᾶς δὲ ἄλλους γενέσθαι ὑπουργοὺς τῆς αἰτήσεως. Τὸ γὰρ τοῖς εὐαγγελισταῖς σπουδαζόμενον τοῦτο ἦν, τὸ φιλαληθῶς τὸ θαῦμα εἰπεῖν, οὐκ ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τῶν προηγησαμένων τῷ θαύματι. Οὐδὲν δὲ τὸ κωλύον νοεῖν, καὶ συμβῆναι ἀμφότερα. Ἦετο γὰρ ὑπ' εὐλαβείας ὁ ἑκατόνταρχος ὡς, ἐθνικοῦ τυγχάνοντος αὐτοῦ καὶ ἀλλογενοῦς, παρακούσεται τὴν αἴτησιν ὁ Χριστός. Ἔγνω οὖν ἰδίᾳ πρεσβεύσασθαι πρότερον. Ὡς δὲ ἤκουσε τῆς ἐπαγγελίας τὸ πρόθυμον, θαρσήσας ἔρχεται καὶ αὐτός. Ἤδη μὲν οὖν τῆς ἀναστάσεως προοιμίων ἀπάρχεται ὁ Σωτὴρ, καὶ μέλη, καὶ μέρη κεκακωμένα πρότερον ἰάσατο. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις εἰς ἄῤῥεν καὶ θῆλυ μεμέρισται, ἀμφοτέρῳ τῷ γένει τὴν εὐεργεσίαν χαρίζεται. Ἄμφω μὲν γὰρ καὶ ἀνὴρ καὶ γυνὴ τῆς ἐντολῆς ἐκπεπτώκατον, ἄμφω δὲ καὶ τῆς εὐεργεσίας τετύχατον. Καὶ θεραπεύει τὸν παρειμένον τὰ νεῦρα, καὶ λελυμένον τὰς ἁρμονίας τοῦ σώματος· ἀλλ' οὐδὲ τὴν νενευκυῖαν εἰς γῆν καὶ συγκύπτουσαν ἀφῆκεν ἀνήκεστον. Τοῦ κορυβαντιᾶν ἐκ δαιμόνων πλείστους ἀπέσπασεν· ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς Χαναναίας θυγάτριον ὑπὸ δαιμόνων ὀχλούμενον ἐθεράπευσε· τὸν Ζακχαῖον τῶν ἐκ τοῦ τελωνεῖν ἀδίκων

C

D

[56] Matth. xv, 26. [66] Matth. ix, 1 seqq. [67] Luc. xiii, 11. [68] Luc. viii, 27. [69] Matth. xv, 29. Luc. xix, 2.

Francisci Scorsi notæ.

(5) *Personam mittentis gerunt.* Hæc prima ratio conciliandi Matthæum et Lucam, qui in narrando centurionis miraculo differre videntur, est S. Augustin., Bedæ, Leontii apud nostrum Joan. Maldonat., qui eam sequitur. Altera quam etiam secundo loco adjungit hic Pater est S. Chrysost., Theophyl. et Euth. Vide præterea, quæ adnotavimus hom. 24, ubi eodem modo conciliatur locus Matth. de petitione facta a duobus filiis Zebedæi, quam alius ab ipsis, alius a matre propositam scribit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἠλευθέρωσεν· ἀλλὰ καὶ τὴν μαχλῶσαν πόρνην τῆς δυσώδους ἁμαρτίας ἐκάθηρε. Σίμων ὁ Φαρισαῖος καλεῖ τὸν Κύριον εἰς ἑστίασιν· ἀλλὰ καὶ Μάρθα τοῦτον εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς ὑπεδέξατο. Ἀλθαίνει τὸν τοῦ ἑκατοντάρχου παῖδα ἀπαλλάξας αὐτὸν τοῦ νοσήματος· ἀλλὰ καὶ τῷ πυρετῷ ἐπιτιμήσας σφοδρῶς τὴν πενθερὰν Σίμωνος φλέγοντι, τοσαύτην ἐποίησε τοῦ κακοῦ τὴν ἀπαλλαγὴν, ὡς πρὸς τὸ διακονεῖν ἐπιῤῥῶσαι τὴν ἤδη προσδοκωμένην τεθνήξασθαι. Ὄψει δὲ αὐτὸν ἀνιστῶντα μὲν τεθνηκότα καὶ τὸν τῆς χήρας υἱὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ Ἰαείρου θυγάτριον. Καὶ μαθητῶν αὐτῷ ἐφείπετο θίασος, ἀλλὰ καὶ μαθήτριαι διηκόνησαν, ἀπόστολοι γεγονυῖαι τῆς ἀναστάσεως. Ὁρᾷς τοῦ κοινοῦ Δεσπότου καὶ πλάστου καὶ τὰς εὐεργεσίας κοινάς; Ἐπειδὴ γὰρ ἀπηρυθρίασαν ἐς τοσοῦτόν τινες, ὡς μὴ κυρίως ἄνθρωπον τὴν γυναῖκα εἰπεῖν, ἀλλὰ μέρος ἀνθρώπου ὡς πλασθεῖσαν ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ ἀνδρὸς, ἐπιστομίζει διὰ τούτων τὰς τῶν κατηγόρων γλωσσῶν ἀχαλινώτους ὁρμὰς, δεικνὺς ὡς ἀρετῆς καὶ κακίας ἐπίσης αὐτοκρατορεῖ καὶ ἀνὴρ καὶ γυνή. Ἀλλὰ ταῦτα εἴρηται κατὰ πάροδον· αὐτὰ δὲ τὰ ἱερὰ ἐπαναλάβωμεν λόγια.

A sordibusque peccati purgavit [61]; Simon Pharisæus Dominum ad convivium vocat, sed et hunc Martha in domum suam recepit [62]; sanat centurionis filium, eumque a morbo vendicat [63], sed et increpans febri Simonis socrum vehementer urenti, tam firmæ restituit valetudini, ut ad ministrandum ea vires haberet, quæ mortem jam exspectabat imminentem [64]. Videbis etiam illum et demortuum viduæ filium, et Jairi puellam ad vitam revocare [65]. Et quidem sequebatur illum sacer discipulorum cœtus, sed et ministrabant mulieres, nuntiæ resurrectionis institutæ. Vides communis Domini et effictoris utriusque sexus communiter etiam præstitam utrique beneficentiam? **310** Quoniam enim eo impudentiæ aliqui processerunt, ut mulierem non esse proprie B hominem dicerent, sed hominis partem, utpote ex viri latere fictam; refrenat per hæc Dominus maledicorum linguas, et effrenatos eorum impetus coercet, ostendens virtutem ac vitium æque in viri ac mulieris arbitrio ac potestate posita esse. Sed hæc obiter dicta sunt; jam sacra ipsa verba resumamus.

« Κύριε, ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος. » Ἄθρει δή πως ἐν αὐταῖς ἦν τοῦ θανάτου δυσμαῖς· ἐβέβλητο γὰρ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὡς μηδὲ δύνασθαι αὐτὸν ἀγαγεῖν πρὸς τὸν Κύριον. Ἐκφαντικώτερον δὲ ὁ Λουκᾶς τοῦτο δηλοῖ, προσθεὶς, ὡς ἔμελλε τελευτᾶν. Τινὲς δέ φασιν, ὡς διὰ τοῦτο οὐδὲ προσήγαγον αὐτὸν φέροντες ἐν τῷ σκίμποδι, ὡς ἂν μὴ τελευτήσῃ φερόμενος, προσδόκιμος ὢν ἤδη τεθνήξασθαι· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὡς οὐ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν αὐτὸν οὐκ ἐκόμισαν, ἀλλ' ἐπέπειστο ὁ ἑκατόνταρχος, ὡς δύναται καὶ ἀπόντα θεραπεῦσαι τὸν Κύριον. Καὶ τοῦτο φανερὸν ἐξ ὧν ἔλεγεν· « Εἰπὲ λόγον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. »

« Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. » Adverte quod ad ipsum mortis vergebat occasum. Jacebat enim in domo tam male affectus, ut ad Dominum adduci non posset. Expressius autem hoc Lucas ostendit adjungens, quod erat moriturus [66]. Aliqui porro dicunt, ea de causa in grabato non fuisse deportatum, ne scilicet inter C ferendum vitam finiret, cum tam esset morti vicinus. Mihi vero non ea causa non adductus fuisse videtur, sed quod confideret centurio absentem etiam a Domino posse sanari. Quod ex ipsis ejus verbis perspicuum fit: « Dic verbo, et sanabitur puer meus. »

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν. » Διὰ τί οὕτω ῥᾳδίως ὑπήκουσε, καὶ τὴν θεραπείαν εὐθὺς ἐπήγαγε, καίτοι οὐκ εἰωθὼς ἐν ἄλλοις τοῦτο ποιεῖν; Τῷ τε γὰρ πατρὶ περὶ τοῦ σεληνιαζομένου παιδὸς γονυπετοῦντι, καὶ ζητοῦντι τὴν θεραπείαν τοῦ πάσχοντος ἐπιπλήττει πρότερον, γενεὰν ἄπιστον καὶ διεστραμμένην εἰπών. Καὶ τῇ Χαναναίᾳ περιπαθῶς ἀντιβολούσῃ περὶ τῆς θυγατρός· « Οὐκ ἔξεστιν, εἶπε, λαβεῖν τὸν ἄρτον ἀπὸ τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις. » Ἐν δὲ τῷ παρόντι ὁμοῦ τε ἤκουσεν, ὅτι « Ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, » καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἐπείγεται. Διὰ τί; Ἐπειδὴ ὁ τὰς καρδίας ἐρευνῶν καὶ μέχρις ἐννοιῶν ψυχῆς ἐξικνούμενος, ᾔδει τοῦ ἑκατοντάρχου τὴν πίστιν ὁπόση τις ἦν. Τὴν χάριν οὖν πρὸς τὴν πίστιν μετρεῖ, καὶ τὴν ἴασιν ὑπισχνεῖται

« Dicit ei Jesus: Ego veniam, et curabo eum. » Quare tam facile exaudit, et tam subito valetudinem confert, cum in aliis non ita facere consuesset? Etenim lunatici filii parentem ad genua procidentem, et male affecti valetudinem obsecrantem increpat prius, generationem incredulam et perversam vocans [67]. Et Chananææ magno cum affectu D pro filia supplicanti: « Non est, inquit, bonum sumere panem filiorum, et dare canibus [68]. » In præsenti vero simul ac audiit, quod « Puer meus (6) jacet in domo paralyticus, » valetudinem afferre maturavit. Quamobrem? Quia nimirum qui corda scrutatur, et pervadit animi sensus, cognoverat quanta centurionis fides esset. Gratiam igitur fide metitur, et curationem subito pollicetur: ut ita etiam gentilis hominis fervens pietas Judæis se-

[61] Joan. IV, 7 seqq. [62] Luc. VII, 36; X, 39-43. [63] Matth. VIII, 13. [64] Luc. IV, 38, 39. [65] Luc. VII, 11 seqq.; VIII, 49 seqq. [66] Luc. VII, 2. [67] Luc. I, 41. [68] Matth. XIII, 26.

Francisci Scorsi notæ.

(6) *Quod puer meus.* Abruptus hic sensus in C. Panorm. deficientibus post βέβληται his ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἐπείγεται, quæ legi in Gall.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quentibus ostenderetur. Statim enim ac Salvatorem viam ingressum vidit, timore perculsus ac consternatus erat, quod domum suam esset excepturus Deum, ʒet ait :

« Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, et dico huic : Vade, et vadit, et alii : Veni, et venit, et servo meo, **311** Fac hoc, et facit. » Quod ait, tale est : Si ego, qui sub Cæsare mereo, et ejus jussis obtempero, solo tamen dicto militibus impero mihi subjectis, ita ut nemo resistere, simul ac procul amandatus est, neque non accedere vocatus audeat, quomodo qui sub potestate non es, sed propria ac dominatrice deitatis virtute pollens omnia nutu moves, non imperare possis, si velis, et statim puer sanabitur jussu tuo? Quod vero non ad assentationem verba consarcinaret, neque illiberali quadam adulatione vellet imponere, testimonium perhibuit illi Salvator, cum fidem ejus totius Israelis fide firmiorem esse dixit, ac statim adjunxit : « Sicut credidisti, fiat tibi. » Sciebat porro illas esse sacras primitias gentium per Evangelium vocatarum : et per hunc centurionem providens Salvator eas quæ ad se venturæ essent, prædicit, quod erat futurum : quod « Multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cœlorum. » Quoniam enim tantam in Israel non invenit fidem, quod reliquum erat, a terrarum finibus advocat gentes : et ingratus quidem populus ab ejus familiaritate sejunctus est; ascitæ vero sunt gentes ex fide justificatæ. Id enim etiam in causa est, cur cum Abrahamo recubituras gentes dicit, quod nimirum illius patriarchæ fidem æmulati essent. Qui vero filii vocabantur, ex gente Judæorum dico, « ejicientur in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium [69]. » Ejicientur, inquit, ex regno, repellentur ex sacerdotio, et a sacris ipsis locis, et legalibus sacrificiis quibus consueti erant : ignorantiæ vero tenebras pro divina luce, et ejulatum pœnitentiæ pro gaudio ex Dei conjunctione profecto commutabunt; et incassum dentibus animæ frendent divinas epulas esurientes. Porro tenebrarum exteriorum nomine futura peccatorum pœna signatur, quoniam futurum est, ut duplex ignis operatio (7) tunc dividatur, et justis quidem lux pura et expers qualitatis ustivæ reddatur, improbis vero quidquid urendi vim habet et luce cassum est, tribuatur. Atque hæ quidem tenebræ exteriores dicuntur, vel interiores : etenim et hic velut in

γοργῶς, ὡς ἂν ἡ διάπυρος εὐλάβεια τοῦ ἐθνικοῦ τοῖς ἑπομένοις Ἰουδαίοις δειχθῇ. Ὁμοῦ γὰρ εἶδε τὸν Σωτῆρα τὴν πορείαν ὁρμήσαντα, καὶ περιδεὴς γενόμενος, κατεπτηχὼς ἦν οἷκοι Θεὸν ὑποδέξασθαι, καί φησι·

« Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ἀλλ' εἰπὲ λόγον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπ' ἐξουσίαν ἔχων ἐμαυτοῦ στρατιώτας, καὶ λέγω τούτῳ· Πορεύου, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ· Ἔρχου, καὶ ἔρχεται, καὶ τῷ δούλῳ μου· Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ. » Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ ἐγὼ, τῷ Καίσαρι στρατευόμενος, καὶ τοῖς ἐκείνου εἴκων προστάγμασιν, ὅμως τοὺς ὑπ' ἐμὲ στρατιώτας ὑποτάσσω μόνῳ τῷ ῥήματι, ὡς μήτε τὸν ἀποδιοπομπούμενον μεῖναι θαῤῥεῖν, μήτε τὸν καλούμενον οὐχὶ προσελθεῖν, πῶς ὁ μὴ ὑπ' ἐξουσίαν τελῶν, ἀλλ' αὐθεντικῇ δυνάμει θεότητος πάντα φέρων τῷ νεύματι, οὐκ ἂν ἐπιτάξῃς βουλόμενος, καὶ ὁ παῖς ῥωσθείη τῷ ἐπιτάγματι; Ὅτι δὲ οὐ θωπευτικῶς ὁ λόγος αὐτῷ ἐκεκάττυτο, οὐδὲ τῆς κολακείας ἀνελευθερίᾳ ἐκεκιβδήλωτο, ἐμεμαρτυρήκει αὐτῷ ὁ Σωτὴρ, παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ τὴν αὐτοῦ πίστιν βεβαιοτέραν τιθεὶς, καὶ ἅμα προσθείς· « Ὡς ἐπίστευσας, γενηθήτω σοι. » Ἤδει δὲ τὰ πρωτόλεια τῆς διὰ τοῦ Εὐαγγελίου κλήσεως τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦδε τοῦ ἑκατοντάρχου προορῶν ὁ Σωτὴρ προσαγόμενα, προλέγει τὸ μέλλον, ὅτι « Πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ οὐ τοσαύτην εὗρε πίστιν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, προσκαίεται λοιπὸν τὰ ἔθνη ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ ὁ μὲν ἀγνώμων λαὸς ἀποπεφοίτηκε τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, ἀντεισῆκται δὲ τὰ ἔθνη δικαιωθέντα ἐκ πίστεως. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μετὰ Ἀβραὰμ λέγει ἀνακλιθήσεσθαι αὐτοὺς, ὡς τὴν τοῦ πατριάρχου πίστιν ζηλώσαντας. Οἱ δὲ κληθέντες υἱοὶ, οἱ ἐξ Ἰουδαίων φημὶ, « ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. » Ἐκβληθήσονται, φησὶ, τῆς βασιλείας, ἐξωσθήσονται δὲ καὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν ἱερῶν τόπων, καὶ τῶν ἐξ ἔθους νομικῶν θυσιῶν· ἀνταλλάξονται δὲ καὶ τὸ τῆς ἀγνοίας σκότος ἀντὶ τοῦ θείου φωτὸς, καὶ τὸν ἐκ μεταμελείας κλαυθμὸν ἀντὶ τῆς μετὰ Θεοῦ χαρμονῆς. Εἰς κενόν τε τοὺς τῆς ψυχῆς βρύξουσιν ὀδόντας, λιμώττοντες θείας τροφῆς. Λέγεται δὲ ἡ μέλλουσα τῶν ἁμαρτωλῶν τιμωρία σκότος ἐξώτερον, ἐπειδὴ μέλλει τοῦ πυρὸς ἡ διττὴ ἐνέργεια τότε διαιρεθήσεσθαι, καὶ τοῖς μὲν δικαίοις καθαρὸν ἀποδοθῆναι τὸ φῶς, καὶ ἀμέτοχον ποιότητος καυστικῆς, τοῖς δὲ φαύλοις διανεμηθῆναι τὸ καυστικὸν καὶ ἄμοιρον τοῦ φωτίζοντος. Τοῦτο γοῦν τὸ σκότος

[69] Matth. VIII, 12.

Francisci Scorsi notæ.

(7) *Duplex ignis operatio.* Ex hoc loco satis aperte colligitur ignem quo torquentur inferi esse materialem ex sententia hujus Patris; illa enim distinctio duplicis operationis ignis non potest nisi igni sensili et materiali convenire. Quod nos pluribus disputavimus ad hom. 8, quæ est de divite et Lazaro not. 16, ubi et D. Basilii et aliorum Patrum auctoritates contulimus, qui eodem modo de hoc igne locuti, unde eorum etiam verus sensus elicitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐξώτερον λέγεται, ἢ ἐσώτερον· καὶ γὰρ κἀνταῦθα, ὡς ἐν σκότει βιοῦσιν οἱ φαυλόεργοι, ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς ἡ τῆς μετανοίας ἐλπίς. Ἐκεῖ δὲ τὸ σκότος ἐξώτερον λέγεται, καὶ γίνεται διὰ τὸ ἀνέλπιστον. Ἀλλά με παρέδραμεν ἀνεξέταστον, τί δήποτε ὁ ἑκατόνταρχος πεπραχὼς τοσούτου ἐπαίνου τετύχηκεν, ὡς θαυμάσαντα τὸν Κύριον τοῖς ἑπομένοις εἰπεῖν· « Οὐδέ ποτε ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. » Σύγγνωτε οὖν μοι ἀπροσεκτήσαντι. Ἡ γὰρ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων φροντὶς κατασείει τοῦ λογιστικοῦ τὴν ἀκρόπολιν. Κωλύει δὲ οὐδὲν τῇ τοῦ λόγου ἐπαναλήψει τὸ τῆς λήθης ἡμᾶς διορθώσασθαι.

tenebris vivunt improbi, sed subest illis **312** pœnitentiæ spes : ibi vero tenebræ dicuntur exteriores, et sunt propter desperationem. Sed me præteriit non discussum, quid tandem centurio fecerit, quamobrem tantam meruerit laudem, ut miratus Dominus dixerit sequentibus se : « Non inveni tantam fidem in Israel. » Ignoscite igitur mihi, si minus ad hanc rem intentus fui. Etenim cura rerum ecclesiasticarum summam mentis arcem (8) turbat, et concutit. Nihil vero vetat, quin resumpto sermone quidquid oblivione commissum est corrigatur.

Δόγμα τι, ὡς ἔοικεν, ἐμφαίνει ὁ τοῦ ἑκατοντάρχου λόγος τῶν ὑψηλῶν, πρὸς ὅπερ ἐπιδὼν ὁ Δεσπότης ἐθαύμασε. Τὸ δὲ δόγμα τοιοῦτόν ἐστιν. Ἀπολισθήσαντος τοῦ ἀνθρώπου τῆς τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς, καὶ πρὸς τὸν τύραννον ἑκουσίως αὐτομολήσαντος, ἡ ἀγαθότης τοῦ Πλάσαντος οὐ παντάπασιν ἀφῆκε τὴν φύσιν ἡμῶν ἀβοήθητον, ἀλλ' ἄγγελόν τινα τῶν τὴν ἀσώματον εἰληχότων φύσιν σύμμαχον δέδωκε τῇ ἑκάστου ζωῇ. Πρὸς τοῦτο δὲ ἀντιμηχανώμενος ὁ ἐχθρὸς κακοποιὸν δαίμονα ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου λύμῃ ἐφίστησιν, οὐδενὸς τούτων βίαν ἐπάγοντος, ἵνα μὴ λυμανθῇ τὸ αὐτοκρατὲς καὶ ἀδέσποτον, ἀλλ' ἑκατέρου τἀναντία δεικνύοντος, καὶ συμβουλεύοντος, τοῦ μὲν τὴν δι' ἀρετῆς ἐλπιζομένην ἀπόλαυσιν, τοῦ δὲ τὴν ἀνδραποδώδη καὶ σαίνουσαν ἡδονήν. Μέσον τοίνυν ἀμφοῖν οἷά τις ἑκατόνταρχος ἑστῶσα ἡ αὐτεξουσιότης ἡμῶν καὶ προαίρεσις, καθάπερ ὑποχειρίοις στρατιώταις ἐπιτάττει ὅ τι καὶ βούλεται· τὸν μὲν ἀποπεμπόμενος, τὸν δὲ προσκαλούμενος. Ἐπιχωριάζειν γὰρ ἐν ταὐτῷ τοὺς δύο ἀμήχανον, ἐπειδὴ τὰ ἀλλήλοις ἀντικείμενα ἀκοινώνητα· « Οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος· » ἀλλ' ἀνάγκη, τοῦ σκότους ὑποχωροῦντος, φῶς εἶναι τὸ ἀντ' ἐκείνου ὁρώμενον· καὶ τῆς κακίας ἐκ ποδῶν

Dogma quoddam, et quidem altum insinuat, ut videtur, sermo centurionis, ad quod spectans Dominus miratus est. Quod ita se habet. Cum a Dei præcepto decidisset homo, et ad tyranni partes voluntarie ac sponte transisset, non omnis expertem auxilii naturam nostram dereliquit bonitas ejus, qui eam effinxerat, sed angelum quemdam ex iis qui naturam nacti sunt incoream, uniuscujusque vitæ adjutorem adhibuit. Contra hoc vero machinas (9) suas molitus inimicus maleficum dæmonem ad hominis perniciem præfecit. Quorum sane nemo vim affert, ne lædatur potestas arbitrii atque libertas; sed uterque contraria subjicit et consulit; ille quidem fructum virtutis merito speratum, hic vero vilissimæ voluptatis illecebram. In medio igitur amborum constituta arbitrii nostri potestas, centurionis modo quasi subjectis sibi militibus præcipit quidquid vult, dimittens alterum, alterum advocans. Fieri enim non potest, ut ambo eodem in loco consistant; nam quæ invicem opponuntur, convenire non possunt. « Nulla enim societas luci ad tenebras [70]; » sed necessarium est ut tenebris recedentibus lux pro illis videnda oboriatur : et vitio procul amoto, pro illa virtus intro-

[70] II Cor. VI, 14.

Francisci Scorsi notæ.

(8) *Summam mentis arcem.* Venusta metaphora supremam animi partem, qua ratiocinamur et intelligimus, ἀκρόπολιν vocavit; est enim ἀκρόπολις in summa urbe munitus locus, vel arx. Ita dicta est summa pars Athenarum. Etym. mag. Ἀκρόπολις ἡ κεφαλὴ τῆς πόλεως. Ἔστι δὲ καὶ τόπος ὑψηλὸς Ἀθήνῃσι, uti et Athenæ ipsæ, ut ex Thucyd., Aristot. et Isocrat. multis locis videre est. Ita etiam ἀκροκόρινθος *arx Corinthi*; sed hæc nota esse eruditioribus credo. Gloss. Escur. recte etiam ἀκρόπολιν interpretatur κορυφήν.

(9) *Contra vero hoc machinas.* Hanc sententiam modo non iisdem verbis exprimit S. Maxim. quo multum utitur hic noster, et quandoque quidem expresso nomine, quandoque suppresso, ut fortassis hoc loc. Sic scilicet ille cent. III, *De charit.* cap. 9 : *Animus noster medius est inter duos quorum uterque opus proprium exercet, unus virtutem, alter autem vitium; hoc est angelus, et dæmon, cæterum animo potestas relicta est eligendi, quod vult; aut ut sequatur aut ut resistat.* Ita S. Maximus cujus testimonium copulare volui cum hoc Theophanis nostri, idemque adduci ex aliis posset Patribus adversus Novatores qui libertatem arbitrii suis deliriis evertunt. Jam vero hanc sententiam de duobus angelis bono et malo, quorum alter ad salutem, alter ad perniciem homini assideat, receptam communiter a Patribus ostendit Suarez lib. VIII, de Angelis cap. 21, not. 3. Advertendum itidem non congruere hoc Theophanis nostri et S. Maximi dictum cum errore Origenis et Joan. Cassiani, qui eum ex illo fonte hausit, quos notat Bellarminus, in Explicat. psal. XI, qui dicunt Deum unicuique nostrum duos attribuisse angelos, bonum alterum, qui nos promoveat, alterum malum, qui nos tentando exerceat; non enim Deus angelum malum ad hoc destinavit, sed permisit tantum illum exercere vim et malitiam suam. Atque id expresse Noster asserit hoc loco, cum de angelo bono ita loquatur : Σύμμαχον δέδωκε τῇ ἑκάστου ζωῇ. *Adjutorem eum vitæ uniuscujusque dedit Deus.* At secus de angelo malo subjungit cum ab hoste communi principe nimirum dæmonum fuisse præfectum. Πρὸς τοῦτο δὲ ἀντιμηχανόμενος ὁ ἐχθρός, etc. *Contra hoc vero machinas suas molitus inimicus.* Ex quo loco explices licet illud et confirmes quod habet idem auctor sup. hom. 42, et not. ibi nostram 90.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ducatur. Cum hoc igitur ita se habeat, si quis hunc centurionem studeat æmulari, dicet huic, Vade, et vadit. Qualis hic? De quo nimirum discipulis Dominus dixit : « Dicetis huic monti, Tollere, et tolletur [71], » signans lunaticum illud dæmonium (10). Hoc vero discedente, advocabit non eumdem sane, sed eum qui sibi acceptus ac dilectus est. Exterminato enim vitii defensore, succedit justitiæ propugnator, indutus thoracem justitiæ, et galea salutis et gladio Spiritus armatus. Tunc vero corpus, quod servitio **313** factum est, mentem, ut dominam timebit suam, et debitum præstabit famulatum, ut non amplius carnis affectus spiritui adversetur. Fieri quippe non potest, ut contrario milite præsente corpus obediat moderamini rationis. Quare et nos, fratres, dum centuriones sumus, hoc est multos malitia præcedimus, et Cæsari, hoc est diabolo mundi principi, mancipati, siquidem laudabilem timorem adepti sumus, cum reverentia cœlestis doctrinæ gratiam suscipiamus, ut qui digni non simus qui eam accipiamus. Si vero tales evaserimus, ut possimus cogitationes a malis passionibus ortas ejicere, et earum loco virtutes in animum intromittere, et corpus ad eam quæ secundum Deum est, vivendi rationem subigere, tunc etiam nostrum unusquisque poterit audacter dicere : Habeo sub me milites, et dico ei qui malus est, Vade, et vadit; et ei, qui bonus, Veni, et venit; et corpori meo, Effice virtutis opus, et facit in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLV.

De divite interrogante Dominum.

Quod in unguentis e rosa et aliorum suaveolentium florum compositione conditis accidere solet, ut si turturibus seu columbis admoveantur (11), robustiores eas efficiant, vultures autem (12) carnivori eorum contactu statim labefactentur, eo quod, tetro odori corruptionique eorum natura assueta, quod bene olet aversantur ac fugiunt : simile quiddam sermoni nostro contingit, qui communiter ad omnes effusus, non idem in omnibus operatur : sed quotquot vel turturum continentiam, vel columbarum simplicitatem habent, ii suavi doctrinæ odore nutriuntur, et animæ percipiunt utili-

[71] Matth. xvii, 19.

γενομένης, τὴν ἀρετὴν ἀντεισάγεσθαι. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, εἴπερ τις ἐθέλει τὸν ἑκατόνταρχον τοῦτον ζηλοῦν, ἐρεῖ τούτῳ · Πορεύθητι, καὶ πορεύεται, Πείθῳ τούτῳ ; Περὶ οὗ τοῖς μαθηταῖς εἶπεν ὁ Κύριος · « Ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ · Ἄρθητι, καὶ ἀρθήσεται, » δεικνὺς τὸ σεληναῖον ἐκεῖνο δαιμόνιον. Τούτου δὲ ὑποχωρήσαντος προσκαλέσει οὐ τὸν αὐτόν, ἀλλὰ τὸν καταθύμιον. Ἀποδιωχθέντος γὰρ τοῦ τῆς κακίας συμμάχου, ἀντεισέρχεται ὁ τῆς δικαιοσύνης ὁπλίτης, ἐνδεδυμένος τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τοῦ Πνεύματος τὴν μάχαιραν. Καὶ τότε φοβεῖται τὸν κύριον αὐτοῦ τὸν νοῦν ὁ δοῦλος τὸ σῶμα, καὶ τὴν πρέπουσαν ὑπηρεσίαν ποιεῖ, ὡς μηκέτι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἀνταίρειν τῷ πνεύματι. Ἀδύνατον γὰρ τοῦ ἐναντίου στρατιώτου παρόντος ὑπείκειν τὸ σῶμα τῷ σώφρονι λογισμῷ. Διὸ δὴ καὶ ἡμεῖς, ἀδελφοί, ἕως ἐσμὲν ἑκατόνταρχοι, τουτέστιν εἰς κακίαν πολλοὺς ὑπερβάλλοντες, καὶ δουλεύομεν Καίσαρι τῷ κοσμοκράτορι διαβόλῳ, κἂν τὴν ἐπαινουμένην δειλίαν κτησώμεθα, αἰδεσθῶμεν τὴν χάριν τῆς θεολογίας ὑποδέξασθαι, ὡς οὐχ ἱκανοὶ ταύτην λαβεῖν · εἰ δὲ τοιοῦτοι γενώμεθα, ὡς δύνασθαι τοὺς μὲν ἐμπαθεῖς λογισμοὺς ἀποπέμπειν, τὰς δ' ἀρετὰς ἀντεισάγειν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τὸ σῶμα τῇ κατὰ Θεὸν πολιτείᾳ δουλαγωγεῖν, τότε καὶ ἡμῶν ἕκαστος δύναται θαῤῥούντως εἰπεῖν, Ἔχω ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας, καὶ λέγῳ τῷ πονηρῷ · Πορεύθητι, καὶ πορεύεται · καὶ τῷ ἀγαθῷ · Ἔρχου, καὶ ἔρχεται · καὶ τῷ σώματί μου · Ποίησον τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν, καὶ ποιεῖ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΕ'

Περὶ τοῦ ἐρωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν.

Οἷόν τι συμβαίνειν εἴωθε περὶ τὰ μύρα τὰ ἐκ τῶν ῥόδων γινόμενα, καὶ τῆς τῶν ἡδυπνόων ἀνθέων συνθέσεως · ταῦτα γὰρ εἰ μὲν τρυγόσιν ἢ περιστεραῖς προτεθῇ, ῥωμαλεωτέρας αὐτὰς ἀπεργάζεται, οἱ δὲ νεκροβόροι γῦπες τῇ προσψαύσει τοῦ μύρου εὐθὺς διαφθείρονται · πρὸς γὰρ τὸ δυσῶδες καὶ διεφθορὸς ἡ φύσις αὐτῶν οἰκείως ἔχουσα μυσάττεται τὸ εὐῶδες, καὶ ἀποστρέφεται · τοιοῦτόν τι καὶ περὶ τὸν διδασκαλικὸν λόγον γίνεται, ὃς κοινῇ πᾶσι προχεόμενος οὐ ταὐτὸν ἐν πᾶσιν ἐργάζεται · ἀλλ' ὅσοι μὲν τὴν τῶν τρυγόνων ἔχουσι σωφροσύνην, ἢ τῶν περιστερῶν τὴν ἀκεραιότητα, οὗτοι τῇ εὐωδίᾳ τῆς δι-

Francisci Scorsi notæ.

(10) *Signans lunaticum illud dæmonium.* Alludit ad illud Matth. cap. xvii : *Dicetis huic monti, Tollere, et tolletur*, quod mystico sensu de dæmone potest intelligi. Lege quæ diximus hom. 23, not. 36.

(11) *Turturibus seu columbis.* Mos fuit veteribus columbas odoribus perfundere, eo nimirum, quod iis gaudent; hinc illa Anacr. ad columbam :

Ἐρασμίη πέλειαι,
Πόθεν, πόθεν πέτασαι,
Πόθεν μύρων τοσούτων
Ἐπ' ἠέρος θέουσα
Πνέεις τε καὶ φεκάζεις ;

Amabilis columba,
Unde, unde pergis, aut quo?
Tot unde nunc odores
Huc advolans per auras
Spirasque depluisque ?

(12) *Vultures autem.* Non modo labefactari, ut hic noster, sed etiam interimi vultures unguentis e rosa confectis delibutos tradit Eustathius Antioch. in Comment. in Hexaem. quem in lucem edidit Leo Allatius : Φασὶ δὲ, inquit, τὸν γῦπα τὰ ῥόδινα μύρα χρισθέντα ἀποθνήσκειν.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

δασκαλίας τρεφόμενοι τὴν ψυχικὴν τρυγῶσιν ὠφέλειαν· ὅσοι δὲ τῇ δυσώδει τοῦ φθόνου τὴν ἑαυτῶν φύσιν διέφθειραν, οὗτοι καθάπερ γῦπες, ἢ κάνθαροι ἀποστρέφονται τὸ τῆς διδασκαλίας θυμίαμα. Ἀλλὰ πρὸς τί βλέπων ἐχρησάμην τῷ παραδείγματι; Ἐπειδήπερ ἡ χθὲς ἡμῖν γενομένη κοινῇ πρὸς πάντας ἐπίπληξις τοῖς μὲν εὐαισθήτοις καὶ σώφροσι γέγονεν ἐπανόρθωσις· οἷς δὲ διεφθορὸς ἦν τὸ ἦθος καὶ ἀδιόρθωτον, οὗτοι οὐχ ὅπως οὐκ ἐβελτιώθησαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀναίδειαν ἐξέκλιναν μείζονα. Ἀλλ' ἐκείνων μὲν τὴν νόσον δριμυτέροις φαρμάκοις σὺν Θεῷ ἀκεσόμεθα, καὶ στυπτικωτέροις ἐπιτιμίαις τὸ ἀπηλγηκὸς αὐτῶν εἰς συναίσθησιν ἄξομεν. Ὑμεῖς δὲ ὅσοι νήφοντι λογισμῷ τὸ λῷον ἐπιλεξάμενοι πρὸς τὴν σύναξιν δεδραμήκατε, τῶν εὐαγγελικῶν λόγων ἀκούσατε.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, « Ἄνθρωπός τις προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων· Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; » Ὁ παρὼν ἄνθρωπος, κρυψίνους ὑπάρχων ἀνὴρ, καὶ τὰς ὑφάλους πέτρας μιμούμενος, οὐκ ἀγαθῇ γνώμῃ προσέρχεται φιλοπευστῶν, ἀλλ' οἰόμενος ἐλέγξαι τὸν Κύριον, ὡς τἀναντία τῷ νόμῳ πραττόμενον. Πρόσεισι γοῦν ὑποκριτικῷ σχήματι, λόγῳ θωπευτικῷ αἰμύλα κωτίλλων, καὶ φενακίσαι πειρώμενος τὸν ἀλάθητον. « Διδάσκαλε ἀγαθέ. » Ὁρᾷς τὸ τῆς ὑποκρίσεως δηλητήριον τῷ τῆς κολακείας μέλιτι κεραννύμενον. Καὶ τάχα τοῦτο ἦν ὃ Δαβὶδ ἐψαλλεν ἐν ψαλμοῖς ἐκ προσώπου Χριστοῦ· « Ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργὴν δόλους διελογίζοντο. » Ἀλλ' ἤμβροται τῆς ἐλπίδος, καὶ συνελήφθη ἐν τῇ παγίδι, ἣν ἔκρυψεν. Ὁ γὰρ ἄχρι καὶ μυελῶν ἐμβατεύων ψυχῆς, ἐπιγνοὺς τὸ ὕπουλον αὐτοῦ τῆς διανοίας, καὶ ὕφαλον· « Τί με λέγεις, φησὶν, ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. » Ἀλλ' ἐνταῦθα πάλιν ἐπιφύονται οἱ τοῦ πονηροῦ μαθηταὶ, οἱ τῶν θείων λόγων τεμμαχισταὶ, οἱ τῶν ῥημάτων θηρευταὶ, οἱ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως ὑβρισταὶ, οἱ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν τῶν τῆς φυσικῆς ἀγαθότητος πατρικῶν θώκων ταῖς αὐτῶν ἀθυροστομίαις ἐπιχειροῦντες δίπτειν, φάσκοντες· Αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπείπατο εἶ-

A latem : quotquot vero suam ipsorum naturam invidiæ graveolentia corruperunt, hi vulturum ac scarabeorum more aversantur thymiama doctrinæ. Quorsum vero hoc spectat exemplum, quo usus sum? Quia scilicet quæ hesterno die a nobis castigatio omnibus promiscue facta est, prudentibus **314** quidem recteque sentientibus correctioni fuit; quorum vero depravati sunt mores, ac difficile corrigi possunt, ii in majorem etiam impudentiam devenere, nedum evasere meliores. Verum nos eorum morbo acrioribus medicamentis (13), Deo juvante, medebimur, et reprehensionibus magis austeris eorumdem stuporem, ut sentire aliquando valeant, excitabimus. Vos vero qui saniore consilio, quod melius est, eligentes ad synaxim concurristis

B (14), evangelicum sermonem audite[73].

In illo tempore : « Homo quidam accessit ad Jesum genuflectens ante eum, et diceps : Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? » Homo iste versutus (15), ac simulator cum esset, saxa sub aquis latentia imitatus, non sincero animo ad interrogandum accedit, sed sperans fore ut Dominum deprehendat quasi contraria legi præcipientem. Accedit ergo simulato oris habitu, blando et ad assentationem composito sermone garriens, ac decipere tentans eum, quem nihil fallit : « Magister bone. » Vides simulationis venenum adulationis melle temperatum; et fortassis hoc est, quod David in Psalmis cecinit in persona Christi: « Mihi quidem pacifica loquebantur, et in ira dolos cogitabant. »

C Verum ille spe sua aberravit, et captus est in laqueo quem abscondit. Qui vero usque ad imas medullas pervadit hominum mentes, cogitationem hominis tectam insidiosamque dispiciens : « Quid me, inquit, vocas bonum? nemo bonus nisi solus Deus. » Sed hic rursus diaboli discipuli exsistunt, qui divina verba dilacerare solent, venatores vocum, sed veræ intelligentiæ osores; qui unigenitum Dei Filium a paterna naturalis bonitatis sede importuna sua loquacitate deturbare conantur, ac dicunt : Jesus ipse Deum se esse negavit, cum repehenderit

[73] Matth. xvix, 16 seqq., Marc. x, 17 seqq.; Luc. xviii, 16 seqq. [73] Psal. xxxiv, 20.

Francisci Scorsi notæ.

(13) *Acrioribus medicamentis.* Hinc aperte colligis hujus auctorem homiliæ, et episcopum esse, et censorem populi sui severum; a quo enim hæc comminationis plena verba jactari in populum possent, nisi ab habente auctoritatem et zelum gregis sui? Vide Procem. Isag. III, § 9.

(14) *Ad synaxim concurristis.* Ita verti, quod Græca vox σύναξις latinitatis jure donata ad usum jam ecclesiasticum traducta sit; potuissem nomine puro puto Latino, *collectam*, *conventum*, *congregationem* reddere; hæc enim σύναξις valet a verbo συνάγω, id absolute sæpe apud sacros scriptores significat plebem rei sacræ causa in ecclesiam cogere, et interdum etiam ad communionem admittere; quod notavit Billius, lib. II *Observ. sacr.* Inde celebritatem seu frequentiam populi ad sumendam Eucharistiam recte synaxim absolute dixeris. Monachorum quoque conventus ad orandum, sive ad celebranda mysteria synaxis dicta, Cassian., lib. IV, cap. 16 :

D *Cunctisque in synaxi fratribus congregatis tandiu prostratus in terram veniam postulabit, donec orationum solemnitas consummetur.*

(15) *Homo iste versutus.* Videtur existimare Theophanes hunc divitem de quo Matth. cap. XIX agit, quodque hic explicatur, eumdem esse, atque illum legis peritum, de quo Lucas cap. XVIII, qui accessit ad Jesum tentans eum; adeoque dicit eodem duplici animo vafroque adiisse Dominum; in qua opinione est etiam S. Hieron., S. Ambros, in cap. XVIII Lucæ; et Cyrill. Alexand. lib. II *Thes.*, et Epiphan. in *Ancorato*. Verum etiam contraria opinio est Basilii, Chrysost. et Euthym., multisque conjecturis Maldonatus noster ostendit hunc divitem non tentandi Christi, sed dicendi causa accessisse, sed hoc dijudicare non est hujus loci ad quem satis fuit indicare auctores, cum quibus consentit hic Noster, ut aliorum consensu ejus quoque opinio fulciretur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cum, qui ipsum appellaverat bonum : « Quid enim me vocas, inquit, bonum? nemo bonus nisi solus Deus. » Est vero putida istorum oratio, et fœditatem suam continuo prodit. Oportebat enim ipsos intelligere si modo liberi essent invidia, non ideo hoc dicere, quod bonum esse se neget. Qui enim hoc fieri possit, cum et hominem et arborem bona appellet? « Bonus homo profert de thesauro suo nova et vetera[74]; » et : « Non potest arbor bona fructus malos facere[74a]; » non igitur negat **315** esse se bonum, sed simulationem hominis reprehendit, et vulpinam retegit pellem, qua tectus interrogationem proposuerat, perinde ac si dicat (16) : Quomodo me vocas bonum, quem nudum hominem arbitraris? Quomodo me vocas bonum, quem verbis tuis venisti deceptum? Quomodo adularis ei quem Moysi contrarium putas? Quid non ex adverso pugnaturus aggrederis? quid adulationem, ut insidias struis? « Nemo bonus nisi solus Deus : » si igitur me bonum vocas, Deum etiam esse me credas : si me purum hominem æstimas, quique decipi tuis verbis possim, noli appellare bonum. Huc igitur spectans Dominus dixit : « Nemo bonus nisi solus Deus. » Sed aliud etiam subjicit contemplandum. Etenim si solus Deus bonus est, quomodo vocat Scriptura bonum et sapientem Samuelem puerum, et « bonus Saul filius Cis[75], » Elcana vero conjugem suam Annam, quod liberis careret mœrentem alloquens : « Nonne bonus ego sum tibi super decem filios[75a]? » et psalmus : « Benefac, Domine, bonis, et rectis corde[76]. » Verum Evangelium de ea loquitur bonitate, quæ per se bonitas est, quæ in solo inest Deo. Quotquot enim res aliæ bonæ sunt, gratia participes sunt bonitatis, sicut et sanctitatis, et justitiæ, et aliorum bonorum quorum partem accepit unumquodque eorum quæ sunt, quantum cujusque recipientis natura capiebat. « Nemo igitur bonus nisi solus Deus. » Quod si sermoni veluti condimentum quoddam licet aspergere propter eos qui talibus delectantur, communio quædam est utriusque vocis Θεὸς *Deus*, et ἀγαθὸς *bonus;* si quis enim elementorum numeret unitates (17), pares utrobique reperiet, ducentas scilicet

A ναι Θεὸς, ἐπιτιμῶν τῷ εἰπόντι αὐτὸν ἀγαθόν· « Τί με λέγεις, φησὶν, ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. » Ἔστι δὲ ὁ λόγος αὐτῶν σαθρὸς κομιδῇ, καὶ τὸ ἀκαλλὲς ἐμφαίνων ἐν ἑαυτῷ. Ἐχρῆν γὰρ συνιδεῖν, εἴπερ ἦσαν βασκανίας ἐκτὸς, ὡς οὐκ ἀπαναινόμενος τὸ ἀγαθὸς εἶναι ταῦτά φησι· πῶς γὰρ, ὁ καὶ ἄνθρωπον καὶ δένδρον εἰπὼν ἀγαθόν; « Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά· » καὶ· « Οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρπὸν σαθρὸν ποιῆσαι. » Οὐκ οὖν ἀπαρνεῖται τὸ ἀγαθὸς εἶναι, ἀλλ' ἐλέγχει τοῦ ἀνδρὸς τὴν ὑπόκρισιν, καὶ τὴν ἀλωπεκῆν ἐκκαλύπτει, μεθ' ἧς τὴν ἐρώτησιν ἐπεποίητο, μονονουχὶ λέγων· Πῶς ἀγαθὸν ὀνομάζεις, ὃν νομίζεις ψιλὸν ἄνθρωπον; Πῶς
B ἀγαθὸν καλεῖς, ὃν ἦκες φενακίσαι τοῖς ῥήμασι; Πῶς δὲ κολακεύεις, ὃν εἰκάζεις τοῦ Μωϋσέως ἀντίθεον; Τί μὴ φανερῶς ἥκεις πολεμήσων, ἀλλ' ὡς λόχον τὴν θωπείαν ἱστᾷς; « Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. « Εἰ οὖν ἀγαθόν με ὁμολογεῖς, πίστευε εἶναί με καὶ Θεόν. Εἰ ψιλὸν ὀνομάζεις ἄνθρωπον, ἀπαπηθῆναί με τοῖς σοῖς λόγοις δυνάμενον, μηδ' ἀγαθὸν κατονόμαζε. Πρὸς τοῦτο ἀφορῶν εἶπεν ὁ Κύριος, « Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. » Ἄλλ' ἕτερον ἀνακαλύπτει πάλιν θεώρημα. Εἰ γὰρ μόνος ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, πῶς φησιν ἡ Γραφὴ ἀγαθὸν καὶ σοφὸν παῖδα τὸν Σαμουήλ; καὶ « ὁ ἀγαθὸς Σαοὺλ υἱὸς Κίς. » Ἑλκανᾶ δὲ βαρυθυμοῦσαν τὴν ὁμόζυγον Ἄνναν τῇ ἀπαιδίᾳ παραμυθούμενος. « Οὐκ ἀγαθός σοι, φησὶν, ὑπὲρ δέκα τέκνα ἐγώ; » Καὶ ὁ ψαλμός· « Ἀγάθυνον, Κύριε, λέγει, τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ τοῖς εὐθέσι
C τῇ καρδίᾳ. » Ἀλλὰ τὸ Εὐαγγέλιον τὴν κυρίως ἀγαθότητα λέγει ἥτις μόνη σύνεστι Θεῷ. Ὅσα γὰρ ἄλλα πέφυκεν ἀγαθὰ, χάριτι μετέσχε τῆς ἀγαθότητος, ὥσπερ δὴ καὶ ἁγιωσύνης, καὶ δικαιοσύνης, καὶ ὁσιότητος, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὧν μετέλαβεν ἕκαστον τῶν ὄντων, καθ' ὅσον ἡ τοῦ δεχομένου φύσις ἐχώρει. « Οὐδεὶς οὖν ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. » Εἰ δὲ δεῖ καὶ οἷον ἡδυσμά τι προσθεῖναι τῷ λόγῳ διὰ τοὺς τοιούτοις προσέχοντας, κοινωνία τις πρόσεστι τοῖν ὀνομάτοιν ἀμφοῖν τοῦ τε Θεοῦ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ. Εἰ γάρ τις τὰς τῶν στοιχείων ἀριθμήσει μονάδας, ἴσας ἐν ἀμφοτέροις εὑρήσει σαφῶς εἰς τέσσαρας, καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ διακοσίας ποσουμέ-

[74] Matth. XII, 35. [74a] Matth. VII, 18. [75] I Reg. II, 26. [75a] I Reg. I, 8. [76] Psal. CXXIV, 4.

Francisci Scorsi notæ.

(16) *Perinde ac si dicat.* Explicatio horum verborum : *Quid me vocas bonum? Nemo bonus nisi solus Deus*, allata hic a Theophane consentanea est ejus opinioni, de qua supra not. 74 quod ille dives adolescens simulato animo et tentandi causa ad Christum accesserit; hoc enim posito ita explicat illam Christi responsionem, quasi ad hominem quoddam argumentum illatum ad ejus simulationem redarguendam quod hac paraphrasi planius fiat. Quomodo me vocas bonum, ait Christus, ex mente Theophan., quem nudum hominem arbitraris? Vel enim eo sensu me vocas bonum, quo Deus dicitur bonus, qui natura, et ut loquitur S. Dionysius αὐτοάγαθος est per se bonus : atque hoc pacto simulate loqueris, non enim me Deum existimas. Vel me vocas bonum ea bonitate quæ convenit homini a Deo nimirum impertita, et hoc etiam sensu verba

D fingis, et tecto ingenio loqueris; putas enim me contrarium Deo, et Moysi, et tua, interrogatione conaris me in quopiam errore deprehendere; ergo nullo sensu, quod ad animum tuum pertinet, tua appellatio vera est, labiis tenus hoc me titulo cohonestas, cor autem tuum longe est a me. Hæc est explicatio Theophan. qui satis plane ostendit Christi responsionem fuisse ad duplicis adolescentis mentem directa, cum ait : Πρὸς τοῦτ' ἀφορῶν εἶπεν ὁ Κύριος, Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός· *Huc igitur spectans Dominus dixit : « Nemo bonus, nisi solus Deus.* »

(17) *Elementorum numeret unitates.* De hujus calculationis quam ἰσόψηφον Græci dicunt, antiquitate et usu diximus supra ad hom. 36, not 59, quam recole; ibi enim et hoc quoque ἰσόψηφον exposuimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νας ἑκάστου ὀνόματος. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως περιεργότερον. Φέρε δὴ καὶ τὴν ἑξῆς λέξιν σκοπήσωμεν.

« Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς · Τὰς ἐντολὰς οἶδας; Μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς, μὴ κλέψῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς. » Ὁ μὲν ᾤετο ἄλλην τινὰ διδασκαλίαν ἀκοῦσαι, ὡς ἂν ἔχῃ κατηγορεῖν · ὁ δὲ Σωτὴρ, καίπερ δυνάμενος ὅμως ἐκκλίνων αὐτοῦ τὰς λαβὰς, τὴν τοῦ Μωϋσέως προτίθησι χρῆσιν. Χρὴ μέντοι κἀκεῖνο σκοπεῖν, πῶς οὐ πάσας λέγει τὰς ἐντολὰς, ἀλλὰ τὰς πρώτας παραδραμὼν τῶν ἑξῆς ἐμνημόνευσεν. Ἄρχεται μὲν γὰρ ἡ τοῦ νόμου Δεκάλογος · « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. » Ἐφεξῆς ἀποτρέπει σέβας ἀπονέμειν ὀθνείοις θεοῖς. « Οὐκ ἔσονται γὰρ, φησὶ, θεοὶ ἕτεροι. » Εἶτα φυλάττειν τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου νομοθετεῖ. Ἀλλ' ὁ Σωτὴρ, ταῦτα μεθεὶς πρὸς τὰ τελευταῖα χωρεῖ. Διὰ τί; Ἐπειδὴ πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενος περιττὸν ἡγήσατο εἰπεῖν · « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεὸν, » καὶ · « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι. » Τοῦτο γὰρ ἦν δῆθεν πεφυλαγμένον αὐτῷ · τὸ δὲ · « Φύλαττε τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου, » παρατρέχει, ὡς ἀχερδές. Καταλέγει δ' ἐκεῖνα ὑφ' ὧν ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων ἡττᾶσθαι πέφυκεν, ὡς ἐπὶ πολύ. Μάλα δὲ ἁρμοδίως τὴν μοιχείαν τῷ φόνῳ συνῆψεν ἡ ἐντολή. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀποκτιννὺς, τὴν ψυχὴν χωρίζει τοῦ σώματος, οὕτως οἱ γάμων ἀλλοτρίων δηλήμονες, καὶ διαρρήκται τῆς ἁρμοστίας τοῦ βίου τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα συναφείας χωρίζουσι τῆς γυναικὸς τὴν διάθεσιν, καὶ οὓς ἥνωσεν ὁ Θεὸς εἰς σάρκα μίαν, τούτους ἡ μάχαιρα τῆς μοιχείας τέμνει διχάσασα. « Μὴ κλέψῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς. » Δεινὸν μὲν καὶ τὸ συλᾶν τὰ ἀλλότρια, πάνδεινον δὲ καὶ τὸ ψευδομαρτυρίαν συνθεῖναι κατά τινος, καὶ συκοφάντην ὀφθῆναι, καὶ τοῦ ἀρχαίου μιμητήν. Ἡ γὰρ συκοφαντία ἄνδρα ταπεινοῖ, ὥς τις ἔφη σοφός. Οὐ μακρὰν τοῦ φονέως ὁ συκοφάντης ἐστί. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ τῆς τῶν ἀνθρώπων συκοφαντίας λυτρωθῆναι ἐπεύχεται. Ἐφεξῆς δὲ τίθησι τὴν εἰς τοὺς τεκόντας τιμήν · « Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου. » Οὐκ εἶπεν, Ἀγάπα, ἀλλὰ, *Τίμα* · Διὰ τί; Ἐπειδὴ τὴν πρὸς τοὺς φύντας στοργὴν ἡ φύσις αὐτὴ οὕτω τέθεικε ῥαγδαίαν καὶ ἰσχυρὰν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις;

A quatuor, et octoginta in unoquoque nomine. Sed hoc fortasse curiosius, et extra rem videri possit. Age ergo sequentia consideremus.

«Dicit ei Jesus : Mandata nosti? Non adulterabis, non occides, non furtum facies, non dices falsum testimonium. » Ille quidem opinabatur quamdam aliam se accepturum doctrinam, ut haberet, quid contra illum argueret : at Salvator quamvis alia ratione posset ejus insidias declinare, Mosis legem proponit. Illud etiam considerare par est, qua causa non omnia mandata recenseat, sed prioribus omissis posteriora solum commemorarit. Hinc enim **316** Mosis Decalogum incipit : « Diliges Dominum Deum tuum, et proximum sicut te ipsum[77];» deinde diis alienis tribui cultum vetat : «Non erunt, ait, tibi alii dii ;» B tum diem Sabbati præcipit observare. Sed Salvator his præteritis ad posteriora progreditur. Quid ita? Quoniam cum Judæis agebat, supervacuum duxit dicere : « Diliges Dominum Deum tuum ; » et : « Non erunt tibi dii alieni. » Hoc enim ab eo videlicet observabatur : illud vero : « Diem Sabbati custodi, » prætermittit tanquam inutile (18). Sed enim illa recenset, a quibus hominum natura superari solet ut plurimum. Valde porro consequens fuit, ut homicidio fornicationem (19) lex adjungeret: sicuti enim qui alium perimit animam disjungit a corpore, sic qui violant toros alienos, et vitæ humanæ concordiam dirimunt, mulieris affectum a viri conjunctione sejungunt : et quos conjunxit Deus in carnem unam, hos gladius adulterii dividit in C duo distractos : « Non furaberis, non falsum testimonium dices ; » grave quidem est furari rem alienam, gravissimum vero falsum testimonium in alterum concinnare, adeoque antiqui serpentis imitatorem fieri. Calumnia quippe virum dejicit, et affligit[78], ut quidam sapiens dixit (20). Nec multum distat ab homicida calumniator, ideo etiam David ab hominum calumniis orat, ut liberetur[79]. Deinceps vero honorem in parentes apponit : « Honora patrem tuum, et matrem tuam. » Non dixit : Dilige, sed « Honora (21)» Quamobrem? Quoniam amorem in genitores tam vehementem, ac fortem inseruit ipsa natura, ut in animantibus rationis

[77] Deut. vi, 5. [78] Eccle. 7, 8. [79] Psal. cxviii, 121.

Francisci Scorsi notæ.

(18) *Tanquam inutile.* Jam inde cum Christus novam legem promulgaret, aboleri etiam Judaica Sabbati observatio incipiebat ; atque ideo, ait Theophanes, prætermisit Christus ex Decalogo Sabbati sanctificationem tanquam inutilem. Præterea etiam erat inutilis eo modo, quo a Judæis fiebat nimis superstitiose, et cultu solum externo. Vide quæ diximus ad hom. 12.

(19) *Ut homicidio fornicationem.* In collectione canonum apud Leonel. *De jure Græco-Lat.* legi canonem VI Basilii, quo eodem loco habet homicidas et adulteros : Φονεῖς inquit καὶ μοιχοὶ κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπετιμάσθωσαν τύπον· *Homicidæ, et adulteri ad eamdem formam puniuntor;* id quo confirmaret pium Theophanis sententiam huc breviter placuit afferre.

(20) *Ut quidam sapiens dixit.* Ecclesiasticum innuit qui cap. VII : Ἡ συκοφαντία περιφέρει σοφὸν, καὶ ἀπολλύει τὴν καρδίαν εὐγενείας αὐτοῦ. Noster interpres : *Calumnia conturbat sapientem, et perdit robur illius.* Cujus loci sensum modo, non verba ipsa integra Theophan. retuli.

(21) *Sed honora.* Consuevit hic auctor superioribus sermonibus distinguere τὸ ἀγαπᾷν et ἀγάπην *diligere* et *dilectionem*, a φιλεῖν et φιλίᾳ ab *amare* et *amicitia*, hoc enim imperfectum quid, et vulgare, et naturale, illud perfectum, et gravius ut copiosius disputavimus ad homiliam 37, not., et homiliam 41, not. quæ recole. Sed enim hic τὸ ἀγαπᾷν pro στέργειν seu φιλεῖν videtur accipere : non semper eodem tenore verba usurpantur, sed pro loco et re variantur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

expertibus vis ejus appareat. Cultus itaque doctrina erat, et lege sanciendus.

Quid igitur ad hæc respondit, qui se legem observare censebat? « Hæc omnia observavi a juventute mea. » Videns igitur eum Salvator in legis præceptis exercitatum ad evangelicam perfectionem suo sermone manuducit : ostendens legi cohærere Evangelium, et habere inter se dogmata propinquitatem. Præcepto enim non adulterandi præceptum non concupiscendi, et præcepto non occidendi, præceptum non irascendi affine est. Oblique porro, ac ingeniose animum hominis divitiarum amantem ostendit. Omittens enim quodvis aliud, proponit id quod maxime ipsum angere **317** potuisset : « Vende omnia, quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo; et veni, sequere me. »

Hic vero serpens ille, qui ab initio Deum calumniatus est apud hominem, rursus per impiam et abominandam Juliani linguam (22) horrendum sibilat. Hic enim vanum Christi consilium ostendere volens hypothetico paralogismo sic argutatur : Si omnes, inquit, hoc sequentes consilium, elegerint vendere, et dividere pauperibus pecunias suas, quisnam erit, qui eas emat, vendentibus omnibus juxta propositam hypothesim? Audistis delirium Sophistæ iniquitatis. Age ergo mendacis dentes angulari veritatis lapide confringamus. Nisi enim esset Deus Jesus, qui bona omnia vendere hortatur, locum fortasse haberet Sophistæ argumentatio. Quoniam vero Deus est, quem nihil futurorum latet, manifestum est illum scivisse non omnes capturos hoc verbum, nec ad hujusmodi perfectionem plerosque perventuros : nec tamen idcirco salutis iter impediendum. Ex Christianis enim documentis, atque mandatis alia quidem ut præcepta proposita sunt, alia vero ut obsequia voluntaria. Nam et recte credere, et diligere proximum, et parcere inimicis, nec furari, nec adulterare, et quotquot alia legis præceptis continentur, servari necessario debent : hæc enim si transgredimur, condemnamur. Virginitas autem, et cælibatus, et paupertas, et vita solitaria, et alteram maxillam præbere percutienti, et tollenti tunicam libenter etiam pallium dare, et liberaliter in pauperes bona erogare, hæc si quis faciat, ad perfectionem ducunt eum, qui facit : si vero quispiam horum aliquid minime præstet, cæterum necessaria mandata servet et dogmata, non erit extra numerum salvandorum. Propterea de mandatis cum loquitur, non dicit : Si vis, non furaberis, non occides; quando quidem hæc necessario servari debent; de iis vero cum agit, quæ ex arbitrio rationis electa donorum obtinent rationem (23) : « Si vis, inquit, perfectus esse, vende quæ

A ὁρᾶσθαι τὸ ταύτης βίαιον · τὸ μέντοι σέβας πέφυκε διδακτικὸν, καὶ νομοθεσίας δεόμενον.

Τί οὖν πρὸς ταῦτα ὁ ἑαυτὸν οἰόμενος νομοφυλακεῖν; « Ταῦτα, φησὶν, ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. » Ἐγγυμνασθέντα γοῦν αὐτὸν ἰδὼν ὁ Σωτὴρ ταῖς νομικαῖς ἐντολαῖς χειραγωγεῖ διὰ τοῦ λόγου πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν τελειότητα, δεικνὺς, ὡς ἐξέρχεται τοῦ νόμου τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ γειτνιῶσιν ἀλλήλοις τὰ δόγματα · τῷ « Μὴ μοιχεύσῃς, » τὸ « Μὴ ἐπιθυμήσῃς · » καὶ τῷ « Μὴ φονεῦσαι, » τὸ « Μὴ ὀργίζεσθαι. » Πλαγίως δέ πως καὶ εὐφυῶς ἀπογυμνοῖ τῆς γνώμης αὐτοῦ τὸ φιλόπλουτον. Μεθεὶς γὰρ ἄλλο τι εἰπεῖν ὃ μάλιστα τοῦτον ἐλύπει προβάλλεται · « Πώλησον πάντα τὰ ὑπάρχοντά σου, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς, καὶ

B δεῦρο, ἀκολούθει μοι. »

Ἐνταῦθα ὁ ἐξ ἀρχῆς διαβάλλων τὸν Θεὸν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὄφις, πάλιν διὰ τῆς μιαρᾶς καὶ κατεστυγμένης γλώττης τοῦ Ἰουλιανοῦ βωμυρὸν ἀπεσύρισεν. Οὗτος γὰρ βουλόμενος εἰκαῖον δεῖξαι τοῦ Χριστοῦ τὸ παράγγελμα, ὑποθετικῷ παραλογισμῷ οὕτω κατασοφίζεται. Εἰ πάντες, φησὶν, ἄνθρωποι τῷ παραγγέλματι τούτῳ πειθόμενοι τὰ ὑπάρχοντα σφίσιν ἠροῦντο πωλεῖν, καὶ διανέμειν πτωχοῖς, τίς ἦν ἄρα ὁ ταῦτα ὠνούμενος πάντων ἀπεμπωλούντων κατὰ τὴν προτεθεῖσαν ὑπόθεσιν. Ἠκούσατε τοῦ σοφοῦ τῆς κακίας τὸ παραλήρημα · φέρε δὴ, τοὺς ὀδόντας τοῦ ψεύδους τῷ ἀκρογωνιαίῳ τῆς ἀληθείας συνθλάσωμεν. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἦν Θεὸς ὁ προτρέπων

C πωλεῖν τὰ ὑπάρχοντα Ἰησοῦς, εἶχεν ἂν ἴσως χώραν ἡ τοῦ σοφίσματος ἔκθεσις. Ἐπεὶ δὲ Θεὸς ἦν, ὃν λέληθε τῶν ἐσομένων οὐδὲν, εὔδηλον ὡς ἤδει, ὅτι οὐ πάντες τὸν λόγον χωρήσουσιν, οὐδὲ τῆς τελειότητος ταύτης οἱ πλείους ἐφέξονται · οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἡ τῆς σωτηρίας ὁδὸς κωλυθήσεται · τῶν γὰρ Χριστιανικῶν δογμάτων, καὶ ἐντολῶν τὰ μὲν κατ' ἐντολὴν πράττεται, τὰ δὲ καθ' ἑκούσιον εἰσφοράν. Τὸ μὲν γὰρ πιστεύειν ὀρθῶς, καὶ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον, καὶ μὴ μνησικακεῖν τοῖς ἐχθροῖς, μήτε κλέπτειν, μήτε μοιχεύειν, καὶ ὅσα αἱ νομικαὶ περιέχουσιν ἐντολαὶ ὀφείλουσιν ἐξ ἀνάγκης φυλάττεσθαι · παραβαίνοντες γὰρ ταῦτα κρινόμεθα. Παρθενία μέντοι, καὶ ἀγαμία, καὶ ἀκτημοσύνη, καὶ ἀνυχώρησις, καὶ θατέραν παρειὰν παρέχειν τῷ παίοντι, καὶ τῷ ἀφαιρουμένῳ

D τὸν χιτῶνα προθύμως προσαποδύεσθαι τὸ ἱμάτιον, καὶ μεγαλοψύχως διασκιδνᾶν τὰ προσόντα τοῖς πένησι, ταῦτα εἰ μὲν φυλάττοιτο, ἄγει τὸν κατορθοῦντα πρὸς τελειότητα · εἰ δὲ τούτων μέν τις ἐλλειπὴς εἴη, τῶν δ' ἀναγκαίων ἐντολῶν καὶ δογμάτων τηρητὴς, οὐκ ἔξω τῶν σωζομένων ἐστί · διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐκ εἶπεν · Εἰ θέλεις, μὴ κλέψῃς, μὴ φονεύσῃς, ἐπειδὴ ἀναγκαίως τηρεῖν ταῦτα ὤφειλεν. Εἰς δὲ τὰ κατὰ προαίρεσιν λόγον δώρων

Francisci Scorsi notæ.

(22) *Abominandam Juliani linguam.* De hoc quod habui dicere jam supra ad hom. 5, not. 2, et hom. 41, not. 80, dixi.

(23) *Donorum obtinent rationem.* Hunc locum ex duobus codd. restitui, cum uterque lapsus in mendum esset. Nam in Panorm. erat : Εἰς δὲ τὸν κατὰ προαίρεσιν λόγον δῶρον ἐπέχοντα, Εἰ θέλεις, φησὶν, etc., in Vatic., autem Εἰς τὰ λόγον δῶρον ἀπέχοντα. In priore igitur articulum τὸν in τὰ mutavi, ex Vatic.; in secundo δῶρον in δώρων ex Panorm.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπέχοντα· « Εἰ θέλεις, φησί, τέλειος γενέσθαι, πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σου. » Πρὸς τούτοις οὐδὲ πάντη σωματικῶς τὸν τοῦ Κυρίου λόγον ἐκλαμβάνεσθαι χρὴ, ἀλλὰ νοεῖν προσήκει, ὡς πωλεῖν προτρεπόμεθα πάντως τὰ ἐπικτηθέντα ἡμῖν τῆς κακίας ἐπιτηδεύματα, καὶ πάντα δοῦναι τοῖς πάντος ἀγαθοῦ πτωχεύουσι δαίμοσι, καὶ οὕτως ἐν μεθέξει γενέσθαι τῆς θείας ζωῆς. Οὔτε γὰρ ἡ κακία, οὔτε τὰ χρήματα κατὰ φύσιν ἡμέτερα, ἀλλ' ἔξωθεν ἡμῖν ἐπιγέγονεν. Ἀστεῖον δὲ καὶ μάλα πρόσφορον, καὶ τὸ τῷ σοφῷ Ἰωάννῃ τῆς Κλίμακος ἐν τούτῳ τῷ ῥητῷ νοηθέν. Βοᾷ γὰρ ὁ λόγος· Ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ θελήματα τοῖς προεστῶσι καθηγηταῖς πτωχοῖς οὖσι τῷ πνεύματι· οὕτω γὰρ δυνήσῃ ἀκολουθῆσαι Χριστῷ.

Ἀκούσαντος δὲ τοῦ πλουσίου, καὶ λυπηθέντος, φησὶν ὁ Σωτήρ· « Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Οὐκ εἶπεν, Οἱ κεκτημένοι χρήματα, ἀλλ' « Οἱ ἔχοντες, » τουτέστιν οἱ παρ' ἑαυτοῖς ταῦτα κατέχοντες. Σφαλερὸς γὰρ ὁ πλοῦτος τῷ αὐτὸν θησαυρίζοντι, τοῖς δὲ καλῶς χρωμένοις οὐ μόνον οὐ μεμπτέα τὰ χρήματα, ἀλλὰ καὶ ἀρετῆς ἄξια.

« Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Ὁρᾷς ὅσον δυσχερὲς, καὶ ἀμήχανον, σωτηρίας τυχεῖν τὸν τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ πλούτου δουλούμενον; Πλούσιον γὰρ λέγει οὐ τὸν εὔπορον ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸν διακαῆ ἐπιθυμίαν ἔχοντα τοῦ πλουτεῖν, καὶ περισκοπεῖν διαπαντὸς, ὅπως ἐπαύξοιτο αὐτῷ τῆς κακίας ὁ μαμμωνᾶς. Ἐργῶδες οὖν τὸν τοιοῦτον τῆς αἰωνίου βασιλείας τυχεῖν. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ἡμῖν διαλέγεται ὁ κελεύων ἐρευνᾶν τὰς Γραφὰς, καὶ μὴ πρὸς μόνον τὸ φαινόμενον ἐπερείδειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑψηλοτέρας ἐννοίας χωρεῖν· ὁ γὰρ μόνῳ προσέχων τῷ γράμματι γῆν σι-

habes. » Ad hæc non oportet verba Domini exteriore, solum sensu sumere : sed par est etiam intelligere quod vendere monemur omnia studia quæ retinemus ad malum, eaque tradere, ut indigentibus omnis boni dæmonibus, atque **318** ita in partem divinæ vitæ venire. Neque enim malitia, nec opes ex natura nostra sunt, sed extrinsecus nobis adveniunt. Elegans etiam, et perutile dictu est, quod Joanni Climaco (24) in hoc loco venit in mentem. Clamat enim verbum : Vade, vende tuas omnes voluntates moderatoribus tuis, qui tibi præsunt, qui spiritu panperes sunt ; sic enim poteris Christum sequi.

Cum his auditis dives mœrore esset affectus, dixit Salvator : « Quam difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum cœlorum ! » Non dixit, Qui possident divitias, sed « Qui habent, » id est, qui apud se eas retinent. Fallaces enim divitiæ ei qui cumulat sibi thesauros, iis vero qui recte utuntur non solum non vituperatione, sed etiam laude dignæ divitiæ sunt.

« Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum Dei. » Vides quam difficile, et arduum sit salutem consequi eum, qui divitiarum est servus. Divitem enim eum appellat non opibus simpliciter abundantem, sed eum qui ardenti divitiarum cupiditate devinctus est, et singulis diebus circumspicit, quomodo ipsi mammona iniquitatis augescat. Operosum ergo est, hujusmodi hominem regnum obtinere sempiternum. Cæterum quoniam Deus est, qui loquitur nobis, qui scruturi Scripturas jubet, nec in id solum mentem intendere quod apparet, sed in altiores pervadere sensus ; qui enim soli intentus est litteræ, terra pascitur (25), quæ

Francisci Scorsi notæ.

ex quibus verus, et germanus sensus educitur, quem edidi, et hic magis παραφραστικῶς explico. Ait enim auctor : Cum de iis ageret Dominus, quæ necessario servanda sunt, non dixit : Si vis, non furaberis, etc. ; ad ea vero, quæ donorum obtinent rationem, et per electionem liberæ voluntatis fiunt, ait, *Si vis*, etc. Ea enim quæ ex consilio servanda suscipimus, ut paupertas, virginitas, obedientia in obsequium voluntarium, et quasi dona Deo offeruntur. Hic est sensus hujus Patris, qui quamvis per se liqueat, conferam tamen ad eum magis illustrandum S. Maximi martyris gemellum omnino sensum qui cent. III, *De charitate*, cap. 47 : *Quæ a nobis*, inquit, *secundum Deum fiunt, partim ex præcepto fiunt, partim non ex præcepto, sed quasi aliquis diceret voluntaria ratione ista fieri.* Postea ex signatis iis quæ non sunt præcepta, subdit : *Hæc donorum rationem habent.*

(24) *Quod Joanni Climaco.* Ubi hoc dictum Climaci exstet, fateor me adhibito diligenti studio non hactenus legisse, censeo vero Theophanem non id dicturum fuisse, nisi legisset alicubi. Sententia vero quamvis a littera sit aliena, est tamen mystica, et quidem pietate, et religioso Climaci spiritu digna.

(25) *Terra pascitur.* Ad hom. I, not. 9 locum S. Maximi martyris ex cent. V, cap. 35, produxi, ad quem Noster hic alludit cum eum qui litteræ solum inhæret in sacrarum Litterarum intellectu, terra pasci dicit. Sic enim ibi S. Maximus : *In qua quandiu incedit complectens litteram, merito non solatur inopiam ex fame cognoscendi contractam se ipsum condemnans dolosi serpentis more ad edendam terram Scripturæ, hoc est corpus : non autem cœlum, juxta Christi sententiam nempe Scripturæ spiritum et animam*, hoc est, *cœlestem, et angelicum panem vescens.* Hæc S. Maximus, quæ hic volui rescribere, maxime quod consonent cum iis quæ hic Noster, qui paulo infra sensum spiritalem cœlum et panem cœlestem appellat ab ipso S. Maximo, ut opinor, edoctus. Pluribus etiam aliis cap. idem variis modis inculcat S. Maximus, cent. IV, cap. 76, et cent. V, cap. 30, 31 et 34. Atque hi Patres adversus eos loquuntur, qui ita circa litteram occupantur, ut nullum sensum spiritalem ex eo elicere noverint : ex quo genere Judæi sunt, ut docte Alfonsus Salmeron soc. nostræ qui ad Comment. in Evang. præmisit Prolegomena, ex quorum octavo hæc desumo, quæ ad hanc adnotationem non parum conducunt : *Judæi igitur, et si qui similes eorum sunt, in quos Paulus scripsit :* « *Littera occidit, spiritus autem vivificat* (*II Cor.* III, 6) ; » *nec mirum est, illos spiritum ignorasse, qui ne litteram quidem capiunt.* « *Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei : stultitia enim est illi, et non potest intelligere, quia spiritualiter examinantur* (*I Cor.* II, 14). » *Contra vero alii ita sensum spiritualem accipiunt, ut litteram omnino deseruerint, ut sunt ex Ju-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rationis expertium est alimentum ; qui vero ad id quod in sermone magis est spirituale transcendit, cœlesti pane nutritur : ne hoc loco camelum eum qui sensibus subjacet, capiamus ; si enim de animali locutus fuisset, non *facilius* dixisset, quod prorsus fieri nequit. Magis enim consentaneum fuisset dicere : Sicuti est impossibile camelum per foramen acus transire. Nunc vero vox *facilius* profundius aliquid subjicit considerandum. Neque igitur camelum animal intelligere oportet, nec navis rudentem, ut quidam interpretum censuerunt. Quid ergo est quod accipimus? Camelum animal dicunt injuriæ memoriam indelebilem retinere adversus eum qui gravius ipsum percusserit, et per omnem vitam suam tempus opportunum observare, quo possit eum qui injuria affecit ulcisci. Ut igitur **319** Scripturæ mos est ex proprietate naturali animantium nomina iis qui perturbationibus obnoxii sunt, imponere : et canem quidem eum qui impudens est ; equum, qui libidini indulget ; lupum, qui rapax, vulpem eum qui dolose agit, appellare : ita et injuriæ tenacem camelo assimilat. Quæ enim natura insunt in animantibus, ea si homo imitetur, passiones fiunt. Acus vero recte sermonem Domini (26) significabit, qui dissuta connectit, et in unum redigit, et ex diversis virtutibus quasi uno vestimento animas ornat, uno charitatis filo consutis. Hujus scilicet acus foramen est illa augusta et arcta porta, de qua Salvator dixit quod « Angusta est porta, quæ ducit ad vitam [80]. » Ait ergo facilius esse hominem tenacem injuriæ per vitæ perfectionem intrare, quam divitem. Quid ita? Quoniam omnis illa malitia cum invisa persona, vel res remota fuerit, solvitur ; et, incentivo sublato, passio quodammodo exstinguitur : atque ita a vindictæ studio liber homo virtutem capessere, et ad perfectionem pervenire potest. At vero divitiarum cupiditate

A τεῖται τὴν ἀλόγων τροφήν· ὁ δ' ἀνὴρ πρὸς τὸ τοῦ λόγου πνευματικώτερον, οὐρανίῳ ἄρτῳ ἐκτρέφεται· μηδ' ἐνταῦθα τὴν κάμηλον αἰσθητῶς ὑπολάβωμεν. Εἰ γὰρ περὶ τοῦ ζώου ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, οὐκ ἂν τὸ πάντως ἀδύνατον ἐκάλεσεν *εὐκοπώτερον*. Ἦν γὰρ ἀκολουθότερον μᾶλλον εἰπεῖν, ὥσπερ ἀδύνατον κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς *ῥαφίδος* διελθεῖν. Νῦν δὲ ἡ τοῦ εὐκοπωτέρου λέξις βαθύτερόν τι νοεῖν ὑποτίθησιν. Οὔτ' οὖν τὴν κάμηλον προσήκει νοεῖν, οὔτε τὸν τῆς νηὸς κάλων, ὥς τινες τῶν ἑρμηνευτῶν ᾠήθησαν. Τί οὖν ἐστιν ὃ κατελάβομεν; Φασὶ τὸ ζῶον τὴν κάμηλον ἀνεξάλειπτον τηρεῖν μνησικακίαν κατὰ τοῦ ἰσχυρῶς αὐτὴν πλήξαντος, καὶ παρ' ὅλην αὐτῆς τὴν ζωὴν καιροσκοπεῖν, ὅπως ἀμύνοιτο τὸν λυπήσαντα. Ὥσπερ οὖν συνήθεια τῇ Γραφῇ ὀνομάζειν τοὺς ἐμπαθεῖς

B ἀπὸ τῆς φυσικῆς τῶν ἀλόγων ἰδιότητος, κύνα μὲν τὸν ἀναιδῆ, ἵππον δὲ τὸν θηλυμανῆ, καὶ λύκον τὸν ἅρπαγα, καὶ τὸν δολερὸν τοῦ ἤθους ἀλώπεκα, οὕτω καὶ τὸν μνησίκακον τῇ καμήλῳ ἀφομοιοῖ. Τὰ γὰρ τῶν ζώων πάθη τοῖς μὲν ἀλόγοις φύσις ἐστί, τῷ δὲ ἀνθρώπῳ ζηλούμενα πάθη γίνεται. Ῥαφὶς δὲ νοεῖ· ἂν ἀκολούθως ὁ διδασκαλικὸς λόγος ὁ τὰ διεστῶτα συνάπτων, καὶ ἑνοποιῶν, καὶ ἐκ διαφόρων ἀρετῶν ὡς ἑνὶ ἀμφίῳ κοσμῶν τὴν ψυχήν, ἅτε τῷ τῆς ἀγάπης σπαρτίῳ εἰς ἓν συνάπτων αὐτάς. Ταύτης τῆς ῥαφίδος τρυμαλιὰ ἡ στενή, καὶ τεθλιμμένη πύλη, περὶ ἧς φησιν ὁ Σωτὴρ ὅτι « Στενὴ ἡ πύλη ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. » Φησὶν οὖν, ὡς εὐκοπώτερον τὸν μνησίκακον ἄνθρωπον διὰ τῆς τελειότητος εἰσελθεῖν,

C ἢ τὸν πλούσιον. Διὰ τί; Ἐπειδὴ πᾶσα κακία τῇ παρελεύσει τοῦ φθονουμένου προσώπου, ἢ πράγματος διαλύεται, καὶ οἷον σβέννυται τὸ πάθος λυθέντος τοῦ ὑπεκκαύματος, καὶ οὕτως ἀπαλλαγεὶς τῆς μνησικακίας ὁ ἄνθρωπος δύναιτ' ἂν ἐπιλαβέσθαι τῆς ἀρετῆς, καὶ καταντῆσαι πρὸς τελειότητα. Τὸ δὲ φιλοπλουτεῖν, καὶ ἀεὶ διακαῶς ἔχειν περὶ τὰ χρήματα, λίαν κακὸν, καὶ μόλις τῷ θανάτῳ λυόμενον·

[80] Matt. VII, 14.

Francisci Scorsi notæ.

dæis Philo vir disertissimus, qui quoniam Christum non habebat, ut inquit Augustinus, lib. Contra Faustum, *quo referret, quæ diceret, et ostium non invenit, variis est actus erroribus : ex nostris vero Origenes, qui ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta ; et nonnulli etiam ex nostris qui litteralem sensum apprehendere non valentes, aut ut levem, et parum utilem contemnentes, in allegorias et spirituales intelligentias spatiantur, veras quidem illas, sed parum Scripturis, quas interpretantur, congruentes.* Hæc ex Salmerone, quæ quidem ideo huc adduxi, quia sunt perutilia, et admonent scriptores et oratores sacros, qua via sit incedendum in explicandis sacris Litteris, media scilicet eaque regia. Et sane hanc viam innuit noster Theophanes, cum ait : *Quoniam Deus est, qui loquitur nobis, qui scrutari Scripturas jubet, nec in id solum mentem intendere, quod apparet, sed in altiores pervadere sensus, etc.* Quibus mentem aperit suam esse quidem incumbendum ad litteræ intellectum, sed præterea faciendum gradum ex ea ad altiores et spirituales sensus. Quanquam, ut verum fatear, sensus hic mysticus de camelo, quod injuriæ memorem significet, detortus mihi videtur, et certe ab Evangelii contextu abruptus, in quo Christus solum difficultatem divitis in acquirendo regno cœlesti sumpta a cameli similitudine (sive animal, sive funis nauticus per illum signetur, ut utrique enim æque difficile per foramen acus transire) voluit ob oculos ponere, nihil autem de alio vitio cum avaritia comparato, neque vero ipse hunc germanum sensum non attigit supra, neque utrumque cameli significatum ignoravit, vel intactum omisit, sed tamen ad mores instruendos, quod unum spectat hic auctor in sermonibus his ad populum, et sane popularibus, pium etiam sensum excogitavit, qui ex bona mente atque etiam ingeniosa accipiendus. Cæterum de sensu spiritali Scripturæ universæ vide etiam Pererium, lib. XXII, qui multa eleganter dicta ab Eucherio colligit ad hanc rem.

(26) *Acus vero sermonem Domini.* Pulchra et belle explicata tropologia non multa differt illa auctoris imperf., apud Chrysost. homilia 33 : *Acus est Filius Dei, cujus prima pars subtilis est secundum divinitatem ; alia vero grossior, secundum incarnationem ejus. Tota autem recta est, et nullam deflexionem,* etc. Vide apud ipsum.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

μόνῳ γὰρ τῷ βίῳ τούτῳ συναποτίθεται. Καὶ ὥσπερ ὁ τοῦ οἴνου κόρος τοῖς μεθύουσι γίνεται δίψης ἐπίτασις περιτηγανούσης αὐτοὺς τῆς αἰνοφλυγίας, καὶ ἀναφλεγούσης ἐπὶ πλεῖον τὴν ὄρεξιν, οὕτως οἱ φιλοχρήματοι, κἂν ὡς Κροῖσος πλουτοῖεν, κἂν ὡς ποταμὸς Πακτωλὸς, ἄπειρον αὐτοῖς ἐπιῤῥέῃ χρυσὸν, οὐ κορέννυνται. Ὅθεν δοκεῖ μοι καὶ ὁ παρ' Ἕλλησι μῦθος τοῖς φιλοπλούτοις ἐλέγχειν τὴν νόσον, ἐν τῷ κατὰ τὸν Μίδαν εἰκονικῷ διηγήματι, ὃς ἕνα κόρον τῆς ἐνούσης αὐτῷ φιλοχρηματίας εὗρε, τὸ δύνασθαι δι' εὐχῆς πᾶν, οὗ ἅψαιτο, μεταβάλλεσθαι εἰς χρυσόν. Οὗ γενομένου δικαίαν εὗρεν ἀμοιβὴν τῆς ἀπλήστου εὐχῆς. Πάντων γὰρ χρυσουμένων, ὧν ἥπτετο, λιμῷ, καὶ δίψει ἐνδίκως ἀπώλετο, διδάσκοντος τοῦ μύθου, καθάπερ ἐγὼ οἶμαι, ὡς οἱ τῶν χρημάτων ἐρασταὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ ἐναποθνήσκουσιν, ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον καταλιμπάνοντες. Εὐλόγως οὖν ὁ Κύριος ἐναπεφήνατο, μὴ δύνασθαι πλούσιον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Φύγωμεν οὖν, ἀδελφοὶ, τῆς ἐπαράτου φιλοκερδίας τὴν ὄρεξιν, τὴν ἀκερδῆ τῆς ψυχῆς τηκεδόνα, τῆς καρδίας τὸν σῆτα, τὸν ἐκμυζῶντα ταύτην ταῖς οἰκείαις φροντίσι, καὶ δαπανῶντα. Παιδαγωγήσωμεν ἑαυτοὺς τοῖς ἀναγκαίοις ἀρκεῖσθαι· τὸ δὲ περιττὸν ὡς ἐπισφαλὲς ἀποσείεσθαι. Εἴ δέ τινι προσγέγονε πλοῦτος ἀνεύθυνος, ἢ ἐκ προγόνων, ἢ ἀναμαρτήτου ἐπιτηδεύματος, θησαυριζέτω τοῦτον δι' ἐλεημοσύνης ἐν οὐρανοῖς, ἔνθα ἡμῶν τὸ πολίτευμα· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A teneri, et ardenter eas concupiscere valde malum est, et quod vix ipsa morte solvatur; solum enim cum hac vita deponitur. Et quomodo ebriosis satietas vini incrementum est sitis, quando quidem ipsa vinolentia eos semper incendit, ac magis magisque vini cupiditatem inflammat; sic avari, et cupidi, quamvis ut Crœsus ditescant, quamvis ut Pactolus fluvius, infinitum illis affluat aurum, nunquam exsatiantur. Quare videtur mihi Græcorum fabula ficta illa narratione de Mida, avaritiæ morbum apte indicare: qui unum satiandæ insitæ sibi avaritiæ nactus est modum, si posset ex voto suo in aurum convertere quidquid attingeret. Quo facto justam reperit insatiabilis desiderii sui pœnam. Cum enim omnia quæ tangebat, aurum evaderent, B fame et siti merito interiit. Qua fabula docemur, ut ego existimo, divitiarum amatores immori in ipsa aviditate sua, et congestas opes relinquere alienis. Jure igitur Christus pronuntiat non posse divites introire in regnum Dei. Fugiamus itaque, fratres, detestabilem lucri cupiditatem, damnosam animæ tabem, et cordis vermem, qui curis a se genitis illud corrodit, atque absumit. **320** Condocefaciamus nos ipsos necessariis contentos vivere, et quod superfluum est, uti rem periculosam abjicere. Quod si cuipiam opes sine vitio obvenerint, vel ex parentibus traditæ, vel inculpato aliquo negotio partæ, has per eleemosynam quasi thesaurum in cœlo congerat, ubi est conversatio nostra in Christo C Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

INCIPIUNT HOMILIÆ IN EVANGELIA

RECITATA FESTIS SANCTORUM DIEBUS:

Quas a Dominicalibus sejungere commodius visum est, etsi in MSS. inter earum ordinem consecrantur.

—

ΟΜΙΛΙΑ ΜΣΤ'.

Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων. — Ἐλέχθη τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου.

Δίττης προφάσεως σήμερον συνέλευσιν ἄγομεν. Προτίθησι γὰρ ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος τῇ ἐκκλησίᾳ

HOMILIA XLVI.

D *De objurgatione aquarum* (27). — *Dicta est in festo magni martyris Demetrii* (28).

321 Duabus de causis conventum agimus hodiernum. Duplex enim Spiritus sancti gratia poculum ap-

Francisci Scorsi notæ.

(27) *De objurgatione aquarum.* Ita inscribitur hæc Hom. in codd. utrisque: Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων· explicatur quippe in ea miraculum, quod S. Matth. cap. VIII, narrat, cum Christus ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις, καὶ τῇ θαλάσσῃ, *increpavit*, vel *objurgavit*, quæ vis in Hebraico verbo continetur, ut adnotat Cornelius noster, *ventis et mari*. Unde factum lemma jam prænotatum.

(28) *Magni martyris Demetrii.* Μεγαλομάρτυρ S. Demetrius omnium Græcorum tabulis appellatur, cujus est in orientali Ecclesia magna celebritas, et quidem 26 Octob., cum Latinum Martyrologium de eo 6 ejusdem mensis die agat. Vide Baron. tom. II, anno 303 et in Notis dicta die. Ex Menologio Græcorum non omnibus obvio, eo inquam, quod ex Bibliotheca card. Sirleti erutum, et ex ejusdem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ponit Ecclesiæ, antiqui timoris memoriam Demetrii martyris celebritate temperans, ut simul gaudeamus diem festum agitantes, et recordatione terroris, quem terræmotus injecit (29), coerceamur, ut neque dissolutum sit gaudium, neque timor cum desperatione salutis. Ergo quando matutinis horis athleticam martyris consummationem ex monumentis accepimus (30), et causam commemorationis terræmotus ex historiis audivimus (31), age verba Evangelii [81] disquiramus.

In illo tempore, « Ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus. » Cum multa terris miracula Salvator edidisset, et divinam quæ in ipso inerat discipulis potentiam ostendisset, ne eos illa cogitatio conturbaret, quod in terra duntaxat res mirandas posset efficere, quod reliquum erat, ingreditur cum illis naviculam, et per maris trajicit vias miraculo demonstrans aperte, « Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, » ut cecinit Psalmus [82]. **322** Cum enim secunda navigatione uterentur, et placidus eos ventus impelleret, et flamine a puppi aspirante, navis cursum teneret suum, et admodum feliciter secaret humidas vias, ipse Salvator foris navis incumbens dormiebat quidem corpore, sed oculo illo suo pervigili, et omnia collustrante, videbat pelagus ventorum flatibus agitatum.

« Et ecce motus magnus factus est in mari. » Absurdum quidem videtur (32) factum fuisse motum

A κρατῆρα διπλοῦν, τῇ πανηγύρει τοῦ μάρτυρος Δημητρίου μνήμην παλαιοῦ φόβου κεράσασα, ὡς ἂν ὁμοῦ τε χαίρωμεν ἑορτάζοντες, καὶ τῇ ἀναμνήσει τῆς τοῦ σεισμοῦ ἀπειλῆς συστελλώμεθα. Καὶ μήτε τὸ χαῖρον ἔκλυτον εἴη, μήτε ὁ φόβος σωτηρίας ἀνέλπιστος. Ἐπεὶ οὖν κατὰ τὰς ὀρθρινὰς ὥρας, καὶ τοῦ μάρτυρος τὴν ἀθλητικὴν τελείωσιν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ἐμάθομεν, καὶ τὴν πρόφασιν τῆς τοῦ σεισμοῦ μνήμης ἐκ τῶν ἱστοριῶν ἠνωτίσμεθα, φέρε δὴ καὶ τὰς εὐαγγελικὰς φωνὰς ἐξετάσωμεν.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, « Εἰσελθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. » Πολλὰ κατὰ γῆν ὁ Σωτὴρ ἐργασάμενος θαύματα, καὶ τοῖς μαθηταῖς τὴν ἐνοῦσαν θείαν ἰσχὺν ἐνδειξάμενος, ὡς ἂν μὴ τοῖς λογισμοῖς ἐκταράττωνται, ὡς B ἐν τῇ γῇ μόνῃ αὐτοῦ δυναμένου θαυματουργεῖν, εἴσεισι λοιπὸν καὶ εἰς ἄκατον μετ' αὐτῶν, καὶ διαπερᾷ τῆς θαλάσσης τὴν κέλευθον δεικνὺς ἀριδήλως διὰ τοῦ θαύματος, « Ὅτι αὐτοῦ ἐστὶν ἡ θάλασσα, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν, » ὡς ὕμνησεν ὁ ψαλμός. Εὐθέτου δὲ ὄντος τοῦ πλοῦ, καὶ οὔρου φιλίου ἐπιόντος, καὶ πνεόντος κατὰ πρύμναν τοῦ πνεύματος, καὶ τῆς νηὸς θεούσης, καὶ τεμνούσης εὖ μάλα τὴν ὑγροστιβῆτον, αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐπερείσας τῷ καταστρώματι ἑαυτὸν σωματικῶς μὲν ἐκάθευδε, παντεφόρῳ δὲ καὶ ἀκοιμήτῳ ὄμματι ἑώρα τὸ πέλαγος τοῖς πνεύμασιν ὀρινόμενον.

« Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ. Δοκεῖ μὲν ἀπίθανον μέσον θαλάσσης γενέσθαι σει-

[81] Matth. VIII, 23 seqq. [82] Psal. XCIV, 5.

Francisci Scorsi notæ.

interpretatione in lucem edidit, et notis illustravit Henricus Canisius Noviomagus, hæc habe : *Commemoratio magni martyris Demetrii cognomento Myroblatæ. Hic fuit sub Diocletiano et Maximiano imper. ex urbe Thessalonica, qui jugulatus animam emisit.* Hæc Menol. Porro dictus est Myrobleta, Μυροβλέτης, hic S. Demetrius, ex miraculo, quod ex ejus sepulcro tanquam ex fonte unguentum emanet saluberrimum ; qua causa magnus ad ejus monumentum Thessalonicæ concursus Orientalium. De quo idem Baronius loco relato. De hoc sancto martyre multa variaque scripturus apparat Laurentius Coccus ex civitate Suasæ in Gallis Senon., qui etiam Disquisitionem monumentorum typis expressam edidit, et in omnes fere Europæ provincias transmisit, ut ex omnibus bibliothecis major rerum ab eo gestarum, et miraculorum notitia perferretur. Earum etiam aliquot ad me misit, atque ego symbolam dedi meam ; ac præsertim mentionem ejus in hac homilia ab nostro Cerameo factam, quam ipse, ut non ab alio acceptam, magni se fecisse rescripsit ; atque ut mutuum mecum faceret exscribendum diligenter curavit Glossarium ad omnes has Theophanis homilias servatum in monast. S. Laurentii Escurial., ut vocant. Agit enim nunc Madriti Laurentius, atque ad me illud magna cum cura transmisit. Nec præteribo ad coronidem hujus notæ alia elogia, quibus hic sanctus martyr insignitur ab eodem Laurentio in sua illa Disquisitione jam impressa, quæ sane elogia a multis monumentis quæ versat, et quidem fide dignis eruerit. S. Demetrium igitur Thessalonicensem Græciæ proconsul., Macedoniæ, Thessaliæ, Achaiæ, utriusque Epiri Præsulem, et Cretæ apostolum C magnum martyrem, thaumaturgum et myrobletam vocat.

(29) *Quem terræmotus injecit.* Contigit hic terræmotus sub Leone Isaurico Iconomacho, anno ejus imper. 25, Christi 741, ipso S. Demetrii die 26 Octobr., quo die S. Demetrium Græci annua celebritate colunt, ut jam not. 28 proxima, cujus terræmotus quanta vis fuerit per duodecim menses, quibus duravit, vide narratum apud Baron. an. 740, ex Theoph. Hist. Jam ex hac historiæ veritate manifeste deprehenditur erratum in cod. Panorm. qui scriptum exhibet Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου, pro Δημητρίου. Præterquam quod etiam animadverti poterat ex Gall. ubi recte habetur : Τοῦ Δημητρίου. Ejus igitur terræmotus memoria annis singulis recoli solemniter consueta, ut ex Menologio Græcorum Basilii imper. jussu collecto constat, quod sic habet : *Vicesimo quinto Leonis Isaurici principatus anno Indict. nonæ vicesima sexta Octobr. die in S. Demetrii commemoratione factus est ingens et terribilis terræmotus Constantinop. et omnes domus et Ecclesia concidernnt ; multisque ruinis oppressi sunt ; unde tam terribilis terræmotus memoriam recolentes supplicamus, ut nos a sua justa liberet ira contra nos excitata.*

(30) *Ex monumentis accepimus.* Ex Menolog scilicet ubi preces ad Matut. et lectio martyrii S. Demetrii continetur.

(31) *Ex historiis audivimus.* Narrat ejus martyrium inter cæteros Theophan. Hist. Alius a nostro apud Baronium loco sup. relato, not. 28.

(32) *Absurdum quidem videtur.* Hæc ab auctore proposita dubitatio circa ea verba S. Matth. : Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, originem et locum habet

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σμόν· εἰ γὰρ καὶ τὸ γενέσθαι δοίη μὲν, ἀλλ' ἔστι τοῖς πλέουσιν ἀνεπαίσθητος τῆς τοῦ πλοίου κινήσεως τοῦ σεισμοῦ κρυπτούσης τὴν δίνησιν. Ἀκριβέστερον οὖν οἱ ἄλλοι φασὶν εὐαγγελισταὶ, ὅτι κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὅπερ ἐν τῇ γῇ σεισμὸς, τοῦτο ἐν τῇ θαλάσσῃ καταιγίδες, καὶ λαίλαπες, κατεχρήσατο τῇ λέξει ὁ θεῖος Ματθαῖος, δηλώσας διὰ τοῦ ὁμοίου τὸ ὅμοιον. Λέγεται δὲ λαῖλαψ βίαιος ἄνεμος, καθάπερ τις χερμὰς ἐμπίπτων εἰς θάλασσαν, οὐκ ἐπευθείας, ἀλλὰ δίκην στροφάλιγγος ὑποκλύζων τῷ βάρει τὰ κύματα, ὥστε τὸ ὕδωρ βριθόμενον διὰ τῆς ἐμπτώσεως, ἐπὶ τὸ ἄνω εἰς ἀφρὸν παραπτύεσθαι, ὃ δὲ καὶ τότε συμβέβηκεν· ἐκ καθαρᾶς γὰρ αἰθρίας ὀχλὶς τὸν ἀέρα ἐζόφωσε, καὶ ὁ αἰθὴρ ἐγεγόνει συννέφελος. Δεινὸς δὲ λαῖλαψ ἐπεισπεσὼν τὴν ναῦν περιέτρεπεν, ὡς μικροῦ δεῖν γενέσθαι αὐτὴν ὑποβρύχιον. Καὶ οὐ δήπου φαμὲν, ὡς αὐτὸς ἐποίησε τὸν τάραχον τῆς θαλάσσης θροῆσαι θέλων τοὺς μαθητὰς, ἀλλ' ὁ μὲν κλύδων φυσικῇ ἀκολουθίᾳ τῶν πνευμάτων διεγειρομένων ἐγένετο· αὐτὸς δὲ, καίπερ κωλῦσαι δυνάμενος, ὅμως παρεχώρει τοῖς στοιχείοις τὰ συνήθη ποιεῖν, εἰς μείζονα πίστιν ἐμβιβάζων τοὺς μαθητάς.

in medio mari; nam quamvis factum fuisse detur, illum tamen navigantes sentire non potuerunt, cum ipsa navis agitatio impetum motus occultet. Explicatius ergo alii evangelistæ dicunt, descendisse procellam venti [69]. Sed quia quod in terra est motus, hoc in mari sunt procellæ, et turbines, divus Matthæus vocabulo abusus est, simile declarans ex simili. Procella vero sive turbo (33) ventus dicitur vehemens tanquam lapis quidam cadens in mare, non quidem recta, sed vorticis in modum turbans suo pondere fluctus, ita ut aqua eo incumbente pressa sursum in spumam collecta extrudatur. Quod tunc quoque contigit; nam e puro, ac sereno cœlo diffusa caligo aerem obtenebravit, et nubibus obduxit; terribilis porro ille turbo incidens navigium evertit, ut parum abfuerit, quin deprimeretur. Nec vere dicimus ab ipso maris tempestatem fuisse excitatam eo consilio, ut discipulos terreret, sed naturali rerum ordine ventis excitis ea coorta est: ipse vero, etsi eam impedire potuerit, tamen pro consuetudine agere sinebat elementa, ut discipulos ad majorem fidem induceret.

« Αὐτὸς δὲ ἐκάθευδεν. » Ἐπειδὴ προῄδει τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι κλύδωνα, δίδωσιν ἐν τῷ ὑπνῶσαι τοῖς ἀνέμοις ἄδειαν δαδύξαι τὴν θάλατταν. Εἰ γὰρ ἐγρηγορὼς ἦν, ἢ οὐκ ἐγένετο τῶν πνευμάτων ἡ ἐπανάστασις, ἢ γενομένης κατεύνασεν ἂν τὸν τάραχον ἐξ ἀρχῆς, ἢ μὴ τοῦτο ποιήσας ἀδυνατεῖν αὐτοῖς ἔδοξε. Τάχα δὲ οὐδ' αὐτοὶ πρὸς ἱκεσίαν ἐτράποντο, ἐγρηγορότος αὐτοῦ· νῦν δὲ τῇ τοῦ ὕπνου προφάσει ταῦτα ἐπηκολούθησε. Παφλάζοντος οὖν τοῦ πνεύματος, καὶ κυκωμένου τοῦ κύματος, καὶ ὑπηχοῦντος τοῦ ῥεύματος, καὶ τοῦ ἀφροῦ περιζέοντος, παυσαμένης τε τῆς εἰρεσίας, καὶ ὑπάντλου γεγονότος τοῦ

« Ipse vero dormiebat. » Quoniam futuram præviderat tempestatem capiendo somno, ventis potestatem maris perturbandi permisit. Si enim vigilasset, vel nulla ventorum orta seditio fuisset, vel ortam a principio sedavisset, vel si id non fecisset, virium imbecillitati id assignassent. Et forsan ipso vigilante, ne ad supplicationem quidem conversi fuissent: nunc vero occasione somni hæc consecuta sunt. Turbante igitur vento, cum miscerentur undæ, fluctusque resonarent, et æstuaret spuma, ac cessante remigum opera, navigium aquis esset oppletum (sic enim ait sanctus Marcus:

[69] Luc. VIII, 28.

Francisci Scorsi notæ.

ex communi, vulgataque significatione Græcanici nominis σεισμὸς, quod ipsorum dialecto de terræmotu plerumque usurpatur. Nam Aristot. *De mundo*, ubi causas terræmotus explicat, sic concludit: Καὶ ἀπειργάσατο πάθος τοῦτο, ὃ καλεῖν εἰώθαμεν σεισμόν· *Ex quo fit naturæ perturbatio, quam vocare consuevimus terræmotum.* Idque etiam advertitur in *Thesaur.* Henricus Steph. σεισμὸν plerumque de concussione terræ dici etiam sine adjectione τῆς γῆς, ut apud Thucyd. σεισμοῦ γενομένου, et apud Athenæum, lib. VIII, σεισμῶν γενομένων. Igitur ex hac vulgari significatione vocis σεισμοῦ quæ dubitationem parere apud populum potuisset, apud quem sermonem habet hic Pater, occupat eam proponere his verbis: Δοκεῖ μὲν ἀπίθανον μέσον θάλασσης γενέσθαι σεισμόν. *Videtur incredibile in medio mari contigisse motum*, hoc est terræmotum, ut innuit vox σεισμός. Sed ipse facile et congruenter ex aliis locis Lucæ VIII et Marc. IV, eam expedit ab his verbis: *Sed quia, quod terræ est motus, hoc in mari sunt procellæ*, etc. Quæ vide apud ipsum, nihil enim amplius addendum ad eum exponendum.

(33) *Procella sive turbo.* Τὸ λαῖλαψ sic definit Arist. *De mundo*: Λαῖλαψ δὲ καὶ στρόβιλος πνεῦμα βίαιον, καὶ εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω· *Vortex et turbo violentus est ventus, et qui inferne sursum versus repente convolvitur.* Idem ibidem, καταιγὶδα (quam vocem habet noster paulo supra) his verbis explicat quid sit: Τῶν γε μὴν βιαίων πνευμάτων καταιγὶς μέν ἐστι πνεῦμα ἄνωθεν τύπτον ἐξαίφνης· *Cæterum e genere violentorum flatuum*, καταιγὶς *est flatus ingruens superne repenteque verberans.* Etym. magn. eodem modo etsi non iisdem verbis describit λαῖλαψ. cum utrisque consentit in descriptionem τοῦ λαίλαπος Noster. καταιγὶδα vero Etym. idem παρὰ τὸ αἰγὶς deducit. Αἰγὶς autem hoc est *Ægis* armatura Jovis a Vulcano fabricata, ut est in fabulis non ἀπὸ τῆς αἰγὸς a capra nimirum Amalthæa, ut communiter fabulatores asserunt, dicta est: Ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἀΐσσω, τὸ ὁρμῶ, καὶ τὰς συστροφὰς τῶν ἀνέμων ποιεῖν ἐν τῷ κινεῖσθαι· *Sed ex eo quod ventorum turbines efficiat motu suo*; unde, inquit, καταιγὶδες οἱ ἄνεμοι. Hoc παρ' ἔργον adnotatum volui, quia non obvium et scitum, ut mihi videtur, etymon, quod confirmatur ex illo Virg. *Æneid.* VIII:

. . . . . *Arcades ipsum.* . . . . . .
Credunt se vidisse Jovem; cum sæpe nigrantem
Ægida concuteret dextra, nimbosque cieret.

Et Silii lib. XII:

Ægida commovcat nimbos, tammasque vomentem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Fluctus mittebat in navim, ita ut impleretur navis [82] »), discipuli **323** rebus suis plane diffisi, vitamque desperantes (34), metu perterriti, trementes, et horrore confusi, Dominum e somno excitabant, dicentes: « Domine, salva nos, perimus [83]. » Atqui oportebat eos considerare, etiam corpore dormiente, divina se virtute posse ab illo servari; ed enim erant utique imperfecti, et pueri sensibus. « Domine, salva nos, perimus. » Vide in verbis quamdam ex diffidentia, et fide complexionem Hæc enim, « Domine, salva nos, » convenientem fidem ostendunt; at illud, « Perimus, » magnam discipulorum timiditatem, et ignaviam arguit. Nam quod se omnino periclitari præsente Christo suspicabantur, manifestam diffidentiam indicabat, quam sane redarguens Dominus: « Quid timidi, inquit, estis modicæ fidei? » Ita cum consternationem animorum sedasset, mare et ventos objurgat. Sed cum objurgationem audis hoc loco, subtiliore intellectu ad id, quod dicitur, mentem intende. Neque enim objurgat elementa: absurdum enim est (35), et plane puerile existimare res inanimas, et sensus omnis expertes increpari; sed dæmones desertores objurgat, qui elementorum opera, Deo permittente, incommoda nobis importare consueverunt. Hos simul ac objurgavit, undas continuo sedat, placat ventos, fluctus sopit, et procellam in secundam, ac ferentem auram vertit. Tum confestim mare compressis fluctibus redditaque tranquillitate conquiescit. Hoc ingens miraculum perspicacibus prævidens oculis David manifestissime præsignavit (36) in psalmo centesimo sexto, commotionem procellæ, seditionem undarum, apostolorum consternationem, latas ad Dominum preces, spirituum objurgationem sedationemque tempestatis. Id quod liquidius constabit, si verba ipsa commemoratimus. Ac de tempestate quidem sic ait: « Stetit spiritus procellæ, et exaltati sunt

A σκάφους· οὕτω γὰρ ὁ ἱερὸς Μάρκος φησὶν, ὡς « Τὰ κύματα ἐπέβαλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε γεμίζεσθαι αὐτό· ἀπογνόντες τελείως οἱ μαθηταὶ, καὶ τὴν σφῶν ζωὴν ἀπελπίσαντες, καὶ περιδεεῖς γεγονότες παλλόμενοι, καὶ πεφρικότες ἀφύπνουν τὸν Κύριον, φάμενοι· « Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. » Καίτοι ἐχρῆν αὐτοῖς συνιδεῖν, ὅτι καὶ καθεύδων σωματικῶς, διέσωζεν αὐτοὺς θεϊκῶς, ἀλλ' ἦσαν ἀτελεῖς ἄρα, καὶ ταῖς φρεσὶ νηπιάζοντες. « Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. » Ὅρα ῥημάτων συμπλοκὴν ἐξ ἀπιστίας καὶ πίστεως. Τὸ μὲν γὰρ, « Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, » ἐμφαίνει πίστιν ἀρμόδιον· τὸ δὲ, « Ἀπολλύμεθα, » πολλὴν κατηγορεῖ μικροψυχίαν, καὶ ὀλιγωρίαν τῶν μαθητῶν. Τὸ γὰρ ὅλως ὑποπτεύειν κινδύνῳ περιπεσεῖσθαι συνόντος αὐτοῖς B τοῦ Χριστοῦ, ἀπιστίαν ἐνέφηνε προφανῆ, ὃ δὴ ἐλέγχει ὁ Κύριος· « Τί δειλοὶ, φησὶν, ἐστὲ, ὀλιγόπιστοι; » Οὕτω κατευνάσας τὸν τῆς ψυχῆς αὐτῶν τάραχον, τῇ θαλάσσῃ, καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμᾷ. Ἀλλ' ἐπιτίμησιν ἀκούων ἐνταῦθα, ἰσχνότερον τὸν νοῦν ἐπέρεισον τῷ ῥητῷ· οὐ γὰρ τοῖς στοιχείοις ἐπιτιμᾷ· ἄτοπον γὰρ, καὶ κομιδῇ νηπιοπρεπὲς τὸ νομίζειν ἐπιτιμᾶσθαι τὰ ἄψυχα, καὶ ἀναίσθητα, καὶ μὴ ἐπαΐειν δυνάμενα, ἀλλὰ ταῖς ἀποστατικαῖς δυνάμεσιν ἐπιτιμᾷ εἰωθυίαις διὰ τῶν στοιχείων τοῦ Θεοῦ συγχωρήσει, κακώσεις ἐπιφέρειν ἡμῖν. Τούτους ἐπιτιμήσας παραχρῆμα πραΰνει τὰ κύματα, κοιμίζει τὰ πνεύματα, κατευνάζει τὰ ῥεύματα, καὶ ὁ λαῖλαψ εἰς πνεῦμα μετεβλήθη εὔφορόν τε, καὶ πρύμνιον, καὶ C γαληνιάζει εὐθὺς ἐκ τῶν κυμάτων καταστορεθεῖσα δι' ἡσυχίας ἡ θάλασσα. Τοῦτο τὸ παράδοξον θαῦμα προβλεπτικοῖς ὄμμασι προϊδὼν ὁ Δαβὶδ σαφέστατα προεδήλωσεν ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἕκτῳ ψαλμῷ, τὴν λαίλαπος τὴν ἐπίσφρησιν, τῶν κυμάτων τὴν ἀνάστασιν, τῶν ἀποστόλων τὴν πτόησιν, τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἀντιβόλησιν, τῶν πνευμάτων τὴν ἐπιτίμησιν, τοῦ κλύδωνος τὴν κατεύνασιν. Σαφέστερον δ' ἂν

A γένοιτο εἰ καὶ αὐτῶν ἐπιμνησθῶμεν τῶν λέξεων.

[82] Marc. IV, 37. [83] I Cor. XIV, 20.

Francisci Scorsi notæ.

(34) *Vitamque desperantes.* Καὶ τὴν σφῶν ζωὴν ἀνελπίσαντες reposui ex Gall. quæ si minus necessaria, uberiorem tamen orationem efficiunt, ut cætera quæ hic congerit sacer orator.

(35) *Absurdum enim est, etc.* Hoc videtur mihi Theophanes adversus eos dicere, qui putarent fortasse elementa esse anima, et sensu prædita. Quod etiam innuit sanctus Hieronymus, in cap. hoc Matth.: *Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creaturæ sentiant Creatorem; quas enim increpavit, et quibus imperavit, sentiunt imperantem non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed majestate Conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.* Ita Hieronymus. Ex quo intelligendus Theophanes noster, cum ait absurdum, et ridiculum esse censere elementa increpari: nimirum si quis existimet naturaliter tanquam res animatas increpationis esse capaces. Cæterum ipse alio etiam reprehensionem detorquet, ad dæmones nimirum, qui elementorum opera, Dei permissu, incommoda nobis importare consueverunt. Cui consonat Maldonati nostri explicatio hisce verbis allata: *Loquitur Christus ventis, tempestati, et morbis, aliisque similibus rebus perinde, atque si malis spiritibus loquereD tur; neque enim res naturales, sed rationales increpamus, ut Matth. cap.* XVII, *et Luc.* IV *et* IX. *Ideo ut opinor quia morbi et tempestates sæpe per malos spiritus immittuntur, ut ait David, immissiones per angelos malos.* In hac vero periodo hæc: Καὶ τὰ μὴ ἐπαΐειν δυνάμενον, absunt in cod. Panorm., et quidem parva jactura, cum sine his constaret sensus, perire tamen nolui, cum his uberior oratio fieret, et sunt hæc plerumque oratoriæ ἐξεφηγήσεις et expolitiones. Restitui igitur ex S. ms.

(36) *David manifestissime præsignavit.* Id notat etiam S. Chrysost. in Catena aurea: *Unde quod de Patre dictum est: « Dixit, et stetit spiritus procellæ, » hoc Christi opere implevit; solo enim verbo, et præcepto mare sedavit, et refrenavit.* Et card. Bellar. in hunc eumdem Psal. versiculum: *Laudatur hic Deus ob liberationem periclitantium in mari. Hujus miseriæ non occurrit exemplum in Scripturis ante tempora Davidis; sed post illa tempora habemus exemplum in lib. Jonæ, cap.* I, *et in Evang. Matth. cap.* VIII. Igitur ex sensu Bellarm. cecinit hæc David in hoc Psalm., quem Noster de hoc miraculo explicat, non quasi narrans aliquid quod esset gestum, sed prædicens quod erat eventurum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Περὶ μὲν τοῦ κλύδωνος οὕτω φησίν· « Ἔστη πνεῦμα καταιγίδος, καὶ ὑψώθη τὰ κύματα τῆς θαλάσσης, ἀναβαίνοντα ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνοντα ἕως τῆς ἀβύσσου. » Περὶ δὲ τῆς πτοίας τῶν μαθητῶν· « Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν, ὡς ὁ μεθύων, τρόμος ἐπελάβετο αὐτούς. » Μετὰ ταῦτα ἐπάγει, « Ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς. » Εἶτα τὸ τέλος τοῦ θαύματος, καὶ τὴν Ἰησοῦ γλυκεῖαν φωνήν, δι' ἧς μετεβλήθη εἰς γαλήνην ἡ θάλασσα δεξαμένη τὴν ἐπιτίμησιν· « Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, καὶ ἐσίγησε τὰ κύματα αὐτῆς. » Ὁρᾷς ὅπως ἀριδήλως ἡ ψαλμικὴ φόρμιγξ προήγγειλεν.

Ὅ συνιέντες οἱ μαθηταὶ θαυμάζοντες ἔλεγον· « Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι, καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; » οὐκ ἐρωτηματικῶς, ἀλλ' ἀποφαντικῶς λέγοντες, Ὡς μέγας ἀληθῶς ἐστιν οὗτος, ὁ τοσαύτην περιβεβλημένος ἰσχὺν, καὶ μετάγων τὰ στοιχεῖα ὅπη βούλεται λόγῳ καὶ νεύματι! Τὸ μὲν οὖν καθ' ἱστορίαν θαῦμα πέρας ἔσχε τοιοῦτον. Ἐπεὶ δὲ θάλασσά ἐστι καὶ ὁ παρὼν βίος, ἡ ὑδατώδης ζωή, ἣ πᾶσι τῶν πειρασμῶν ἀνέμοις ταρασσομένη, καὶ τοῖς ἀλλεπαλλήλοις πάθεσι κυμαινομένη· ἡμεῖς δέ ἐσμεν, οἱ σφίσιν ἑαυτοῖς προξενοῦντες τὸν κλύδωνα, καὶ βύθιοι ἐν τῇ κακίᾳ γενόμενοι, καὶ ἐμπίπτοντες εἰς τὰ πονηρὰ τῆς ψυχῆς πολλάκις ναυάγια, μιμησώμεθα τοὺς ἱεροὺς μαθητὰς, καὶ καθεύδοντα τῇ μακροθυμίᾳ τὸν Κύριον διὰ μετανοίας, καὶ προσευχῆς ἀφυπνώσωμεν, καὶ ἐλεωσώμεθα. Ἵνα ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐρεῖ τῇ κακίᾳ· « Σιώπα, πεφίμωσο· » καὶ στήσει τὴν καταιγίδα εἰς αὔραν, εἰς τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν τῆς διὰ τῶν νοητῶν ἱστίων πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς πλοῦν τὸν νοῦν κατευθύνουσαν, καὶ τῷ θείῳ λιμένι τὴν ψυχὴν καθορμίζουσαν, ἐν ᾧ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ ἡ χάρις καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

fluctus maris, ascendentes usque ad cœlos, et descendentes usque ad abyssos [85]. » De pavore autem discipulorum : « Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius, tremor apprehendit eos [86]. » Post hæc subjungit : « Clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur [87]. » Demum exitum miraculi, et suavem Jesu vocem, qua mare suscepta objurgatione tranquillatum est : « Et imperavit procellæ, et stetit in auram, et siluerunt fluctus **324** ejus [88]. » Vides quam aperte Psaltæ cithara hoc miraculum prænuntiavit.

Quod cum intellexissent discipuli, admirantes dicebant : « Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei? » non interrogando (37), sed affirmando dicentes : Quam magnus revera est hic, qui tanta virtute circumseptus est, qui verbo et nutu, quo vult elementa traducit. Atque hunc exitum habuit miraculum secundum historiam. Quoniam vero vita præsens est mare, quæ omnibus tentationum ventis agitatur instar aquarum, et crebris calamitatibus perturbatur, nos vero sumus, qui nobis ipsis tempestatem excitamus, in malitia demersi, et in perniciosa animæ naufragia incidentes, sanctos discipulos imitemur; et dormientem patientia Dominum precibus, et pœnitentia excitemus, et propitium nobis reddamus, ut increpet immundos spiritus, et dicat improbitati : « Tace, obmutesce; » et statuet procellam in auram, id est, in gratiam Spiritus sancti, qua mentem nostram ad virtutis cursum per spiritualia vela dirigat, et in cœlesti portu constituat animam nostram : quem tenere nobis contingat in gloria Domini nostri Jesu Christi, cujus gratia et imperium manet in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΖ'.

Εἰς τὴν ἀποστολὴν τῶν δώδεκα μαθητῶν.

Εὐκάλει μὲν ἡμᾶς, ὦ φιλέορτοι, σήμερον ἡ τῶν Ἀναργύρων ἱερωτάτη δυὰς πνευματικῶς ἑορτάσαι τὴν τούτων πανήγυριν. Ἧς γὰρ αὐτοὶ μετέσχον χάριτος ἐκ Θεοῦ, ταύτης καὶ ἡμῖν ἀναργύρως με-

[85] Psal. cvi, 25, 26. [86] Ibid. 27. [87] Ibid. 28.

HOMILIA XLVII.

De missione duodecim discipulorum.

Invitat nos hodierna luce, o festorum studiosi cultores, sanctissimum par Anargyrorum (38), ut eorum solemne religiose celebremus. Quam enim ipsi a Deo gratiam sunt consecuti, hanc nobis gra-

[88] Ibid. 29.

Francisci Scorsi notæ.

(37) *Non interrogando.* Sic accipit hæc verba Origenes in Catena aurea : *Non autem interrogantes dicunt, « Qualis est iste, » sed asserentes, quia iste, est talis, cui venti et mare obediunt; qualis ergo est iste, id est, quantus, quam fortis, quam magnus? Jubet omni creaturæ, et non supergreditur jussionem ejus; soli homines resistunt; et ideo in judicio damnabuntur.*

(38) *Sanctissimum par Anargyrorum.* Cosmam et Damianum intelligit; quod puto omnes etiam intelligere, modo eorum historias legerint. Cum enim medicam artem gratis, et nullo pretio, seu argento accepto exercitaverint, hoc nomen Ἀνάργυροι a Græcis scriptoribus sunt adepti. Simeon Metaphr. . *Ex quo factum est* (nimirum abstinentia pecuniæ) *ut si quis eos non ipsis nominibus, sed Anargyros, hoc est Pecunia vacuos, dixerit, significet Cosmam, et Damianum; fuit autem viris admirandis impositum hoc nomen, eo quod reipsa eis veritas suffragaretur.* In orat. encomiast. Nicetæ apud Surium hæc Epigraphe, sive Elogium exstat : *Sanctorum, et effectorum rerum admirabilium Cosmæ et Damiani, qui dicuntur Anargyri.* Idem et Baronius in Not. ad Martyrol. et in Euchiolog. Græc. Verum ex Liturgia S. Chrysostomi, plures alii id habent commune nomen : quorum tamen principes Cosmas et Damianus : Τῶν ἁγίων καὶ ἰαματικῶν ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, Κυρίου, καὶ Ἰωάννου, Παντελεήμονος, καὶ Ἑρμολάου, Σαμψὼν, καὶ Διομήδους, Θαλασσίου, καὶ Τρύφωνος, καὶ τῶν λοιπῶν. Asceterium illis commune consecravit Michael Paphlago ante urbis muros. De quo Zonaras et Cedrenus apud Meursium *Gloss. Græco-Barbar.* dies festus omnium, communis celebratur Kal. Julii, ut ex Constit. Manuelis Comneni

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tis et sine argento communicantes, et genus omne morborum expellentes, hoc a nobis recipiunt grati animi officium, ut ad eorum memorias frequenter conveniamus, et pie sancteque gaudeamus. Cum igitur donorum cœlestium, quæ ipsis donata sunt, participes simus, et firmam quidem corporum valetudinem, animæ vero salutem percipiamus, lecta modo Evangelii vérba audire debemus [89].

A ταδιδόντες, καὶ παντοίων νόσων ἐλατῆρες τυγχάνοντες, ταύτην παρ' ἡμῶν δέχονται τὴν ἀντίχαριν, τὸ ταῖς αὐτῶν μνείαις πανηγυρίζειν, καὶ πνευματικῶς ἐπειδὴ φραίνεσθαι. Ἀπολαύοντες τοίνυν τῶν θείων αὐτῶν δωρεῶν, καὶ σωμάτων μὲν ῥῶσιν, ψυχῆς δὲ σωτηρίαν καρπούμενοι τῆς εὐαγγελικῆς φωνῆς τῆς νῦν ἀναγνωσθείσης ἀκούσωμεν.

In illo tempore, « Convocatis Jesus duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, et curarent omnem languorem **325** et omnem infirmitatem. » Maturans jam Ogygiam dæmonis tyrannidem (39) Salvator evertere, ut ad ejus eversionem quodammodo præluderet, discipulis potestatem fecit, ut quasi verberones quosdam procul abigerent dæmones, et mala ab ipsis in homines illata nullo labore curarent. Quoniam vero vox *spiritus*, diversa significat : Spiritus enim Deus, et spiritus hominum animæ, et quæ animæ præest mens; et ipse etiam agitabilis aer spiritus dicitur; et apostaticæ virtutes hoc etiam nactæ sunt commune nomen; vocum ambiguitatem distinguens Evangelium sic ait : Dedit eis potestatem contra immundos spiritus. Soli enim spiritus nequam hanc immunditiam contraxerunt, et ejus contrahendæ hominibus sunt auctores. Cum enim naturæ suæ principatum obtinuissent, et liberæ voluntatis impulsione de se deliberassent, ab eo quod est, exciderunt inclinantes in id quod non est. Et nunc alius quidem aerius dæmon est, alius terrestris, alius infernus. Quandoquidem igitur honore ab initio impertito spoliati sunt, contra homines, utpote Dei imagine insignitos, rabie quadam incitati, bellum adversus nos suscepere hostes simul, et ultores facti generis nostri. Qua enim nos ad malefacta impellunt, et per ea sejungunt a Deo, hostes sunt; qua vero iis, ut tortoribus utitur Deus ad nos vel multandos, vel probandos vel corrigendos, jure appellantur ultores. Ideo qui in carne venit in mundum ut ejiceret inimicum et ultorem, ut cecinit David [90], præcipit primo discipulis ut ejiciant dæmones, deinde morbos ut curent, ostendens,

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, « Προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. » Ἤδη τοῦ Σωτῆρος καταβαλεῖν ἐπειγομένου τὴν Ὠγύγιον τυραννίδα τοῦ δαίμονος, οἱονεὶ προοίμια τῆς αὐτοῦ δεικνὺς καταλύσεως, ἐξουσίαν B δίδωσι τοῖς μαθηταῖς, ὡς μαστιγίας τινὰς ἀπελαύνειν τοὺς δαίμονας, καὶ θεραπεύειν ἀμοχθητὶ τὰς ἐξ αὐτῶν γενομένας, τοῖς ἀνθρώποις κακότητας. Ἐπεὶ δὲ ὁμώνυμός ἐστι τοῦ *πνεύματος* ἡ φωνή· πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ πνεύματα αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ, καὶ ὁ τῇ ψυχῇ ἔποχος νοῦς, καὶ αὐτὸς δὴ ὁ κινούμενος ἀὴρ πνεῦμα λέγεται, αἵ τε ἀποστατικαὶ δυνάμεις τοῦ ὀνόματος τούτου μετείληχον· διαστέλλον τὴν ὁμωνυμίαν τὸ Εὐαγγέλιον οὕτω φησί· « Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων. Μόνα γὰρ τῆς πονηρίας τὰ πνεύματα τὴν ἀκαθαρσίαν δέδεκται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ταύτης πρόξενα γίνεται· ἀρχὴν γὰρ εἰληφότας τῆς ἰδίας ὑπάρξεως, καὶ βροπῇ διοικούμενα προαιρέτεως τοῦ ὄντος ἀπώλισθον χλιθέντα πρὸς τὸ μὴ ὄν· καὶ νῦν ὁ μέν τις αἰθέριος C δαίμων ἐστὶν, ὁ δὲ περίγειος, καὶ ἕτερος ὑποχθόνιος. Ἅτε οὖν γυμνωθέντες τῆς ἀρχῆθεν δοθείσης τιμῆς, κατὰ τῶν ἀνθρώπων, ὡς εἰκόνι θείᾳ τετιμημένων, ἐλύττησαν, καὶ τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεδέξαντο πόλεμον, ἐχθροὶ καὶ ἐκδικηταὶ γεγονότες τοῦ γένους ἡμῶν. Οἷς μὲν γὰρ ἡμᾶς πρὸς τὰ φαῦλα συνωθοῦσι τῶν πράξεων, δι' αὐτῶν ἡμᾶς ἀφιστῶντες ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἐχθροί εἰσιν· οἷς δὲ ὡς μάστιξιν αὐτοῖς χρῆται Θεὸς πρὸς ἡμετέραν τιμωρίαν ἢ δοκιμὴν, ἢ ἐπανόρθωσιν λέγοιντ' ἂν εἰκότως ἐκδικηταί. Διὰ τοῦτο ὁ διὰ σαρκὸς ἐληλυθὼς εἰς τὸν κόσμον τοῦ καταλεῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν, ὡς ψάλλει Δαβὶδ,

[89] Matth. x, seqq. [90] Psal. VIII, 3.

Francisci Scorsi notæ.

de feriis : Ἡ α' τοῦ Ἰουλίου ὅτι ἐν αὐτῇ τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν Ἀναργύρων τὴν μνήμην τελοῦμεν· *Prima dies Julii, quod in ea sanctorum admirabilium rerum effectorum, gratis medentium memoriam peragimus.* In editione Latina apposita addictum exstat, Cosmæ et Damiani : sed est glossema ejus, qui alios multos sanctos Anargyros esse ignorabat : et frustra hic additur, cum supra præcesserit eorum mentio : Ἡ α' τοῦ Νοεμβρίου διὰ τὸ τοὺς θαυματουργοὺς καὶ Ἀναργύρους Κοσμᾶν καὶ Δαμιανὸν ἑορτάζομεν· *Primus Novembris quo miraculorum effectores gratis medentes Cosmam et Damianum celebramus.*

(39) *Ogygiam tyrannidem.* Antiquissimam significat; sed ego in vertendo retinui vocem Græcam *Ogygiam*, quia proverbium illud sapit : Ὠγύγια κακά. *Ogygia mala*, quæ tum antiqua, tum gravissima intelliguntur. Quod est deductum ab Ogyge primo Thebarum principe, cujus filius Cadmus filiarum causa variis exercitus ærumnis. Et hinc proverbium trahunt, qui Ogygia mala pro gravissimis dicta accipiunt. Qui vero Ogygia vetera dicunt, ex eo dicunt quod Ogyges antiquissimus fuerit Athenis rex. Etym. mag. : Ὠγύγος ἀρχαῖος βασιλεὺς Ἀθηναίων, ἀφ' οὗ καὶ Ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις, καὶ πᾶν τὸ ἀρχαῖον Ὠγύγιόν φασι, διὰ τὸ φολὺ αὐτὸν γενέσθαι ἀρχαιότατον· *Ogygus antiquissimus Athenarum rex a quo et Ogygiæ portæ Thebarum, et quidquid antiquum Ogygium dicunt, quod ille fuerit antiquissimus.* Heliod. in *Æthiop.* lib. x : Τοσοῦτός τι τὸ μέγεθος, καὶ οὕτως Ὠγύγιος ἄνθρωπος· *Tanta proceritate, et prisca illa statura homo.* Loquitur de Meroebo Æthiope. Vide præterea Suidam et Steph. Cæterum utraque significatio recte convenit in tyrannidem diaboli; quæ et antiquissima, et gravissima, humanum genus oppressit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πρότερον κελεύει τοὺς μαθητὰς ἀπελαύνειν τοὺς δαίμονας, εἶτα παρέχειν τῶν νοσημάτων τὴν ἴασιν, ἐμφαίνων, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ὅτι τὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπισυμβαίνοντα πάθη ὡς ἐπίπαν ἐκ δαιμόνων εἰσί· διὰ τοῦτο ἐκβάλλειν κελεύει τὸν τῆς νόσου αἴτιον δαίμονα, εἶτα τὴν θεραπείαν ἐπάγειν τῷ ἀῤῥωστήματι. Ὅτι δὲ ταῦτα δαιμονικῆς ἔργον ἐπιφορᾶς πρὸς δοκιμὴν καὶ μάστιγα ἐπαγόμενα, ῥᾴδιον συνιδεῖν. Ἥ τε γὰρ καμπύλως εἰς γῆν κεκυφυῖα γυνή, ὡς ὁ εὐαγγελιστής φησι, πνεύματι ἀσθενείας κατείχετο· καὶ ὁ ὑποβατταρίζων ἐκεῖνος μογίλαλός τε, καὶ κωφὸς ὁ παραφθεγγόμενος ἄσημα ἐπηρείᾳ δαιμονικῇ παρακεκομμένην εἶχε τὴν αἴσθησιν. « Ἐξελθόντος γὰρ, φησὶ, τοῦ δαιμονίου ἐλάλησεν ὁ κωφός. »

A nt ego arbitror, a dæmonibus plurimum (40) proficisci quæ hominibus eveniunt mala. Ea causa expelli prius jubet dæmonem, morborum causam, deinde curam adhiberi morbo. Quod vero hæc dæmonum impressione fiant, ad probationem, vel flagellum inflicta, facile erit cognoscere. Quæ enim erat in terram incurvata mulier, ut ait evangelista, infirmitatis spiritu tenebatur [91]; et ille qui mutus erat et surdus, et impedita atque hæsitante lingua, nihil articulate loquebatur, dæmonis violentia sensus detrimenta patiebatur [92]. « Cum exisset enim, inquit, dæmonium, locutus est mutus. »

Διὰ τί ὁ εὐαγγελιστὴς τὰ τῶν ἀποστόλων σημειοῦται ὀνόματα ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἐπεφύησάν τινες ψευδαπόστολοι κατάλληλον τῆς αὐτῶν εὐσεβείας B τὴν διδασκαλίαν ποιούμενοι, καὶ τῷ τροφίμῳ τῆς ἀληθείας σίτῳ τὰ τοῦ ψεύδους ζιζάνια σπείραντες. Ὅ τε γὰρ Μάνης τὰς βεβήλους κατέχων βίβλους περιών τε τὴν Περσίδα, ἑαυτὸν Ἀπόστολον ἐκάλει. Σίμων τε καὶ Δοσίθεος ἦτην μὲν ἄμφω Σαμαρεῖται, ὠνομαζέτην δὲ σφὼ, ὁ μὲν μεγάλην δύναμιν τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ τὸν ὑπὸ Μωσέως προκηρυττόμενον. Καὶ μὴν καὶ Βασιλίδης, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τὸ ἀποστολικὸν ἑαυτοῖς ἀξίωμα περιέθηκαν. Ἀπὸ τούτων οὖν διαστέλλων, ὡς ἀπὸ νόθων τοὺς εὐγενεῖς μαθητὰς ἑκάστου τὴν κλῆσιν ἐσημειώσατο, κἂν ἡ ἀναγνωσθεῖσα σήμερον περικοπὴ ταύτας παρέδραμε. Τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλε παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. »

Quid autem sit, quod evangelista **326** nomina apostolorum recenseat, dicere necessum est. Exorti erant falsi quidam apostoli, qui impietati suæ congruentem commenti doctrinam super veritatis triticum ad nutriendum idoneum, zizania disseminabant. Nam et Manes (41) profanos habens libros, et Persidem circumeundo se appellabat apostolum; et Simon et Dositheus (42) Samaritani erant ambo, et seipsos vocabant, hic quidem magnam Dei virtutem (43), ille vero eum qui a Moyse fuerat prænuntiatus (44) : et Basilides (45) itidem, et alii multi apostolicam sibi dignitatem arrogabant. Ab his igitur tanquam a nothis germanos discipulos, ut discerneret, uniuscujusque signavit nomen : quamvis quæ hodie lecta est pars Evangelii, id prætermiserit. Hos duodecim misit præcipiens eis, et dicens : « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intraveritis. »

Διὰ τί δώδεκα μαθητὰς ἐξελέξατο πρότερον; Ἱστορικῶς μὲν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν δώδεκα υἱῶν τοῦ Ἰσραὴλ, ἐξ ὧν αἱ τῶν Ἑβραίων φυλαὶ, ὃ δὴ προεχρησμῴδησεν ἡ κινύρα Δαβίδ· « Ἀντὶ τῶν πατέρων σου, λέγουσα, ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου· καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Πατέρας τοὺς πατριάρχας φησὶ, κατὰ σάρκα γεγονότας πατέρας Χριστοῦ· υἱοὺς δὲ τοὺς ἱεροὺς ὀπαδούς· οὕτω γὰρ αὐτοὺς ὠνόμασε καὶ ἐν ἄλλῳ ψαλμῷ· « Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ. » Κατὰ τὸν ὑψηλότερον λόγον, ἐπειδὴ διὰ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἀνακαίνισις γέγονε τοῦ κόσμου τοῦ ὑπὸ χρόνον ὄντος, καὶ αἴσθησιν. Ἑπταδικὸς γὰρ ὁ χρόνος ἐστὶ, πενταδικὴ δὲ ἡ αἴσθησις, ἃ δὴ συντιθέ- D

Quid est quod duodecim discipulos principio elegit? Si historiam quidem spectamus, ut numero duodecim filiorum Israel responderent, ex quibus Hebræorum tribus propagatæ sunt : quod et cithara David ante cecinerat : « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii; constitues eos principes super omnem terram [93]. » Patres vocat patriarchas, utpote qui Christi secundum carnem fuerant patres; filios vero sanctos ejus asseclas, sic enim et in alio psalmo eos appellat : « Afferte Domino, filii Dei [94]. » Si vero rationem perscrutemur altiorem, quoniam per apostolorum prædicationem mundi hujus tempori, sensibusque subjecti renovatio facta est (46). Septenarium autem est tempus (46), sensus vero qui-

[91] Luc. XIII, 11. [92] Luc. XI, 4. [93] Psal. XLIV, 17. [94] XXVIII, 1.

Francisci Scorsi notæ.

(40) *A dæmonibus plurimum*, etc. Vide dicta ab auctore hom. 12 et 21 ; et notas ibidem nostras.

(41) *Nam et Manes.* Hic hæresiarcha exortus est sub Aureliano imper., anno Christi 278, ex Chronol. Bellarm.

(42) *Simon et Dositheus.* Simon primus hæresiarcha, qui existimavit donum Dei pecunia obtineri, ut habetur Act. VIII. De aliis ejus hæresibus agunt S. Irenæus, lib. I, cap. 10 ; S. Epiphan., lib. II, *De hæres.*, et Baron. tom. I ; Bellarm. Chron. p. II. Dositheus vero fuit ex Samaritanis hæret. qui ab ipso Dosithei dicti ; de eo historiam narrat S. Epiphan. lib. I *De hæres.*

(43) *Magnam Dei virtutem.* Docuit Simon Magus mundum non esse a Deo creatum, se vero esse Deum, qui in Samaria apparuit, ut Patrem, in Judæa ut filium, in gentibus ut Spiritum sanctum. (Bellarm.)

(44) *A Mose fuerat prænuntiatus.* S. Epiphanius, hæres. 21 : *Dicebat Simon seipsum esse magnam virtutem Dei, et ex supernis descendisse ; Patrem vero dicebat se esse apud Samaritas; apud Judæos vero se Filium esse dicebat.*

(45) *Et Basilides.* Fuit hic unus ex discipulis Simonis, de quo S. Irenæus, lib. I, cap. 21 et 22.

(46) *Septenarium autem tempus.* Vide hoc expositum ad hom. 1, not. et hom. 40, not.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

narius, quorum uterque numerus si componatur, duodenarium efficit, merito prædicationis coryphæi totidem numerati sunt. Quæ alia præterea causa hujus numeri subest? Nimirum quia omnis eorum doctrina, theologicam, naturalem, moralemque complectitur. Hæ vero duodenarii numeri circuitu continentur. Trina enim theologia propter mysterium Trinitatis; quinaria vero naturalis propter elementa, et formam in specie constituentem; quaternaria vero moralis propter generales virtutes, quæ sane in unum coacta duodecim efficiunt. Qua porro de causa, qui ad mundi totius salutem venit, qui omnem humanam naturam per massæ, **327** id est, carnis suæ primitias (47) sibi circumdedit, in qua uti partes totius humanæ gentis Judæi, Samaritæ, Græcique continebantur, intra solos Judææ fines prædicationem circumscribit dicens : « In viam gentium ne abieritis? » Fortasse quia Judæis primum oportebat Evangelium prædicari. Ipsis enim a principio promissa data fuerant, et ex ipsis secundum carnem natus est Christus. Ubi vero in ipsum hi debacchati sunt, quærentes animam ejus mortis laqueis circumducere, uti viles et Deo invisi rejecti, et a Dei familiaritate sejuncti sunt; in gentes vero salutis opera collata est. Præterea etiam non prohibet Dominus, quominus discipuli gentibus Evangelium promulgent. Quomodo enim id vetet, qui omnium communis est conditor, et omnium curam gerit, qui dixit : « Docete omnes gentes[95]? » Qui et cum meretrice Samaritana collocutus est, et apud ipsos Samaritanos mansit duos dies[96]? qui centurionem[97], et Syrophœnissam gentiles[98], et indignos sui non repulit? Non igitur docere gentes, sed eorum ingredi viam, et opera facere prohibet. Observa autem quomodo de gentibus loquens viam dixerit : « In viam gentium ne abieritis : » quoniam gentes omnes extra vivendi viam a lege, et prophetis monstratam errabant, evagantes circa illam latam ac spatiosam, quam deambulare discipulos vetat Dominus dicens : « In viam gentium ne abieritis. » In hac vero, qui non consistit, ac permanet, eum beatum prædicat David : « Beatus qui in via peccatorum non stetit[99]. » Ab hac via deflectere, per rectam vero procedere Dominus jubet; nec vero eam, opinor, ignoras viam, per quam bene currere discipuli jubentur, cum cognoveris ab eo qui dixit : « Ego sum via[1]. » Cum vero de Samaritanis loquitur, non viæ, sed civitatis vocabulo utitur dicens : « Et in civitatem Samaritanorum, ne intraveritis. » Etenim ex Mosaica lege ad Judæorum accedebant mores (48); et hanc reli-

μενα δυοκαίδεκα γίνεται. Εἰκότως οἱ τοῦ κηρύγματος κορυφαῖοι τοσοῦτον ἐτύγχανον. Ἔτι καὶ διὰ τί ἐτύγχανον δώδεκα; Ἐπειδὴ ἡ πᾶσα τούτων διδασκαλία θεολογικῆς, καὶ φυσικῆς, καὶ ἠθικῆς φιλοσοφίας ἦν περιεκτική. Ταῦτα δὲ τῷ δωδεκάτῳ ἀριθμῷ περιέχεται. Τριαδικὴ γὰρ ἡ θεολογία διὰ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον, πενταδικὴ δὲ ἡ φυσικὴ διὰ τὰ στοιχεῖα, καὶ τὸ εἶδος τὸ ταῦτα εἰδοποιοῦν, τετραδικὴ δὲ ἡ ἠθικὴ διὰ τὰς γενικὰς ἀρετὰς, ἅπερ ἑνούμενα γίνονται δώδεκα. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ παντὸς τοῦ κόσμου παραγενόμενος, ὁ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν διὰ τῆς ἀπαρχῆς τοῦ φυράματος περιθέμενος, ἐν ᾗ παντὸς ἦν ἔθνους τὸ μέρος Ἰουδαίου, καὶ Σαμαρείτου, καὶ Ἕλληνος, εἰς μόνους Ἰουδαίους περιορίζει τὸ κήρυγμα λέγων · « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε; » Τάχα ὅτι τοῖς Ἰουδαίοις ἔδει πρότερον κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον. Πρὸς αὐτοὺς γὰρ αἱ ἀνέκαθεν ἐπαγγελίαι, καὶ ἐξ αὐτῶν τὸ κατὰ σάρκα Χριστός. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὗτοι ἐπεπαρωνήκεισαν εἰς αὐτὸν, ζητήσαντες αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, τοῖς τοῦ θανάτου βρόχοις περιβαλεῖν, γεγόνασιν ἀπόβλητοι, καὶ θεοστυγεῖς, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἐξέπεσον οἰκειότητος, ἐνηργήθη δὲ ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν. Ἄλλως τε οὐκ ἀπείργει τοὺς μαθητὰς κηρύττειν τοῖς ἔθνεσι · πῶς γὰρ ὁ κοινὸς πλάστης καὶ κηδεμὼν ὁ εἰπών · « Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη; » ὁ καὶ πόρνῃ διαλεχθεὶς Σαμαρείτιδι, καὶ αὐτοῖς δὴ Σαμαρείταις ἐπιμείνας ἐπὶ ἡμέρας δυσίν; ὁ τὸν ἑκατόνταρχον, καὶ τὴν Συροφοινίκισσαν, ἐθνικοὺς ὄντας, καὶ δεομένους οὐκ ἀπωσάμενος. Οὐκ οὖν κωλύει μαθητεῦσαι τὰ ἔθνη, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων στείβειν ὁδὸν, καὶ τὰς αὐτῶν πράξεις πληροῦν. Ὅρα δὲ ὅπως ἐπὶ μὲν τῶν ἐθνῶν τέθεικε τὴν ὁδόν · « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε · » ἐπειδὴ τὰ ἔθνη πάντα τῆς τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν πολιτείας ἔξω διήγοντο ἀναστρεφόμενοι περὶ τὴν πλατεῖαν ὁδὸν, καὶ εὐρύχωρον, ἣν περιπατῆσαι τοὺς μαθητὰς ἀπείργει ὁ Κύριος λέγων · « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε. » Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ τὸν μὴ ἐνιδρυνθέντα διὰ τῆς στάσεως, μακαρίζει Δαβίδ · « Μακάριος, ὃς ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη. » Ταύτην τὴν ὁδὸν ἐκκλίνειν παρεγγυᾷ, καὶ προϊέναι διὰ τῆς εὐθείας ὁδοῦ · οὐκ ἀγνοεῖς δ', οἶμαι, τὴν ὁδὸν, δι' ἧς οἱ μαθηταὶ κελεύονται εὐδρομεῖν, μαθὼν παρὰ τοῦ εἰπόντος · « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. » Ἐπὶ μέντοι τῶν Σαμαρειτῶν οὐχ ὁδὸν, ἀλλὰ πόλιν φησίν, οὕτως εἰπών · « Καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. » Ἦσαν γὰρ ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν νόμων τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσι πλησιάσαντες, καὶ οἷα πόλιν οἰκήσαντες τὴν εὐσέβειαν. Ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἡμισείας ἐτύγχανον εὐσεβεῖς · ἔτι γὰρ τῷ ὄρει προσεκύνουν, ἐν ᾧ τὰ εἴδωλα

[95] Matth. xxviii, 19. [96] Joan. iv, 1, 40. [97] Matth. viii, 6. [98] Matth. xv, 22. [99] Psal. i, 1. [1] Joan. xiv, 16.

Francisci Scorsi notæ

(47) *Per primitias massæ.* Addidi explicandi causa *id est, carnis suæ*, quod in Græco non est expressum, ut sensus auctoris facilius, et primo mentis obtutu acciperetur. Eodem modo locutos multos Patres legi : Greg. Thaumat., Chrysost., Athanas., quos adduxi ad hom. 38, not. Vide etiam hom. 39, not.

(48) *Ad Judæorum accedebant mores.* Instituti enim fuerant a sacerdote Israelita, qui ex captivis ad instruendos novos Samariæ colonos illuc a Sal-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κεκρύφατο · καὶ γοῦν φησι περὶ αὐτῶν ἡ Γραφή· « Ἔμειναν ποιοῦντες τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκυνοῦντες τοῖς εἰδώλοις · νοοῖτο ἂν πόλις Σαμαρειτῶν ἡ ἐξ ἡμισείας εὐσέβεια, ἧς ἐπιβῆναι τοὺς μαθητὰς ἀπότομον ποιεῖται ὁ Κύριος. « Πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· » πρόβατα καλεῖ τὸν Ἰσραηλιτικὸν λαὸν διά τε τὸ καθαρὸν, καὶ τὸ εἴσω τῆς νομικῆς αὐλῆς κλείεσθαι, καὶ σημειοῦσθαι τῷ τῆς περιτομῆς σημείῳ, καὶ τοῖς τῶν προφητῶν περιθάλπεσθαι λόγοις, ὡς ἐκ τῶν ἐρίων θρέμματα, πλείστῃ δοχῇ, καὶ ἀμφιλαφεῖ καταπιαίνεσθαι τῇ τῶν θείων λογίων νομῇ · καὶ ὁ ψαλμὸς δὲ οὕτω φησίν · « Ὡδήγησας, ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου · » καὶ Ἰεζεκιὴλ δὲ προβάτοις εἰκάζει τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐν οἷς τῶν ἱερέων καθάπτεται φάσκων · « Τάδε λέγει Κύριος · Οὐχὶ τὰ πρόβατά μου βόσκουσιν οἱ ποιμένες · διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐκζητήσω τὰ πρόβατά μου ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν. » Ταῦτα δὴ οὖν τὰ πρόβατα κατὰ πολλὴν ἐρημίαν τῶν ποιμαινόντων ὀρειάλωτα, καὶ ἀπολωλότα γεγόνασιν ἔξω τῆς τῶν ἐντολῶν μάνδρας περιπλανώμενα, ἕως « Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ δοὺς ὑπὲρ τῶν προβάτων, » πρὸς τὰς ζωηφόρους τοῦ Εὐαγγελίου νομὰς ταῦτα συνήγαγε. Οὐκ εἶπε δὲ ὅτι Πορεύθητε, ὥραν ἐπιθεὶς τῷ βαπτίσματι, ἀλλὰ *Πορεύεσθε* διὰ τῆς παρατατικῆς σημασίας τὴν ἀεικίνητον πορείαν δηλοῖ ἅτε τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου μέχρι παντὸς ἐπεκτεινομένου τε, καὶ προκόπτοντος, καὶ στάσιν τῆς πορείας οὐκ ἔχοντος.

« Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε λέγοντες· Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἡ διὰ πίστεώς ἐστι χάρις τῶν ἀνεφίκτων τοῦ νόμου παρατηρημάτων ἐλευθεροῦσα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῇ πνευματικῇ υἱοθεσίᾳ πολίτην ποιοῦσα τῶν οὐρανῶν. Βασιλεία δὲ μᾶλλον οὐρανῶν αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ διὰ σαρκὸς ἐγγίσας ἡμῖν τοῖς μακρὰν αὐτοῦ γενομένοις διὰ φαυλότητα. « Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε. » Διά τί ἀπὸ τῶν ἀσθενούντων διέστειλε τοὺς λεπρούς; Ἆρα γὰρ

gionem veluti civitatem quamdam colebant. Quoniam vero non omni ex parte pietatem servabant, adhuc enim in monte adorabant, in quo occulebantur idola; de ipsis enim Scriptura dicit: « Manserunt in lege Dei, et nihilominus idola adoraverant[1]. » Per civitatem Samaritanorum (49) hic dimidiatus cultus posset intelligi, per quem **328** incedere, brevi usus compendio Dominus vetat: « Sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israel; » oves vocat Israeliticum populum, eo quod veluti mundum animal, et intra caulas Mosaicæ legis conclusus, et circumcisionis stigmate signatus esset, et prophetarum sermonibus identidem uti pecora velleribus foverentur, et plurimo, et abunde suppetente verbi Dei pabulo saginarentur: dequo etiam Psaltes sic ait: « Deduxisti sicut oves populum tuum[2]. » Et vero Ezechiel ovibus comparat Israeliticam sobolem, quo loco sacerdotes perstringit, dicens: « Hæc dicit Dominus: Non amplius oves meas pascunt pastores. Ideo ecce exquiram oves meas de manibus eorum[3]. » Hæ igitur oves pastorum inopia, ac vitio desertæ per montes palabundæ, ac perditæ extra præceptorum sepia oberrabant, donec, « Bonus pastor, qui animam suam dat pro ovibus suis[4], » eas ad vitalia Evangelii pascua reduxit. Non dixit vero, Ibitis (50), quasi tempus unum baptismati statuens; sed *Ite*, per significationem extensivam (51) perpetuum iter ostendens, quippe cum evangelicus sermo in universum orbem sit proferendus, et ita progressurus, ut nunquam a suo cursu desistat.

« Euntes autem prædicate dicentes, quia Appropinquavit regnum cœlorum. » Regnum cœlorum gratia est, quæ per fidem datur, a legis observationibus, quæ servari non possunt hominem liberans, eumque spirituali adoptione in cœli civem adoptans: seu potius regnum cœlorum est ipse Christus, qui per carnem nobis appropinquavit per peccatum ab illo longe semotis. « Infirmos curate, leprosos mundate, dæmones ejicite. » Quid est, quod ab infirmis leprosos sejunxit? num enim in-

[1] IV Reg. XVII, 41. [2] Psal. LXXVI, 21. [3] Ezech. XXXIV, 11. [4] Joan. X, 11.

Francisci Scorsi notæ.

manasare missus fuerat, ut habetur IV Reg. cap. XVI: et ab hoc auctore latius est expositum hom. *de Samarit.* quæ est 38 ordine: ad quam vide notas.

(49) *Per civitatem Samaritanorum.* Quid est religionem tanquam civitatem colere, quod supra dixit, et qui civitatis appellatione dimidiatus ille cultus recte possit intelligi? Inconcinna videbitur fortasse similitudo, nisi ad similitudinem vocum animus advertatur, quæ in Latino idiomate vix exsistit. Ea est inter πόλιν quæ civitas, et πολιτείαν quæ inter vivendi rationem non humanam modo, sed etiam sacram et secundum Deum. Unde D. Basilius, Epist. ad Gregor.: Οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν οἷον εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας πρόκεινται· *Beatorum hominum vitæ tanquam simulacra quædam animata proposita sunt vitæ ad normam divinam institutæ.* Ita vertit Budæus. Et D. Paulus, ad Philipp. III: Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· *Nostra autem conversatio in cœlis est.* Adeoque non inepte τὴν πολιτείαν seu πολίτευμα Samaritarum, hoc est conversationem eorum, seu vivendi rationem et cultum πόλιν civitatem hic auctor appellat. Porro etiam civitas Latine non domos, et mœnia, sed ipsam rempublicam victumque communem populi significat, quod vulgo notum est.

(50) *Non dixit vero, Ibitis.* Ita reddidi quod ita videatur exigere sensus auctoris. Observat enim verbi modum, et tempus, ut ex sequentibus patet. Unde suspicor legendum πορευθήσετε, et facilis fuit lapsus unius syllabæ intermediæ. Non tamen volui scripturam mutare, sed notare suspicionem, præsertim quia hic locus destitutus est cod. S. auxilio: non quod eo carcam, sed quod in eo multa desunt, nimirum ab illis verbis ἡμέρας δυσὶν, usque fere ad præsentem locum, ἅτε τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου.

(51) *Per significationem extensivam.* Quid sibi velit hæc extensiva significatio, satis exposuimus ad hom. XI, not. 87, quam consule.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

firmorum nomine morbus etiam lepræ non continetur? Verum quia immundus reputabatur in lege omnis leprosus, immunditiæ vero particeps erat quisquis leprosum tangebat, ita dicente lege : « Quicunque leprosum attigerit, immundus erit, » ne ab his discipuli, ut ab immundis, cum rogarentur accedere, abhorrerent, ut ille Eliæ discipulus, qui nec oculis quidem propter legis præscriptum Syriæ principem cernere sustinuit [b] : ideo de leprosis etiam seorsim præcipitur. Non enim erant amplius sub lege discipuli jam ad gratiæ lucem traducti. Cum vero duplici **329** nos ex parte constemus, anima, inquam, et corpore, duplex etiam miraculorum genus a discipulis perficiebatur. Non enim corporis solum infirma detenti valetudine et lepræ vibicibus quasi squamis obtecti (52), sed etiam passionibus oppressi et infidelitate ægrotantes, et detestabilis peccati maculis inusti ab apostolis curati sunt. Dæmonia etiam, et quæ ab ipsis importata sunt mala collata, gratis et sine argento operante gratia depulsa sunt. Precemur igitur et nos discipulos Christi, et miraculorum effectores Anargyros, in quorum honorem præsens celebris conventus est habitus, ut abigant, quæ in nobis mala sunt, effrenatam iram, invidiam adversus proximum, superbiam, existimationem sui, utique animæ lepra peccatorum affectæ notas perpurgent; ut alacriter virtutum viam ingrediamur insistentes, quam proxime fieri potest, vestigiis Domini, ac Salvatoris nostri Jesu Christi, quem decet omnis gloria, honor, et veneratio una cum Patre, et Spiritu sancto nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A οὐκ ἐν τῷ ἀσθενοῦντας εἰπεῖν, καὶ τῶν λεπρῶν ἡ νόσος συνεξηκούετο ; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀκάθαρτος ἦν τῷ νόμῳ ἅπας λεπρὸς, ἐκοινώνει δὲ τῆς ἀκαθαρσίας καὶ λεπροῦ ἐφαψάμενος, οὕτως εἰπόντος τοῦ νόμου, ὅτι « Πᾶς ὁ ἁψάμενος λεπροῦ, ἀκάθαρτος ἔσται, » ἵνα μὴ ὡς ἀκαθάρτοις ἀποστρέφωνται τούτους οἱ μαθηταὶ, ἐπιθιγγάνειν αὐτοῖς παραιτούμενοι κατὰ τὸν Ἠλιοῦ φοιτητὴν, ὃς οὐδὲ ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν τὸν ἄρχοντα Συρίας ἠνέσχετο διὰ τὸ τοῦ νόμου παράγγελμα· διὰ τοῦτο καὶ περὶ τῶν λεπρῶν ἰδίως ἐντέλλεται:. Οὐ γὰρ ἦσαν ὑπὸ νόμον ἔτι οἱ μαθηταὶ προμετελθόντες ἤδη πρὸς τὸ τῆς χάριτος φῶς. Διπλῶν δὲ ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, διπλῆ καὶ ἡ τῶν θαυμάτων ἐνέργεια ἐτελεῖτο τοῖς μαθηταῖς. Οὐ μόνον γὰρ οἱ ἐν ἀσθενείᾳ ἐνισχημένοι σωματικῇ καὶ λέπρας ὑπωπίοις οἱονεὶ φολιδούμενοι, ἀλλὰ καὶ οἱ ψυχικοῖς κρατούμενοι πάθεσιν, ἀπιστίᾳ νοσοῦντες, καὶ στιγματίαι ὑπὸ τῆς βδελυρᾶς ἁμαρτίας γενόμενοι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἐθεραπεύοντο, καὶ δαίμονες δὲ καὶ ἐκ τούτων πάθη ἐφυγαδεύοντο ἀναργύρως ἐνεργούσης τῆς χάριτος. Δεηθῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν, καὶ τῶν θαυματουργῶν Ἀναργύρων, ὧν ἡ παροῦσα πανήγυρις, ἀπελάσαι τὰ ἐν ἡμῖν πάθη, τὸν ἄτακτον θυμὸν, τὸν κατὰ τοῦ πέλας φθόνον, τὴν ὑπερηφανίαν, τὴν οἴησιν, καὶ τῆς λεπρωθείσης ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν ψυχῆς καταρθῆναι τὸ στίγμα, ἵνα προθύμως βαδίζωμεν τὴν τῶν ἀρετῶν ἀτραπὸν ἀκολουθοῦντες, ὡς ἐφικτὸν, τοῖς ἴχνεσι τοῦ Δεσπότου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B

C

HOMILIA XLVIII.

De missione septuaginta discipulorum (53). — *Dicta est in festo principis militiæ S. Michaelis.*

Quæ oculis subjecta sunt prata florum proferentia venustatem aspectantium sensus oblectant: et visus quidem multipliči (54) colorum specie distractus, atque pellectus; olfactus vero odoris suavitate percepta duplicem nobis suppeditant voluptatem. Sed enim spirituale doctrinæ evangelicæ

ΟΜΙΛΙΑ ΜΗ'.

Εἰς τὴν ἀποστολὴν τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν. — Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀρχιστρατηγοῦ.

Οἱ μὲν αἰσθητοὶ λειμῶνες τῶν ποικίλων ἀνθέων τὴν εὐπρέπειαν φέροντες τὰς τῶν ὁρώντων αἰσθήσεις ἡδύνουσι, καὶ ἡ ὄψις πρὸς τὸ πολυειδὲς τῶν χρωμάτων μεριζομένη, καὶ ἡ ὄσφρησις τὸ εὐῶδες λαμβάνουσα διπλῆς ἀπολαύειν παρασκευάζει τροφῆς. Ὁ δὲ πνευματικὸς τῆς εὐαγγελικῆς διδασκα-

[b] IV Reg. v, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(52) *Quasi squamis obtecti.* In exemplari utroque scriptum erat φωλυδούμενοι sed perperam : nihil enim ad rem illa vox. Quare non tam ego hanc scripturam castigavi : quam secutus sum castigationem adhibitam ad oram cod. Gall. qui ut monui præsertim in Procem. collatus fuit cum aliis mss. quæ Parisiis asservantur. Φολιδούμενοι itaque legendum, ut edidi. Verbum autem est factum ἀπὸ τοῦ φολὸς, seu φολὶς, quod nomen squamam significat proprie reptilium, nam aquatilium est λεπίς. Etym. mag. : Φολίδες οἱ λεπίδες τοῦ ὄφεως. Inde φολιδωτὸς, *squamatus.* Atque hæc significatio recte ad lepram translata, siquidem hæc maculis inficiens cutem quasi squamatam, et notatam reddit. Neque hanc solum vocem, sed et aliam adhibuit non absimilem hic orator. Ait enim : Λεπρὰς ὑπωπίοις οἱονεὶ φολιδούμενοι, *Lepre vibicibus quasi squamis obtecti.* Ὑπώπια porro sunt livores, et vibices ex percussione, et contusione sanguinis effecta, cum sanguis veluti exsugitur, et sub pellem trahitur, et apparet sub oculis : inde enim ὑπώπια quasi ὑπὸ τοῦ ὠπός. Vide Lex. et Etym.

(53) *Septuaginta discipulorum.* Ita in omnibus exemplar. scriptum habeo ἑβδομήκοντα ; quæ scriptura consonat cum ea, quæ est in Græco textu S. Luca cap. x, et S. Ambrosius et Hieronymus etiam ita legunt. Verum quod pertinet ad evangelicam lectionem, cum Romanis Bibliis est legendum *septuaginta duo ;* tot enim fuerunt præcise, ut asserit Cornelius noster : et Maldonatus longius disputat, quos vide. Hic Noster secutus est Græcam suam lectionem.

(54) *Et visu quidem multiplici,* etc. Similis sententia M. Tullius de orat. 3 : *Oculis colligunlur pene innumerabiles voluptates, quæ ita capiunt, ut unum sensum dissimili genere delectent.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λίας λειμὼν τῶν χριστολέκτων ῥημάτων βρύων τοῖς ἄνθεσι πολλαπλασίονα παρέχει τὴν ἡδύτητα. Καὶ τῶν μὲν ἀνθέων τὰ κάλλιστα ὁμοῦ τε ἤνθησε, καὶ μικρὸν φανέντα μαραίνεται. Τὸ δὲ τῆς ἁγίας Γραφῆς κάλλος διαπαντὸς τηρεῖται ἀλώβητον. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμᾶς ἐνταῦθα συνήθροισεν ὁ τῶν νοερῶν δυνάμεως Ἀρχιστράτηγος τὴν τούτου πανηγυρίσοντας σύναξιν, φέρε τῷ λειμῶνι τῷ εὐαγγελικῷ προσεγγίσαντες τὰ πνευματικὰ ῥόδα τρυγήσωμεν. A

« Εἶπεν ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ. » Πρότερον μὲν δώδεκα φοιτητὰς ὁ Σωτὴρ ἐξελέξατο, οὓς καὶ ἀποστέλλων πρὸς τὸ κήρυγμα ἐνετείλατο, μήτε εἰς ὁδὸν ἐθνῶν ἀπελθεῖν, μήτε εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν εἰσελθεῖν. Ἐπεὶ δὲ ὁ διδασκαλικὸς ἐπλατύνετο λόγος, καὶ οἱ πιστεύοντες ἐπληθύνοντο, καὶ κατὰ τὴν Δεσποτικὴν παραβολὴν τὸ μὲν θέρος τῶν πιστούντων ὑπῆρχε πολὺ, οἱ δὲ γεωργοὶ δυοκαίδεκα μόνοι ἐτύγχανον, ἐκλέγεται δὴ καὶ λοιποὺς ἑβδομήκοντα, καὶ τοὺς μὲν δώδεκα κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν δώδεκα υἱῶν Ἰακὼβ, ἐξ ὧν αἱ τῶν Ἑβραίων φυλαί, ὃ δὴ προεχρησμῴδησεν ἡ κινύρα Δαβίδ· « Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου· καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· » πατέρας λέγων τοὺς πατριάρχας γεγονότας τὸ κατὰ σάρκα πατέρας Χριστοῦ, υἱοὺς δὲ τοὺς ἱεροὺς ὀπαδοὺς τοῦ Χριστοῦ. Οὕτως γὰρ αὐτοὺς ὠνόμασε καὶ ἐν ἄλλῳ ψαλμῷ· « Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ· » τὴν δὲ κλῆσιν τῶν ἑβδομήκοντα ἄλλη τις ἱστορία ἠνίξατο παλαιά. Ἐνετείλατο γὰρ ὁ Θεὸς πάλαι τῷ θεόπτῃ Μωσεῖ ἐκλέξασθαι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ ἄνδρας ἑβδομήκοντα, καὶ κατέβη Κύριος ἐν νεφέλῃ, καὶ ἀφείλετο ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν τῷ Μωσεῖ, καὶ ἔθετο ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα, καὶ οὗτοι τῷ νομοθέτῃ, συναντελαμβάνοντο. Τοῦτο τὸ μέλλον προεζωγράφει, καὶ οἱ ἑβδομήκοντα ἐκεῖνοι ἄνδρες τῶν ἰσαρίθμων τούτων μαθητῶν ἦσαν προτύπωσις. Ἀλλὰ καὶ ὅτε διὰ τῆς ἐρήμου ἤγοντο τοῦ Ἰσραὴλ οἱ ἀπόγονοι τῇ ὁδηγούσῃ νεφέλῃ ἑπόμενοι καταλαμβάνουσι τόπον ὕδατι ποτίμῳ κατάῤῥυτον, δυοκαίδεκα πηγῶν ἀφθόνῳ περι- B

pratum verborum Christi floribus abundans delectationem multis partibus majorem affert. Et sane pulcherrimi quique florum simul floruere, et paululum apparuere, marcescunt; at sanctæ Scripturæ pulchritudo usquequaque viget illæsa. Quoniam igitur intellectualium virtutum (55) princeps ad ejus festum celebrandum nos huc hodie congregavit: age jam ac evangelicum **330** accedamus pratum, ex eoque decerpamus spirituales rosas [7].

« Dixit Jesus discipulis suis: Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit. » Principio quidem duodecim discipulos Salvator elegit, quibus ad prædicandum missis præcepit, ne in viam gentium irent, nec in civitates Samaritanorum intrarent [8]. Ubi vero prolatari sermo doctrinæ, et credentium multitudo cœpta adaugeri, et juxta Domini parabolam messis quidem credentium multiplicata, operarii vero duodecim tantum erant, allegit insuper alios septuaginta, [et duodecim quidem (56) legit juxta numerum duodecim filiorum Jacob, unde deductæ Hebræorum tribus, quod et præcinuit David cytharœdus: « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram [9]; » patres patriarchas appellans, qui Christi secundum carnem progenitores fuere, filios sanctos asseclas Christi; sic enim et in alio psalmo eos vocavit: « Afferte Domino, filii Dei [10]; sed vocationem septuaginta Testamenti Veteris quædam historia figuravit (57). Præcepit enim Dominus Moysi contemplatori Dei, ut ex senioribus populi viros septuaginta seligeret: et descendit in nube Dominus, et abstulit de spiritu, qui erat in Moyse, et tradidit illis septuaginta, atque ita cum legislatore hi cooptati sunt [11]. Hoc sane factum futuri adumbratio fuit, et septuaginta quidem illi parem horum discipulorum numerum præsignavere. Quin etiam quando nepotes Israelis per desertum nubis ductu pergebant, locum cepere aqua ad potum idonea scatentem: duodecim scilicet fontium abundante aqua irrigatum, et palmis excelsis septuaginta opacatum [12]. Duodecim igitur fontes duodecim C

[7] Luc. x, 16 seqq. [8] Matth. x, 5. [9] Psal. xliv, 17. [10] Psal. xxviii, 1. [11] Num. xi, 16, 24, 25. [12] Exod. xv, 27; Num. xxxiii, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(55) *Intellectualium virtutum princeps.* Satis hic habui vocem ἀρχιστράτηγος, *princeps* reddere, non addito *militiæ* nomine, quia præcesserat τῶν νοερῶν δυνάμεων; quæ quod militia cœlestis sit cuivis patet. Itidemque patet cuivis Græce scienti quid sonet ἀρχιστράτηγος, nimirum *princeps militiæ* vel *exercitus*. Solum hic afferam ex interioribus litteris quiddam ad cultum S. Michaelis apud Græcos insignem faciens. Ex flamulis quatuor, quæ præferebantur imperatori Constantino ex palatio egredienti primum erat, archistrategus, dictum a D. Michaelis imagine, quæ in illo flamulo erat expressa et afficta. Ita archangelus Michael toti flamulo nomen dabat ut archistrategus appellaretur. Ex Codin. Curop. de offic. curiæ Constantinop. Vide et Gretser. ad eum.

(56) *Et duodecim quidem.* Integrum fragmentum ab his verbis notatis: Καὶ τοὺς μὲν δώδεκα, usque ad verba psal.: Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ. deest in cod. Vat. ex quo ad me transcriptum exemplar amicorum opera pervenit, et quidem omissum in hac homilia tanquam alibi ab auctore dictum, quod ostendunt hæc verba quæ sunt in illo Vat.: Καὶ διὰ τί μὲν τοὺς δώδεκα ἐν ἄλλοις ἡμῖν προεξήτασται· *Et qua quidem causa duodecim illos elegerit, in aliis a me discussum est.* Sed cum hæc homilia desit inter eas quas adhuc nancisci potuerim, et tamen eam causam, seu mysterium viderem in cod. Gall. explicatam, nolui id prætermittere tanquam auctoris propriam.

(57) *Quædam historia figuravit.* Hanc figuram, et sequentem ex palmis septuaginta et duodecim fontibus, quibus adumbrati septuaginta discipuli, recenset cum aliis multis Cornelius noster in cap. Lucæ x.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

discipulos primo electos præfigurabant : palmæ vero alios præter duodecim septuaginta ascitos. Sicut enim duodecim illi fontes palmas septuaginta irrigabant, sic etiam septuaginta discipuli a duodecim præelectis prædicationis mysterio initiati, missionis suæ fructum attulere. Et quidem magnus hic Lucas (58) Evangelium suum exorsus ita testatur : « Sicut tradiderunt qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis [13]. » Ad hos igitur septuaginta sermonem hunc Dominus confert : « Qui vos audit, me audit, et qui **331** vos spernit, me spernit. » καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γενόμενοι. Πρὸς τούτους οὖν τοὺς ἑβδομήκοντα τοὺς παρόντας λόγους συνείρει ὁ Κύριος· « Ὁ ἀκούων ὑμῶν ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς ἐμὲ ἀθετεῖ. »

A κλυζόμενον ὕδατι, καὶ ἑβδομήκοντα φοίνιξιν ὑψηλοκόμοις συσκιαζόμενον. Αἱ μὲν οὖν δώδεκα πηγαὶ τοὺς δώδεκα προκρίτους μαθητὰς προεικόνιζον, οἱ δὲ φοίνικες τοὺς ἔξωθεν τῶν δεκαδύο ἐπιχειροτονηθέντας ὕστερον ἑβδομήκοντα. Ὥσπερ γὰρ αἱ δώδεκα ἐκεῖναι πηγαὶ τοὺς ἑβδομήκοντα φοίνικας ἤρδευον, οὕτως οἱ ἑβδομήκοντα μαθηταὶ μυσταγωγηθέντες ὑπὸ τῶν ἐγκρίτων δυοκαίδεκα τὸ μυστήριον τὸν τῆς ἀποστολῆς καρπὸν ἐνεδείξαντο. Καὶ γοῦν ὁ μέγας οὗτος Λουκᾶς τοῦ Εὐαγγελίου ἀρχόμενος οὕτω φησί· « Καθὼς παρέδωκαν ἡμῖν οἱ ἐξ ἀρχῆς αὐτόπται,

Quoniam discipulis difficile videbatur mysterii prædicandi munus ad quod mittebantur, propter incredulitatem, et pervicaciam hominum, confirmat eos his verbis : « Qui vos audit, me audit. » Non offendi vos, inquit, oportet, si a multis prædicationis sermo non recipiatur ; nam vestri contemptio in me, qui vos misi, magistrum redundat. Quod si in me, et in Patrem utique meum, qui misit. Ita ut hic sermo syllogismi vim habeat ex positis propositionibus hoc colligens : « Qui vos spernit, spernit eum, qui misit me. » Se ipsum vero admodum sapienter, ut medium terminum interposuit, quo manifeste demonstraret, se mediatorem inter Deum, et homines esse constitutum : et quidem qua consubstantialis (59) est nobis, tribuit sibi,

B Ἐπειδὴ δυσχερὴς ἐδόκει τοῖς μαθηταῖς ἡ πρὸς τὸ κήρυγμα τοῦ μυστηρίου ἀποστολὴ διὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων ἀπειθὲς, καὶ ἀνήκοον, παραθαρρύνει τουτοισὶ τοῖς λόγοις αὐτούς· « Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει. » Οὐ χρὴ, φησὶ, δυσχεραίνειν ὑμᾶς εἰ πολλοὶ τοῦ κηρύγματος τὸν λόγον οὐ παραδέξονται· ἡ γὰρ πρὸς ὑμᾶς καταφρόνησις πρὸς ἐμὲ τὸν διδάσκαλον ἀναφέρεται τὸν ὑμᾶς ἀποστέλλοντα. Εἰ δὲ πρὸς ἐμὲ, πάντως δήπου καὶ πρὸς τὸν ἀποστείλαντα, ὡς εἶναι τὸν λόγον συλλογισμὸν ἐκ τῶν τεθέντων προτάσεων τοῦτο συνάγοντα· « Ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. » Σοφώτατα δὲ μέσον ὅρον τέθεικεν ἑαυτὸν, δεικνὺς ἀριδήλως, ὡς μεσίτης Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων ἐγένετο· καὶ διὰ μὲν τὸ ἡμῖν ὁμοούσιον τὰ τῶν μαθητῶν οἰκειούμενος, διὰ δὲ τὸ

[13] Luc. IX, 1.

Francisci Scorsi notæ.

(58) *Et quidem magnus hic Lucas.* In septuaginta discipulorum ordine S. Lucam hic rescenset, quod itidem significavit supra hom. 32. Sunt in eadem opinione multi alii etiam melioris notæ Patres. Vide notas ad eam homiliam.

(59) *Consubstantialis.* Frequenter ut omnes Græci, et Latini Patres orthodoxi utitur Theophanes voce ὁμοούσιος quæ *consubstantialis* valet. De qua multa possem huc transferre, quæ sane a SS. Patribus contra hæreticos disputantur, ut a Gregor. Nazianz., præsertim orat. *de fide,* quam Ruffinus est interpretatus, et Augustin., hom. 4 *in Joan.* et a S. Ambros., lib. III *De fide,* et a Joanne Damascen. passim. Est etiam ea in usu S. Gregorio Thaumat. in duodecim Anathem. Unde colligas eam esse antiquiorem conc. Nicæno, ut etiam Gerardus Vossius adnotavit. Fuit tamen ab ipso concilio celebrata, vel potius tanquam gladius ab ipsorum adversariorum manu arrepta, quo ipsos illi θεοφόροι Patres adversarios jugularunt. Hoc tanquam reconditum quiddam adjeci, quod S. Ambros., lib. III *De fide,* cap. ult. tradidit his verbis : *Quid est aliud cur Homousion Patri Filium nolunt dici, nisi quia nolunt eum Filium Dei confiteri ? sicut auctor ipsorum Eusebius Nicomediensis Epist. sua prodidit dicens : Si verum Dei Filium, et increatum dicimus, Homousion cum Patre incipimus confiteri. Hæc cum lecta esset Epistola in conc. Nicæno, hoc verbum in tractatu posuerunt Patres quod viderunt adversariis esse formidini, ut tanquam evaginato ab ipsis gladio ipsorum nefandæ caput hæresis amputaretur.* Hæc ex S. Ambrosio. Est igitur hæc vox postea magno omnium orthodoxorum consensu, conatuque adversus Arianos defensa, ut quæ fidem de SS. Trinitate declaret. Per hanc enim contra Sabellium confusionem in personas inducentem, et contra Arium naturæ et essentiæ diversitatem impie profitentem Filius Patri ὁμοούσιος Græce, *consubstantialis* Latine dicitur. Vide Bellarm. in *Contros.* Atque hæc de voce ὁμοούσιος quam rem tanti momenti maxime declaret, quod pertinet ad Filii naturam atque substantiam dicta sint. Cæterum concilii Chalcedonensis quod ex œcumenicis quartum exstat, Patres ferme 600 hanc etiam vocem Christo attribuerunt ratione humanæ naturæ, quam Verbum assumpsit ; ut eamdem speciem esse affirmarent, quam nos habemus, adversus impios Dioscoridem et Eutychetem, qui confusam eam et in divinam mutatam blaterabant. Sic igitur Patres definiverunt, sess. 5, sub finem : Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν Υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος ὁμοούσιον τὸν αὐτὸν τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ πάντα ὅμοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας, etc. *Sequentes igitur SS. Patres unum eumdemque Filium confiteri et Dominum nostrum Jesum Christum consonanter omnes docemus, eumdem perfectum in Deitate, et eumdem perfectum in humanitate, Deum verum et hominem verum, eumdem ex anima rationali, et corpore; consubstantialem Patri secundum Deitatem, consubstantialem nobis eumdem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato,* etc. In synod. Chalced. At cæteræ deinceps eodem usæ sunt vocabulo ad idem dogma fidei conformandum. Notabo concilia alia auctoresque quos legi ; nec attinet ipsa referre verba, cum eadem fere in omnibus

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

« Τὸν ἀποστείλαντά με, » δεικνὺς τῆς Πατρικῆς οὐσίας τὸ ἀπαράλλακτον, λέγων τὴν ἑαυτοῦ ὕβριν τῷ Πατρὶ ἀναφέρεσθαι. Ἀλλὰ φέρε διασκοπήσωμεν, πῶς τὸ μὲν κατόρθωμα τὸ ἐκ τοῦ κηρύγματος εἰς αὐτὸν ἀνατρέχειν φησὶ, τὴν δὲ ἀθέτησιν εἰς αὐτὸν, καὶ τὸν Πατέρα διέρχεσθαι. « Ὁ γὰρ ἀκούων ὑμῶν ἐμοῦ ἀκούει · ὁ δὲ ἀθετῶν ὑμᾶς ἀθετεῖ ἐμὲ, καὶ δι' ἐμοῦ τὸν ἀποστείλαντά με, » μεγάλην δεικνὺς τῆς ἀθετήσεως τὴν κατάκρισιν, καὶ ἅμα ὑποστηρίζων αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἀνέξεται ὁ Πατὴρ οὕτω καταφρονούμενος, ἀλλ' εὐμαρίσει πάντως τὸ κήρυγμα. Ταύτην τὴν εἰς τὸ κήρυγμα τῶν μαθητῶν ἀποστολὴν προαναφωνῶν ὁ Μιχαίας · « Ἔσται τὸ ὑπόλειμμα, εἶπε, τοῦ Ἰακὼβ μέσον λαῶν πολλῶν ὡς δρόσος παρὰ Κυρίου πίπτουσα, καὶ ὡς ἄρνες ἐπ' ἄγρωστιν. »

A quæ ad discipulos attinent, qua vero addit : « Eum, qui misit me, » Paternam substantiam per omnia similem sibi esse declarat, cum scilicet dicit contumeliam sibi illatam in Patrem referri. Sed age, jam consideremus, qua causa si quid in prædicatione Evangelii recte processerit, in se ipsum recurrere dicat, contemptum vero in se ipsum, ac Patrem redire : « Qui vos, inquit, audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit; et per me, eum, qui misit me, » scilicet ut ostendat magnam contemptores subituros esse damnationem; et simul, ut eorum animos confirmet, eo quod non sit facile passurus Pater ita se contemptui haberi, sed potius prædicationis laborem sit illis allevaturus. Hanc discipulorum ad prædicandum Evangelium expeditionem prædicens Michæas : « Erunt, inquit, reliquiæ Jacob in medio populorum multorum, quasi ros a Domino cadens, et quasi agni super gramen [14]. »

« Ὑπέστρεψαν οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ χαρᾶς λέγοντες · Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν. » Ἐπειδὴ σημείων ὤφθησαν ἀποτελεσταὶ, καὶ πνευμάτων ἀκαθάρτων φυγαδευταὶ τοῦ κηρύγματος γεγονότες; ἐκπληρωταὶ, ὑπονοστοῦσιν οἱ μαθηταὶ, καὶ τῷ Διδασκάλῳ φασί : « Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάττονται ἡμῖν. » Οὐ μόνον τ' ἄλλα τῶν σημείων ἐνεργεῖται ἡμῖν, ἀλλ' ὃ πάντων μεῖζον, καὶ τὰ δαιμόνια ἡμῖν ὑποτέτακται τῷ ὀνόματί σου φυγαδευόμενα. Ἵνα γὰρ μή τις νομίσῃ, ὅτι μόνην τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐνήργουν πτόησιν, τὸν *καὶ* προσέθηκε σύνδεσμον · « Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσονται. »

B « Reversi sunt septuaginta cum gaudio dicentes : Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis. » Postquam miraculorum effectores (60), et immundorum spirituum expulsores spectati fuerant, et prædicationis munere perfuncti discipuli redeunt, et Magistro dicunt : « Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis; » non modo alia a nobis edita signa sunt, sed quod omnium maximum est, etiam dæmonia subjecta sunt nobis nominis tui virtute fugata. Ne quis enim opinaretur solum terrorem incussum ab eis fuisse dæmonibus, conjunctio etiam adjecta : « Domine, etiam dæmonia subjiciuntur **332** nobis. »

Εἶποι δ' ἄν τις ἴσως καὶ εἰ τότε τὴν χάριν τῶν θαυμάτων εἰλήφασιν οἱ ἀπόστολοι, περιττὴ ἦν ἡ μετὰ τὴν ἀνάστασιν δοθεῖσα τοῦ ἐμφυσήματος, καὶ τῶν πυρίνων γλωσσῶν. Φαμὲν οὖν, ὡς οὐκ ἦν αὕτη ἡ δωρεὰ τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος. Καὶ τοῦτο διατρανοῖ λέγων ὁ μεγαλόφωνος υἱὸς τῆς βροντῆς ·

C Dixerit autem fortasse quispiam illud, si tunc miraculorum gratiam acceperunt apostoli, supervacaneum fuit donum illud Spiritus sancti post resurrectionem eis per insufflationem, et per igneas linguas impertitum. Dicimus igitur non fuisse hoc donum (61) ex Spiritus sancti charis-

[14] Mich. v, 8.

Francisci Scorsi notæ.

locis sint, atque ea quæ retulimus ex synodo Chalced. exstat locutio hæc. Itaque in synodo 5, act. 5, in Confessione Pauli episc. Apamæorum et Justiniani imper. quam etiam refert Facundus episc. Ermianens. provinciæ Africanæ lib. I, c. 1, pro defensione trium capit., nuper editus a Jacobo Sirmundo soc. Jesu ex apographo Vatic. in qua Epistola etiam anathema dicitur, *si quis* ὁμοούσιον *Patri secundum divinitatem, et* ὁμοούσιον *nobis secundum humanitatem Christum non confitetur.* Et synodus 6, quæ coacta contra Monothelitas, act. 8, in Epist. synod., et act. 10, in confess. fidei : et act. 11, in Epist. itidem synodi Sophronii archiep. Hierosol., approbata ab eadem synodo act. 13, et in Exposit. fidei Constant. Hermanopoli, apud Leont. lib. I, initio tom. XI *Biblioth. novissimæ;* et in synodo Florentino, sess. 6, ubi refertur, quid a synodo 4 contra Eutychetem fuerit definitum, quod supra retulimus. Eamdem veritatem ex negatione contrarii asserentes SS. Patres eadem usi sunt voce, carnem scilicet Christi esse ὁμοούσιον divinitati negantes. Gregor. Thaumat. in duodecim Anath.: Εἴ τις λέγει σάρκα τοῦ Χριστοῦ ὁμοούσιον τῇ θεότητος; ἀνάθεμα · *Si quis dixerit carnem Christi esse consubstantialem divinitatis, anathema*; et S. Maximus martyr: *Naturarum diversitatem asserimus, nec carnem Verbo natura consubstantialem esse censemus.* Ex Latinis Patribus eodem fere modo locuti videntur S. Leo, qui serm. 10 *de Pass.*, *Ipse est caro, qui Verbum, et sicut unius cum Patre substantiæ, ita unius cum matre naturæ;* et Beda, qui lib. IV, cap. 39 *in Luc.*, Christum esse matri suæ consubstantialem asserit. Atque ex hoc usitato et catholico loquendi modo in re dogmatica noster hic Theophanes est locutus, qui et sæpe in aliis homiliis τὸ ὁμοούσιον ponit cum de Verbo Patri consubstantiali, et hic et hom. 25, *de Lazaro suscitato*, idem τὸ ὁμοούσιον cum de humana natura Christi eadem specie ac nostra.

D

(60) *Miraculorum effectores*, etc. Desunt hic nonnulla in cod. Vat., quæ reposui ex Gall. qui fere semper pleniores habet sententias, quæ in aliis codd. fortasse librarii oscitantia aut fraude concisæ sunt. Hæc autem, quæ desunt, concinnitatem etiam continent oratori sacro non indecoram petitam a similiter cadentibus et desinentibus nominibus ἀποτελεσταί, φυγαδευταί, et cætera quæ Græco in contextu legis, nam in Latino servari eadem in omnibus non potuit.

(61) *Non fuisse hoc donum.* Distinguit hic auctor inter eam potestatem et gratiam efficiendi miracula

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipse dixit : « Væ tibi, Capharnaum, usque in cœlum exaltata ! » Quin et undas maris usque ad cœlum ascendere David ait [23]; sic igitur et hoc loco ad altitudinem indicandam nomen cœli sumpsit. Non enim erat, ut dixi, Satanas in cœlo (64), sed constitutus a Deo, antequam caderet, **334** et caligine ob superbiam involveretur, ut obtineret terrarum ambitum, in eoque dominaretur. Et quidem ante Salvatoris adventum (65) difficile superari poterat, et in omne quod sub cœlo est, audaciam ac potentiam exerebat suam. Ubi vero Dei Unigenitus similitudinem nostram suscipiens factus est homo, imbecillis evasit inimicus, et qui prius audax fuerat, et formidandus, quasi profugus quidam et exsul est factus.

A περναοῦμ, ἡ ἕως τῶν οὐρανῶν ὑψωθεῖσα. » Καὶ μὴν καὶ τὰ θαλάττια κύματα ἕως τῶν οὐρανῶν ἀναβαίνειν λέγει Δαβίδ· οὕτω γοῦν κἀνταῦθα εἰς δήλωσιν τοῦ ὕψους εἴληφε τὸν οὐρανόν. Ἦν γάρ, ὡς ἔφην, ὁ Σατανᾶς οὐκ ἐν οὐρανοῖς, ἀλλὰ τεταγμένος ὑπὸ Θεοῦ τὴν περίγειον λῆξιν κατέχειν τε καὶ περικρατεῖν πρὸ τοῦ καταπεσεῖν, καὶ σκοτισθῆναι διὰ τὴν ἔπαρσιν. Καὶ πρὸ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας δυσανταγώνιστος ἦν, καὶ ὅλης κατεθρασύνετο τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν ὁ Μονογενὴς γέγονεν ἄνθρωπος, ἠσθένησεν ὁ ἐχθρὸς, καὶ ὁ πάλαι θρασὺς καὶ ἀπρόσιτος ἐγεγόνει φυγάς.

« Ecce dedi vobis potestatem calcandi super B serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici. » Data quidem apostolis fuit virtus etiam adversus sensibiles feras. Nam et divinus præco Philippus viperam illam (66) ab Hieropolitis ut numen cultam, precibus solum adhibitis rupit, et interemit; et beatus Paulus fera in succensam pyram excussa mansit incolumis. Sed et adversus intelligibiles feras, immundos dico dæmones, accepere potestatem, de quibus in Psalmorum canticis prædixit David : « Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem [24] : » ad apostolorum cœtum hæc omnino canens. Et vero Habacum propheta vim apostolorum contra diabolum acceptam magis expressit : « Væ, inquiens, qui multiplicat sibi quæ non sunt sua; quia subito C consurgent mordentes eum : quia exspoliasti gentes multas, exspoliabunt te omnes reliqui populi [25]. » Igitur contra hunc draconem et dæmones sub illo militantes præcones divinæ legis accepere potestatem; et contra eorum cultores (67), et quotquot Evangelio adversati sunt, quibus subactis, et attritis Evangelium ubique gentium prolatum est. Ne vero gratia et virtus miraculorum superbiæ motum illis injiceret, addit Salvator : « Verumtamen in hoc

« Ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Δέδοται μὲν τοῖς ἀποστόλοις καὶ ἡ κατὰ τῶν αἰσθητῶν θηρίων ἰσχύς. Ὅτε γὰρ θεοκήρυξ Φίλιππος τὴν παρὰ τῶν Ἱεροπολιτῶν σεβομένην ἔχιδναν εὐχῇ μόνῃ διέῤῥηξε, καὶ ἀπώλεσε· καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος ἐν τῇ νήσῳ Μελίτῃ τὸ θηρίον ἐν τῇ πυρκαϊᾷ τιναξάμενος διέμεινεν ἀβλαβής. Ἔλαβον δὲ καὶ τὴν κατὰ τῶν νοητῶν θηρίων δύναμιν τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων φημὶ, περὶ ὧν ἐν ψαλμικοῖς ὕμνοις προεφώνει Δαβίδ· « Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα, καὶ δράκοντα· » πάντα πρὸς τὸν ἀποστολικὸν χορὸν ταῦτα φωνῶν· Καὶ Ἀββακοὺμ δὲ ὁ προφήτης ἐκφαντικώτερον εἶπε τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου τῶν ἀποστόλων ἰσχύν· « Οὐαὶ, λέγων, ὁ πληθύνων ἑαυτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ, ὅτι ἐξαίφνης ἀναστήσονται οἱ δάκνοντες αὐτόν· ὅτι σὺ ἐσκύλευσας ἔθνη πολλὰ, σκυλεύσουσί σε πάντες οἱ ὑπολελειμμένοι λαοί. » Κατὰ τούτου γοῦν τοῦ δράκοντος καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ δαιμόνων ἔλαβον ἐξουσίαν οἱ θεοκήρυκες, καὶ τῶν ἐκεινοὺς λατρευόντων, καὶ διωξάντων τὸ κήρυγμα· οὓς πατήσαντες, καὶ συντρίψαντες τὸ Εὐαγγέλιον πανταχοῦ διεξήπλωσαν. Ἵνα δὲ μὴ τῶν σημείων ἡ χάρις, καὶ ἡ ἐνέργεια ὑπερηφανίας ἐνθήσει πάθος

[23] Psal. cvi, 26. [24] Psal. xc, 13. [25] Habac. II, 7.

Francisci Scorsi notæ.

(64) *Non enim erat Satanas in cœlo.* Lucifero antequam per peccatum caderet, fuisse permissam terræ custodiam non solum hic Cerameus, sed etiam Damascenus supponit, lib. II *De fide*, cap. 4 : Ἐκ τούτων τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων πρωτοστάτης τῆς περιγείου τάξεως, καὶ τῆς γῆς τὴν φυλακὴν ἐγχειρισθεὶς παρὰ Θεοῦ οὐ φύσει πονηρὸς γεγονὼς, ἀλλ' ἀγαθὸς ὤν, etc. : *Ex iis angelicis virtutibus ea quæ præerat terrestri ordini, et cui a Deo terræ custodia commissa erat, non natura mala facta est, sed bona exsistens*, etc. Refert eum pro hac opinione Suarez noster, lib. VIII *De angelis*, cap. 17. Ex hac itaque opinione, ut jam dicebam, hic noster Satanam in cœlo non fuisse dicit, quasi distentus in terra ad ejus custodiam, et regimen esset; angeli vero ibi dicuntur esse tanquam in loco, ubi operantur, quod Theologi copiosius in p. I D. Thomæ.

(65) *Et quidem ante Salvatoris adventum.* Idem Cyrillus apud D. Thomam, in Catena : *Ante Salvatoris adventum subegerat sibi orbem, et ab omnibus colebatur, sed cum Unigenitus Dei descendit, corruit tanquam fulgur, quia conculcatur ab adoratoribus Christi.* Idem Euthym. et communiter omnes Patres, qui illud Joan. cap. XII : *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*, de diabolo exponunt, quatenus ante Christi adventum in hoc mundo per idololatriam regnabat, vel quatenus ratione peccati communis generis humani, in eos tantam habebat potestatem, ut sine virtute Christi non possent eis homines resistere. Sic refert Suarez noster hos Patres, lib. VIII *De angelis*, cap. 21; eamdemque doctrinam tradit hic noster ut legis.

(66) *Philippus viperam illam*, etc. De hoc miraculo scribit Sym. Metaphr. apud Surium in Vita S. Philippi, quem vide si placet.

(67) *Et contra eorum cultores.* Hæc desunt in Vat. Καὶ τῶν ἐκείνους λατρευόντων, καὶ διωξάντων τὸ κήρυγμα, quæ supplevi ex Gall., ut itidem alia pauca fragmenta, quæ retuli supra not. 60 et 63.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτοῖς, προστίθησιν ὁ Σωτήρ· « Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ A nolite gaudere; » nihil enim, inquit, hoc ad vos χαίρετε. » Οὐδὲν γὰρ τοῦτο, φησὶ, πρὸς ὑμᾶς· ἡ μὲν γὰρ χάρις ἄλλου πέφυκε τοῦ ταύτην παρασχόντος ὑμῖν. Ἄλλοι δὲ καὶ οἱ εὐεργετούμενοι οἱ τὰς ἰάσεις δεχόμενοι. Ὑμῖν δὲ τοῦτό ἐστιν εὐφροσύνη, καὶ ἀγαλλίασις τὸ « Τὰ ὀνόματα ὑμῶν γεγράφθαι ἐν οὐρανοῖς, » οὐ μέλανι, ἀλλὰ μνήμῃ Θεοῦ.

Τὴν δὲ πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῶν ἀποστόλων ἀπογραφὴν ἣν ἐνταῦθα ἡ τοῦ Εὐαγγελίου λέγει φωνή, καὶ ὁ Προφήτης θεσπιῳδεῖ· « Ἔσται, λέγων, τὸ ὑπολειφθὲν ἐν Σιὼν καὶ καταλειφθὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἅγιοι κληθήσονται πάντες οἱ γραφέντες εἰς ζωήν. » Τάχα που καὶ Δαβὶδ περὶ τούτων φησίν· « Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν.

Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ B Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν· Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. » Ἠγαλλιάσατο ἐπὶ ταῖς δυνάμεσι, καὶ ἵνα μὴ δόξῃ ἀντίθεος, προσάγει τῷ Πατρὶ ὡς ὁμοουσίῳ τὴν ἐξομολόγησιν, τουτέστι τὴν εὐχαριστίαν. Διττοῦ γὰρ ὄντος τοῦ σημαινομένου διὰ τῆς ἐξαγορεύσεως ἐνταῦθα τὸ πρότερον προσήκει νοεῖν, ὡς πολλαχοῦ τῶν Ψαλμῶν ἡ βίβλος φησίν· « Ἐξομολογησόμεθά σοι, ὁ Θεὸς, » τουτέστιν, Εὐχαριστήσομεν. Φησὶν οὖν, ὡς Χάριν ὁμολογῶ τῇ εὐδοκίᾳ σου, Πάτερ, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν, καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Ἃ γὰρ οὐκ ἔγνωσαν οἱ δοκοῦντες σοφοὶ Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι, οἱ παρ' ἑαυτοῖς συνετοὶ μύσαντες ἑκοντὶ τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, ταῦτα ἰδιώταις, καὶ C ἀσόφοις ἀπεκαλύφθησαν. Κἀκεῖνοι μὲν διὰ τὴν ἐνοῦσαν σφίσιν ὑπερηφανίαν ἀνάξιοι τῆς χάριτος ἐγεγόνεισαν· οὗτοι δὲ διὰ τὸ κτήσασθαι τὴν τῶν νηπίων ἀκεραιότητα, τῆς εὐδοκίας ἀπήλαυσαν. Εὐδοκία γάρ ἐστιν ἡ οἰκονομία καὶ θέλησις· « Ἐπὶ τίνα γὰρ ἐπιβλέψω, διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἢ

Porro hanc apostolorum in cœlesti Hierosolyma descriptionem, quam evangelicus sermo significat, propheta etiam divinitus cecinit: « Et erit, inquit, quod reliquum **335** fuerit in Sion et quod remanserit in Jerusalem, sancti vocabuntur omnes scripti ad vitam[26]. » Fortassis etiam et David de his dicit: « Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat[27]. »

« In eadem hora exsultavit Jesus spiritu, et dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine, cœli et terræ. » Exsultavit propter virtutes (68); et ne adversari Deo (69) videretur, offert Patri, utpote consubstantiali, confessionem, hoc est gratiarum actionem. Cum enim duo per hanc vocem confessionis significata sint, et gratiarum actio et ipsa confessio, hic primum par est sensum accipere, quem multis locis consuevit Psalmorum liber: « Confitemini Domino, » et, «Confitebimur tibi, Deus[28], » hoc est, Gratias agemus. Ait igitur: Gratias ago beneplacito tuo, Pater, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Quæ enim Scribæ, qui videbantur sapientes esse, et Pharisæi apud semetipsos intelligentes cum voluntarie obstruxissent animæ sensus, non cognoverunt, hæc idiotis et insipientibus revelata sunt. Et illi quidem ob superbiam quæ ipsis inerat, hujusce gratiæ indigni fuerunt; hi vero quod parvulorum simplicitatem assecuti fuerant, divini beneplaciti compotes facti. Εὐδοκία enim dispositionem voluntatemque significat (70):

[26] Isa. IV, 3. [27] Psal. CXLIX, 4. [28] Psal. CXLII, 1; CVII, 1; CIV, 1 LXXIV, 1.

Francisci Scorsi notæ.

(68) *Exsultavit propter virtutes.* Quod hic duobus verbis innuit Theophanes, plusculis expressit Theophylactus, quæ sensum nostri declarant: *Sicut Pater bonus cum viderit filios recta quædam opera gessisse, ita Salvator exsultat, quia talia bona assecuti erant apostoli.* Hoc est quod ait noster laconice: Διὰ τῶν δυνάμεων. D

(69) *Et ne videretur adversari Deo.* Vox ἀντίθεος hoc loco ab auctore posita, et nonnullis aliis usitata ambigua est etiam apud antiquos Scriptores; nam et par Deo et contrarius Deo per eam æque significari potest. Etym. Magn. in Præp. Ἀντί, sic ait: Τίθεται καὶ ἀντὶ τοῦ *ἴσως*, ὡς Ἀντίθεος δὲ Ὀδυσσεὺς, τοῦτ' ἔστιν *ἰσόθεος*, καὶ τὸ ἐναντίον, ὡς *ἀντίθεον Κύκλωπα* τὸν ἀντιούμενον τοῖς θεοῖς· *Ponitur et pro ἴσως æqualiter*, ut ἀντίθεος *Ulysses*, *hoc est*, *Deo par*, *vel similis*; *et contra*, *ut* ἀντίθεον *Cyclopem*, *hoc est adversantem Deo.* Sic Etym. Atque in posteriori sensu etiam ab Homero dicti sunt ἀντίθεοι μνηστῆρες, *proci Deo adversarii*; et in *priore* ab eodem Homero ἀντίθεον ἄλοχον, *dis æquiparandam uxorem.* Inde etiam fluxit significatio τοῦ ἀντίχειρ apud Græcos, quod nomen pollicem manus significat; est enim ἀντὶ τοῦ χειρὸς quasi *altera manus*, quod æqualibus juribus, ac cæteri omnes digiti polleat, unde et pollex nomen Latinis. Notat hanc duplicem vim Petrus etiam Vict. in Rhet. Arist. cap. 2, sed apud SS. Patres Græcos fere semper ἀντίθεος significat adversarium Deo. Greg. Nazianz. orat. *de Spiritu sancto*: Ἔπρεπε γὰρ υἱοῦ σωματικῶς, etc. Πεμπόμενον δὲ ὡς οὐκ ἀντίθεον. Et *tanquam Deo nequaquam oppositus mitteretur.* Ita Billius, et orat. 36: Ἐρωτήσω, φησὶ, τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον πέμψει ὑμῖν τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ἵνα μὴ ἀντίθεος εἶναι δόξῃ. Billius ita: *Quæ quidem verba eo dixit* (nimirum, *Rogabo Patrem et alium Paracletum mittet vobis Spiritum veritatis*, quæ antecedunt) *ne adversarius quispiam Dei esse, et quasi ab alia quadam potestate sermonem facere videretur.* Theophyl. *in Joan.* cap. XI: Ἵνα τοίνυν οἱ περιεστῶτες πιστεύωσιν ὅτι ἄνωθέν ἐστιν, καὶ οὐκ ἀντίθεος, τούτου ἕνεκεν εὔχεται· *Precatur itaque ut circumstantes credant quod e supernis sit, et non contrarius Deo*; et iisdem paulo supra eadem voce usus in eamdem rem: atque hæc quidem observavi in Græcis Patribus; alia alius advertit. Noster itidem non semel, ut dixi, hoc utitur vocabulo in eodem sensu.

(70) *Dispositionem voluntatemque significat.* Præposui hoc loco in mea versione vocem Græcam

Digitized by Google Ресурс не текста ABK/FR

« Super quem enim, respiciam Dominus, per prophetam inquit, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos [29]? » Non igitur stultitiam sapientiæ et scientiæ insćitiam anteposuit, ut improbi quidam veritatis adversarii hoc dictum accipiunt, sed humilitatem superbiæ prætulit. Efficiamur igitur et nos parvuli, fratres, et eam quæ secundum Deum est infantiam præ nobis feramus; puerorum in perferenda injuria patientiam imitemur: « Nisi enim efficiamini sicut parvuli, ait Salvator, non intrabitis in regnum Dei [30]. » Non præcipit, ut in puerilem convertamur ætatem, hoc enim fieri nullo modo potest, sed uti ad infantis simplicitatem mores nostros conformemus. Nam, cum ostenderet parvulos, non dixit: Horum est, sed, « Talium est regnum cœlorum: » Si igitur et nos morum simplicitate parvulos nos præbuerimus, in nobis etiam divinæ voluntatis beneplacitum perficietur, et velut hæreditas dabitur regnum cœlorum, quo utinam perveniamus **336** omnes in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria cum Patre, et sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

A ἐπὶ τὸν πραῦν, καὶ ἡσύχον. » Οὐκ οὖν ἀφροσύνην σοφίας προέκρινεν, οὐδὲ γνώσεως ἄγνοιαν, ὡς οἱ πονηροὶ τῆς ἀληθείας κατήγοροι τὸ ῥητὸν ἐξελάβοντο, ἀλλὰ τῆς ἀλαζονείας τὴν ταπείνωσιν προετίμησε. Νηπιάσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ὦ ἀδελφοί, τὴν κατὰ Θεὸν νηπιότητα· μιμησώμεθα τῶν παίδων τὸ ἀνεξίκακον. « Ἐὰν γὰρ μὴ γένησθε, φησὶν ὁ Σωτὴρ ὡς τὰ παιδία ταῦτα, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Οὐκ ἐπιτάττει πρὸς τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἀντιστραφῆναι· τοῦτο γὰρ τῶν ἀμηχάνων ἐστίν. ἀλλὰ πρὸς τὸ τοῦ βρέφους ἀκέραιον τὸ ἑαυτοῦ ἦθος ῥυθμήσασθαι. Δεικνὺς δὲ τὰ παιδία οὐκ εἶπεν, Τούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ, Τῶν τοιούτων. Ἂν οὖν καὶ ἡμεῖς τῇ ἁπλότητι νηπιάσωμεν, τελεσθήσεται καὶ ἐν ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ εὐδοκία, καὶ B δοθήσεται ὡς κλῆρος ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἧς ἐπιβαίημεν ἅπαντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[29] Isa. LXVI, 2. [30] Matth. XVIII, 3.

HOMILIA XLIX.

In illa verba: « Voluit Jesus exire in Galilæam. » — Legitur in festo S. Philippi.

Non modo cum in terris corpore versarentur Salvatoris nostri discipuli, prædicationis everriculo traxerunt homines sub sole degentes, sed etiam nunc translati in cœlum nobis adsunt spiritu, unaque conveniunt, et quamvis taciti prædicant, et sua in templa invisibili modo advenientes, et ad festa celebranda studiosos eorum congregantes, charismata manifeste ipsis impertiunt. Ego igitur cum sacram magni Philippi ædem conferta populi multitudine oppleri videam, gratiam a Deo sanctis datam obtupesco, nec facile pati possum hanc celebritatem silentio præteriri. Ad hunc igitur diem festum honestandum aliud alius contribuamus. Et hic quidem totius noctis vigiliam, et gratiarum actionis cantica: ille vero spiritum contritum, et congruentes preces; alius pœnitentiam peccatorum; alius in pauperes misericordiam (adest enim hic, ut videtis pauperum multitudo), ac demum aliud alius conferamus; atque iners nemo, et vacuus videatur. Equidem ego cuperem ad hortandum vitam ante quam verba proponere; hic enim esset aptior docendi modus, si verbis vita concineret; sed quoniam vitam omnibus peccatorum maculis notatam

ΟΜΙΛΙΑ ΜΘ'.

Εἰς τὸ, « Ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. » — Ἀναγινώσκεται ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Φιλίππου.

Οὐ μόνον περιπολοῦντες σωματικῶς ἐν τῇ γῇ τοῦ Σωτῆρος οἱ μαθηταὶ τὴν ὑφήλιον ἐσαγήνευται τῷ κηρύγματι, ἀλλ' ἤδη καὶ μεταστάντες εἰς οὐρανοὺς σύνεισιν ἡμῖν νοητῶς, καὶ συναγελάζονται, καὶ σιγῶντες κηρύττουσι, καὶ τοῖς σφῶν τεμένεσιν ἀφανῶς C ἐνδημοῦντες, καὶ πρὸς τὰς αὐτῶν πανηγύρεις τοὺς φιλεόρτους ἀγείροντες ἐναργῶς αὐτοῖς τῶν χαρισμάτων μεταδιδόασιν. Ἐγὼ τοίνυν ὁρῶν τὸν ἱερὸν τοῦ μεγάλου Φιλίππου σηκὸν τῇ τοῦ λαοῦ πληθύϊ στενοχωρούμενον, τὴν ὑπὸ Θεοῦ δοθεῖσαν χάριν τοῖς ἁγίοις ἐκπλήττομαι, καὶ σιγῇ παρελθεῖν τὴν πανήγυριν οὐκ ἀνέχομαι. Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι τῇ ἑορτῇ τοῦ ἀποστόλου συνεισενέγκωμεν· ὁ μὲν γὰρ ἀγρυπνίαν πάννυχον, καὶ χαριστηρίους ᾠδάς· ὁ δὲ πνεῦμα συντετριμμένον καὶ δέησιν πρέπουσαν· ἄλλος τὴν τῶν ἐπταισμένων μετάνοιαν· ἕτερος τὸν πρὸς τοὺς πένητας ἔλεον (πάρεστι γὰρ, ὡς ὁρᾶτε, πενομένων ἐνταῦθα πληθὺς) καὶ ἄλλος ἄλλο τι προσενέγκωμεν· D καὶ κενὸς ὀφθήτω μηδείς. Ἐγὼ δὲ ἐβουλόμην μὲν τὸν βίον πρὸ τῶν λόγων τιθέναι διδάσκαλον· ἦν γὰρ ἂν οὕτω τὰ τῆς διδασκαλίας ἁρμόδια τοῦ βίου, τοῖς λόγοις συμφθεγγομένου· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν βίον ἐπιφέρω πάσης κηλῖδος ἁμαρτημάτων ἀνάπλεων, ἵνα

Francisci Scorsi notæ.

εὐδοκίας cujus interpretationem auctor adnectit his verbis ἡ οἰκονομία καὶ θέλησις, quæ ego verti *dispositionem, voluntatemque;* si autem vertissem, *beneplacitum*, quod vult proprie εὐδοκία, et deinde voluntatem et dispositionem adjunxissem, idem inepte dixissem. Quod vero pertinet ad vocem εὐδοκία, ea in sacris Litteris frequenter usurpatur, et quidem fere semper Deo attribuitur, ejusque beneplacitum, ut hoc utar verbo, bonam voluntatem, gratiam, benevolentiam erga homines signat; quod adnotarunt Maldonatus et Cornelius societ. nostræ. Confirmo hoc totum ex Etym. magn. in voce εὐδοκία ubi ait: Παρὰ τὸ εὐδοκοῦν δὲ εὐδοκία, ἡ ἀρίστη καὶ καλλίστη τοῦ Θεοῦ ἑκούσιος θέλησις· ὅθεν καὶ εὐδοκία Κυρίου παρὰ τὸ εὖ καὶ καλῶς δοκεῖν αὐτῷ· *Ab* εὐδοκῶ *oritur* εὐδοκία *estque optima, et pulcherrima Dei spontanea voluntas. Unde et* εὐδοκία *beneplacitum Domini, ex eo quod bene recteque ipsi videatur.* Hæc Etym. quæ consonant cum ea vi hujus vocis, qua LXX sæpe usi sunt, et vetus Evangeliorum interpres.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὴ ἀσυντελὴς δόξω τῇ πανηγύρει παντάπασι, καὶ ἀνόνητος, φέρε τῇ τοῦ ἀποστόλου πρεσβείᾳ τεθαρρηκὼς, τὰς ἀναγνωσθείσας σήμερον τοῦ Εὐαγγελίου φωνὰς ταῖς φιλοθέοις ὑμῶν ἀκοαῖς ἐξηγήσομαι.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ « Ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. » Ἡνίκα τὰς ἐπὶ τῆς γῆς διατριβὰς ὁ Σωτὴρ ἐπεποίητο, τὴν εἰς ἡμᾶς οἰκονομίαν πραγματευόμενος, ἔδει δὲ καὶ μαθητῶν ἀθροῖσαι χορὸν ὀφειλόντων κηρύξαι τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, καλεῖται πρῶτος εἰς μαθητείαν ὁ θαυμάσιος Φίλιππος. Εἰ γὰρ καὶ Ἀνδρέας ἀρχῆθεν ἐμαθητεύσατο, ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτοκλητὶ παρεγένετο ἀκούσας εἰρηκότος Ἰωάννου περὶ Χριστοῦ, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ. Τὸν δὲ ἱερώτατον Φίλιππον, οἷόν τι κάλλιστον εὕρημα, καὶ ποθούμενον εὐρηκὼς ὁ Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, « Εὑρίσκει Φίλιππον, » λέγει αὐτῷ· « Ἀκολούθει μοι. » Ὁ γὰρ δὴ Φίλιππος, καὶ πάλαι συνήθης ἦν τῷ Χριστῷ ἀνατραφέντι ἐν Γαλιλαίᾳ, ὡς διδάσκει τὸ Εὐαγγέλιον. Ἔμελλε δ' ἄρα ὑποδοχεὺς γενέσθαι τῆς λαμπάδος τοῦ Πνεύματος, καὶ τῆς κλήσεως φέρειν τὴν πρᾶξιν κατάλληλον. Ἑρμηνεύεται γὰρ στόμα λαμπάδος ὁ Φίλιππος.

Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ ἐκ τῆς κώμης Ἀνδρέου καὶ Πέτρου. Τὸ τὴν κώμην εἰπεῖν ἐξ ἧς ὥρμητο, ὡς εἴη Βεθσαϊδά, ἐπιμνησθῆναι δὲ καὶ Πέτρου, καὶ Ἀνδρέου διττὸν ὠδίνει σκοπόν. Ἵνα τε δείξῃς ὡς τὰ ἐξουθενημένα τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ ὅτι ἐβεβαιοῦτο διὰ τῶν ἔργων τῆς κώμης τὸ ὄνομα· Βηθσαϊδὰ γὰρ *οἶκος θηρευτῶν* ἑρμηνεύεται τῇ Ἑλλάδι φωνῇ. Ἐκ ταύτης οὖν προσκαλεῖται τοὺς θηρευτὰς τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Φίλιππον, καὶ τοὺς Ζεβεδαίου υἱοὺς, οἷς ἔλεγε· « Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. » Τί οὖν ὁ Φίλιππος; ἅμα τῷ κληθῆναι ἐλλαμφθεὶς, τὴν διάνοιαν ἔγνω τίς ὁ καλῶν. Διάπυρος δὲ φίλος ὢν τοῦ Ναθαναὴλ, καὶ σὺν αὐτῷ ἐρευνῶν τὰ τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς προφήταις λαληθέντα περὶ Χριστοῦ, δεινὸν ἡγεῖται, εἰ μὴ καὶ τῷ φίλῳ τὸν εὑρεθέντα κοινωνήσαιτο θησαυρόν.

tam præfero, ne videar tamen huic celebritati inutilis exstitisse et omnino infructuosus, age jam apostolo deprecatore confisus lecta hodie Evangelii verba vobis piis auditoribus explanabo [31].

In illo tempore « Voluit Jesus exire in Galilæam et invenit Philippum, et ait illi, Sequere me. » Cum vitam in terris ageret Salvator, et ad salutem nostram, quæ erant disposita negotiaretur, discipulorum vero, qui dispensationis divinæ mysterium erant **337** promulgaturi cœtum cogere consentaneum esset, primum omnium (71) discipulum illum admirabilem (72) Philippum vocavit. Etsi enim Andreas jam ab initio discipulus esse cœperat, ipse tamen cum audisset a Joanne de Christo, quod esset Agnus Dei, a semetipso invitatus accessit. Sanctissimum vero Philippum veluti præclarum lucrum (73), et exoptatum cum Salvator noster Christus invenisset, hoc enim innuitur per hæc verba, « Invenit Philippum, » ait illi, « Sequere me. » Philippus porro jam pridem notus fuerat Christo, qui in Galilæa, ut docet Evangelium, educatus fuit [32]. Debuerat igitur jam recepisse Spiritus sancti fulgorem et facta ferre nomini congruentia. Philippum enim os lampadis (74) interpretari quis posset.

« Erat autem Philippus a Bethsaida civitate Andreæ et Petri. » Quod civitas ex qua ortus erat, nimirum Bethsaida indicetur, quodque mentio Andreæ et Petri inseratur, duplicem parit intellectum. Nam et ex hoc ostenditur Deum contemptibilia mundi elegisse, et uti civitatis nomen comprobaretur operibus. Bethsaida quippe *venatorum domus* (75) Græca lingua vertitur. Ex hac igitur humanorum animorum convocat venatores Petrum et Andream et Philippum et filios Zebedæi, quibus dixit : « Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum [33]. » Quid igitur Philippus? Simul vocatus est, et mente illustratus, et vocantem cognovit. Et cum ardens ejus in Nathanaelem studium esset, et una cum illo, quæ a lege, et prophetis de Christo dicta erant pervestigare consuesset, defuturum se officio existimavit, nisi cum illo de invento thesauro communicaret. Igitur amico

[31] Joan. I, 43 seqq. [32] Matth. II, 23. [33] Matth. IV, 16.

Francisci Scorsi notæ.

(71) *Primum omnium.* Hanc notam conficiet Cornelius noster vel potius Toletus, ex quo ipse eam se desumpsisse fatetur, ut nihil mihi verendum sit ab utroque mutuari; sic itaque Cornelius cui sane multum debemus ob varietatem doctrinæ in explicandis sacris libris, ac præsertim Evangelils, postremo eius opere. Sic igitur ille in hunc locum Joan. : *Philippo hoc decus, et hæc laus debetur, quod primus omnium a Christo dicente : « Sequere me, » exterius vocatus sit, et interius mentem ejus impellente Spiritu sancto vocationi huic obediens illico Christum secutus sit, quia ipse studiosus erat legis Mosaicæ, et de adventu Christi sollicitus. Petrus autem et Andreas prius vocati sunt per internam inspirationem, non exterius per externam vocem Christi, sed audita voce Joan. Baptistæ Magistri sui dicentis : « Ecce agnus Dei, » ab eo non vocati, et sponte sua Jesum adeunt.* Hæc ex auctoribus memoratis retuli, quibus ita congruit noster ut ab hoc Patre illi, quæ scripserunt, sumere potuerint, si jam editum legere potuissent.

(72) *Admirabilem.* Deest ὁ θαυμάσιος in uno cod., sed non abest a stylo Græcorum Patrum, qui his epithetis sanctos ac præsertim apostolos insiguire solent : reposui igitur ex Gall.

(73) *Veluti præclarum lucrum.* Sic mihi visum est vertere τὸ εὕρημα, sensum et auctoris verba sequentia respicienti; et quia ineptum fortasse futurum fuisset *tanquam præclarum inventum invenisset ;* εὕρημα vero idem quod ἔρμαιον lucrum esse, vel ex lexicographis disces. In hoc sensu videtur; S. Proclus usus voce εὑρηκέναι. Ubi de S. Andrea, orat. 20 : Διὰ τοῦτο σήμερον ὁ Ἀνδρέας καθάπερ θησαυρὸν φωτὸς εὑρηκὼς τὸν κοινὸν Δεσπότην, etc. *Ideo Andreas hodie tanquam thesaurum quemdam lucis communem Dominum cum invenisset.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

convento, magno delibutus gaudio, ejus quod quærebant, index efficitur.

« Invenit, inquit, Philippus Nathanaelem, et ait illi : Quem scripsit Moyses in lege, et prophetis, invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth, » modo non in hanc sententiam exclamans : Non opus est nobis amplius, chare Nathanael, mentem intendere litteræ, re comperta. Invenimus scilicet eum, qui diu multumque nobis in quæstione fuit. Adverte vero quomodo Philippus, quamvis grandia loqui videatur, non tamen Judaicam omnem crassitiem excusserit. Qua enim Filium Joseph Dominum vocat, arguitur **338** profecto mysterium nondum liquido cognovisse. Cognovit vero postmodum non fuisse Joseph ipsi patrem secundum carnem, quando dicere Magistro non dubitavit : « Ostende nobis Patrem [a] . »

« Dicit ei Nathanael : A Nazareth potest aliquid boni esse? dicit ei Philippus : Veni et vide. » Quid igitur Nathanael? Cum planissime de mysterio Salvatoris ex divinis Litteris esset instructus, ac nosset fore, ut a Bethleem primo exoriretur Dominus, Nazaræus vero ex commoratione in Nazareth facta vocaretur, haud cunctanter Philippi verbis assensit, nimirum magnum quid, et optimum fore, quod exspectaretur a Nazareth ostendendum. Illa enim : « A Nazareth potest aliquid boni esse, » non sunt per dubitationem dicta (76), ut quidam opinantur. Ineptum enim esset eo sensu accipere verba Na-

Ἐντυχὼν οὖν τῷ ἑταίρῳ μάλα περιχαρῶς τοῦ ζητουμένου γίνεται μηνυτής.

« Εὑρίσκει γάρ, φησί, Φίλιππος τὸν Ναθαναὴλ καὶ λέγει αὐτῷ · Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ. » Μονονουχὶ ἐκεκράγει, Οὐ χρεία ἡμῖν ἔτι, φίλε Ναθαναὴλ, προσέχειν τῷ γράμματι, ἐντυχοῦσι τῷ πράγματι. Εὑρήκαμεν γὰρ ἐκεῖνον περὶ οὗ τὴν πολλὴν ζήτησιν ἐποιούμεθα. Ὅρα δὲ ὡς, καίτοι μεγάλα δοκῶν λέγειν ὁ Φίλιππος, ὅμως οὐ πάντη τῆς Ἰουδαϊκῆς παχύτητος ἀπολέλυται. Οὐ γὰρ υἱὸν Ἰωσὴφ ὀνομάζει τὸν Κύριον δῆλός ἐστι μήπω καθαρῶς ἐπιγνοὺς τὸ μυστήριον. Ἐπέγνω γε μὴν ὕστερον, ὡς οὐκ ἦν αὐτῷ κατὰ σάρκα πατὴρ, ὅτε καὶ θαῤῥεῖ τῷ διδασκάλῳ εἰπεῖν· « Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα σου.

« Λέγει αὐτῷ Ναθαναὴλ · Ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Λέγει αὐτῷ Φίλιππος · Ἔρχου καὶ ἴδε. » Τί οὖν ὁ Ναθαναήλ; Ἄτε μετ' ἀκριβείας κατηχηθεὶς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν τὸ τοῦ Σωτῆρος μυστήριον, καὶ εἰδὼς, ὡς ἐκ Βηθλεὲμ μὲν ἡ πρώτη γενήσεται θεοφανεία, διὰ δὲ τὴν ἐκ Ναζαρὲτ διαγωγὴν, Ναζωραῖος κληθήσεται, τοῖς τοῦ Φιλίππου λόγοις προχείρως συνωμολόγησεν, ὅτι μέγα δή τι, καὶ κάλλιστον ἔσται τὸ ἐκ τῆς Ναζαρὲτ ἀναδειχθήσεσθαι προσδοκώμενον. Τὸ γάρ· « Ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι, » οὐκ ἀπορητικῶς εἴρηται, ὡς τινες οἴονται.

[a] Joan. xvii, 8.

Francisci Scorsi notæ.

(74) *Philippus os lampadis.* Non possum diffiteri hanc notationem valde esse detortam, et longius quam licet ab Hebraica regione deductam, cum vox in Græcia nata sit, et ab ea translata ad Hebræos. Φίλιππος enim ἀπὸ τοῦ φιλεῖν ἵππους, ab amore, seu studio equorum, quod laudi datum est non mediocri illis priscis heroibus, quin et diis a fabulatoribus Græcis, ut Palladi a Callimacho εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος. Ab hoc igitur nomen adscitum ; sed si quis condonare id etymon velit Theophani, pie illud ad sensum suum, et laudem apostoli trahenti, non omnino sine ulla probabili ratione dictum existimare possit : פִּי enim *os* et לַפִּד *fax* seu *lampas*, unde Philippi nomen ipse concinnat.

(75) *Betsaida quippe venatorum domus.* S. Hieronymus et etymologiam confirmabit simul, et sensum auctoris, quæ ex ignobilitate oppidi deduceit Christum voluisse ostendere a se ignobilia, et contemptibilia mundi electa fuisse. Sic itaque Hieron. lib. ix, in cap. xviii Ezech. : *Viculus Petri, et Andreæ* (ideinque Philippi) *hoc appellatur vocabulo. Betsaida enim* בֵּיתצַיְדָה *lingua nostra appellatur* domus venatorum. Lege præterea Onomatograph. Ballistr. qui disputat de duplici voce et lectione, Bethesda et Betsaida.

(76) *Non sunt per dubitationem dicta.* Affirmative verba illa : *A Nazareth potest aliquid boni esse*, legit et asserit accipienda Theophanes, quomodo etiam legisse Rupertum, Augustinum, Bedam, nullum vero ex Græcis Patribus, adnotat Maldonatus noster. Sed ecce hic, quem nove in lucem damus, Græcus Pater Latinis illis consentit, quem Maldonatus, si antea editus esset, habere potuisset, quem in eam sententiam afferret. Itaque et in hoc quem ita exponit, et in cæteris testimoniis ab utroque Testamento ad præsentem expositionem astruendam Græcam voculam τί accipit pro *quiddam*, vel pro particula ἐπιτατικῇ *intensiva* ὅτι, ut Latini aliquando *quam*, eodemque modo idem auctor hom. 46, quæ est de sedata maris tempestate verba illa : *Qualis est hic quia venti et mare obediunt ei*, non interrogative, sed affirmative sumit hoc modo : *Quam magnus hic est qui tantis viribus pollet, et transfert elementa quo vult.* Atque ut singulos expendam locos adductos ab auctore, primus ille psal. III legitur quidem etiam in edit. Græca LXX cum interrogatione; attamen non deest, qui legat, vel explicet : *Valde multiplicati sunt*, ut Vatablus, quæ lectio in idem recidit. ac si dicas cum nostro : *Quam maxime multiplicati sunt inimici mei!* Neque vero si ita explices, repugnat sensus cum nostra Vulgata lectione, et ea etiam quæ est LXX. Quod enim per figuram admirationis, vel interrogationis dicitur, quod ad rem et sensum pertinet, non est aliud ab eo, quod sine hujusmodi figura solum affirmando pronuntiatur : ut illa ex Cant. sunt ex cap. I, ubi nos habemus : *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*, LXX habent : Τί ὡραιώθησαν αἱ σιαγόνες σου · et versio Latina sext. : *Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ sicut turturis!* Neque ulla in edit. est interrogationis nota, ut videatur illud τί Græcum pro particula intensiva omnino sumptum. Cap. vero IV, ubi nos legimus : *Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa!* cum apposita admirationis nota, LXX : Τί ἐκαλλιώθησαν οἱ μαστοί σου, nulla addita nota etiam in Bibliis regiis correctissimis. Unde idem sensus colligitur, qui affertur a nostro, qui sane ita in suis Bibliis legit. Demum locus ille S. Matthæi cap. VII : *Quam angusta porta et arcta via est!* Græce dicitur : Τί στενὴ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Εὖηθες γὰρ τῇδε νοῆσαι τὸν Ναθαναὴλ ἄνδρα ἐπιστατικῶς τὰ περὶ Χριστοῦ ἐρευνήσαντα. Ἀλλὰ τό· Τί ἀγαθὸν, ἀντὶ τοῦ, Λίαν ἀγαθὸν, νοητέον ἡμῖν. Τετριμμένον δὲ τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ σύνηθες τῇ Γραφῇ. Ὅτε γὰρ Δαβὶδ πρὸς τὸ πλῆθος ἰλιγγιάσας τῶν πειρασμῶν, « Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντες μέ; » φησί· *Τί* τοῦτο λέγων, ὡς; Λίαν ἐπληθύνθησαν οἱ ἐχθροί. Καὶ ὁ καλὸς ἀδελφιδοὺς ἐν τῷ Ἄσματι θαυμάζων τὸ κάλλος τῆς σώφρονος νύμφης, οὕτω φησί· « Τί ἐκαλλιώθησαν οἱ μαστοί σου, ἀδελφή μου νύμφη! » Καὶ, « Τί ὡραιώθησαν αἱ σιαγόνες σου! » Καὶ περὶ τῆς τῶν ἀρετῶν εἰσόδου φησὶν ὁ Σωτὴρ θαυμαστικῶς· « Τί στενὴ ἡ πύλη, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν! » Εἰ γὰρ ἀπορητικῶς τοῦτο εἶπεν ὁ Ναθαναὴλ, ὡς ἀδύνατον δῆθεν ἐν Ναζαρέτ τι ἀγαθὸν γενέσθαι, ἦν ἂν ψευδὴς Ἰσραηλίτης, καὶ δολερὸς, καὶ οὐκ ἂν παρὰ τοῦ ἀψευδοῦς στόματος τοιοῦτον εἰλήφει τὸν ἔπαινον. « Εἶδε γὰρ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ· Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστιν. » Εἶδεν αὐτὸν ἐρχόμενον ἀπὸ τῆς σκιᾶς πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου συκῆς πρὸς τὸν τὰ φύλλα τῆς νομικῆς συκῆς διὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀκαρπίαν ξηράναντα, καὶ ἰδὼν γνήσιον, καὶ οὐ νόθον Ἰσραηλίτην ὠνόμασεν. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰσραηλίτης *νοῦς ὁρῶν τὸν Θεὸν* ἑρμηνεύεται· ὁ δὲ Ναθαναὴλ μέγα ἀγαθὸν ὀνομάσας τὸν Χριστὸν, **Θεὸν** αὐτὸν ὡμολόγησεν· οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός· εἰκότως ἀληθῶς Ἰσραηλίτης ὠνόμασται, ὡς μὴ ἔχων δόλον τινὰ, καὶ ὑπόκρισιν. Ὡς μὲν οὖν Ἰσραηλίτης ἐπέγνω τὸν Θεὸν, ὡς δὲ Ναθαναὴλ δῶρον προσήχθη αὐτῷ, ἑρμηνεύεται γὰρ Ναθαναὴλ *Δόμα Θεοῦ*. Ἄθρει δὲ καὶ τοῦ Ναθαναὴλ τὸ σταθερὸν, καὶ ἀθώπευτον. Ἐπαινεθεὶς γὰρ οὐδ' ὁτιοῦν ἐκεχαύνωτο, ἀλλὰ « Πόθεν με γινώσκεις; » εἰπὼν, φιλοπευστεῖ τινων ἀπορρήτων μαθεῖν. Καὶ τὸ σημεῖον παρὰ πόδας εὐθύς.

A thanaelis, hominis qui quæ de Christo dicta erant, solertissime investigasset : sed hoc, *aliquid boni esse*, ita nobis intelligendum est, ac si dicat : Quiddam valde bonum est. Trita porro et usitata est hæc locutio in sacris Litteris. Nam et David multitudine insectantium circumventus dicebat : « Domine, quam multiplicati sunt, qui tribulant me [35], » hanc particulam *τί*, *quam*, ponens pro : Quam valde multiplicati sunt inimici! et pulcher fratruelis in cantico castæ sponsæ pulchritudinem admiratus ait : « Quam pulchra facta sunt ubera tua, sponsa [36]! » et : « Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ [37]! » et de prima ingressione virtutum Salvator per admirationem ait : « Quam angusta porta, quæ ducit ad vitam [38]! » Nam si dubitando Nathanael B hæc dixisset, quod nimirum a Nazareth aliquid boni non posset exsistere, falsus fuisset Israelita, et dolosus, neque talem ab ore veritatis retulisset laudem : « Vidit, enim, inquit, Jesus Nathanaelem venientem ad se, et ait de illo : Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. » Vidit ipsum venientem ab umbra ad veritatem, a ficu legis (77), ad eum, qui legalis ficulneæ folia, quod fructus non attulissent bonorum operum, arefecit; et eum videns, germanum, nec adulterinum appellavit Israelitam. Quoniam enim Israelita *mens Deum videns* (78) interpretatur, et Nathanael valde bonum Christum vocans Deum ipsum confessus est (nemo quippe bonus, nisi solus Deus [39]); **339** merito vero C Israelita dictus est, ut qui nullum dolum, nullam simulationem haberet. Igitur ut Israelita Deum agnovit; ut vero Nathanael quasi donum ipsi oblatus est. Nathanael quippe *Dei donum* (79) significat. Considera porro solidam et ingenuam Nathanaelis mentem. Laudibus enim, ne aliquantulum quidem inflatus est, sed dicens : « Unde me nosti? » studiosum se arcanum aliquid discendi præbet et signum quidem in promptu est.

« Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν εἶδόν σε. » Ἦν μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ συκῆν ἐφεζόμενος, ὅτε πρὸς τοῦ Φιλίππου περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἐμεμυσταγώγητο. Πλὴν ὅτι καὶ τὴν τοῦ νόμου συκῆν διὰ τούτων ἠνίττετο, ἧς ἡ σκιὰ πρὸς τὴν μετουσίαν τοῦ φωτὸς διεκώλυεν. Ὥσπερ γὰρ τῆς συκῆς τὸ μὲν στέλεχος ἐστὶ τῇ γεύσει πικρὸν, τὰ δὲ φύλλα τραχέα τῇ ἁφῇ, ὄγε μὴν ἐξ ἐκείνης καρπὸς μάλα γλυκὺς, οὕτω τοῦ νόμου πικραὶ μὲν αἱ τιμωρίαι, τραχέα δὲ

« Antequam Philippus vocaret te, cum esses sub ficu, novi te. » Considebat sane sub ficu cum a Philippo de Jesu doceretur. Verumtamen per hæc etiam verba ficum legis adumbravit, cujus umbra lucis consortium prohibebat. Sicut enim fici stipes D quidem est gustatu amarus, folia vero aspera tactu, sed qui ex illis fructus exsistit admodum dulcis, sic etiam legis acerbæ quidem pœnæ, aspera vero mandata quæque difficulter servari possent, sed

[35] Psal. III, 2. [36] Cant. IV. 10. [37] Cant. I, 10. [38] Matth. VII, 14. [39] Matth. X, 18.

Francisci Scorsi notæ.

ὁδὸς ἡ ἐπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Alii codd. habent ὅτι, quæ itidem est particula intendendi vim eamdem habens. Et quidem in Græco nulla est apposita interrogatio, ut non mirum videatur illam particulam pro *quam* ἐπιτατικῇ ab hoc Græco sumi : hæc fortasse videri possit minutior diligentia, sed eo illa a me adhibita, ne cui, qui hos locos non sit perscrutatus, mira et absurda videatur, ut dixi, hæc nostri Theophanis interpretatio; cæterum sequenda communior.

(77) *A ficu legis.* Idem sanctus Gregorius, lib. XVIII *Moral.* : *Cum esses sub ficu, id est, sub umbra legis, vidi te, ut transferrem ad vitam mei Evangelii.*

(78) *Mens Deum videns.* Tria sunt nomina, unde Israelis nomen originem trahit : ראה *vir*, אש *vidit* et אל *Deus*, quæ simul significant, quod ait noster, *vir videns Deum* : quod nomen impositum illi a Deo Gen. cap. XXII.

(79) *Nathanael quippe Dei donum.* A duobus nominibus נתת *dedit* et אל *Deus*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qui ex synagoga, ac lege exortus est fructus, ille, inquam, ex radice Jesse, speciosus est forma præ filiis hominum, et dulcis super mel et favum [60]. Verum quidam tam impudentes sunt, ut his verbis fabulosam quamdam narrationem affingant. Aiunt enim Nathanaelem, cum adhuc obvolutus fascibus e matris mamma penderet, sub quadam ficu, a parentibus occultatum, et foliis ejus stipatis obtectum, qua scilicet tempestate tyranni imperio quasi herba demetebantur infantes ; atque ita evasisse mortem. Atque hoc, inquiunt, indicant illa verba, Sub ficu novi te. Sunt autem hæc perridicula deliramenta, et putidarum anicularum fabellæ confictæ. Herodes enim pueros, qui in Bethleem finibus, non qui in Galilæa essent, jussit occidi. Verum his uti inutilibus ramis arbori veritatis adnatis critica sermonis falce amputatis, Nathanaelis theologiam audiamus :

« Rabbi, tu es Filius Dei, Rex Israel. » O cœlestem splendorem qui sanctam illius mentem illustravit ; ut profundius aliquid, et Israelitica nobilitate dignius intelligeret, quam quod Philippus testimonio suo prodiderat. Hic enim Filium eum Joseph appellavit, ille vero cum magnum quoddam bonum primo vocasset, nunc expressius prædicat Filium Dei, et Israel Regem, duplicem in Christo naturam ostendens. Qui enim erat natura **340** Filius Dei, accipere regnum a Patre perhibetur, ut homo, ita ad Virginem dicente Gabriele : « Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus [61]. » Ubi igitur Dominus eum de Deo ita loquentem vidit, ad altiora intelligenda oratione manuducit.

« Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis ; majus his videbis ; » quibus verbis Resurrectionis spectatorem illum futurum promittit. Sciebat quippe, sciebat, qui futura tanquam præsentia perspicit, Nathanaelem post salutarem ipsius Resurrectionem una cum discipulis interfuturum in mari Tiberiadis, et mysteria ibi peragenda prunarum, panis atque pulmenti visurum [61*], et de significatis per illa instructum iri. Ideo ait : « Majus his videbis. » Prædicta igitur per hæc verba Resurrectione ex mortuis, adjungit etiam sensim Ascensionem in cœlum (80) : « Amodo videbitis cœlum apertum, et angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis. » Quoniam illum paulo superius verum dixerat Israelitam, astruit laudem. Etenim vetus Israel, cum venisset in Charras [62], a rebus sensu perceptis abstractus, hoc enim patriarcham obdormisse significat, ut illud : « Ego dormio, et cor meum vigilat [63] ; » per speciem scalam ipsam vidit, a qua ascendebant et descendebant angeli Dei. Quod igitur ille

A τὰ παρατηρήματα, καὶ δυσφύλακτα · ὁ δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς, καὶ τοῦ νόμου βλαστήσας καρπὸς ὁ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ γλυκὺς ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Ἀλλ' ἤδη τινὲς τοσοῦτον ἀπηρυθρίασαν, ὡς ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ μυθῶδες ἀναπλάσαι διήγημα. Φασὶ γὰρ τὸν Ναθαναὴλ σπαργανούμενον ἔτι, καὶ τῇ μητρῴᾳ θηλῇ προσανέχοντα παρὰ τῶν τεκόντων ὑπό τινα κεκρύφθαι συκῆν, τῇ τῶν φύλλων καλυφθέντα πυκνότητι, ὅτε τῶν νηπίων τὴν χλόην ὁ τοῦ τυράννου νόμος ἐθέρισε, καὶ οὕτω διαδρᾶναι τὸν θάνατον. Καὶ τοῦτο σημαίνει, φασὶ, τὸ Εἶδόν σε ὑπὸ τὴν συκῆν. Ἐστὶ δὲ κομιδῇ γελοῖα τὰ τοιαῦτα παραληρήματα, καὶ γραῶν κατασαπεισῶν πεπλασμένα λογύδρια. Ὁ γὰρ Ἡρῴδης τοὺς ἐν τοῖς ὁρίοις Βηθλεὲμ παῖδας B ἀναιρεθῆναι, οὐ τοὺς ἐν Γαλιλαίᾳ προσέταξεν. Ἀλλὰ ταῦτα οἷά τινας ὄζους, καὶ παραφυάδας τῶν τῆς ἀληθείας δένδρων τῇ κριτικῇ τοῦ λόγου δρεπάνῃ καθάραντες τῆς τοῦ Ναθαναὴλ θεολογίας ἀκούσωμεν.

« Ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. » Ὦ θείας ἐλλάμψεως καταυγασάσης τὸν ἱερὸν αὐτοῦ νοῦν, ὡς τῆς τοῦ Φιλίππου μαρτυρίας νοῆσαί τι βαθύτερον, καὶ τῆς Ἰσραηλιτικῆς εὐγενείας ἐπάξιον ! Ὁ μὲν γὰρ υἱὸν αὐτὸν εἶπε τοῦ Ἰωσὴφ, ὁ δὲ πρότερόν τι ἀγαθὸν κεκληκὼς, νῦν ἐκφαντορικώτερον Υἱὸν κηρύττει Θεοῦ, καὶ Βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ, τὸ διττὸν τῶν ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεων ἐνδεικνύμενος. Υἱὸς γὰρ κατὰ φύσιν ὢν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἄνθρωπος λέγεται λαβεῖν τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ Πατρός. C Οὕτω πρὸς τὴν παρθένον εἰπόντος τοῦ Γαβριὴλ· « Δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. » Ὅτε οὖν εἶδεν αὐτὸν οὕτω θεολογήσαντα, τότε πρὸς ὑψηλοτέρας ἐννοίας διὰ τοῦ λόγου χειραγωγεῖ.

« Ὅτι εἶπόν σοι, φησὶν, ὅτι Εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις, μείζονα τούτων ὄψει. » Διὰ τούτων ὑπισχνεῖται δεῖξειν αὐτῷ τὴν ἀνάστασιν. Ἤδει γὰρ, ἤδει ὁ τὸ μέλλον βλέπων ὡς ἐνεστὼς, ὅτι μετὰ τὴν αὐτοῦ σωτήριον ἔγερσιν παρέσται σὺν τοῖς μαθηταῖς ἐν τῇ θαλάσσῃ Τιβεριάδος Ναθαναὴλ, καὶ ὄψεται τὰ ἐκεῖθεν μυστήρια, τὴν ἀνθρακιὰν, τὸν ἄρτον, καὶ τὸ ὀψάριον, καὶ μυσταγωγηθήσεται τὰ διὰ τούτων δηλούμενα. Διὰ τοῦτο φησὶ, « Μείζονα τούτων ὄψει. » Προειπὼν δὲ διὰ τούτων τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάβασιν, προσ- D τίθησιν ῥῆμα, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν· « Ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Ἐπειδὴ αὐτὸν ἄνωθεν ἀληθῶς Ἰσραηλίτην ὠνόμασε, κατασκευάζει τὸν ἔπαινον. Ὁ μὲν γὰρ παλαιὸς Ἰσραὴλ, ὅτε ἦκεν εἰς τὴν Χαρρὰν γενόμενος ἔξω τῶν αἰσθητῶν · τοῦτο γὰρ τὸ ὑπνῶσαι τὸν πατριάρχην νοεῖν ὑποτίθεται, ὡς τὸ, « Ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ · » ἐν φαντασίᾳ

[60] Psal. XLVI, 3; XVIII, 11. [61*] Luc. I, 31. [61] Joan. XXI, 10. [62] Gen, XXVIII, 11. [63] Cant. V, 1.

Francisci Scorsi notæ.

(80) *Ascensionem in cœlum.* Varii sunt Patres et Interpretes Evangelii in explicando hoc loco : *Videbitis cœlum apertum, et Angelos Dei ascendentes, et descendentes super Filium hominis;* eos explicandi modos recenset omnes Cornel. a Lapide inter quos et hunc de Ascensione Christi quem tradit hic noster. Cæteros vide apud citatum interpretem, itidemque apud Maldonat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς κλίμακος ἐκείνης ἐγένετο, ἀφ' ἧς ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Ὁ γοῦν ἐκεῖνος ἐνυπνιασθεὶς ἐθεάσατο, τοῦτο τὸν Ναθαναὴλ ὕπαρ ἰδεῖν ἐπαγγέλλεται. Ἀλλ' ἐπεὶ πεπίστευται τοὺς ἀγγέλους ἐν οὐρανοῖς, ἢ ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς εἶναι, κἀκεῖθεν πρὸς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας, ὡς λειτουργικὰ πνεύματα καταπέμπεσθαι, ἦν ἂν ἴσως ἀκολουθότερον, τὴν κατάβασιν προτάξαι τῆς ἀναβάσεως. Πῶς γὰρ οἱ μὴ καταβάντες ἀναβαίνοιεν; Ἐπίστησον ἐνταῦθα τὸν λογισμόν· ἄνιθι πρὸς ἐννοίας ἰσχνὰς, γνῶθι τὸ δόγμα τὸ κεκρυμμένον ἐν τῷ ῥήματι· ἐνταῦθα γὰρ πολλὰ τὰ ζητούμενα, τίς ἄρα τῶν οὐρανίων πυλῶν διάνοιξις, καὶ πότε, καὶ πῶς τοῖς ἀνθρώποις ἐκλείσθησαν, καὶ διὰ τί ὁ Σωτὴρ ἀνανθρωπήσας οὐκ εὐθὺς ἐνήργησε τὴν τούτων διάνοιξιν.

A per somnum contemplatus est, hoc vigilantem visurum Nathanaelem pollicetur. Verum quoniam fide creditum est angelos in cœlo, vel supra cœlum esse, atque inde ut administratorios spiritus ad ministeria divina demitti [66], consentaneum fuerat fortasse magis descensionem ascensioni præponere. Quomodo enim ascendant, qui non descenderunt? Intende ad hæc mentem, atque ad subtiliores sensus assurge, percipe in his verbis dogma recondi-tum. Multa enim hic quærenda : Quid sibi velit cœlestes aperiri portas; et quando, et quomodo illæ hominibus fuerint obseratæ? Et quare Dominus, simul ac carnem assumpsit, eas non reseravit?

Φαμὲν οὖν, ὡς ἀνεῳχθαι λέγει τοὺς οὐρανοὺς διὰ τὴν ἀνεμπόδιστον τῶν ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν ἄνοδον, ἣν Χριστὸς ἡμῖν ἐχαρίσατο, εἰς οὐρανοὺς ἀνυψώσας τὸ ἡμέτερον φύραμα. Ἡ γὰρ τῆς ἁμαρτίας παρείσδυσις οἷον φραγμός τε καὶ μεσότειχον μεταξὺ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων ἐγένετο. Ὁ δὴ περιῆρεν ὁ Κύριος ὁδὸς ἡμῖν χρηματίσας τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσεως, εὐθὺς μὲν διὰ τῆς ἑνώσεως θεώσας τὸ πρόσλημμα, παρασχὼν δὲ τὴν ἀθανασίαν διὰ τῆς Ἀναστάσεως, διὰ δὲ τῆς ἀναλήψεως τῆς τελείας πρὸς τὸν Πατέρα καταλλαγῆς ἀξιώσας ἡμᾶς ἣν ἐκάλεσε διάνοιξιν οὐρανῶν· διὰ δὲ τοῦ προτάξαι τὴν ἀνάβασιν τῶν ἀγγέλων τῆς καταβάσεως ἔδειξεν, ὡς οὐ πάσαις ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσιν ἐγνωστο τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς πρὸς τοῦτο ὑπηρετήσασιν. Οἳ δὴ καὶ ἐν τῇ ἀναλήψει ἀνιόντι αὐτῷ συνανέβαινον τὰς οὐρανίους πύλας αἴρειν κελεύοντες· οἷς δὲ ἀπερινόητον ἦν τὸ μυστήριον, οὗτοι καταβαίνοντες, « Τίς οὗτος ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης, » ἐπυνθάνοντο. Ὑψηλοτέρῳ δὲ τρόπῳ ἀναβαίνουσιν οἱ ἄγγελοι ταῖς ἄνω θεωρίαις καταστραπτόμενοι πρὸς τὸ ὕψος τῆς θείας περιωπῆς τῆς τριαδικῆς ἑνώσεως καὶ μιᾶς ἀρχῆς· ἀνθυποφέρονται δὲ καταβαίνοντες πρὸς τὸ βάθος τῆς ἀῤῥήτου τοῦ λόγου σαρκώσεως, ἵνα τῇ ὑποστάσει τὸν αὐτὸν ὁρῶντες μετὰ τὴν ἕνωσιν. Μανθάνεις γὰρ ἐντεῦθεν, ὡς οὐδὲ ἄγγελοι δύνανται καταλαβεῖν τῆς θείας φύσεως τὸ μυστήριον, ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἀναβαίνουσι μὲν οἷα νόες ὑψηλότερον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας καταλαμβάνοντες, καταβαίνουσι δὲ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν ἀκατάληπτον φθάσαι μὴ ἐξισχύοντες. Ταῦτα μὲν ἡμᾶς τὸ ἱερὸν ἐμυσταγώγησεν Εὐαγγέλιον.

B Asserimus igitur cœlum dici apertum, eo quod expeditus sit hominibus ascensus ad Deum, quod sane nobis gratia Christi datum est cum carnis nostræ massam (81) elevavit in cœlum. Insinuatio quippe peccati veluti sepem et medium quemdam parietem opposuerat inter Deum, et hominem. Quem **341** sane amovit Dominus, viamque se præbuit nobis ascendendi in cœlum, statim quidem ac assumptam carnem per unionem deificavit (82); sed immortalitatem per Resurrectionem, perfectamque cum Patre reconciliationem per Ascensionem nobis impertiit : quam sane apertionem cœli vocavit. Quod vero angelorum descensui præmisit Ascensionem, ostendit non omnibus angelicis (83) virtutibus divinæ dispensationis mysterium notum fuisse, sed C iis solum, qui ad hoc subservierunt. Qui profecto in Ascensione simul cum ipso in cœlum revertente ascendebant, cœlestes portas tolli jubentes; quibus vero mysterium erat ignotum, hi sane descendentes interrogabant : « Quis est iste Rex gloriæ [67]? » Altiore vero sensu ascendunt angeli supernis contemplationibus illustrati ad divinæ celsitudinis apicem (84), hoc est singularitatis in Trinitate, uniusque principii. Subjiciuntur vero descendentes ad profundum ineffabilis Verbi Incarnationis mysterium, cum illum ipsum post conjunctionem unum hypostasi vident. Discis etiam hinc, neque angelos divinæ naturæ mysterium posse comprehendere, sed hos utpote puras mentes altius sane D quam humana imbecillitas possit, ascendere : descendere vero etiam ipsos, cum ad incomprehensibilem pervenire non valeant. Ac de his quidem nos sacrum Evangelium edocet.

[66] Hebr. I, 14. [67] Psal. XXIII, 10.

Francisci Scorsi notæ.

81) *Carnis nostræ massam.* Ita locutus hic Pater hom. 38 et 39, ad quas vide notas 88 et 14.

82) *Per unionem deificavit.* Θεώσας ait Græcus, quo vero sensu vide ad hom. 36, not. 65.

(83) *Non omnibus angelicis virtutibus.* De hac re longius disserit idem hic Pater, hom. 39, quæ est *de Ascensione*, ad quam vide not. 35.

(84) *Ad divinæ celsitudinis apicem.* Græce est Πρὸς τὸ ὕψος τῆς θείας περιωπῆς. Et sane nomen περιωπή proprie speculam, et locum editisssimum unde circumspici in omnes plagas, et longe capi prospectus possit, significat : sed explicavi metaphoram, cum verti *apicem*; potuissem enim *speculam*, si verbi sonum voluissem exprimere. Similis metaphora in re dispari usus Theophanes Nicænus, epist. 3, ubi loquitur de dignitate sacerdotis : Εἰς τοιαύτην περιωπὴν, καὶ δόξαν ἀνείκαστον· *Ad tale cacumen, et incomparabilem gloriam.* Ita vertit Consal. Ponce.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Dixit Dominus, omnia mihi tradita sunt a Patre meo; et nemo novit Filium nisi Pater. » Si sensum in unaquaque dictione reconditum considerabis, comperies Salvatorem de duabus exsistentibus in ipso naturis sermonem injicere, quo scilicet pacto unum personæ peplum (47) Divinitatis stamen subtegmine carnis contexuit. Illud enim, « Omnia mihi tradita sunt a Patre, » ut homo loquitur. Quæ enim habet, ut Deus, hæc a Patre, ratione humanitatis accepisse se dicit, juxta illud a Davide decantatum : « Omnia subjecisti sub pedibus ejus [98]. » Illud autem : « Nemo novit Patrem nisi Filius, » Verbi divinitatem ostendit. Dicens vero, « Omnia mihi tradita sunt, » non Judæorum modo, sed etiam gentium Dominum se esse significat. Si igitur a Patre rerum omnium traditum est illi dominium, manifestum est eadem docere et agere, quæ Patri placent. Et hoc etiam aliis locis ostendit dicens : « Ego a me ipso non loquor [99]. » Cum enim Evangelica doctrina legalem **367** multo præcelleret, ne quis eum Deo contrarium (48) existimaret, cum

« Εἶπεν ὁ Κύριος· Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου· καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ. » Σκοπῶν ἑκάστης λέξεως τὸν ἐγκεκρυμμένον σκοπὸν, εὑρήσεις τὸν Σωτῆρα περὶ τῶν ἐν αὐτῷ δύο φύσεων τὸν λόγον συνείροντα, ὅπως τὸν ἕνα τῆς ὑποστάσεως πέπλον ὁ τῆς θεότητος στήμων τῇ χρόκῃ τῆς σαρκὸς συνεξύφανε. Τὸ μὲν γάρ· « Πάντα μοι παρεδόθη παρὰ τοῦ Πατρὸς, » ὡς ἄνθρωπος φθέγγεται. Ἅ γὰρ ὡς Θεὸς ἔχει, ταῦτα λαβεῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀνθρωπίνως λαλεῖ, κατὰ τὸ ὑμνούμενον τῷ Δαβὶδ· « Πάντα ὑπέταξας ὑπὸ κάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. » Τὸ δὲ, « Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, » τὴν θεότητα τοῦ Λόγου ὑποδηλοῖ. Εἰπὼν δέ· « Πάντα παρεδόθη, » ἔδειξεν ὡς οὐχ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν ἔχει τὴν κυριότητα. Εἰ γοῦν ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτῷ δέδοται ἡ πάντων δεσποτεία, εὔδηλον ὡς αὐτὰ διδάσκει, καὶ πράττει ἀνδάνοντα τῷ Πατρί. Καὶ τοῦτο δείκνυσι καὶ ἐν ἄλλοις εἰπών· « Ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ. » Τῆς γὰρ Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας κατὰ πολὺ τὴν νομικὴν ὑπερβεβηκυίας, ὡς ἂν μή τις νομίσῃ τοῦτον

C

[97] Matth. xi, 27 seqq. [98] Psal. viii, 7. [99] Joan. xiv, 10.

Francisci Scorsi notæ.

(45) *Discalceatus.* In Vat. exempl. scriptum est ἀνάλιπος, recte, ita postulante sententia; in Gall. ἀνήλυπος; in Panorm. ἀνάλυπος per υ, perperam; adeoque emendanda duorum prava scriptura ex una recta : ἀνάλιπος enim est *discalceatus*, ut reddidi, quodque requirit locus, ubi agitur de S. Onuphrio de quo ut præcesserant illa πένης, καὶ γυμνὸς *pauper et nudus*, ita congruenter sequitur ἀνάλιπος, *discalceatus*. Fefellit autem fortasse scriptores sciolos et grammatistas Dorica dialectus, per quam ἀνάλιπος dictum pro ἀνήλιπος, sic scribente Theocrito Idyll. IV :

Εἰς ὄρος ὄχ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο, Βάττε.

In monte eum ambulas, ne discalceatus eas, Battle.

Vide scholiast. Theocrit. ex quo colligo Theophanem nostrum Siculum fuisse, cum ea utatur voce, quæ etiam ejus ævo fortasse a Doricis, quorum lingua usi Siculi, ac præsertim Syracusani : quod ex Idyll. XV Theocriti aperte colligitur, in Sicilia etiam tum adhæserat, et in usu versabatur. Jam ἀνάλιπος dicitur ab ἦλιψ quod nomen ὑπόδη *calceum* significat, παρὰ τὸ ἐλίσσειν τὸν πόδα *a ligando*, unde et *caliga* Latine de qua leges dissertatiunculam Nigronii nostri libello singulari editam, cui aliquam afferet lucem hæc nostra nota et notatio ἦλιπος a *ligando*.

(46) *Paphnutii.* Acta S. Onuphrii a Paphnutio conscripta exstant in Vitis Patrum quas edidit Heribertus Rosweydus soc. nostræ, lib. I; idemque Paphnutius corpus S. Onuphrii sepelivit, quod proditum in Menol. die 11 Junii, quo Græci celebrant anniversariam ejus memoriam, eodem, quo Latini. Refert eadem ex Menol. Baron. in Annot. ad martyr. eod. die.

(47) *Unum personæ peplum.* Metaphoram a peplo, seu tunica contexta sumptam quam noster duobus affert verbis de hoc mysterio incarnationis latius et subtilius persecutus est S. Proclus orat. I Editionis Vincentii Ricchar. C. R., ab illis verbis inchoatam : Ὁ φρικτὸς τῆς οἰκονομίας ἱστὸς ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὑφάνθη ὁ τῆς ἑνώσεως χιτών, etc. *Sacrosanctæ œconomiæ textorium jugum, in quo ineffabili quodam modo unitionis illius tunica confecta est*, etc.

(48) *Ne quis eum Deo contrarium.* De voce ἀντίθετος, qua hic utitur et aliis non raro locis Theoph. vide dicta ad hom. 48, not. 69.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀντίθεον, τῷ πατρικῷ βουλήματι ἐξηρτῆσθαι λέγει τὰ ἑαυτοῦ, καὶ οὐδὲν ἔξωθεν λαλεῖν τῆς τοῦ Πατρὸς ἐντολῆς. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο πάλιν δουλικὴν ὑπόκλισιν ἀδίδου φαντάζεσθαι, ἀνατρέχει μάλα γοργῶς πρὸς τὸ τῆς οὐσίας ὁμότιμον, καί φησιν· « Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· » οὐ γὰρ ψιλός ἐστιν ἄνθρωπος, ὡς παρ' ἀνθρώπων γινώσκεσθαι.

paterna voluntate sua dicit esse connexa, nec quidquam extra Patris præceptum loqui. Rursus autem, quoniam illud servilis quædam demissio videri poterat, recurrit ocissime ad æqualitatem essentiæ, et ait : « Nemo novit Filium nisi Pater, » non enim purus est homo, ut ab hominibus cognosci queat.

Εἶποι δέ τις ἴσως τῷ ῥητῷ ἀνθιστάμενος· Καὶ μὴν ἐπέγνωσαν τὸν Κύριον οἱ τῷ μυστηρίῳ πιστεύσαντες, καὶ πρό γε τούτων οἱ θεῖοι ἀπόστολοι. Καταιτιᾶται γοῦν τὸν ἱερὸν Φίλιππον ὁ Σωτὴρ, ὡς μήπω ἐγνωκότα αὐτόν. « Τοσοῦτον γάρ, φησὶ, χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; Πῶς δὲ καὶ ὁ κορυφαῖος Πέτρος ἐθεολόγει τοῦτον Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, εἰ μὴ ἐπέγνω αὐτόν; » Καὶ τί λέγω τοὺς μαθητάς; Καὶ ὁ τῶν δαιμόνων ἀκάθαρτος λεγεών· « Οἴδαμέν σε, φωνεῖ, τίς εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ. » Πῶς οὖν οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ; Τὴν ἀκριβῆ καὶ οὐσιώδη γνῶσιν ὁ Λόγος δηλοῖ, ὃν μόνον γινώσκει αὐτὴ ἡ Τριάς. Ὅσοι γὰρ ἔγνων Θεὸν, οὐ τὸ τί ἐστιν ἔγνων, ἀλλ' ὅτι ἐστίν. Ἄφραστος γὰρ ἡ θεία φύσις, καὶ ἄγνωστος, πᾶσαν ἀνθρωπίνην κατάληψιν ὑπερβαίνουσα, ὑφ' ἑαυτῆς δὲ μόνης γινωσκομένη. Ἐπιγινώσκει οὖν ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα ὡς ὁμοούσιος, καὶ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ὡς φύσει κατ' οὐσίαν Πατήρ. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐντός ἐστι ταύτης τῆς γνώσεως. Αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἐρευνῶν. Καὶ μὲν καὶ οἱ ἅγιοι Πατέρες διὰ τοῦ Πνεύματος τὴν τοῦ Υἱοῦ γνῶσιν ἐδέξαντο· καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα ἐγνώρισαν. Ἐν τούτοις γὰρ ἡ δεῖξις ἔοικεν ἀλλεπάλληλος.

Dixerit vero fortasse quispiam his dictis objiciens : Sane qui mysterium postea crediderunt, et ante hos divini apostoli Dominum cognoverunt ; reprehendit enim sanctum Philippum Dominus, quod eum nondum cognovisset ; ait enim : « Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me[1] ? » Quo vero pacto Petrus ille coryphæus (49) eum Filium Dei vivi divinitus loquens confessus est, si non cognovit? quid vero discipulos dico? Etiam impura dæmonum legio clamat : « Scimus quia es sanctus Dei[2] : » quo pacto igitur nemo novit Filium, nisi Pater? De perfectissima et essentiali cognitione hic loquitur Verbum, quod Trinitas duntaxat ipsa cognoscit. Quotquot enim Deum norunt, non quid est, sed quod est norunt. Neque enim explicari divina natura, neque cognosci potest, omnemque humanam comprehensionem excedit : solum vero a se ipsa cognoscitur. Cognoscit igitur Patrem Filius, utpote consubstantialis, et Filium Pater, utpote ejus secundum essentiam naturaliter Pater. Et ipse etiam Spiritus sanctus non est extra hanc cognitionem. Ipse enim est qui profunda Dei scrutatur[3]. Et sane sancti Patres per Spiritum sanctum cognitionem accepere Filii ; et per Filium in Patris venere cognitionem. In his enim mutua uniuscujusque per alium videtur manifestatio fieri.

« Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Ὁ μὲν σκιώδης νόμος, καὶ παλαιὸς μόνους καλεῖ τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Ὁ δὲ Σωτὴρ κοινὴν ποιεῖται τὴν κλῆσιν εἰς ἅπαντας· εἶσω τῶν εὐαγγελικῶν πτερύγων Ἰουδαίους τε καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν εἰσκαλούμενος, πάντας ἀολλίας εἰς μίαν συναθροίζων αὐλήν. Κοπιῶντας μὲν γὰρ εἶπε τοὺς Ἰουδαίους, πεφορτισμένους δέ γε τοὺς Ἕλληνας. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι ματαιοπονοῦντες περὶ τὰ εἰκαῖα τοῦ νόμου παρατηρήματα, εἰς τὸν πυθμένα τῆς νομικῆς κατάρας κατώλισθον· Ἕλληνες δὲ τὸ ἀχθεινὸν τῆς ἀσεβείας φορτίον ἐπωμισάμενοι, καὶ πᾶν εἶδος ἀσεβείας ἐπιτηδεύοντες, διέζων βίον κτηνοπρεπῆ· ὃ δὴ καὶ Δαβὶδ ἐπιστυγνάζων, οἷον ἀποκλαιόμενος ἔλεγεν· « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις,

« Venite ad me, omnes qui laboratis et oneratis estis, et ego reficiam vos. » Vetus lex, et umbratilis solos Israel filios vocat. Salvator vero ad omnes communiter vocationem extendit, et tum Judæos, tum gentiles advocat, ut sub alis Evangelii congregentur ; omnesque confertos unam cogit in caulam. Laborantes quippe Judæos dixit ; oneratos vero gentiles. Judæi enim circa vanas legis observationes frustra laborantes in profundum maledicti a lege inflicti delapsi sunt ; gentiles autem gravissimo impietatis **368** onere suscepto, et omne flagitii genus exercentes, pecudum ritu vivebant. Quo sane David tristitia affectus quasi flens dicebat : « Homo cum in honore esset, non intellexit ; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis[4]. » Igitur utrique vocantur, ut ad

[1] Joan. XIV, 9. [2] Luc. IV, 34. [3] I Cor. II, 10. [4] Psal. XLVIII, 13.

Francisci Scorsi notæ.

(49) *Petrus ille coryphæus.* Quotiescunque S. Petrum nominat hic Pater, nominat autem sæpissime, semper elogium primatus adjungit : Hic coryphæum, alibi πρῶτον primum discipulorum, alibi κρηπῖδα et θεμέλιον τῆς Ἐκκλησίας *basim et fundamentum Ecclesiæ*, alibi aliter. Quod adverto ad confringendam contumaciam hæreticorum et Græcorum hujus temporis, quibus hic primatus invisus, et temere et casu dicunt contigisse, ut ab evangelistis omnibus recenseretur semper primo loco Petrus, temerarii ipsi, et omnia depravato suo judicio æstimantes. Vide plura dicta ad hom. 37, not. 2.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

veritatis cognitionem accedant, et collum Domini jugo submittant; ut evangelica doctrina veluti habenis acti ad intelligentiam adducantur, et ad virtutis viam divinis Eloquiis dirigantur. Et alteros quidem a labore atque afflictatione inutili revocat; alteris vero, ut, excusso peccatorum pondere, propere se recipiant ad quietem. Quod enim peccatum grave sit pondus, fide dignus est testis Zacharias sacer interpres, qui iniquitatem in plumbi talento insidentem vidit [8]. Quod vero etiam gravi ponderi comparetur negare fas esse non arbitror, cum David dicat quod, « Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me [9]; » leve autem negotium, et quod sursum elevet, virtus, ut his verbis testatus est Isaias : « Quinam isti ut nubes volant, et quasi columbæ [7]? » Sed Dominus Jesus hos sub peccato oppressos (50) *** qui igitur vocantem credendo in honore habuerunt, non sine emolumento participes requietis evangelicæ facti sunt, ut quæ, « divertit ab oneribus dorsum eorum, » juxta illud in psalmo decantatum [6]. At vero laborantes, et prægravati remanserunt infidelitatis rabie suam ipsius probro mentem afficientes, et canum instar in corporis delectationes proni. Et de his sane sapientia, quæ loquitur in Psalmis, dixit : « Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva [9]. » Quoniam vero quidam labor est bonus; quo David laborasse se dicit : « Laboravi in gemitu meo [10]; » et Paulus bonum certamen aggressus [11] scripsit : « Abundantius omnibus laboravi [12]; » est etiam aliquod onus laudabile, virtutum scilicet sarcina, quam qui habet, non gravatur onere, sed lætatur : ὥρτασσις etiam hoc : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, » dicendum est justis, cum Dominus largietur his regnum. Hic enim : « Euntes ibant, et flebant mittentes semina sua [13]; » hoc siquidem est laborare. Cum autem : « Venientes venient cum exsultatione portantes manipulos 369 suos [14], » hoc est pondus, quo laborarunt ipsi, afferentes : « Jugum enim meum suave, et onus meum leve. »

A καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Εἰσκλοῦνται γοῦν ἅμα πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, καὶ τὸν αὐχένα ὑπενεγκεῖν τοῖς τοῦ Κυρίου ζυγοῖς, ὡς ἂν τῷ εὐαγγελικῷ λόγῳ ἡνιοχούμενοι, ἀνακομισθεῖεν πρὸς σύνεσιν, καὶ τοῖς θείοις θεσπίσμασι πρὸς ἀρετὴν ἀπευθύνοιντο. Καὶ τοὺς μὲν κατακοπιᾶν ἀπείργει, καὶ πλεονεκτεῖν ἀκερδῶς, τοὺς δὲ ἀποτινάξαι τὸ τῶν ἁμαρτιῶν φορτίον, καὶ ταχυστιδῆται πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν. Ὅτι γὰρ βαρὺ φορτίον ἡ ἁμαρτία, ἀξιόχρεως μάρτυς Ζαχαρίας ὁ ἱερὸς ὑποφοίτης, ἰδὼν τὴν κακίαν ἐπὶ ταλάντου μολίβδου καθεζομένην. Ὅτι δὲ καὶ βαρεῖ φορτίῳ παρείκασται, οὐκ οἶμαι δεῖν ἀντιλέγειν, τοῦ Δαβὶδ εἰρηκότος, ὅτι « Αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ · » κοῦφον δὲ καὶ ἀνωφερὲς
B χρῆμα ἡ ἀρετὴ, ὡς Ἡσαΐας μεμαρτύρηκε φάμενος οὑτωσί · « Τίνες οὗτοι ὡς νεφέλαι πέτανται, καὶ ὡσεὶ περιστεραί; » Ἀλλ' ὅ γε Κύριος Ἰησοῦς τοὺς ὑπὸ ἁμαρτιῶν κατηχθισμένους.... οἱ μὲν οὖν τῇ πίστει τὸν κεκληκότα τιμήσαντες, οὐ μὲν ἀκερδῶς τὴν εὐαγγελικὴν ἀνάπαυσιν εὐμοιρήσαντο, « ἧτις ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν νῶτον αὐτῶν, » κατὰ τὸ ὑμνούμενον ἐν ψαλμοῖς. Μεμενήκασι δὲ κάμνοντες, καὶ πεπιεσμένοι οἱ τῇ λύττῃ τῆς ἀπειθείας τὸν σφέτερον ὀνειδίζοντες νοῦν, καὶ κεκυφότες ἐν τοῖς σαρκικοῖς κυνηδόν. Καὶ περὶ τῶνδε ἡ ψαλμικὴ σοφία φησί · « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. » Ἐπεὶ δέ ἐστι καὶ πόνος ἀγαθὸς, ὃν ὁ Δαβὶδ
C κοπιᾶν λέγεται · « Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, » καὶ Παῦλος τὸν καλὸν ἀγῶνα μετιὼν ἔγραψεν, ὅτι « Περισσότερον πάντων ἐκοπίασα, » ἔστι δὲ καὶ φορτίον ἐπαινετὸν, ἡ τῶν ἀρετῶν συλλογὴ, ἣν ὁ ἔχων οὐκ ἀχθοφορεῖ, ἀλλ' εὐφραίνεται · τάχα που τό, « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, » πρὸς τοὺς δικαίους εἰρῆσθαι μέλλει, ὅταν τούτοις τὴν βασιλείαν χαρίσηται. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ, « Πορευόμενοι ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν · » τοῦτο γὰρ κοπιᾶν · ὅτι δὲ « Ἐρχόμενοι ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν, » τὸ πονηθὲν αὐτοῖς φορτίον ἐπιφερόμενοι, ὅτι « Ὁ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. »

[6] Zachar. v, 7 seqq. [9] Psal. xxxvii, 4. [7] Isa. lx, 8. [8] Psal. xxxix, 7. [9] Psal. lxviii, 24. [10] Psal. vi, 6. [11] II Tim. iv, 7. [12] I Cor. xv, 10. [13] Psal. cxxv, 6. [14] Ibid.

Francisci Scorsi notæ.

(50) *Sub peccati jugo oppressos.* Hic ms. liber. Panorm. lacunam habet, quam nec explet neque complanat, sed transilit ille itidem ms. qui Parisiis ad me transmissus a P. Jacobo Sirmundo, ex quo multa sæpe fragmenta lucratus sum. In primo igitur hæc scripta sunt ita. Ἀλλ' ὅγε Κύριος Ἰησοῦς τοὺς ὑπὸ ἁμαρτιῶν κατηχθισμένους, deinde interjecto spatio οἱ μὲν οὖν τῇ πίστει τό τι ἀκερδῶς τὴν εὐαγγελικὴν ἀνάπαυσιν εὐμοιρήσαντες. Eademque fere scriptura alterius, præterquam quod nullum intercipitur spatium, perinde quasi nihil deesset, et securus sententiæ scriptor vulnus non sanavit, sed occuluit, seu potius exulceravit, addita etiam post ἀκερδῶς voce πόνον. Petivi ex Vat. cod. medicinam, si quam nancisci possem, quæ luxatum hoc membrum restitueret, sed cum codicem comperi, multo pejus habere, et graviore vulnere esse

D mutilatum. Nam post illa verba καὶ ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ, reliqua desiderantur, eodemque malo laborat cod. Paris. regius, et is qui servatur in Coll. Paris. soc. Jesu quæ Biblioth. fuit card. Joysæ. Nulla igitur mihi videtur nec Æsculapii, quidem quod aiunt, manu medicabile vulnus. Reliqui hiatum potius, quam aliquid adulterinum de meo affingerem. In verbis quæ lacunam sequuntur illæ particulæ τό τι, quæ nullum sensum commodum efficiunt, emendatæ sunt ad oram libri ms. Panorm. et in οὐ μὲν mutatæ, quam emendationem ut rectam recepi et edidi, vocem πόνον ms. Gall. quæ inutilem laborem et molestiam crearet, turbaretque sensum, omisi. Hæc visa sunt de hoc loco, nisi si quis meliora afferat : vel emendatiorem codicem et pleniorem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἐπαπορήσει δέ τις ἴσως, καὶ πῶς ἐστι χρηστὸς ὁ τοῦ Κυρίου ζυγὸς, αὐτοῦ κεκραγότος, ὅτι « Στενὴ καὶ τεθλιμμένη τῆς ἀρετῆς ἡ ὁδός ; » Πῶς δὲ καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρόν ἐστιν, εἰ « Διὰ μυρίων θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ; » Σαφὴς μὲν ἴσως τοῖς ἐπεσκεμμένοις τῆς ἀμφιβολίας ἡ ἐξήγησις· εἰρήσεται δὲ δι' ὀλίγου καὶ πρὸς ὑμᾶς. Στενὴ μὲν καὶ τεθλιμμένη ἡ τῆς ζωῆς ὁδὸς δοκεῖ τοῖς ἀγυμνάστως ἔχουσι πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ κατανόησιν. Ῥᾳδία δὲ καὶ χρηστὴ, καὶ εὐπρόσιτος τοῖς ἐν ἕξει γενομένοις τοῦ ἀγαθοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἀδάμαστος δάμαλις δυσφόρητον μὲν ἡγήσεται τοῦ ζυγοῦ τὴν ἐπίθεσιν, ἕστ' ἂν ᾖ ἀπειρόζυγος, καὶ οὐκ ἂν ῥᾳδίως τὴν ζεύγλην εἰσδέξοιτο· ἐθισθεῖσα δὲ ἀπόνως ταύτην εἰσδύεται· οὕτως ὁ τοῦ Κυρίου ζυγὸς χρηστὸς ὢν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, τραχὺς δὲ τοῖς εἰσαγομένοις δοκεῖ. Τοιαύτη γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ φύσις, καὶ τοῦτο καί τις τῶν θύραθεν σοφῶν δι' ἐμμέτρου καλλιεπείας ἐδήλωσεν. Οὐδὲν γὰρ ἐμποδὼν καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν χρήσιμόν τι λαβεῖν. Λέγει γοῦν τῆς ἀρετῆς τὸν οἶμον μακρὸν εἶναι, καὶ ὄρθριον, καὶ τραχὺν τὰ πρῶτα δοκεῖν τῷ βαδίζοντι· ἐπὰν δ' εἰς ἄκρον ἥκηται, ὁμαλὸν ὁρᾶσθαι καὶ ῥᾴδιον. Χρηστὸς οὖν ὁ τοῦ Κυρίου ζυγὸς, καὶ διὰ τὴν εὐκολίαν τῶν ἐντολῶν. Τί γὰρ εὐκοπώτερον τοῦ· « Μὴ κρίνετε, καὶ ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται· καὶ ὅσα ἂν θέλητε, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως; » Διὰ τοῦτό φησιν ἡ θεολόγος βροντή· « Αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν. » Ἐλαφρὸν δὲ καὶ τὸ φορτίον αὐτοῦ διὰ τῶν ἁμαρτιῶν τὴν συγχώρησιν, ἣν ὁ παλαιὸς νόμος παρασχεῖν οὐκ ἠδύνατο· Χριστὸς δὲ ταύτην ἡμῖν δίδωσιν εὐχερῶς. « Καὶ γὰρ χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ὡς ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, » ἡ νυκτὸς φυλακὴ τῷ ἁμαρτήσαντι καὶ με-

Dubitaverit vero quispiam, quomodo suave est jugum Christi, ipso clamante, quod « arcta et angusta [18] » sit virtutis via? quo autem modo onus leve, si per sexcentas « tribulationes oportet nos introire in regnum Dei [19]? » Aperta sane iis qui animum adverterint dubitationis explicatio; sed quantum in nobis est absolvetur brevi. Arcta sane via virtutis et angusta objicitur iis qui nondum se in boni judicio et cognitione exercuerunt. Facilis autem, et suavis, et accessu pervia iis qui jam habitum virtutis acquisierunt. Sicut enim vitula nondum edomita, cum jugum sibi sentit imponi, grave ad ferendum judicat, donec experimento condoceſiat, nec in illud collum libenter immittit; ubi vero assuefacta fuerit, nullo negotio subit : sic etiam jugum Christi cum sit suapte natura suave, asperum videtur incipientibus esse. Talis scilicet virtutis est ratio, quod etiam quidem externorum (51) sapientum eleganti carmine significavit. Nihil enim officit (52), si quid utile etiam ab inimicis decerpamus. Ait igitur virtutis quidem viam longam et arduam esse, asperamque principio ingredientibus videri : ubi vero ad culmen perventum sit, planam facilemque se ostendere. Suave igitur Christi jugum etiam propter præceptorum facilitatem. Quid enim facilius hoc : « Nolite judicare [17]; » et : « Dimittite, et dimittemini [18]; » et : « Quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis [19]; » ideo ait illud theologiæ tonitru : « Præcepta ejus gravia non sunt [20], » leve vero etiam onus ejus propter remissionem peccatorum, quam lex antiqua dare non poterat; hanc vero nobis facile Christus impertit. Etenim : « Mille anni (53) in oculis ejus, tanquam dies hesterna [21], »

[18] Matth. VII, 14. [19] Act. XIV, 22. [17] Matth. VII, 1. [18] Luc. VI, 38. [19] Matth. VII, 12. [20] I Joan. V, 3. [21] Psal. LXXXIX, 4.

Francisci Scorsi notæ.

(51) *Quidam externorum*, etc. Hesiodi sine dubio promulgatos ut puto versiculos innuit.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ, καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' [αὐτὴν
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον [ἵκηται
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπὴ περ ἐοῦσα.

Quos ego sic ludens verti :

Sudorem æterni dii præmisere decoræ
Virtuti, longa ire via est, atque ardua ad ipsam
Asperaque ascensu primo : sed culmina post- [*quam*
Pervades, jam plana patet prius invia virtus.

Affert ex his M. Tull. *Epist. fam.* lib. VI, ad Leptam. primum versum et secundi Hemistichion. Simile quiddam ex Simonide poeta lyrico refert Clem. Alex. lib. IV *Stromat.* : *Fertur, inquit, virtus habitare in rupibus aditu difficilibus.*

(52) *Nihil enim officit.* Clemens Alex. in *Ethnic.* poematis quasdam velut in nocte stellas emicare dixit lib. I *Stromat.*, et S. Augustinus *De doctr. Christ.* lib. II : *Si qua philosophi dixerunt fidei nostræ accommoda, non solum formidanda non sunt, sed ab iis tanquam ab injustis possessoribus in nostrum usum vindicanda.* Ambrosius, in cap. XII prioris ad Cor., si tamen is auctor est ejus commentarii : *Omnis veritas a quocunque dicatur, a Spiritu sancto est.* De hoc præterea argum. luculenter agunt D. Hieronym. Epist. ad magnum urbis Romæ orat. et D. Basilius hom. ad adolescentes, De utilitate capienda ex gentilium libris.

(53) *Mille anni.* Locus hic in C. P. mendo non caret, quod tollendum est si legatur ἡ νυκτὸς φυλακὴ, pro ἣν ἐκτὸς φυλακῆς ut ibi male scriptum adjuvat emendationem meam C. S. qui tamen non est omnino emendatus; habet enim φυλακὴ pro φυλακῆς quod est in P. C., sed ex ἡ νυκτὸς φυλακὴ quod rectum censeo factum esse vitio properantis manus ἣν ἐκτός. Et eodem vitio scriptum φυλακῆς pro φυλακὴ neminem arbitror non videre. Jam vero tropologicum sensum versiculi hujus ex psal. LXXXIX, quem ad sententiam suam pie accommodat hic Pater. Leges etiam apud Gregor. Nyssen. tract. priore in psal. cap. VII, cujus hic verba solum ex Latina interpretatione Jacobi Gretserii soc. nostræ dabo : Græca præcido quia multa : *Id quod sequitur alterum dogma complectitur : « Quoniam mille anni in oculis tuis, Domine, tanquam dies hesterna, quæ præteriit, et quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt? » Quid igitur dogmatis nobis hic insinuatur? Ei videlicet, qui mutata velificatione ad rectam vivendi rationem revertitur, licet vita infinita*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quam peccanti et pœnitenti sine custodia reputat. Utinam vero etiam nos opera exhiberemus digna eo, qui nos ad jugum suum vocavit Christo vero Deo nostro, quem decet omnis gloria, honor et adoratio cum ejus Patre principii experte, et sanctissimo, et bono, et vivificante Spiritu ejus nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A τανοοῦντι λογίζεται. Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς ἐπάξια ἔργα ἐπιδείξασθαι τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς εἰς τὸν ἐκείνου ζυγὸν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

370 HOMILIA LV.

In illa verba : « Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi. » — Dicta est in festo SS. apostolorum Petri et Pauli (54).

Gratulor tibi, civitas (55), tibique adeo sacrum templum in palatio (56) constitutum, cum omnium ætatum homines, omnesque fortunæ donis insignes in te videam confluxisse; et tam gravium sacerdotum ad nos honorandos convenisse frequentiam. Horum porro omnium auctor est primo quidem Deus, a quo quidquid est boni in homines, profectum est atque collatum : secundo vero loco imperator pius (57), servator, clemens cum subditos aspicit, hostibus quippe iracundiam servat : qui cum multa nobis ac magna bona largitus esset, tantumque omnibus et nostræ, et superioris ætatis pietate, animique magnitudine quantum nitori siderum solis splendores, antecelleret : unum etiam

ΟΜΙΛΙΑ ΝΕ'.

Εἰς τὸ, « Ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου. » — Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου.

Συνήδομαί σοι, πόλις, καὶ σοὶ, θεῖε τῶν ἀνακτόρων ναὲ, πάσης ἐπὶ σὲ σήμερον ἡλικίας χυθείσης, καὶ τῶν ὅσοι τὴν τύχην ἐπίδοξοι, ἱερέων τε τοιούτων τὴν παροῦσαν ἡμῖν ἐπικοσμούντων πανήγυριν. Τούτων δὲ πάντων αἴτιος, τὰ μὲν πρῶτα Θεὸς, παρ' οὗ πᾶν ὅτι χρηστὸν τοῖς ἀνθρώποις προῆλθε καὶ γίνεται· δεύτερον δὲ βασιλεὺς εὐσεβὴς, σωτὴρ, εὐμενὴς, ὅτι τοὺς ὑπηκόους ὁρᾷ· τοῖς γὰρ πολεμίοις τὸν θυμὸν ταμιεύεται· ὃς δὴ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγαθῶν γενόμενος ἡμῖν παροχεὺς, εὐσεβείᾳ τε καὶ μεγαλοφροσύνῃ νικήσας πάντας τοὺς νῦν, καὶ τοὺς ἔμπροσθεν, ὅσον τὰς τῶν ἀστέρων ἁγλαΐας τὰ ἡλιακὰ σελαγίσματα· ἐν καὶ τοῦτο προσέθηκε γνώρισμα τῆς ἐκείνου βασιλικῆς ὄντως καὶ μεγάλης ψυχῆς,

B

Francisci Scorsi notæ.

scelerum maculis notata sit, ut collectio illa peccatorum mille annorum esse videatur pro nihilo, totam illam congeriem reputatum iri, dummodo pedem referat; nam divinus oculus præsentia semper intuetur, præterita vero non æstimat, sed instar unius diei vel noctis nostræ quæ jam præteriit a Deo habetur, etc. Quæ vero spectant ad litteralem sensum ejus versiculi, et conciliandas varias lectiones, quæ ex Hebræa et Græca nostraque versione exsistunt, vide Bellarm. et cæteros interp. psal.; nostra enim hæc opella est, quam exegimus.

(54) *Petri et Pauli.* Nomina hæc principum apostolorum in epigrapha addidi expresse, ut jam ab initio sciretur quo die hic sermo habitus; eodem enim die duorum Apost. Græci ac Latini festum celebrant ut adnotat Baron. ad Martyr. et ex Menæo Græc. patet. Addidi autem ex uno cod. Vat., nam in cæteris omnibus solum est τῶν ἁγίων ἀποστόλων qui κατ' ἐξοχὴν satis intelliguntur Petrus et Paulus; sequenti vero die de omnibus duodecim SS. apostolis quod ex eodem Menæo patet, communiter solemne celebrant. Habui autem hujus homiliæ exemplaria tria integra : unum ex Vat. biblioth. impensa et opera amicorum, inde descriptum; alterum ex cod. bibl. Parisien. et ejus quæ in coll. soc. Jesu Parisiens. habetur, quæ olim card. Torosæ, idque exscriptum P. Jacobi Sirmundi manu, qui a me vix rogatus pro sua humanitate et studio propagandæ rei litterariæ, cum præter cæteros laborem impendit, cujus officiis et consiliis, quibus in hoc opere usus sum, multum debeo. Tertium denique ex eo exemplari quod in Sicilia exaratum et in Gallias transportatum inde ad me idem Pater Sirmundus diligentissime transmisit : præterea fragmenta duo alterum in lib. qui Panormi mihi ad harum homiliarum traductionem conficiendum traditus : unde primum cœpi eam cudere; in quo sane hujus hom. media plus parte relictum est quod reliciendum curavi ex Vat. biblioth. antequam

C integram homiliam reciperem ex eadem, de qua jam dixi.

(55) *Tibi civitas.* Constantin. hanc habitam solemnissimo die multis conjecturis mihi persuasum est (*a*). De quibus vide Procem. II, § 4, ubi hæc conjectanea copiosius scribo.

(56) *Templum in palatio.* Et hinc maximum ducitur argumentum ejus opinionis, quam modo aliqui not. 55 proxima : tam enim magnificum pulcherrimumque templum, quam noster hoc Proœmio describit, illud esse affirmarim, de quo Joan. Curopalata in Basilio scribit his verbis : *Alia multa sacra templa in palatio ædificanda curavit in nomen Eliæ prophetæ, et martyris Clementis, et Salvatoris Christi, et apostoli Petri, et principis militiæ, quorum pulchritudinem exprimere ne poetica quidem possit magniloquentia.* Hæc Curopalates; ex quo vides quam omnia conveniant indicia. Theophanes sub Basilii et Leonis imperio vixit et floruit, uti ex aliis argumentis ostendi in procem. III, § 4. Atque D hunc Basilium templum in palatio ædificasse sancto Petro proditum vides ex Curopal. ac præterea tam pulcherrimum, ut vix poetæ possint exprimere : et vides nostrum hunc oratorem poetico plane stylo conari hujus templi magnificentiam, et ornatum extollere, in quo concionem habebat.

(57) *Imperator pius.* Basilius Macedo, quem ut jam not. proxima advertimus, Curopalates auctorem magnificentissimi hujus templi scripsit. De eodem Horat. Tursellinus noster in *Epist. Hist.* lib. VII: « *Insignis*, inquit, *justitia, ac religio Basilii Macedonis Græci imper. enituit.* » Et paulo post : « *Nec facile alius plura templa vel instauravit, vel condidit.* » Ita Tursell. Idem vero coacto conc. VIII, Constantinopolitano IV, ex auctoritate Rom. Pont. Photio pseudo-patriarcha erecto, S. Ignatium in suam restituit sedem. Vide plura in Procem. II, § 4, in concilio œcum. VIII.

(*a*) Panormi, non Constantinopoli dictam ex codicis Matritensis inscriptione patet. Vide Joan. Yriarte supra col. 26. Edit. Patr.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὸν τερπνότατον τοῦτον τῶν κηρύκων ναὸν, ὃν καθάπερ κρηπίδα καὶ ἀσφάλειαν ἐν τοῖς ἀνακτόροις ἐδείματο, μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον, καὶ κάλλει καινοτέρῳ διαπρεπέστατον, καὶ φωτὶ φαιδρότατον, καὶ χρυσῷ διαυγέστατον, καὶ ψηφίσι στιλπνότατον, καὶ γραφαῖς ἀνθηρότατον. Ὃν τις ἰδὼν πολλάκις, καὶ πάλιν ἰδὼν, ὡς νῦν αὐτῷ πρῶτον φανέντα θαυμάζει, καὶ τέθηπε πανταχοῦ τῇ θέᾳ πλανώμενος. Ὁ μὲν γὰρ δροφος ἄπληστός ἐστι θέᾳ, καὶ θαῦμα ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι. Γλυφαῖς τισι λεπτοτέραις εἰς καλαθίσκων σχῆμα ποικιλλομέναις ὡραΐζόμενος, καὶ πανταχόθεν τῷ χρυσῷ περιαστράπτων, μιμεῖται τὸν οὐρανὸν, ὅτε καθαρᾷ αἰθρίᾳ τῷ τῶν ἀστέρων χορῷ περιλάμπεται. Κίονες δὲ κάλλιστα τὰς ἄντυγας ὑπερείδουσαι, εἰς ἀμήχανον ὕψος τὸν δροφον αἴρουσι. Τοῦ δὲ ναοῦ τὸ ἀγιώτατον δάπεδον ἀτεχνῶς ἐαρινῷ λειμῶνι παρείκασται ποικίλῃ μαρμάρων ψηφίδι, ὡς ἄνθεσι, καθωραΐζόμενον. Πλὴν παρ' ὅσον τὰ μὲν ἄνθη μαραίνεται, καὶ ἀλλάττεται, ὁ δὲ λειμὼν οὗτος ἀμάραντός ἐστι, καὶ ἄδιος, τηρῶν ἐφ' ἑαυτῷ τὸ ἄνθος ἀθάνατον. Πᾶς δὲ τοῖχος ποικιλίᾳ μαρμάρων περικαλύπτεται. Τὰ δὲ τούτων ἀνωτέρω χρυσῇ καλύπτει ψηφὶς, ὅσα μὴ συνείληφεν ὁ τῶν σεπτῶν εἰκόνων χορός. Τὸ δὲ τῆς ἀῤῥήτου τελετῆς χωρίον, μαρμάρων θώραξ, τοῖς ἱερεῦσι περικλείει τὸν χῶρον· ἐφ' ὧν ἔστιν ἐπαναπαύεσθαί τε καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἐστάναι, καὶ τέρπειν τῇ θέᾳ τὴν ὄψιν. Κώλυμα δὲ τοῦτο τῶν, εἴτις προπετὴς καὶ ἀνίερος εἴσω τῶν ἀδύτων ὑπερβῆναι φιλονικεῖ. Ἡ δὲ θεία τράπεζα, ταῖς ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ μαρμαρυγαῖς ἀπαστράπτουσα, καταπλήττει τὸν θεατήν. Τὰ δὲ λοιπὰ ταύτης τιμάσθω σιγῇ. Ὁ δὲ ναὸς ἅπας τοῖς ᾄδουσι τοὺς θείους ὕμνους, ὥσπερ τὰ ἄντρα ἠρέμα συναπηχεῖ, τῆς φωνῆς ἐπανιούσης πρὸς ἑαυτὴν κατὰ τὸν ἀντίτυπον. Παοαπετασμάτων δὲ πλῆθος ἠώρη-

A hoc addidit animi vere imperatorii, et magni argumentum venustissimum hoc concionatorum templum (58), quod fundamenti instar, ac munimenti in palatio ædificavit maximum atque pulcherrimum, quod et insolito quodam ornatu magnificum, et splendore conspicuum, et auro fulgentissimum, lapillis (59) clarissimum, et picturis quasi floribus amœnissimum. Quod cum sæpius viderit quispiam et semel atque iterum fuerit contemplatus, ut novum, ac nunc primum visum admiratur et obstupeseit, errabundos oculos huc illucque circumferens. Tectum enim hujusmodi est, ut nec ejus aspectu satiari quis possit; et cum videntibus, tum etiam audientibus miraculo sit variis calathiscis politissima arte cælatis distinctum ac decoratum, et
B undicunque auro coruscans æmulatur cœlum, cum puro ac sereno aere astrorum choro collucet. Columnæ vero arcus optime suffulcientes in eam altitudinem tectum erigunt, ut machinas omnes artemque superare videatur. Jam templi sanctissimum pavimentum **371** marmoris (60) segmentis quasi floribus ubique decoratum, prato verno tempore efflorescenti plane simillimum est, hoc excepto quod flores ibi deflorescunt, et submutantur; hoc autem pratum nunquam marcescit, et perpetuum viget florem in se servans immortalem. Nihil in parietibus non marmore vario convestitum; superiora vero lapillis aureis operta sunt, qua tamen a venerandarum imaginum choro non occu-
C pantur. Locus ille, in quo arcanum peragitur sacrificium marmoreo thorace septum, et circumscriptum est sacerdotibus, ubi et requiescere, et tuto consistere, et aspectum spectaculo licet oblectare. Idque claustrum etiam ab accessu prohibet, si quis temerarius ac profanus adyta penetrare conten-

Francisci Scorsi notæ.

(58) *Concionatorum templum.* Ubi nimirum conciones sacræ in palatio ad imper. et aulicos haberentur quod et hodie factitatur in palatio proregis Siciliæ in æde D. Petri ibidem condita.

(59) *Lapillis.* Eos intelligo, ex quibus musivum opus conficitur, quorum alii auro illiti, alii versicolores ad varias figuras exprimendas inter se mira arte compinguntur et conseruntur. Tria itaque quæ in musivo (musaico vulgo dicimus) lapillo, seu tota musiva structura continentur, expressit Theophanes, cum templum dicit: Καὶ χρυσῷ διαυγέστατον, καὶ ψηφίσι στιλπνότατον, καὶ γραφαῖς ἀνθηρότατον, *Auro splendidissimum, lapillis clarissimum, et picturis florentissimum.* Hujusmodi porro templa musivi operis Græcorum more facta videmus Panormi duo, alterum in palatio proregis S. Petro apostolo dicatum, quod rex Rogerius erexit; et sane simile huic quod in Constant. palatio ædificatum hic auctor describit; nam ad illam ideam alias aliis in locis a regibus etiam North. exædificatas esse sacras ædes conjicio: alterum in arca prætorii a Georgio Antiocheno Rogerii primum comitis deinde etiam ejusdem regis Admirato exstructum, quod hodie Marturanam vocamus. In monte vero regali amplissimum item ac magnificentissimum visitur a Wilelmo II Siciliæ rege a fundamentis excitatum et exædificatum, ac D. Mariæ Virgini consecratum, Cœnobio etiam monachorum S. Benedicti auctum et locupletatum, quod sane cum videas, hoc ipsum a Theophane hac oratione ornatum, arbitreris. Certe illi non cedit vel artificio, vel sumptu, vel magnitudine. De his agit Thomas Farell. lib. VIII dec. primæ.

(60) *Marmoreis segmentis.* Ex quibus opus segmentatum, seu vermiculatum dictum, quale describit Lucilius, ex eo similitudinem elegantissimam trahens, et in Albutium ludens, quod refert M. Tullius, *De orat.* lib. III:

Quam lepide lexeis compositæ, ut tesserulæ omnes,
Arte pavimento atque emblemate vermiculato.

Ad id etiam Quint. respiciens lib. IX: *Tesserulas*, inquit, *ut ait Lucilius, struet* et vermiculate lexeis committet. Sed principium secundi versiculi apud Plinium legitur lib. XXXVI, *Arte pavimentum;* utrobique falso. Legendum, *Endo pavimento* ἀρχαϊκῶς, ut in plerisque legitur libris. Ad rem: de hoc opere, ut intelligam potius Theophanem, quam de tessellato pavimento, suadet similitudo florum: unde conjicere licet id pavimentum calculis ψηφίσι versicoloribus fuisse picturatum, adeoque non tessellis, sed segmentis minutissimis vermiculatum. De tessellato vero pavimento lege Vitruvium, l. VII, cap. 1, apud quem differre videbis pavimenta ex tesseris, et sectilibus ad amussim compactis inter se. Suetonius de Tessellato meminit in Julio Cæs. cap. 46.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dat. Divina sed cæm mensa auri argentique splendore fulgurans spectatorem attonitum tenet. Cætera vero quæ in eo visuntur, silentio honorentur. Templum totum divinos canentibus hymnos velut antra leniter (61) sonum reddit in se ipsam ob resistentiam voce redeunte. Aulæorum magna multitudo suspensa, quibus materiem quidem serica præbuere fila (62) versicolore circumtexta subtegmine : opus vero admirabili quadam et exquisita arte elaboravere Phœnices (63), crebræ faces contendentes, ut ita dicam, inter se nunquam sopitis ignibus templum illuminant, et noctes æque ac dies claras efficiunt. Vasorum ex argento auroque factorum vel multitudinem vel pulchritudinem ad sacræ rei ministerium quæ possit oratio percensere? Sed tempus propere labitur, sermonemque nostrum ad Evangelia divina explicanda trahit. Itaque quæ etiamnum supersunt dicenda singulatim reserventur ad festum Encæniorum diem; ac nos interim sacra audiamus eloquia [22].

A ται, οἷς τὴν μὲν ὕλην νήματα παρέσχε σηρῶν, συνυφασθέντα χρυσῷ, καὶ διαφόροις βαφαῖς. Τὴν δ' ἐργασίαν οἱ Φοίνικες θαυμαστῇ τινι καὶ περιέργῳ τέχνῃ ποικίλαντες· πυκνοὶ δὲ λαμπτῆρες πρὸς ἑαυτοὺς, ὡς εἰπεῖν, ἀμιλλώμενοι τὸν ναὸν διαδουχοῦσι τῇ ἀκοιμήτῳ λυχνοκαΐᾳ, ἴσα ταῖς ἡμέραις τὰς νύκτας φωτίζοντες. Τῶν δ' ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου σκευῶν, ὅσα πρὸς ὑπηρεσίαν τῆς ἱερᾶς τελετῆς, τίς ἂν τὸ πλῆθος, ἢ τὸ κάλλος ἐξείποι λόγος; Ἀλλ' ὁ καιρὸς κατεπείγει μεθέλκων τὸν λόγον εἰς τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων ἐξήγησιν. Τὰ γοῦν κατὰ μέρος ἐν τῇ τῶν ἐγκαινίων ἑορτῇ ταμιεύσαντες, τῶν ἱερῶν λογίων ἀκούσωμεν.

In illo tempore : « Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi. et interrogabat discipulos suos. » Quærendum nobis est, quid Dominum, ut hæc a discipulis sciscitaretur, adduxerit, et quomodo, qui omnia videt, quem nihil omnium, quæ sunt, latet, qui ad cogitationes usque pervadit, interrogat, quem ipsum esse homines dicant. Etenim omnino existimare ipsum id ignorasse extremæ impietatis plena res est. Cum vero sciens interroget, admonet ut profundius aliud intelligamus. Illa autem **372** ratio in promptu est, facileque intelligitur, ut per linguam divinamque Petri doctrinam discipulos reliquos confirmaret, quos verisimile est cogitationibus suis alios alio latos fuisse, cum viderent Salvatorem divinis humana miscere. Sed si rationem magis reconditam afferre velimus, quoniam providebat futurum quod sane ipse æque intuetur ac præsens, ut multi veritati tanquam rabidi canes oblatrarent recta dogmata pervertentes, per interrogationem suam, responsionemque discipulorum præmunit

B Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ « Ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. » Προσήκει ζητῆσαι ἡμᾶς, τί τὸ παρασκευάσαν τὸν Κύριον ταῦτα φιλοπευστεῖν, καὶ πῶς ὁ πάντα εἰδὼς, ὃν λέληθε τῶν πάντων οὐδὲν, ὁ ἐμβατεύων ἄχρι καὶ αὐτῶν ἐννοιῶν, ἐρωτᾷ τίνα αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι λέγουσι. Τὸ γὰρ ὅλως οἴεσθαι ἀγνοεῖν αὐτὸν, δυσσεβείας ἐσχάτης μεμέστωται. Τὸ δὲ εἰδότα ἐπερωτᾷν, ἄλλο τι βαθύτερον νοεῖν ὑποτίθησιν. Καὶ τὸ μὲν πρόχειρον, ἵνα διὰ τῆς τοῦ Πέτρου γλώττης καὶ θεολογίας ἐπιστηρίξῃ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς, οὓς εἰκὸς ἦν ἄλλη πη ἄλλως ταῖς ὑπονοίαις ἐκφέρεσθαι, βλέποντας τὸν Σωτῆρα τὰ ἀνθρώπινα τοῖς θεοπρεπέσι μιγνύοντα. Μυστικωτέρῳ δὲ λόγῳ, ἐπειδὴ προῄδει τὸ μέλλον, ὁ ἐπίσης τῷ ἐνεστῶτι C τοῦτο ὁρῶν, ὅτι πολλοὶ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιλυττήσουσι, τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες δόγματα, προσφαλίζεται τοὺς πιστοὺς διὰ τῆς πεύσεως, καὶ τῆς τοῦ μαθητοῦ ὑποκρίσεως, τὸ διττὸν τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων ἐνδεικνύμενος, ὡς ἐν τοῖς ἑπομένοις ῥηθήσεται.

[22] Matth. xvi, 13 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(61) *Velut antra leniter*, etc. Echus videtur esse descriptio. Non tamen existimo Echonis ibi fuisse proprie reflexam vocem; hoc enim impedimento potius voci concionatorum fuisset; sed ita concameratum templum ut vox non dissiparetur, et evanesceret, sed potius ex repercussione major et clarior efficeretur, prout de vasis æreis quæ in theatro disponebantur M. Vitruvius refert, lib. IV, cap. 5, quæ et ἠχεῖα *echea* Græce nominabantur, de quibus sic scribit : *Ita hac ratiocinatione vox ab scena uti ab centro profusa se circumagens, tactuque feriens singulorum vasorum cava excitaverit auctam claritatem, et concentu convenientem sibi consonantiam.* Simile igitur ἠχεῖον *echeum* potius quam ipsam ἠχὼ *echonem*, ibi fuisse censuerim.

(62) *Serica præbuere fila.* De serico longa quæstio, et sane erudita agitatur a Joanne de Lacerda Georg. II in illud :

Velleraque in foliis depectant tenuia Seris.

An sericum censendum ex filis, seu lanugine arborum apud Seras Asiæ populos confectum, atque contextum; an vero ex bombycis eviscerationc, vel quod idem est, an sericum a bombycino filo penitus differat, nobis esset hoc περιεργότερον, quam ut institutum nostrum exigat, et ad ostentationem arreptum argumentum : auctores et rationes utrinque opinionis leges apud ipsum. Ad rem nostram quiddam interest innuere tempus, quo serici artificium in Europa, ac præsertim in Græcia cœptum; D id habes ex Zonaræ lib. III Ann. : *Justiniani temporibus tela Serica a Romanis texi cœpit, quæ prius Persicis mercatoribus tantum afferebatur, cum ignorarent, quomodo fieret, neque scirent fila esse vermium.* Hæc Zonaras. Ex Procopio vero habetur, duos monachos magnis affectos muneribus a Justiniano et promissis in posterum allectos docuisse Byzantii artem, qua Seres ex vermibus sericum ducerent; unde et ars propagata in Græcos et Romanos fuit. Idem affirmat in *Epist. Hist.* Tursellinus noster, qui monachos ex India profectos Byzantium scribit, additque ex ingenio argutam sententiam : *Præclarum inventum nisi materia luxus monachos haberet auctores.*

(63) *Phœnices.* Phrygii? horum enim inventum depingere acu telas unde Phrygiones hujus artifices operis, et ipsum opus Phrygianum quod cuivis notum arbitror : De Phœnicibus adhuc hæreo.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Διὰ τί δὲ οὐκ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τοῦτο ποιεῖ; Τάχα που τὸν φθόνον ἐκκλίνων τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὸ δόγμα ἐκείνων τὸ δυσσεβές. Δόγμα γὰρ ἔθεντο, ἵνα ὅστις ὁμολογήσῃ αὐτὸν Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. Ἐξάγει οὖν τοὺς μαθητὰς τοῦ περιδεοῦς τόπου μακρὰν, ὡς ἂν πτοίας καὶ δειλίας ἀπαλλαγέντες τὴν ἑαυτῶν γνώμην ἀπαρακαλύπτως ἐμφήνωσιν. Οὐ μάτην δὲ τοῦ τόπου ὁ εὐαγγελιστὴς ἐμνημόνευσεν οὕτως εἰπών· « Ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου. » Ἀλλ' ἐπειδὴ ἔστι καὶ ἄλλη Καισάρεια, ἡ λεγομένη τοῦ Στράτωνος, ἵνα μή τις πλάνη ἐκ τῆς ὁμωνυμίας γένηται τοῖς ἀκροαταῖς ἀναγκαίως τὴν ὁμωνυμίαν διέστειλε.

« Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; » Οὐκ εἶπεν, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; ἐκκλίνων τοῦ κόμπου τὰ ῥήματα, ἀλλ' ἐμὲ, φησὶ, τὸν γενόμενον ἄνθρωπον, τὸν ἐν σχήματι δούλου φαινόμενον. Οὐδὲ περὶ Φαρισαίων καὶ Γραμματέων φιλοπευστεῖ· Τίνα με λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ ἔξαρχοι τοῦ λαοῦ; ἤδει γὰρ τὸν ἐν αὐτοῖς τοῦ φθόνου καπνὸν, ὅσος ὑποτυφόμενος ἦν· ἀλλὰ περὶ τοῦ ἁπλάστου καὶ ἀκάκου λαοῦ. Ὅθεν οἱ μαθηταὶ τὴν διάφορον τῶν ἀνθρώπων περὶ αὐτοῦ δόξαν σαφῶς ἐπιστάμενοι ἀποκρίνονται· « Οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν, ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. » Τί οὖν τὸ πεῖσαν τοὺς ὄχλους περὶ Χριστοῦ τοιάδε ὑπονοεῖν; Μὴ γὰρ οὐκ ἤδεισαν, ὅτι Ἠλίαν μὲν ὡς εἰς οὐρανοὺς ἀνηρείψατο ἡ τῶν φλογερῶν ἁρμάτων ἐπίβασις, καὶ ἡ τέθριππος τῶν πυρίνων ἵππων ἐπίζευξις; Ἰωάννην δὲ ἐπεφονεύκει ἡ τῆς Ἡρῴδου μοιχείας ὑπόθεσις; καὶ τῆς ποδοστρόφου μαχλάδος ἡ ὄρχησις; Ἱερεμίας δὲ λίθοις ἀποκτανθεὶς ἐτελείωτο; Ἀλλ' ἐπειδὴ Μωϋσῆς μὲν περὶ τῆς ἀναστάσεως οὐδέν τι ἀνακεκαλυμμένως ἐνομοθέτησε· πρῶτος δὲ Δαβὶδ εἰπὼν περὶ ἀναστάσεως, οὐ τηλαυγῶς ἔδειξε τὸ μυστήριον· οἱ προφῆται δὲ σποράδην ἐνέφηναν αἰνιγματωδῶς τὴν ἀνάστασιν, διὰ τοῦτο διαφόροις δόξαις καὶ πλανωμέναις ἐταλαντεύοντο. Ἦν γὰρ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἐνεργεῖσθαι τὴν τῶν νεκρῶν ἀναβίωσιν. Καὶ τάχα ταύτης ἦν τῆς δόξης καὶ ὁ τετράρχης Ἡρῴδης, ὃς ἐνωτισθεὶς τοῦ Κυρίου τὰ θαύματα, ᾤετο ἀναβεβιωκέναι Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν. Διὸ καὶ ἔλεγεν· « Ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, αὐτὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν. » Ἐκ ταύτης οὖν τῆς προφάσεως, οἱ μὲν Ἰωάννην αὐτὸν εἶναι εἰκαζον, οἱ δὲ Ἱερεμίαν, καὶ ἄλλοι Ἠλίαν. Φήμη γὰρ ἐπεκράτει, ὡς ἥξει πάλιν Ἠλίας ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐλεγκτικὸν οὖν ὁρῶντες τὸν Κύριον, ἐπιστομίζοντα μετὰ παῤῥησίας τοὺς Φαρισαίους

fideles, indicans conjunctionem duarum in se naturarum, ut infra dicetur. Quare autem non Hierosolymæ hoc præstat, sed in partibus Cæsareæ? Forsan ut Judæorum devitet invidiam et impium illud decretum; decreverant enim ut, si quis ipsum confiteretur, extra Synagogam fieret [25]. A loco igitur formidoloso educit longe discipulos, ut metu omni ac formidine soluti, aperte sententiam suam efferrent. Neque vero sine causa loci mentionem fecit evangelista, his verbis: « Veniens Jesus in partes Cæsareæ Philippi. » Nam quoniam est etiam alia Cæsarea Stratonis (64) dicta, ne quis ex ambiguitate nominum auditoribus error obreperet, eam distinctione tollere necessarium visum est.

« Quem me dicunt homines esse Filium hominis? » Non dixit: Quem me dicunt homines esse Filium Dei? ut elationis verba vitaret; sed me, dixit, hominem factum, in habitu servi apparentem. Neque vero de Pharisæis et Scribis inquirit: Quem me dicunt Scribæ, et principes populi? sciebat enim quantus illis offusus esset invidiæ fumus; sed de populo versutie ac malitia vacuo. Unde discipuli cum plane scirent differentes de eo populi opiniones, responderunt: « Alii Joannem Baptistam, alii vero Eliam aut unum ex prophetis. » Quid autem populum in eas de Christo opiniones induxerat? An ignorabant Eliam quidem flammato curru veluti correptum in cœlum (65), et igneorum equorum quadriga subvectum [26]? Joannem vero per occasionem adulterii Herodis et lascivæ puellæ perniciter saltantis occisum? Jeremiam vero lapidibus exsectum atque consummatum? sed quoniam Moyses quidem de resurrectione nihil in lege dixerat; primus vero David de resurrectione locutus **373**, non tamen aperte mysterium explicarat; prophetæ vero sparsim et per ænigmata resurrectionem significarant, ideo diversis errantibus opinionibus suspensis tenebantur. Etenim in hac vita præsente resurrectionem hominum peragendam existimabant. Et fortassis in hac erat opinione Herodes tetrarcha, qui, Domini auditis miraculis, Joannem Baptistam resurrexisse censebat; unde dicebat: « Quem ego decollavi Joannem ipse surrexit a mortuis [27]. » Ex hac igitur causæ specie alii Joannem, alii Jeremiam, alii Eliam Dominum esse suspicabantur. Jam enim obtinuerat fama venturum rursus in terras Eliam. Cum igitur Dominum castigatorem esse viderent, magnaque cum libertate Pharisæos Scribasque redarguentem, Eliam illum esse animo suo fingebant. Alii vero sapientiam ab ipso ejus ingenio non ab ulla disciplina profectam reputantes obstupescebant;

[25] Joan. IX, 27. [26] IV Reg. II, 12. [27] Marc. VI, 16.

Francisci Scorsi notæ.

(64) *Alia Cæsarea Stratonis.* Joseph. lib. I *De bello Judaico*, cap. 16, et lib. XV *Antiquit.* cap. 13, et Hieronym. hoc loco.

(65) *Correptum in cœlum.* Ornat et auget hoc loco sacer orator verbo poetico orationem, dum raptum Eliæ in cœlum ritu plane poetico explicat, eo usus Hom. Odyss. ζ'. Vide Eustathium. Deductum est a verbo ἀνερείπτειν. Etym. mag. ἔστιν ἄρα ἡ γῆ ἐκ τούτου γίνεται ἐρέπτω τὸ εἰς γῆν καταβάλλω, καὶ ἀνερέπτω, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ἀνερείπτει. Unde ἀνηρείψαντο οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς γῆς ἀνήρπασαν.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

atque idcirco dicebant : « Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit [26] ? » Ea de causa Jeremiam ipsum appellabant. Jeremias enim etiamnum puer (66) ad prophetiam evectus est. Igitur cum multorum de se opinionem audisset, quasi eas improbans, ut quæ non attingerent veritatem, clementer rursus interrogavit :

A καὶ Γραμματεῖς, Ἠλίαν αὐτὸν ὑπετόπαζον. Ἄλλοι δὲ τὸ αὐτοφυὲς τῆς σοφίας ; κατανοοῦντες ἄνευ μαθήσεως ἐξεπλήττοντο · καὶ γοῦν ἔλεγον · « Πῶς οὗτος οἶδε γράμματα μὴ μεμαθηκώς ; » Διὸ Ἱερεμίαν αὐτὸν ὠνόμαζον. Ἱερεμίας γὰρ εἰς προφητείαν ἀνήχθη παῖς ὢν κομιδῆ. Τὴν περὶ αὐτοῦ τοίνυν τῶν πολλῶν δόξαν ἀκηκοὼς, καὶ οἷον ἀποδοκιμάζων, ὡς οὐδεμιᾶς τούτων ἐπαφωμένης τῆς ἀληθείας, ἀνεξικάκως αὖθις ἐπερωτᾷ.

« Vos autem quem me esse dicitis ? » Esto, inquit, multitudinis existimatio in tam multas distracta partes, et inconstans sit ; vos autem qui de me tam longum cepistis experimentum, quam ex operibus concepistis opinionem ? Hic cæteri discipuli hærebant : alii quod fortassis etiamnum ancipites essent; alii vero verentes ne temerarii viderentur. Petrus B autem discipulorum apex (67), communis lingua condiscipulorum exsistit : et supra omnia sensilia mente sublatus, aera transvolavit, supergressus est æthera, infra se astra reliquit, supremam etiam prætervectus est sphæram, et cum sejunctis a materia mentibus immistus, et igneos Seraphim fluvios transcendens, et a Patre de clarissima generatione Unigeniti edoctus theologicam illam extulit vocem: « Tu es Christus Filius Dei vivi ; » Non carnis profecto, aut sanguinis revelatio, sed cœlestis Patris. Considera enim quanta in uno dicto abscondita sit divinæ doctrinæ profunditas. Salvator enim interrogarat : « Quem me dicunt homines esse Filium **374** hominis ? » humanam naturam appositione C Filii hominis, indicans. Petrus autem, eumdem et Filium hominis, et Filium Dei esse cognoscens, unam personam in duabus naturis inconfuse et impermiste compositam, ad naturam Deitatis mente prosiliit.

« Tu es Christus Filius Dei vivi. » Quanto hoc verbum pudore confundit Nestorium adoratorem hominis, et impuram illam ac blasphemam et subsanatricem linguam, acutum illum adversus pietatem gladium, unum Christum in duos filios discindentem ? quomodo etiam Armeniorum hæresis (68) dentes infringit : quomodo Acephalorum hære-

Ἱερεμίας δὲ τίνα με λέγετε εἶναι ; » Εἶεν, φησὶν, ἡ μὲν ὑπόληψις τῶν πολλῶν οὕτω πολυσχιδὴς ἐστὶ καὶ ἀβέβαιος. Ὑμεῖς δὲ οἱ περὶ ἐμοῦ πεῖραν εἰληφότες οὕτω μακρὰν, τίνα κατάληψιν ἐκ τῶν πραγμάτων ἐλάβετε; Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι μαθηταὶ πρὸς τὴν ἀπόκρισιν ἐλιγγίασαν · οἱ μὲν τὸν λογισμὸν ἴσως ταλαντευόμενοι, οἱ δὲ ὀρθῶναι προπετεῖς εὐλαβούμενοι. Πέτρος δὲ, ἡ ἀκρότης τῶν μαθητῶν, κοινὴ τῶν συμφοιτητῶν γίνεται γλῶσσα καὶ τῷ λογισμῷ τῶν αἰσθητῶν πάντων ὑπεραρθεὶς, διέπτη τὸν ἀέρα, παρῆλθε τὸν αἰθέρα, κάτω λέλοιπε τοὺς ἀστέρας, ὑπεράνω γέγονε τῆς ἀνάστρου σφαίρας · καὶ μετὰ τῶν ἀΰλων γενόμενος, καὶ τοὺς πυρίνους τῶν Σεραφὶμ ὑπερβὰς ποταμοὺς, καὶ μυηθεὶς παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ Μονογενοῦς τὴν εὐγένειαν, τὴν θεολογικὴν ἐκείνην ἀφῆκε φωνήν· « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Οὐκ ἔστιν οὐ σαρκὸς καὶ αἵματος, ἀλλ' οὐρανίου Πατρὸς ἀποκάλυψις. Σκόπει γὰρ ὅσον ἐν ἑνὶ ῥήματι κέκρυπται θεολογίας βυθός. Ὁ μὲν γὰρ Σωτὴρ ἐπύθετο · « Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ; » διὰ τῆς προσθήκης τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν δηλῶν. Ὁ δὲ Πέτρος τὸν αὐτὸν εἰδὼς καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, μίαν ὑπόστασιν ἐν δυοῖν συντεθεῖσαν ἀφύρτως φύσεων, πρὸς τὴν τῆς θεότητος φύσιν ἀνέθορε.

« Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Ὅσον τὸ ῥῆμα τοῦτο καταισχύνει τὸν ἀνθρωπολάτρην Νεστόριον, τὴν μιαρὰν γλῶτταν καὶ βλάσφημον, καὶ φαυλίστριαν, τὴν ὀξεῖαν κατὰ τῆς εὐσεβείας μάχαιραν, τὴν τὸν ἕνα Χριστὸν εἰς δύο υἱοὺς τεμμαχίσασαν ! Ὅπως δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας συνθλάται τῆς τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεως · ὡς πολυκέφαλον

[26] Joan. VII, 15.

Francisci Scorsi notæ.

66) *Jeremias enim etiamnum puer*, etc. De Jeremia S. Hieronym. ex veteribus Patribus, ex neotericis interpretibus Cornel. noster, aliisque consentiunt cum cœpisse prophetare ætatis suæ anno XIV vel XV, Josiæ regis XIII. Vide eorum supputationem.

(67) *Discipulorum apex*. Mirum quam variis nominibus, vel propriis vel decore translatis primatum S. Petri hic Pater asserat, extollat et exornet. Hic τὴν ἀκρότητα τῶν μαθητῶν *apicem seu culmen discipulorum* ; alibi πρόκριτον *prælatum* ; alibi κορυφαῖον *principem* ; alibi πρῶτον *primum*, alibi κρηπῖδα *basim*, alibi θεμέλιον *fundamentum*, et alibi aliter, quod adversus novatores, qui hujus primatus vocem oderunt, et Græcos hujus sæculi schismaticos, animadversum velim qui primatum D Romanæ Ecclesiæ a D. Petro deductum non recipiunt ; cujus tamen hic Pater, et alii veteres item Græci orthodoxi sunt assertores et prædicatores. Vide plura in eamdem rem adnotata ad hom. 37, not. 68 et 54, not. 49, et infra etiam tota hac hom. et nota ad eam 75.

(68) *Armeniorum hæresis*. Hi secuti sunt Eutychianorum errores, qui duas ante unionem naturas Christi exstitisse dicebant, deinde unitas, post unionem vero in unam eos naturam fuisse confusas; adeo ut divinitas ea passa sit, quæ humanitatis fuere et contra. Unde eos Monophysitas, Theopaschitas appellaverunt Græci Patres. Lege Bellarm., *De script.*; Niceph. lib. XVIII, cap. 55 ; Niconem, *De erroribus Armeniorum* ; et Theoriani Disputationem, tom. III et IV *Biblioth. SS. Patrum*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὕδραν συγκόπτων τὴν Ἀκεφάλων αἵρεσιν ! Τὼ γὰρ τῶν Ἀκεφάλων, καὶ τὼ Νεστορίου δόγματε ἐναντίον μὲν ἦστην ἄμφω Θεῷ, ἐναντιοῦσθον δὲ καὶ ἀλλήλοιν, καὶ ὑπάρχετον θεολογικῶς εἰπεῖν, ἐκ διαμέτρου κακὰ, καὶ ὁμότιμα τὴν ἀσέβειαν. Νεστόριος μὲν γὰρ εἰς δύο διαιρεῖ τὸν ἕνα Χριστόν· εἷς τε τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν τῆς Μαρίας. Ἀρμένιοι δὲ τὰς δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεις εἰς μίαν συγχέουσιν. Ἀμφότερα γοῦν ἡ τοῦ Πέτρου θεολογία διήλεγξε, τὸν αὐτὸν καὶ Υἱὸν Θεοῦ, καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου τρανῶς δογματίσασα. Σκόπει δὲ καὶ τὴν τῆς θεολογίας ἀκρίβειαν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ χριστοὶ, καὶ πολλοὶ υἱοὶ, καὶ πολλοὶ θεοὶ, εἷς δὲ ὁ φύσει καὶ ἀληθὴς, διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε· Σὺ εἶ Χριστὸς, ἀλλ', Ὁ Χριστὸς, οὐδὲ Υἱὸς, ἀλλ', Ὁ Υἱὸς, οὐδὲ Θεοῦ, ἀλλὰ, Τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Πάντα γὰρ μετὰ τοῦ ἄρθρου εἰπὼν γεγωνότερον τῆς μακαρίας οὐσίας καὶ μονοειδοῦς φύσεως ἐδήλωσε τὸ ἐξαίρετον. Διὸ καὶ τοῦ Δεσποτικοῦ μακαρισμοῦ γέγονεν ἄξιος. Τί γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτήρ; « Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ. » Τίνος ἕνεκεν μακαρίζων αὐτὸν, καὶ τοῦ πατρὸς ἐμνημόσιν (69) quasi multicipitem hydram (70) recidit? duo enim illa Acephalorum, et Nestorii dogmata ambo sane Deo adversantur: sed vero etiam inter se invicem contraria (71) sunt, et ut theologi utar voce (72), ex diametro malorum initia et in impietate fuere conditionis æqualis. Nestorius enim unum Christum in duos dividit: in Filium Dei, et Filium Mariæ; Armenii vero duas Christi naturas confundunt in unam. Utrumque vero Petri theologia redarguit, et dogma tradit aperte eumdem et Filium Dei esse et Filium hominis. Considera vero etiam accuratam divinæ doctrinæ subtilitatem. Quoniam enim multi Christi, et multi Filii, et multi Dei, unus autem natura et verus est, ideo non dixit Σὺ εἶ Χριστὸς Υἱὸς Θεοῦ *Christus Filius Dei* sine articulis, sed, Ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Cum enim omnibus vocibus apposuisset articulos (73), beatæ illius essentiæ, et naturæ singularis excellentiam expressius indicavit. Unde est habitus quem beatum Dominus prædicaret. Quid enim illi Salvator? « Beatus es, Simon Bar-Jona. » Quid est causæ cur eum beatum dicens mentionem

Francisci Scorsi notæ.

(69) *Acephalorum.* Acephali etiam Monophysitæ et Theopaschitæ appellati eamdem ob causam, qua Armenii, ejusdemque omnino farinæ. Exstiterunt vero tempore Zenonis imper. eorum dux Petrus Cnapheus, et post eum Severus Antiochenus : dicti vero Acephali, hoc est *capite carentes*, quod a Petro Alexandrino patriarcha secessionem fecerint, ac seorsim communicarint, quod is unionis scripto probato synodum Chalcedonensem, quam illi non recipiebant, anathemate exsecratus non fuisset. Vide Baron. ann. 482, et Niceph. lib. XVIII, cap. 45.

(70) *Multicipitem hydram.* Ludit ex antiphrasi nominis Acephali, quod significat *sine capite*, ut jam not. proxima diximus. Acephali enim caput unum non habuerunt, sed eorum hæresis una non fuit; verum ex una plures, velut hydræ capita pullularunt.

(71) *Invicem contraria.* Nestorius enim duas in Christo personas; Armenii Eutychiani unam naturam impie posuerunt, de quibus diximus not. superiore 69.

(72) *Ut Theologi utar voce.* Quod de Arianorum, et Sabellianorum hæresi eleganter dixit Gregor. Nazianz., orat. 39, quæ est *in S. Lumina*, id in re simili mutuatur ab eo Theophanes. In re, inquam, simili; nec enim de Armeniorum hæresi loqui Gregorius potuit, qui Eutychianæ sectæ fuerunt : quod monstrum ævo suo non vidit Gregor. Nazianz. Sic igitur ille orat. dicta : Ἀπέστω γὰρ ἡμῶν ἐξ ἴσου καὶ ἡ Σαβελλίου συναίρεσις, καὶ ἡ Ἀρίου διαίρεσις τὰ ἐκ διαμέτρου κακὰ, καὶ ὁμότιμα τὴν ἀσέβειαν. Hoc est Billii interpret. : *Æquo enim intervallo a nobis absint et Sabellii contractio, et Arii divisio; mala ex diametro opposita, et impietate paria.*

(73) *Articulum.* Quam vim habeat Græcorum articulus, quem præpositivum Grammatici vocant, sciunt qui Græcas litteras vel summis digitis attigerunt. Sed et veteres Patres observationem eamdem in sacræ Scripturæ locis, quam hic Theophanes adhibuerunt. S. Epiphan. lib. I, tom. I, ex multis Veteris Testamenti locis resurrectionem mortuorum approbans discutit inter cætera testimonia illud ex Levit. : *Et si quidem dixisset lex*, inquit, *si contigeris νεκροῦ id est mortuum de omnibus suffragium latum fuisset, et simpliciter omni mortuo quæ siti dictio incumberet. Cum vero dicit, si quis contigerit* τοῦ νεκροῦ, *ad unum quemdam fert dictum. Insinuabat autem hoc ad Domini nostri Jesu Christi mortificationem, secundum passionem ipsius in carne. Ex articulo enim discretionem nominis significat. Ubi enim articulo additus est in uno aliquo determinato ac manifestissimo, omnino confirmatio propter articulum contingit. Citra articulum vero de uno quocunque tandem indefinite accipiendum est.* Hæc Epiphan. qui subjungit multa exempla. Inter quæ illud ad rem nostram : *Et si dixerimus* Θεὸς, *id est, Deus, sine articulo, quemlibet deum gentium diximus, non Deum verum; si autem dixerimus* ὁ Θεὸς, *palam est, quod ab articulo verum significamus, cui et cognoscitur.* Deinde post alia concludit propositam rem de mysterio mortui. *Et siquidem dixisset lex, si contigeris* νεκροῦ, *id est mortuum, de omnibus suffragium latum fuisset, et simpliciter omni mortuo quæsiti ratio incumberet. Cum vero dixit, Si quis contigerit* τοῦ νεκροῦ, *ad unum quemdam fert dictum : dico autem Dominum, velut supra a me declaratum est.* Cætera lege apud ipsum; quia longiuscula sunt. Locum illum Joannis cap. XX, ubi Thomas respondet ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου, quod est clarissimum testimonium divinitatis Christi plerique veteres Patres contra Judæos et Arianos protulerunt, quos citat Lud. Ballester. soc. nostr. in *Onomatog.* voce Thomas et subdit : *Nec poterant Ariani respondere Thomam non vere Deum appellasse, sed eo modo, quo et homines justi dii appellantur : « Ego dixi : Dii estis. » Primum quia utrumque nomen et Dei, et Domini Græcum habet articulum, qui adhiberi non solet, nisi cum de vero agitur Deo, ut hoc loco Cyrillus et Leontius observant; deinde quia qui hoc dicebat, homo erat Israelita, qui non ignorabat dictum esse Deut.* VI : « *Audi, Israel, Dominus Deus noster, Deus unus est,* » *ut Hilarius exaggerat.* Hæc Ball. Lege præterea pulcherrimam et elegantissimam eorum verborum ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου, paraphrasim D. Chrysost. de infidelitate Thomæ et fide ipsius, qui quanquam signate vim articuli non innuat, in eo tamen vim omnem eloquentiæ exercet. Porro quod pertinet ad hunc locum Matth. XVI, in hæc S. Petri verba : Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος, eamdem emphasim et vim in articulis observat Theophylactus, et ex Neotericis et nostris interpretib. Maldon. et Cornel. qui idem notat in illo Joan. XX.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

patris fecerit, eumque filium Jonæ appellarit? in hunc propemodum sensum loquitur. Sicuti tu naturaliter filius es Jonæ patris tui, sic ego naturaliter, secundum essentiam sum Dei, et Patris Filius. Seu potius hoc dicit, quoniam non a carne et sanguine profectam revelationem dixerat, sed a Patre suo, atque hæc revelatio per Spiritum sanctum facta fuerat, ideo illum Spiritus Filium vocat. Jonas enim *columbam* sonat (74). Consuetum porro est in divina Scriptura sancti virtutem columbæ appellatione signare [37], cujus pennas sibi dari **375** David etiam ille propheta cupiebat. « Beatus es, Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi : » his verbis tale quiddam significat : Non in carne et sanguine hærens hanc de me revelationem accepisti, sed e sensibilibus prorsus abstractus de his theologiæ mysteriis initiatus es. Sic et Paulus, qui se raptum usque ad tertium cœlum, et arcana verba audisse dicit, non ea inquisitione, quæ sensuum ministerio fit ad intelligibilia contemplanda opus habuit, quod scilicet ipse suomet sermone significavit : « Sive in corpore, sive extra corpus, nescio [38]. »

« Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. » Tu, inquit, qui petra es (75), petra fies fidei Verbi, et constituendæ Ecclesiæ fundamentum, et spiritualis ædificii primus aditus. In hac enim confessione, qua me hominem eumdem et Deum esse confessus es, in hac, inquam, stabilietur Ecclesiæ fundamentum. Hac enim basi supposita, reliqua etiam dogmata tuto superstruentur.

« Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. » Portæ inferi, quæ contra Ecclesiam prævalere non potuerunt, tyranni intelliguntur, et hæresum principes : qui portæ inferi figurate dicuntur, utpote qui ad inferorum retia pertrahant sectatores suos, qui profecto incassum multa conati, et equorum instar adversus Ecclesiam infremententes nil quidquam alterius nocumenti illi intulerunt, nisi quod illustriorem effecere.

« Et tibi dabo claves regni cœlorum. » Non ait do tibi nunc, sed dabo; tempus scilicet illud post resurrectionem futurum prædicens, quando et sancti Spiritus gratiam illi impertitus est, et potestatem ligandi atque solvendi permisit [39], et rationalibus ovibus pastorem præfecit. Verum quæ claves hæ, quarum portarum claviger constituitur Petrus?

νευσεν, υἱὸν αὐτὸν εἰπὼν Ἰωνᾶ; Μονονουχὶ τοῦτό φησιν· Ὥσπερ αὐτὸς υἱὸς εἶ φύσει τοῦ σοῦ πατρὸς Ἰωνᾶ, οὕτω κἀγὼ φύσει καὶ κατ' οὐσίαν Υἱός εἰμι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Μᾶλλον δὲ, ἐπειδὴ τὴν ἀποκάλυψιν οὐκ ἀπὸ σαρκὸς εἶπε γεγενῆσθαι καὶ αἵματος, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὕτη δὲ ἡ ἀποκάλυψις διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γέγονε, διὰ τοῦτο Υἱὸν αὐτὸν ὀνομάζει τοῦ Πνεύματος. Ἰωνᾶς γὰρ *περιστερὰ* ἑρμηνεύεται. Σύνηθες δὲ τῇ Γραφῇ τούτῳ τῷ ὀνόματι τῆς περιστερᾶς, κηλεῖν τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, ἧς τὰς πτέρυγας γενέσθαι αὐτῷ καὶ Δαβὶδ ὁ προφήτης ἐπεπόθησεν. « Μακάριος εἶ σὺ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι. » Ὅ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐκ ἐν σαρκὶ, φησὶ, μένων καὶ αἵματι ἐδέξω τὴν περὶ ἐμοῦ ἀποκάλυψιν· ἀλλ' ἔξω τῶν αἰσθητῶν πάντη γενόμενος, τὰ τῆς θεολογίας μεμυσταγώγησαι. Οὕτως καὶ Παῦλος ἀρθῆναι εἰπὼν ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ῥημάτων ἀῤῥήτων γενέσθαι ἀκροατὴς, οὐ σωματικῆς ἀκριβείας ἐδεήθη ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν νοητῶν· τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἐσημήνατο· « Εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα. »

« Κἀγὼ δέ σοι λέγω ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν. » Σὺ, φησὶ, Πέτρος ὢν, πέτρα γεννήσῃ τῆς κατὰ λόγον πίστεως, καὶ τῆς ἑδραζομένης Ἐκκλησίας θεμέλιος, καὶ πρώτη τῆς πνευματικῆς οἰκοδομῆς ἀφορμή. Ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ γὰρ ταύτῃ, ᾗ ὁμολόγησας, τὸν αὐτὸν εἶναί με Υἱὸν Θεοῦ, καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου, ἐπὶ ταύτῃ τῆς Ἐκκλησίας ὁ θεμέλιος στήσεται. Τοιαύτης γὰρ τῆς κρηπῖδος τεθείσης, καὶ τὰ λοιπὰ δόγματα ἀσφαλῶς οἰκοδομηθήσεται.

« Καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Πύλαι δὲ ᾅδου τῆς Ἐκκλησίας μὴ κατισχύουσαι, εἰσὶν ἂν οἱ ταύτην διώκοντες τύραννοι, καὶ οἱ τῶν αἱρέσεων ἔξαρχοι, πύλαι ᾅδου τροπικῶς ὀνομασθέντες, ὡς τοὺς πειθομένους αὐτοῖς εἰς ᾅδου καθέλκοντες πέταυρον· οἳ δὴ πολλὰ μογήσαντες, καὶ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἱππηδὸν φρυαξάμενοι, οὐδοτιοῦν ταύτην παρέβλαψαν, ἢ ὅτι λαμπροτέραν εἰργάσαντο.

« Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. » Οὐκ εἶπε, Δίδωμί σοι νῦν, ἀλλὰ, Δώσω σοι, τὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν προλέγων καιρὸν, καθ' ὃν αὐτῷ καὶ τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δέδωκε, καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν, καὶ τῶν λογικῶν προβάτων ἀγελάρχην ἐχειροτόνησεν. Ἀλλὰ τίνες αἱ κλεῖδες, θυρῶν δὲ ποίων κλειδοῦχοι

[37] Psal. LIV, 7. [38] II Cor. XII, 3. [39] Joan. XX, 23.

Francisci Scorsi notæ.

(74) *Jonas enim columbam sonat.* יונה *columba*, בר *filius*. Vide S. Hieronymum, in eamdem Etymol. ἀλληγορίζοντα.

(75) *Petra es*, etc. Hunc Theophanis nostri locum, ut luculentum testimonium catholicæ veritatis, ex qua Petrus caput Ecclesiæ, et fidei fundamentum asseritur contra Magdeburgenses Centuriatores, iisdem omnino verbis protulit inter aliorum veterum Patrum dicta, quos itidem citat Franciscus Turrian. soc. nostræ, de quo plura in Procem. III, quod relege. Porro in hac explicatione et veritate consentiunt omnes Patres tam Græci, quam Latini quos recenset etiam Maldon. arguit etiam hic locum Græcos ipsos schismaticos, qui primatum Ecclesiæ Romanæ, et successorum Petri nolunt agnoscere. De quo pluribus supra in hac hom., not. 67, et hom. 37, not. 68, et 54, not. 49.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁ Πέτρος καθίσταται; Θύρα μὲν αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, ὁ εἰπών· « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· » κλεῖς δὲ ταύτης τῆς θύρας ἡ πίστις, ἣν ἐγχειρίζει τῷ κορυφαίῳ ὁ Κύριος· καὶ τάχα τούτῳ τῷ κλείθρῳ ἡ ἁσματίζουσα νύμφη διήνοιγε, ποθοῦσα τὸν καλὸν ἀδελφιδοῦν ὑποδέξασθαι, ταύτη τοι καὶ ἔλεγεν· « Ἐπὶ θύραις τοῦ κλείθρου ἤνοιξα ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου. » Δίδωσιν οὖν Πέτρῳ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὰς κλεῖς, ὡς ἂν μὲν τοῖς αἱρετικοῖς ἄβατος ἡ θύρα εἴη τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, καὶ ἄδυτος τοῖς δὲ πιστοῖς εὐεπίβατος, ὡς βεβαιοῦσθαι τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν. « Εἴ τις οὐ γεννηθῇ δι' ὕδατος, καὶ Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Οἱ μὲν οὖν ἐναντίοι τῆς πίστεως καὶ πολέμιοι πύλαι ᾅδου ἐκλήθησαν, ὁ δὲ Δεσπότης Ἐμμανουήλ, θύρα καὶ πύλη τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Διὸ καὶ προτροπάδην πᾶσι βοᾷ· « Δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθοι, σωθήσεται, » καὶ, « Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, » τὰς πλατείας καὶ εἰς ᾅδου φερούσας ἐκκλίναντες.

Porta hæc Christus est (76) ipse qui dixit : « Ego sum ostium [20]; » ejus vero clavis est fides, quam Dominus discipulorum coryphæo committit. Et fortassis hoc pessulum aperuit cantrix sponsa dilectum suum pulchrum excipere cupiens, atque verba hujusmodi dicebat : « Pessulum ostii aperui ego dilecto meo. » Dat igitur Petro, et successoribus ejus (77) claves, ut hæreticis quidem impervia et impenetrabilis sit janua regni cœlestis : fidelibus vero ad eam pateat aditus; atque ita illa Domini **376** sententia firma permaneat? « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum [21]. » Igitur adversarii et hostes fidei portæ inferi appellati sunt. Dominus autem Emmanuel, ostium et porta regni cœlorum; unde adhortando omnes clamat : « Per me si quis introierit, salvabitur [22]; » et : « Intrate per angustam portam [23]; » latas illas quæque ad inferos ducunt, declinantes.

Ἀλλ' οἱ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπάτης τὴν τρύγα ἐρροφηκότες, καὶ κατὰ τῆς ὑγιοῦς ἡμῶν πίστεως πολλὰς δυσφημίας, ὥς τινα βόρβορον ἐρευξάμενοι, πρὸς τοῖς ἄλλοις ληρήμασι καὶ τοῦτο εἰπεῖν ἐθρασύνθησαν, πῶς ὁ Πέτρος ἀξιωθεὶς τοιούτου μακαρισμοῦ, καὶ μαρτυρηθεὶς ὑπὸ Ἰησοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς δεδέχθαι τὴν ἀποκάλυψιν, καὶ τὰς κλεῖς εἰληφὼς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, κατὰ τὸν τοῦ Πάθους καιρὸν τρίτον ἠρνήσατο τὸν διδάσκαλον, φαύλης παιδίσκης τοῦτον μορμολυξάσης, ὡς βρεφύλλιον; Ταῦτά φασιν οἱ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενοι· ἀλλ' ἡμεῖς ὡς βέλη νηπίων τὰς τοιαύτας πληγὰς τῶν ἐναντίων ἡγούμενοι, οὕτω ταύτας ἀποκρουόμεθα. Φαμὲν γάρ, ὡς οἰκονομία ἦν ἐκ Θεοῦ παραχώρησις τῆς τοῦ Πέτρου ἀρνήσεως. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους συμφοιτητὰς ἐκαυχήσατο συναποθανεῖν τῷ μυσταγωγῷ, οὐ πάνυ περισκεψάμενος τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν· καίτοι τοῦ Κυρίου διαβεβαιοῦντος, ὡς πάντες σκανδαλισθήσεσθε· διὰ τοῦτο ἔδει καὶ αὐτὸν ἐλεγχθῆναι ὡς ἄνθρωπος ἦν, δειλίᾳ σαρκικῇ ὑποκείμενος, καὶ τοῦ Κυρίου δειχθῆναι τὸν λόγον ἐπαληθεύοντα, καὶ τὴν ἄρνησιν προμηνύσαντα. Τοῦτο πέπονθε καὶ Δαβὶδ ὁ προφήτης καὶ βασιλεύς. Τῆς πρεπούσης γὰρ ἐκστὰς καταστάσεως, τὴν ὑπερήφανον ἐκείνην ἀφῆκε φωνήν, « Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα. » Διὰ τοῦτο μικρὸν ἐγκαταλειφθεὶς

Verum qui Græcorum errores instar fœcis absorbuere, et contra sanam stram fidem multas blasphemias, quasi cœnum eructant; cæteris deliramentis hoc etiam ausi sunt addere, quomodo Petrus eo dignitatis evectus, ut et Jesu voce beatus prædicaretur, et ejusdem testimonio a Patre revelationem habuisse diceretur, et claves regni cœlestis acciperet, Passionis tempore ter negavit magistrum suum, quasi puellulus levis cujusdam ancillulæ larva perterrefactus? Hæc dicunt, qui veritatem oppugnant. Nos vero hos adversariorum ictus, quasi infantium tela reputantes, sic ea depellimus. Dicimus enim Dei dispensatione negationem Petri permissam. Quoniam enim super cæteros discipulos se gloriatione efferebat, commoriturum se cum Domino jactans, carnis imbecillitatem non bene dispiciens; cum præsertim scandalum passuros omnes Dominus affirmasset; ideo oportebat ostendi, ipsum quoque hominem esse humano timori subjectum, et Dominum vera dicere, qui negationem ante prædixerat. Hoc etiam David prophetæ et regi contigit. Cum enim de statu mentis conveniente excessisset, superbam illam vocem emisit : « Non movebor in æternum [24]. » Ideo cum a divina ipsum protegente virtute destitutus paulisper esset, a fœda voluptate subactus præter adulterii flagitium

[20] Joan. x, 9. [21] Joan. III, 5. [22] Joan. x, 9. [23] Matth. VII, 13. [24] Psal. XXIX, 7.

Francisci Scorsi notæ.

(76) *Porta hæc Christus est.* Pauca admodum fragmenta deesse in ms. Vat. comperi ex aliis mss. quæ habui, ac præsertim ex Patribus de quibus supr. not. 54. Igitur hæc θύρα μὲν αὐτός ἐστιν, ibi omissa, et quidem vitio properantis librarii quis non videt? supra etiam φθμη γὰρ ἐπικρατεῖ ὡς ἥξει πάλιν Ἠλίας ἐπὶ τῆς γῆς, quæ subjecta ratio ab auctore sensum illius complet; prætermissa vero fuerat in Vat. eodem vitio.

(77) *Et successoribus ejus.* Quid hoc illustrius, et Clarius ad seriem Romanorum pontificum S. Petro succedentium, eorumque auctoritatem affirmandam quibus cum datas claves hic Pater asserat δίδωσιν οὖν Πέτρῳ, καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὰς κλεῖς· *Dat igitur Petro, et successoribus ejus claves*, absque dubio eos esse caput totius Ecclesiæ fatetur et docet; quid ad hæc aggerere, vel obgannire possunt Græculi hujusce temporis schismatici? quid hæretici cæteri novatores; adversus quos satis multa multi scriptores soc. Bellar. *Controv. de Pont. Roman.*; Franc. Turr. loco supra citato Maldon. in hunc locum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ausus est etiam homicidium perpetrare. Præterea quoniam Petrus ovibus ratione præditis præficiendus erat, et solvendi ligandique potestatem accepturus, ne in peccantes vehemens et implacabilis esset, et duriter atque immisericorditer pœnas infligeret (78), meliore providentia (79) atque consilio permittitur cadere, ut ex se ipso disceret erga delinquentes esse longanimem; et quam ipse benignitatem ac veniam obtinuisset, eam clementer aliis impertiret. Nisi enim provisa, **377** ac disposita negatio Petri fuisset, nunquam sane tot ante sæculis divinus David eam prænuntiasset ex persona Christi dicens : « Et qui laudabant me, adversus me jurabant [36]. » Nam idem ille, qui eum in præsenti laudat, et Filium Dei vivi confitetur, juravit postea eumdem non nosse.

Quod si rationem magis reconditam licet attingere, aliquod in hac negatione Petri velut involutum ænigmate significatur. Usquedum enim Petrus erga Magistrum amore fervebat, ita fortitudine munitus erat, ut neque custodia, neque cohors, neque tribunus, neque gladii, neque tædæ, neque virgæ, nec enses illum perterrefecerint. Postea vero quam ad pyram a Cæsaris militibus accensam accessit, tunc sane tunc imbecillis ancillæ ludibrium factum est. Et nos igitur dum Christi amore, et ignis æterni meditatione flagraverimus, nec tela, nec faces tentationum, nec dæmonum cohortem, nec tribunum illum principem tenebrarum pertimescemus : si vero ad voluptatum prunas, quas milites principes hujusce mundi succendunt, appropinquaverimus, non multum habebit negotii inimicus noster, ut nos abducat a Deo. Quævis enim parva ac tenuis ancilla ad violanda pacta cum Deo inita nos inducet. Hujusmodi ignem adversus magnum illum Davidem dæmones inflammarunt. Simul enim ac Bethsabee pulchritudinem aspexit, oblitus est Dei [36]. Quod enim voluptatum incitamenta igni consimilia sint, admonet Salomon : ne nudis pedibus (80) carbonem attingamus, neque reponamus ignem in sinu; pedes enim et sinum adustio consequetur [37]. Vis igni divino effervescere? mortis, et tremendi judicii meditatio sit vita tua; atque in hujusmodi meditatione exardescet ignis [38]. Quid igitur ab hoc coryphæi facto velut ænigmate discimus? devitare voluptatum ignem, et nos ipsos a ma-

A ὑπὸ τῆς αὐτὸν σκεπούσης θείας δυνάμεως, ἡδονῆς ῥυπαρᾶς ἥττων ἐγένετο τὸ τῆς μοιχείας ἄγος καὶ τὴν τοῦ φόνου τόλμαν διαπραξάμενος. Ἄλλως τε, καὶ ἐπειδὴ οὗτος ἔμελλε τῶν λογικῶν προβάτων τὴν προστασίαν εἰσδέξασθαι, καὶ τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν τὴν ἐξουσίαν λαβεῖν, ἵνα μὴ βαρύς τις ᾖ καὶ ἀσύγγνωστος τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἀποτόμως καὶ ἀσυμπαθῶς ἐπάγων τὰ ἐπιτίμια, προμηθείᾳ κρείττονι παραχωρεῖται πεσεῖν, ὡς ἂν ἐξ ἑαυτοῦ παιδευθῇ τοῖς πταίουσιν εἶναι μακρόθυμος, ἀνεξικάκως καὶ τοῖς ἄλλοις μεταδιδοὺς, ἧς αὐτὸς εἴληφε χρηστότητός τε καὶ συγχωρήσεως. Εἰ γὰρ μὴ ἦν οἰκονομία τοῦ Πέτρου ἡ ἄρνησις, οὐκ ἂν πρὸ τοσούτων γενεῶν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ τοῦτο προεμήνυσε λέγων ἐν προσώπου Χριστοῦ · « Καὶ οἱ ἐπαινοῦντές με κατ' ἐμοῦ ὤμνυον. » Ὁ γὰρ νῦν ἐπαινέσας αὐτὸν, καὶ Υἱὸν Θεοῦ τοῦ ζῶντος ὁμολογηκὼς, ὤμνυε τότε μὴ εἰδέναι αὐτόν.

B

Εἰ δὲ δεῖ καὶ μυστικωτέρων λόγων ἐφάψασθαι, αἴνιγμα ἦν τὸ διὰ τῆς ἀρνήσεως Πέτρου δηλούμενον. Μέχρι μὲν γὰρ τῷ πρὸς τὸν Διδάσκαλον ἔρωτι ὁ Πέτρος διεθερμαίνετο, ἀνδρείᾳ ἐστόμωτο, καὶ οὐ κατεπτόει τοῦτον κουστωδία, καὶ σπεῖρα, καὶ χιλίαρχος, καὶ ξίφη, καὶ δᾷδες, καὶ κορύναι, καὶ φάσγανα. Ὅτε δὲ προσήγγισε τῇ πυρᾷ, ἣν ἀνῆψαν οἱ στρατιῶται τοῦ Καίσαρος, τότε δὴ τότε φαύλης παιδίσκης ἐγένετο παίγνιον. Ἕως ἂν οὖν καὶ ἡμᾶς διαθερμαίνῃ ὁ πρὸς Θεὸν ἔρως, καὶ ἡ μνήμη τοῦ αἰωνίου πυρὸς, οὐ πτοούμεθα τὰ ξίφη, καὶ τὰς δᾷδας τῶν πειρασμῶν, οὐδὲ τὴν τῶν δαιμόνων σπεῖραν, καὶ τὸν ζοφώδη χιλίαρχον · εἰ δὲ προσεγγίσαιμεν τῶν ἡδονῶν τῇ πυρκαϊᾷ, ἣν ὑφάπτουσιν οἱ στρατιῶται τοῦ κοσμοκράτορος, οὐ πολὺς ἔσται κάματος τῷ ἐχθρῷ ἀποστῆσαι ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ. Καὶ μικρὰ γάρ τις καὶ φαύλη παιδίσκη παρασκευάσει τὰς πρὸς Θεὸν συνθήκας ἀρνήσασθαι. Τοιοῦτον πῦρ ἀνῆψαν οἱ δαίμονες κατὰ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ · ὁμοῦ τε γὰρ εἶδε τὸ κάλλος Βηρσαβεὲ, καὶ τοῦ Θεοῦ ἐπελάθετο. Ὅτι γὰρ τὰ τῶν ἡδονῶν ὑπεκκαύματα τῷ πυρὶ ἀφωμοίωται, παραινεῖ Σολομών · μὴ ἐπιψαύειν ἀθρακος γυμνῷ τῷ ποδὶ · μήτε πῦρ τῷ κόλπῳ ἐναποτίθεσθαι · ἐπακολουθήσει γὰρ ἡ καῦσις, καὶ τῷ κόλπῳ καὶ τῷ ποδί. Βούλει θερμανθῆναι θείῳ πυρί; Μελέτη σοι διὰ βίου ἔστω ὁ θάνατος, καὶ τὸ φοβερὸν λογοθέσιον, καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ μελέτῃ σου ἐκκαυθήσεται πῦρ. Τί οὖν τῷ τοῦ κορυφαίου αἰνίγματι παιδευόμεθα; Τὸ πῦρ ἐκκλίνειν τῶν ἡδονῶν, καὶ πόρρω διατηρεῖν ἑαυτοὺς τοῦ κακοῦ γειτονήματος.

C

D

[36] Psal. CI, 9. [36] II Reg. XI, 3. [37] Prov. VI, 27, 28. [38] Psal. XXXVIII, 4.

Francisci Scorsi notæ.

(78) *Pœnas infligeret.* Ἐπιτίμια habet Græcus apposite : sunt enim proprie ecclesiastica multa, quarum rationem et formam leges synod. VII œcum. act. 2, ubi ejus vocabuli usus. Quod adnotavit etiam Baronius an. 869, referens synodi ipsius act. Non nego apud veteres scriptores et jam pro multa judiciaria usurpari. Dio, lib. LIV, et lib. XXXVI, initio eo usus.

(79) *Meliore providentia.* Vide supra ad hom. 37, not. 67.

(80) *Nudis pedibus.* Ex Prov. cap. VI, sensum non verba desumit, quæ alio ordine sunt collocata; sic enim habent : Ἀποθήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει, ἢ περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει; οὕτως ὁ εἰσελθὼν εἰς γυναῖκα ὕπανδρον · *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus, sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Εἰ δέ τινι συμβῇ τοῦτο γενέσθαι ποτὲ, καὶ τοῦ πυ- A
ρὸς μετασχεῖν, ἢ τοῦ καπνοῦ τῆς συγκαταθέσεως,
ὀτραλέως ἀποπηδῆσαι, καὶ θᾶττον ἔξω γενέσθαι
τοῦ πτώματος, τῷ τοῦ μεγάλου Πέτρου ἐπόμενον
παραδείγματι, ὃς μετὰ τὴν ἄρνησιν ἐξελθὼν, ἔξω
τοῦ πτώματος δηλαδὴ ἔκλαυσε πικρῶς, καὶ οὕτω τὴν
ἧτταν ἀνεκαλέσατο. Τοσοῦτον ἰσχύει τὸ τῆς μετα-
νοίας θεόσδοτον φάρμακον. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, ἀγα-
πητοὶ, τὴν μετάνοιαν ἀσπασώμεθα, ἐλεημοσύνῃ καὶ
δάκρυσι τὰ ἐσφαλμένα ἡμῖν ἐκκαθαίροντες· ἀδια-
λείπτως εὐχόμενοι ἐν πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις τὸ
κράτος διαφυλάττεσθαι τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἡμῶν·
ὃς εὐσεβείᾳ τοὺς ἀρχῆς ἰθύνων τοὺς οἴακας, καὶ λό-
γοις κοσμῶν τὸ διάδημα, καὶ χρηστότητι τρό-
πων κοσμούμενος, ἐξ ἀρετῆς γνήσιον ἔχει τὸν ἔπαι-
νον. Τούτῳ τὰ σκῆπτρα διατηρήσοι ἐν εἰρήνῃ καὶ B
γαληνότητι, ὁ δοὺς αὐτῷ τὸ κράτος Χριστὸς, ὁ σὺν
Πατρὶ, καὶ Πνεύματι δοξαζόμενος, καὶ ὑμνούμενος
νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
Ἀμήν.

lorum vicinia procul abjungere. Quod si cui forte contingat hoc aliquando, ut hujus ignis particeps fiat, et consensus fumo involvatur, inde quam citissime exsilire, et Petri exemplo ab illa statim ruina revocari, qui postquam peccavit, exivit, ab illo scilicet lapsu recessit, et, « flevit amare [39], » damnumque ita compensavit. Tantum valet pœnitentiæ remedium Dei beneficio datum. Hæc igitur scientes, **378** dilectissimi, pœnitentiam amplectamur, eleemosyna, et lacrymis peccata nostra expiemus; nec unquam desistamus illud a Deo precari, ut per multos annorum circuitus pio imperatori nostro conservet potentiam, qui dum per pietatem clavum imperii dirigit, et cum morum probitate ornatus ipse sit, tum etiam diadema doctrinis (81) exornet, veram ingenuamque laudem obtinet a virtute profectam. Huic, inquam, in pace, et tranquillitate sceptrum conservet ille qui dedit imperium Christus, qui cum Patre, et Spiritu glorificatur, et celebratur nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΝϚ'.

Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Προκοπίου. — Εἰς τὸ· « Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν. »

Καὶ κιθαρῳδὸς ἀνὴρ πολλάκις τὰς ἀγυιὰς διερχό-
μενος, καὶ ὁμηγύρει νεολαίας ἐντυχὼν κατὰ πάρ-
οδον, τὰς χορδὰς εὐθὺς ἐπιτείνει, καὶ τὸ πλῆκτρον
ἐπιθεὶς, μέλος ἀναβάλλεται σύντονον. Ἐπεὶ οὖν καὶ
ἡμεῖς εἰς τὴν ἱερὰν ταύτην πανήγυριν ἐκ παρ-
όδου συνήλθομεν, τῇ τῆς ἑορτῆς λαμπρότητι τὴν
τῆς διδασκαλίας προσθήκην εἰσάξομεν. Ἄλογον γὰρ C
τοὺς μὲν περὶ τὰς σωματικὰς ἐμπορείας ἐπτοημέ-
νους, πρὸς ἐκείνας ἐνασχολεῖσθαι, ὡς ἂν μὴ πα-
ρέλθοιεν τὴν πανήγυριν ἀπραγμάτευτοι, ἡμᾶς δὲ τοὺς
ἐμπιστευθέντας τῆς διδασκαλίας τὸ τάλαντον, μὴ
καταλαβεῖν αὐτὸ τοῖς καλοῖς ὑμῶν τραπεζίταις, ὡς
ἂν διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας, πολυπλασιάσητε
τὸ κάτω καταβαλλόμενον, καὶ ταῦτα πολυπληθοῦς
οὔσης τῆς συνεκχεύσεως, καὶ πάντων κεχηνότων
πρὸς τὴν ἀκρόασιν. Αὐτῶν οὖν τῶν ἀναγνωθησομέ-
νων θεολεκτῶν ῥημάτων ἀκούσωμεν.

« Εἶπεν ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· Ταῦτα
ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. » Τὴν ὑπὲρ
τῶν ἀνθρώπων οἰκονομίαν πληρῶν ὁ Σωτὴρ, καὶ
ἤδη πρὸς τὸ κεφάλαιον αὐτῆς ἱέμενος, ὅπερ ἦν ὁ

HOMILIA LVI.

Dicta est in festo S. Procopii (82). — *In illa verba : « Hæc mando vobis. »*

Sæpenumero cytharœdus etiam quispiam per compita obambulans, et frequentem juvenum obiter coronam offendens chorda se vestigio intendit, et admoto plectro, contentaque voce occipit cantionem. Cum igitur et nos ad sacram hanc celebritatem per transitum convenerimus, ad diei festi splendorem sermonis hujus corollarium adjiciemus. Absurdum enim est eos qui fluxarum opum mercaturæ student, ita iis attentos esse, ut frequentem mercatum nullum prætereant, in quo non negotientur. Nos vero quibus doctrinæ tradendæ talentum commissum est, non illud apud vos optimos trapezitas in lucro ponere, ut per exercitium præceptorum depositum multiplicetur : cum præsertim frequentissimus conventus hic sit, et omnes audiendi avidissimi. Ipsa igitur prælecta verba divina audiamus [40] :

« Dixit Jesus discipulis suis : Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. » Cum ea, quæ humanæ salutis causa disposita erant, Salvator implesset, et jam ad imponendam iis summam, crucem scilicet,

[39] Matth. xxvii, 57. [40] Joan. xv, 12 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(81) *Diadema doctrinis.* Ex hoc epilogo duo sumi D
argumenta possunt : primum quod initio monui, hanc homiliam habitam Constantinopoli; præsente enim imperatore, cui bene precatur, quem laudat a morum probitate, a doctrina, habita esse videtur, atque is Constantinopoli residebat. Alterum tempore Basilii Macedonis, qui conditor templi S. Petri, ut ostendi etiam ex Joanne Curopalata, et quidem una cum filio Leone qui Sapientis cognomen obtinuit, imperantis; huic enim maxime conveniunt laudes doctrinæ et eloquentiæ. Fuit enim juris et totius philosophiæ scientissimus, quod testantur ejus opera, quæ numerata leges apud Leonclavium de jure Græco Rom. in Chronolog. præmissa operi ex Marquedo; et apud Baronium et alios. Imperium vero tenuisse per aliquot annos cum ipso Leone Basilium, qui eum coronatum voluit a S. Ignatio patriarcha in sedem Constantinopolitanam restituto anno Christi 870 Theophaniæ solemni die testatur, qui interfuit Anastasius Biblioth. et ex eo Baron. eodem anno. Sed de his plura in Procem. Isag. II.

(82) *S. Procopii.* Ejus idem festum celebrant Græci VIII Idus Jul.; atque ex solemnioribus fuisse quique observarentur, colligitur ex Balsam. in Photii *Nomoc.* tit. VII : Ἡ ἡ, ὅτι τὸν μεγαλομάρτυρα Προκόπιον ἑορτάζομεν. *Octava dies* (Julii feriata est) *quod in ea magnum martyrem Procopium celebramus.* De eo vide etiam Men. et Baron. in Notis ad Martyrol. et ejus certamina apud Surium ex Metaphraste relata tom. IV, dicta die.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et mortem accederet, discipulis mysterii ministris seorsim abductis extrema disponit (83), et ultimo dat sermone mandata. Tum enim, quæ ad Patrem attinent, et ad naturalem ab ipso sui generationem : **379** tum quæ ad cognatum Spiritum (84), quod processionem quidem habet à Patre (85), ab

A σταυρὸς, καὶ ὁ θάνατος, τοὺς ὑπηρέτας τοῦ μυστηρίου, καὶ μαθητὰς ἰδίᾳ παραλαβὼν διατίθεται τούτοις τὰ τελευταῖα, καὶ οἱονεὶ συνταχτήρια. Τάτε τοῦ Πατρὸς ἀνακαλύψας αὐτοῖς ὑψηλότερον, καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν γνησιότητα καὶ τὴν τοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ Πνεύματος, εἰς τὴν ἐκπόρευσιν μὲν ἔχει

Francisci Scorsi notæ.

(83) *Extrema disponit.* De voce συνταχτήριον, quæ hoc loco ponitur diximus ad hom. 6, not. 11.

(84) *Ad cognatum Spiritum.* Vocat hoc loco Spiritum sanctum hic Pater συγγενῆ, *cognatum*, quo vocabulo reddit eam vocem Billius, in Gregor. Nazianz. cujus locum jam conferemus, nimirum quod ab eodem Patre, principioque sit productus, a quo et Filius; utitur eo epitheto S. Gregor. Nazianz., ut jam dixi, orat. *de Nativ.* quæ est ordine 38 : Ὅψει καὶ καθαιρόμενον Ἰησοῦν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τὴν ἐμὴν κάθαρσιν, etc. Paucisque interjectis : Καὶ ὑπὸ B τοῦ συγγενοῦς Πνεύματος μαρτυρούμενον· *Et Jesum videbis in Jordane purgatione mea purgari et cognati Spiritus testimonio celebrari.* Et S. Sophronius archiep. Hierosol. in Epist. synod. recitata in synod. VI, act. 11, et approbata ab eadem synodo act. 13, in qua Epistola confessio fidei continetur : Πνεῦμα τούτοις παρέχει πανάγιον ὡς συγγενὲς αὐτῷ, καὶ ὁμόφυλον· *Spiritum sanctum eis impertit tanquam cognatum sibi, atque connaturalem.* Et in eadem Epist. : Τριάδα confitetur ὁμόουσιον, καὶ ὁμότιμον, καὶ ὁμόθρονον, συμφυᾶ, καὶ συγγενῆ· *Trinitatem consubstantialem, cohonorandamque, et coassessorem, connaturalem, atque cognatum.* Ita ibi vertit interpres ejus synod. S. Maximus in serm. ascetico *de Incarn. Verbi : Diabolus autem, qui sub exordium hominem decepit, ac ideo mortis nactus est potentiam, cum vidisset ipsum in baptismate testimonium a Patre accepisse, et sanctum Spiritum sibi cognatum, tanquam hominem de cœlo suscepisse.* Ita C ejus interpres. Græca autem S. Maximi non exstant, quæ viderim.

(85) *Quod processionem quidem habet a Patre*, etc. Innuit hoc loco Græcus hic Pater Græcorum sui temporis errorem de processione Spiritus sancti, diu multumque exagitatum inter Græcos et Latinos, ac demum in concilio Florentino damnatum. Ita qui post definitionem concilii hoc modo loqueretur, neque adderet *ex Filio*, hæresis esset suspectus; sed cum hic Pater quadringentos fere ante Florent. conc. annos scripserit, et quidem post exortum errorem qui a Photio pseudópatriarcha disseminari primum cœpit circa annum 860, tempore Nicolai papæ I, qui Magnus est dictus, sed antequam aperto schismate Græci a Latinis deficerent, quod cœpit ab anno 1054, sub imper. Constantino X, cognomento Iconomacho, et Michaele patriarcha Constant. Romæ sedente Leone IX, quod et cardin. Bellarm. et Didacus Ruiz societ. testantur locis infra citandis; hic igitur Theophanes inter hæc tempora interjectus, cum eo modo loquatur ut dicat Spiritum sanctum habere processionem a Patre, ab utroque vero, ut æqualem mitti, et infra, cum ita loquentem Christum inducit : *Spiritus quidem meus est, quia ego veritas sum, sed substantiam habet a Patre*, caute quidem legendum propter illas particulas adversativas, quibus videtur errorem rejicere, non tamen schismaticus, et multominus hæreticus est dicendus; non secundum quia dogma non erat adhuc declaratum, ac definitum; et sane aliqua propositio, quæ post definitionem concilii est erronea, vel hæretica, talis non est censenda pro tempore præcedente ipsam definitionem, ut docet Suarez noster, lib. I *De angelis*, cap. 3. Neque vero dicendum est primum; noster enim hic non modo non disputat contra opinionem Latinorum, quod Theophylactus, qui itidem scripsit post Photium, facit in cap. I Joan.; unde merito ut schismaticus a Bellarmino notatur in opere *Descript. Eccles.*; sed nullum habet verbum exclusivum, vel negativum expressæ processionis Spiritus sancti a Filio. Loquitur autem eo modo quo Græci illius temporis ante concilium Florent. et sane eodem modo atque Euthymius, qui tamen nusquam a Bellarm. schismaticus appellatur.

Sic autem loquitur Euthym. in cap. Joan. XV : *Vide autem, quod mittit eum quidem et Filius tanquam ejusdem cum Patre honoris, verum id a Patre, puta procedentem. Procedit itaque a Patre tanquam de ejus substantia, idco etiam omnia quæ Patris sunt novit, sicut et Filius.* Et profecto verissima est ejusdem eminentissimi scriptoris doctrina tradita in hac ipsa materia, lib. II *De Christo*, controv. 22 gener., cap. 28, ubi sic habet : *Est autem animadvertendum, non semper fuisse necessarium non credere non esse a Filio Spiritum sanctum; nam antequam oriretur et definiretur quæstio, satis erat credere Spiritum sanctum a Patre procedere, in quod includebatur etiam, quod procederet a Filio; nec erat opus quærere, an a Filio procederet, nec ne; non enim tenemur omnia scire, sed tamen tenemur nunquam positive asserere errores.* Ita Bellarm. ex quo contendo non esse ullo modo schismaticum nostrum hunc dicendum, cum eo modo a Græcis usurpato loquatur, et positive non asserat errorem. Sed quid ego longius excusationem hujus auctoris peto, cum in ipso decreto Eugenii IV, post concilium facto, Græci excusentur, et uniti fuisse cum Latinis dicantur, quamvis asserentes Spiritum sanctum a Patre procedere : Οἱ μὲν Γραικοὶ διισχυρίσαντο, ὅτι τοῦθ' ὅπερ λέγουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ προφέρουσι, ὥστε αὐτοὺς τὸν Υἱὸν ἀποκλείειν, ἀλλ' ἐπειδήπερ αὐτοῖς ἐδόκει, φασὶ, τοῖς Λατίνοις διαβεβαιοῦσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν, καὶ δύο πνεύσεων ἐκπορεύεσθαι· διὰ τοῦτο ἐφυλάξαντο λέγειν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· *Græci quidem asseruerunt, quod id, quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant Filium, sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum sanctum ex Patre, et Filio procedere, tanquam ex duobus principiis, et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod Spiritus sanctus a Patre procedat, et Filio.* Ita Eugenius IV. D Eamdem excusationem, sive explicationem affert Gregor. Protosyncellus in Apologia pro concilio Florent. adversus Epist. Marci Ephesini, ex qua hæc paucula habe· Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐ τὸ μόνον δηλοῖ, διότι ὁ Πατέρα λέγων καὶ Υἱὸν συνοεῖ. *Modus enim dicendi ex Patre non significat ex solo; nam qui Patrem dicit, simul quoque Filium intelligit*, etc. Quod confirmat ex Patribus Græcis multis, quos lege apud ipsum; quin ab eodem Gregor. orthodoxi appellantur ipsi Græci, qui hoc modo loquebantur; nimirum ut exponitur in notis ad eamdem Apologiam additis in eodem tom. *Concil. : Quia Græci, quod a Latinis duo credi ponerent principia, suspectam habebant unionem illorum; non quod Filium excluderent a principio Spiritus sancti, ut videre licet in definit. concilii Florent.* (eadem est atque decretum a nobis supra allatum) *quodque parati essent ab Ecclesia corrigi.* Ita eo loco. Et profecto in horum numero habendum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐκ τοῦ Πατρὸς, . στέλλοιτο δὲ παρ' ἀμφοτέρων, οἷα ὁμότιμον. Πάσῃ τε θεολογίᾳ κάλλιστα καταμεθύσας ·

A utroque vero utpote æqualis honore mitteretur, altiore doctrina revelat. Et cum de omni theologia

Francisci Scorsi notæ.

esse Theophanem hunc censeo, qui præter eum loquendi modum, quo videtur innuere errorem sæculi sui, nullum reliquit aliud in his homiliis schismatis Photiani vestigium; et alioqui etiam de Romana Ecclesia optime sentire videtur per multa loca quæ notavimus, ubi primatum Ecclesiæ S. Petro usquequaque tribuit, et illi, ejusque successoribus claves Ecclesiæ datas esse profitetur diserte hom. 55, *de SS. Apostolis*. Si quid igitur errat eo modo loquendi, materialiter errat, ut scholastico utar verbo, et sicuti in hoc excusandus cum cæteroquin pius sit, et pietatem in his sermonibus magnam præ se ferat, ita laudandus mihi videtur, quod nullum verbum adversus Latinorum rectam opinionem faciat, neque iis se admisceat quæstionibus antequam essent decisæ, quod saltem præstandum a Græcis fuisse docuit supra Bellarm. quodque alii ex ipsis peccaverunt, ut ibidem dixi; sed solum populum suum doceat, et explicet simpliciter illud Joan, xv : *Spiritus qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me*. Et vero sicuti ex his verbis Christi non excluditur Filius, tum quia nulla in illis est exclusio, nulla negatio, tum ob alias multas, verissimasque rationes, quibus eum locum catholici omnes Patres et interpretes intelligunt; ita sane cum hunc locum simpliciter, ut dixi, explicet hic Pater, et solum dicat id, quod est verum, Spiritum sanctum a Patre procedere, taceat illud, quod est implicitum, nec exprimitur, hoc est etiam procedere a Filio, non arguendus est ut schismaticus, nec aperte adversari orthodoxæ sententiæ. Dixi, non aperte adversari, quia propter particulas illas adversativas, ut supra etiam tetigi, videri possit esse contrarius. Sed in horum explicationem jam data janua ingrediar, et sensum rectum, quo ea verba sunt accipienda explicare conabor, ne et Catholici ea legentes offendantur, et Græculi isti hujus temporis hæretici ea in erroris sui defensionem arripiant. Et quidem incipiam a secundo loco hujus homiliæ, atque ex eo ad primum viam mihi præmuniam. Auctor hic igitur explicaturus paraphrastice, ut solet, illa verba Christi Joan. cap. xv : *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me*, ita loquentem ipsum Christum inducit : *Quanquam Spiritus meus est, quia ego veritas sum; sed substantiam habet a Patre*, quibus verbis quatenus fatetur Spiritum sanctum esse Spiritum Christi, quia Christus est veritas, quod sine dubio secundum divinitatem intelligitur, nobis favet; fatetur enim etiam Spiritum sanctum a Filio procedere. Hi enim modi loquendi quibus possessio significatur, ostendunt in divinis personis relationem unius ad aliam, quod fuse probat Didacus Ruiz. soc. nostræ eruditissimus theologus, et in Scripturis et Conciliis et Patribus exercitatissimus, disp. 67, ar. 2, in p. I D. Thom. Sicuti enim cum Pater dicit : *Hic est Filius meus*, a se illum processisse per generationem significat : ita cum dicat Christus : *Spiritus meus est*, a se procedere illum suo modo significat. Et quidem plerique sancti Patres Latini, Græcique ex illis sacræ Scripturæ locis, in quibus dicitur Spiritus sanctus, Spiritus Filii, Spiritus Christi, Spiritus veritatis, probant illum a Filio procedere. S. Cyrillus Epist. ad Nestorium, quæ exstat non solum apud ipsum Cyrillum, epist. 10, sed etiam in Concil. Ephes. cap. 14, et a multis aliis conciliis generalibus probatur, ut sit auctoritatis eximiæ, hæc habet verba : *Spiritus veritatis nominatur; Christus autem Veritas est; sed et perinde ab illo, atque a Deo Patre procedit*. Idem etiam lib. XIII *Thes.*, cap. 3, ait : *Ostendens Christus Dominus Spiritum sanctum ex substantia Patris, et Filii esse : « Spiritum, inquit, veritatis, qui a Patre procedit. »* Itidem lib. VI *Dialog.* ex eo quod appellatur Spiritus veritatis, probat esse Filii proprium, sicut est proprius Patris. S. Epiphanius idem sensit cum frequenter ait, Spiritum Christi, et Spiritum Filii, quem alibi clarius explicat a Filio procedere. S. Augustin., tract. 99 *in Joan.*, hoc uno argumento probat Spiritum sanctum non solum a Patre procedere, sed etiam a Filio, quia quemadmodum Christus Dominus est Filius Patris, qui a Patre procedit, sic etiam Spiritus sanctus est Spiritus Patris, quia procedit a Patre, quemadmodum Matth. x dicitur : *Spiritus Patris vestri, qui loquitur in nobis*. Et Joan. xv : B *Spiritum veritatis, qui a Patre procedit;* ergo pari ratione vocabitur Spiritus Filii, et Spiritus Christi, quoniam procedit a Filio, et in quantum procedit, habet relationem passivæ spirationis a Filio : *Nimirum iste modus loquendi per genitivum* (sunt verba Ruiz paulo supra relati), *inter personas divinas semper significant relationem procedentis, aut producentis, ut vidimus disp.* IX. Beda in Collect. ex August. super Epist. Pauli, ad locum illum Galat. IV : *Misit Deus Spiritum Filii sui*, adducit prolixam disputationem Augustini, qua probatur Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere. Plura loca tum Cyrilli, tum aliorum Patrum leges relata a Didaco Ruiz, loco cit., disp. 66, art. 2, maxime ubi quarto loco contra adversarios ea testimonia congerit, in quibus Spiritus sanctus appellatur Spiritus Filii, et Spiritus veritatis; et a Bellar. controv. 2 Gen., lib. II *De Christo*, ubi hoc idem argumentum ex his locis, et loquendi modis urget, et confirmat aliis locis. Idem C argumentum magis scholastice premunt S. Thomas IV *Contra gentes*, cap. 24, et S. Anselmus Epist. de process. Spiritus sancti.

Hæc nos pauca, et quidem ex his excerpta scriptoribus, ad rem nostram huc contulimus, ut ostenderemus ex eo quod dicatur Spiritus sanctus, Spiritus Christi, quomodo hic Theophanes loquitur, recte colligi ipsum admittere processionem Spiritus sancti a Filio. Atqui, inquiet Græcus quispiam schismaticus, sequentibus verbis destruitur hæc ratiocinatio, cum addat : « Sed habet a Patre substantiam, » quasi dicat : Quanquam possit vocari Spiritus meus, quia ego veritas sum, attamen a me non habet, sed a Patre substantiam. Non hoc dicit, neque etiam sentit Thophanes, quantum ego illius sensum auguror, et fortasse quivis eadem conjectura augurabitur, si totum Theophanis locum, et contextum observabit, quo solum contendit auctor ostendere, et docere maxime adversus Macedonium et D Eunomium, contra quos expresse aliis locis pro divinitate Spiritus sancti tuenda disputat. Contendit igitur hic Spiritum sanctum, cum mitti dicitur a Filio, non esse eam missionem, quasi servi, et minoris personæ putandam; adeoque *Christus*, ait Theophanes, *ad explicandum substantiæ modum sermonem confert, dicendo : Quanquam Spiritus meus est, quia ego veritas sum, sed substantiam habet a Patre;* perinde ac si diceret : Non ita est Spiritus meus, et a me productus, ut aliunde, vel ab alio principio substantiam habeat, quam ab eo, a quo ego habeo, nimirum a Patre : non est spiritus adventitius, aut expers divinæ naturæ; non creatura a me facta, ut impie blateravit Macedonius, ejusque hæreseos alii; quæ mens Theophanis magis apparet et confirmatur ex sequentibus proxime verbis : Ἐκ μιᾶ; γὰρ πηγῆς τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας τὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ Υἱὸς παρηλλαγμένῳ γε μὲν τρόπῳ, etc. : *Ex uno siquidem fonte essentiæ Patris Spiritus, et Filius; sed enim diverso modo procedunt.* Solum igitur as-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illos optime imbuisset, deinceps ea prædicit quæ ab impiis hominibus essent illis eventura. Interim vero, ut eos charitate, quæ virtutes perficiendi vim habet, reddat inter se conjunctissimos : « Hæc, inquit, mando vobis ut diligatis invicem. » Eumdem sermonem identidem iterat, non molestia ut illos afficiat, sed uti assidua commonitione eos confirmet magis, et charitatis vinculo, quod uniendi vim habet, in unum astringat. Illud vero quis-

A αὐτοὺς, προαναφωνεῖ λοιπὸν, καὶ τὰ μέλλοντα τούτοις συμβαίνειν ὑπὸ τῶν θεομισῶν. Τέως γε μὴν τῇ τελειωτικῇ τῶν ἀρετῶν ἀγάπῃ ἑνοποιῶν αὐτοὺς, ταῦτά φησιν, « Ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. » Τὸν αὐτὸν λόγον ἀνακυκλοῖ συνεχῶς, οὐκ ἐρεσχελῶν, ἀλλὰ τῇ συνεχεῖ ἀναμνήσει βεβαιοτέρους αὐτοὺς καθιστῶν, καὶ τῷ τῆς ἀγάπης ἑνωτικῷ συνδέσμῳ, εἰς ἓν συνάγων αὐτούς. Ἐκεῖνο δέ τις εἰκότως ἐξετάσει φιλοπευστῶν, πῶς τὴν εἰς ἀλλήλους

Francisci Scorsi notæ.

serit idem esse unumque principium Filii, et Spiritus sancti, atque adeo excludit plura principia his verbis, quod hæretici dicebant : non excludit autem Filium a spiratione activa Spiritus sancti, quod adversarii nostri vellent ex hoc loco deducere. Atque hæc sane explicandi, et excusandi Theophanis nostri ratio non videbitur nova et gratuita, atque ex nostro Marte solum petita, si quis adverterit eadem ratione excusari et explicari S. Joannem Damascen. a Bellarm. loco cit. et a Gennadio et Bessarione. Cum enim ille dixisset lib. 1 *De fide*, cap. 11, Spiritum non dici ex Filio, sed per Filium : *Non negasse*, inquit Bellarm., *Spiritum sanctum procedere ex Filio, quod ad rem attinet, cum dixerit Spiritum esse imaginem Filii, et per Filium esse, sed existimasse tutius dici per Filium, quam ex Filio, quantum ad modum loquendi propter hæresim Macedonii et Eunomii qui ex Filio tanquam primaria causa, imo etiam sola causa procedere dicebat Spiritum sanctum.* Hæc Bellarm. ; quæ itidem excusatio videtur accommodari posse huic loco secundo hujus homiliæ. Et primum etiam locum eodem modo explicandum ; ibi enim hic Pater solum veluti quodam exordio proponit, quæ dicat Christus in eo Evangelio quod lectum erat eo die S. Procopii, quo hic habitus sermo, quæque ipse explicaturus esset in sequentibus, adeoque cum solum ibi proponat, hic explicet, ea propositio trahenda ad hanc explicationem. Quod si etiam aliam explicandi viam quis inire velit utrique loco communem, aperietur etiam et quidem idonea : cum enim ait, Spiritum a Patre habere substantiam, quod idem est ac procedere, neque aliud addat, quod limitet, ut supra dixi, et excludat Filium, recte intelliges ipsum dicere habere a Patre substantiam, tanquam a primo principio, et origine, ac fonte divinitatis, quodque ab alio principio originem non trahat. Filius enim est quidem principium Spiritus sancti, et unum cum Patre principium conflat, sed tamen ipse habet suam a Patre originem per generationem, adeoque cum Pater absolute dicitur Spiritus sancti principium, ita est intelligendum, ut sit primum principium, ut dixi, atque hæc est communis explicatio eorum verborum Joan. xv : *Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.* Voluit enim ibi Christus processionem Spiritus Patri tribuere, ut primæ origini, a quo etiam ipse procedit ; cæterum non se ipsum excludit : sed intelligit, quia omnia, quæ habet Pater, sunt Filii præter ἀγεννησίαν, hoc est *innascibilitatem*, ut loquitur S. Damascenus, et scholastici communiter. Atque adeo hoc etiam habet commune cum Patre, ut sit principium spirativum Spiritus sancti.

Ita S. Cyrillus Alex. in *Anath.* tom. V Concil. ult. edit. : *Unigenitum Dei Verbum homo factum est ; mansit tamen Deus, omnia præter solam paternitatem cum Patre æqualia, et communia habens, unde Spiritum sanctum, qui ex ipso est, ipsique essentialiter inest, tanquam proprium peculium possidens divinæ potentiæ signa operabatur.* Hæc Cyrillus. Vide Bellarm. loco cit. qui hoc ipso modo prorsus explicat locum S. Basilii, quem adversarii pro suo adducunt errore. *Non obstat*, inquit, *quod Basilius dicat Spiritum ex Patre subsistere, id enim tribuit Patri, tanquam principali auctori, sicut ipse Dominus dixit : « Qui ex Patre procedit. »* Eamdemque explicationem affert ad illum locum S. Dionysius *De divin. nomin.* cap. 2, ubi ait : *Solus fons supersubstantialis Deitatis est Pater.* Respondet, inquam, id esse verum : quia Pater non habet aliunde principium. Ita enim Ruitz citatus initio explicat et hunc S. Dionysii, et alios locos et similes dicendi modos S. Athanasii orat. contra gregales Sabell., ubi *Patrem solum esse fontem deitatis*, ibidemque e se *radicem, et fontem Filii, et Spiritus* ; et orat. 5, *contra Arian.* ubi Patrem esse unum principium deitatis, non duo ; et Gregor. Nazianz. orat. 13, quæ est de pace ubi Patrem appellat *Deitatis principium*, et rursum, *auctorem esse divinitatis, quæ in Filio et Spiritu sancto consideratur.* Hæc, inquam, et similia loca ita sunt intelligenda, ut Pater sit primus et principalis auctor deitatis quæ est in Filio et Spiritu sancto : quin ex hoc modo loquendi Patrum asserit idem Ruitz, Patrem esse Divinitatis totius principium, et fontem absolute pronuntiari posse absque ullo scrupulo ; nec esse ulla nota, vel reprehensione dignum theologum, qui hoc etiam tempore ita loquatur. Quod fundamentum hujus assertionis et longiorem disputationem, vide apud ipsum. Nobis satis sit hinc deducere tantum abesse ut sit trahendus noster ad adversariorum errorem, ut etiam sit recte et sine scrupulo explicandus pro catholica veritate ; quando quidem ii etiam, qui vocabulum *solus* apposuerunt, cum de Patre loquerentur, ut principio Filii et Spiritus sancti, recte explicantur et intelliguntur. Plura ad hanc rem possem aggerere, sed hæc satis ad explicandum, vel excusandum nostrum. Cæterum si cui non satis persuasum sit de sensu eorum verborum nostri Theophanis, quem hactenus explicavi, confugiat iterum licet ad eam defensionem, quam initio prætuli, eamdemque prorsus, quam Jodocus Clicthoveus Commentator Damasceni suo tribuit Damasceno his verbis : *Neque tamen idcirco erroris notam auctori impingere fas est, quod more Græcorum senserit Spiritum sanctum per Filium, non autem ex Filio procedere ; sed pro temporis conditione humanam excusare ignorantiam, ut qui tempus, quo Spiritus sancti processionem ex Patre Filioque credendam Ecclesia catholica expresse determinavit, antecesserit. In iis autem, quæ necdum publico decreto definita sunt, antequam aperte determinentur, diverso interdum modo sentire comperiuntur probati auctores.* Ita Clicthov. pro Damasceno. Itidemque pro nostro affero, qui tamen quanquam non dicat ullo loco ut Damascen. *per Filium* procedere Spiritum sanctum, qui modus loquendi jam declaratus est idem esse ac *ex Filio* ut ex Concil. Florent. et disput. ibi positis Bessar. Genn. Greg. Protosyncelli apparet, et ex Bellar. sup. ostendimus ; quanquam igitur hoc non asserat Theophanes, sed dicat a Patre procedere, non tamen expresse excludit ex Filio, quod Damascenus fecit eo sensu, et modo jam explicato.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἀγάπην ἐντολὴν καινὴν εἵρηκε, δευτέραν αὐτὴν τάξαντος μετὰ τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην εὐθύς. Εἰπὼν γάρ· « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, » ἐπάγεται· « Καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. » Φαμὲν οὖν, ὡς ὁ μὲν νόμος στοιχειωτικὸς ὢν, καὶ μὴ ἔχων τὸ τελειοῦν, μέχρι τούτου τὸ τῆς ἀγάπης κάλλιστον χρῆμα νομοθετεῖ, εἰς ὅσον τις ἑαυτὸν ἀγαπᾷ· ὁ δὲ Σωτὴρ ἑαυτὸν ὑπόδειγμα τίθησι. Φησὶ γάρ, « Ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς. » Πῶς δὲ οὗτος ἠγάπησεν ἡμᾶς; Ἐχθροὺς ὄντας, καὶ λειποτάκτας, καὶ αὐτομόλους ἑαυτοὺς τῷ τυράννῳ ἀπεμπολήσαντας, δέδωκε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ τέθυκε τὸ μέγα ὄντως αἷμα, καὶ περιδόητον, καὶ τοῦ τυράννου ἐξείλατο. Καὶ γοῦν ἔλεγεν αὐτοῖς· « Μείζονα ταύτης τῆς ἀγάπης οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. » Ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν νόμος, ὡς ἑαυτὸν ἀγαπᾷν τὸν πλησίον παρακελεύεται, καὶ θανατοῦν, εἰκότως ὠνόμασεν αὐτὴν καινὴν ἐντολήν. « Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν. » Ἐπειδὴ παραπλέκειν ἐβούλετο τῷ λόγῳ καὶ ὅσα οἱ μαθηταὶ πείσεσθαι ἔμελλον, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ὀλίψεις, τὸ μῖσος, τὸν διωγμόν. Ἦν γὰρ ἐπάναγκες ταῦτα προειδέναι αὐτοὺς, ὡς ἂν ταῖς Δεσποτικαῖς προρρήσεσιν ἐπερειδόμενοι, ἀκράδαντοι μένειεν τοῖς πειρασμοῖς, καὶ πάσχοντες κουφότερον φέροιεν τῆς προγνώσεως τοῦ παθεῖν τὴν ἐκ τοῦ φόβου δειλίαν ἐπαμβλυνούσης. Διὰ τοῦτο τὰ ἑαυτοῦ αὐτοῖς παρατίθησιν. Οἶδε γὰρ ἐρεθίζειν πρὸς μίμησιν τὸ τῶν κρειττόνων ὑπόδειγμα. Φησὶν οὖν, ὅτι Οὐ χρὴ λυπεῖσθαι, εἰ τοσούτοις ἀνιαροῖς προσπολαίσητε. Εἰ γὰρ ἐμοῦ τοῦ Δεσπότου οὐκ ἐφείσαντο, ποίαν εἰς ὑμᾶς φειδὼ ἐπιδείξονται; Εἰ τοσαῦτα πρὸς τὸν διδάσκαλον ἐπεπαρῳνήκεισαν, τί οὐκ ἂν πρὸς τοὺς μαθητὰς διαπράξαιντο; Ἐπειδὴ γὰρ ὑμᾶς ἐκ τῶν πονηρῶν συναγήγερκα, ἀκολούθως ὑμᾶς οἱ πονηροὶ μεμισήκασιν. Ἀλλ' ἐνταῦθα γενομένῳ, κάλλιστόν τι μοι δοκεῖ διελεῖν τοῦ κόσμου τὰ σημαινόμενα. Ὁμώνυμον γάρ τι ἡ κόσμος φωνὴ, πολλαχῶς λαμβανόμενον· αὐτῆς δὴ πρότερον ἐπιμνησθῶμεν τῆς λέξεως.

piam discendi cupidus merito exquirat, qua ratione mutuam charitatem novum dixerit esse præceptum, cum jam illud post dilectionem in Deum secundo statim loco statuisset. Ubi enim dixisset : « Diliges Dominum Deum tuum, » subjicit statim : « Et proximum tuum sicut te ipsum [41]. » Dicimus igitur, quod cum lex esset elementaria, nec perficiendi vim contineret, charitatem rem præstantissimam eatenus lege præcepit, quatenus quis se ipsum diligeret; Salvator vero (86) semetipsum proponit exemplum; ait enim : « Ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos [42]. » Quo vero modo nos dilexit? Cum inimici, et desertores ordinis (87) essemus, nosque ipsos sponte tyranno vendidissemus, animam suam tradidit, et sanguinem illum (88) nobilissimum, magnique revera pretii in sacrificium obtulit, atque ita nos a tyranno liberavit, et ideo dixit illis : « Majorem hac charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis [43]. » Quoniam igitur lex quidem proximum, ut se ipsum, diligere unicuique præcipit, Evangelium vero (89) etiam mortem oppetere, jure ipsum novum præceptum vocat : « Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. » Quoniam adnectere sermoni volebat quot et quanta essent passuri discipuli, insidias, afflictationes, odium, insectationes; necesse siquidem erat ab illis hæc ante esse provisa, ut Domini prædictione suffulti in ipsis tentationibus firmi permanerent, et inter patiendum levius ea ferrent, quippe cum præscientia patiendi retundat ignaviam ex timore profectam : idcirco etiam quæ sibi erant eventura, sub oculos illis **380** ponit. Solet enim ad imitationem incitare majorum exemplum. Ait igitur : Non convenit mœrore vos affici, si cum tot molestiis conflictabimini. Si enim mihi Domino non pepercerunt, quam erga vos misericordiam ostendent? si tantopere debacchati sunt in magistrum, quæ in discipulos non perpetrabunt? quoniam enim vos ex malorum numero exemptos congregavi, consequenter improbi vos oderunt. Sed enim optimum factu mihi videtur hoc loco, si omnia, quæ significantur κόσμου vocabulo distinguam. Cum enim ambigua sit hæc vox κόσμος, multifariam accipitur. Sed prius lectionis ipsius reminiscamur :

[41] Matth. xxii, 37. [42] Joan. xiv, 35. [43] Joan. xv, 13.

Francisci Scorsi notæ.

(86) *Salvator vero.* Ὁ δὲ Σωτὴρ ἑαυτὸν ὑπόδειγμα τίθησι. Hæc refecta ex G. c., quæ deerant in Panorm. Esse vero necessaria nemo non videt; sequitur enim : Φησὶ γάρ· Ἵνα ἀγαπᾶτε.

(87) *Et desertores ordinis.* Λειποτάκται quid proprie, et unde vocabuli hujus origo, egimus ad hom. 7, not. 33.

(88) *Et sanguinem illum.* Vide locum insignem Gregor. Nazianz. quem etiam tractavit noster ad hom. 24, not. 55.

(89) *Evangelium vero*, etc. In utroque codice, quo usus sum in hac homilia traducenda, desunt absque dubio paucula verba ad sensum auctoris integrum omnino necessaria, sic enim utrobique scriptum est : Ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν νόμος ὡς ἑαυτὸν ἀγαπᾷν τὸν πλησίον παρακελεύεται, καὶ θανατᾷν εἰκότως, etc : *Quoniam igitur lex quidem proximum ut seipsum diligere præcipit, et more jure*, etc. ; ex quibus ita positis, quis non videt mancum, et abruptum esse sensum auctoris? qui cum evangelicam legem opponat antiquæ, aliquid tribuat necesse est alteri, quod altera non habebat, adeoque novum charitatis præceptum esse videatur quod ille prohandum proposuit. Quod igitur deesse videtur in Latina versione, expressi additis his duobus vocibus inter Παρακελεύεται et θανατᾷν *Evangelium vero etiam mortem oppetere ;* Græce fuisset addendum Εὐαγγέλιον δὲ καὶ θανατᾷν, sed malui asterisco notare defectum, quam aliquid ad Græcum textum assuere, qui ex Latino jam satis explicatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret : quia de mundo non estis, sed ego vos elegi de mundo, ideo mundus vos odit. » Mundus dicitur (90), quod ex cœlo, terraque, et his quæ in medio sunt interjecta, constitutum atque compactum est : juxta quam significationem Deum mundi fabricatorem vocamus. Κόσμος etiam pulchritudo ex partium proportione consurgens, et quidam ornatus, pro ut in Manassæ cantico decantatum est illud : « Qui fecisti cœlum et terram, cum omni ornatu eorum. » Mundus etiam dicitur populi multitudo; unde invisi Deo pontifices de Christo dicebant : *Ecce mundus totus post eum abit* [45]. » Est etiam quando et mundi malitia, et voluptatis illecebra, et ipsa rerum in materia concretarum colluvio mundus dicatur, unde mundanos appellamus eos qui his dediti vitam agunt. Κόσμος etiam dici aliquando posset aliquid his dictis oppositum, laboriosa scilicet virtutum exercitatio, quam Dominus in seipso perfectissime ostendit; dixit enim discipulis : « Exivi a Patre, et veni in mundum : iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem [46]; » hoc est, exinaniens me ipsum divinitate laboris experte, veni in hunc mundum, laboriosam videlicet vitæ per virtutem actæ rationem, ut viam vobis præirem, per quam ingredi-remini ad illam : nunc vero eam relinquens discedo. Et fortassis hoc erat quod ipsi Martha dicebat : « Tu es Christus Filius Dei, qui in hunc mundum venisti [47], » mundum scilicet virtutum insinuans. Videtur vere etiam de hoc mundo discipulis Salvator locutus : « In mundo pressuram habebitis [48]; » arcta enim est et angusta virtutis via [48]. **381** Hoc igitur modo ambiguitate distincta, et explicata intel-

« Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. » Κόσμος λέγεται τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημά τε καὶ σύγκριμα, καθ' ὃ δημιουργὸν τοῦ κόσμου φαμὲν τὸν Θεόν. Κόσμος καὶ ἡ τοῦ κάλλους ἁρμονία, καὶ διακόσμησις; κατὰ τὸ ὑμνούμενον ἐν τῇ ᾠδῇ Μανασσῇ· « Ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν. » Κόσμος καὶ ἡ τοῦ λαοῦ πληθύς· καὶ γοῦν ἔλεγον οἱ θεοστυγεῖς ἀρχιερεῖς περὶ τοῦ Χριστοῦ· « Ἴδε ὁ κόσμος ἀπῆλθεν ὀπίσω αὐτοῦ. » Ἔστι δ' ὅτε καὶ ἡ κοσμικὴ κακία, καὶ ἡ δελεάζουσα ἡδονὴ, καὶ ἡ πρὸς τὴν ὕλην ἀνάφυρσις, καθ' ὃ τοὺς ἐν αὐτοῖς βιοῦντας, κοσμικοὺς ὀνομάζομεν. Λέγοιτο δ' ἂν ποτε κόσμος, καὶ ἡ ἐξ ἐναντίου τούτων ἐπίπονος ἐργασία τῶν ἀρετῶν, ἣν ὁ Κύριος δι' ἑαυτοῦ τελεώτερον ἔδειξεν. Ἔλεγε γοῦν τοῖς μαθηταῖς· « Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα, » τουτέστι κενώσας ἐμαυτὸν τῆς ἀμόχθου θεότητος, ἦλθον εἰς τὸν ἐπίπονον κόσμον, τῆς ἐναρέτου πολιτείας, ὁδὸς ὑμῖν γενέσθαι τῆς εἰς αὐτὴν εἰσελεύσεως· νῦν δ' ἄπειμι ταύτην ἀφείς· καὶ τάχα τοῦτ' ἦν, ὅπερ ἡ Μάρθα εἶπεν αὐτῷ· « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐλθών, » τὸν κόσμον ἐμφαίνουσα τῶν ἀρετῶν. Δοκεῖ δὲ καὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ περὶ τοιούτου κόσμου λαλεῖν. « Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε· » τεθλιμμένη γὰρ, καὶ στενὴ ἡ τῆς ἀρετῆς ὁδός. Οὕτω γοῦν τῆς ὁμωνυμίας διαιρεθείσης, προσήκει νοεῖν ὡς ὁ Σωτὴρ ἐνταῦθα κόσμον ἐκάλεσε τὴν κοσμικὴν τύρβην, καὶ κακίαν, καὶ τοὺς ταύτην ἠνησκημένους φαύλους, καὶ πονηρούς. « Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ

[45] Joan. XII, 19. [46] Joan. XVI, 20. [47] Joan. XI, 28. [48] Joan. XVI, 33. [48] Matth. VII, 14.

Francisci Scorsi notæ.

(90) *Mundus dicitur.* Omnes significatus quos in Græca voce κόσμος inesse tradit hic auctor, convenire possunt etiam voci Latinæ respondenti, *mundus*, dempta postrema. Primam omnes sciunt, qui Latine sciunt. Cic. *De nat. deor.* lib. II : *Principio ipse mundus deorum hominumque causa factus est, quæcunque in eo sunt, et parata ad fructum hominum, et inventa sunt.* Missos facio poetas qui ea voce sæpius, et obvii sunt pueris. Plinius de utraque, cap. 4, lib. II *Hist. nat.* : *Quem* κόσμον *Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum et nos a perfecta, absolutaque elegantia, mundum.* Ita Plinius ; ex quo vides, qua ratione mundus appelletur machina universi. Secunda significatio τοῦ κόσμου, qua pulchritudinem, ornatumve signat, allucet in voce Latina *mundus* cum *mundus muliebris*, satis Latine pro ornatu usurpatur. Liv. lib. II *De bello Maced.* : *Non aurum modo iis, sed postremo quoque vestem, mundumque omnem muliebrem ademit.* Accius :

Cum virginali mundo clam pater.

Atque hæ duæ significationes apud veteres latinitatis auctores sunt in usu, reliquæ duæ postremæ apud ecclesiasticos. Nam quæ in mundo versantur, et potius ad ethesim, quam ad physicam spectantia continentur. SS. Patres Græci τὸν κόσμον, Latini *mundum* dicunt ; ejusque in sacris Litteris non infrequens usus exempla sunt obvia. Quartam denique significationem huic penultimæ contrariam, qua non voluptates et commoda hujus vitæ *mundi* nomine significantur, sed labores potius, et molestiæ in virtutum exercitatione susceptæ apud Latinos Patres nondum reperi. Occurrit vero legenti mihi S. Maximi Centurias ; nam Œcon. cent. IV, cap. 70, ita distinguit hanc significationem ex illo loco Joan. I : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Certe non omnis homo qui venit in hunc mundum illuminatur a verbo ; plures enim manent non illuminati, et lumine cognitionis carentes ; sed omnis procul dubio homo, qui propria voluntate motus pergit in verum mundum virtutum. Omnis enim, qui a nativitate spontanea pulsus in veritate venit in hujus generis mundum, a verbo sane illuminatur, accipiens habitum virtutis immotum, et cognitionis veræ scientiam peccato immunem.* Ita S. Maximus ex versione Joannis Pici. Nam Græca nondum exstiterunt. Hic igitur S. Maximus vocem κόσμον, quam sine dubio posuit eo loco, ut ex Latino mundus, et tota sententia planum est, in tertio significatu ex dictis primum accepit, quatenus signat homines in mundo contentos ; at vero secundo loco in postremo quatenus eos qui in hac vita, virtutis ergo se exercent et macerant. Atque ex hac nota multos alios harum homiliarum locos percipies, quorum explanationem ad hanc remisi.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἴδιον ἐφίλει. » Ὅρα πῶς αὐτοῖς λελῃθότως πλέκει τὸν ἔπαινον. Ἐπειδὴ γὰρ ἔδει παραμυθήσασθαι διὰ τὰ μέλλοντα τούτοις συμβήσεσθαι, μέρος δὲ κράτιστον παραμυθίας ὁ ἔπαινος, τὸν λόγον κίρνησιν ἐξ ἀμφοῖν. Ὃ γοῦν λέγει, τοῦτό ἐστι σαφὴς ἔνδειξις τῆς ὑμῶν ἀρετῆς τὸ μισεῖσθαι ὑπὸ τῶν μισούντων αὐτήν. Εἰ γὰρ φιλεῖ ἕπεσθαι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, εὔδηλον, ὡς καὶ ὑμᾶς ἠγάπησαν οἱ ῥέκτορες τῶν κακῶν, εἴπερ ἦτε τῆς αὐτῶν φαυλότητος μιμηταί. Νῦν δ' οὕτως ἀπεναντίως ἔχοντες πρὸς αὐτοὺς, ἀκολούθως μισήσουσι. Καὶ τὴν ἐξῆς δὲ ῥῆσιν τοῖς τῶν ἐπαίνων ἄνθεσι κατεποίκιλεν· ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν· « Ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, » τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους ὑπεροχὴν αὐτοῖς ὑπηνίξατο. Ὁ γὰρ ἐκλεγόμενος, τὸ κρεῖττον ἐκλέγεται· δῆλον οὖν ὡς εὐφυεστέρους, καὶ δεκτικοὺς τῶν καλῶν τῶν ἄλλων πάντων ὑμᾶς προετίμησα. Καὶ ἀποξύσας πᾶσαν κοσμικὴν πονηρίαν, μετήγαγον πρὸς τὴν ἐπαινουμένην ἀλλοίωσιν· διὰ τοῦτο μισοῦσιν ὑμᾶς οἱ κοσμικῇ συμπεφυρμένοι θολότητι.

A ligendus est Salvator hoc loco vocasse mundum, mundanas turbas, ac vitia, et in iis versantes homines nequam et improbos. « Si de mundo essetis, mundus quod suum erat, diligeret. » Adverte quomodo illorum laudem sensim attexat. Quoniam enim illis propter eventura mala consolationem adhiberi oportebat, ad consolandum autem laudatio valet, utrumque suo sermone complectitur. Hoc igitur est, quod dicit. Vestræ virtutis perspicuum est argumentum ab iis qui eam oderunt, odio vos haberi. Si enim simile simili copulari amat, amore vos profecto prosequerentur ii qui male agunt, si vos ipsos imitaremini, idque sequitur evidenter; nunc vero oppositum fit, ut quoniam contrario modo affecti estis, vos odio persequantur. Sequentem item ora-
B tionem floribus laudum aspergit; dicendo siquidem : « Ego vos elegi de mundo, » quod aliis ipsi præcellant, latenter insinuavit. Nam qui eligit, præstantius eligit; manifestum est igitur vos meliore naturæ habitu præditos, et ad bonum capiendum aptiores aliis a me fuisse præpositos : et omni mundi pravitate a vobis abstersa, ad laudabilem traduxi, et commutavi statum; ideoque vos oderunt, qui sunt mundana fæce commisti.

« Μνημονεύετε τοῦ λόγου, οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. » Εἰ ἐγὼ, φησὶ, Κύριος ὢν οὐκ ἠνῃνάμην ὑπὲρ δούλων, καὶ παρὰ δούλων τοσαῦτα παθεῖν, οὐ χρὴ ἀνιᾶσθαι δεσποτικῶν κοινωνοῦντας παθῶν. Καὶ γὰρ καὶ δοῦλος ἔστ' ἂν ᾖ δοῦλος, οὐκ ἔσται μείζονα αὐτοῦ τοῦ δεσπότου ἔχων τιμήν. Εἰ οὖν ἐμὲ ἐδίωξαν ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῖς τοῦ θανάτου βρόχοις περιβαλεῖν, ἑπομένως καὶ ὑμεῖς ὑπ' αὐτῶν διωχθήσεσθε. Κἂν οὖν κηρυττόντων ὑμῶν τὰ συμφέροντα, βύσωσι τὰς ἀκοὰς μὴ πειθόμενοι, ἐννοήσατε, ὡς οὐδὲ τὸν ἐμὸν λόγον ἐτήρησαν.

« Memento sermonis quem ego dixi vobis : Non est servus major domino suo. » Si ego, inquit, cum essem Dominus non recusavi, quominus et a servis et pro servis tot ac tanta perpeterer, non moleste ferre convenit servos, si Domini mala sint sibi communia. Etenim servum, quoad servus sit, majore quam Dominus honore haberi
C non licebit. Si igitur me persecuti sunt quærentes animam meam mortis excipere laqueis, consequenter etiam et vos insectabuntur. Et si igitur vobis utilia prædicantibus obstruent aures suas, neque credent, reputate, nec meum ab ipsis acceptum fuisse sermonem.

« Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πέμψαντά με. » Οὐ μέχρις ἐμοῦ, φησὶ, τούτοις ἡ ἄγνοια, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτὸν ἀγνοοῦσι τὸν Πατέρα, ὑφ' οὗ ἀπεστάλην, ὡς ὁμοούσιος. Τὸ δὲ « Διὰ τὸ ὄνομά μου » προσέθηκεν, ἐπειδὴ σχετικὸν τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱόν. Οὔτε γὰρ Πατὴρ ἄνευ Υἱοῦ, οὔτε Υἱὸς ἄνευ Πατρός. Ἐπεὶ οὖν ἀγνοοῦσι, φησὶ, τὸ ὄνομά μου, ὅτι Υἱός εἰμι, οὐδὲ τὸν πέμψαντά με Πατέρα ἴσασιν.

« Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, » quia nesciunt eum, qui misit me » Non in me, inquit, eorum finitur ignorantia, sed et Patrem ipsum ignorant, a quo ego ut consubstantialis missus sum. Illud autem : « Propter nomen meum, » ideo addidit, quod Patris nomen habitudinem habet ad Filium. Neque enim sine Filio Pater, neque **382** sine Patre Filius : Quoniam igitur, inquit, ignorant nomen meum, quod Filius sum,
D neque Patrem, qui me misit, norunt.

« Εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. « Οὐδεμία, φησὶ, τοῖς Ἰουδαίοις λέλειπται πρόφασις· πάντα γὰρ εὐηγγελισάμην αὐτοῖς τὰ ὀνήσιμα καὶ σωτηρίας ἐχόμενα, ὥστε περιῄρηται αὐτοῖς πᾶσα λαβή. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ Σωτῆρος διδασκαλία πάντων ἐξῄρητο, ἃ γὰρ ἔργοις ἐπλήρωσε, ταῦτα λόγοις ἐδίδαξε, διὰ τοῦτό φησιν· « Εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. » Τίνα δὲ τὰ ἔργα; Νεκροὶ ἐγειρόμενοι, τυφλοὶ ὀμματούμενοι, παράλυτοι ἁρμοζόμενοι, δαίμονες ἐλαυνόμενοι, κύματα πεζευόμενα, ποικίλα πάθη φυγαδευόμενα. Τοιούτων οὖν ἔργων Ἰουδαῖοι γενόμενοι θεαταὶ, ποίαν εὕρωσιν ἀπολογίας ὁδόν;

« Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent. » Nullus, inquit, Judæis relictus est excusandi locus. Omnia enim, quæ utilia, quæque conducerent ad salutem, illis enuntiavi, ita ut omnis illis ansa præcisa sit. Quoniam vero Salvatoris doctrina cæteris omnibus hoc præcelluit, quod ea quæ verbis docuit, factis implevit, ideo subdit : « Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. » Quæ vero opera? Mortui suscitati, cæci illuminati, leprosi mundati, paralytici consolidati, fugati dæmones, calcati fluctus, varia morborum genera depulsa. Cum igitur talium operum spectatores fuerint ipsi Judæi, quam excusationis reperient viam?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum A scriptus est, quia Odio habuerunt me gratis. » Legem vocat ipsa etiam prophetarum vaticinia, utpote legem sequentia. Ostendit igitur illorum odium etiam a prophetis provisum, prædictumque fuisse et finem nactam esse prophetiam.

« Cum vero venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ipse testimonium perhibebit de me. » Paracletus dicitur Spiritus sanctus, utpote qui per charismatum dona animas, quæ ipsa recipiunt, consoletur. Ut vero æqualem se cum Patre habere honorem ostendat, aliquando quidem dicit : « Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum mittet vobis [49] ; » nunc vero : « Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis. » Postea ne quis suspicaretur hanc missionem esse servilem, sermonem traducit ad explicandum substantiæ modum, et ait ; « Spiritum veritatis, qui a Patre procedit. » Quanquam enim, inquit, meus est Spiritus ; ego enim veritas sum : sed a Patre substantiam habet (91). Ex uno siquidem fonte essentiæ (92) Patris Spiritus et Filius ; sedenim diverso modo. Filius enim lumen de lumine resplendit per generationem ; Spiritus vero sanctus lumen quidem ipsum etiam ex lumine, sed per processionem. Sicut igitur radii solis (93) habitudinem ad invicem indiscretam habentes usque ad nos luminis donum transmittunt, neque a solis circulo separati, neque a se invicem **383** divisi : sic et Filius, et Spiritus sanctus geminus radius Patris a Patre procedit et illi unitus est, et ad nos usque ministrat veritatis lucem. Etenim indivisa est præstantiorum natura.

« Ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν, ὅτι Ἐμίσησάν με δωρεάν. » Νόμον ὀνομάζει καὶ αὐτὰ τὰ προφητικά, ὡς τῷ νόμῳ ἑπόμενα. Δείκνυσιν οὖν, ὅτι καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος προεῖδεν ὁ προφητικὸς λόγος, καὶ προκατήγγειλε, καὶ ἡ προφητεία πέρας ἐδέξατο.

« Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. » Παράκλητος λέγεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς παρακαλῶν διὰ τῆς δωρεᾶς τῶν χαρισμάτων τὰς ὑποδεχομένας ψυχάς. Ἐμφαίνων δὲ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ὁμότιμον, ποτὲ μέν φησιν · « Ἐγὼ παρακαλέσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον πέμψει ὑμῖν · » νῦν δέ, « Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν. » Εἶτα ἵνα μή τις ὑποτοπάσῃ δουλικὴν τοῦ Πνεύματος τὴν ἀποστολήν, ἀνάγει τὸν λόγον εἰς τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον, καί φησι · « Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. » Εἰ καὶ ἐμόν ἐστι τὸ Πνεῦμα, φησὶν, ἐγὼ γὰρ ἡ ἀλήθεια, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔσχε τὴν ὕπαρξιν. Ἐκ μιᾶς γὰρ πηγῆς τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας τὸ Πνεῦμα καὶ ὁ Υἱός, παρηλλαγμένῳ γε μὴν τῷ τρόπῳ · ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς φῶς ἐκ φωτὸς ἐξέλαμψε γεννητῶς · τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, φῶς μὲν ἐκ φωτὸς καὶ αὐτό, οὐ μὴν γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. Ὥσπερ οὖν αἱ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνες τὴν πρὸς ἀλλήλας σχέσιν ἀμέριστον ἔχουσαι, μέχρις ἡμῶν τὴν χάριν τοῦ φωτὸς ἀποστέλλουσιν, οὔτε τοῦ κύκλου χωριζόμεναι, οὔτε ἀλλήλων ἀποτεμνόμεναι, οὕτως ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ δίδυμος ἀκτὶς τοῦ Πατρὸς, ἐκ τοῦ Πατρὸς προέρχεται, καὶ τούτῳ συνήνωται, καὶ μέχρις ἡμῶν διακονεῖ τῆς ἀληθείας τὸ φῶς. Ἀμερὴς γάρ ἐστι τῶν κρειττόνων ἡ φύσις.

[49] Joan. xiv, 16.

Francisci Scorsi notæ.

(91) *Sed a Patre substantiam habet.* Hic locus, itidem ut alius in hac homilia superior caute legendus ; innuit enim errorem Græcorum de processione Spiritus sancti, et quo vero sensu sit interpretandus, jam explicui longius not. 4, ad illum locum hujus hom.

(92) *Fonte essentiæ.* Patres alios Græcos qui hac fontis metaphora usi, et Patrem appellavere fontem totius divinitatis in Filio et Spiritu sancto, retuli supra not. 3, cui consimile ad eamdem rem vocabulum *radix*, quæ illi conjungitur. Ita sanctus Dionysius cap. 11, *De divinis nom.*, Athan. orat. contra Gregor. Sabell., ubi Patrem vocat *radicem, et fontem Spiritus sancti* ; S. Basilius, *Contra Sabell.* hom. 58 : *Pater radix, et fons Filii, et Spiritus sancti* ; S. Damasc. lib. 1 *De fide*, cap. 11 et 15 : *Pater est fons et causa Filii, et Spiritus sancti.* Atque hæ loquendi rationes, quæ solum significant Patrem esse primum principium, a quo omnes personæ divinæ originem et processum habent, non excludunt Filium, quin ipse quoque sit unum cum Patre principium Spiritus sancti, qui ea de causa dici ur fons de fonte a S. Athanasio, quem refert Didacus Ruitz, tom. I, disp. 67, art. 2, quem vide ; ubi has appellationes posse etiam hodie a Theologo usurpari sine scrupulo docet ; jam enim usus conciliorum et Patrum, et scholasticorum explicuit catholicum earum propositionum sensum. Alia itidem refert dicta Patrum S. Thomas. Opusc. contra Græcorum errores, cap. 32.

(93) *Sicut igitur radii solis.* Similitudo ad verbum fere desumpta a Gregor. Nazianz., orat. 45, quæ est ad Evagrium monachum, *de divin.*, versus finem, ubi Ὥσπερ γὰρ αἱ τοῦ φωτὸς ἀκτῖνες ἀμέριστον ἔχουσαι κατὰ φύσιν τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν οὔτε τοῦ φωτὸς χωρίζονται, οὔτε ἀλλήλων ἀποτέμνονται, καὶ μέχρις ἡμῶν τὴν χάριν τοῦ φωτὸς ἀποστέλλουσι, τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡ δίδυμος τοῦ Πατρὸς ἀκτὶς μέχρις ἡμῶν διακονεῖται τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, καὶ τῷ Πατρὶ συνήνωται · *Ut enim lucis radii mutuam relationem natura individuam habentes, nec a luce disjunguntur, nec a se invicem discinduntur, lucisque beneficium ad nos usque trajiciunt : eodem modo Salvator quoque noster et Spiritus sanctus geminus ille Patris radius simul et ad nos usque veritatis lucem ministrant, et Patri uniti sunt.* Ita ex Billii versione similiter S. Damascenus : Ὥσπερ ἐκ τοῦ ἡλίου μὲν ἥτε ἀκτὶς, καὶ ἡ ἔλλαμψις (αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς ἀκτῖνος καὶ τῆς ἐλλάμψεως), διὰ δὲ τῆς ἀκτῖνος ἡ ἔλλαμψις ἡμῖν μεταδίδοται, καὶ αὐτή ἐστιν ἡ φωτίζουσα ἡμᾶς, καὶ μετεχομένη ὑφ' ἡμῶν · *Quemadmodum autem ex sole radius, et splendor (ipse enim fons est et radii et splendoris) ac per radium nobis splendor tribuitur, et ipse est, qui illuminat nos, et participatur a nobis.* Vide eumdem Gregor. Nazian. orat. 48 *de fide.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε· ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. » Ἄθρει δὴ ὅπως ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων σκυθρωπῶν, ἐπ' αὐτὸ κατήντησε τὸ κεφάλαιον εἰπών, ὅτι τεθνήξονται. Εἰ γὰρ ἀρχῆθεν προεῖπεν αὐτοῖς ὅτι ἀποκτανθήσεσθε, ἰλιγγίασαν ἂν φυσικῶς τῆς ψυχῆς ἀποστρεφομένης τὸν θάνατον. Νῦν δὲ ἀπὸ τῶν κουφοτέρων τὸν λόγον ἀρξάμενος, καὶ ἠρέμα τούτων ἐθίσας τοὺς λογισμούς, μετὰ ταῦτα ἐπάγει τὰ σκυθρωπότερα. Ἄνω μὲν γὰρ εἶπεν, ὅτι Μισηθήσεσθε, εἶτα καὶ Διωχθήσεσθε, τελευταῖον δὲ, ὅτι καὶ Ἀποκτανθήσεσθε. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι καὶ οἱ ἀποκτενοῦντες ὑμᾶς, οὐθ' ὡς φονεῖς, οὔθ' ὡς ἄδικοι λογισθήσονται. Ἦν γάρ τις ἴσως παραμυθία, καὶ τὸ δόξαι ἀναιτιάτως παθεῖν· τὸ δὲ καὶ ἀδίκως πάσχοντα, ὑπεύθυνον νομίζεσθαι λίαν ἀνιαρόν· καὶ μάλιστα θ' ὅτι λατρείαν ἡγοῦνται προσφέρειν τῷ Θεῷ τῶν ἁγίων οἱ φονευταί. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι ἐπεκδικοῦντες δῆθεν τὸν νόμον ὡς ὑβριζόμενον, τοὺς ἀποστόλους ἐδίωκον. Οὕτω κατέλευσαν Στέφανον· οὕτως ἀνεῖλον Ἰάκωβον, οὕτω Παύλῳ τὸν φόνον ἐξηρτύοντο. Ἕλληνες δὲ οἷά τινα θύματα τοὺς ἁγίους τοῖς εἰδώλοις κατέθυον, δοκοῦντες οὕτω λατρεύειν Θεῷ· ἀλλ' ἐνομίζοντο ταῦτα τοῖς ἁγίοις τρυφή. Τῇ γὰρ τῶν μελλόντων ἐλπίδι νευρούμενοι, καὶ τὴν ἄϊδιον ζωὴν φανταζόμενοι, ῥᾴστην ἡγοῦντο τὴν τοῦ μαρτυρίου ὁδόν. Καὶ γοῦν ἔλεγεν ὁ τούτων ἀλείπτης, καὶ ὁδηγός· « Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι δόξαν. »

Ταύτῃ τῇ μακαρίᾳ ἐλπίδι τῆς ψυχῆς τὴν βάσιν ἐδρεύσας καὶ ὁ γενναῖος Προκόπιος, Διοκλητιανοῦ τὰς ἀπειλὰς καὶ Λουκίου τὰς βασάνους βέλος νηπίων ἡγήσατο. Καὶ εἰ βούλεσθε, τῇ ἀφηγήσει τῶν ἀθλητικῶν αὐτοῦ πόνων τὴν παροῦσαν διδασκαλίαν ἐπισφραγίσωμεν. Οὗτος ὁ μέγας τοῦ Χριστοῦ ἀθλητής, πατρίδα ἔσχε τὴν ἁγίαν πόλιν Ἱερουσαλήμ. Ὁ δὲ γεννήσας αὐτὸν πατήρ, εὐσεβὴς ἦν καὶ φιλάρετος, καὶ Χριστοφόρος ἐκαλεῖτο. Ἡ μέντοι μήτηρ εἰδωλικῇ πλάνῃ κάτοχος ἦν, λίθοις καὶ ξύλοις ὡς θεοῖς προσανέχουσα. Ἐκ τούτων οὖν γεννηθεὶς, καὶ κατὰ τὸ σέβας οὐραγῶν τῇ μητρὶ ἤδη τοῦ φύντος πρὸς τὴν ἐκεῖθεν λῆξιν ἀπάραντος, ὑπὸ τῆς μητρὸς πρὸς βασιλέα εἰσάγεται, καὶ δοὺξ Αἰγύπτου χειροτονεῖται, καὶ αὐγουστάλιος, καὶ τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμὸν ἐμπιστεύεται. Ἀλλ' οὐκ εἴασεν ὁ Θεὸς γνώμην ἀγαθὴν δυσσεβεῖ θρησκείᾳ ῥυπαίνεσθαι, οὐδὲ ψυχὴν οὕτω καλὴν Χριστιανοῖς γενέσθαι πολέμιον, ἀλλ' ὥσπερ Παῦλον πρότερον ἐφ' ὁμοίᾳ γνώμῃ ὁρμῶντα εἰς Δαμασκὸν, οὕτω καὶ τοῦ-

A « Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini: absque synagogis facient vos: sed venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. » Vide ut a minoribus exorsus incommodis ad summam ipsam malorum pervenerit dicens, fore ut moriantur. Si enim a principio illis occidendos fore dixisset, conturbati fuissent, cum naturaliter anima mortem aversetur. Nunc vero a levioribus sermone instituto, et pedetentim mentes eorum his audiendis assuefaciens, postea illa terribiliora subjungit. Primo enim eos odio habendos, deinde persequendos, postremo occidendos dixit. Tum etiam quod est summum adjunxit, eos qui ipsos interfecissent, neque homicidas, neque injustos fore judicandos. Futurum quippe solatio fortasse fuerat, si innocenter pati existimarentur. At vero contra justitiam illa perpeti, et tamen obnoxios reputari, molestissimum est; et maxime cum obsequium præstare Deo censerentur, qui sanctos interfecissent. Judæi enim, quasi jus legis violatum ulciscentes, apostolos persecuti sunt; sic enim lapidaverunt Stephanum; sic peremerunt Jacobum, sic Paulo mortem machinati fuerunt. Gentes vero veluti victimas quasdam idolis immolabant sanctos; atque ita cultum se Deo exhibere arbitrabantur. Sed enim illa sanctis in deliciis erant. Futurorum enim bonorum spe confirmati, et vitam æternam animo versantes, facilem ad martyrium viam habebant. Unde dicebat aliptes (94) et dux eorum Paulus: « Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis [89]. »

B

C

In hac beata spe firmans animæ vestigia generosus ille Procopius, Diocletiani minas, et Lucii tormenta infantium tela reputabat. Quod si libitum vobis est, laboriosorum ejus certaminum narratione præsentem sermonem obsignemus. Magnus hic athleta Christi patriam habuit (95) sanctam Hierosolymæ civitatem; ejus genitor pius, et virtutis studiosus fuit, Christophorus appellatus. Mater vero (96) idololatriæ errore detenta, lapidibus, ac lignis, ut diis pertinaciter **384** addicta erat. Ex his igitur primogenitus cum matris, quod ad religionem attinet, sectam sequeretur, patre jam ad illius vitæ quietem translato, a matre obsequiis imperatoris addicitur, et dux Ægypti, et augustalis creatur, et Christianis insectandis præficitur. At non permisit Deus, mentem illam bonam impia superstitione fœdari, neque tam pulchram animam hostem fieri Christianis: sed uti jam Paulum eodem animo Damascum profectum, sic etiam et hunc conservat (97). Profectionem enim adornanti in Ægyptum

D

[89] Rom. VIII, 18.

Francisci Scorsi notæ.

(94) *Aliptes.* Unde sumpta metaphora vocet hic S. Paulum ἀλείπτην explicuimus alia occasione supra ad hom. 41, not. 62.

(95) *Patriam habuit.* Historiam S. Procopii, quam hic paucis perstringit hic Pater, habes ex Metaphr. apud Surium, tom. IV.

(96) *Mater vero,* etc. Nomen matris non exprimitur hic a Theophane, quod Theodosia fuit ex eodem Metaphr. quem modo citavimus.

(97) *Et hunc conservat.* Ζωγρεῖ habet Græcus de cujus etymo consule not. 89 ad hom. 38.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

terribilis oblata divinitus species est, quæ illum ad Dei cognitionem vocavit. Crucis quippe signum (98) omnem splendorem excedens vidit, et divina quadam voce Procopius appellatus est, profectum in vera religione (99) signante vocabulo. Igitur in Ægyptum instituto itinere omisso regreditur, et quod sibi apparuerat Crucis signum ex pretiosa materia affabrefacit, atque omnem pietatis partem amplectitur. Sed cum a propria matre delatus esset, sub præside Lucio comprehenditur, et cum multa cruciamenta subiisset, atque in his ad fortitudinem magis ipsis flagellis roboratus esset, inter ipsa tormenta animam Domino reddidit; et nunc inter angelorum choros exsultat, et præmia certaminum accipit.

A τον ζωγρεῖ. Στελλομένῳ γὰρ τὴν εἰς Αἴγυπτον φοβερὰ γέγονε θεοφάνεια καλοῦσα τοῦτον πρὸς τὴν θείαν ἐπίγνωσιν, καὶ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον ὑπὲρ πᾶσαν αἴγλην ὀπτάνεται, καὶ Προκόπιος ὑπὸ τῆς θείας φωνῆς ὀνομάζεται, τὴν εἰς τὴν εὐσέβειαν προκοπὴν σημαινούσης τῆς κλήσεως. Ἀφεὶς οὖν τὴν εἰς Αἴγυπτον φέρουσαν, παλιμπόρητος ἵσταται, καὶ τὸ φανὲν τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐκ τῆς τιμιωτέρας ὕλης ποιεῖ, καὶ ὅλην ἐγκολπίζεται τὴν εὐσέβειαν. Διαβληθεὶς δὲ παρὰ τῆς ἰδίας μητρὸς, ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος Λουκίου συλλαμβάνεται· καὶ πολλαῖς βασάνοις προσωμιληκὼς, καὶ ταύταις πρὸς ἀνδρείαν ἐπὶ πλέον μάστιξι στομωθεὶς, ἐν αὐταῖς ταῖς βασάνοις τῷ Δεσπότῃ παρέθετο τὴν ψυχὴν, καὶ νῦν ἀγγέλων χορείαις ἀγάλλεται, τῶν ἄθλων τὰς ἀντιδόσεις δεχόμενος.

Quotquot igitur et martyrum, et virtutum studiosi sumus, hujus fortitudinem martyris æmulemur; tolerantiam imitemur, et vitam nostram cum ratione vivendi, quam athleta tenuit, conformari studeamus. Et nos enim etiam patriam habemus. Jerusalem illam intelligibilem, paradisum illum deliciarum, ex quo miserabiliter ejecti fuimus. Pater vero noster exstitit Dei præceptum, spiritualis illa lex vere Christophorus, quæ Christi in se præcepta ferebat. Sensus vero (1) illecebra genitrix nostra quæ nos quodammodo genuit et nutrivit. Hunc igitur ab initio secuti sensilibus rebus impliciti sumus, easque materiæ affixas, ut idola in honore, ac pretio habentes, et per hæc cum mundi principe familiaritate conjuncti, et inhonestum honorem (2), et fluxam inde gloriam velut hæreditate consecuti et in improbitate velut in Ægyptum contendentes persecutores, hostesque virtutis exstitimus. Sed quæ in mundo Dei manifestatio facta est **385** per Unigeniti incarnationem ad pietatem nos ab hujusmodi errore deduxit, et per fidem a perversa via retraxit. Et quamvis sensus concupiscentia, mater nobis adversaria, negotium facessat, et apud Satanæ ministros criminetur, et tentationes alias super alias excitet, quas λύκος, id est, lupus ille sub Intelligentiam cadens, quasi λούκιος lucius admovet nobis. Si quidem corona donari cupimus, generose obsistemus, ut in virtute proficientes tanquam Procopii si-

B Ὅσοι γοῦν φιλομάρτυρες, καὶ φιλάρετοι, ζηλώσωμεν τοῦ μάρτυρος τὴν ἀνδρείαν· μιμησώμεθα τούτου τὴν καρτερίαν· παρεμφερῆ δείξωμεν τὸν ἑαυτῶν βίον τῇ πολιτείᾳ τοῦ ἀθλητοῦ. Καὶ ἡμεῖς γὰρ πατρίδος ἐσμὲν τῆς νοητῆς Ἱερουσαλὴμ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐξ ἧς ἐλεεινῶς ἀπῳκίσθημεν. Πατὴρ δὲ ἡμῶν γέγονεν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐντολὴ, ὁ πνευματικὸς νόμος, ὁ ἀληθῶς Χριστοφόρος, ὁ φέρων ἐν ἑαυτῷ τοῦ Χριστοῦ τὰ ἐντάλματα. Μήτηρ δὲ ἡμῶν ἡ αἴσθησις ἐξ αὐτῆς γενέσεως ἡμᾶς, οἷον τεκοῦσα, καὶ τιθηνήσασα. Ταύτῃ γοῦν ἀρχῆθεν ἀκολουθήσαντες τοῖς αἰσθητοῖς συνεφύρθημεν, ὡς εἰδώλα τὴν ὕλην τιμήσαντες, καὶ διὰ τούτης οἰκειωθέντες τῷ κοσμοκράτορι, ἄτιμον τιμὴν καὶ δόξαν ἐπίκαιρον κληρωσάμενοι, καὶ ὡς εἰς Αἴγυπτον πρὸς τὴν κακίαν στελλόμενοι, διῶκται τῆς ἀρετῆς, καὶ πολέμιοι χρηματίσαντες. Ἀλλ' ἡ γενομένη ἐν τῷ κόσμῳ ἐμφάνεια τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς, μετήγαγεν ἡμᾶς τῆς τοιαύτης πλάνης πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ ἀπέστρεψε τῆς πονηρᾶς ὁδοῦ διὰ πίστεως, κἂν ἡ πολεμία μήτηρ ἡ αἴσθησις ἐνοχλεῖ διαβάλλουσα ἡμᾶς πρὸς τοὺς ὑπηρέτας τοῦ Σατανᾶ, καὶ πειρασμοὺς ἡμῖν ἀλλεπαλλήλους ἐγείρουσα, οὓς ἡμῖν προξενεῖ ὁ νοητὸς λύκος, ὡς λούκιος. Εἰ γοῦν στεφανῖται γενέσθαι βουλόμεθα, ἀντιστῶμεν γενναίως, ἵνα κατ' ἀρετὴν προκόπτοντες γενοίμεθα δι' ἔργων προκόποι. Οὕτω γὰρ προαιρέσει ἀθλήσαντες, καὶ τὴν ἐνοχλοῦσαν ἡμῖν αἰ-

C

Francisci Scorsi notæ.

(98) *Crucis quippe signum.* Hanc rem fusius enarrat Metaphr. loco citato supra. Porro hoc miraculum et ostentum crucis S. Procopio oblatum, lectum est in VII synodo Œcum. Nic. II, ad defensionem SS. imaginum, de quo etiam Baron. in Notis ad Martyr.

(99) *Profectum in vera religione*, etc. Procopius Προκόπιος Græce παρὰ τὸ προκόπτω *proficio*. Unde προκοπαὶ promotiones Etym. mag.

(1) *Sensus vero.* In Græco idiomate belle procedit allegoria, qua αἴσθησις vox femina mater dicitur nostra; Latine vero scilicet sensus dicatur mater, non ita decet. Itaque verti vocem αἴσθησιν sensus illecebram, ut mentem auctoris, quæ ex tota allegoria satis aperitur, et aliquam proportionem vocum inter sensum et patrem exprimerem.

D (2) *Inhonestum honorem.* Vim et venustatem Græcarum vocum ἄτιμον τιμὴν quibus usus aucam, haud scio an sim assecutus per Latinas *inhonestum honorem*; iis certe abundant Græci, Attici potissimum, quibus apponentes ad nomen *a* suum στερητικὸν multa breviter enuntiant, sed gravida sensus, ut illud Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, *Inimicorum dona non dona*, id est, suspecta, noxia; et: Τάφος ἄταφος. Quam visus est exprimere Cicero in *Milonia*, cum illam *insepultam sepulturam* dixit; ad quem ritum Catullus, de Nuptiis Pelei et Thet.:

Cum talia Cretam
Funera Cecropiæ non funera portarentur.

Omitto alia Græcorum exempla. Idem usus, et fusis cum part. οὐς. S. Basil. ἔρωτας ὑπερφυεῖς, dixit, *pravos et effrenatos amores.* Alia alii.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σθησιν, εἰς τὴν ὑποταγὴν τοῦ Χριστοῦ μεταφέροι- A mus : hoc enim certamine voluntarie suscepto, et
μεν, ὡς τὴν ἰδίαν μητέρα ὁ ἀθλητὴς, καὶ τῶν αἰω- sensum nobis molestiam exhibentem ut propriam
νίων ἀγαθῶν ἀπολαύσαιμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ athleta ille genitricem ad obedientiam Christi tra-
ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. ducere poterimus, et æternis perfrui bonis in
Christo Jesu, cui gloria in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΖ'

Εἰς τὸ, « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα » — Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Παγκρατίου.

Οὐ κατόπιν, ὡς ὁ λόγος, ἤκομεν ἑορτῆς· ἀλλὰ μικροῦ μὲν ἡμᾶς διέφυγεν ἡ πανήγυρις, καίτοι τὴν πορείαν ἐπιταχύνοντας. Ἡ δὲ σεβασμία χάρις Παγκρατίου τοῦ μεγάλου Πατρὸς, καθάπερ ἀπὸ συνθήματος ἡμᾶς ἐν τῇ ἁγίᾳ τούτου σορῷ συνηγάγετο συνεορτάσοντας μεθ' ἡμῶν, ὦ θεοσύλλεκτον ἄθροισμα, τὴν ἱερὰν πανήγυριν. Ἆρ' οὖν οὐκ ἀδικοῦντες ὀφθείημεν, εἰ σιγῇ τὴν παροῦσαν παρέλθοιμεν σύναξιν; Κἂν γοῦν ἐκ τῆς πανορμίθεν ὁδοιπορίας γεγόναμεν τὸ σῶμα κατάκοποι, ἀλλὰ βιαστέον ἡμῖν τὴν ἀσθένειαν, καὶ τῇ λαμπρότητι τῆς ἑορτῆς χορηγητέον τὴν τοῦ λόγου προσθήκην· μηδὲ γὰρ τοσοῦτον ἰσχύσει ἀσθένεια σώματος, ὡς τὴν περὶ τὰ καλὰ σπουδὴν ἀμβλυτέραν ἐργάσασθαι. Φέρε δὴ τὰς εὐαγγελικὰς θεολέκτους φωνὰς μέσον εἰσφέρωμεν, ἃς ὁ τῶν φρικτῶν μυστηρίων διάκονος σήμερον ἐξεφώνησεν.

Εἶπεν ὁ Κύριος· « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται· » ὁ δι' ἡμᾶς φύσει γενόμενος καθ' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς χάριτι γενώμεθα ὅπερ αὐτὸς, ὥσπερ δὴ καὶ γεγένηται, καὶ ὠνόμασται ἄνθρωπος, οὕτω συγκαταβάσεως τρόπῳ τοῖς αὐτὸν C
δεχομένοις ὀνομάζεται καὶ ὁδὸς καὶ πηγὴ, καὶ ὕδωρ,

HOMILIA LVII.

Dicta est in festo S. Pancratii (3). — *In illa verba :* « *Ego sum ostium.* »

Non festo peracto (4) venimus, ut proverbio fertur : sed parum abfuit tamen, quin elaberetur nobis panegyris hujus dies, etsi maturaverimus iter. Verum magna Patris nostri Pancratii venerabilis gratia velut ex compacto ad hoc sanctum sepulcrum (5) nos conduxit, ut una vobiscum, o frequens, et in Dei cultum congregata multitudo, sacrum hunc diem celebraremus. An igitur præter jus, fasque facere non videremur, si eum silentio præteriremus? Et si enim terrestri itinere Panormo reversi defessi corpore, fractique simus, vis est tamen imbecillitati facienda ; et ad augendum dici festi splendorem submininistranda oratio est; nunquam enim infirmitas corporis tantum impedire poterit, ut bonorum operum studium retardet. Age ergo, divina Evangelii verba in medium proferamus, quas tremendi mysterii diaconus hodie legit [51].

Dixit Jesus : « Ego sum ostium ; per me si quis introierit, salvabitur. » Qui pro nobis factus est per naturam unus ex nobis, ut nos per gratiam efficeremur quod ipse est, sicuti et factus, et dictus est homo, ita et iis qui ipsum **386** receperint sese accommodare, et demittere volens via [52] vocatur (6),

[51] Joann. x. , seqq. [52] Joan. xiv, 6.

Francisci Scorsi notæ.

(3) *S. Pancratii.* Ejus diem festum peragunt Græci Idibus Junii ; Latini ejus commemorationem III Non. Aprilis quod habet Martyr. Rom. et ibi Baron. Tauromenii hac ætate solemnis ejus dies celebratur die Julii 9. eoque nundinas auspicantur, quod jam ab antiquis temporibus deductum in morem conjicio infra in not. ad hom. 58, quam vide.

(4) *Non festo peracto venimus.* Adagium a Platone in Gorgia usurpatum statim initio. Ubi Gorgias : Ἦ τὸ λεγόμενον κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν, καὶ ὑστεροῦμεν ; *Num post festum, quemadmodum dici consuevit, venimus, ac serius?* Dicitur idem alia forma, Παναθηναίων κατόπιν· *Post Panathenæa. Itidem* Πυθίων ὕστερον ἥκεις· *Post Pythia venis.*

(5) *Ad hoc sanctum sepulcrum.* Non vacuum locum intelligit, ubi reliquiæ S. Pancratii antea conditæ fuerint ; sed ubi adhuc erant eo tempore quo Theophanes hoc dicebat, quod duobus argumentis comprobo. Primo ex Vita S. Eliæ Enneusis, quam legis in Monumentis nondum editis P. Octavii Caetani soc. nost. sed jam edendis per Augustinum Caetanum soc. ejusd. qui in hac provincia subrogatus in demortui locum : in ea ergo Vita refertur peregre venisse S. Eliam Tauromenium ad reliquias S. Pancratii venerandas. Atqui hanc peregrinationem a S. Elia susceptam eodem anno quo Tauromenium a Sarracenis expugnatum idem P. Octavius ex ratione temporum Vitam S. Eliæ colligit. Contigit autem ea expugnatio anno Christi 893, quod ex Joanne Diacono Neapolitano, qui eam perscripsit plane constat : quo de nos egimus paulo copiosius in Proœm. Secundo id confirmo ex ipsa voce, qua utitur hic auctor : Ἐν τῇ ἁγίᾳ τούτου σορῷ. Σορὸς enim, inquit Etym. mag., ἡ τῶν λειψάνων παρὰ τὸ σεσυρῆνα· τὰ σώματα ἐν αὐτῇ. *Est* σορὸς *reliquiarum conditorium, eo quod in ipso trahuntur corpora.* Homerus, *Iliad.* τ :

Ὡς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁ μὲν σορὸς ἀμφικαλύπτοι,
Sic et ossa nobis eadem urna contegat.

Apud Dioscoridem, cap. 161, lib v, dicuntur σοροὶ σαρκοφάγοι loculi qui corpora arrodunt, seu edendunt. Apud Plutar. in Vita Numæ sunt λιθιναὶ σοροὶ *lapidei loculi ;* in Epigram Anthol. ἔγχαλκος σορὸς *æneum sepulchrum.* Cum igitur σορὸν etiam Theoph. appellet S. Pancratii, non designat locum aliquem venerabilem ob memoriam reliquiarum, quæ ibi repositæ olim fuissent : sed verum loculum, seu conditorium, ubi re ipsa reliquiæ tum fuerint. Ideo adverto, ut intelligatur Theoph. ætate adhuc Tauromenii exstitisse S. Pancratii corpus, quod nunc ibi nullum est : neque vero satis adhuc mihi compertum quonam tempore illinc asportatum, et quo traditum mihi a quopiam ex Tauromenitanis Romæ servari in eadem æde in qua alterius S. Pancratii, qui ex Phrygia Romam veniens ibi martyrium puber obivit. Sed de hoc negotium amicis dedi, ut aliquid certi rescriberent; adhuc tamen est in quæstione. Plura de S. Pancratio leges Proœm. 1, Isag. §. 2.

(6) *Via vocatur.* Has et plures hujusmodi appellationes Christi metaphoricas, varia ipsius dona et effecta significantes recenset, et explicat Gregor.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et fons, et aqua [53], et vinum [54], et vitis [55], et petra [56], et lapis [57], et vita [58], et panis [59], et margarita [60] omnibus qui in ipsum credunt factus omnia proportione quadam, et ad cujusque rationem, utilitatemque se vertens. Nunc igitur magis etiam figurate se ostium nominat : per quod ad vitam nos, qui credimus introducimur. Et quoniam ipse vita est, introducimur per ipsum ad ipsum : « Ego sum ostium. » Sicuti enim ostium primus in domum est aditus, ita Salvator noster Jesus Christus janua nobis est factus, per quam in virtutem ingrederemur, cum primus ipse consummarit omnem virtutis perfectionem. Quin etiam cum ita natus sit ille, ut esset initium resurrectionis ex mortuis, et primogenitus mortuorum [61], janua etiam immortalitatis constitutus est nobis. Cumque omnia perfecisset, quæ nostra causa disposita fuerant, et revertisset in cœlum et in Patris solio consedisset, et via nobis, et janua nostræ ascensionis est factus. Hæc vero eadem janua angusta porta alibi appellatur, de qua Salvator ait : « Intrate per angustam portam [62] ; » nam et angusta porta incipientibus est, qui non adhuc in meditatione virtutis exercitati sunt ; ostium vero amplum, ac patens iis qui ejus habitum jam compararunt : et nunc quidem omnibus volentibus panditur, in futura vero vita iis qui imparati fuerint, clauditur, uti ex virginum parabola jam didicimus. Quoniam vero in rebus sensu perceptis aliud ostium, aliud pastor est, hic certe idem nobis utriusque vicem gerit introeuntibus quidem ostium, Pastor vero est exeuntibus. Nec vero mirere, si idem utrumque sit. Nam etiam cum

καὶ οἶνος, καὶ ἄμπελος, καὶ πέτρα, καὶ λίθος, καὶ ζωή, καὶ ἄρτος, καὶ μάργαρος, ἀναλόγως τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι πάντα γενόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἑκάστου ἐπιτηδειότητα μεταμειβόμενος. Νῦν οὖν τροπικωτέρῳ τῷ λόγῳ θύραν ἐκάλεσεν ἑαυτὸν, δι' ἧς πρὸς τὴν ζωὴν οἱ πιστεύσαντες εἰσαγόμεθα δηλονότι δι' αὐτοῦ εἰς αὐτόν · « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. » Ὥσπερ γὰρ ἡ θύρα ἀρχὴ τῆς εἰς τὴν οἰκίαν εἰσόδου ἐστὶν, οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς θύρα γέγονεν ἡμῖν τῆς εἰς τὴν ἀρετὴν εἰσελεύσεως, πρώτης πᾶσαν κατορθωκὼς ἀρετήν. Καὶ μὴν καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἀρχὴ, καὶ πρωτότοκος πεφυκὼς, θύρα τῆς ἀφθαρσίας ἡμῖν ἐχρημάτισε, καὶ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πεπληρωκὼς, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναπεφοιτηκὼς, καὶ τοῖς πατρικοῖς θώκοις κεκαθηκὼς, ὁδὸς ἡμῖν γέγονε, καὶ θύρα τῆς ἀναβάσεως. Ἡ θύρα δὲ αὕτη καὶ στενὴ πύλη ἐν ἄλλοις ὠνόμασται, περὶ ἧς φησιν ὁ Σωτήρ · « Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης. » Καὶ στενὴ μὲν ἡ πύλη τοῖς εἰσαγομένοις γίνεται, οἷς ἔτι ἀγύμναστός ἐστιν ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ κατανόησιν. Θύρα δὲ ἀναπεταμένη τοῖς ἐν ἕξει γεγονόσι τῆς ἀρετῆς · καὶ νῦν μὲν τοῖς βουλομένοις πᾶσιν ἀνέῳκται · ἐν δὲ τῇ μελλούσῃ ζωῇ τοῖς ἀνετοίμως ἔχουσι κλείεται, καθὼς ἐν τῇ παρθένων παραβολῇ μεμαθήκαμεν. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν αἰσθητῶν ἄλλη μὲν ἡ θύρα, ἕτερος δὲ ὁ ποιμήν · ἐνταῦθα δὲ, ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀμφότερα γίνεται· εἰσιοῦσι μὲν θύρα, ἐξιοῦσι δέ γε ποιμήν· καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ ὁ αὐτὸς ἀμφότερα γίνεται. Καὶ Πέτρῳ γὰρ ἐγχειρίσας ταύτης τῆς θύρας τὰς κλεῖς, τὸν αὐτὸν καὶ κλειδοῦχον, καὶ ποιμένα χειροτονεῖ· « Βόσκε, λέγων, τὰ ἀρνία μου. »

A

B

C

Petro hujusce januæ credidit claves, eumdem et clavigerum, et pastorem instituit : « Pasce, inquit, oves meas ; » et : « Pasce agnos meos [63]. »

« Per me si quis introierit, salvabitur, » et jure quidem optimo. Si enim ipse regni cœlorum est ostium, salvabitur utique, qui per ipsum ingreditur. Qui vero præterierit ostium, et veluti fur, et latro stabuli parietes transilierit, a custodibus ovium deprehendetur in furto, et pœnam nocturni insidiatoris luet. Dicet vero fortasse quispiam subdubitans : Si bonum est per hoc ostium introire, et in beatum hoc ovile intromitti, ergo exire **387** periculosum erit : quibus enim in rebus introitus bonus est, non itidem exitus bonus est. Hoc vero in loco, quæ invicem sunt opposita bona esse indicantur : « Ingredietur enim, inquit, et egredietur ; et pascua inveniet. » Quid igitur per hoc aliud, quam interminatus in virtute (7) profectus ostenditur? intrat quidem in virtutem

« Δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται · » καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ἡ θύρα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ὁ δι' αὐτῆς εἰσιὼν πάντως σωθήσεται. Ὁ δὲ τὴν θύραν ἀφείς, καὶ οἷα κλέπτης, καὶ λωποδύτης τὸ τῆς αὐλῆς θριγκίον ὑπερπηδῶν, ὑπὸ τῶν τῆς αὐλῆς φυλάκων ληστεύων ἁλίσκεται, καὶ κινδυνεύει νυκτιλοχῶν. Φαίη δέ τις ἐπαπορῶν, καὶ εἰ καλόν ἐστι τὸ διὰ τῆς θύρας ταύτης εἰσελθεῖν, καὶ εἴσω γενέσθαι τῆς μακαρίας αὐλῆς · ἆρα τὸ ἐξελθεῖν ἐπικίνδυνον · ἐν οἷς γὰρ ἡ εἰσέλευσις ἀγαθόν, ἡ ἐξέλευσις οὐκ ἀγαθόν · ἐνταῦθα δὲ τὰ ἀλλήλοις ἀντικείμενα δείκνυνται ἀγαθά. « Εἰσελεύσεται γάρ, φησὶ, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει. » Τίων διὰ τούτων ἐμφαίνει ἄλλο, ἢ τῆς κατ' ἀρετὴν προκοπῆς τὸ ἀόριστον ; Εἴσεισι μὲν γὰρ πρὸς ἀρετὴν ἡ

D

[53] Joan. IV, 14 ; Joan. VII, 38; Isai. XII, 39 ; XLIV, 3. [54] Zachar. IX, 17. [55] Joan. XV, 1. [56] I Cor. X, 4. [57] Ephes. II, 20. [58] Joan. XIV, 6. [59] Joan. VI, 35. [60] Matth. XIII, 36. [61] Apoc. I,5. [62] Matth. VII, 13. [63] Joan. XXI, 15, 16.

Francisci Scorsi notæ.

Nazian., orat. 36, quæ est quarta *De theolog.*, secunda *de Filio*, et copiosius etiam orat. 49 *de fide*, ex interpretatione Rufini presb. Aquileiens., et easdem habes apud S. August. tract. 80 *in Joan.*

(7) *Interminatus in virtute*, etc. Mystico sensu et sane vero, et perutili explicat ea verba *Ingredietur et egredietur*, nimirum de egressu ab eo gradu et statu virtutis, quem anima acquisierit et ingressus ad ulteriorem alium juxta illud D. Pauli ad Philipp. c. III : *Quæ retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, et bravium supernæ vocationis.* Relege etiam quæ diximus ad hom. 10, not. 79, et hom. 55.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ψυχή· ἀρῶσα δ' ἔτι τὸ ἀγαθὸν ὑποκείμενον ἀπὸ τοῦ κατορθωθέντος ἐξιοῦσα ὑπερανίσταται. Καὶ ὅσον αὐτὴ ἡ πρὸς τὸ ἀγαθὸν πορεία ὑπερεκτείνεται, τοσοῦτον τῆς καταλήψεως ἀπολείπεται. Ἐξιοῦσα μὲν ἀπὸ τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν, εἰσιοῦσα δὲ εἰς τὰ ὑπερκείμενα. Ἢ τί ἄλλο αἰνίττεται ἡ σώφρων νύμφη, ἡ τὰ τῆς προκοπῆς ἁσματίζουσα, ἐν οἷς φησιν, ἐπὶ θύρας· « Ἐγὼ ἠνοιξα τῷ ἀδελφιδῷ μου· ἀδελφιδούς μου παρῆλθεν· ἡ ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ. » Ὁρᾷς ἐπαινουμένην ἐξέλευσιν; Ἡ γὰρ εἰσελθοῦσα ψυχὴ ἐν τῇ τοῦ ποθουμένου ἀγάπῃ, νῦν ἐξῆλθε χειραγωγουμένη ὑπὸ τοῦ λέγοντος· « Δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ σωθήσεται, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται. » Ὅτι δὲ τῆς εἰσελεύσεως ταύτης καὶ ἐξελεύσεως φύλαξ ὁ Κύριος γίνεται, καταμάθοις ἀνοικτὶ προσέχων τῇ ᾠδῇ τῶν ἀναβαθμῶν· « Κύριος φυλάξει τὴν εἴσοδόν σου, καὶ τὴν ἔξοδόν σου. » Κἀκεῖσε γὰρ ὁ Δαβὶδ τῆς ψυχῆς ἀναβάσεις τῷ λόγῳ οἱονεὶ ζωγραφῶν τὴν ἐν τῷ ἀγαθῷ εἴσοδον, καὶ ἔξοδον ὑπαινίττεται. Τὸν Μωσέως ὅρα μοι βίον, ὁσάκις εἰσῆλθε, καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὰ ὑπερκείμενα διαθέων ἐκεῖνος ὁ ἀνήρ· τὴν Ἰακὼβ σκόπησον κλίμακα, πῶς διὰ τῶν βαθμίδων ὁ εἰσερχόμενος καὶ ἐξερχόμενος ὑπέρτερος γίνεται. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος, ὁ εἴσω, καὶ ὁ φαινόμενος, λέγοιτ' ἂν εἰσέρχεσθαι ὁ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐπιβουλευόμενος, τῆς ψυχῆς δηλαδή· ἐξέρχεσθαι δὲ ὁ νεκρῶν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὑποτάττων τὴν σάρκα τῷ θελήματι τοῦ Χριστοῦ.

A anima, sed ubi videt quantum adhuc progrediendum superet, ab eo quod bene gestum est, exiens superstat : et quanto magis ipsi via virtutis extenditur, tantum a comprehensione deficit. Egreditur igitur ab eo in quo est gradu, et in eum ingreditur qui reliquus restat. Alioqui quid aliud sponsa casta adumbrat, dum ea concinit, quæ ad animæ profectum attinent, ubi ait : « Pessulum aperui ego fraterno meo : fraternus meus transiit ; anima mea egressa est in sermone ejus [64] ? » Vides laudabilem egressum? Etenim anima, quæ in dilecti sui charitatem intraverat, jam egreditur, ut manuducatur ab eo, qui dicit : « Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur et egredietur. » Quod vero introitus hujus, et exitus custos est Dominus, intelliges, si ad Canticum graduum mentem adjeceris : « Dominus custodiet introitum tuum, et exitum tuum [65]. » Ibi enim David animæ ascensiones sermone depingens, introitum et exitum operum bonorum adumbrat. Considera mihi Moysis vitam, quoties vir ille introiverit, et exiverit accurrens ad ea quæ imminebant. Contemplare itidem scalam Jacob, uti, per gradus quasi ingrediens, et egrediens pertingat ad summum. Quoniam vero, ut D. Paulus inquit, duplex est homo, interior et exterior [66], dici poterit ingredi, qui homini interori, animæ videlicet consulit; egredi vero qui mortificat membra sua, quæ sunt super terram [67], et Christi voluntati subjicit carnem.

« Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ, καὶ θύσῃ, καὶ ἀπολέσῃ. » Κλέπτης ἐστὶ κατὰ τὸν ἱεροφάντορα Μάξιμον, ὁ παλαιὸς ἐχθρὸς τοῦ ἡμετέρου γένους διάβολος, ὁ κλέψας θεώσεως ἀπάτῃ τὸν ἄνθρωπον. Τίς δὲ ἡ τοῦ διαβόλου κλοπή, καὶ ὅπως θύειν, καὶ ἀπολύειν πειρᾶται ἡμᾶς, ὁ σοφὸς Ἰωάννης ὁ τῆς ἀσκητικῆς κλίμακος συγγραφεύς, ἄριστα διε-

C « Fur non venit, nisi ut furetur, et mactet, et perdat. » Fur ex sententia sancti Maximi (8) antiquus est hostis generis nostri diabolus, qui objecta fallaci specie divinitatis furatus est hominem. Quale vero sit hoc diaboli furtum, et qua ratione mactare et perdere nos conetur sapiens Joannes, scriptor asceticæ Scalæ (9) optime explanavit. Fur-

[64] Cant. v, 6. [65] Psal. cxx, 8. [66] Rom. vii, 22; Ephes. iii, 16, 17. [67] Coloss. iii, 5.

Francisci Scorsi notæ.

(8) *S. Maximi.* De hoc dictum ad hom. 1, not. 3, ubi vero S. Maximus hoc dicat inter ejus opuscula, quæ exstant a me commemorata loco relato, non memini legere.

(9) *Scriptor asceticæ scalæ.* Joannis Climaci, id enim cognomen Theophanes circumloquitur, cum ait : Ὁ τῆς ἀσκητικῆς Κλίμακος συγγραφεύς, quod cognomentum ei fecit præclarum illud opus Κλίμαξ dictum. De quo vide Matthæi Raderi *Isagog.* ad ipsum opus Climaci, ab eo Græce, et Latine nova forma editum; sed quis Climaci locus a Theophane laudatur ? nullum sane alium reperio, quam gradu 28, ad quem itidem remittit lectorem Octavius Caetanus in mss. Animadversionibus, quas ad homiliam hanc confecerat, edendas cum ipsa homilia ad Vitas SS. Siculorum. Sed quæ dicat Climacus eo gradu referam Græce et Latine ex interpretatione ejusdem Raderi, ut videat lector quo pacto eum accommodarit Theophanes ad rem suam. Agit igitur ibi de orat. sic : Ἄλλο ῥύπος προσευχῆς, καὶ ἄλλο ἀφανισμός, καὶ ἄλλο κλοπή, καὶ ἕτερον μῶμος· ῥύπος ἐστὶ Θεῷ παρίστασθαι, καὶ ἀτόπους ἐννοίας φαντάζεσθαι, ἀφανισμός ἐστι τὸ εἰς φροντίδας ἀνωφελεῖς αἰχμαλωτίζεσθαι· κλοπή ἐστι τὸ ἀνεπαισθήτως τὴν ἔννοιαν ῥέμβεσθαι· μῶμός ἐστι προσβολὴ οἱαοῦν τότε πρὸς ἣ ἂς ἐγγίζουσα· *Aliud est sordes orationis, aliud exstinctio, aliud furtum, aliud illusio. Sordes, seu immunditia est, cum inter preces divinas absurdæ cogitationes animo volvuntur ; exstinctio est cum sub oratione mens in curas inutiles captiva trahitur ; furtum est, cum mens sine sensu et animadversione vagatur; illusio est impetus qualiscunque tunc. cum oramus, in nos irruens.* Hæc D Climacus, qui nullam adhuc de dæmone fure mentionem facit. Sed infra eodem gradu : Ὁ τὸ τυχὸν μετερχόμενος, καὶ προσευχῆς ὥρας καταλαμβανομένης ἐν αὐτῷ προασχολούμενος ὑπὸ δαιμόνων ἐμπαίζεται. Σκοπὸς γὰρ τοῖς κλέπταις ὥραν δι' ὥρας ἐξ ἡμῶν ἀποσυλῆσαι· *Qui quodcumque opus casu inchoat, et sub horam orationis appetentem, in opere pergit, a dæmonibus illuditur. Hoc enim student illi fures, ut horam ex hora nobis subducant, et perdant ;* quo loco fures dicit dæmones, qui nos per occultam suggestionem captant, sed nihildum de occisione et desperatione. Sed eas innuit gradus : Δι' ὃ ἀπογινώσκων ἑαυτὸν ἔσφαξε· *Proinde qui desperat sui ipsius parricida est.* Igitur ex variis locis concinnasse videtur Theophanes, quidquid hic quasi ex Climaco dictum refert. Climacus certe verbis illsem id non dicit. Conferat melius lector si quid reperiat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tum enim dicit, cum per occultam suggestionem animam capit; occisionem cum mens immoritur in peccato; perditionem vero, cum post 388 desperationem sequitur vivendi licentia. Vides quæ contra nos a tyranno acies instructa sit? Non sat habet abominandus ille si nos furetur, sed ea quæ furatur mactat etiam, ac perdit: formidat siquidem, ne bonus Pastor quærat, et recuperet, quod furatum est. Neque vero in occidendo impurus ille modum figit insaniæ suæ, sed quod furatus est, atque mactavit, penitus etiam perdere studet, ne scilicet ille, qui mortuos vitæ restituit, resuscitet quod interiit. Optimum igitur factu est, ut caveamus, ne serpentis hujus insidiis capiamur. Si vero hoc aliquando contingat, quam citissime ab eo resilire, et ab actione prava oportet averti; hæc enim est animæ mors: si vero usque eo dormierit mens, quæ custos animæ est addita, ut inimici voluntati subjiciaris, et ea quæ illi placent, perpetrando macteris, quantocius velut ab ebrietate resipiscere debes, neque in peccato immorari; hæc siquidem perditio est. Ita a sancto discipulorum cœtu diripuit infelicem Judam: quippe cum per avaritiam primo furatus esset, mactasset deinde per proditionem, ad extremum per desperationem laqueo perdidit[68]. Ita etiam discipulum illum (10) principem aliorum adortus est. Siquidem magnus ille vir ab ancilla conturbatus quasi furto sublatus est, cum negasset vero, mactatus; non tamen periit, neque enim in desperatione substitit, sed exiens foras a lapsu jacturam ferventibus lacrymis reparavit[69].

« Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant. » Vitam vocat regenerationem animæ recepto Evangelio consequentem; abundantem vero, cum datur postea regnum cœlorum. Qui enim per inobedientiam mortui fuerant, non solum si crediderint vivent, sed fient etiam superni regni participes.

« Ego sum pastor bonus. » Quod Dominus ratione prædituarum ovium Pastor sit, sanctorum prophetarum oracula testata sunt. Ait enim per Davidem Deus ad Emmanuelem ortum ex Davide: « Pasces eos in virga ferrea[70]; » per Michæam vero: « Pasce populum tuum in virga tua, oves hæreditatis tuæ[71]. » Per populum vero et oves hæreditatis ejus intelligantur tum qui ex circumcisione crediderunt, tum qui ad sanctificationem ex plenitudine gentium vocati sunt. Minatur etiam Ezechielis ore 389 sacerdotibus, et scribis qui pascebant Israelem: « Ecce ego super pastores; et requiram oves meas de manibus eorum; et amovebo eos, ne pascant oves meas; et suscitabo super eos servum meum David[72]. » Ubi profecto Dominum ipsum nostrum

A σάφησε· κλοπὴν μὲν εἰπὼν αἰχμαλωσίαν ἄγνωστον τῆς ψυχῆς, θυσίαν δὲ τὸν ἐν ἁμαρτίαις θάνατον τοῦ νοὸς, ἀπώλειαν δὲ τὴν ἀνομίαν, τὴν μετὰ τὴν ἀπ-γνωσιν. Ὁρᾷς ὅση καθ' ἡμᾶς ἡ τοῦ τυράννου παράταξις; Οὐκ ἀρκεῖται τῇ κλοπῇ ὁ κατάρατος, ἀλλὰ καὶ θύει τὰ κλαπέντα καὶ θανατοῖ· δέδοικε γὰρ μή πως ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ζητήσῃ, καὶ ἀνακαλέσηται τὸ κλαπέν. Πλὴν οὐδ' ἐν τῷ θανατῶσαι ἵστησι τὴν μανίαν ὁ μιαρὸς, ἀλλὰ σπεύδει παντελῶς ἀπολέσαι τὸ κλαπὲν, καὶ τυθὲν, ἵνα μὴ ὁ ζωογονῶν τοὺς νεκροὺς ἀναστήσῃ τὸ ἤδη φθαρέν. Ἄριστον μὲν οὖν τῇ συμβουλῇ μὴ κλαπῆναι τοῦ ὄφεως. Εἰ δὲ συμβῇ τοῦτο, γενέσθαι ποτὲ ἀποπηδῆσαι μάλα γοργῶς, καὶ τὴν πρᾶξιν ἀποφυγεῖν. Τοῦτο γὰρ ὁ θάνατος τῆς ψυχῆς. Εἰ δὲ καὶ τοσοῦτον ἐπινυστάξει ὁ B φυλάσσων σε νοῦς, ὡς δουλαγωγηθῆναι τῷ θελήματι τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ἐπ' ἐκείνου τυθῆναι τὰ θυμήρη τούτῳ διαπραξάμενον, ὀτραλέως ἀναθρώσκειν, ὡς ἀπὸ μέθης, καὶ μὴ ἐμμεῖναι τῷ καίρῳ τῆς ἀγνώσεως· αὕτη γὰρ ἡ ἀπώλεια. Οὕτως ἀπέσπασε τῆς ἱερᾶς χορείας τῶν μαθητῶν Ἰούδαν τὸν δείλαιον· διὰ μὲν τῆς φυλαργυρίας κλέψας αὐτὸν, θύσας δὲ διὰ τῆς προδοσίας, ἀπολέσας δὲ ἀγχόνῃ δι' ἀπογνώσεως. Εἶτα καὶ τῷ προκρίτῳ προσέβαλε ἑαυτητῇ, καὶ ὁ μέγας ἐκεῖνος κλέπτεται ὑπὸ παιδίσκης θορυβηθείς, τέθυται δὲ ἀρνησάμενος, οὐ μέντοι ἀπώλετο· οὐ γὰρ ἐνέμεινεν ἀπογνοὺς, ἀλλ' ἐξελθὼν ἔξω τοῦ πτώματος, θερμοῖς δάκρυσι τὴν ἧτταν ἀνεκαλέσατο.

C « Ἐγὼ ἦλθον, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι. » Ζωὴν τὴν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου λέγει ἀναγέννησιν· περισσὸν δὲ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Οἱ γὰρ διὰ παρακοῆς τεθνήξαντες, οὐ μόνον ζῶσι πιστεύσαντες, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄνω βασιλείας μέτοχοι γίνονται.

« Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. » Ὅτι ποιμὴν τῶν λογικῶν προβάτων ὁ Κύριος, μεμαρτυρήκασι καὶ τὰ τῶν ἱερῶν προφητῶν χρησμῳδήματα. Φησὶ γὰρ ὁ Θεὸς διὰ Δαβὶδ, πρὸς τὸν ἐκ Δαβὶδ ἀνατεταλκότα Ἐμμανουήλ· « Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· » διὰ δὲ Μιχαίου· « Ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ, πρόβατα κληρονομίας σου· » λαὸς δὲ καὶ πρόβατα κληρονομίας αὐτοῦ, νοηθείεν ἄν, οἵ τε ἐκ περιτομῆς πεπιστευκότες, καὶ οἱ πρὸς ἁγιασμὸν κεκλημένοι ἐκ τῆς πληθύος τῶν ἐθνῶν. Ἐπαπειλεῖ δὲ καὶ διὰ φωνῆς D Ἰεζεκιὴλ τοῖς ποιμαίνουσι τὸν Ἰσραὴλ ἱερεῦσι καὶ μύσταις· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ τοὺς ποιμένας, καὶ ἐκζητήσω τὰ πρόβατά μου ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ ἀποστρέψω αὐτοὺς τοῦ μὴ ποιμαίνειν τὰ πρόβατά μου· καὶ ἀναστήσω ἐπ' αὐτοὺς τὸν δοῦλόν μου τὸν Δαβὶδ· » αὐτὸν δήπου θεσπιῳδῶν τὸν Κύριον ἡμῶν, ὃς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τέθεικεν ὑπὲρ τῶν προ-

[68] Matth. xxvii, 6; Act. i, 18. [69] Matth. xxvi, 75. [70] Psal. ii, 9. [71] Mich. vii, 14. [72] Ezech. xxxiv, 10, 23.

Francisci Scorsi notæ.

(10) *Discipulum illum.* Ubicumque de S. Petro incidit sermo, semper illi primatum in alios discipulos et in Ecclesiam tribuit hic Pater, quod Calvinicolæ et Græci schismatici sentire non possunt. Hic vocat, πρόκριτον μαθητὴν, aliis alio loco titulis insignit. Vide hom. 36, not. 68, et 54, not. 49, et 55, not. 67.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βάτων. Ἀλλὰ δοῦλον αὐτὸν ἀκούων, μηδέν τι μικροψύχως θορυβηθῇς, ὡς κατασμικρυνούσης τὸ μεγαλεῖον τοῦ λόγου τῆς ἐν τῇ λέξει ἐμφάσεως. Ἐπειδὴ γὰρ μορφὴν δούλου ἀνέλαβε, τῇ κλήσει κοινωνεῖ τοῦ προσλήμματος. Τῷ ὄντι γὰρ ἐδούλευσε σαρκὶ, καὶ γονεῦσι, καὶ πάθεσι τοῖς ἡμετέροις, διὰ τὴν ἡμετέραν ἐλευθερίαν καὶ πᾶσιν οἷς σέσωκε τοὺς τῇ ἁμαρτίᾳ ἐνισχυμένους.

A prædicit, qui animam suam posuit pro ovibus suis [73]. Sed audiens servum, ne veluti qui pusillo sunt animo conturberis, quasi vero ea quæ nominis significatio subest, majestatem verbi diminuat. Quoniam enim formam servi accepit (11), communem sibi fecit appellationem eam quæ est propria carnis assumptæ. Re enim vera subdidit se carni, et parentibus, et passionibus nostris, ut nos in libertatem assereret : et omnibus iis quibus salvos reddidit eos qui sub peccato detinebantur.

« Ὁ μισθωτὸς δὲ, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει. » Παρὰ τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις ὁ μισθωτὸς διαβέβληται. Ὁ μὲν γὰρ νόμος ἀπώμοτον ποιεῖται τὸν μισθωτὸν ἐσθίειν ἅγια, οὕτως εἰπών· « Πάροικος, καὶ μισθωτὸς τοῦ ἱερέως οὐκ ἔδεται ἅγια. » Ὁ μέγας δὲ Ἡσαΐας ἐν σχήματι ἀρᾶς προλέγων περὶ τῶν συμβησομένων Μωάβ· « Ἀτιμασθήσεται, φησὶν, ἡ δόξα Μωὰβ ἐν τρισὶν ἔτεσι μισθωτοῦ. » Διὰ τί δέ ; ὅτι τοῦ μισθωτοῦ τὸ ἔργον, οὐκ ἐκ διαθέσεως, ἀλλ' ἐπίπλαστον. Δοκεῖ οὖν ὁ Κύριος διὰ τοῦ μισθωτοῦ, τῶν Φαρισαίων, καὶ Γραμματέων καθάπτεσθαι, οἳ τῆς θείας ἐντολῆς ἀποθρώσκοντες, καὶ τὰς ἀρχὰς ὠνίους λαμβάνοντες, τρόπῳ μισθωτῶν, ἥκιστα τῶν προβάτων ἐκήδοντο, τὰ τοῦ Θεοῦ καπηλεύοντες. Θορυβεῖ οὖν διὰ τούτων αὐτοὺς, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπεσεῖσθαι, οἷονεὶ προαναφωνεῖ ῥῆμα καὶ τῆς προφητείας ἀναμιμήσκων αὐτοὺς, ἣ φησιν· « Οὐχὶ τὰ πρόβατά μου βόσκουσιν οἱ ποιμένες τοῦ Ἰσραήλ. Ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε, καὶ τὸ παχὺ σφάζετε, καὶ τὰ πρόβατά μου οὐκ ἐβόσκετε. »

B Et in lege et in prophetis mercenarius male audit ; lex enim excipit mercenarium ab iis quibus comedere sancta concedebatur ; sic enim habet : « Inquilinus sacerdotis, et mercenarius non comedet sancta [74]. » Magnus vero Isaias imprecationis figura prædicens ea quæ Moab eventura erant : « Inhonorabitur, inquit, gloria Moab in tribus annis mercenarii [75]. » Quid hoc ? nimirum, quia mercenarii opera non ex affectu profecta, sed ficta est. Videtur igitur Dominus mercenarii nomine perstringere Pharisæos, et Scribas, quod a divinis præceptis desciscentes, et dignitatibus, mercenariorum more pretio comparatis, minime procurabant gregem, et res divinas quæstui habebant. Eos igitur confundit his verbis, et quasi prænuntiat deturbandos de principatu suo ; sensim etiam prophetiam subjicit illis, quæ dicit : « Non pascunt oves meas pastores Israel. Ecce lac comeditis, et lanis operimini, et quod crassum est occiditis, et oves meas non pascitis [76]. »

C

« Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Προαναφωνεῖ τὸ Πάθος, καὶ προκηρύττει τὸν ἑκούσιον θάνατον. Δεικνὺς ὅτι οὕτω στέργει τὰ πρόβατα, ὥστε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ δίδωσι λύτρον ὑπὲρ αὐτῶν.

« Bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus suis. » Passionem hic suam prædicit, et voluntariam prænuntiat mortem ; et tantopere a se diligi oves ostendit, ut animam suam redemptionis pretium tradat.

« Καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαί ὑπὸ τῶν ἐμῶν. » Οὐ τοσοῦτον γινώσκεται παρ' ἡμῶν, ὅσον αὐτὸς τὸν Πατέρα γινώσκει, καὶ ὑπ' ἐκείνου γινώσκεται, ἀλλὰ γνῶσιν ἐνταῦθα τὴν οἰκειότητα λέγει· καθὼς τοῖς φαύλοις ἐν ἄλλοις φησίν· « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς· » πάντως λέγων τὴν εἴδησιν· πῶς γὰρ ἠγνόει ὁ καὶ πρὶν γενέσεως, πάντα εἰδώς ; Καὶ μὴν καὶ τὸ « Οἶδά σε παρὰ πάντων » εἰρημένον τῷ Μωσεῖ πρὸς Θεὸν, οὕτω προσήκει νοεῖν. Αὐτὸς μὲν οὖν ἡμῖν ὡκειώθη διὰ σαρκὸς, ἡμεῖς δ' αὐτῷ δι' ἀρετῆς οἰκειούμεθα.

« Et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ. » Non ita cognoscitur a nobis ut ille cognoscit Patrem, et ab illo cognoscitur, sed per cognitionem hoc loco familiaritatem quamdam significat. Et sicuti alibi dicit improbis : **390** « Non novi vos [77], » non quamcunque cognitionem intelligens. Quomodo enim non cognoscat, qui omnia novit antequam fieret ? Quin etiam illud Moysi dictum a Deo : « Præ omnibus novi te (12) [78], » hunc habet etiam intellectum. Ipse igitur nobis per carnem domesticus factus est, nos vero cum illo per virtutem familiaritate conjungimur.

D

Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς

« Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili. »

[73] Joan. x, 15. [74] Levit. xxii, 10. [75] Isa. xvi, 14. [76] Ezech. xxxiv, 3. [77] Luc. xiii, 25. [78] Exod. xxxiii, 12.

Francisci Scorsi notæ.

(11) *Formam servi accepit.* Eamdem rem exponit hic Pater hom. 13, ad quam recole not. 23.

(12) *Præ omnibus novi te.* Hic locus qui citatur et explicatur a Theophane, est ex Græc. transl. LXX interpr. Exodi cap. xxxiii, v. 12, et 17 : Σὺ δέ μοι εἶπας· Οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν ἔχεις παρ' ἐμοί· *Tu autem dixisti mihi : Scio te præ omnibus, et gratiam habes apud me.* Et ibidem infra repetitur. In nostra autem versione Vulg. utrobique est : *Novi te ex nomine.* De quo vide interpretes

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Erat sane prius ovile Synagoga Judæorum. Sed ex quo in Christum debacchati sunt, audierunt : « Ecce relinquetur domus vestra deserta [12].» Et factum est juxta prophetæ dictum ovile desertum. Grex vero ex gentibus introductus, est qui ab uno Christo pasci se didicit : qui vero mysticis præfecti gregibus fuerant, desiernnt. Timeamus quotquot rationalium ovium pastores constituti sumus, ne pro pastoribus mercenarii furesque videamur, ne commodorum fructus ab iis decerpamus, cæterum de grege curando parum solliciti simus. Vos autem, qui pascimini, prospicite vobis ipsis, ne cum assimilari ovibus debeatis, et lac lanamque reddere, per quæ misericordia significatur, pro his in peccatorum prærupta hædorum more desiliatis. Imitemur pastorem hunc verum, et Domini imitatorem Pancratium, cujus sanctissimam vitam, postquam cursim exposuero, ostendam non esse omnino difficile imitari.

Sanctus igitur Pancratius, sicuti memoriæ prodidit, qui de ejus rebus gestis historiam scripsit Evagrius (13), ab Anatolia profectus (14) et principis discipulorum manibus sacris initiare potentibus (15) episcopus creatus in nostram hanc insulam missus est. Cumque ad hanc civitatem Tauraumenium (16) advenisset, primum omnium abominatio-

[12] Luc. XIII, 35.

ταύτης. « Ἦν μὲν αὐλὴ πρότερον ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή. Ἀφ' οὗ δ' εἰς Χριστὸν πεπαρώνηκεν, ἠκουσεν· « Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, καὶ γέγονε κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον ἡ ἔπαυλις ἠρτιμωμένη.» Ἀντεισήχθη δὲ ἡ ἐξ ἐθνῶν ἀγέλη ὑφ' ἑνὶ μαθοῦσα ποιμαίνεσθαι τῷ Χριστῷ· οἱ δὲ μισθωτῶν δίκην ταῖς μυστικαῖς ἀγέλαις ἐπιστατοῦντες ἐπαύθησαν. Φοβηθῶμεν ὅσοι τῶν λογικῶν προβάτων ἀγελάρχαι τετάγμεθα, μὴ ἀντὶ ποιμένων μισθωτοὶ καὶ κλέπται φανείημεν, μηδὲ τὰς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας καρπώμεθα, περὶ δὲ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ποιμνίου ὀλιγώρως διατιθείημεν. Καὶ ὑμεῖς δὲ οἱ ποιμαινόμενοι προσέχετε ἑαυτοῖς, μήπως ἀντὶ τοῦ προβάτοις ὁμοιοῦσθαι, καὶ γάλα φέρειν καὶ ἔριον, ἃ τὴν ἐλεημοσύνην αἰνίττονται, πρὸς τοὺς κρημνοὺς τῆς ἁμαρτίας, ἐρίφων τρόπον ἐφάλλοισθε. Μιμησώμεθα τοῦτον τὸν ἀληθῆ ποιμένα, καὶ μιμητὴν τοῦ Δεσπότου Παγκράτιον, οὗ τὸν ἄριστον βίον ἐπιτροχάδην διεξελθόντες ὑποδείξομεν ὑμῖν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀμήχανον τοῦτον μιμήσασθαι.

Ὁ ἱερὸς τοίνυν Παγκράτιος, καθὼς ὁ τὰ κατ' αὐτὸν ἱστορήσας Εὐάγριος ἠκριβώσατο, ἀνατολῆθεν ὁρμώμενος, καὶ ὑπὸ τῶν ἱεροτελεστικῶν χειρῶν τοῦ κορυφαίου τῶν μαθητῶν ἀρχιερεὺς γεγονώς, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ταύτῃ νήσῳ ἐκπέμπεται, καὶ πρὸς ταύτην τὴν πόλιν ταύρου καὶ μενείας πεφοιτηκώς, πρότερον μὲν τὰ τῶν δαιμονίων ἐκκαθαίρει βδελύγματα,

Francisci Scorsi notæ.

(13) *Evagrius.* Fuit hic S. Pancratii discipulus et comes ; idemque magistri sui scripsit historiam, sed ea utinam exstaret ; liceret sane a fabulis vera secernere ; a fabulis, inquam, quæ in historia Græce manuscripta, supposito ejusdem Evagrii nomine habentur, quam ex Græco in Latinum vertit Jacobus Sirmundus societ. Jesu, vir doctiss., Octavii Caetani rogatu ; quam si legeris, quod ego feci, fabulam legeris ; damnat eam itidem, atque ego idem Caetanus in mss. Nihil tamen obest hue transcribere, quæ in Breviario Gallicano, quod melioris est fidei, quodque Tauromenii servatum ibidem mihi hujusce negotii causa commoranti probatum est, legi, et excerpsi. Sic igitur ibi de se ipso narrat Evagrius : B. *Pancratius episcopus Tauromenitanus vocarit me Evagrium nutritium suum, atque discipulum dicens : Fili Evagri, scis ab initio conversationem meam quomodo a B. Petro missus sum in hanc civitatem prædicare verbum Dei ; volo itaque, ut post obitum meum in episcopatu mihi succedas. Propterea tibi, fili, præcipio, ut post obitum meum assumas Bonifacium et bonos cives, et vade Romam ad B. Petrum apostolum, qui dabit tibi, sicut dedit mihi, hujus urbis episcopatum.* Hæc ex Breviario illo, quod etiam citat Rocchus Pirri abbas, Netinus in Notit. episcopatus Tauromen. tom II.

(14) *Ab Anatolia profectus.* Satis ample circumscribitur locus, unde missus a S. Petro B. Pancratius ; quippe nomine Ἀνατολίας quo etiam hodie Græci Asiam minorem appellant, comprehendit omnes fere Orientis regiones ; nam Orientis plagam vocabulum Anatoliæ signat. Missus vero ab Antiochia S. Pancratius ab apostolo Petro, dum ibi degeret, ubi natus S. Pancratius.

(15) *Sacris initiare potentibus.* Tribus his verbis expressi, quod auctor uno ἱεροτελεστικῶν. Hoc verbum, cum ab ἱερεὺς *sacerdos*, et τελεῖσθαι, quod inter cæteros significatus ad sacra pertinet, *et sacris initiare* significat, ut probatum ajime est multis utriusque classis scriptorum testimoniis ad hom. 1. not. 4 ; cum, inquam, ab his deductum et eo flexu nominum, quæ vim activam signant, idipsum continet quod expressi. Quod autem ait : Ὑπὸ χειρῶν τοῦ κορυφαίου τῶν μαθητῶν, manuum impositionem designat, qua episcopi et sacerdotes, et in cæteris ordinibus alii initiantur ; quam initiationem Græci χειροτονίαν et χειροτονεῖν dicunt. De hoc ritu doctissime scribit integro magnoque volumine Petrus Arcudius presbyter Corcyræus, ubi disputat de concordia Ecclesiæ Orientalis et Occidentalis in septem sacramentorum administratione.

(16) *Tauromenium.* Ne lector litterarum non sat peritus, offenderet, verti communi, et noto nomine Tauromenium, id quod Theophanes describit resolvens in duo nomina, ex quibus conflari videtur ex fabula Tauromenii appellatio : Πρὸς ταύτην, inquit ille, πόλιν Ταύρου καὶ Μενείας πεφοιτηκώς · *In hanc urbem Tauri et Menecæ advenienS.* Unde autem dicta credatur urbs Tauri, et Menecæ jam explicavimus Proœm. 1, § 1 ; credatur, inquam, ex vulgi opinione, et fabula apud Tauromenitanos tradita de suæ urbis origine, quam refutavimus loco jam dicto, veramque protulimus ex probatis auctoribus, quæ adi si placet, nec est operæ pretium ea huc regerere. An igitur fabulam hanc Theophanes quoque obtrudit ? an eam amplectitur ? Non obtrudit ut ejus auctor, nec sequitur quasi fidem illi suam obligans, sed arripit quod erat in vulgus diductum et sane sapienter ut ex iis quæ nota populo, et jucunda erant, velut ex manibus putaminibus elicieret utilitatis, ac pietatis nucleum, eamque melius in animis vulgi insinuaret, non sine ingenii acuti, atque adeo Siculi laude, dum fabulosam historiam symbolice interpretatur

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ τὰ βέβηλα συντρίβει ἀγάλματα, ὧν ἐξόχως ἐτιμῶντο Φάλκων, καὶ Λύσσων, καὶ Σκάμανδρος. Εἶτα μετάγει πρὸς τὴν εὐσέβειαν τὸν ἡγεμόνα τῆς πόλεως Βονιφάτιον, θείους τε ναοὺς καὶ ἱερὰ δειμάμενος καταγώγια, καὶ πολλοὺς πρὸς τὴν ἀληθῆ πίστιν μεταγαγὼν, ἐπισφραγίζει μαρτυρίῳ τὸ τέλος· κἀν τούτῳ τὸν οἰκεῖον Δεσπότην μιμούμενος, καὶ τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης στολὴν αἵματι φοινίξας μαρτυρικῷ, πρὸς οὐρανὸν ἀνατρέχει χερσὶν ἀγγέλων αἰρόμενος. Τούτου τὴν πολιτείαν ζηλώσωμεν, ὦ Χριστιανικώτατε σύλλογε. Τῷ ὄντι γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀνατολῆθεν ἐξορμώμεθα ἐκ τῆς μακαρίας ἐκείνης Ἐδέμ, ἐξ ἧς ἐκπεσόντες, ἐν ταῖς δυσμαῖς τοῦ βίου τούτου γεγόναμεν, κόσμον οἰκήσαντες νήσῳ παρεμφερῆ ἅτε τῇ τῆς κακίας ἅλμῃ πάντοθεν διαλαμβανόμενον· ἐν ᾧ πολλὰ μὲν τῆς πονηρίας τὰ πνεύματα, πυκνὰ δὲ τῆς ἁμαρτίας τὰ κύματα, ἀλλεπάλληλα τῶν πειρασμῶν τὰ ῥεύματα, ἅπερ καθ' ἡμῶν ἐγείρει ὁ νοητὸς ἄγριος ταῦρος, ὁ τὴν μανίαν σύνοικον ἔχων, καὶ πόλιν κτίζων ὑπὸ πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων συνωκισμένην· περὶ ἧς φησιν ὁ ψαλμός· « Εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει· καὶ ἀνομία, καὶ κόπος ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ τόκος, καὶ δόλος ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς. » Ὁρᾷς τοῦ νοητοῦ Ταύρου καὶ τῆς μανίας τὴν πόλιν, ἣν οἰκεῖν κατεκρίθημεν; Ἐνταῦθα οὖν παραχθέντες, γενώμεθα Παγκράτιοι τρόπον ἕτερον, πάντων κρατοῦντες τῶν ἀπὸ τῆς ψυχῆς κινημάτων. Οὕτω γὰρ τὰ ἐν ἡμῖν τῶν παθῶν ἀφεδρύματα ἀφανισθείημεν, ὡς Φάλκων, καὶ Λύσσων, καὶ Σκάμανδρος. Εἶεν δ' ἂν Φάλκων μὲν ὁ ὑφέλκων ἡμᾶς εἰς τὴν ἁμαρτίαν πονηρὸς λογισμός, Λύσσων δὲ ἡ λυσσώδης ἐπιθυμία τῶν ἀτόπων ὀρέξεων, Σκάμανδρος δὲ ὁ θυμὸς, ὁ καθάπερ σκάμμα καὶ πόλεμος γινόμενος τῆς ἀνδρείας ψυχῆς. Ἐνταῦθα τὰ εἴδωλα τοῦ νοὸς καταβάλωμεν, τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς εὖ μάλα περικαθάραντες, πολλῶν μυσταγωγοὶ καὶ σωτῆρες γενοίμεθα. Οἵ τε γὰρ τῆς ἀσεβοῦς προέχοντες πόλεως, τουτέστιν οἱ ἐπὶ κακίᾳ περιφανέστεροι, εἴσω τῆς σωτηρίας εἰσαχθεῖεν, μόνον εἰ πρότερον γένοιντο Βονιφάτιοι. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο τὸν ἀγαθὰ διαπραττόμενον ἑρμηνεύσει, εἴ τις τῶν Ῥωμαίων εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταβάλλει φωνήν· δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὡς οὐκ ἔστι γνήσιον γενέσθαι Χριστιανὸν τὸν

A nibus dæmonum eam expurgat, et profana conterit simulacra. Ex quibus præcipuo colebantur honore Phalcon, et Lysson, et Scamandrus (17). Postea ad veram religionem præfectum civitatis Bonifacium traducit, ac templa in Dei cultum, et sacras ædes ædificat. Demum cum multos convertisset ad veram fidem, vitæ finem martyrio consignavit. Atque in hac etiam Dominum suum imitatus, et sui purpura sanguinis pontificatus dignitate decorata, in cœlum angelorum manibus sublatus est. Hanc igitur vitæ rationem sectemur, o Christianissime cœtus. Etenim **391** et nos vere ex oriente ortum habemus (18); ex illa scilicet felici Eden, ex qua cum decidissemus, in hujus vitæ occidente versamur, habitantes hunc mundum peccati salsugine instar

B insulæ undique circumfusum: in quo multi improbitatis venti, frequentes peccatorum undæ, alii post alios tentationum fluctus, quæ contra nos commovet agrestis ille taurus intelligibilis, qui vecordiam quasi conjugem habens, urbem etiam condit iniquis operibus ut incolis frequentatam. De qua profecto cecinit Psalmus: « Vidi iniquitatem, et contradictionem in civitate: et labor in medio ejus, et injustitia, et in plateis ejus usura, et dolus [89]. » Vides civitatem tauri et maniæ, non sensu, sed mente perceptam, ad quam habitandam damnati sumus? In hac igitur delati efficiamur alio quodam modo Pancratii, nimirum in omnes pertubationes animi dominantes. Ita enim eas ut statuas in nobis

C insidentes, quasi Phalcum, et Lyssum, Scamandrumque demoliemur. Erit autem Phalcus quæ nos ad peccandum cogitatio pertrahit: Lysson vero rabiosa appetitionum a ratione discordium concupiscentia. Scamandrus vero vis irascibilis, quæ veluti cavea, et lucta virilis est fortitudinis. Hæc igitur idola ab anima deturbemus, tresque ejus facultates optime perpurgando multos ad sacra obeunda mysteria, salutemque obtinendam adducemus. Nam et qui in impietatis civitate præsunt, hoc est improbitate præcellunt, in salutem vocari possunt, modo Bonifacii prius evadant. Hoc enim nomen signat eum qui benefacit, si quis Latinam notationem spectet: qua sane voce significatur non posse eum Christianum vere censeri, qui benefacta

[89] Psal. LIV, 10-12.

Francisci Scorsi notæ.

quod viri gravissimi sanctique factitare consueverunt, veterum fabulas ad mores traducentes, in quibus est mythologia S. Fulgentii Ruspensis episcopi, quam lege.

(17) *Phalcus et Lysson et Scamandrus.* Nomina idolorum, quæ S. Pancratius Tauromenii coli deprehendit, et de quibus primo adventu insignem victoriam reportavit. In fine historiæ apocryphæ, quam supra sub Evagrii nomine exstare diximus, hic est indiculus deorum, quos expulit Tauromenio S. Pancratius: Φάλκων ἐν τῇ παραλίᾳ, Λύσσων ἐν τῷ τετραΐππῳ, Διὰς ἐν τῇ οἰκίᾳ Ἐλίδου σὺν τῷ εἰδώλῳ Σκαμάνδρῳ. Ἡ θεὰ Ἄρτεμις Ἥρωνος θυγάτηρ πλησίον τῆς καταβάσεως ὑδάτων. *Phalco in maritimo littore; Lysson in Tetraippo, Dias in Elidis domo cum idolo Scamandro; Diana dea Heronis filia juxta descensum aquarum.* Hæc ex illa historia, non quod eam universam probem, sed quia possunt in apocryphis libris multa dici, quæ vera sunt. De tribus prioribus Theophanes mentionem hic facit, quartam silet.

(18) *Ex oriente ortum habemus.* Alludit ad vocem Ἀνατολίαν quam supra posuerat, et forte ex industria delegerat, ut ad mores melius accommodaret historiam. Vide not. 9 superiorem. Porro ad solis orientis plagam plantatum fuisse Paradisum Hebraice Eden dictum, constat ex Gen. cap. IV, et de hujus vocis etymo, et plura alia non contemnenda per occasionem dicta, vide supra ad hom. 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non ostendat. Templa ac sacella (19) ad sacrum cultum magnus Pancratius excitavit : effice te ipsum templum Deo, et compara habitaculum sanctissimæ Trinitatis; et si te diabolus tentationibus aggrediatur, usque ad mortem animo deliberato resiste. Effusus est (20) Christi causa sancti martyris sanguis; tu lacrymarum guttas ex oculis funde. Venerandum ejus corpus in caverna abstrusum (21) fuit : absconde tu in humilitate animam tuam, ut te sanctorum tabernacula, et regnum cœlorum, et æterna voluptas excipiat, qua nobis frui detur gratia **392** Domini nostri Jesu Christi, quocum Patri, et Spiritui sancto gloria est, et imperium, et laus in sæcula sæculorum. Amen.

A μὴ καλὰ ἔργα ἐπιδεικνύοντα. Ἀνήγειρεν ὁ μέγας Παγκράτιος ἱερὰ τεμένη, καὶ θείους σηκούς· κατασκεύασον σὺ σεαυτὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, οἰκητήριον τῆς ἁγίας Τριάδος γενόμενος. Ἂν σοι προσβάλλοι διὰ πειρασμῶν ὁ ἐχθρὸς, μέχρι θανάτου ἀντίστηθι, προαιρέσει μαρτύρησον. Ἐξεχύθη τοῦ ἱερομάρτυρος τὸ αἷμα διὰ Χριστόν· χύσον αὐτὸς τὰς τῶν δακρύων λοιβάδας ἐξ ὀφθαλμῶν. Ἐκρύβη τὸ σεβάσμιον ἐκείνου σῶμα ἐν χαραδρώματι· κρύψον σὺ τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν ἐν τῇ ταπεινότητι, ἵνα σε σκηναὶ ἁγίων εἰσδέξωνται, καὶ βασιλεία οὐρανῶν, καὶ τρυφὴ ἀτελεύτητος, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, καὶ κράτος, καὶ αἴνεσις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HOMILIA LVIII.

In illa verba : « Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. » — Dicta est in festo S. magni martyris Panteleemonis (22).

Qui ad solemnem hanc celebritatem (23) con-

B

OMIAIA NH'.

Εἰς τὸ, « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. » — Ἐλέχθη ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Παντελεήμονος.

Οἱ πρὸς τὴν πάνδημον ταύτην ἀθροισθέντες πα-

Francisci Scorsi notæ.

(19) *Templa ac sacella.* S. Pancratius triginta ferme annos Tauromenio præsedit. Quo tam longo spatio credibile est ejus opera Christianam religionem maxime ibi propagatam, et multa ab eo templa ædesque sacras fuisse erecta, ex quibus esse quod hodie Tauromenii visitur, traditum accepi extra urbem est situm ut nunc res sunt, qua Septentrionem Messanamque spectat; quadratis lapidibus, seu duris cautibus potius palmos duos usquequaque latis, ea arte commissis, ut nullum exstet interlitæ calcis signum. Multo amplius altiusque fuisse tradunt, quam quantum illius hodie exstat, bonam ejus partem sub terra depressam. Ea igitur antiquitate et religione quam dixi, illud habent indigenæ, cum nullum aliud memoretur illius templi primordium, eaque obtinuit opinio majoribus per manus posteris tradita jam tum ab ipso Pancratio fuisse conditum, quod postea ipsi S. Pancratio dedicatum, et ab eo nuncupatum, credo, voluerunt. Pulverem extulerunt ex cautibus, ex eoque epoto vel adhibito corpori, quæ est eorum fiducia in patronum pastoremque suum medentur variis morborum generibus, ac cœlesti quadam ope sanantur. Cavearum in cautibus ipsis apparentium magno numero testis ego oculatus, miraculorum auditor.

(20) *Effusus est*, etc. De martyrio S. Pancratii hoc traditum in Breviario Gallicano, quod ego accepi Tauromenii et relatum etiam lego ab abbate Pierri, ut dictum supra not. 9 : *Post diabolus stimularit Archaganum, qui erat Chananæus præcessor in rebus prætoriis, qui unquam voluit baptizari, ut idolum Scamandrum adoraret, quem B. Pancratius signo crucis contrivit : et illi profani videntes eorum deum prostratum, comprehenderunt beatum trahentes per pavimentum in foveam abscensam : quidam gladio pungens, alius lapide cædens interfecerunt eum dicentem : « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. »*

(21) *In caverna abstrusum.* Ἐν χαραδρώματι. Hoc nomen eo flexu vix reperias apud veteres scriptores : deducitur tamen legitime a χαραδρεύεται, quod est ex Etym. mag., ὀρύσσεται, κοιλαίνεται· χαράδραι γὰρ αἱ διαιρέσεις καὶ τὰ σχίσματα, καὶ εἰ χειμάρροι γῆς παρὰ τὸ χαράσσω. *Sign ficat fodere, excavari,* χαράδραι *enim sunt foveæ, et hiatus, et torrentes terræ a verbo* χαράσσω. Itaque ex hoc verbo profectum χαράδρωμα rite cavernam, speluncam, foveam, et similem hiatum rupium notat. Escur. Hisp. recte χαραδρώματα explicat σχίσματα πετρῶν. Eaque significatio congruit cum historia de S. Pancratio, qui in speluncam seu cavernam abstrusus, ut ex Breviario Gallicano supra vidimus not. 20. Vide præterea ad hom. XXVII, de voce χαράδρωμα quæ diximus not. 60.

(22) *Panteleemonis.* Ita scripsi nomen hujus S. martyris, ut Latinum Græco responderet. Duplex enim habuit nomen; alterum ante susceptam Christi fidem Pantaleonem; alterum postquam virtute susceptæ fidei omnibus gratis valetudinem impertiret, et mutatis factis mutatum est etiam nomen Πανταλέων in Παντελεήμων, hoc est *omnibus misericors.* De hoc duplici nomine meminit etiam Baron. in notis ad Martyr. die 27 Julii, quo die Latini ejus commemorationem colunt, eodem quo Græci festum celebrant. Apparet etiam ex Balsam. in Photii *Nomocan.* tom. VII, ubi de feriis agitur : Ἡ κζ' ὅτι τὸν ἀθλοφόρον καὶ θαυματουργὸν Παντελεήμονα ἑορτάζομεν. Hoc est : XVII *dies* (feriata est) *quo athletæ mirabilium operum effectoris Panteleemonis festum agitur.* Meminit et de eo Nicephor. *Hist. eccl.* cap. 14, lib. VII : *Eadem tempestate Pantaleon, qui et Panteleemon dictus est, enituit.* Ex hoc duplici nomine etiam noster infra documenta ad mores accommoda deducit. Sed in titulo Παντελεήμον, ut dixi, inscribitur, idque videtur a Græcis usurpatum : unde et Panteleemon ego verti.

(23) *Qui ad solemnem hanc celebritatem.* Desumptum hujus homiliæ proœmium a tempore : quo nimirum nundinæ erant Tauromenii festo die S. Panteleemonis, seu potius in festum diem incurrentes. Non enim, nisi mea conjectura fallit, ad ipsam celebritatem S. Panteleemonis nundinæ pertinebant; sed potius S. Pancratii primi Tauromenii episcopi, et quidem usque hodie hæ nundinæ mense Julio celebrantur Tauromenii ad ipsum S. Pancratii solemnem diem, qui hujus mensis die nono colitur. Ut colligo etiam inde a Theophanis nostri sæculo hunc morem traductum ad nostra tempora, et cum per eos dies Julii ad S. Pancratii solemne, haberentur nundinæ, incidisse etiam in festum S. Panteleemonis, quod non multis diebus absit, vel certe ad eum usque diem consuesse nundinas prorogari. Ex qua conjectura lux huic proœmio affata.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

νήγυριν, ταῖς σωματικαῖς ἀνάγκαις οἷά τισι πλεκτάναις πεδούμενοι περὶ τὴν ἐμπορίαν σχολάζουσι μᾶλλον ἢ περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ταύτην σύναξιν· καὶ ἐπορθρίζουσι μᾶλλον εἰς τὸ πρατήριον ἢπερ εἰς τὸ εὐκτήριον. Ἕκαστοι τῶν τε πιπρασκόντων καὶ τῶν ὠνουμένων προλαβεῖν, ἐν τῷ κέρδει σπουδάζουσι τὸν ἕτερον. Καὶ ὁ μὲν σπεύδει πρὸ τῶν ὁμοτέχνων ἀπεμπολῆσαι τὸ ἴδιον· ὁ δὲ μὴ προληφθῆναι παρ' ἑτέρου πρὸς τὸ ἁρπάσαι τὸ χρειῶδες, ἐπείγεται· λόγος δὲ αὐτῆς τῆς Ἐκκλησίας οὐδείς. Ἀλλὰ τὸν εἰς τὸ θεῖον τέμενος δρόμον ὁ ἐχθρὸς τῇ προφάσει τῆς ἐμπορίας προήρπασεν. Ἀλλ' ὑμεῖς ὅσοι τῆς σωματικῆς χρείας τὴν θείαν σύναξιν προεκρίνατε, καὶ τὴν εὐχὴν τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας προετιμήσατε, τὴν πνευματικὴν πραγματείαν εἰσδέξασθε, οὐ καθ' ὁμοιότητα τῆς αἰσθητῆς ταύτης καὶ ῥεούσης τυγχάνουσαν· ἐν ᾗ πολλὴ μὲν ἡ φιλονεικία, πλείστη δὲ ἡ ἐπιορκία, τὸ ψεῦδος σωρηδὸν ἐπικέχυται, ἑκάστου τοῖς ἐπαίνοις ὑπερβάλλεσθαι τὸ ἴδιον, καὶ φενακίσαι τὸν συναλλακτὴν σπουδάζοντος. Ἀλλ' ἡ ἐνταῦθα ἐμπορία ἡρεμαία καὶ ἥσυχος, καὶ τὸν παρέχοντα μὴ ζημιοῦσα, καὶ τὸν λαμβάνοντα παρασκευάζουσα εὐπορώτερον. Τὴν εὐαγγελικὴν τοίνυν πυκτὴν ἀναπτύξαντες, τὰ θεῖα κατοπτεύσωμεν λόγια.

« Εἶπεν ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. » Πρότερον μὲν ἀποστέλλων τοὺς μαθητὰς ὁ Σωτὴρ εἰς τὸ κήρυγμα, ἀπεῖργε τούτους εἰς ὁδὸν βαδίζειν ἐθνῶν, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν, τοῖς ἐξ Ἱερουσαλὴμ δὲ μόνοις εὐαγγελίζεσθαι. Ἐν τούτοις οὖν ἐθίσας αὐτοὺς, ἤδη λοιπὸν καὶ παντὶ τῷ κόσμῳ καθίστησι κήρυκας. Ἐπεὶ δὲ μιμητὰς ἔδει γενέσθαι αὐτοὺς τοῦ διδασκάλου ἀκούσαντας, ὡς « Ὁ θέλων ἐμοὶ διακονεῖν ἐμοὶ, ἀκολουθείτω, » ἐκεῖνος δὲ ἦχθη ἐπὶ σφαγὴν, ὡς πρόβατον, κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου προαναφώνησιν, διὰ τοῦτο ἐξάγων αὐτοὺς εἰς τὸ κήρυγμα, παραινεῖ, ὡς ἄρνας λύκοις συναναστρέφεσθαι. « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. » Ἤδει γὰρ, ἤδει ὡς ἐπεισφρήσουσι κατὰ τοῦ κηρύγματος βασιλεῖς, καὶ ἡγεμόνες, καὶ τύραννοι κατὰ τῶν κηρύκων ὡς λύκοι ἄγριοι χαίνοντες, καὶ θηριωδῶς ἐπιθρώσκοντες. Πῶς οὖν, φησὶ, τούτων περιγενήσεσθε;

« Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. » Μὴ θορυβείσθω δὲ τῶν φιλοχρίστων ἀκοὴ, ὅτι ἀπεμφαίνοντι ζώῳ ἐξομοιοῦσθαι τοῖς μαθηταῖς νουθετεῖ. Αὐτὸς γὰρ ὁ Σωτὴρ τῷ κρεμασθέντι ἐν τῇ ἐρήμῳ χαλκοχύτῳ ὄφει ἑαυτὸν ὁμοιῶσαι οὐ παρῃτήσατο. Ἐπεὶ οὖν ἐστέλλοντο πρὸς τὸ κήρυγμα, ὅπου χρεία σοφίας ἦν πρὸς τὸ πεῖσαι τοὺς ἀντιλέγοντας, μιμεῖσθαι τὸ φρόνημα τοῦ ὄφεως ὑποτίθησιν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ

A fluunt rerum ad corpus spectantium necessitudinis veluti laqueis impediti circa mercaturam magis, quam circa conventum hunc Ecclesiæ distinentur, et ad venalium rerum forum studiosius, quam ad orationis domum prima luce conveniunt. Unusquisque tum venditorum tum emptorum alteri antevertere in lucrando studet. Et hic quidem mercem suam divendere ante maturat, quam opificii ejusdem socii; ille vero, ne præoccupetur ab altero intervertere commodum sibi festinat. Ipsius autem Ecclesiæ ratio habetur nulla, sed cursum ad divinum hoc templum institutum negotiationis prætextu intercipit inimicus. Vos vero quotquot corporis usus sacræ concioni posthabuistis, et pluris orationem quam intempestivam contentionem æstimatis, negotium suscipite sensibili huic ac fluxo nequaquam simile: in quo quidem certationes multæ, crebra perjuria, mendacia cumulatissime congeruntur, cum scilicet unusquisque res suas supra modum extollere, et cum qui secum contrahit, decipere conetur: quæ vero hic mercatura exercetur placida est et quieta; et eum qui rem exhibet, damno non afficit; eum vero qui accipit, efficit ditiorem. Igitur Evangelii aperientes librum, divina inspiciamus oracula [81].

« Dixit Dominus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. » Prius sanè cum discipulos Dominus ad prædicandum mitteret, vetuit eis, quominus in viam gentium, et in Samaritanorum civitatem irent; iis autem modo qui ex Hierosolyma essent, ferre Evangelium voluit. Inter hos igitur **393** eos assuefactos, præcones jam in posterum orbis universi constituit. Quoniam vero imitatores eos fieri magistri decebat, postquam illud audissent: « Qui mihi ministrat, me sequatur [82], » ipse autem tanquam ovis ad occisionem est ductus, juxta Isaiæ prædictionem [83], ideo, cum eos educit ad prædicandum, admonet, ut tanquam oves in medio luporum versentur. « Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. » Sciebat enim profecto, sciebat futurum, ut imperatores, et principes, et tyranni contra Evangelii prædicationem insurgerent, et in præcones ipsos tanquam agrestes lupi inhiarent, et ferarum rictu insilirent: quo igitur modo, inquit, hos superabitis?

« Estote prudentes sicut serpentes. » Ne vero conturbentur amantes Christi, cum audiunt moneri discipulos, ut similes animali tam dissentaneo evadant. Ipse enim Salvator non dedignatus est etiam serpenti æneo (24) in eremo suspenso assimilare seipsum [84]. Quoniam igitur ad prædicandum mittebantur: in quo munere obeundo sapientiæ opus erat, ad eos qui contradicerent, convincen-

[81] Matth. x, 16 seqq. [82] Joan. xii, 26. [83] Isa. liii, 7. [84] Joan. iii, 14.

Francisci Scorsi notæ.

(24) *Serpenti æneo.* Vide hoc symbolum explicatum ab ipsomet auctore, hom. 3, quæ est prima de cruce, et not. 48 ad eam hom.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dos, serpentis prudentiam imitari jubet. Sicut enim tum cum primo homini insidiatus est serpens, ea calliditate rem egit, ut non prius virum aggrederetur, qui mente firmiore pollebat, sed mulieri, ut mobiliore ingenio præditæ fallax consilium illud accommodaret, tam probabiliter oratione composita, ut ad desciscendum a Deo posset inducere : sic vult discipulos in tradenda doctrina personas et locos et tempora deligere, omnique eo modo atque judicio disponere ac dispensare sermonem, quo efficiat, ut a peccato desciscatur, et cum Deo amicitia conjungatur. Considera mihi magni Pauli sermonem habitum in Areopago serpentis prudentia instructum [65], quo pacto ab aris, quas colebant, occasionem orationis arripiens doctrinam evangelicam persapienter inseruit, ita ut judicem apud illos spectatum, magnum dico Dionysium, bene disposita oratione (25) subegerit. Aliud etiam his verbis subjicitur intelligendum. Quoniam serpens cum percutitur, caput solum incolume (26) servare contendit, de reliquo corpore nihil sollicitus, quippe cum sciat in capite suam contineri vitam ; sic discipulos vult curam studiumque in omni vita adhibere, ut puram **394** inviolatamque fidem in ipsum qui caput est nostrum, conservent ; corpus autem, et ea quæ ipsum attingunt, præclaro quodam lucro prodigere. Dum enim fides in nobis servatur incolumis, vera animæ morte non peribimus. Inest etiam serpenti alia quædam naturalis et secreta virtus. Secto enim corpore (27) conglutinat denuo et constringit segmenta, et in integritatem restituit. Admonet igitur similitudo, ut si quando contigerit, ut in nobis spiritualia membra distrahantur, præsto sit omnibus vis pœnitentiæ, per quam iterum coalescere et redintegrari possimus. Ad hæc alia etiam in serpente naturalis virtus est insita ; postquam enim sentit se jam tempore ipso consenuisse, ut traditum est ab iis qui naturas

κατὰ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐπιβουλῇ ἔγνω ὁ ὄφις μὴ τῷ ἀνδρὶ προσελθεῖν στερρότερον ἔχοντι φρόνημα, ἀλλ' ὡς εὐαγωγοτέρᾳ τῇ γυναικὶ τὴν ἀπατηλὴν ἐκείνην προσῆξε παραίνεσιν, πιθανῶς τὸν λόγον πλάσας πρὸς τὸ ἀποστῆσαι Θεοῦ· οὕτω βούλεται τοὺς μαθητὰς ἐν τῷ διδάσκειν πρόσωπα, καὶ τόπους, καὶ καιροὺς ἐπιλέγεσθαι, καὶ παντὶ τῷ τρόπῳ ἐν κρίσει τοὺς λόγους οἰκονομεῖν, πρὸς τὸ ἀποστῆσαι τῆς ἁμαρτίας, καὶ οἰκειῶσαι Θεῷ. Σκόπει μοι τοῦ μεγάλου Παύλου τὴν ἐν τῷ Ἀρειοπάγῳ διάλεξιν ἠρτυμένην τῷ φρονήματι τοῦ ὄφεως, πῶς, ἀφ' ὧν ἐσέβοντο βωμῶν τὸν λόγον κατασκευάσας, πανσόφως τὸν Εὐαγγελίου λόγον παρέπλεξεν, ὡς τὸν παρ' ἐκείνοις εὐδόκιμον δικαστὴν, τὸν μέγαν φημὶ Διονύσιον, τῇ τοῦ λόγου οἰκονομίᾳ ὑπαγαγεῖν. Δίδωσι δὲ ὁ λόγος καὶ ἄλλο νοεῖν· ἐπεὶ ὁ ὄφις πληττόμενος παντὸς μὲν τοῦ σώματος ἀλογεῖ, σπεύδει δὲ τὴν κεφαλὴν μόνην τηρεῖν, εἰδὼς ὡς ἐν ἐκείνῃ πέφυκεν ἡ τούτου ζωή, οὕτω βούλεται τοὺς μαθητὰς μελέτην ἔχειν διὰ βίου παντὸς καθαρὰν τηρῆσαι καὶ ἄπληκτον τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὅς ἐστιν ἡμῶν ἡ κεφαλή· τοῦ σώματος δὲ καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα γενναίῳ λήμματι ἀφειδεῖν. Σωζομένης γὰρ ἐν ἡμῖν ἀθραύστου τῆς πίστεως, τὸν ἀληθῆ τῆς ψυχῆς θάνατον οὐκ ἀποθανούμεθα. Ἔνεστι τῷ ὄφει καὶ ἄλλη φυσικὴ καὶ ἀπόῤῥητος δύναμις. Τμηθεὶς γὰρ τὸ σῶμα, συγκολλᾷ, καὶ συσφίγγει αὖθις τὰ τμήματα, καὶ εἰς ὁλοκληρίαν ἀποκαθίσταται. Παραινεῖ οὖν τὸ εἰκόνισμα, ὡς εἴποτε καὶ ἡμῖν διάστασις τῶν πνευματικῶν μελῶν γένηται, δέδοται πᾶσιν ἡ τῆς μετανοίας ἰσχὺς, δι' ἧς δυνάμεθα πάλιν συνέρχεσθαι καὶ συνάπτεσθαι. Πρὸς τούτοις καὶ ἄλλη ἐστὶ τῷ ὄφει δύναμις φυσική. Ἐπειδὰν γὰρ ἑαυτὸν αἴσθηται χρόνῳ γηράσαντα, ὥς φασιν οἱ τὰς τῶν ζώων φύσεις παρατηρήσαντες, ἀσιτίᾳ μακρᾷ δὺς ἑαυτὸν, καὶ οὕτω χαυνώσας τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, εἰς ἁρμονίαν στενὴν καὶ πνιγηρὰν τὸ σῶμα καθεὶς, ἐπὶ τοσοῦτον βιαίως ὠθεῖ, ἕως ἂν, τῆς λεβηρίδος γυμνω-

[65] Act. xvii, 22.

Francisci Scorsi notæ.

(25) *Disposita oratione.* Τῇ τοῦ λόγου οἰκονομίᾳ hic habet auctor, et paulo supra eodem sensu et in eadem re οἰκονομεῖν usurpavit. Cujus vocis quam late pateat vis et usus disseruimus ad homiliam 5, not. 98 ; inter alia diximus ad dispositionem oratoriam et poeticam pertinere, cujus significationis hic ab eodem auctore habes exemplum.

(26) *Caput solum incolume.* Hic serpentis ritus vulgo notus ; sed enim ex his etiam de medio sumptis, sed loco positis, et commode dictis orator sacer præsertim, quærit fidem, et insinuare in animos auditorum salutaria præcepta studet. Fabulæ etiam quam sint rudi plebeculæ accommodatæ quis nescit ? de quo diximus homilia proxima not. 11, sed ad ipsorum concionatorum silvam parandam non erit hic supervacaneum opus conferre S. Epiphanii locum similem loco Theophanis. Ille Opusc. ad physiologum quatuor proprietates serpentis commemorat quas moraliter interpretatur, quot et noster. Sed non easdem uterque persequitur : in duabus modo conveniunt. Hæc quæ prima a Theophane ponitur, apud S. Epiphanium est tertia, qui sic ait : Τοῦ ἀνθρώπου αὐτὸν ἀποκεραμῆσαι ἰχνεύοντος ὅλον τὸ σῶμα παραδίδωσι, τὴν κεφαλὴν μόνην φυλάσσει. Ὀφείλομεν οὖν καὶ ἡμεῖς ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ὅλον τὸ σῶμα θανάτῳ παραδοῦναι, μόνην τὴν κεφαλὴν φυλάττοντες, τοῦτ' ἔστι τὸν Χριστὸν μὴ ἀρνούμενοι, ὅπερ ἐποίουν οἱ ἅγιοι μάρτυρες. Ἡ κεφαλὴ γὰρ παντὸς ἀνδρὸς ὁ Χριστός ἐστιν, ὡς γέγραπται. Hoc est interprete Consalvo Ponce de Leon Hispalen. qui et scholiis suam interpretationem locupletavit : *Si quando serpens ab homine petitur, caput ille tantum custodit, reliquum corpus exhibet. Debemus igitur et nos in tempore periculi totum corpus morti concedere, solum caput custodire ; hoc est Christum non deserere : quemadmodum sanctissimi martyres fecerunt ; omnis enim viri caput est Christus, ut ait Scriptura.* Alteram referemus infra not. 29. Plura apud ipsum vide etiam Consal.

(27) *Secto enim corpore.* Aristot. lib. II, cap. 16 serpentibus scribit laceratos oculos iterum subnasci, et caudam quoque amputatam denuo renasci, atque hoc modo interpretor, quod ait noster secto corpore conglutinari denuo et constringi segmenta et redintegrari, non de iisdem numero, sed de æquivalentibus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θεὶς, σὺν αὐτῇ τὸ γῆρας ἀπώθηται. Καὶ εἴπερ δι' ἄλλο τι, καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι αὐτὸν φρόνιμον παρὰ τῆς Γραφῆς, ὅτι μικρὰ πονήσας ἐν ἀναπαύσει καθίσταται. Ὑποτίθεται οὖν σοι νοεῖν ὡς, εἰ μέλλοιμεν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποθέσθαι, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀποξύσαι τὸ γῆρας, ἐγκρατείᾳ ἐπιπόνῳ τὴν παλαιὰν ἐν τῷ παραδείσῳ λειμαργίαν ἰάσασθαι, τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν τῆς ἀρετῆς διοδεύοντας. Βούλεσθε καὶ ἄλλο τῶν τοῦ ὄφεως εἰπωμεν, ὃ μιμεῖσθαι ἡμᾶς ὁ Κύριος βούλεται; Φασὶ τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἁρμονίᾳ εἰς ἣν παραδύεται, ἐπὰν εἰσωθῆσαι φθάσῃ τὴν κεφαλὴν, μὴ ἂν εὐκόλως εἰς τοὐπίσω ἐφέλκεσθαι, εἴ τις ἐκ τοῦ οὐραίου λαβόμενος εἰς τοὔμπαλιν ἀντισπᾷν πειραθῇ τῆς τραχείας φυσικῶς φολίδος, πρὸς τὴν τοῦ ὑφέλκοντος βίαν ἀντιβαινούσης· δεικνύντος τοῦ ὑποδείγματος ὡς τὸν ἅπαξ ἑαυτὸν τῇ τῆς ὁρετῆς ἁρμονίᾳ ὑποτάξαντα ἀποστολικῇ παραινέσει δεῖ τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι, οὐ μὴν εἰς τὰ ὀπίσω ἐφέλκεσθαι. « Οὐδεὶς γὰρ, φησὶ, βαλὼν τὸν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στρεφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν »

animalium observarunt, longa se inedia macerans, et corporis sarcinam relaxans, angustam aliquam, quæque corpus possit elidere, commissuram (28) in illud immittens eo usque vio'enter impellit, donec spolio denudatus (29) deponat etiam cum ipso senectutem. Et cum aliam ob causam, tum etiam ob hanc dicunt illum in Scriptura vocari prudentem, quod non longo labore suscepto respiret ac recreatur. Illud igitur hic tibi proponitur intelligendum, quod si veterem hominem deponere velimus, et peccati senectutem exuere, antiquam illam ingluviem in paradiso ostensam laboriosa continentia oporteat procurare, et per arctam angustamque viam incedere. Vultis et aliud de serpente proferam, quod imitandum Dominus nobis proponit? Serpentem aiunt in ea rima, in quam se insinuat, si caput intrudere occipiat, non facile retrahi posse, si quispiam illum cauda prehendens rursus conetur extrahere, squamæ scilicet asperitate (30) trahentis violentiæ naturaliter obsistente. Quo exemplo commonstratur eum, qui semel angustam virtutis semitam, quasi commissuram subierit, ex Apostoli monitu oportere ad priora se extendere, non retrorsum verti [86] : « Nemo enim, inquit Dominus, mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro, aptus est regno Dei [87]. »

Ταῦτα μὲν μιμεῖσθαι ἡμᾶς μυσταγωγεῖ τὸ τοῦ ὄφεως· τῆς δέ γε περιστερᾶς τὴν ἀκεραιότητα· « Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. » Φασὶ γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον, τὴν περιστερὰν, τοιαύτην ἔχειν πρὸς τοὺς δεσπότας τὴν οἰκειότητα, ὡς καὶ πορθουμένης αὐτῆς τῆς καλιᾶς,

Atque hæc quidem in serpente; in columba vero simplicitatem imitandam mystice edocemur. « Estote simplices sicut columbæ. » Dicunt enim hoc animal tam domesticum domino reddi, ut etiam **395** direpto nido, et pullis enectis a domini sui domicilio non abscedat. Talem igitur et nos mansuetudi-

[86] Philipp. III, 14. [87] Luc. IX, 62.

Francisci Scorsi notæ.

(28) *In angustam commissuram.* Hæc etiam serpentis ἀγηρασία, cui non nota, cui non dicta historicorum, cui poetarum non decantata? Aristot., lib. VIII *Hist. anim.*, cap. 17; et lib. V, cap. 17; Plin., lib. VIII, cap. 17; Virg., lib. *Georg.* III, et *Æneid.* II; Nican., cujus fabellam refert Consal. Ponce in suis scholiis, quos ut obvios cuique omisi, nec locus indiget. Solum ex SS. Patribus aliquid de angusto foramine, in quod intrudens se serpens, spolium exterit ad contestanda Theophanis dicta. Igitur S. Epiphanius libello jam dicto primam serpentis proprietatem hanc ponit : Ὅταν γηράσκει, ἀμβλύνονται αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοί· καὶ ἐὰν ἀνανεάζειν αὐτὸν βούληται, νηστεύει ἡμέρας τεσσαράκοντα, ἕως ἂν τὸ δέμας αὐτοῦ χαυνωθῇ, καὶ εὑρίσκει πέτραν, καὶ ῥαγαδαστεύει· προκύψας δὲ διὰ τῆς ὀπῆς ὠθεῖται περάσαι, καὶ ἐκβάλλει τὸ γῆρας, καὶ ἀποβαλὼν αὐτὸ τερπωλὴν παρέχει νεανίσκων. Καὶ σὺ, νοητὲ ἄνθρωπε, ἐὰν θέλεις τὸ πάλαι ποτὲ γῆρας τοῦ κόσμου ἀποβαλέσθαι διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, διὰ νηστείας τὸ σῶμα μάστισον· στενὴ γάρ ἐστι ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἐπάγουσα εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ οὐρανοῦ. Id est, eodem interprete : *Cum senio gravatur, caligant illi oculi; et cum iterum jurenescere parat, quadraginta diebus cibo abstinet, et tandem emollita cute, quærit petram, per cujus foramen magno nisu contendens, pronusque transire nititur, cutemque exuit, qua deposita gaudet, atque iterum juvenescit. Et tu, spiritalis homo, si per angustam et arctam viam veterem mundi senectutem deponere vis, corpus tuum jejunio macera. Est enim angusta porta, et arcta via, quæ ducit ad regnum.* Hæc S. Epiphanius cum quo noster et in re physica et in morali congruit. Tertull. itidem *De pallio : Serpens quod sortitus est, convertit corium.* et ævum : siquidem, *ut senium persensit, in angusta se stipat, pariterque specum ingrediens, et cute egrediens, ab ipso statim limine erasus, exuviis ibidem relictis novum se explicat; cum squamis et anni recursantur.* Theophyl. in cap. Matth. Ὁ ὄφις, στενῇ τινι ὀπῇ περισφιγγόμενος, καὶ διεξερχόμενος, ἀποδύεται τὸ παλαιὸν δέρμα. *Circumgyrans se serpens per angustum foramen ac transiens exuit pellem veterem.*

(29) *Spolio denudatus.* Λεβηρίδα appellat noster, propriissime locutus, ut Græci scriptores. Inde adagium, κενώτερος λεβηρίδος, *leberide inanior.* Etym. mag. Βηρὶς τὸ τοῦ ὄφεως γῆρας. S. Epiphan. loc. cit. eam γῆρας etiam ut Etym. explicat, appellavit per catachresim ut Consalvus adnotat. Sed et alii ex Græcis ita loquti γῆρας ἐχδύς, ut Xiphilinus in Nerone, et Aristophanes in Irena; Aristophanes, κέλυφος τοῦ ἔαρος, Nicander ἥβαν ἐαρινὴν, Julius Cæsar. Scaliger, vernationem dictam apud Latinos scribit : cujus hæc verba cap. 123, in Aristot., lib. II *De anima : Exuunt senectam angusto loco inter duos lapides, aut arboris foramine, verno tempore. Unde etiam vernatio pellis illa dicta est;* a Plinio opus ipsum, *vernare*, lib. VIII, cap. 27 : *Anguis hiberno situ membrana corporis obducta femiculi succo impedimentum illud exuit nitidiusque vernat.*

(30) *Squamæ asperitate.* Φολίδος τραχείας, et hic proprie locutus; nam φολὶς *reptilium*, λεπὶς *aquatilium*, ut adnotavimus supra hom. 47, not. 52.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nem et injuriarum oblivionem in eos qui nobis injurii fuerint, debemus ostendere. « Et simplices sicut columbæ. » Alia itidem ratione columbis similes esse nos jubet. Nam fellis est expers hæc avis, sicut diligenter harum rerum exploratores observavere. Est etiam mali odoris inimica (31), amatque maxime in locis beneolentibus versari. Tales igitur docet discipulos esse debere mansuetos, et felle carentes in eos qui peccant, qualem magnum illum Mosem et divinorum interpretem Davidem sacræ Litteræ ostendunt. Quorum alter cum in eum convicia soror ingereret, et e vestigio indignationem Dei in se convertisset, eum tamen propitium illi reddidit [88]; alter vero cum Saulem se persequentem jam manibus teneret, atque ejus interimendi facultatem haberet, et ipse magno animo toleravit, et armigerum ad cædem ejus irruentem continuit [89]. Ita et nos esse vult milites, et eo pacto imitari columbæ simplicitatem, inimicos vero fœtidi detestabilisque peccati; contra vero virtutum unguento gaudere, eoque nutriri. Columba siquidem graveolentes, ut dixi, refugiens locos, suavi unguentorum et florum odore robustior evadit. Fortassis etiam per hæc verba nos hortatur ut similes illi columbæ speciei simus, quæ in Jordanem advolavit [90], cujus et pennas accipere David optavit [91]. Hoc enim ænigmate consuetum est sacræ Scripturæ virtutem sancti Spiritus nominare.

Si vero altiores sensus licet attingere, dogma quoddam est, quod in hoc sermone reconditur. Quod sane dogma insinuat mediocritates quasdam esse virtutes (32); unaquæque enim virtus inter duas malas vicinitates quodammodo intercedit, ut in fortitudine excessus audacia est, defectus timiditas, utraque vero non laudanda. Quod autem in earum medio continetur, hoc sane virtus est. Ita et in temperantia: qui deficit in ea intemperans (33),

A καὶ σφαττομένων τῶν νεοττῶν, τῆς οἰκίας τῶν δεσποτῶν μὴ ἀφίστασθαι. Τοιαύτην οὖν καὶ ἡμᾶς ἔχειν προσήκει πραΰτητα καὶ ἀμνησικακίαν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας ἡμᾶς. « Καὶ ἀκέραιοι, ὡς αἱ περιστεραί. » Καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον ὁμοιοῦσθαι ἡμᾶς βούλεται τῇ περιστερᾷ. Ἐπειδὴ χολῆς ἄμοιρόν ἐστι τοῦτο τὸ ὄρνεον, καθὼς ἠκριβώσαντο οἱ τὰ τοιαῦτα παρατηρήσαντες. Ἔστι δὲ καὶ δυσωδίας ἐχθρόν, φιλεῖ δὲ μάλιστα τόποις εὐώδεσιν ἀναστρέφεσθαι. Τοιούτους οὖν εἶναι διδάσκει τοὺς μαθητὰς πραεῖς καὶ ἀχόλους εἶναι τοῖς πταίουσιν, ὁποῖον τὸν μέγαν Μωσέα, καὶ τὸν ἱεροφάντορα Δαβὶδ δεικνύει τὰ λόγια. Ὧν ὁ μὲν, λοιδορησάσης αὐτὸν τῆς ὁμαίμονος, καὶ κατὰ πόδας δεξαμένης τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγανάκτησιν, ὑπὲρ αὐτῆς τὸ θεῖον ἐξιλεώσατο, ὁ δὲ, τὸν
B διώκοντα Σαοὺλ εἰς χεῖρας λαβών, καὶ ἔχων ὑπ' ἐξουσίας αὐτὸν ἀνελεῖν, αὐτός τε μακροθύμως ἤνεγκε, καὶ τὸν ὑπασπιστὴν πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ὁρμήσαντα διεκώλυσεν. Οὕτως ἀοργήτους εἶναι ἡμᾶς βούλεται, τῆς περιστερᾶς τὴν ἀκεραιότητα μιμουμένους, ἐχθροὺς δὲ τῆς δυσώδους ἁμαρτίας καὶ μυσαρᾶς, τῷ μύρῳ τῆς ἀρετῆς γαννυμένους καὶ τρεφομένους. Ἡ γὰρ περιστερὰ τοὺς δυσώδεις, ὡς ἔφην, τόπους ἐκφεύγουσα, τῇ εὐπνοίᾳ τοῦ μύρου καὶ τῶν ἀνθέων ῥωμαλεωτέρα καθίσταται. Τάχα δὲ διὰ τούτων ὁμοιωθῆναι ἡμᾶς παραινεῖ τῷ τῆς
C περιστερᾶς εἴδει τῆς καταπτάσης ἐν Ἰορδάνῃ, ἧς τὰς πτέρυγας λαβεῖν καὶ Δαβὶδ ἐπεθύμησεν. Οὕτω γὰρ ἐν αἰνίγματι σύνηθες τῇ Γραφῇ ὀνομάζειν τὴν θείαν τοῦ Πνεύματος δύναμιν.

Εἰ δὲ δεῖ ἐφάψασθαι καὶ τοῦ ὑψηλοτέρου νοήματος, δόγμα ἐστὶ τὸ ἐν τῷ λόγῳ κρυπτόμενον. Τὸ δὲ δόγμα ἐμφαίνει μεσότητας εἶναι τὰς ἀρετάς· ἑκάστη γὰρ ἀρετὴ μεσολαβεῖταί πως δυσὶ κακοῖς γειτονήμασιν, οἷον ἐπὶ τῆς ἀνδρείας, ἡ μὲν ὑπερβολὴ θράσος, ἡ δὲ ἔλλειψις δειλία· ἀμφότερα δὲ οὐκ ἐπαινετά. Τὸ δὲ μέσον ἀμφοῖν ἡ ἀνδρεία, αὕτη ἐστὶν ἀρετή. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς σωφροσύνης, ὁ μὲν ἐλλειπὴς ἀκόλαστος, ὁ δὲ ὑπερβαίνων κεκαυτηρίασται τὴν συνείδησιν, ὡς

[88] Num. XII, 1 seqq. [89] I Reg. XXIV, 1 seqq. [90] Matth. III, 16. [91] Psal. LIV, 7.

Francisci Scorsi notæ.

(31) *Mali odoris inimica.* Vide not. 12, hom. XLV.

(32) *Mediocritates quasdam esse virtutes.* Ita Philosoph. II *Ethic.*, c. 6. Vide adnotata ad hom. 39, not. 17. Præclara similitudine id docet Gregor. Nazianz.: *Da operam ut sagittam ita semper manu teneas, ut ad destinatum scopum tendat, sic quidem ut neque ultra Christi mandatum, nec citra ejusdem præcepta eam mittas.* Gregor. Nyssen. alterum Græciæ lumen eam doctrinam, quam ab illo noster excerpsisse videtur, longe persequitur lib. *De vita Mosæ*, ad extremum. Cujus unum locum proferemus et excutiemus in notis proxime sequentibus.

(33) *Qui deficit in ea intemperans.* Extrema opposita temperantiæ virtuti eadem hic tradit Theophanes, et fere iisdem verbis, quæ Gregor. Nyssen.: Ὁ ἐλλειπὴς κατὰ τὴν σωφροσύνην ἀκόλαστος, ὁ πλεονάζων κεκαυτηρίασται τὴν συνείδησιν, καθὼς ὁρίζεται ὁ Ἀπόστολος· ὁ μὲν γὰρ ταῖς ἡδοναῖς ἀναίδην ἐκκέχυται, ὁ δὲ καὶ τὸν γάμον ἴσον τῇ μοιχείᾳ βδελύττεται. Ἡ δὲ διὰ μέσου τούτων θεωρουμένη ἕξις σωφροσύνη ἐστίν. Hoc est ex Georg. Trapezuntii interpr.: *Similiter qui a modestia deficit, luxu corrumpitur, qui excedit in ipsa, nimiæ tenuitatis nota, ut Apostolus ait, canteriatam habet conscientiam. Ille ad voluptates pecudum more fertur; hic etiam matrimonium quasi adulterium abominatur, et ejicit. Inter hos autem modestus se continet.* Ita Gregor. Nyssen., qui quidem unaque Theophanes ab ipso edoctus non discrepant in re a numeranda extremis, quæ Philosophus, *Ethic.*, cap. 3, et S. Thomas, II, p. 2, sed diverso modo ea indigitant; defectum siquidem appellant, quod alii excessum dicunt. Excessus enim proprie in temperantia est obsequi concupiscentiæ, et voluptatibus corporis præterquam ratio præscribat; et qui ita agit ἀκόλαστος, *incastigatus*, effrenis est. De quo vocabulo diximus ad hom. 3, not. 4. At illis ἀκόλαστος dicitur ἐλλειπὴς, nimirum, ὃ πάσαις μίγνυται κυνηδόνη, ut Theoph, καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἀναίδην ἐκκέχυται, ut Gregor. Defectus autem proprie est in temperantia abhorrere etiam a delectationibus naturæ et rationi convenientibus, quod vitium ἀναισθη-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φησιν ὁ Ἀπόστολος. Ὁ μὲν γὰρ πάσαις μίγνυται κυνηδόν· ὁ δὲ καὶ τὸν γάμον ἐπίσης τῇ μοιχείᾳ βδελύττεται. Ἡ δὲ τούτων μεσότης σωφροσύνη ἐστί. Ταυτόν τις εὕροι καὶ ἐπὶ τῆς δικαιοσύνης. Καὶ αὐτὴ γὰρ μέσον φειδωλίας καὶ ἀσωτείας ἐστίν. Ἐνταῦθα οὖν ὁ Σωτὴρ διδάσκει τοὺς μαθητὰς περὶ τῆς φρονήσεως, μέσης καὶ αὐτῆς οὔσης, εὐηθείας τε καὶ δεινότητος. Οὔτε οὖν ἐπαινετὸν καθ' ἑαυτὸ τὸ τοῦ ὄφεως φρόνιμον, οὔτε τῆς περιστερᾶς τὸ ἀκέραιον. Συγκραθέντα δ' ἀμφότερα τὴν ὑπέρπτωσιν καὶ τὴν

A qui excedit, cauteriatam conscientiam habet (54), ut ait Apostolus [91]; alter enim cum omnibus femĩnis canum more miscetur; alter vero matrimonium æque ac adulterium abominatur. Illa vero quæ inter hæc est mediocritas, temperantia est. Idem **396** et in justitia quivis comperiat. Hæc enim etiam in prodigalitatis et avaritiæ medio (55) consistit. Hoc igitur loco Salvator discipulos de prudentia instruit, cum et ipsa media (56) inter simplicitatem versutiamque constituta (57) sit. Neque igitur per se ipsa lauda-

[91] I Tim. IV, 2.

Francisci Scorsi notæ.

σίαν vocat Arist., et vix inter homines reperiri docet. De quo nos longius disputavimus ad hom. 24. Sed qui hujusmodi est, vocatur hic ὑπερβαίνων. Res est igitur eadem, vocabula diversa: quæ magis explicata leges not. proxima 54.

(54) *Cauteriatam conscientiam habet.* Habet hanc allusionem Gregor. Nyss. lib. paulo ante relato; et ex eo Theophanes. Allusio vero est ad locum S. Pauli I ad Timoth., cap. IV, ubi de futuris hæreticis sic ait: *In novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis*, etc. Ubi Græce est κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν εἴδησιν. Quæ noster interpres vertit cauteriatam habentium suam conscientiam, hoc est notatam et infustam, sumpta metaphora a notis et stigmatis, quæ imprimi solent bobus, aut equis τῷ καυτηρίῳ, *cauterio*, (id est proprie ferrum candens, quo aduruntur putridæ carnes, aut inuruntur notæ) nec solum jumentis, ut dixi, sed etiam hominibus ob flagitium quodpiam, in cujus pœnam stigmatis et notis traducuntur ut infames, et cavendi ab aliis. Quales notas Joanni Calvino ob Sodomiam Noviodunī in Picardia inustas fuisse etiam familiaris ejus Hieronym. Blosserus doctor medicus in Calvini Vita asseverat. Unde et στιγματίας dictus. Ait itaque D. Paulus exstituros sæculis labentibus homines nequam, qui cum conscii sibi sint turpissimorum flagitiorum et libidinum suarum, tamen prohibeant nubere, et abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: et videtur loqui præsertim contra hæreticos Encratitas dictos ἐγκρατήτας, hoc est, *continentes*, seu, *continentiæ studiosos*, qui diverunt nuptias, carnes, vinum, et alia hujusmodi non esse a Deo bono, sed malo, diabolo nimirum creata: ac proinde hæc natura sua esse mala et cavenda; eorumque usu et esu homines inflici et maculari, qui tamen, ut inquit Apostolus, intrinsecus fœdi, maculati, notatique sunt. Atqui hic est genuinus sensus Apostoli, in quo tamen eodem omnino non videntur Nyss. et Theoph. illum accipere, sed solum innuere ut dixi: sensus autem horum Patrum is videtur esse, quem in sua traductione Trapezuntius indicat illis verbis: *Ipsa nimiæ tenuitatis nota*, quæ verba non sunt in Græco, sed ea ex ingenio addidit interpres ad, exegesim S. Nysseni qui videtur dicere: Ii qui excedunt, et vel legitimum matrimonium abhorrent, notati sunt hac ipsa nota excessus, et quod nimium tenues in servanda temperantia videntur; est autem hæc doctrina intelligenda de iis qui ita nuptias aversantur et cælibem colunt vitam, ut non ipsius boni, sed majoris boni, et perfectioris vitæ studio id faciant, sed quod ipsas nuptias abominentur, contra quos anathema dicitur in Sangræn. synod. canon. 1: Ἀλλὰ δὴ καὶ τῷ παρθενεύοντι, ἢ ἐγκρατευμένῳ οὐ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, ἀλλ' ὡς τὸν γάμον βδελυσσομένῳ ἀνάθεμα· *Iidem et illi, qui virginitatem colit, vel continentiam servat non ipsius boni causa, sed quo*

B *matrimonium abominetur, anathema.* Quod ipsum diserte cum Nysseno, noster: Ὁ δὲ καὶ τὸν γάμον ἐπίσης τῇ μοιχείᾳ βδελύσσεται. *Hic vero matrimonium æque ac adulterium detestatur.*

(55) *In prodigalitatis et avaritiæ medio.* Non ponit exemplum de virtute justitiæ Nyssen., loco memorato supra, not. 52; sed Theophanes noster id affert, et quidem neque aurificis, ut aiunt, statera hæc dicta de medio extremisque virtutum pendenda sunt, sed communi libra. Cæterum enim, si ad amussim theologicam dicta hujus Patris exigantur, prodigalitas et avaritia non sunt extrema vitiosa justitiæ, sed liberalitatis. Justitia vero proprie dicta habet sane medium suum; sed illud theologi vocant medium rei, non rationis, quandoquidem enim virtus est, quæ respicit alterum, sumit suam mediocritatem ab ipsa re cœquata juri alterius, atque adeo in ipsa alio modo per defectum peccatur et per excessum; de quo latius quærunt et disputant Philosophus et theologi cum sancto Thoma, II, p. II, quos vide. Quoniam vero liberalitas, justitia quædam est, seu, ut scholastici loquuntur, pars illius potestativa, quia nimirum alterum respicit, et obtinet modum quemdam rationemque justitiæ, ideo quæ huic proprie parti extrema tribuuntur, generi universo et accommodare vero aliquo sensu hi Patres possunt.

C

(56) *Et ipsa media.* Nyssenus loco jam cit. not. 52, 53, idem docet, sed verbis modo discrepans. Quam enim φρόνησιν, prudentiam, eam Nyssen. σοφίαν *sapientiam* appellat, Ἡ σοφία, inquit, δεινότητός τε καὶ ἀκεραιότητος τὸ μέσον ἔχει. Οὔτε τοῦ ὄφεως τὸ φρόνιμον ἐπαινετὸν, οὔτε τῆς περιστερᾶς τὸ ἀκέραιον, εἰ ἐφ' ἑαυτοῦ μόνου δέοι λαμβάνειν τούτων ἑκάτερον, ἀλλ' ἡ διὰ μέσων τῶν δύο τούτων σύγκρατος ἕξις ἀρετὴ γίνεται. Hoc est eodem interpr.: *Sapientia versutiæ et simplicitatis media est; nec serpentum versutia nec columbæ simplicitas, si per se ipsum utrumque consideres, laudanda est, sed qui inter hæc habitus est, virtus est.* Hæc Nyssen. Porro prudentiam quoque quamvis virtus voluntatis proprie non sit, sed rationis, in medio quodam exa-

D mine consistere docet sanctus Thomas, p. I, part. II, quæst. 65, art. 3 in corp., quem audi; nihil enim explicatius a me potest afferri: *Idem medium, quod est virtutis moralis, est etiam ipsius prudentiæ; scilicet rectitudo rationis; sed prudentiæ quidem est illud medium, ut regulantis et mensurantis; virtutis autem moralis, ut mensuratæ et regulatæ similiter excessus: et defectus accipitur diversimode utrobique.* Ita S. Thomas. Explicat idem plusculis verbis Gregor. Valent. disp. 5, quæst. 7, *De attributis virt.*, p. I, et alii theologi.

(57) *Inter simplicitatem, versutiamque constituta.* In exsignandis vitiis opposuit Theophanes nomina, quæ ἀμφίβολα, et in bono et malo ponuntur: quod et Nyssen. fecit in voce δεινότης, in qua convenit cum eo Theophanes, sed ille ἀκεραιότητα vocat alterum extremum, hic εὐήθειαν. Et quidem εὐήθεια stultitiam, ignaviam, imperitiam rerum, et alia hujuscemodi, quæ defectum arguunt, at vero in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bilis serpentis prudentia, neque columbæ simplicitas; utraque vero temperata excessum defectumque declinant. Qui igitur, consideratione atque judicio adhibitis, sermonem ad audientium persuasionem accommodat, serpentis instar est prudens; instar vero columbæ simplex, qui neque notitiam insidiatoris accipere vult, ut se ab illo defendat.

Ilis armis cum se communisset generosissimus athleta Panteleemon, cujus hodie solemnem agimus diem, Maximiani minas atque tormenta puerorum terriculamenta reputavit, et se quidem ad martyrium optime exacuit, nos vero ad ejus egregia imitanda facinora invitat. Sed fortasse quispiam impossibile duxerit posse quempiam eum imitari, cum neque Panteleemonis nomen, neque genitorem sit nactus hujusmodi, ut reliqua vitæ studia possit cum eo habere communia. Quis enim contingentem illius vitæ rationem ex electione consequi poterit? Nos vero quod difficile apparet, facile esse aperte demonstrabimus. Sed hoc maxime perspicuum fiet, si quæ de ipso narrantur, prius explicuerimus, quod sane quam brevissime absolvemus, ne iis qui norunt, videamur esse prolixi. Panteleemon hic athlera, sicuti de eo prodit historia (38), patrem habuit Eustorgium, matrem vero Eubulem, et ipse Pantoleonis nomen. Sed a puero in disciplinam Eutropio cuidam traditus, Hippocratis et Galeni doctrina eruditus fuit. Cum vero in Hermolaum sacerdotem incidisset, de veritatis dogmatis instructus ab eo fuit: et divino sanctificatus lavacro in Panteleemonem primum commutavit nomen. Atque exinde cæteris mysterii magister evasit. Quemdam vero a serpente commorsum Christi nomine implorato sanavit, lethale illius feræ venenum precibus retundens, itemque alium jam demortuum eodem medicamento revocavit ad vitam. Postea cum jam fide potens factus esset, sistitur Maximiano tyranno, et multa tormenta perpessus per mortem ad **397** beatam transiit vitam.

A ἔλλειψιν διαπέφευγεν. Ὁ γοῦν μετὰ περισκέψεως καὶ κατανοήσεως πρὸς εὐπείθειαν τῶν ἀκουόντων τὴν διδασκαλίαν οἰκονομῶν φρόνιμος ὡς ὄφις ἐστίν· ἀκέραιος δὲ ὡσεὶ περιστερὰ ὁ μηδ' εἰς ἔννοιαν λαμβάνων ἀμύνασθαι τὸν ἐπιβουλεύοντα.

Τούτοις τοῖς ὅπλοις ἑαυτὸν περιφράξας Παντελεήμων ὁ γενναιότατος ἀθλητής, οὗ τὴν ἱερὰν πανήγυριν ἄγομεν, Μαξιμιανοῦ τὰς ἀπειλὰς καὶ κολάσεις ἠγήσατο νηπιοπρεπῆ μορμολύκεια, παραθήξας μὲν ἑαυτὸν εὖ μάλα πρὸς τὸ μαρτύριον, προτρέπων δὲ καὶ ἡμᾶς τὰς ἀριστείας ζηλοῦν ἐκείνου καὶ τὰ παλαίσματα. Ἀλλ' ἴσως ἀμήχανόν τις ἡγήσαιτο δύνασθαί τινα τοῦτον μιμήσασθαι, μήτε Παντελεήμονα κεκλημένον, μήτε πατέρων φῦντα τοιοῦτον, τοῖς λοιποῖς ἐπιτηδεύμασι κοινωνήσαντα. Πῶς γὰρ τὴν συντυχικὴν πολιτείαν τοῦ μάρτυρος ἐκ προαιρέσεώς τις μιμήσαιτο; Ἀλλ' ἡμεῖς τὸ δοκοῦν δυσχερὲς ῥᾴδιον εἶναι σαφῶς ὑποδείξομεν. Γένοιτο δ' ἂν μάλιστα τοῦτο διαφανὲς, εἰ τὴν περὶ αὐτοῦ διήγησιν πρότερον διεξέλθοιμεν, ὃ δὴ καὶ ποιήσω μάλα συνεσταλμένως, ὡς ἂν μὴ δοκοίην εἰδόσι μακρηγορεῖν. Παντελεήμων ὁ ἀθλητής, καθὼς ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία φησὶ, γέγονε πατρὸς μὲν Εὐστοργίου, μητρὸς δὲ Εὐβούλης, Παντολέων ὀνομαζόμενος. Ἐκ δ' ἔτι παίδων καθηγητῇ τινι Εὐτροπίῳ παραδοθεὶς, τὰ Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ ἐκπαιδεύεται. Ἑρμολάῳ δὲ τῷ ἱερῷ ἐντυχὼν, μυσταγωγεῖται παρ' αὐτοῦ τῆς ἀληθείας τὰ δόγματα. Καὶ τελεσθεὶς διὰ τοῦ θείου λουτροῦ, Παντελεήμων μετονομάζεται. Καὶ γίνεται τὸ ἐντεῦθεν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ μυστηρίου διδάσκαλος. Δηχθέντος δέ τινος ὑπὸ ἔχεως, τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπικλήσει κατέστησεν ὑγιᾶ, ἀμβλύνας εὐχῇ τὸν θανατώδη τοῦ θηρίου ἰόν. Καὶ ἄλλον δὲ ἤδη τεθνηξάντα τῷ αὐτῷ φαρμάκῳ ἐπανήγαγε πρὸς ζωήν. Εἶτα δυναμωθεὶς τῇ πίστει, τῷ τυράννῳ παρίσταται Μαξιμιανῷ, καὶ πολλῶν βασάνων πεῖραν λαβὼν, διὰ θανάτου μεθίσταται πρὸς τὴν μακαρίαν ζωήν.

Francisci Scorsi notæ.

bonam partem etiam simplicitatem, innocentiamque significat, maxime apud Thucyd. Ita Etym. m. g.: Εὐήθης λέγεται καὶ ὁ χρηστοήθης, καὶ ὁ ἄνους, καὶ βλάξ· καὶ εὐήθης τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον. Τάττεται καὶ ἐπὶ καλοῦ καὶ ἐπὶ κακοῦ εὐήθεια, μωρία, ἄνοια. Θουκυδίδης ἐν τρίτῳ τὸ εὐήθες ἐπὶ τοῦ βελτίονος λαμβάνει, καὶ ὁ φιλόσοφος. Hoc est: Εὐήθης, *dicitur qui probis est moribus: itemque stultus, et mollis. Et simplex, et malitiæ expers. Ponitur et in bono et in malo* εὐήθεια, *et idem est ac stultitia et inscitia. Thucydides in tertio,* τὸ εὔηθες *in meliorem partem sumit, ut et philosophus.* Hæc περὶ τῆς εὐηθείας. Rursus περὶ δεινότητος ipse Aristoteles *Ethic.* lib. VII, cap. ult., docet eam esse non prudentiam, sed prudentiæ similem, et mediam quamdam facultatem: Ἔστι δή τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα. Αὕτη δέ ἐστι τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα δύνασθαι ταῦτα πράττειν, καὶ τυγχάνειν αὐτῶν. Ἂν μὲν οὖν ὁ σκόπος ᾖ καλὸς, ἐπαινετή ἐστιν, ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία. Hoc est ex interpr. Bernardi Febriani: *Est itaque facultas quædam, quam calliditatem vocant; ea est talis, ut quæ ad propositum scopum conducunt, agere possit, atque assequi: atque hæc quidem, si propositum honestum sit, est laudabilis, si pravum, versutia est.* Cum itaque ita se habeat horum vocabulorum ratio, primum quidem, hoc est εὐήθειαν, visum est reddere, *stultitiam*, potius quam, *simplicitatem*, quia simplicitas etiam virtutem significare potest; hic autem agitur de vitio; alterum, nempe δεινότητα, *calliditatem*: nam hæc Latina vox, quæ maxime proprie respondet Græcæ δεινότητι, *astutiam*, *versutiamque* significat, eamque quam etiam Græci πανουργίαν, et vix unquam in bonam partem accipitur. M. Tullius, *Offic.* I: *Scientia quæ est remota ab justitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda.* Cum igitur pro extremo vitioso δεινότης apud Theophanem accipiatur, recte *calliditatem* Latine verti, quæ sane pro versutia accepta stultitiæ ex altera parte opponitur.

(38) *Prodit historia.* De S. Pantaleone scripsit Metaphr. apud Surium. Vide præterea supra not. 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Πῶς οὖν ὁ πρὸς αὐτὸν ἡμῶν ζῆλος γενήσεται; Ἕκαστος ἡμῶν υἱὸς Εὐστοργίου καὶ Εὐβούλης ἐστὶ, τῆς θείας, φημὶ, δυνάμεως τοῦ πάντα τεκτηναμένου Θεοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ Θεῖον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν οὔτ' ἄῤῥεν οὔτε θῆλύ ἐστι, καὶ μήτηρ ἡμῶν λέγεται καὶ πατὴρ, Εὐβούλη μὲν διὰ τὴν μεγάλην βουλὴν τῆς ἡμῶν παραγωγῆς, καθ' ἣν ἔλεγε· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » Εὐστόργιος δὲ ὅτι τοιαύτην στοργὴν εἰς ἡμᾶς ἐνεδείξατο, ὥστε « τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ δοῦναι λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν. » Παραχθέντες τοίνυν ὑπὸ τῆς θείας τοῦ τεχνουργοῦντος δυνάμεως τῷ Εὐτροπίῳ ἐδόθημεν. Νόει δὲ διὰ τοῦ ὀνόματος τὸν πολύτροπον τόνδε βίον, τὸν εἰς τἀναντία μεταπίπτοντα καὶ τρεπόμενον· ἐν τούτῳ γενόμενοι, ἑκόντι γεγόναμεν παντολέοντες. Ὅταν γάρ τις διάστροφον ἔχῃ τὸν νοῦν, καθάπερ ὁ λέων τὰς ὄψεις, καὶ νεύοντα πρὸς τὰ πάθη, ἁρπακτικός τε καὶ ἀμετάδοτος ᾖ, ὡς ἐν ὀνύχων ἀκμαῖς τῇ ἀδικίᾳ κατασπαράσσων τὸν πέλας, παντολέων ἐστὶ, πάντα τοῦ λέοντος τὰ φυσικὰ πάθη φέρων· ἐκ προαιρέσεως, μεταπλασθείσης ἀπὸ τῆς εἰς Θεὸν ὁμοιότητος ἐπὶ τὸ θηριῶδες τῆς φύσεως. Τοιούτους τοίνυν τυγχάνοντας πρότερον μὲν ἠθικῇ δεῖ νουθετεῖσθαι φιλοσοφίᾳ, ἅτινά εἰσιν Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ τὰ παιδεύματα· τουτέστιν ὡς ἵππον κρατεῖν τὸ σῶμα, καὶ τὰς ὁρμὰς τούτου δουλαγωγεῖν, καὶ γαληνὸν βίον ἔχειν καὶ ἥσυχον. Ἂν τούτοις προγυμνασθῇς, Ἑρμόλαός σε μυσταγωγήσει τὰ τελεώτερα. Εἰ δ' ἂν Ἑρμόλαος ὁ ἑρμηνεὺς τοῦ λαοῦ, ὁ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλος. Οὗτος ὑποδείξει σοι τὴν τῆς σωτηρίας ὁδὸν· καὶ τῷ λουτρῷ τῆς μετανοίας ἀποκαθάρας σε, ἀντὶ Παντολέοντος ποιήσει Παντελεήμονα· ἀποξύσας γὰρ τὸ θηριῶδες ἦθος, μιμητὴν ποιήσει τοῦ ἐλεήμονος· ὡς ἔργοις τὴν κλῆσιν ἐνδείξασθαι. Κἂν ἴδῃς τινὰ τρωθέντα ὑπὸ τοῦ νοητοῦ ὄφεως, καὶ κινδυνεύοντα εἰς πονηράν τινα πρᾶξιν πεσεῖν, μεταδοίης ὧν εἴληφας, ἐπιπάσσῃς τῆς διδασκαλίας τὸ φάρμακον, καὶ στήσεις τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας φθοράν. Κἂν ἐντύχῃς τινὶ τελείως τὸν τῆς ἁμαρτίας θνήξαντι θάνατον, καὶ τοῦτον τῷ τῆς μετανοίας φαρμάκῳ ἀναστήσεις τοῦ πτώματος. Ἂν προσβάλλῃ ὁ νοητὸς Μαξιμιανὸς ὁ κοσμοκράτωρ διάβολος τὰς βασάνους ἐπιφέρων τῶν πειρασμῶν, γενναίως ἀντίστηθι. Ὑπέμεινεν ὁ μάρτυς ξίφη καὶ μαχαίρας· ὑπόφερε σὺ γλώσσας ἠκονημένας εἰς λοιδορίαν. Ἔσβεσεν ἐκεῖνος πυρὸς ἐρωῆν· ἀπομάρανον σὺ τὴν ἔνδον πυρκαϊὰν τῶν παθῶν καὶ θυμὸν ἀλόγιστον, ζέοντα καὶ διεγειρόμενον πρὸς ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. Ἂν οὕτω βιῴῃς, οὐ μακρὰν ἔσῃ τοῦ μάρτυρος, καὶ αὐτὸς ἀθλήσας κατὰ προαίρεσιν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσεις ἐν Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Quo igitur modo nostra ad illum imitatio se habebit? Unusquisque nostrum filius Eustergii est et Eubules, divinæ, inquam, potentiæ ejus qui omnia fabricatus est Dei. Quoniam enim Deus secundum naturæ suæ rationem neque mas est, neque femina, et mater et pater noster dicitur, et Eubule quidem propter magnum consilium, quo usus est in creatione nostra, cum dixit: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [92], » Eustorgius vero, quoniam talem erga nos amorem ostendit, « ut Filium suum unigenitum daret [93], » redemptionem pro nobis. Igitur ab omnium opifice Dei virtute procreati Eutropio traditi sumus. Quo nomine mutabilem hanc vitam intellige quæ in contrarium nobis cadit et vertit: in hac vita ver- B santes sponte Pantoleones evasimus. Cum enim aliquis pervers am mentem, sicuti leo torvum habet aspectum, et passionibus annuentem, atque adeo rapax est et sui tenax, ut proximum per injustitiam quasi unguium mucrone dilaceret, Pantoleon sane est, omnes scilicet, quæ leoni naturaliter insunt, malas affectiones voluntarie gerens: ad ferinum quiddam ex ea similitudine, quæ cum Deo intercedebat, commutata natura. Tales igitur si nos esse contingat principio quidem morali philosophia quasi Hippocratis et Galeni disciplinis nos oportet institui: nimirum ut in corpore velut equo dominemur, ut ejus permotiones redigamus in servitutem et tranquillam vitam quietamque transigamus. Si C in his te ante exercueris, Hermolaus te de perfectionibus instruet. Hermolaus vero fuerit ille qui populi interpres est, Ecclesiæ scilicet magister. Hic tibi salutis commonstrabit viam: et expians te lavacro pœnitentiæ pro Pantoleone Panteleemonem efficiet: exscindens enim quidquid est ferinum, ejus, qui misericors est reddet imitatorem, ita ut factis comprobes nomen. Quod si quem videris ab intelligibili serpente vulneratum et jam in periculo versari, ne in aliquam pravam decidat actionem, impertiare quæ accepisti, et doctrinæ medicamentum inspergas et luem a peccato manentem sistas. Si vero quempiam offenderis jam omnino peccati morte exanimatum, hunc etiam pœnitentiæ medicina a lapsu restitue. Quod **398** si te Maximianus D ille qui sub intelligentiam cadit, invaserit, princeps scilicet mundi diabolus, tormenta tentationum sustinens generoso animo obsiste. Toleravit martyr enses et gladios; tolera tu linguas ad convicia exacutas. Exstinxit ille vim ignis, tu passionum intus æstuantium incendium comprime, iramque præter rationem effervescentem et ad ulciscendi appetitum te concitantem. Si hanc tenueris vitæ rationem, non longe a martyre aberis, cum et ipse voluntatis electione certaveris, æternisque perfrueris bonis in Christo Domino nostro, cui gloria et potestas una cum Patre ejus experte principii, et sancto, et bono et vivificante Spiritu nunc et semper, et in sæcula sæculorum Amen.

[92] Gen. I, 26. [93] Joan. III, 16; I Joan. IV, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

HOMILIA LIX.

In salutarem Transfigurationem Domini nostri Jesu Christi.

Quod evenire pastori solet gregem suum sibi subolescentem, et super herba viridi, quæ varietate copiaque delectet, congregatum aspicienti (tunc enim in excelsa aliqua rupe considens eumque coactum circum circa collustrans, lætitia effertur et gaudio, et pastorale occipit carmen), idem mihi hodierna hac celebritate contingit. Videns (39) enim populum meum, gregem Deo dilectum ad sacram hanc ædem tanta cum religione concurrentem, in qua Dominæ nostræ omni ex parte purissimæ (40) imago non manufacta (41) collocata est, magnopere lætor, ac præ gaudio gestire videor, et ad habendum sermonem impellor, quo præsentis hujusce magni diei festi mysteria sum explanaturus. Atque ita me animi alacritas excitat, prout affectum video gregem. Verumtamen illud quoque usuvenit mihi, quod rustico cuidam convivatori (42), qui multos clarosque convivas excipere se glorietur, sed vero præ egestate non possit dulcibus ac variis eos ferculis exhilarare. Nihilo tamen minus divinum numen precibus communiter placantes, ut animas hodie nostras ea luce, quæ in Thabor effulsit, illustret; age jam ascendamus in **399** montem Domini, prout Isaias loquitur [96], et Michæas hortatur [97], et pro virili parte consequamur eum, qui, ut ait Habacuch, «ascendit super excelsa [98],» ut ubi in summo monte animo ac mente constiterimus, gloriam Jesu contemplemur. Inde enim quasi lucem ejaculatur, et veluti fulguris splendor aspectus ejus, quod etiam canit Habacuch (43) [99]. Quæramus itaque qua de causa Transfiguratio facta sit et quid sibi velit nova hæc et admirabilis apparitio? qua vero ratione non prius, sed appetente Passionis tempore? deinde quamobrem non multis inspectantibus hoc editum

A

B

C

OMIAIA ΝΘ'.

Εἰς τὴν σωτήριον Μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Οἷόν τι πάσχειν εἰώθει ποιμὴν πληθυνθέντα αὐτῷ τὴν ἀγέλην ὁρῶν, καὶ ἠθροισμένην ἐν χλοερᾷ πόᾳ, καὶ γλαφυρᾷ, καὶ ἀμφιλαφεῖ (τότε γὰρ ἐφ' ὑψηλῆς τινος σκοπιᾶς κεκαθικὼς, βλέπων ἐν κύκλῳ περιηθροισμένον τὸ ποίμνιον, χαίρει, καὶ γέγηθε, καὶ ᾄδει μέλη τὰ νόμια), τοιοῦτον ἐμοὶ συνέβη περὶ τὴν παροῦσαν πανήγυριν. Ὁρῶν γὰρ τὸν ἐμὸν λαὸν, τὸ θεοφιλὲς ποίμνιον, οὕτω θεοφιλῶς πρὸς τὸν ἱερὸν σηκὸν εἰσδραμὸν, ἐν ᾧ τὸ ἀχειροτεύκτον ἵδρυται τῆς πανυπεράγνου Δεσποίνης ἡμῶν ἀπεικόνισμα, εὐφραίνομαι, καὶ χαίρω, καὶ γέγηθα, καὶ πρὸς τὴν διδασκαλίαν ἐπείγομαι, διηγησόμενος τῆς παρούσης μεγάλης ἑορτῆς τὰ μυστήρια. Ἀλλ' ἡ μὲν προθυμία οὕτω με διεγείρει πρὸς τὴν τοῦ ποιμνίου διάθεσιν. Ταυτὸ δὲ πάσχω ἀπειροκάλῳ τινὶ ἑστιάτορι, φιλοτιμουμένῳ μὲν πολλοὺς ἑστιᾶσαι δαιτυμόνας καὶ ὑψηλοὺς, ὑπὸ δὲ πενίας μὴ δυναμένῳ τούτους εὐφράναι γλυκέσι καὶ ποικίλοις ἐδέσμασιν. Ὅμως εὐχαῖς κοινῇ τὸ Θεῖον ἱλεωσάμενοι, τὰς ψυχὰς ἐλλαμφθῆναι τῷ θείῳ φωτὶ σήμερον ἐν τῷ Θαβωρίῳ αὐγάσαντι, δεῦτε, ἀναβωμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου κατὰ τὴν Ἡσαΐου φωνὴν, καὶ Μιχαίου παραίνεσιν. ὡς δυνατὸν ἐφεπόμενοι « τῷ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβιβῶντι, » ὡς φησὶν Ἀββακοὺμ, ἵνα, τῷ λογισμῷ πρὸς τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους γενόμενοι, τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ κατοπτεύσωμεν. Ἐκεῖσε γὰρ ὡς φῶς βολίδες αὐτοῦ πορεύσονται, καὶ ὡς φέγγος ἀστραπῆς ἡ ὄψις αὐτοῦ· Ἀββακοὺμ καὶ τοῦτο θεσπιῳδεῖ. Ζητήσωμεν τίνος ἕνεκεν ἡ μεταμόρφωσις γέγονε, καὶ τί βούλεται ἡ παράδοξος αὕτη ἐμφάνεια; Πῶς δὲ καὶ οὐ πρότερον, ἀλλὰ πλησίον τοῦ Πάθους ἐγένετο; Ἔπειτα διὰ τί μὴ πολλῶν παρόντων καὶ θεατῶν γενομένων τουτὶ τὸ παράδοξον γέγονεν, ἵνα τὸ θαῦμα πολλοὺς ἔχῃ μάρτυρας, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὰ ἄλλα παράδοξα, ἢ τε

[96] Isa. II, 3. [97] Mich. IV, 2. [98] Habac. III, 19. [99] Ibid. 11.

Francisci Scorsi notæ.

(39) *Populum meum videns*, etc. Adverte Theophanis episcopi amorem in gregem suum, et gaudium ob ejus frequentem synaxim ad res sacras. Id in Proœm. II, § 9, observatum est.

(40) *Omni ex parte purissimæ*. Congessi multas voces ad explicandam unam πανυπέραγνος, nec dum fortassis assecutus sum ejus ἔμφασιν, sed quidquid in hac voce continetur, eoque plus B. Virginis sanctitati et puritati convenit. Vide de his et similibus vocabulis compositis dicta, not. 8, hom. 3, et præsertim ut ea explicet D. Thomas, not. 9, hom. 50.

(41) *Imago non manufacta*. Non sunt eadem bis regerenda. Egimus de hac quantum satis visum est ad illustrandam hanc imaginem, Proœm. I, Isag. § 3; ea huc transferenda.

(42) *Rustico cuidam convivatori*. Si vim et etymon verbi ἀπειρακάλῳ spectes, significat hominem, qui, quod bonum, honestumque, et decorum sit, ignorat, inexpertus est. Unde ἀπειροκαλία, *honesti inexperientia, decori ignorantia*, et alia hujusmodi. Verti autem, τὸ ἀπειρόκαλος *ineptum*, nam hæc vox Latine hæc ipsa complectitur, quæ ἀπειρόκαλος, quod subtilius cum rethoricam docerem, explicavi in illum locum M. Tullii II, *De orat.*, ubi et ipse enucleatius quid ineptum et ineptiæ valeat; quem vide si vis. Porro autem ἑστιάτορα *convivatorem* verti usus communiore et clariore vocabulo; sed et *patrem convivii* seu *cœnæ* ἑστιάτορα dixeris. Ita enim antiqui indigitabant, Cicero dominum epuli vocat. Horat.:

In primis Lucanus aper leni fuit austro
Captus, ut aiebat cœnæ pater.

Nonius eum, et *dominum convivii*, et *dominum* sine ulla additione vocari solitum admonet. Hæc ex Antonio Mureto viro doctissimo in illud Cat.: *Aureli pater esuritionum.*

(43) *Quod etiam canit Habacuch*. Respicit ad illud vers. 11 orat. Habac. quem sic efferunt LXX: Εἰς φῶς βολίδες σου πορεύσονται. Εἰς φῶς ἀστραπῆς ὅπλων σου. Quæ in nostra Latina Vulgata: *In luce sagittarum tuarum ibunt; in splendore fulgurantis hastæ tuæ.* At vero in Lat. Sixt.: *In luce jacula tua ibunt; in splendore coruscationis armorum tuorum.* Hæc postrema Theophanes accommodans ad suum sensum submutavit, et pro ὅπλων σου, posuit ἡ ὄψις αὐτοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῶν νεκρῶν ἀναβίωσις, καὶ τῶν ἀλαῶν ἡ ἀνάβλεψις, καὶ τῶν παρειμένων ἡ τόνωσις;

Μετὰ τοῦτο ἐξετάσωμεν, ὅτου χάριν οὐκ ἐν πεδιάδι, ἀλλ' εἰς ὄρος δείκνυσι τὴν τοιαύτην ἐμφάνειαν; Διὰ τί δὲ μὴ πάντας; παραλαμβάνει τοὺς μαθητὰς, ἀλλὰ τοὺς ἐννέα καταλιπὼν, τοὺς τρεῖς μόνους ἀνήγαγε; Κἂν τρεῖς ἔδει παρεῖναι, διὰ τί μὴ ἄλλους, ἀλλὰ Πέτρον, καὶ τοὺς Ζεβεδαίου υἱούς; Εἰ δὲ καὶ κατά τινα μυστικώτερον λόγον εἰς ὄρος ἔδει γενέσθαι τὴν τοιαύτην ἐμφάνειαν, πῶς, πολλῶν ὄντων κατὰ τὴν Παλαιστίνην ὀρέων, παρέδραμε τὸ ὄρος Σιγὼρ, καὶ τὸν Κάρμηλον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς Γαλιλαίας ὄρος παρῆκε, καὶ τὸ τῆς Σαμαρείας ἐξέκλινε, καὶ οὐδὲ πρὸς τὸ ὄρος ἀνῆλθε τῶν Ἐλαιῶν, ἀλλὰ πάντων προέκρινε τὸ Θαβώριον; Τί δὲ καὶ τῶν προφητῶν ἡ παρουσία ἐβούλετο, καὶ διὰ τί μὴ ἄλλους, ἀλλὰ Μωσέα καὶ Ἠλίαν παρέστησε; Πόθεν δὲ οἱ ἀπόστολοι τούτους εἶναι διέγνωσαν; Ὧν γὰρ τὰς ὄψεις πρότερον οὐκ ἐθεάσαντο, τούτους δυσχερὲς ἦν ἐπιγνῶναι παραστάντας αἰφνίδιον. Εἰ δὲ ἦρκεσαν ἐκ τῶν νεκάδων μόνος Μωϋσῆς ἀνερχόμενος, ἄνωθεν δὲ Ἠλίας κατερχόμενος, πῶς οὐκ ἔδοξεν ἀρκετὸν καὶ ἀπὸ γῆς εἷς τῶν μαθητῶν παραλαμβανόμενος; Ἐπὶ τούτοις πῶς, τοῦ Υἱοῦ μεταμορφουμένου, τοῦ Πατρὸς δὲ ἄνωθεν μαρτυροῦντος, οὐκ ἐμνημόνευσεν ἡ Γραφὴ καὶ τοῦ Πνεύματος ἀχωρίστου τούτων ὑπάρχοντος; Ταύτην γὰρ τὴν ἀπορίαν ἡμῖν οἱ πνευματομάχοι προβάλλονται, ἀλλοτριῶσαι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ βουλόμενοι τὸν Παράκλητον. Ταύτης τῆς δωδεκάδος τῶν ζητημάτων προτεθείσης ἡμῖν, φέρε σὺν Θεῷ καὶ τὰς τούτων ἐπιλύσεις ὡς δυνατὸν σαφηνίσωμεν.

Τίνος χάριν ἡ παράδοξος γέγονε μεταμόρφωσις; Ἐπειδὴ ὁ τοῦ Πάθους καιρὸς ἐγειτνίαζε, καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἐβεβαιοῦτο ἐπιβουλὴ, καὶ ἡ ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομία ἔμελλε πέρας εἰσδέξασθαι, καὶ ὁ σταυρὸς ἤδη ἐπήγνυτο, ἵνα μὴ καὶ οἱ μαθηταὶ τὰ τῶν Ἰουδαίων πάθοιεν ἐν τῷ τοῦ Πάθους καιρῷ τοὺς λογισμοὺς ὑποχραδαινόμενοι, καὶ οἱ πρότερον διὰ τῆς τοῦ Πέτρου γλώττης Υἱὸν Θεοῦ ὁμολογήσαντες, ὁρῶντες ὕστερον ἀναισκολοπιζόμενον ὡς κατάκριτον, ψιλὸν νομίσωσιν ἄνθρωπον, ἐπιστηρίζει τούτους τῷ παραδόξῳ θεάματι, ἵν' ὅταν ἴδοιεν αὐτὸν προδιδόμενον, καὶ ἀγωνιῶντα, καὶ ἀπευχόμενον τὸ τοῦ θανάτου ποτήριον, καὶ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως περιελκόμενον, ἀναλογισθῶσι τὴν εἰς τὸ Θαβώριον ἔλευσιν· καὶ ὡς οὐκ ἂν ἄκων παρεδόθη πρὸς θάνατον, ὁ τὴν δόξαν ἀμπεχόμενος τῆς θεότητος, καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἀγαπητὸς μαρτυρούμενος. Ἂν τὸ πρόσωπον θεάσοιντο ῥαπιζόμενον καὶ πτυόμενον, μηκέτι σκανδαλισθῶσι τὴν ὑπὲρ ἥλιον ἔλλαμψιν τούτου ταῖς μνήμαις ἀναπεμπάζοντες· ἂν πορφύραν χλευαστι-

A miraculum est, ut multos testes haberet; quomodo miracula cætera peracta sunt, vel revocandis in vitam mortuis, vel restituendo cæcis visu, vel dissolutis artubus confirmandis.

Post hæc exquiramus, cur non in campestri loco, sed in arduo monte tale spectaculum exhibuerit; et cujus rei gratia non omnes discipulos adhibet, sed relictis novem, tres duntaxat in montem eduxerit? quod si tres modo oportebat asciscere, cur non alios, sed Petrum, et duos filios Zebedæi? quod si occulta quædam ratio fuit, cur in monte Dominum apparere oportuerit, quid fuit, quod cum multi in Palæstina montes essent, montem Sigor Carmelumque prætermisit, montem etiam Galilææ posthabuit, et Samariæ declinavit, ac ne in montem B quidem Olivarum ascendit, sed omnibus his anteposuit Thabor? Quid porro prophetarum interventus sibi vo'uit? et quare non alios nisi Mosem et Eliam statuit ibi præsentes? unde vero eos apostoli cognoverunt? quos enim de facie ante non norant, difficillimum erat eos ex improviso apparentes dignoscere. Quod si satis fuit unum ex mortuorum numero Mosem ascendere, et ex alto unum descendere Eliam, cur etiam non satis videri poterat unus ex discipulis assumptus e terra? Ad hæc quomodo transfigurante se Filio, ac Patre testimonium superne dicente, non etiam de Spiritu sancto Scriptura mentionem fecit, qui ab illis est indivisus? hanc enim nobis pneumatomachi, qui C (44) a Patre et Filio Paracletum segregare volunt, dubitationem objiciunt. Has a nobis propositas duodecim quæstiones, age jam Deo juvante, quantum in nobis erit, expediamus.

400 Quo consilio admirabilis Transfiguratio habita est? Quoniam Passionis tempus appropinquabat, et Judæorum insidiæ confirmabantur, et quæ erant ad salutem nostram disposita ad effectum finemque perducenda erant, jam que crux figebatur, ne discipulis idem contingeret, quod Judæis, ac ipso Passionis tempore mente animoque nutarent; et qui ante Dei Filium illum Petri voce confessi fuerant, post affixum cruci ut damnatum reum videntes, nudum hominem existimarent, hoc eos admirabili spectaculo præmunit, D ut cum ipsum jam proditum et angore animi magnopere laborantem, et deprecantem calicem mortis, et raptum in atrium principis sacerdotum viderent, adventum illum in Thabor in memoriam revocarent, reputarentque non invitum esse traditum morti eum, qui divinitatis gloria amictus, et Filius Dei dilectus testimonio comprobatus esset. Si faciem colaphis cæsam et oblitam sputis aspicerent, non superesset offensionis locus, cum splendorem illum

Francisci Scorsi notæ.

(44) *Pneumatomachi.* Hoc est Spiritus oppugnatores, qui adversantur blasphemiis suis Spiritus sancti divinitati: quorum hæresiarchæ Macedonius Eunomiusque fuerunt. Vide not. 85, hom. 56. Usus autem potius sum verbo Latino ex Græco facto Pneumatomachi, quod eo viderem usos alios adeoque Latinitate donatum. Alibi vero etiam placuit illud describere pluribus, ita orationis varietate postulante.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

solis luce clariorem reminiscerentur; si purpuram per summum ludibrium illi circumjectam, eumdem tamen crederent, qui in monte indutus fuisset lumine sicut vestimento; si inter duos facinorosos homines in patibulo confixum, eumdem esse reputarent, qui in Mosæ et Eliæ medio tanquam Dominus satellitio stipatus apparuisset: si in terra sepultum, ut unum ex mortuis, splendidam illam nubem versarent animo, a qua fuerant obumbrati. Has itaque ob causas Transfiguratio facta est. Forsan etiam, quia, cum Salvator inter docendum, ut ne corpori parcerent, hortatus his verbis fuerat: « Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me [96], » difficile vero videbatur abnegare se ipsum, et probrosam mortem oppetere, ostendit discipulis idem Salvator qua sit eos gloria remuneraturus, si perpetiendis cruciatibus ac morte ipsum imitati fuissent. quædam extremi illius diei, quo una cum Deo justi fulgebunt.

A κῶς χλαινιζόμενον, αὐτὸν εἶναι πιστεύσωσι τὸν ἐν τῷ ὄρει περιβαλόντα τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον· ἂν ἐν μέσῳ δύο κακούργων τῷ ἱκρίῳ προσπηγνύμενον αὐτὸν, κατανοήσωσι τὸν ἐν μέσῳ Μωσέως καὶ Ἠλίου ὡς Δεσπότην δορυφορούμενον· ἂν ἐν τῇ γῇ ὡς νεκρὸν καλυπτόμενον, τῆς φωτεινῆς νεφέλης ἐνθυμηθῶσι τὴν ἐπισκίασιν. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἡ μεταμόρφωσις γέγονε· τάχα δὲ καὶ ἐπειδὴ παραινῶν ὁ Σωτὴρ, ἀφειδεῖν τοῦ σώματος προέτρεπε, λέγων· « Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι· » δυσχερὲς δὲ ἐδόκει τὸ ἑαυτὸν ἀπαρνήσασθαι, καὶ τὸ ἑλέσθαι τὸν ἐπονείδιστον θάνατον, δείκνυσι τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ, οἵας δόξης ἀξιωθήσονται οἱ τὸ ἐκείνου πάθος μιμούμενοι. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἡ μεταμόρφωσις ἦν, ἀλλ' οἷον προμήνυμα τῆς ἐσχάτης ἡμέρας, καθ' ἣν μετὰ τοῦ Θεοῦ οἱ δίκαιοι λάμψωσι. Nihil quippe aliud Transfiguratio fuit, quam species

B

Quare autem non ab initio, sed prope Passionis tempus exhibita est? Nimirum quia discipuli imperfectiores initio non satis erant idonei, qui hoc donum exciperent: adeoque periculum erat, ne factum illud **401** præstigias deceptionemque censerent. Ideo postquam illius jam cepissent experimentum, ac Dei Filium confessi essent, tunc sane altiore illo visu digni sunt habiti. Alia quoque ratio subest; quoniam enim mentis imagines per sensum videndi traditas progrediente tempore delere solet oblivio, ideo non multo ante Passionis tempus id fecit, ne miraculi oblivisceretur, sed quod speculaverant, præ oculis haberent.

Διὰ τί δὲ οὐκ ἐν ἀρχῇ, ἀλλὰ πλησίον τοῦ Πάθους ἐγένετο; Ὅτι τοι καταρχὰς ἀτελεῖς ὄντες οἱ μαθηταὶ, ἀνεπίδεκτοι ἐτύγχανον τοιούτου χαρίσματος. Ἐμέλλον οὖν οἷα ἰδιῶται μαγγανείας φενακισμὸν τὸ πρᾶγμα λογίσασθαι. Διὰ τοῦτο ὅτε πεῖραν αὐτοῦ ἔλαβον, ὅτε Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὡμολόγησαν, τότε δῆτα καὶ τῆς ὑψηλοτέρας ἠξιώθησαν ἐμφανείας. Καθ' ἕτερον δὲ λόγον, ἐπειδὴ παριππεύσει τοῦ χρόνου ἀφαιρεῖται τῆς διανοίας ἡ λήθη τοὺς τύπους, ὧν διὰ τῆς ὄψεως εἴληφε, διὰ τοῦτο οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ Πάθους τοῦτο ποιεῖ, ἵνα μὴ τοῦ θαύματος ἐπιλάθωνται, ἀλλὰ τὸ θεαθὲν ἐν ὄψεσιν ἔχοιεν.

C

Neque vero multorum in conspectu Transfiguratio divina peragitur. Neque enim hujusmodi visionem profanorum oculi capere poterant, cujus tenuem quamdam et obscuram imaginem intuitus Isaias miserum se ipsum existimavit [97]. Nonne audis etiam antiquitus solum Mosem in Sina pervasisse, cum populus eam conueri gloriam non sustineret [1]? Quod si fulgentem gloria Mosæ vultum intueri sine velamine Hebræi non poterant [2], quomodo divinam gloriam videre valuissent? Cæcorum enim illuminatio, purgatioque leprosorum, et restitutio mortuorum ad vitam tolerabile sane erat, ut cuncto populo spectanda proponerentur; divinitatis vero gloriam vel obscuram cernere solis mundis corde ex Domini dicto conceditur. Nam si candentes solis radios cæcutiens oculus intueri non sustinet, sed ab ipso fulgore obcæcatur et obscuratur, quid animis futurum erat a peccato et infidelitate cæcatis, si divinitatis jacula conspexissent? annon stupore illo perculsi corpora destituissent ad insolitum illum admirandumque spectaculum vitali deficiente spiritu? quando nec angeli quidem aspectum homo sustinere potest. Ideo non in mediis turbis, sed seorsim hoc miraculum agitur.

Οὐ παρουσίᾳ δὲ πολλῶν ἡ θεία γίνεται μεταμόρφωσις· οὐ γὰρ ἦσαν δεκτικοὶ τῆς τοιαύτης θέας τῶν βεβήλων οἱ ὀφθαλμοί, ἧς ἀμυδρὰν εἰκόνα ὁ Ἡσαΐας ἰδὼν, ἑαυτὸν ἐταλάνισεν. Οὐκ ἀκούεις ὡς καὶ πάλαι μόνος εἰσέδυ Μωϋσῆς εἰς τὸ Σίναιον, μὴ χωρήσαντος τοῦ λαοῦ τὴν τοιαύτην δόξαν ἰδεῖν; Εἰ δὲ Μωσέως τὸ πρόσωπον δοξασθὲν ἀπαρακάλυπτον οἱ Ἑβραῖοι ὁρᾷν οὐκ ἴσχυον, πῶς ἂν τὴν θείαν δόξαν ἰδεῖν ἐξίσχυον; Τυφλῶν μὲν γὰρ ἀνάβλεψις, καὶ λεπρῶν κάθαρσις, καὶ νεκρῶν ἀναβίωσις, φορητὴ ἦν ὁρᾶσθαι παντὶ τῷ λαῷ· θεότητος δὲ δόξαν κἂν ἀμυδρὰν ἰδεῖν, μόνοις ἐστὶ φορητὴ τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν. Εἰ γὰρ τὰς λευκοφανεῖς ἡλίου βολὰς οὐ στέγει λημῶν ὀφθαλμὸς, ἀλλὰ σκοτοῦται ὑπὸ τοῦ φωτὸς ἀμαυρούμενος, τί ἂν ἔπαθον ψυχαὶ ὑπὸ ἁμαρτίας καὶ ἀπιστίας τυφλώττουσαι, εἰ τὰς βολίδας τῆς θεότητος ἐθεάσαντο; Ἆρα οὐκ ἂν ὑπὸ τῆς ἐκπλήξεως; ἀπέλιπον καὶ τὰ σώματα τοῦ ζωτικοῦ πνεύματος ἐκλείψαντος τῷ παραδόξῳ θεάματι; ὅπου μηδὲ ἀγγέλου θέαν ὑπενεγκεῖν ἄνθρωπος δύναται. Τούτου χάριν οὐκ ἐν μέσῳ τῶν ὄχλων, ἀλλ' ἰδίᾳ τὸ θαῦμα γίνεται.

Non omnes porro discipulos admittit, quod in-

Οὐ πάντας δὲ παραλαμβάνει τοὺς μαθητὰς, ἐπειδὴ

[96] Matth. xvi, 24. [97] Isa. vi, 5. [1] Exod. xix, 20, 21. [2] Exod. xxxiv, 29, II Cor. iii, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συνῆν αὐτοῖς καὶ Ἰούδας ὁ κλεπτίστατος μαθητής· ὄμμασι δὲ μυσαροῖς οὐκ ἦν εἰκὸς θεαθῆναι τὸ τῆς θεότητος φῶς. Πῶς γὰρ προδότις ψυχή, καὶ φιλάργυρος, καὶ τοιαῦτα κατὰ τοῦ διδασκάλου δολοῤῥαφήσασα, ὁρᾷν ἐδύνατο θείαν ἐμφάνειαν; Εἰ γὰρ οἱ ἐκλελεγμένοι τρεῖς μαθηταὶ, καθαρὰν ἔχοντες τὴν διάνοιαν, τῷ δέει κατεπτηχότες, εἰς γῆν κατέπεσον κύμβαχοι, καὶ μικροῦ δεῖν ἐχωνεύοντο, τὸ πῦρ ἐκεῖνο μὴ στέγοντες, τί ἂν εἰκὸς τὸν προδότην παθεῖν; Ἀπείργεται οὖν ὁ ἀσεβὴς τὴν δόξαν Κυρίου ἰδεῖν, τοῦτο καὶ Ἡσαΐου προειδότος καὶ προθεσπίσαντος· « Ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. » Ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως, καὶ διὰ τί μὴ τὸν Ἰούδαν μόνον καταλιπὼν τοὺς ἄλλους παρέλαβεν; οὐ γὰρ δὴ πάντες, ὡς ἐκεῖνος, ἦσαν ἀνάξιοι. Ἀλλ' εἰ τοῦτο γέγονε, πρόφασιν ἂν εἶχεν ὁ προδότης τοῦ κακουργήματος, ὡς οὐ διὰ φιλοχρηματίαν τὴν ἐπιβουλὴν μεμελέτηκεν, ἀλλ' ἀντιλυπῆσαι βουλόμενος τὸν λυπήσαντα. Τὰς προφάσεις οὖν πανταχόθεν περιτέμνων ὁ Κύριος, ἀναπολόγητον ποιεῖ τὸν ἐπίβουλον, ἵνα γυμνὴ φανῇ τῆς φαύλης συνειδήσεως ἡ προαίρεσις.

erat cum illis Judas discipulus ille furacissimus: atqui non decebat impuris oculis aspectari divinitatis lucem. Quomodo enim proditor animus, cupidusque pecuniæ, et qui tales in magistrum consuebat dolos, divinam illam speciem obtueri potuisset? Si enim electi illi tres discipuli, puram mentem habentes, pavore perculsi in terram proni corruere, ac parum abfuit, quin æris modo colliquescerent, vim ignis illius minime sustinentes, quid proditori eventurum fuisse credendum est? Igitur a divina gloria contemplanda impius homo **402** procul arcetur, cum hoc ipsum providisset, et vaticinatus esset Isaias: « Auferatur impius, ut non videat gloriam Domini [2]. » Sed dicet fortasse quispiam, cur solo Juda relicto, cæteros non admisit: neque enim omnes, ut ille, erant indigni. Verum si hoc factum fuisset, excusationem facinoris sui proditor habuisset, perinde quasi non cupiditate pecuniæ molitus esset insidias, sed uti molestiam illi vicissim exhiberet, a quo molestia esset affectus. Causas igitur omnes excusandi præcidens Dominus insidiatorem reddit inexcusabilem, ut malæ conscientiæ electio denudetur.

Ἡ δὲ εἰς ὄρος ἀνάβασις σύμβολον ἦν τοῦ χρῆναι τὸν μέλλοντα θείων μυστηρίων γενέσθαι μέτοχον καταλεῖψαι τὴν πρὸς τὰ κάτω συμπάθειαν, εἰς δὲ τὸ ὄρος ὑψωθῆναι τῇ τῶν νοημάτων ὑψηλῆς ἀναβάσεως· οὕτω τὰς θείας ἐμφάσεις ὡς ἐπίπαν ὁ Θεὸς ἐν ὄρεσιν ὁρᾶται δεικνύς. Καὶ πάλαι γὰρ τὴν Ἀβραὰμ θυσίαν οὐκ ἐν πεδιάδι, ἀλλ' ἐν ὄρει γενέσθαι προσέταξε. Καὶ ὁ Λὼτ, φεύγων τὴν τεφρωθεῖσαν Πενταπολιν, οὐκ ἂν διεσώθη, εἰ μὴ εἰς ὄρος ἀνέδραμε· καὶ Μωϋσεῖ δὲ χρηματίζων ὁ Θεὸς, καὶ δεικνὺς τὸ ἐν τῇ βάτῳ μυστήριον, καὶ τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν ἐγχειριζόμενος, ἐν ὄρει ταῦτα ποιεῖ. Ἀλλὰ καὶ ὅτε τὸν τῆς σκηνῆς τύπον ὑπέδειξε, καὶ ὡς φίλος ἐνώπιος ἐνωπίῳ διελέγετο, καὶ τοῦ νόμου τὰς πλάκας ἐνεχείριζεν, εἰς τὸ ὄρος διεπράττετο ταῦτα τὸ Σίναιον. Καὶ Ἠλιοῦ δὲ χρηματίζων, καὶ τὰς συμβολικὰς ἐμφανείας δεικνὺς, εἰς ὄρος ἀνῆγεν αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς, τὴν πτωχείαν ἡμῶν ὑποδὺς, τὰ πλείω τῶν μυστηρίων ἐν ὄρεσιν ἐδείκνυ τοῖς μαθηταῖς. Κἂν ἐβούλετο μακαρίζειν τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ τοὺς πενθοῦντας, καὶ τοὺς πραεῖς, καὶ τοὺς ἐλεήμονας, καὶ τοὺς τὴν καρδίαν ἔχοντας καθαρὰν, καὶ ὅσους ὁ τῶν μακαρισμῶν χορὸς περιέλαβεν, εἰς ὄρος ἀνῆγε τοὺς μαθητάς. Κἂν ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι διδάσκειν ἐθέλῃ, καὶ τοῦτο εἰς ὄρος ποιεῖ. Οὕτω γοῦν καὶ τὴν θείαν αὐτοῦ δόξαν δεῖξαι βουλόμενος, ἀκολούθως εἰς τὸ ὄρος ἀνέρχεται.

Ascensus autem in montem symbolice indicavit oportere eum qui divinorum mysteriorum particeps fieri velit, contagiosum cum infimis rebus consensum relinquere ac velut in montem sublimium cogitationum ascensu elevari. Ita plerasque divinarum apparitionum videtur in monte Deus exhibuisse. Antiquitus enim Abrahami sacrificium non plano in loco, sed in monte fieri jussit [4]. Lot etiam Pentapolim fugiens subsidentem in cineres sospes evasisset nunquam, nisi fugisset in montem [5]; Mosi vero Deus oracula reddidit, et mysterium rubi demonstravit, et curam populi in monte permisit [6]. Quin etiam tum, cum typum tabernaculi præmonstravit [7], et coram quasi amicus cum amico collocutus est [8], et tabulas legis in manus tradidit, in monte Sina perfecit hæc omnia [9]. Cum Elia itidem agere et symbolicas illas visiones cum vellet ostendere, eum deduxit in montem [10]. Sed et quando nostram paupertatem indutus nobis similis factus est, mysteriorum bonam partem in montibus discipulis patefecit. Si enim pauperes spiritu beatos prædicare voluit, et lugentes itidem, et mites, et misericordes, et puros corde, et quotquot chorus beatitudinum comprehendit, eos duxit in montem [11] Itemque docere cum voluit orandi modum, id in monte præstitit [12]. Sic igitur divinam quoque gloriam suam cum in animo haberet ostendere, in montem ascendere consentaneum fuit [13].

Τἄλλα δὲ τῶν ὀρέων παραδραμὼν, ἐκλέγεται τὸ Θαβώριον· ἐπειδὴ τὸ μὲν ὄρος Σιγὼρ ἀθεμίτων νυμφευμάτων ἐγένετο θάλαμος. Αἱ γὰρ τοῦ Λὼτ θυγατέρες, μετὰ τὴν ἐκ Σοδόμων ἀποφυγὴν, κάτοινον τὸν φύντα ποιήσαται, τὴν τολμηρὰν ἐκείνην πατρομι-

Sed enim aliis montibus prætermissis Thabor elegit: quoniam mons quidem Segor vetitarum nuptiarum factus est thalamus. Nimirum filiæ Lot, postquam ex Sodomis aufugerunt, cum patrem vino obruissent, audax illud fecere flagitium, ut

[2] Isa. xxvi, 10. [4] Gen. xxii, 2. [5] Gen. xix, 30. [6] Exod. iii, 1. [7] Exod. xxv, 40. [8] Exod. xxxiii, 11. [9] Exod. xxiv, 12. [10] III Reg. xix, 11. [11] Matth. v, 1 seqq. [12] Matth. vi, 9 seqq. [13] Luc. xi, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

403 cum parente coirent; quomodo igitur decebat, ut in eo monte se ostenderet, quod nefarii facinoris fuerat officina [14]? At enim in monte Samariæ fas erat. Quis vero, sacros modo legerit libros, ignorat ethnicorum sacerdotes (45), cum exsecranda idola in hujus montis recessibus occuluissent, persuasisse Samaritanis ut in montem aspicientes adorarent [15]? Unde mulier illa pia dicebat : « Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Hierosolymis oportet adorare [16]. » Qui igitur fas erat, ut idolorum latibulum salutare Dei videret? Sed Carmelum mihi subjicies. Sed fuerat hic Eliæ meditandi locus, et nactus ex eo celebre nomen [17]. Hinc igitur suboriri occasio poterat existimandi illam apparitionem Eliæ fuisse, et prophetæ præsentiam illam ipsam fuisse consuetam in eo monte commorationem. At vero Galilææ et Olivarum montes ad alios uterque reservabantur usus : alter quidem, in quo post Resurrectionem discipulis appareret [18]; alter, ut ex eo reverteretur in cœlum [19]. Sed quid hæc pluribus? Vultis quid animo concep rim, dicam? Claritatem hanc in Thabor apparituram jam ante fuerat adumbratum. Idcirco enim hoc illi nomen inditum esse Spiritui sancto collibuit. Thabor siquidem *adventus luminis* (46) interpretatus est. Divini scilicet Spiritus nutu factum, ut ipsum vocabulum lucis illic effulgentis mysterium significaret.

Jam vero tres hosce discipulos deligit : Petrum quidem ut principem (47), et qui ferventior esset, et Filium Dei ipsum aperte confessus fuerat; Joannem vero ut theologum (48) et dilectum; Jacobum ut magno præditum eloquio (49) atque divinum. Ita enim in Judæos gravis ac vehemens invehebatur, ut cum his gratificari maxime vellet Herodes, gladio illum occiderit [20]. Forsan etiam, quod hi tempore Passionis cum illo futuri erant : hos enim tres assumpsit, cum ad orandum secessit, et sanguineo sudore manavit, et ea protulit verba quæ ostendere videbantur ignaviam. Quin et hi aderant cum judicaretur, videntes quantum in eum impia et furibunda turba debaccharetur. Petrus quidem sequens

A ξίαν εἰργάσαντο. Πῶς οὖν ἔδει δειχθῆναι εἰς τὸ τῆς πονηρᾶς πράξεως ἐργαστήριον; Ἀλλ' εἰς τὸ ὄρος τῆς Σαμαρείας· καὶ τίς οὐκ οἶδε τῶν τὰς ἱερὰς βίβλους ἀνεγνωκότων ὡς οἱ ἱερεῖς τῶν ἐθνῶν, τὰ τῶν εἰδώλων βδελύγματα ἐν μυχῷ τοῦ ὄρους κεκρυφότες, τοὺς Σαμαρείτας παρέπεισαν ἐν τῷ ὄρει βλέποντας προσκυνεῖν; Διὸ καὶ πρὸς τὸν Δεσπότην ἔλεγεν ἡ θεοφιλὴς ἐκείνη γυνή· « Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε ἐν Ἱεροσολύμοις δεῖν προσκυνεῖν. » Πῶς οὖν εἰκὸς τὸ τῶν εἰδώλων κρυπτήριον ἰδεῖν Θεοῦ τὸ σωτήριον; Ἀλλ' ἐρεῖς μοι τὸν Κάρμηλον. Ἀλλ' ἦν καὶ οὗτος Ἡλιοῦ ἀσκητήριον, ὀνομαστὸν τὸ ὄρος ἐξ ἐκείνου γενόμενον. Πρόφασις οὖν ἔμελλε τίκτεσθαι, ὡς Ἡλιοῦ ἦν ἡ ὀρθεῖσα ἐμφάνεια, καὶ τὴν τοῦ προφήτου τότε παραγωγὴν ὑπετόπασαν ἂν ἐν τῷ ὄρει συνήθη διατριβήν. Τὸ δὲ τῆς Γαλιλαίας ὄρος, καὶ τὸ τῶν Ἐλαιῶν ἑφαλαττέτην ἄμφω ἐν ἄλλοις καθιπουργήσοντε· τὸ μέν, ἵν' ἐν ἐκείνῳ τοῖς μαθηταῖς ὀφθῇ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τὸ δὲ, ἵν' ἐξ αὐτοῦ ποιήσηται τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν. Ἀλλὰ τί ταῦτα μακρολογῶ; Βούλεσθε εἴπω ὃ ἐντεθύμημαι; Ἄνωθεν προετύπωτο τὴν ἐλλάμψιν ταύτην ὀφθῆναι εἰς τὸ Θαβώριον. Διὰ τοῦτο γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοιαύτην αὐτῷ τεχθῆναι κλῆσιν ηὐδόκησε. Θαβὼρ γὰρ ἔλευσις φωτὸς ἑρμηνεύεται, ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος σαφῶς ἐμφαινούσης τῆς κλήσεως τοῦ ἀναλάμψαντος φωτὸς τὸ μυστήριον.

B

Τοὺς τρεῖς μαθητὰς τούτους ἐκλέγεται· Πέτρον μὲν, ὡς πρόκριτον, καὶ θερμότερον, καὶ τρανῶς αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι ὁμολογήσαντα· Ἰωάννην δὲ, ὡς θεολόγον καὶ ἀγαπώμενον· Ἰάκωβον δὲ, ὡς μεγαλοφωνότατον καὶ θεσπέσιον. Οὕτω γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις βαρὺς καὶ ῥαγδαῖος ἐφέρετο, ὡς, μεγάλα χαρίεσθαι τούτοις Ἡρῴδης βουλόμενος, μαχαίρᾳ τοῦτον ἀπέκτεινε. Τάχα δὲ, ἐπειδὴ οὗτοι συμπαρεῖναι τούτῳ μάλιστα ἔμελλον ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ. Καὶ γὰρ τοὺς τρεῖς τούτους παρέλαβε προσευχόμενος, καὶ τοὺς θρομβοειδεῖς ἀποστάζων ἱδρῶτας, καὶ τὰ τῆς δειλίας ὡς ἐδόκει φθεγγόμενος ῥήματα· καὶ κρινομένῳ δὲ οὗτοι συμπαρῆσαν αὐτῷ, ὁρῶντες ὅσα ὁ ἀτάσθαλος ὄχλος εἰς αὐτὸν ἐπεπαρῳνήκεισαν· Πέτρος

C

[14] Gen. XIX, 1 seqq. [15] IV Reg. XVII, 24. [16] Joan. VI, 20. [17] III Reg. XVIII, 42. [18] Matth. XXVIII, 16. [19] Act. I, 12. [20] Act. XII, 2,

Francisci Scorsi notæ.

(45) *Ethnicorum sacerdotes.* De historia quæ refertur IV Reg. cap. XVII, aliqua adnotavimus ad hom. 38, quæ recole.

(46) *Adventus luminis.* Videtur deducere hoc nomen Theophanes ab אתה venit et אור lumen.

(47) *Petrum quidem ut principem.* Ita semper D. Petrum reliquorum principem et coryphæum vocat, hic πρόκριτον, alibi aliter, quod adnoto adversus novatores qui primatum S. Petri oderunt. De hoc vide plura hom. 37, not. 68, 54, not. 49, et 55 not. 67.

(48) *Ut theologum.* Ita vocatus cognomento S. Joannes ab antiquis Patribus, nunc occurrit Dionys. Areopag. epist. 10 ad ipsum Θεολόγον; Isid. Pelusiota, epist. 74; alios alias observavi.

D

(49) *Ut magno præditum eloquio.* Μεγαλοφωνότατον appellat S. Jacobum ob nomen a Christo illi subinutatum, quo filius tonitrui est appellatus cum Joanne fratre; vocem autem magnam ad eloquentiam, sublimemque doctrinam, qua Joannes potissimum donatus fuit, transferendum esse adnotavimus supra ad hom. 48, not. 62, quam consule. Hoc autem loco ad S. Jacobi etiam contentionem gravitatemque dicendi accommodari videtur a Theophane. Eum sane tam libere Christum prædicasse, ut is qui eum accusaret, ejus dicendi vi commotus, et traductus ad Christum una cum ipso Jacobo oppetierit mortem, scribit Clemens Alex., lib. VII, μεγαλόφωνος tanquam a majoribus, traditum; et refert Baronius ad annum Christi 44.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὲν ἀκολουθῶν ἰδεῖν τὸ τέλος, Ἰωάννης ὡς γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ, Ἰάκωβος δὲ, ὡς ἔχων ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ τὸ θαῤῥεῖν. Ἔδει γοῦν διὰ τοῦτο γενέσθαι τῆς Ἰησοῦ θεότητος θεατάς.

Ἀλλ' ἐφεξῆς ζητητέον, τί βούλεται τῶν προφητῶν ἡ παραγωγὴ, καὶ διὰ τί τοὺς δύο τούτους παρέστησεν; Ἐπειδὴ παραβάτην αὐτὸν τοῦ νόμου καὶ ἀντίθεον οἱ Ἰουδαῖοι ὠνόμαζον, καὶ τοῦ Μωσέως ἀντίθετον, παράγει τούτους, ἵνα γνῶσιν οἱ μαθηταὶ ὡς, εἰ τὸν νόμον κατέλυεν, οὐκ ἂν ὁ νομοθέτης δουλικῶς τούτῳ παρίστατο, οὐδ' ὁ ζηλωτὴς Ἠλίας ἠνέσχετο τῷ ὑβριστῇ τοῦ νόμου δορυφορεῖν. Ἔπειτα, ἐπειδὴ διάφορος ἦν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡ περὶ αὐτοῦ δόξα, καὶ οἱ μὲν Ἠλίαν αὐτὸν εἶναι ἔλεγον, οἱ δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν, δείκνυσιν ὁ Σωτὴρ ὡς οὐχ εἷς τῶν προφητῶν, ἀλλὰ Κύριος αὐτῶν ἐχρημάτιζε, νεύματι μόνῳ δεσποτικῷ αὐτοὺς παριστῶν. Ἔτι διὰ τοῦτο Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας παράγεται, ἵνα δείξῃ ὡς αὐτός ἐστιν, ὁ ἐν τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις καταγγελλόμενος.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτου χάριν τὴν τριάδα τῶν μαθητῶν, καὶ τὴν δυάδα τῶν προφητῶν ἐν τῷ ὄρει παρέστησεν. Ἐπειδὴ γὰρ τριχῇ τὰ τοῦ κόσμου μεμέρισται· οὕτω γὰρ καὶ Δαβὶδ, καὶ Παῦλος τὴν κτίσιν διῄρησαν, ὁ μὲν εἰπών· « Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ. Ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. Ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγας κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης· » ὁ δὲ Ἀπόστολος· « Πᾶν γόνυ κάμψει, φησὶν, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. » Ταύτην δὲ τὴν διαίρεσιν καὶ ἡ ἔξωθεν ἐφαντάσθη φιλοσοφία εἰποῦσα· Τριχῇ πάντα δέδασται.

Δεικνὺς ἑαυτὸν ὁ Σωτὴρ παντὸς τοῦ κόσμου Δεσπότην καὶ Κύριον, ἐκ μὲν τῆς γῆς ἀνάγει τοὺς μαθητὰς, ὡς ἐξ οὐρανοῦ δὲ τὸν Ἠλίαν ἔτι ζῶντα παρέστησεν, ἐκ δὲ τῶν καταχθονίων ἀπτέρῳ τάχει τὴν Μωσέως ψυχήν. Τί οὖν ἀπορεῖς, πῶς ἐνεῤῥθεν μὲν ἐκ νεκάδων μόνος ἦχθη Μωσῆς, ὑπερθεν δὲ

ut videret finem; Joannes vero ut notus pontifici; Jacobus vero (50) fratris conjunctione fretus. Conveniebat igitur eam ob **404** causam hos divinitatis Jesu fieri spectatores.

Deinceps vero quærendum, quid sibi velit præsentia prophetarum, et quam ob causam duos hosce repræsentarit? Quoniam eum transgressorem legis et Deo Mosique contrarium (51) Judæi vocabant [21], hos producit in medium, ut discipuli intelligant, nunquam si ipse solveret legem, futurum, ut legislator Moses ei tanquam famulus præsto esset, neque zelo fervens Elias ejus stipare latus, qui in legem fuisset injurius, sustineret [22]; præterea quoniam diversa de eo hominum ferebatur opinio, et alii quidem Eliam eum esse conjiciebant, alii Jeremiam, vel unum ex prophetis, ostendit Dominus (52) non unam prophetarum, sed eorum Dominum se esse appellandum, ut qui solo nutu eos faceret sibi præsentes. Ad hoc idcirco Moses et Elias adducitur, ut indicetur eum esse, qui in lege ac prophetis fuerat prænuntiatus.

Est etiam quod præterea dicatur, qua gratia tres ex discipulis, ex prophetis duos assistere sibi in monte voluerit. Nimirum quia trifariam divisus est mundus, ita enim et David et Paulus rem creatam omnem partiti sunt: ille quidem cum dixit: « Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades: si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris [23]. » Apostolus vero: « Omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum [24]; » quam partitionem externa quoque philosophia (53) quadam informata cogitatione concepit, cum dixit, omnia in tres partes esse tributa.

Ut se mundi universi Dominum, ac ubique potentem Salvator ostendat, e terra quidem discipulos, Eliam viventem etiamnum velut e cœlo, ex inferis vero Mosæ animam velocissime nullis usam alis jubet ascendere. Quid dubitas igitur, qua ratione unus Moses sit evocatus ex infernis locis, e superis

[21] Joan. IX, 16, [22] Matth. XVI, 14. [23] Psal. CXXXVIII, 8, 9. [24] Philipp. II, 10.

Francisci Scorsi notæ.

(50) *Jacobus vero*, etc. Quod Jacobus una cum Joanne ejus cognatione confisus secutus fuerit Dominum in atrium pontificis pie fortasse commentatur hic Pater; cæterum neque in Evangelio quidquam de hac re significatur, neque alibi legisse me fateor.

(51) *Et Deo contrarium.* De voce ἀντίθεον disseruimus ad hom. 48, not. 69, et sane quæ ibi diximus ex hoc loco maxime confirmantur, ubi ἀντίθεος aperte Deo contrarium significat.

(52) *Ostendit Dominus.* Verba Δείκνυσιν ὁ Σωτὴρ ὡς οὐχ εἷς τῶν προφητῶν, desunt in uno cod. non sine injuria sententiæ, quæ absoluta est in cod. G. Supra etiam illa verba, ἀλλὰ σκοτοῦται ὑπὸ τοῦ φωτὸς ἀμαυρούμενος, quæ minori quidem sensus detrimento deerant, attamen ad ejus absolutionem requisita restituimus ex cod. pleniore.

(53) *Externa quoque philosophia.* Notum credo esse illud Pythagoræ et πάντα τὰ τρία· *omnia sunt tria*, quod ἄξιωμα refert explicat Aristot. quem juvat audire de ternario ita disputantem; Latine autem loquentem audiamus, nam Græca longiuscula, nec in manibus sunt: *Magnitudinis ea quidem, quæ ad unum est divisibilis, linea est; quæ vero ad duo, superficies; at ea, quæ ad tria, est corpus: atque præter has nulla alia prorsus est magnitudo, propterea quod ipsa tria omnia sunt, et ipsum ter in omnem partem se fundit: nam, ut Pythagorei inquiunt ipsum omne, ac omnia tribus sunt definita. Finis enim, et medium et principium universi numerum habent, hæc autem Triadis, quapropter a natura, quasi legibus acceptis in deorum sacrificiis celebrandis hoc uti numero solemus.* Hæc Aristot., quibus nihil est addendum ad præsentem locum illustrandum, ubi noster etiam philosophatur de ternario numero. Plura leges apud Petrum Bongo, lib. I *De myst. numer.*, et apud explicatores Virgilii in illum locum Pharmac. *Numero Deus impare gaudet.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

vero solus devolarit Elias, e terra vero non sat fuerit unus, sed tres advenire voluerit? Reconditam quamdam doctrinam per hæc Salvator patefacit; ostendit enim cœlestia et inferna, quæ quidem animas (54) a corporis concretione separatas excipere posse fatemur, materiæ expertia, simplicia, et uniusmodi esse, nec corporeis constare dimensionibus; hæc vero terrena et objecta sensibus esse composita, trinisque dimensa spatiis; quare etiam tres **405** educit e terris, cum ex æthere et infernis locis simplices et uniusmodi substantias sibi repræsentarit. Atque hic fortasse par erat ut rectam ingredientes viam ea quæ deinceps sequuntur, percurreremus: verum inter dicendum subtilior quædam consideratio subiit, cujus rei gratia duos hosce prophetas, ac non alios sistere sibi voluerit, nimirum quia jam antiquitus hanc visionem in Thabor duobus hisce Deus promisisse videtur. Sed plerique non explicatum hoc ænigma prætereunt. Cum enim Moses in montibus solitariam et ab omni forensi turba liberam ageret vitam [28], prodit

A Ἠλίας κατέπτη μονώτατος. ἀπὸ δὲ γῆς οὐκ ἤρκεσεν εἷς, ἀλλὰ τρεῖς; Δόγμα μυστικὸν δοκεῖ διὰ τούτων ἐμφαίνειν ὁ Σωτήρ· δείκνυσι γὰρ ὡς τὰ οὐράνια καὶ ὑποχθόνια, ἃ δὴ ψυχὰς καθαρθείσας τῆς τῶν σωμάτων κοινωνίας φαμὲν, ἀμέτοχα ὕλης εἶσιν, ἁπλᾶ τε καὶ μονοειδῆ, τὰς σωματικὰς διαστάσεις οὐκ ἔχοντα. Τὰ δὲ αἰσθητὰ ταῦτα καὶ γῆϊνα σύνθετά εἰσι, καὶ τῇ τριτῇ διαστάσει μετρούμενα. Διὸ καὶ τρεῖς ἐκ τῆς γῆς ἀνάγει, μονοειδῶν ὑποστάσεων ἐξ αἰθέρος καὶ ᾅδου παραχθέντων αὐτῷ. Ἐχρῆν μὲν οὖν ἴσως εὐθυδρομεῖν, καὶ ἔχεσθαι τῶν ἑξῆς, ἀτραπὸν τὴν εὐθεῖαν βαδίζοντα· ἀλλὰ μεταξὺ λέγοντα, ὑπεισῆλθεν ἰσχυτέρα τις ἔννοια, ὅτου χάριν τοὺς δύο τούτους προφήτας. καὶ οὐκ ἄλλους παρέστησε. Δοκεῖ γὰρ πάλαι τοῖς δ σὶ τούτοις διὰ συμβόλων τὴν ἐν τῷ θα-

B βωρίῳ κα ὑποσχέσθαι Θεός· οἱ πολλοὶ δὲ τὸ αἴνιγμα παρατρέχουσιν. Ὅτε γὰρ τῷ Μωϋσεῖ ὄρεσι; ἦν ἡ ζωὴ καὶ ἰδιάζουσα, πάσης ἀγοραίου τύρβης ἀπηλλαγμένη, φησὶν ἡ ἱστορία ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ ὀφθῆναί οἱ φοβερὰν θεοφάνειαν ὑπὲρ τὸ ἡλιακὸν φῶς, φωτὸς ἑτέρου ἔκ τινος θάμνου περιαστράψαν-

[28] Exod. III, 1 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(54) *Animas.* Secutus sum scripturam c. G, quæ mihi diu multumque cogitanti visa est verior, et quæ liquidius mentem auctoris explicat, quam quæ in cod. Panorm. et Vat., in quibus hic locus sit igitur: Δείκνυσι γὰρ ὡς τὰ οὐράνια καὶ ὑποχθόνια, ἃ δὴ ψυχῶν καθαρθεισῶν τῆς τῶν σωμάτων κοινωνίας φαμὲν δεκτικὰ ἀμέτοχα ὕλης, etc. Deinde C desunt in applicatione illa verba, quæ maxime sensum explanant, Μονοειδῶν ὑποστάσεων ἐξ αἰθέρος καὶ ᾅδου παραχθέντων αὐτῷ· *Substantiis, quæ uniusmodi sunt, ad ipsum adductis.* Desunt, inquam, in utroque cod. Panorm. et Vat., sed cum lectio illa duorum exemplarium, quæ dixi, auctoritate fulciatur, nolui eam respuere; nec solum hic referre, ut cæteras variantes lectiones consuevi, sed etiam explicare, et quem sensum habeat recum ostendere, præsertim cum ea, quæ hic dicam, maxime faciant ad ea quæ in similis difficultate loci scripsimus ad hom. 8 not. 16, ubi de loco inferni ex sententia Gregor. Nyssen. et Theophanis disputavimus. Videtur vero hic etiam noster Theophanes primo se offerente sensu dicere cœlestia et inferna loca, quæ animas a corpore separatas excipiunt, esse spiritualia, non corporalia, cum ea vocat ἀμέτοχα ὕλης, ἁπλᾶ τε καὶ μονοειδῆ, τὰς σωματικὰς διαστάσεις οὐκ ἔχοντα, *materiæ expertia, simplicia, uniusmodi et corporis dimensione carentia,* qui error tributus est etiam Gregorio Nysseno, in lib. *De anima et resurr.*, ut disputavimus copiose ad hom. 8, ubi de infernis locis est quæstio; quæ quidem eadem huc transferenda, sicuti hæc quæ dicimus ad hanc locum illo traducenda; mutuam enim operam sibi navant. Nam si sano rectoque modo intelligantur hi Patres, ab hoc errore liberari poterunt. Solum enim hoc dogma confirmare volunt, animas corpore disjunctas esse spirituales, quod est verissimum: atque adeo non esse in loco ad modum rerum corporearum: sed ea corpora quæ ipsas recipiunt, quatenus ipsas recipiunt, esse materiæ et dimensionis expertia; hoc est non circumscribere illas trina dimensione ut corpora locata circumscribunt: eodem prorsus modo, quo loca angelorum spiritualia et intelligibilia vocat S. Joan. Damascenus, cum tamen angeli in aere et cæteris corporibus suam substantiam præsentem habeant. Sic enim lib. II, *Orthod. fid.* cap. 3: Νόες δὲ ὄντες, ἐν νοητοῖς καὶ τόποις εἰσὶν, ὡ σωματικῶς περιγραφόμενοι· οὐ γὰρ σωματικῶς κατὰ φύσιν σχηματίζονται· οὐδὲ τριχῇ διαστατοί εἰσιν, ἀλλὰ τῷ νοητῶς παρεῖναι καὶ ἐνεργεῖν, ἔνθα ἂν προσταχθῶσι, καὶ μὴ δύνασθαι κατὰ ταυτὸν ὧδε κἀκεῖσε εἶναι, καὶ ἐνεργεῖν· *Cum mentes sint, in intellectualibus locis sunt, non corporali modo circumscripti; non enim corporaliter secundum naturam figurantur; neque tria sunt illis magnitudinis intervalla, sed intellectualiter* (seu spiritualiter, utrumque enim νοητῶς signat) *adsunt et operantur, ubicunque jussi fuerint, et non possunt secundum idem hic et illic esse, et operari.* Hæc Damascenus; quæ debent etiam de animis separatis, quæ substantiæ sunt spirituales, suo modo dici. Atque ita recte dicuntur esse in intellectualibus et spiritualibus locis; non quod ipsa loca sint talia, sed quod, ut diximus, non ea corporali modo comprehendunt. Lege disputationem illam jam citatam. Ex hoc etiam loco, quam in præsenti ex lect. duorum codd. discutimus, si quis eum acutius inspexerit, hunc rectum verumque sensum eliciet. Cum enim auctor præmisisset ea verba: Δείκνυσι γὰρ ὡς τὰ οὐράνια καὶ ὑποχθόνια, non statim subdit Ἀμέτοχα ὕλης ἐστὶν, etc., sed veluti se explicans, et designans, quo loco, vel qua consideratione dixerit, terrestria cœlestiaque loca, Ἃ δὴ ψυχῶν καθαρθεισῶν τῆς τῶν σωματικῶν κοινωνίας φαμὲν δεκτικαί· *Quæ quidem animas a corporis concretione sejunctas excipere posse fatemur.* Perinde ac si diceret: Non quocunque modo dico cœlestia et terrestria corpora esse materiæ expertia, atque simplicia, et dimensionis expertia, sed ea quæ possunt excipere animas, seu planius, quatenus excipere possunt animas; relativum enim ἃ cum particula δὴ eam vim habet, ac si diceret: Μέχρι ἐστὶ δεκτικά, *quatenus sunt capacia animarum,* vel possunt in se recipere animas: atque adeo eum referunt sensum, quem jam ostendi, et ex Damasceno approbavi, ut vocet loca spiritualia et intellectualia animorum eadem quæ angelorum dixit Damascenus, quatenus spirituali modo (i definitive, non circumscriptive, ut philosophi loquuntur, continent substantias spirituales.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τος. Καὶ ὁ μὲν καταπλαγεὶς τῷ ξένῳ θεάματι, ἔλεγε· « Διαβὰς ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο. » Ἡ δὲ ἐκ τοῦ φωτὸς ἐκείνου φωνὴ κωλύει τὸν Μωσέα προβῆναι τῷ ὄρει βεβαρημένον τοῖς νεκροῖς ὑποδήμασιν, ἀλλ' ἐκλύσαντα πρότερον τοῦ ποδὸς ὑπόδημα, οὕτω προσεγγίσαι τῇ βάτῳ, ἢ τῷ θείῳ φωτὶ κατελάμπετο. Τί οὖν ἐντεῦθεν μυσταγωγούμεθα; Ὁ μὲν Μωϋσῆς, ἅτε προφητικώτατος ὢν, καὶ ὁρῶν ὡς ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκλάμψει τὸ φῶς τῆς θεότητος ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ Μονογενοῦς, ἣν ἡ βάτος ἠνίττετο, ταῦτα λέγει προφητικῶς, διαβὰς τῇ θεωρίᾳ τοὺς μεταξὺ χρόνους, καὶ κατ' ἐκεῖνον γενόμενος τὸν τῆς οἰκονομίας καιρόν· Ὄψομαι τὸ μέγα ὅραμα, τὸ διὰ τοῦ φωτὸς τούτου δηλούμενον. Τί οὖν πρὸς αὐτὸν ἡ φωνή; Ἐπαγγέλλεται δείξειν αὐτῷ τὸ ἀναλάμψαν φῶς ἐν Θαβώρ. Ἀλλὰ πότε; Ὅταν λυθῇ τῆς σαρκὸς, τῆς δερματίνης περιβολῆς, τῆς ἐντεθείσης τῇ φύσει, ὅτε διὰ παρακοῆς, τοῦ θείου θελήματος ἐγυμνώθημεν. Ὅταν οὖν, φησὶ, λύσῃς τὸ ὑπόδημά σου, τουτέστιν ὅταν ἀπολυθῇς τῆς σαρκὸς, τότε ὄψει τὸ ὅραμα τοῦτο ἐν τῷ Θαβώρ. Διαλευκαίνει δὲ τὴν ὑπόθεσιν τηλαυγέστερον, ὅτε ὁ μὲν Μωϋσῆς διακαῶς ἱμειρόμενος ἰδεῖν τὸν Θεὸν, « Δεῖξόν μοι τὴν δόξαν σου, » ἔλεγεν· ὁ δὲ Θεὸς μὴ ἄλλως ἔλεγεν εἶναι τοῦτο δυνατὸν, εἰ μὴ πρότερον σκεπασθείη τῇ πέτρᾳ, καὶ οὕτως ὄψεται τὰ ὀπίσθια· διὰ μὲν τῆς πέτρας τὸ τεθεωμένον σῶμα δηλῶν, διὰ δὲ τῶν ὀπισθίων, τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων φανέρωσιν, ὅπερ ἐν τῇ θείᾳ μεταμορφώσει πέρας ἐδέξατο. Ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ πρὸς τὸν θεόπτην ὑπόσχεσις. Ἠλιοῦ δὲ γενομένῳ ἐν Χωρὴβ, καὶ ἀσχάλλοντι ἐπηγγείλατο δι' αἰνίγματος τὴν εἰς τὸ Θαβώριον ταύτην ἐμφάνειαν, οὕτως εἰπών· « Στήσῃ αὔριον ἐναντίον Κυρίου, καὶ ἰδοὺ πνεῦμα ἐξαῖρον ὄρη, καὶ συντρίβον πέτρας· οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Κύριος, καὶ μετὰ τὸ πνεῦμα συσσεισμὸς, οὐκ ἐν τῷ συσσεισμῷ Κύριος, καὶ μετὰ τὸν συσσεισμὸν πῦρ, οὐκ ἐν τῷ πυρὶ Κύριος, καὶ μετὰ τὸ πῦρ φωνὴ ὡς αὔρας λεπτῆς, καὶ ἐκεῖ Κύριος. » Ἐνταῦθα γὰρ τὰς κατὰ καιροὺς τοῦ Θεοῦ ἐμφανείας ἠνίξατο, ἔν τε τοῖς πατριάρχαις καὶ τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς προφήταις, ἐν οἷς ἀμυδρῶς καὶ ὡς ἐν ἐσόπτρῳ τούτοις ὀπτάνεται. Ἐν δὲ τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς, αὐτὸς ὁ Θεὸς Κύριος ἐπέφανεν ἡμῖν. Διὰ μὲν οὖν τὸ αὔριον τοὺς μεταγενεστέρους χρόνους ἐσήμανε. Διὰ δὲ τῆς λεπτῆς αὔρας, τὸ λεπτὸν ἐκεῖνο σῶμα καὶ καθαρὸν, ἅτε πάχους ἁμαρτίας γεγονὸς ἀπαράδεκτον. Διὰ δὲ τῆς φωνῆς, τὸν διὰ σώματος ἡμῖν ὁμιλήσαντα τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐδήλωσε. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, « Καὶ ἐκεῖ Κύριος. » Καὶ τὸν μὲν Μωσέα μετὰ θάνατον μέλλοντα ταύτης ἀξιοῦσθαι τῆς θέας, ἐπέταττεν ἡ φωνὴ, Λῦσαι πρότερον τὸ

A historia jam splendente meridie divinam illi ac terribilem oblatam esse speciem, lucem scilicet alteram solis luce majorem ex quodam rubro coruscantem, atque illum tam novo spectaculo attonitum dixisse : « Vadam et videbo visionem hanc magnam [36]. » Sed ex illo lumine vox emissa vetuit Mosem ne mortalibus calceis gravatus ad montem accederet, sed iis prius solutis, fas esse ad rubum divina luce refulgentem appropinquare. Quid igitur hinc mysticæ doctrinæ discimus? Moses quidem, utpote qui prophetico polleret maxime spiritu, ac videret futurum, ut extremis temporibus divinitatis splendor in carne Unigeniti refulgeret, quæ in rubi illius ænigmate significabatur, hæc ore prophetico dicit : omnia scilicet interjecta sæcula B contemplatione transcurrens et in ipso Incarnationis tempore præsens : Videbo magnum illud spectaculum, quod hac mihi luce demonstratur. Quid igitur ad eum perlata vox? Promittit sane lucem illam refulgentem in Thabor illi ostendendam; sed quo tempore? Cum esset exsolutus carne, illo nimirum pelliceo tegmine (55) naturæ nostræ tum circumjecto, cum violato divino præcepto denudati fuimus. Quando igitur solveris calceamentum tuum, hoc est quando carne solutus ac liber eris, tunc videbis visionem hanc magnam in Thabor. Explanat porro subjectam sententiam clarius Moses ipse, cum videndi Dei desiderio flagrans, dicebat : « Ostende mihi gloriam tuam [37]. » Deus autem non alio id fieri posse modo respondit, nisi prius petra se C tegeret : tum enim posteriora visurum : per petram quidem corpus deificatum (56) indicans, per posteriora vero futuram postremis **406** temporibus manifestationem : quod in hac divina Transfiguratione finem accepit. Atque hæc sane Mosi contemplatori Dei facta promissio. Eliæ vero cum in Choreb degeret, et animo esset afflicto, visionem hanc Deus promisit illa verborum ambage : « Stabis cras coram Domino : et ecce spiritus dissolvens montes, et conterens petras; non in spiritu Dominus. Et post spiritum concussio; non in concussione Dominus. Et post concussionem ignis; non in igne Dominus [38]. Et post ignem vox auræ tenuis; et ibi Dominus. » Hoc enim loco Dei manifestationes D aliæ alio tempore factæ obscure denotantur in patriarchis, in lege et in prophetis; in quibus tenuiter, et veluti in speculo illis est visus; postremis vero temporibus ipse Deus Dominus nobis apparuit. Per tempus igitur crastinum subsequentia tempora signavit; per auram vero tenuem tenue corpus illud et purum (57), ut quod peccati crassitiem

[36] Exod. III, 5. [37] Exod. XXXIII, 18. [38] III Reg. XIX, 11.

Francisci Scorsi notæ.

(55) *Illo nimirum pelliceo tegmine.* Tunicas pelliceas, quibus Deus primos parentes a peccato amicivit, figurate pro gravi corpore et corruptioni obnoxio accipit, ut aliis locis. De quo sensu disseruimus ad hom. 24, not. 59, et hom. 31, not. 41 et 47.

(56) *Corpus deificatum* : τὸ τεθεωμένον σῶμα quo sensu sit accipiendum enucleatius supra ad homiliam 36, not. 65.

(57) *Tenue corpus illud, et purum.* Christi Do-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nullam admittere poterat. Per vocem vero Verbum Dei nobiscum versans in corpore significavit; unde subjunxit : « Et ibi Dominus. » Et sane Moses post mortem hac visione dignandus jussus est illa voce solvere calceamentum de pedibus suis : Eliæ vero non hoc præceptum est, ut qui etiam antequam deponeret corpus, illum visurus esset. Hæc igitur causæ fuerunt, cur hos duos prophetas adesse sibi voluerit.

A ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου· τὸν δὲ Ἠλίαν οὐκ ἐπέταττεν, ὡς μέλλοντα τοῦτον ἰδεῖν καὶ πρὸ τῆς τοῦ σώματος ἀποθέσεως. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν τοὺς δύο τούτους προφήτας παρέστησε.

Verum unde eos apostoli cognoverunt ? Quorum enim aspectus memoriæ lineamenta non tradidit, horum formæ prorsus ignotæ sunt. Quomodo igitur cognoverunt, quorum nunquam ante faciem viderant? Non eos ex aspectu, sed ex sermonibus[8] agnoverunt; ait enim Evangelista : « Et dicebant excessum, quem completurus erat in Jerusalem. » Quoniam igitur de Passione colloquebantur, verisimile est, Mosem eam astruxisse, dixisseque, ut quidem ego prædixi : « Videbitis vitam vestram (58) In ligno pendentem [9]. » Tuus et typus (59) et antitypus erat serpens, quem ex ære factum in eremo [10] suspendi; itidemque Elias quæ ad ipsum pertinebant cum Domino disserens, notitiam sui dabat. Hinc discipuli prophetas agnoscebant, et dicta ipsa loquentes prodebant. Fortassis etiam collocutio ipsa concordiam indicat legis et prophetarum cum Evangelio. Συλλαλεῖν enim idem significat (60) atque ὁμοφωνεῖν. Venit enim Dominus nequaquam **407** ut solveret legem, vel ut everteret dicta prophetarum, sed ut ea potius impleret [11].

Πόθεν οὖν ἄρα ἐπέγνωσαν αὐτοὺς οἱ ἀπόστολοι; Ὧν γὰρ ἡ ὅρασις τοὺς χαρακτῆρας τῇ μνήμῃ οὐ παρέδωκε, τούτων αἱ μορφαὶ παντάπασιν ἀνεπίγνωστοι· πῶς οὖν ἐγνώρισαν, ὧν τοὺς χαρακτῆρας πρότερον οὐκ ἐθεάσαντο ; Οὐκ ἀπὸ τῆς ὄψεως, ἀλλ' ἀφ' ὧν διελέγοντο· φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστής· « Καὶ ἔλεγον τὴν ἔξοδον, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἰερουσαλήμ. » Ἐπεὶ οὖν περὶ τοῦ Πάθους διελέγοντο, εἰκὸς τὸν Μωσέα ἀνθομολογεῖν καὶ λέγειν, ὡς Ἐγὼ περὶ σοῦ ἐπροφήτευον, « Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἐπὶ ξύλου. » Σὸς τύπος ἦν καὶ ἀντίτυπος, ὃν ἐν τῇ ἐρήμῳ χαλκοῦν ὄφιν ἐκρέμασα. Οὕτως δὴ καὶ Ἠλίας, τὰ περὶ αὐτοῦ ἐξιὼν πρὸς τὸν Κύριον, ὅστις ἦν ἐγνωρίζετο. Ἐντεῦθεν οἱ μαθηταὶ τοὺς προφήτας ἐπέγνωσαν, καὶ τὰ λεγόμενα τοὺς λέγοντας διεσάφησαν. Τάχα δὲ τὸ συλλαλεῖν συμφωνίαν δηλοῖ νόμου καὶ προφητῶν πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον. Ὁμοφωνεῖν γὰρ σημαίνει τὸ συλλαλεῖν. Ἀφίκται γὰρ ὁ Δεσπότης ἥκιστα καταλύσων τὸν νόμον, ἢ ἀνατρέψων τὰ τῶν προφητῶν, ἀποπερᾶναι δὲ μᾶλλον αὐτά.

B

Jam vero postrema dubitatio discutiatur, infirma illa defensio eorum qui adversus Spiritum sanctum suscepere pugnam, munimentum stoliditatis eorum ; ex quo velut in arena constituunt fundamentum. Quod sane hodie per imbecillam linguam nostram Spiritus sancti, quem ipsi blasphemant, gratia convellet. Si consubstantialis est, inquiunt, Patri et

C Ζητήσθω δὴ τὸ τελευταῖον ἀπόρρημα, τὸ τῶν πνευματομάχων ἀνίσχυρον συνηγόρημα, τὸ τῆς αὐτῶν σκαιότητος πρόβλημα, ἀφ' οὗ συνιστῶσιν ὡς ἐπὶ ψάμμου θεμέλιον. Ὃν σήμερον διὰ τῆς ἀσθενοῦς ἡμῶν γλώττης ἡ χάρις διαλύσει τοῦ ὑπ' αὐτῶν βλασφημουμένου Πνεύματος. Εἰ ὁμοούσιον, φασί, Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τί οὐ πρὸ

[8] Deut. xxviii, 66. [9] Num. ii, 9. [10] Matth. v, 17.

Francisci Scorsi notæ.

mini corpus etiamnum mortale, tenue vocat, et purum, quod peccati crassitiem admittere non poterat. Atque ex hoc loco planissime intelligitur, quis Theophanis sensus aliorumque Patrum, quos laudavi ad hom. 24, not. 59, cum eodem modo loquuntur de corpore primi hominis ante peccatum ; sunt enim moraliter accipienda, non physice, ut disceptavimus eo loco, quem videas licet.

(58) *Videbitis vitam vestram*, etc. Locum ex Deut. cap. xxviii accommodat Theophanes ad mortem et crucem Christi, prout accommodavit etiam hom. iv, quæ est de crucis exaltatione, ubi alios Patres eadem verba de morte Christi explicantes induximus. Vide not. 79.

(59) *Tuus et typus et antitypus erat serpens.* Gregor. Nazian. hoc modo loquitur orat. 42, ubi serpentem illum æneum Christi typum et antitypum fuisse ; typum quidem quia figura ; antitypum quia contraria ratione respondet. Sic Nicetas Comment. ad orat. relatam : Ἀντίτυπος *duplicem significationem habet ; nam et pro contraria figura accipitur ; sic enim serpens æneus suspenditur, non ut typus Christi, sed ut antitypus, et pro æquali figura*, etc. Utrumque vero hic noster conjunxit, affirmans et typum et antitypum Christi fuisse serpentem ; sed sensu et varia ratione jam dicta. Vide vero longiores notas circa hanc vocem ἀντίτυπος, ut plerumque pro ὁμοφωνεῖν, præsertim cum sacramentum corporis et sanguinis Christi vocant et Gregorius Nazianzenus, et Basilius ἀντίτυπον, vide, inquam, longiorem disputationem Nicetæ ipsius in orat. 1 Nazianzen. quæ est apologetica, et ad orat. 11, quæ est de S. Gorgonio, et præterea Jacobi Billii ad eamdem orat., qui varias affert rationes cur sacramentum Eucharistiæ ἀντίτυπον appellarint Patres ; nam hæc sunt extra nostram messem. Solum hic adverto, quod etiam Nicetas ibidem, propositionem ἀντί et æqualitatem, et contrarietatem significare in compositis cum ipsa vocibus, quod nos pluribus excussimus in voce ἀντίθεος ad hom. 48, not. 17, unde hæc quoque varietas significandi in voce ἀντίτυπος oritur.

D

(60) *Idem significat.* Duo verba Græca ὁμοφωνεῖν. et συλλαλεῖν non potui nisi Græce ponere in mea versione ; tota enim mens auctoris in iis est posita, a quibus si traducatur, nulla est ; velit enim ex eo quod dicantur Christus et prophetæ συλλαλεῖν hoc verbo significatam concordiam legis et Evangelii ; nam τὸ συλλαλεῖν ait, quod est *simul loqui*, idem est atque ὁμοφωνεῖν, quod et *simul loqui*, et *consentire* et concordare in iis quæ dicuntur significat ; et ὁμόφωνος qui *concors*, et ὁμοφωνία *consonantia* et *concordia in voce.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μετ' αὐτῶν ἐν τῷ ὄρει Θαβώρ ; Ἀλλ', ὦ πνευματομάχε, μικρὸν ἐπίσχες τὴν ἀσεβῆ γλῶτταν καὶ βλάσφημον, ἵνα μάθῃς ὅπως συμπαρῆν τοῖς ὁμοτίμοις καὶ ὁ Παράκλητος. Τὴν γὰρ νεφέλην, ἣν ἀκούεις τὸ ὄρος ἐπισκιάσασαν, μὴ ἄλλο τι νόμιζε, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐ γὰρ ἦν ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως σύστασις, ἀλλὰ κρείττονος ἀληθῶς καὶ θειοτέρας. Ἐν πολλοῖς δὲ εἴωθεν ἡ Γραφὴ διὰ τῆς νεφέλης δεικνύειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἢ τί σοι δοκεῖ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο ῥητόν ; « Ἰδοὺ Κύριος ἥξει εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ νεφέλης κούφης. » Τί δὲ ἦν ἕτερον ἡ νεφέλη, ἡ τὸν Ἰσραηλιτικὸν λαὸν ὁδηγοῦσα τὴν Αἴγυπτον φεύγοντα ; Ποῦ γάρ τις αἰσθητῆς θήσει νεφέλης τὴν ἐκείνης ἐνέργειαν, τῆς Γραφῆς μαρτυρούσης, ὡς τοιοῦτον θαῦμα ἦν, ὡς καὶ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος θερμὸν ἐπιλαμπούσης διατείχισμα εἶναι πρὸς τὸν λαὸν, σκιάζουσάν τε τὸ ὑποκείμενον, καὶ λεπτῇ δρό-

A Filio Spiritus sanctus, quare non cum illis aderat in monte Thabor? Sed, o tu pneumatomache, impiam et blasphemam linguam parumper contine, dum discas quomodo cum æqualibus personis etiam Paracletus adfuerit. Nubem enim illam quam audis obumbrasse montem, nihil aliud fuisse quam Spiritum sanctum (61) putes. Neque enim erat ex humido vapore composita (62), sed ex præstantiore aliquo revera ac diviniore. Multis autem in locis Scriptura consuevit per nubem Spiritum sanctum ostendere. Alioquin quid tibi videtur propheticum dictum illud innuere? « Ecce Dominus in Ægyptum (63) veniet super nubem levem [39]. » Quid vero fuit aliud nubes quæ populo Israelitico (64) dux viæ fuit? Ubi enim vim et operationem
B illius in nube quæ sensibus nostris videri solet, aliquis ponet, testante Scriptura, tale illam fuisse

[39] Isa. XIX, 1.

Francisci Scorsi notæ.

(61) *Quam Spiritum sanctum.* In significatione symbolica nubis obumbrantis, apostolos in Transfiguratione Christi concinit Ecclesia Romana in officio ejusdem : *In splendenti nube Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est : « Hic est Filius meus, »* etc. et Beda in Lucæ c. IX : *Et nota sicut Domino in Jordane baptizato, sic etiam in monte clarificato totius Trinitatis mysterium declarari, quia gloriam illius, quam in baptismate confitemur, in Resurrectione videbimus. Nec frustra Spiritus sanctus hic in lucida nube, illic apparet in columba, quia nunc simplici corde fidem, quam percipit servat, tunc luce apertæ visionis, quæ crediderit contemplabitur.* Eadem ferme Glossa ordinaria, ex qua
C præcido multa, quia eadem cum Bedæ sensu ; hæc pauca describo : *Similiter in Transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in voce, Filius in homine, Spiritus sanctus in nube.* Quærit etiam ibi Glossa quare Spiritus sanctus ibi in columba, hic in nube declaretur ; et subdit : *Dona siquidem sua per species declarare solet. Innocentiam autem in baptismate donat, quæ per avem simplicitatis designatur ; daturus est autem claritatem et refrigerium in Resurrectione ; ideo in nube refrigerium ; in fulgore nubis claritas resurgentium corporum designantur.* Ambrosius in eadem Cat. *Divini enim Spiritus est obumbratio ista, quæ non caligat affectibus hominum, sed revelat.* Origenes ibidem addubitans idem mysterium innuit : *Lucida autem nubes obumbrans sanctos est virtus paterna ; vel forte Spiritus sanctus,* etc. Et Theophyl. apud D. Thom. in Cat. : *Tunc*
D *audiemus vocem paternam revelantem scilicet nobis Filium Patris, et dicentem : Quoniam hic est Filius meus, obumbrante nube, id est Spiritu sancto, qui est sapientiæ fons.* Atque de hoc mysterio plura dixi ad hom. 39, not. 14. Ubi hic Pater nubem, quæ suscepit ascendentem in cœlum Christum, symbolum item Spiritus sancti fuisse ait ; sicut et nubem, quæ Hebræum populum in deserto duxit, illuminavit, opacavit : de quibus et in hac homilia mentionem facit, ut mysterium confirmet Spiritus sancti ad refutandam calumniam τῶν πνευματομάχων. Hæc testimonia contuli ex aliis Patribus ut intelligeretur qualis in hoc mysterio esset consensus Ecclesiæ. Eos præter Theophyl. relatos legi etiam apud Cornelium a Lapide, qui idem mysterium in nube agnoscit, et affirmat : relege not. citatam.

(62) *Ex humido vapore composita.* Non negat fuisse sensibilem nubem, sed ex eo genere fuisse negat, quæ ex vaporibus coactis in aere naturali ritu gignuntur. Ita etiam S. Ambrosius intelligendus, cum sic loquitur apud D. Thomam., in Cat. : *Cognosce autem nubem istam non coacti aeris caligine piceam, et quæ cœlum tenebrarum horrore subtexat, sed lucidam nubem, quæ nos non pluvialibus aquis immadidet, sed de qua mentes hominum in voce Dei omnipotentis emissa fidei ros rigavit.* Ita Ambrosius, qui idem negat ac noster ; non autem veram nubem et ex pura aliqua materia et luce compactam ministerio angelorum : negat id aperte noster verbis sequentibus, cum addit : Οὐ γὰρ ἦν ὑγρᾶς ἀναθυμάσεως σύστασις, ἀλλὰ κρείττονος ἀληθῶς, καὶ θειοτέρας · *Neque enim erat ex humido vapore composita, sed ex præstantiore aliquo, et diviniore.* Sed quid ego hic actum ago? lege not. 27, ad 39.

(63) *Ecce Dominus in Ægyptum.* Dictum est ad not. 14, hom. 39 ; sed hæc verba prophetæ desunt in cod. Panorm., atque adeo est manca sententia post ἐκεῖνο ῥητὸν, infra etiam desunt καὶ παντάπασιν ἀνεπίσκεπτον, et alia quædam pauca hinc inde fragmenta, quæ quod necessaria ad sensum et ex auctoris ingenio esse compererim, restitui ex Vat.

(64) *Nubes quæ populo Israelitico*, etc. Vide eamdem not. 27, et adde insignem locum Gregor. Nyss. lib. *De vita Mosæ*, qui et ex suo sensu, et superiorum docet per eam nubem significatum Spiritum sanctum. Parco Græcis, quia longiora ; Latina do ex interpr. Georg. Trapez. : *Nam qui Ægyptum fugiens Ægyptios jam fines fide transivit, si tentationum æstum extimuerit, ab ipso Deo petendam esse sibi salutem a duce instruitur ; cum enim undique circumdatus inimicis viribus sit tunc necessario (non enim datur alius exitus), mare divinitus ita scinditur, ut per illud ambulare possit, ad quod nubes (id enim duci nomen est) ductu suo deducit, qua quidem nube Spiritus sancti gratiam multi etiam ante nos significari recte asseveraverunt ; a Spiritu enim ad bonum deducimur spiritum ;* qui sequimur *aquam pertransimus ; Spiritus iter ad se per aquam præparat ; Spiritu libertas confirmatur ; spiritus is, qui nos in servitutem trahere conatur, aqua conteritur.* Hæc Nyssen. quæ perquam belle conveniunt cum symbolicis nostri Theophanis, qui quamvis ex se possit habere auctoritatem, tamen eam constabilire volui, et hic et ad hom. illam 39, quod his symbolis maxime connitatur ad retundendum impetum Macedonii, et ejus sectariorum πνευματομάχων.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

miraculum, ut inter ardentes fulgentis solis radios et populum quasi murus interjectus esset, quod sibi subjectum erat inumbrans et tenui rore aeris æstum temperans; noctu vero columna ignis exsisteret? Quin etiam cum perfectis iis quæ ad nostram salutem dispensata fuerant, in cœlum regressus est Dominus, nubes eum suscepit (65) [23]; hæc autem erat Spiritus sanctus. Cum vero in majestate veniet judicaturus universum mundum, per nubem e cœlo descendet [24]. Ubi vero nubis ejus quæ nostris est objecta sensibus, coagmentatio (66) locum ibi habere potest, ubi, ut ait apostolorum coryphæus [25], omnia igne contabescent? Sed quid opus est longius provehi? cum testem ipsum Apostolum possim producere, qui ad Hebræos scribens (67) de priscis patribus in transitu Rubri maris : Figura, inquit, erat mare aquæ, et nubes Spiritus [26]. Assimilatur porro nubi Spiritus sanctus super credentes effundit. Soluta igitur infirma age jam dictionem ipsam excutiamus.

A σῳ τὸ φλογῶδες τοῦ ἀέρος ὑπονοτίζουσαν, καὶ διὰ τῆς νυκτὸς στύλον πυρὸς γενέσθαι; Ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πληρώσας εἰς οὐρανοὺς ἀνεφοίτησε, νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτόν, ἦδε ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ὅτε δὲ ἥξει μετὰ δόξης κρίναι τὰ σύμπαντα, διὰ νεφέλης ἐξ οὐρανοῦ καταβήσεται. Ποῦ δὲ νεφέλης αἰσθητῆς τότε σύστασις, ὁπότε, κατὰ τὸν κορυφαῖον ἀπόστολον, ὑπὸ πυρὸς πάντα ταχήσεται; Ἀλλὰ τί δεῖ μακρηγορεῖν; δυνάμενον παραστῆσαι τὸν Ἀπόστολον μάρτυρα, ὃς Ἑβραίοις γράφων περὶ τῆς τῶν προγόνων ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ διαβάσεως, Τύπος ἦν, φησὶν, ἡ θάλασσα τοῦ ὕδατος, ἡ δὲ νεφέλη τοῦ Πνεύματος. Παρείκασται δὲ νεφέλῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸν ὄμβρον τῶν χαρισμάτων, ὃν ἐπιβλύξει ποταμηδὸν τοῖς πιστεύουσι. Λυθείσης οὖν τῆς τῶν πνευματομάχων ἀνισχύρου προτάσεως, φέρε καὶ τὴν λέξιν αὐτὴν ἐξετάσωμεν.

B propter gratiarum imbrem, quem instar fluvii quæstione adversariorum **408** Spiritus sancti,

« Et transfiguratus est ante eos, et resplenduit facies ejus sicut sol. » Insolitum hoc transfigurationis miraculum sic est intelligendum, non quod figuræ mutatio, vel variatio, facta sit, sed ea manente ut erat prius, additamentum lucis quæ explicari verbis vix queat, accesserit. Etsi vero fulgorem illum oris cum sole componit Evangelista, solis tamen radios longissime lux illa superabat. Quod autem in sensilibus rebus melius exemplum non est reperire, cum præstantissimo eorum quæ C videntur, illud miraculum contulit. Quod enim solis luce splendidius fulgurarit, discipulorum indicat casus; nemo enim concidit solis splendore percussus. Sensu vero magis mystico facies Christi resplendens ut sol, ipsius divinitas est. Vestimenta autem ipsius facta ut lux, ipsum quod assumpsit corpus. Sed sicuti aliud est sol, aliud vero lux, utraque tamen semper unita manent, ita supra naturæ rationem unita divinitati caro, et una composita hypostasis (68) facta inseparabilis permanet. Igitur de divinitate loquens eo quod simplex, et expers compositionis sit, singulariter faciem dixit; de carne vero propter differentiam elementorum, pluraliter vestimenta. Et quoniam Verbi divinitas D nec temporis principium habuit, neque facta est, divina vero ipsis caro tempori subjecta et facta fuit, consequenter de facie cum loqueretur non dixit: Facta fuit, sed *Resplenduit;* de vestimentis autem dixit, quod *Facta sunt,* per utrumque signi-

« Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡς ὁ ἥλιος. » Τὸ τῆς μεταμορφώσεως θαῦμα παράδοξον οὕτω νοητέον· οὐχ ὅτι τοῦ χαρακτῆρος μεταλλαγὴ καὶ μετάμειψις γέγονεν, ἀλλ' ὅτι μείναντος, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἀῤῥήτου φωτὸς προσθήκη ἐπιγέγονεν. Εἰ δὲ καὶ τὴν τοῦ προσώπου λαμπηδόνα ὁ εὐαγγελιστὴς συγκρίνει πρὸς ἥλιον, ἀλλὰ κατὰ πολὺ τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας τὸ φῶς ἐκεῖνο παρήλασε. Τῷ δὲ μὴ εὑρεῖν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς μεῖζον παράδειγμα, τῷ κρείττονι τῶν ὁρωμένων τὸ θαῦμα παρείκασεν. Ὅτι γὰρ ὑπὲρ τὸ ἡλιακὸν φῶς ἀπήστραψεν, ἔδειξεν ἡ τῶν ἀποστόλων κατάπτωσις· οὐδεὶς γὰρ ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς καταπίπτει λαμπρότητος. Κατὰ δὲ μυστικώτερον λόγον, πρόσωπον μὲν τοῦ Χριστοῦ λάμπον, ὡς ἥλιος, ἡ αὐτοῦ θεότης. Ἱμάτια δὲ γεγονότα αὐτοῦ ὡς φῶς, αὐτὸ τὸ σῶμα, ὃ ἀνελάβετο. Ἀλλ' ὥσπερ ἄλλο μὲν ὁ ἥλιος, ἕτερον δὲ τὸ φῶς, ἑνωθέντα γε μὴν ἀμφότερα μένει διὰ παντὸς, οὕτως ὑπὲρ φύσιν ἑνωθεῖσα ἡ σὰρξ τῇ θεότητι, καὶ μία σύνθετος γεγονυῖα ὑπόστασις, διαμένει ἀχώριστος. Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς θεότητος, διὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον, ἑνικῶς εἶπε πρόσωπον· ἐπὶ δὲ τῆς σαρκὸς, διὰ τὸ τῶν στοιχείων διάφορον, πληθυντικῶς τὰ ἱμάτια. Καὶ ἐπειδὴ ἡ μὲν τοῦ Λόγου θεότης οὔτε χρονικὴν ἔσχεν ἀρχὴν, οὔτε γέγονεν· ἡ δὲ θεία αὐτοῦ σὰρξ ὑπὸ χρόνον, καὶ γεννητὴ, ἀκολούθως ἐπὶ μὲν τοῦ προσώπου, οὐκ εἶπεν, *Ἐγένετο,* ἀλλ', *Ἔλαμψε.* Τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ φησιν, ὅτι *Ἐγένετο,* δι' ἀμφοτέρων δηλώσας τὴν ἄκτιστον τῆς θεότητος

[23] Act. I, 9. [24] Matth. XXIV, 30. [25] I Petr. III, 12. [26] I Cor. X, 2, 6.

Francisci Scorsi notæ.

(65) *Nubes eum suscepit.* Dictum affatim ad hom. 39, not. 29.

(66) *Coagmentatio.* Lege eamdem notam.

(67) *Ad Hebræos scribens.* Vel librarii erratum vel concionatoris ἁμάρτημα μνημονικὸν, locus enim ex Epist. I ad Cor. cap. X, non ad Hebr.

(68) *Et una composita hypostasis.* Christum dici posse compositum ex duabus naturis concedit D. Thomas, part. III, quæst. 2, art. 4, et est communis doctrina scholasticorum; id quod etiam in Confess. fidei Justin. imper., quæ est in V synod. œcum. expressum est: Ὅθεν ἐξ ἑκατέρας φύσεως τουτέστιν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, ἕνα Χριστὸν σύνθετον λέγοντες, σύγχυσιν ἐν ἑνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν. *Unde ex utraque natura, id est ex deitate et humanitate Christum, compositum dicentes, confusionem unitioni non introducimus.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

φύσιν, καὶ τὴν γένεσιν τοῦ προσλήμματος. Γέγονε γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ ἁγία τοῦ Λόγου σὰρξ ὡς φῶς. ἄτε καθαρὰ καὶ ῥύπου παντὸς ἀνεπίμικτος. Σαφέστερον δὲ τοῦτο τὸ νόημα ὁ θεῖος Μάρκος παρέστησεν, οὕτως εἰπών· « Ἐγένετο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ στίλβοντα λίαν λευκὰ ὡσεὶ χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι, » γναφεῖς λέγων τοὺς προφήτας καὶ κήρυκας, ὧν οὐδεὶς οὕτω λευκᾶναι τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἴσχυσεν, ὡς ὁ Κύριος τῷ φωτὶ τῆς θεότητης λαμπρύνας αὐτήν. Ταύτῃ τοι καὶ κέκραγε πρὸς αὐτὸν ἡ ψαλμογράφος φωνή· « Ὁ ἀναβαλόμενος φῶς, ὡς ἱμάτιον. »

Ἀποκριθεὶς δὲ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ· « Κύριε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι. Εἰ θέλεις ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς, μίαν σοι, καὶ μίαν Μωσεῖ, καὶ μίαν Ἠλίᾳ. » Τίς ἡ τοσαύτη τῶν λογισμῶν ταπεινότης, Πέτρε θαυμάσιε; Ὁ πρότερον δεδεγμένος τὴν τοῦ Πατρὸς ἀποκάλυψιν, καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ὀνομάσας τὸν Κύριον, καὶ τῆς γενητῆς πάσης φύσεως ὑπεράρας αὐτὸν, νῦν τοῖς δούλοις συναριθμεῖς, καὶ τοῖς προφήταις ὁμότιμον τέθεικας; Τὸ γὰρ « ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς, » ἰσοτιμίας λόγος ἐστὶν, ὅπερ ἀπεικὸς ἦν τῆς σῆς θεσπεσίας γλώττης, καὶ παντάπασιν ἀνεπίσκεπτον. Ἢ πάντως τὰ τῆς θεότητος σελαγίσματα βοληδόν σοι ἐναπαστράψαντα, τὸ ἡγεμονικὸν διεκλόνησαν; Τὰ γὰρ τῶν πραγμάτων ἐξαίσια ἄφνω προσπεσόντα παρατρέπειν εἴωθε τὸ λογιστικόν· ὃ δὴ καὶ βουλόμενος ἐμφῆναι ὁ εὐαγγελιστής, « Ἦσαν, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι· » δεικνὺς, ὡς ἐγῷμαι, τὴν γενομένην αὐτοῖς βαρύτητα τῶν νοητῶν ὀφθαλμῶν. Διαλευκαίνει δὲ τοῦτο σαφέστερον ἕτερος, προσθεὶς ὅτι ταῦτα εἶπεν ὁ Πέτρος, μὴ εἰδὼς ὃ ἐλάλει. Ἀλλὰ τί λογισάμενος ὁ Πέτρος, ταῦτ' ἔλεγε, « Καλόν ἐστιν, ἡμᾶς ὧδε εἶναι; Τίνος ἕνεκα τὴν ἐν τῷ ὄρει καταμονὴν ἀποδέχεται, καὶ τῆς ἐν πόλει κατοικίας, τὴν ἐρημίαν τοῦ ὄρους ἀσπάζεται; Ἤκουε τοῦ Κυρίου φανερῶς τὸ Πάθος αὐτοῖς προκηρύττοντος καὶ τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον συνεχῶς ἀνελίττοντος, νῦν μὲν, « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἀποκτανθήσεται· » νῦν δὲ, « Ὥσπερ Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· » ἄλλοτε τοῦ κατὰ Ἰωνᾶν παραδείγματος μνημονεύοντος, « Ὥσπερ ὁ Ἰωνᾶς ἐποίησεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. » Καὶ ἀκούων ταῦτα, πολλοῖς πάθεσιν ἐμερίζετο τὴν ψυχὴν, λύπῃ, θυμῷ, ἀπορίᾳ ἐπυρπολεῖτο τὰ σπλάγχνα, τοῦ διδασκάλου μέλλων χωρίζεσθαι. Ἔζεε τῷ θυμῷ ἐννοῶν τῶν Ἰουδαίων τὸ τόλμημα. Ἰλιγγία περὶ αὐτοῦ διαπορῶν, Πότερον ἀπολείπω μόνον παθεῖν τὸν καθηγητὴν, ἢ

ficans, et naturam divinitatis increatam, et assumptæ humanitatis procreationem. Facta enim revera est sancta illius caro sicut lux, utpote pura et ab omni prorsus labe sejuncta. Clarius vero sententiam hanc divus Marcus ostendit sic dicens : « Vestimenta ejus facta sunt splendentia, et candida nimis sicut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere [37], » fullones vocans prophetas et præcones, quorum nemo sic dealbare potuit naturam humanam, ut Dominus, qui eam divinitatis luce lustravit. Hoc etiam modo Psalmographus ad ipsum clamabat : « Qui amictus es lumine sicut vestimento [38]. »

Respondens autem Petrus ad Jesum : « Domine, bonum est nos hic esse. **409** Si vis, faciamus tria tabernacula, tibi unum, Mosi unum, et Eliæ unum. » Undenam hæc tam humiles cogitationes, Petre admirande (69)? Qui nuper acceptæ revelatione Spiritus sancti Filium Dei vivi Dominum appellasti, et super omnem creatam naturam eum extulisti, nunc eum dicis in numero servorum, et in æquali cum prophetis dignitate constituis? Quod enim ais : « Faciamus tria tabernacula, » honoris significas æqualitatem, quod a tua divina lingua absonum est, et dictum omnino imprudenter. An divinitatis fulgores quasi jacula tibi fulgurantia principem animi partem e statu suo dimoverunt? Res enim stupendæ cum ex improviso accidunt, rationem emovere consueverunt. Quod sane etiam innuere volens Evangelista : « Erant, inquit, oculi eorum gravati, » significans, ut ego opinor, oculorum mentis incidisse gravitatem. Apertius vero declarat id alter evangelista [39], cum addit, hæc dixisse Petrum, quid diceret nescientem. Verum quo consilio Petrus hæc dixit : « Bonum est nos hic esse? » Qua gratia mansionem in monte commendat, et commorationes in urbe recusat, et magis solitudinem montis quam domicilia civitatis amplectitur? Audierat ille Dominum cum Passionem ipsis aperte prædiceret, deque ea sermonem misceret identidem, modo cum diceret : « Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur gentibus, et occidetur [40]? » Modo vero : « Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, sic exaltari oportet Filium hominis [41]. » Alias etiam exemplo Jonæ cum uteretur : « Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus ac noctibus, sic et Filius hominis [42]. » Et hæc cum audiret, multis ejus animus differebatur affectibus, mœrore, ira, anxietate incendi sibi viscera sentiebat, quod a Magistro disjungendus esset; effervescebat ira cum Judæorum reputaret audaciam; hærebat in ea cogitatione perplexus : Utrum deseram solum Magistrum, ac

[37] Marc. xi, 1. [38] Psal. cm, 2. [39] Luc. ix, 3; Marc. ix, 5. [40] Matth. xx, 17; Marc. x, 32; Luc. xviii, 31. [41] Joan. iii, 14. [42] Matth. xii, 20.

Francisci Scorsi notæ.

(69) *Petre admirande.* Vide not. 72 hom. 49.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sinam subire Passionem, an etiam unus ipse cum eo oppetam mortem? His distractus affectibus aperte quidem cohibere Dominum, et ejus impedire desiderium non audebat. Semel enim hoc ausus suscepit audaciæ pœnas, audiens : « Vade post me, Satana [43]. » At vero montis quietem illam nactus, et prophetarum obsequium, et **410** nubis umbraculum sic agitabat animo : Si hic permaneremus, Judæorum insidias vitaremus; et fortasse secum ipse sic loquebatur : Valeat Judæa multis vitiis et injuriis plena : ibi invidia, hic quies; ibi mortem magistro, ut Dei adversario (70) comminantur, hic eum ut Dominum prophetæ circumstant; ibi eum turba seductorem appellat, hic Pater dilectum Filium esse testatus est. Bonum est nos hic esse. Hic degentes ab insidiatoribus abscondemur; quod si quæsierint, non invenient. Si vero eo impudentiæ procedent, ut montis etiam culmen ascendant, valentes custodes habemus. Nam ille quidem magno ac patienti animo est, et contendit ad Passionem, et insectantes non repellit; sed hic Moses præsto est, qui non patietur Deum videre contumelia affectum, plagas illis infliget, quotquot inflixit Ægyptiis, grandinem, pustulas, ciniphes, cynomyam, locustas, exterminatorem. Quod si et hic defatiscat, et subsidio egeat, Eliam zelotem habemus, qui ignem e cœlo evocabit, et scelestos ac furibundos hosce sicuti olim centuriones absumet; atque ita iucrabor omnino Magistrum. Hæc sane secum reputando dicebat : « Bonum est nos hic esse, » nesciens quid diceret. Volebat enim id quod erat summa nostræ salutis, et diaboli pernicies impedire.

« Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. » Olim cum Deus in montem Sina descenderet, lux aeris ex puro serenoque cœlo caligine denigrata est, et omne quod videbatur fumo ita offuscatum, ut invisibilis mons evaderet ea nebula circumquaque occupatus; hic vero lucida nubes montem operuit. Nimirum quia quæ eo tempore lex dabatur, obscuris symbolis umbrisque caliginosis involvebatur, ideoque mons erat caligine circumfusus : sed Evangelii gratia splendida, et luminosa, nihil omnino umbrosum continens et obscurum, cujus illa lucida lux argumentum erat. Verum audiamus paternam illam ac faustissimam vocem, luculentissimum de Unigenito testimonium.

« Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui. » Sane ut naturæ atque substantiæ identitatem et æqualitatem honoris ostenderet, articulum addidit (71), ne quis opinaretur eodem illum modo, quo Israeliticus populus, Filium no-

[43] Matth. xvi, 23.

Hic enim Herodes in torum fratris rabiosa inflammatus libidine, cum ejus adulterasset uxorem, ipsamque quæ erat Philippi, abduxisset (97), illum vero dolo de medio sustulisset, cum adultera inhoneste consuescebat, et filiam Aretæ (98) regis Arabum legitimo sibi matrimonio conjunctam ejecerat. Per idem vero tempus Joannes deserta loca reliquerat, et ad flumen Jordanis accesserat, et populos prædicationis splendore illustrabat. Hirsutus sane, et agrestis aspectu, eo quod a puero innutritus fuisset in solitudine ; squalidum habens caput, et sordidum, et crinitum ; et suismet opacatus capillis, prolixa barba ; et tenui victu corpus illi obduruerat. Aspera veste rigidaque zona succinctus, illas modo contegebat (99) corporis partes quæ tectæ habentur honestius ; reliquis ad contrarias æstus et frigoris injurias obnoxiis, illotis erat pedibus, et humi cubabat, et ut aliquid ex externis proferam (1), non similis erat homini, qui pane ve-

Francisci Scorsi notæ.

(96) *Veluti serpens a dracone.* Idem proverbium usurpavit hom. 20, et nos not. 53, ad eam pauca delibavimus. Simile est illud : Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠὸν, *mali corvi malum ovum*, quod adversus Coracen et Tisiam Siculos primos rhetoricæ artis inventores, de quibus M. Tullius, lib. *De claris orat.* et Aristot. *Rhet.* lib. I, protulere judices. Historiam vide relatam ab Hagiographo, et parem de Protagora, et Evathio magistro itidem et discipulo A. Gellio, *Noct. Attic.*, lib. v, cap. 10.

(97) *Ipsamque ... abduxisset*, etc. Dubitatur inter scriptores utrum Philippo fratre vivo ejus uxorem Herodiadem ab eo Herodes abduxerit, an mortuo eam uxorem duxerit. Noster hic significat primum, cum ait ἁφῃρηκὼς ταύτην τοῦ Φιλίππου, quod et probabilius est Cornelio a Lapide, qui postremus omnium in Evangelia commentarios insignes edidit; adeoque censet Herodem peccasse tripliciter, primo adulterio, secundo incestu, tertio raptu ; ratio hujus opinionis non una, sed postrema hæc et præcipua quia passim Patres Herodem adulterii accusant, quod fratri vivo, sed mansueto uxorem abstulerit. Adulterium aperte noster hic arguit, cum ait: Γυναῖκα τούτου μεμοιχευκὼς τῇ τοῦ ἀδελφοῦ κοίτῃ λελυττηκώς· *Adulterata ejus uxore; et in thorum fratris libidine rabiosa furens.* Cæterum quod addit ab Herode etiam fratrem interemptum, id unde acceperit, haud scio. Josephus certe lib. xviii, cap. 6, qualis fuerit Philippi mors aperte describit.

(98) *Et filiam Aretæ.* Rufinus Aquileiensis presbyter et ex eo S. Hieronymus, et Eusebius, et Beda aiunt Herodiadem fuisse filiam Aretæ regis Arabum : sed confundunt primam uxorem Herodis quæ fuit filia Aretæ cum secunda, quæ fuit Herodias. Herodes enim filiam Aretæ repudiavit ut duceret Herodiadem; ideoque Aretas ei bellum intulit ejusque exercitum ad internecionem delevit, teste Josepho, lib. xviii, cap. 7, qui et addit apud Judæos opinionem fuisse justa ultione Numinis deletum fuisse Herodis exercitum propter Joannem Baptistam virum sanctum ab eo occisum. Cæterum Herodias Aristobuli fratris ipsius Herodis Antipæ filia, fuit soror Herodis Agrippæ, qui Jacobum occidit, et ab angelo vicissim occisus occubuit, Act. xii. Quod de filia Aretæ ejecta ab Herode diximus, scribit etiam Alexander Monachus, in *Hist. de inventione S. Crucis*, relata tom. II de cruce a Jacobo Grets. Porro autem errorem Josephi, lib. xviii, cap. 6, dicentis Herodiadem uxorem fuisse alterius Herodis Philippi et Herodis Antipæ fratris, notat Cornel. noster in cap. Marci vi, et Maldon. ibidem.

(99) *Illas modo contegebat*, etc. Desunt hæc in uno cod. Gall., sed exstant in P. hæc, inquam, Ἐκεῖνα μόνα καλύπτουσα, usque ad καὶ κρύου; ἐναντιότητας. Sed abs re et ingenio auctoris non absunt; nec sine injuria S. Joannis, cujus nuditas et afflictatio corporis describitur, relinqui queunt.

(1) *Ex externis proferam.* Ab Homero hemistichium adagii loco desumit *Odyss.* I, de Polyphemo :

Οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρὶ γε σιτοφάγῳ,
Nec similis erat homini pane vescenti.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

scitur, sed plane angelus erat in hujusmodi corpore. Hic ergo postquam Dominum baptizasset, Herodis intemperantiæ castigator est factus : Non licet, inquit, tibi violare lectum fratris. Quid te ipsum dedecore et fraternum torum injuria afficis, et thalamum illegitimum invadis? Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui. Verum hæc dicens asino canere (2) videbatur, et surdo narrare. Nam cum se sentiret Herodes ab hoc propheta vehementius increpationibus stimulari, et libere atque audacter ab eo traduci mali facinoris fœditatem, multis perturbationibus, pudore, amore, ira, ejus animus vexabatur. Verebatur præconis auctoritatem; castigatus irascebatur; amor vero iram amplius incendebat, ac tandem voluptatis affectio illud vile mancipium subegit. Cum enim nulla exercitatione atque institutione esset excultus, generosa aliqua cogitatione appetitum cohibere non poterat. Adultera vero ubi Herodem ad prophetæ increpationes trepidantem animadvertit (« Metuebat enim, inquit, Herodes Joannem, et libenter eum audiebat »); hæc, inquam, **420** cum illa furia animadvertisset, metuens ne amor reprehensione vinceretur, vultu ad tristitiam conformato, lacrymisque distillans cum insano illo amatore mulieris miserabiliter conquerebatur. Quid hoc indignius fieri possit, aiebat, quam eum qui regio considet throno, et purpura et corona præfulget, a Judæo sacco et squalore obsito conviciis impeti, et prohiberi quominus animo suo obsequatur, cum tamen pro regia potestate liceat tibi impudentem linguam et contumeliosam abscindere, vel confidentem illum hominem feris in cibum objicere; non vero contra succumbere atque flaccescere (3). Igitur meretriculæ verbis emollitus infelix (illecebram enim habent meretricis verba permista lacrymis ad mollem amatorem in suam sententiam flectendum), sed vero per mortem lucernam illam exstinguere reveritus virtutem hominis, non rectum censuit; eam tamen sub modio abscondit carcere eum includens, et in cippum injiciens. Sed neque os prophetæ conticuit, nec meretricis ira conquievit. Atque ambo inter se certabant : propheta quidem, quo pacto regem ab illo flagitio expediret; meretrix vero quo pacto impedimentum amoris sui de medio tolleret; adeoque tempus opportunum quærebat, quo effrenatos animos posset explere. Et sane e sententia res proces-

Ἵνα εἴπω τι καὶ τῶν ἔξωθεν, οὐδὲ ἐώκει ἀνδρὶ σιτοφάγῳ, ἀλλ' ἄγγελος ἦν ἀτεχνῶς τοιούτῳ σώματι χρώμενος. Οὗτος δὴ μετὰ τὸ χειραπτῆσαι τὸν Κύριον, καὶ τῆς Ἡρῴδου ἀκολασίας ἔλεγχος γίνεται· Οὐκ ἔξεστί σοι, λέγων, ἀδελφοῦ κοίτῃ συγχραίνεσθαι· τί σαυτὸν αἰσχύνεις λέχος ἐνυβρίζων ὁμόγνιον, καὶ ἐπιδέμνια βαίνων παράνομα; Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου. Ἀλλὰ ταῦτα λέγων, ᾄδειν πρὸς ὄνον ἐδόκει, καὶ κωφῷ διαλέγεσθαι. Ὁρῶν γὰρ Ἡρῴδης ῥαγδαίως τὸν προφήτην τοῖς ἐλέγχοις τοῦτον μαστίζοντα, ἀνυποστόλῳ τε θράσει τὸ δυσειδὲς τῆς φαύλης πράξεως ἐκπομπεύοντα, πολλοῖς ἐμερίζετο τὴν ψυχήν, αἰσχύνῃ, ἔρωτι, καὶ θυμῷ· ἠσχύνετο τοῦ κήρυκος τὸ ἀξίωμα· ὠργίζετο ἐλεγχόμενος· ὁ ἔρως τὴν ὀργὴν ἐπὶ πλέον ἀνέφλεγε, καὶ τέλος ἡ φιληδονία νικᾷ τὸ ἀνδράποδον. Ἀμελέτητος γὰρ ὢν, καὶ λίαν ἀπαιδαγώγητος, οὐκ εἶχεν ἀναπαλαίσαι λογισμῷ γενναίῳ τὴν ἕφεσιν. Ἡ δὲ μοιχαλὶς, ὡς ἤσθετο τὸν Ἡρῴδην ὑποτρέσαντα τοῦ προφήτου τὸν ἔλεγχον, « Ἐφοβεῖτο γάρ, φησὶν, ὁ Ἡρῴδης τὸν Ἰωάννην, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε, » ταῦτα βλέπουσα ἡ μαινὰς, καὶ φοβηθεῖσα μὴ ὁ ἔλεγχος ὀφθῇ κρείττων τοῦ ἔρωτος, ἑαυτὴν σχηματίσασα πρὸς τὸ σκυθρωπότερον, καὶ λοιβάδα δακρύων ἐστάξατο, πρὸς τὸν θηλυμανῆ ἐσχετλίαζε· Τί τοῦτο γένοιτ' ἂν δεινότερον, λέγουσα, τὸν ἐπὶ θώκου βασιλικοῦ ἐφεζόμενον, καὶ λαμπρυνόμενον ἀλουργίδι καὶ διαδήματι, ὑπὸ Ἰουδαίου σακκοφοροῦντος καὶ αὐχμοῦντος ὑβρίζεσθαι, καὶ ἀπείργεσθαι πληροῦντι θυμήρη, καὶ φίλα, ἐξὸν βασιλικῇ ἐξουσίᾳ τεμεῖν τὴν γλῶσσαν τὴν ἀναιδῆ, καὶ ὑβρίστριαν, ἢ θηρίοις τὸν τολμητίαν ποιῆσαι βορὰν, ἥκιστα δὲ ὑποπτεῖν καὶ μαλθακίζεσθαι, Ὑποχαυνωθεὶς οὖν τοῖς λόγοις τῆς κασσωρίδος ὁ δείλαιος (πειθανοὶ γὰρ λόγοι μαχλάδος πρὸς ἐραστὴν βλάκα δάκρυσι κεκραμένοι) θανάτῳ μὲν σβέσαι τὸν λύχνον οὐκ ἐδοκίμαζε, τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς σεβαζόμενος, καλύπτει γε μὴν τοῦτον ὑπὸ τὸν μόδιον, ἐγκλείσας εἱρκτῇ, καὶ ποδοκάκκῃ ἐνθείς. Ἀλλ' οὔτε τοῦ προφήτου τὸ στόμα σεσίγηκε, οὔτε ὁ θυμὸς τῆς μαχλάδος ἐλώφησεν. Ἔρις δὲ συνειστήκει ἀμφοῖν· τοῦ μὲν προφήτου, ὅπως τοῦ μύσους ἀπαλλάξῃ τὸν βασιλέα· τῆς δὲ μαχλάδος, ὅπως τὸν κωλυτὴν τοῦ πόθου ἀποσκευάσηται, καὶ εὐκαιρίαν ἐζήτει τὸν ἀκόλαστον ἐμπλῆσαι θυμόν· καὶ μέντοι τετύχηκε τοῦ βουλεύματος· ἀεὶ γὰρ τὰ χείρω νικᾷ. Γενομένης γὰρ ἡμέρας εὐκαίρου, καὶ τῶν γενεθλίων ἐνστάντων, καθ'

Francisci Scorsi notæ.

(2) *Asino canere, et surdo narrare.* Duo adagia unum in locum confert Theophanes. Alterum est κωφῷ ᾄδεις. *Surdo canis.* Æschylus in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας·

Ἤκουσας, ἢ οὐκ ἤκουσας, ἢ κωφῷ λέγω;
Audisti nec ne? aut surdo loquor?

Latinus etiam poeta eo allusit :

Non canimus surdis : respondent omnia silvæ.

Terentius *Heautont.* : *Næ ille scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam.* Alterum proverbium : *Asino fabulam.* Galenus eo usus, *Περὶ φυσικῶν δυνάμεων*, lib. III : Τοῖς δ' ἄλλοις οὕτω γενήσεται τὸ πρᾶγμα περιττὸν, ὡς εἰ καὶ μῦθον ὄνῳ τις λέγοι· *Reliquis vero tam inutile fuerit scriptum quam si quis asino narret fabulam. Extat in Græcorum collect.* Ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει· *Asino quispiam narrabat fabulam; at ille aures movebat.*

(3) *Emollitus igitur meretriculæ verbis.* Præter verba mulieris ad hominis proclive ingenium subruendum efficacia persuasit etiam facile, inquit Cornel. noster, quia Herodes, teste Josepho lib. XIX *Antiquit.* cap. 7, malignæ erat indolis, malitiosus, et proclivis ad sævitiam, ac *infensus* Joanni ob crebras ejus reprehensiones.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἦν ἡμέραν ὁ προφητοκτόνος οὗτος, ὡς οὐκ ὤφειλε, τῆς μητρικῆς νηδύος ὠλίσθηκε, πολυτελὴς μὲν εὐωχία τούτῳ ἡτοίμαστο, καὶ δαιτυμόνες πολλοὶ, καὶ μεγιστᾶνες ἐκέκληντο, καὶ χιλίαρχοι, καὶ τῆς Γαλιλαίας ὅσοι τὴν τύχην ἐπίδοξοι. Ἤδη δὲ τοῦ δείπνου ἀκμάζοντος, ὁ δειπνοκλήτωρ γενόμενος πάροινος, ἄλλην παρασκευάζει τοῦ δείπνου τρυφήν. Θυγάτριον ἦν τῇ Ἡρωδιάδι ἐκ τῶν τοῦ Φιλίππου νομίμων κηδευμάτων τεχθὲν, ἀστεῖον μὲν καὶ τὴν ὄψιν οὐκ ἄωρον, ἄλλως δὲ ἰταμὸν, καὶ προπετὲς, καὶ ἀναίσχυντον, καὶ ὡς ἀληθῶς τῆς ἀσπίδος μητρὸς ἀπεικόνισμα. Ταύτην κοσμήσασα ἡ μοιχαλὶς μήτηρ ἀβρότερον, καὶ νυμφικῶς περιστείλασα, πρὸς τοὺς εὐωχουμένους ὀρχησομένην ἐξέπεμψεν. Ἡ δὲ ὡς ἐν μέσῳ γένοιτο τῶν δαιτυμόνων, πρὸς τὸ μὴ αἰσχυνθῆναι κορικῶς ἀποξέσασα τῶν προσώπων αἰδὼ, ὥσπερ κορυβαντιῶσα ἐβάκχευε, σοβοῦσα τὴν κόμην, ἀσέμνως λυγιζομένη, ἀνατείνουσα τὴν ὠλένην, παραγυμνοῦσα τὰ στέρνα, θάτερον τοῖν ποδοῖν ἀναστέλλουσα, τῇ ταχείᾳ τοῦ σώματος συστροφῇ παραγυμνουμένη, καὶ τάχα τι καὶ τῶν ἀπορρήτων ὑποδεικνύουσα· ἀναιδεῖ τε προσώπῳ τοὺς τῶν παρόντων ὀφθαλμοὺς εἰς ἑαυτὴν ἐπιστρέφουσα, καὶ σχήμασι παντοδαποῖς ἐκπληκτα ποιοῦσα τῶν θεατῶν τὰ φρονήματα. Ἦν δὲ ἄρα τότε ὁ κτηνώδης Ἡρώδης σωφρονοῦσιν ἀνθρώποις, ὡς εἰκὸς, καταγέλαστος, μείρακα παρθένον τό γε δοκεῖν ὄψεσιν ἀῤῥένων οὕτω παρασκευάσας ἀναισχυντεῖν· πρόσθεσις δὲ τοῦ κακοῦ, ὅτι καὶ ἥρεσεν αὐτῷ τῆς μαιναδογενοῦς ποδοστρόφου ἡ ὄρχησις. Τῷ δὲ τῆς μητρὸς αὐτῆς ἔρωτι καὶ τῇ μέθῃ κάτοχος ὢν, καίτοι μηδὲν αἰτησάσης τῆς νεήλυδος, ἄχρι τοῦ τὴν βασιλείαν σὺν τῇ διελεῖν ἐπηγγείλατο ἀντὶ πορνικῶν λυγισμάτων, καὶ ποδῶν ἀτάκτου στροφῆς, καὶ ὅρκον τῇ ἐπαγγελίᾳ ἐπέθηκε τὸ τῆς ἀκολασίας ἀνδράποδον. Τί οὖν τῆς ἐχίδνης τὸ γέννημα διδάσκεται παρὰ τῆς μητρός; οὐχ ὅρμον αἰτῆσαι μαργάρων, οὐ πέπλον βασιλικὸν, οὐχ ἱμάτιον σηρικὸν, οὐ θέριστρον, οὐδὲ κρήδεμνον, ταῦτα δὴ περὶ ἃ οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν νεανίδων ἐπτόηνται, ἀλλ' ἀντ' ἄλλης πάσης φιλοφροσύνης τὴν κεφαλὴν αἰτῆσαι τοῦ τὸν ἔρωτα λῦσαι σπουδάζοντος, καὶ ταύτην ἐξ αὐτῆς. « Δός μοι γὰρ, φησὶν, ἐξ αὐτῆς, ἐπὶ πίνακος τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. » Ἐδεδοίκει γὰρ ἡ Ἡρωδιὰς, μὴ ἐξοινήσας Ἡρώδης ἀπείποι τὸ ῥῆμα. Ὁ δὲ ἄθρει δὴ ψυχὴν παρασυμβηθεῖσαν τοῖς κτήνεσιν· « Ἐλυπήθη

sit; semper enim deteriora vincant. Cum enim opportunus incidisset dies, ac natalitia danda essent, quo die hic prophetæ interfector (quod utinam non contigisset) ab utero materno ceciderat, sumptuosum ab illo convivium instructum est, et convivæ multi primores (4), et tribuni, et quotquot in Galilæa fortunæ donis erant insignes. Jam vero vigescente convivio, cum vino incalesceret convivator, alias cœnæ delicias apparat. Erat Herodiadi filiola ex legitimis Philippi nuptiis nata, elegans sane et non indecora facie, cæterum lasciva, et temeraria, et inverecunda, et aspidis revera matris imago. Hanc mater adultera cum delicatius exornasset, et cultu sponsæ induisset, produxit ad convivas ut coram eis saltaret. Illa vero, simul ac processit in medium, perfricta fronte, ut mulierculæ solent, et omni absterso pudore Corybantum more (5) bacchari cœpit, quatere comam, **421** incomposite se movere, ulnas extendere, aperire pectus, alterum pedem attollere ac celeri conversione corporis denudari, aliquid fortassis indicans eorum, quæ nec nominare fas est. Omnino impudenti facie præsentium oculos in se convertere, et omni genere gestus spectatorum animos stupidos detinere. Et profecto tum Herodes pecudi similior quam homini (6), omnibus quibus pectus saperet, merito deridiculus erat; qui adolescentulam, ut certe putabatur, virginem, in virorum aspectu adeo inverecunde permitteret agere. Sed illud mali additamentum fuit, quod saltatricis illius furentis, instar Mænadis, ei saltatio placuit. Quod vero et matris ipsius amore simul, et ebrietate detentus esset, quamvis illa quæ nuper advenerat, nihil petente, pollicitus est tamen se regnum suum cum illo, pro meretricis scilicet motibus, et petulanti pedum conversione, partiturum: et permissioni jusjurandum adjunxit mancipium illud intemperantiæ. Quid igitur progenies viperæ a matre edocetur? non uti margaritis consertum monile, non regale peplum, non sericam pallam, non theristrium (7), non vittas, non hæc, inquam, quæ omnium puellarum oculi maxime admirantur; sed quod esset omnis munificentiæ loco, caput ut peteret ejus, qui amorem solvere conabatur; idque quam primum ut faceret: « Da mihi, inquit, protinus in disco caput Joannis Baptistæ. » Timebat enim

Francisci Scorsi notæ.

(4) *Multi primores.* Μεγιστᾶνες, ut habet Græcus, quæ vox apud veteres non facile legitur. *Megistanes* eam Latini verterunt, Sueton. in Calig. et Corn. Tacit. *Simul consilio terrorem adducere, et Megistanes Armenios, qui primi a nobis defecerant, pepulit sedibus.* A μέγιστον id derivari non est dubium; lege Philippum Beroal. in Sueton. locum cit. Apud antiquos Latinos ejus nullus usus, sicuti nec Latina inidem illi respondens vulgo versata *magnates.* Legitur tamen Græca vox in sacris Litteris, hic a S. Marco et Dan. cap. III usurpata; usus est etiam Alex. Aphrodis. in Top.: Ὁ τιμῆς ὀρεγόμενος παρὰ τοῦ βασιλέως; ἢ παρὰ μεγιστάνων· *Qui honorem cupit a rege vel primoribus.*

(5) *Corybantum more*, etc. Quadrat hic hæc versio, quia convenit mos Corybantum cum saltatione Herodiadis, neque repugnant quæ adnotavimus hom. 9, not. 68, ubi lege de Corybantibus.

(6) *Pecudi similior quam homini.* Ὁ κτηνώδης Ἡρώδης, inquit auctor, et quidem similitudine litterarum venustate ludens, et illudens Herodem ἐν παρονομασίᾳ nominis ipsius eodem fere tropo quo supra ad hom. *de Passione*, ubi ἦν δὲ χοιρώδης Ἡρώδης ad quam vide not. 41, hom. 27.

(7) *N. theristrium.* Vide de theristrio dicta ad hom. 14, not. 33.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Herodias, ne cum ex vino deferbuisset, donum recusaret Herodes. Ille vero; vide animam jumentis insipientibus assimilatam [9] : « Contristatus est, inquit, propter juramentum autem, et simul propter discumbentes noluit illam contristare. » Figmentum quoddam fuit, et prætextus, simulatio illa mœroris. Etenim illa promissio, quam fecerat, jurejurando firmata ad regni dimidium extendebatur. Qua quidem terra, et possessiones, et pecuniæ, et pecora continentur : non vero prophetæ caput, cujus ne totus quidem mundus dignum pretium esset. Obtruncatur igitur sanctissimum caput, vel ipsis angelis venerandum. O detestabilis mens, quæ talem cædem est machinata! O exsecranda lingua quæ talem sententiam protulit! O audax manus quæ illi famulata est! Ac jam infertur in disco perfusum **422** sanguine, triste convivis spectaculum, atque ad comessantes et ebrios, ille qui cibi abstinentia vel cum angelis contendebat, et lasciviens meretrix eo, qui passionibus liber erat, et virgo, potita delectabatur, et cachinnabat, cum illud jucundissimum spectaculum et plurimi æstimatum tandem obtigisse sibi videret; et perinde ac vererctur, ne caput illud reliquo conjunctum corpori revivisceret, et consuetam reprehensionem rursus inceptaret, ipsum quidem in terræ visceribus obruit; reliquum vero sanctum corpus discipuli tulerunt, et humo mandarunt.

Igitur quæ ad sanctum Præcursorem attinent, ita facta sunt. Oportebat nimirum, oportebat eum qui erat ex Levitico semine (8), et ex utroque parente Aaronis stirpe prognatus, sacrum indueret coccinum, ex suomet sanguine tinctum et qui inter natos mulierum major erat, inter eos qui sanguine consummati sunt, non esset minor. Et sicuti cætera honorifica nomina sortitus est, ita neque titulo martyris expers esset. Abit igitur sicuti in terris fecerat, ita apud inferos nuntiaturus adventum Domini ille, qui veteris legis cessatio, et principium exstitit novæ, medius inter utramque, vox, lucerna, lucifer, angelus, apostolus, Levites, Aaronites, propheta, montium cultor, Baptista præco, præcursor, virgo, pœnitentiæ magister, castigator peccati, martyr; hoc enim veluti sigillum cæteris nominibus est appositum.

Nos vero, o Christiana concio, sacrum illius martyrium spiritualiter celebremus; nobisque maxime caveamus, ne idem quod Herodi contingat. Contingit enim omnino, et si alio modo iis qui sibi intento animo non prospiciunt. Ubi enim mens filiam regis Aretæ ex divina sibi copulatam lege fuerit aversata : intelligis porrro διὰ τοῦ Ἀρέτα τὴν ἀρετὴν per Aretam scilicet *virtutem* : hæc enim honestissima et naturalis mentis est conjux; ubi igitur hanc repudiarit, et vitiositatem ut adulteram, atque adventitiam amore complexa fuerit, ubi nimirum se corporis voluptatibus ingurgitarit, tunc alter Herodes efficitur. Herodes

A γὰρ, φησὶ, διὰ δὲ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι. » Κεκαττυμένον πλάσμα ἦν τὸ τῆς λύπης, καὶ πρόφασις. Ἡ γὰρ ἔνορκος ὁμολογία, ἣν ἐποιήσατο, ὅσον τὸ ἥμισυ τῆς βασιλείας ἦν. Τοῦτο δὲ κατάσχεσις γῆς ἦν, καὶ κτήματα, καὶ χρήματα, καὶ βοσκήματα, οὐ προφητικὴ κεφαλή, ἧς οὐδ' ὁ κόσμος ὅλος ἀντάξιος. Τέμνεται οὖν ἡ πανίερος κάρα, ἡ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀγγέλοις αἰδέσιμος. Ὦ μιαρὰ φρὴν, ἡ τοιοῦτον φόνον δολοφραφήσασα! ὦ βδελυρὰ γλῶσσα, ἡ τοιαύτην ἀπόφασιν ἐπιτάξασα! ὦ τολμηρὰ χεὶρ, ἡ πρὸς τοῦτο ὑπηρετήσασα. Καὶ εἰσάγεται ἐπὶ πίνακος πλήρης αἵματος τοῖς δαιτυμόσι θέαμα σκυθρωπὸν πρὸς τοὺς κωμῶντας καὶ μεθύοντας ὁ τῇ ἀσιτίᾳ μικροῦ καὶ ἀγγέλοις συναμιλλώμενος, καὶ μαχλῶσα πόρνη τὸν

B ἀπαθῆ καὶ παρθένον κρατοῦσα κατετρύφα καγχάζουσα, εἰς τέλος ἀποδὰν ὁρῶσα τὸ ἥδιστον αὐτῇ θέαμα, καὶ πρὸ πολλοῦ μελετώμενον, ἥτις καὶ ὥσπερ δεδοικυῖα μὴ τῷ λοιπῷ σώματι ἐνωθεῖσα διανεστῇ, καὶ αὖθις τοῦ συνήθους ἐλέγχους ἐφάψηται, αὐτὴν μὲν γῆς ἐγκατακρύπτει μυχοῖς, τὸ δὲ λοιπὸν ἅγιον σῶμα οἱ μαθηταὶ λαβόντες ἐν γῇ κατεδήσαντο.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν ἱερὸν Πρόδρομον οὕτω συνέβη. Ἔδει γὰρ, ἔδει τὸν ἐκ Λευϊτικῆς ὀσφύος γενόμενον, κατ' ἀμφοῖν τοῖν γενεοῖν Ἀαρωνίτην

C ὑπάρξαντα ταῖς ἐξ αἱμάτων βαφαῖς τὸ ἱερὸν περιχλαινίσασθαι κόκκινον, καὶ τὸν μείζονα ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, μηδ' ἐν τούτῳ ἀπολειφθῆναι τῶν τελειωθέντων δι' αἵματος. Καὶ ὥσπερ τ' ἄλλα τῶν ἐντίμων ὀνομάτων κεκλήρωται, οὕτως οὐδὲ τῆς μαρτυρικῆς ἠμοίρησε κλήσεως. Ἄπεισι γοῦν ὥσπερ τοῖς ἐν γῇ, οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδου κηρύξων τὴν τοῦ Σωτῆρος κάθοδον, ἡ τῆς παλαιᾶς παῦλα, ἡ τῆς νέας ἀρχή, ὁ μεσίτης ἀμφοῖν, ἡ φωνὴ, ὁ λύχνος, ὁ ἑωσφόρος, ὁ ἄγγελος, ὁ ἀπόστολος, ὁ Λευΐτης, ὁ Ἀαρωνίτης, ὁ προφήτης, ὁ ὀρειφοίτης, ὁ Βαπτιστὴς, ὁ κῆρυξ, ὁ Πρόδρομος, ὁ παρθένος, ὁ διδάσκαλος τῆς μετανοίας, ὁ ἔλεγχος τῆς ἁμαρτίας, ὁ μάρτυς· τοῦτο γὰρ οἷον ἐπισφράγισμα κάλλιστον τῶν ὀνομάτων τέθεικεν.

D Ἡμεῖς δὲ, ὦ Χριστώνυμον ἄθροισμα, τούτου τὴν ἱερὰν μαρτυρίαν πνευματικῶς ἑορτάσωμεν, ἑαυτοῖς δὲ μάλα προσχῶμεν, μὴ τὰ τοῦ Ἡρῴδου καὶ ἐν ἡμῖν γενέσθαι συμβῇ· συμβαίνει γὰρ πάντως τρόπον ἕτερον τοῖς μὴ ἀραρότως προσέχουσιν. Ὁπηνίκα γὰρ ὁ νοῦς τὴν μὲν κατὰ θεῖον νόμον σύντεκνον ἀποστέρξειε τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως Ἀρέτα· νοεῖς δὲ διὰ τοῦ Ἀρέτα τὴν ἀρετήν· αὕτη γὰρ πρεπωδεστάτη καὶ κατὰ φύσιν σύζυγος τοῦ νοός· ὅταν οὖν ταύτην παραγκωνίσηται, καὶ τὴν ἐπείσακτον, καὶ μοιχαλίδα κακίαν ἐνστέρξειε, περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς λιχνευσάμενος, τότε Ἡρῴδης ἀντικρὺς γίνεται. Ἡρῴδης γὰρ δερμάτινος ἑρμηνεύεται, ὃ

[9] Psal. XLVIII, 13.

Francisci Scorsi notæ.

(8) *Ex Levitico genere.* Vide ad hom. 53, not. 42.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

οὗ τὸ χοϊκὸν εἰκονίζεται φρόνημα. Ὅταν οὖν κυριεύσῃ τὸν νοῦν τῆς ἁμαρτίας ὁ ἵμερος, τότε δή, τότε τὸν ἐλέγχοντα Ἰωάννην πείθει παραδοῦναι τῇ φυλακῇ. Σύνες τὸ κεκρυμμένον ἐν τῷ αἰνίγματι. Ἰωάννης ἐστὶν ἡ τοῦ λόγου χάρις τοῦ δοθέντος ἡμῖν ἐκ Θεοῦ, ἢ τὸ συνειδὸς ἑκάστου ἁμαρτάνοντος ἐπιπλήττουσα. Ταύτην τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἀφανίσαι ἀφ' ἡμῶν ἡ ἁμαρτία ζητεῖ, ὡς ἂν μὴ, τοῖς ἐκ τοῦ συνειδότος ἐλέγχοις ξαινόμενοι, διὰ μετανοίας ἀπορρίψωμεν τὴν ἐπείσακτον, καὶ προσλάβοιμεν τὴν ὁμόζυγον, καὶ παραινοῦσα πείθει, ὡς τὰ πολλὰ τοὺς μὴ νήφοντας, καὶ κλείεται ὁ ἐλέγχων ἐν φυλακῇ. Νοοῖτο ἂν φυλακὴ ἡ ἕξις τοῦ κακοῦ. Κρύπτεται οὖν ὁ λόγος ἀφ' ἡμῶν ἐν ἕξει γενομένης τῆς ἁμαρτίας, τοῦ νοὸς μετὰ τῶν αὐτοῦ δαιτυμόνων μεθύοντος, τῶν αὐτῶν λογισμῶν δηλαδὴ, ἐξορχεῖται κατὰ τῆς ἡμῶν εὐηθείας ἡ τῆς ἁμαρτίας θυγάτηρ ἡδονὴ, πανταχόθεν ἡμᾶς ὑποσαίνουσα, καὶ ἄθλον ζητοῦσα Ἰωάννου τὸν θάνατον. Δέδοικε γὰρ μὴ, τῆς φυλακῆς ἀπολυθείς, τοῖς ἐλέγχοις διαλύσοι τὸν ἀθέμιτον θάλαμον. Πόσα ἡ ἱστορία διὰ τούτων ἐνδείκνυται! Ἐπειδὰν ἐν ἕξει τοῦ κακοῦ ποιήσῃ ἡμᾶς ὁ διάβολος, ἔτι δειλιᾷ μήποτε ἀνανήψωμεν, καὶ πρὸς ἀπόγνωσιν ἡμᾶς διωθεῖ. Οὗτος γὰρ ὁ Ἰωάννου φόνος ἐστὶ, καὶ οὕτω θνήσκει ἡ ἐν ἡμῖν χάρις τοῦ λόγου, οἱονεὶ καρατομουμένη τῷ ξίφει τῆς ἀπογνώσεως. Ὅταν οὖν τοῦτο γένηται, ἀναχωρεῖ ἀφ' ἡμῶν ἡ σωτηρία· « Ἀκούσας γὰρ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν. » Ὡς ἂν οὖν μὴ τοῦτο συμβῇ, σπουδάσωμεν φεύγειν τὴν Ἡρωδιάδα τὴν δερματίνην, ἐνστερνίζεσθαι δὲ καὶ ποθεῖν τὴν ὁμόζυγον τοῦ νοὸς ἀρετὴν, τὴν θυγατέρα τοῦ Βασιλέως Χριστοῦ, ἐφεπόμενοι τῷ πατριάρχου Ἀβραὰμ ὑποδείγματι, ὃς, ἐκβαλὼν τὴν παιδίσκην κατὰ τὸ θεῖον ἐπίταγμα, κατέσχε τὴν ἐλευθέραν. Οὐ γὰρ ἦν θέμις συνεῖναι τῇ ἀρετῇ τὴν κακίαν ἐν τῇ τοῦ πατριάρχου ψυχῇ, ὅπερ διὰ τῆς δούλης καὶ τῆς ἐλευθέρας ὁ λόγος ἠνίξατο. Ἀληθῶς γὰρ τὰ τῆς κακίας γεννήματα οὐ κληρονομήσει μετὰ τῶν εὐγενῶν ἐγγόνων τῆς ἀρετῆς, οὐδὲ ἐπιβήσεται τὴν νοητὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἣν οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι κατὰ τὴν θείαν φωνήν. Ταύτης καὶ ἡμεῖς ἐπιβαίνοιμεν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀϊδίων ἀγαθῶν ἀπολαύσαιμεν πρεσβείαις τοῦ μεγάλου προφήτου, προδρόμου, καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, καὶ χάριτι τῆς ὑπερφώτου, καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος, τῆς ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι γνωριζομένης, τῆς ἀδιαιρέτου, καὶ ὁμοουσίου φύσεως, ᾗ πρέπει πᾶσα τιμὴ, καὶ δόξα, καὶ αἴνεσις, καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

enim *pelliceum* interpretamur (9), per quem adumbratur terræ, ac pulveri involutus affectus. Dum igitur peccati amor in mentem dominabitur, tunc profecto tunc castigatorem Joannem in custodiam dari suadet. Intellige quid hoc abscondatur **423** ænigmate : Joannes est nobis a Deo impertitum donum rationis, quæ peccantis uniuscujusque conscientiam plectit. Hanc Dei gratiam a nobis peccatum amoliri contendit, ne conscientiæ reprehensionibus stimulati per pœnitentiam ejiciamus alienam uxorem, et legitimam accipiamus : et minus attentos, ac sobrios plerumque hortando perpellit : adeoque in carcere castigator includitur. Per carcerem habitum intelligere possis in malo. Absconditur igitur a nobis ratio cum invaluit consuetudo peccati, cumque mens una cum suis convivis, ipsis scilicet cogitationibus inebriata fuerit, saltat peccati filia voluptas stultitiæ, ac vecordiæ nostræ tempore, ac nobis adblanditur omnibus modis, et Joannis interitum, ut præmium petit ; timet enim ne carcere jam liberata, objurgationibus crebris nefarium conjugium dirimat. Quanta per hæc considerationum suppetit copia. Ubi nos ad habitum peccati diabolus jam adegit, adhuc metuit, ne aliquando resipiscamus ; adeoque nos ad desperationem impellit. Hæc enim cædes Joannis est, atque ita in nobis rationis gratia veluti desperationis gladio obtrunc**a**ta moritur. Quando igitur id evenerit, recedit a nobis salus : « Audiens, enim, inquit, Jesus secessit. » Ne igitur hoc nobis contingat, studeamus Herodiadem illam pelliceam fugere ; amplexari vero et concupiscere conjugem mentis virtutem, filiam illam Christi regis, et patriarchæ Abrahami consectemur exemplum, qui ex divino præcepto ejecta ancilla, retinuit liberam. Neque enim fas est una versari in patriarchæ animo cum virtute malitiam, quod per ancillam, et liberam innuit sermo divinus. Re enim vera vitii soboles cum ingenuis virtutis liberis non hæreditabit, neque ad intelligibilem promissionis terram adibit, quam juxta promissionem Domini possidebunt mites [66]. Ad hanc nos pervenire, et sempiternis illius bonis perfrui enitamur intercessionibus magni illius prophetæ, præcursoris, et Baptistæ Joannis, et gratia Trinitatis vitæ fontis, et lucem excedentis omnem (10), quæ in Patre et sancto Spiritu cognoscitur unius indivisæ, consubstantialisque naturæ, cui convenit omnis honor, et gloria, et laus, et magnificentia nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΞΒ'.

Εἰς τὸν γενόμενον αὐχμόν.

« Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλ-

HOMILIA LXII.

De siccitate (11) *quæ eo tempore contigit.*

424 « Quis dabit capiti meo aquam, et oculis

[66] Matth. v, 4.

Francisci Scorsi notæ.

(9) *Pelliceum interpretamur.* Hæc interpretatio discussa est ad hom. 52, not. 25.

(10) *Lucem excedentis omnem.* Ὑπερφώτου, sic locutus hom. 3, ad quam vide not. 8 ; ibi enim de hujusmodi epithetis copiosius.

(11) *De siccitate.* Tres siccitates agrorum ob pluviæ defectum Constantinopolitano et in circumcirca regionibus contigisse Joannes Curopalates et ex eo Cedrenus memoriæ, litterisque prodiderunt. Primam imper. Basilio, qui imperare cœpit post

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

meis fontem lacrymarum[66] ? » Satamplum mihi orationis proœmium faciat Jeremias ille, qui ad commiserationem aptissimus. Sed ille quidem unius civitatis Jerusalem vastitatem deplorabat ; ego vero cum hujusce totius circa regionis plagam videam jam instantem ad lamentationes, lacrymasque, commoveor. Clausum scilicet est cœlum ob peccata nostra, et solis incendio nubes quasi cremium exsiccatæ sunt. Exaruerunt fontes aquarum, et perennium fluminum scaturigines defecere. Æstu vero terra combusta consuetos reddere fructus recusat. Heu miserias nostras ! etiam ipsa animantia rationis expertia ob nostra peccata periclitantur. Exsiccatum enim est illis fenum, seu potius non germinavit ; atque ita fame contabescunt. Et bos quidem veluti instante morte miserabiliter immugit ; et greges flebili balatu clamant, cum veluti ignitum craterem propositam ante se aquarum videant potionem, et ante tempus segetes arefactas : ita ut illa prophetia Joelis in nobis nunc videatur impleri : « Fleverunt armenta boum, quia non erant pascua eis : et greges ovium disperierunt, quoniam arefactæ sunt emissiones aquarum [67]. » Usque adeo delicta nostra mitem, placabilemque Dei naturam ad justam iracundiam concitarunt ; et quoniam non desistimus quotidie peccatorum ignem incendere, merito siccitate, atque ardore punimur. Fortassis enim adversum nos propheta clamat : « Ambulate in lumine ignis vestri, et in flamma, quam succendistis [68]. » Israelitis quidem promisit Deus si mandata sua custodirent, futurum, ut illis

A μοῖς μου πηγὴν δακρύων ; » Ἐπιδαψιλευέτω μοι τὸ τοῦ λόγου προοίμιον ὁ Ἱερεμίας, ὁ τῶν προφητῶν συμπαθέστατος. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν μιᾶς πόλεως τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐρημίαν ὠδύρετο, ἐγὼ δὲ πάσης τῆς περιχώρου ταύτης ὁρῶν τὴν ἐπελθοῦσαν μάστιγα εἰς θρήνους κινοῦμαι καὶ δάκρυα· ἐκλείσθη γὰρ ὁ οὐρανὸς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τῷ ἡλιακῷ φλογμῷ αἱ νεφέλαι ὥσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν. Αἱ τῶν ὑδάτων ἀπεξηράνθησαν πίδακες, καὶ ποταμῶν ἀεννάων ἐξέλιπε ῥεύματα. Ἡ δὲ γῆ πυρακτωθεῖσα τῷ καύσωνι τοὺς συνήθεις δοῦναι καρποὺς ἀπαναίνεται. Φεῦ τῶν ἡμετέρων κακῶν ! καὶ αὐτὰ γὰρ τὰ ἄλογα ζῶα κινδυνεύσει διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Ἀπεξηράνθη γὰρ αὐτοῖς ὁ χόρτος, μᾶλλον δὲ οὐκ ἐβλάστησε, καὶ τῷ λιμῷ B διαφθείρονται· καὶ βοῦς μὲν ἐλεεινὸν μυκᾶται, καὶ οἷον ἐπιθανάτιον· τὰ δὲ ποίμνια βληχᾶται γοερῷ τῷ βληχήματι, ὡς φλογώδη κρατῆρα τὴν τῶν ὑδάτων πόσιν προκειμένην θεώμενα, καὶ πρὸ καιροῦ τὰ λήϊα ξηρανόμενα, ὡς καὶ τὰ τῆς Ἰωὴλ προφητείας, πεπληρῶσθαι νῦν ἐν ἡμῖν· « Ἔκλαυσε βουκόλια βοῶν, ὅτι οὐχ ὑπῆρξε νομὴ αὐτοῖς, καὶ ποίμνια τῶν προβάτων ἠφανίσθη, ὅτι ἐξηράνθησαν ἀφέσεις ναμάτων. » Τοσοῦτον τὰ ἡμέτερα πταίσματα τὴν Πλεων τοῦ Θεοῦ φύσιν, καὶ ἡμερον εἰς δίκαιον θυμὸν παρεκίνησαν. Καὶ ἐπειδὴ καθ' ἑκάστην οὐ παυόμεθα τὸ πῦρ τῶν ἁμαρτημάτων ὑφάπτοντες, εἰκότως αὐχμῷ καὶ καύσωνι τιμωρούμεθα. Τάχα που καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ προφήτης βοᾷ· « Πορεύεσθε C τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἀνήψατε. » Τοῖς μὲν οὖν Ἰσραηλίταις διὰ τοῦ προφήτου ἐπηγ-

[66] Jerem. IX, 1. [67] Joel I, 18, 20. [68] Isa. L, 11.

Francisci Scorsi notæ.

annum M : *Fuit quoque*, inquit Curopal. (Græca Cedreni describerem si Cedrenum ipsum apud me haberem) *imperii ipsius temporibus maxima siccitas : ita ut perennes fontes siccarentur, et flumina.* Secundam Constantino ejus filio imper. : *Cumque fuisset ejusmodi siccitas, ut totis quidem sex mensibus non plueret, supplicationes indixere imperatoris fratres.* Tertiam Michaele Paphlagone imper : *Hoc etiam tempore exstitit siccitas ejusmodi ut fere exsiccarentur copiosi fontes, et perennia flumina, et in æstuario incendium exortum est ejusmodi, quo combustæ sunt omnes triremes quæ ibi in statione manebant cum suo omni apparatu.* Sed cum hi omnes, ut dixi, imperatores, circa annum a Christo millesimum imperitarint sæculo fere post Theophanem, cum Sicilia a Barbaris possideretur ; ad siccitates horum temporum hanc homiliam non possumus ascribere. Neque vero per Theophanis tempora aliquam legimus apud eos historicos, qui res Orientis imperii sunt persecuti, siccitatem memoriæ traditam. De alia igitur magna siccitate, quæ per Siciliam, vel certe per eam Siciliæ regionem, quæ hodie vallis Nemorum dicitur, ubi Tauromenium, et agri circa jacentes Mascalenses stante adhuc Tauromenio, et ei præsidente Theoph. evenerit, ut plerumque contingere nostris temporibus videmus, in quibus et supplicationes et conciones ad populum ad exposcendam pacem Numinis haberi solent, hanc homiliam habitam esse conjectamus et profecto Tauromenii eam esse dictam multa suadent. Primum illa verba : *Nonne his plena est malis civitas nostra ? nonne hæc singulis diebus admoneo ?* Quam autem civitatem suam appellaret nisi Tauromenium, cui ipse præsidebat ? Et ubi singulis diebus vitia reprehenderet, quam in ea civitate cujus sibi salutis cura credita esset ? secundo quod magna cum libertate in flagitia tum laicorum, tum sacerdotum invehitur, quod nisi ubi summam haberet auctoritatem, facere vix licuisset. Tertio illa etiam, quæ deinceps in eamdem sententiam sequuntur : *Nonne laboravi clamans, et admonens, ut a juramentis abstineretis ? Non prædixi futurum ; ut in nos animadverteret Dominus, cum contemptui sacrum ejus Evangelium haberi videret ?* quæ sane consonant cum homilia de muliere curva, ubi hæc reprehensio perjuriorum exstat quæ frequenter inter cives in causis forensibus fiebant. Illam autem homiliam ab episcopo dictam populo suo aperte constat ex ipso exordio ubi inter audiores clerum suum appellat. Postremo cum in calce hujus homiliæ in apostropha ad B. Virginem ita commendet ei populum : *Flecte viscera misericordiæ tuæ in hanc civitatem tuo nomine gloriantem*, aliquod singulare pietatis vinculum ostendit, quod Tauromenium habuisse ob imaginem B. Virginis non manufactam quo singulari munere ipse Virgini addictum erat, planum est. Cujus imaginis mentio hom. 11 et 59, et de ea nos pluribus Proœm. 1, § 3. Atque his hactenus ostendimus et hanc hominam Theophanis esse, et Tauromenii dictam, et eam siccitatem ejus episcopatus tempore in Sicilia contigisse.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

γέλλετο ὁ Θεὸς, εἰ φυλάττοιεν τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς, ἐπιβρέξαι ὑετὸν πρώϊμον, καὶ ὄψιμον, καὶ πλησθυνθήσεσθαι τὰς ἅλωνας σίτου, καὶ τοὺς ληνοὺς οἴνου.

Ἡμῖν δὲ ἡ ἐπαγγελία αὕτη εἰς τοὐναντίον μετέστραπται, μᾶλλον δὲ ἡμᾶς ἡ τοῦ Ἱερεμίου κατάρα κατείληφεν. « Ἔστω σοι, φησὶν, ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς οὐρανὸς χαλκοῦς, » τὴν παντελῆ ξηρασίαν, καὶ ἐπίλειψιν τῶν ὑδάτων τοῦ ἀπειλητικοῦ λόγου σημαίνοντος. Ἦ οὐ τοῦτο ἡμῖν ἀρτίως πεπλήρωται; ἡ μὲν γὰρ γῆ χαραδρωθεῖσα τῷ αὐχμῷ, καὶ οἷον ἀπολιθωθεῖσα τῶν γεωργῶν τὸν πόνον ἠμάλδυνεν. Οὔτε μὴν τὴν ἄροσιν παραδεχομένη, οὔτε τὴν σκάφησιν· τὰ δὲ λήϊα μικρὸν ἐκβλαστήσαντα, καὶ χρηστὰς ἐλπίδας παρασχόντα πρὸ τοῦ ἐγκυμονῆσαι τὸν ἀσταχυν, ἀπεμαράνθη, καὶ ᾠχετο, μόνη δὲ λέλειπται τῶν ἀμπέλων καὶ τῶν φυτῶν ἡ πετάλωσις, τάχα καὶ αὐτὴ τὸν μετ' ὀλίγον μαρασμὸν ὑπεμφαίνουσα τὸν ἐσόμενον. Τοιοῦτος τῶν ἁμαρτιῶν ὁ καρπὸς, τοιαῦτα τὰ τῆς κακίας γεώργια. Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπορεύθημεν ἐν ταῖς ὁδοῖς Κυρίου, ἀλλὰ ταῖς πονηραῖς ἐδουλώθημεν πράξεσιν, ἀλλήλων φθονοῦντες, τῶν ἐλαττόνων καὶ πενεστέρων κατεπαιρόμενοι, ἐπιθυμοῦντες κορεσθῆναι τῶν ἀλλοτρίων, χαίροντες τῇ δυσπραγίᾳ τοῦ γείτονος, ἀλλήλους κατεσθίοντες τῇ συκοφαντίᾳ, ἀτόποις ἐπιθυμίαις δουλαγωγούμενοι, ἵπποι θηλυμανεῖς γεγονότες, ὃ φησιν ἡ Γραφὴ, καὶ λύκοι ἅρπαγες, καὶ μνησικακοῦντες ὡς κάμηλοι, οὐκ ἐλεοῦντες τοὺς πένητας, οὐ συμπαθοῦντες τοῖς πταίουσιν, ἀμελοῦντες τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συνάξεων, καταφρονοῦντες τῶν ἁγίων, τὰς μνήμας αὐτῶν μὴ σεβόμενοι, φεύγοντες τὴν ἐξομολόγησιν, ὥσπερ οἱ φρενητιῶντες τοὺς θεραπεύοντας. Οἱ ἱερεῖς κακὸν ὑπόδειγμα γεγόνασι τῷ λαῷ ὑβρίζοντες, μνησικακοῦντες, ἐχθραίνοντες, ἐπιβουλεύοντες, εἰς πρόσωπον βλέποντες, οὐκ ἐλέγχοντες, καὶ διορθοῦντες τὸν πταίοντα, ἀλλὰ τῇ σιωπῇ κοινωνοῦντες τῆς ἀδικίας, ὡς ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος Ἠλεί. Οἱ λαϊκοὶ, ἀφέντες τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος περισκοπεῖν, τὰ τῶν ἱερέων περιεργάζονται, καὶ δικασταὶ εἰσιν ἀπαραίτητοι. Ἆρ' οὐκ ἀλήθειαν λέγω; Οὐ τούτων ἔμπλεως τῶν κακῶν ἡ πόλις ἡμῶν; καὶ οὐ καθ' ἑκάστην ταῦτα μαρτύρομαι; οὐκ ἐκοπίασα κράζων καὶ νουθετῶν τῶν ὄρκων ἀπέχεσθαι; Οὐ προέλεγον, ὡς οὐ παρόψεται

A plueret imbrem matutinum, et serotinum, et replerentur aræ frumento, et torcularia vino [69].

Nobis autem hæc prophetia in contrarium vertit: sed potius nos Jeremiæ imprecatio comprehendit. « Sit tibi, inquit, cœlum æreum (12) super caput tuum [70], » quibus minacibus verbis siccitas maxima, et aquarum defectio futura significatur **425** nonne hoc in nobis modo completum est? Terra enim hac siccitate torrida, et veluti lapidescens omnem agricolarum laborem frustrata est, neque arationem neque fossionem admittens. Segetes vero paululum primo virescentes, et spes bonas ostendentes, antequam turgentes spicæ lactescerent, siccatæ sunt et perierunt. Sola vero in vinetis et arbustis foliorum operimenta relicta sunt quæ etiam ipsa marcorem jamjam sibi futurum ostendunt: talis est peccatorum fructus, talis improbitatis agricultura. Eo quod in viis Domini non ambulavimus, sed malis operibus mancipati fuimus invicem invidentes, in infimos et pauperes superbientes, alienis rebus exsatiari concupiscentes, rebus adversis vicini gaudentes, alios alii calumniis comedentes, absurdis cupiditatibus (13) obsequentes, equi furentes in feminas facti (14), ut ait Scriptura [71], et lupi rapaces, et sicut cameli memores injuriarum (15), nulla erga pauperes, nulla erga peccantes commiseratione tacti, sacras synaxes Ecclesiæ negligentes, sanctos contemnentes, eorumque memorias minime colentes (16): confessionem vitantes, et quasi phrenetici medicos refugientes. Sacerdotes pravum exemplum populo facti sunt contumeliis alios afficientes, injurias sibi factas memoria retinentes, inimicitias exercentes, insidiantes, respicientes in faciem, non reprehendentes, non corrigentes peccantem, sed ut vetus ille Heli [72], silentio facti participes injustitiæ. Laici porro sua unusquisque considerare omittentes sacerdotum facta inquirunt, et judices sunt implacabiles (17). An veritatem non loquor? Non his plena est malis (18) civitas nostra? Nonne hæc singulis diebus admoneo. Nonne laboravi clamans et admonens ut a ju-

[69] Joel III, 23, 24. [70] Deut. XXVIII, 24. [71] Jerem. V, 8. [72] I Reg. II, 11 seqq.

Francisci Scorsi notæ.

(12) *Cœlum æreum.* Locus est Deut. cap. XXVIII sed in utroque exemplari scriptum: Ἡ τοῦ Ἱερεμίου κατάρα. Apud Jeremiam vero hanc maledictionem non lego: quare erratum hoc loco vel memoria dicentis, vel scribentis incuria.

(13) *Absurdis cupiditatibus.* Ἀτόποις ἐπιθυμίαις δουλαγωγούμενοι ex Gall. supplevi.

(14) *Equi furentes in feminas.* Vide ad hom. 13, not. 8, ubi locum Jeremiæ quem innuit hic Theophanes, illustravimus.

(15) *Et sicut cameli memores injuriarum.* De hac similitudine agit ipse Theophanes supra hom. 45, ut hoc etiam sit indicium inter cætera quæ attulimus not. 1, ab eodem auctore, et eodem loco hanc homil. dictam.

(16) *Eorum memorias non recolentes.* Ex Gall. hæc reposui verba αὐτῶν μὴ σεβόμενοι, in quibus emendavi perperam scriptum σεβόμενοι, sed in Pan. μνήμας tantum erat deficiente sensu, verborum sequentium defectu.

(17) *Et judices sunt implacabiles.* In P. deest hæc sententia. Sed id Gall. scriptum est hoc modo: Καὶ δικαστής ἐστιν ἀπαραίτητος, quod cum mendosum esse censerem correxi καὶ δικασταί εἰσιν ἀπαραίτητοι. Nam profecto ultimum verbum ἀπαρέτητος aperte mendum continet, cum ε pro αι sit scriptum; deinde numerus singularis qui convenit non video.

(18) *Nonne his malis.* Vide not. 1 hujus homiliæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ramentis abstineretis; non prædixi futurum, ut in nos animadverteret Dominus, cum videret contemptui haberi sacrum Evangelium (19), et rapacibus manibus sine ulla reverentia, ac temere contrectari? Recipe igitur fructus illius agri, quem his perjuriis possedisti, qui nec jacta quidem semina (20) reddit tibi. Sed neque vindemiam tibi afferet vinea, quam per avaritiam occupasti. Quæ enim per Michæam olim Judæis interminatus est Deus, hæc in nobis impleta sunt : « Tu seminabis, et non metes; tu premes olivam, et non ungeris oleo, et **426** vinum non bibes [75]. »

Quid igitur? inquit, aliquis certe, non omnes perjuri. Qua ratione cum peccata paucorum sint, omnibus communiter iræ divinæ absinthium propinatur? æquum enim esse videbatur ut solis improbis pœna infligeretur. Verum uti in uno corpore usuvenit ut si in aliqua ejus minima parte humoris affluentia exsistat, totum tamen purgari necesse sit, sic et in nobis; quandoquidem corpus unum sumus omnes, et membra Christi, male affecta una parte omnes participes doloris efficimur. Sic etiam olim peccante solum filio Saulis (21), omnis exercitus pœnam suscepit [76], et Davide præter Domini placitum populum recensente, commune exitium illatum est [77]. Sic etiam externorum litteris proditum sæpe universam civitatem pœnam unius improbi sustinuisse. Idcirco calix iræ Domini meraco nobis infusum est : « Calix, enim, inquit, in manu Domini meri plenus misto [78]. » Vides uti calicis hujus ratio varia sit? Si enim vinum est merum, quomodo plenus misto? quod enim mistum, utique merum non est; hic autem utrumque dicitur : et vinum est merum, utpote miseratione non temperatum propter divini judicii justitiam adversus eos qui peccant, et peccata non emendant; mistum vero ut ex diversis pœnis, quibus Dominus solitus est in eos animadvertere, qui in malis desperatis versantur. Nam sicuti, qui morbos corporum curare solent, et experientiam, facultatemque medendi multa sibi exercitatione pararunt, ea vulnera, quæ sensum magis obstupefaciunt, ferventi aqua, et acribus medicamentis expurgant, et suppurationis in ipsis exsistentis crassitiem præsidiis ab arte petitis extenuant : sic qui omnia novit Deus eos qui supplicia leviora non sentiunt, acerbioribus onerat plagis, quarum satius erat antequam invaderent, impetum devitare. Quid igitur ad hæc quæ jam advenere dicemus? Justum sane judicium Dei : ac potius multum pro justa sua iracundia benignissimus Dominus diminuit pœnæ, ac tantum irrogavit, quantum satis esset ad sentienda peccata nostra, non quantum eam experiri mere-

A Κύριος ὁρῶν οὕτω καταφρονούμενον τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, καὶ ταῖς πλεονεκτικαῖς χερσὶν ἀναιδῶς καὶ ἀνυποστόλως κρατούμενον; Κόμιζε τοίνυν τοὺς καρποὺς τοῦ ἀγροῦ τοῦ ἐξ ἐπιορκίας κτηθέντος σοι, ὃς οὐδὲ καταβληθέντα παρέξει σπέρματα. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἀμπελῶνα τρυγήσεις, ὃν πλεονεκτήσας ἁφήρπασας. Ἃ γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις πάλαι διὰ Μιχαίου ἠπείλησεν ὁ Θεὸς, ταῦτα νῦν πεπλήρωται ἐν ἡμῖν· « Σὺ σπείρεις, καὶ οὐ μὴ ἀμήσεις, σὺ πιέσεις ἐλαίαν, καὶ οὐ μὴ ἀλείψῃ ἔλαιον, καὶ οἶνον οὐ μὴ πίῃς. »

B Τί οὖν; εἴποι τις ἴσως, καὶ μὴν οὐ πάντες πλεονέκται, οὐδὲ πάντες ἐπίορκοι. Πῶς οὖν, ὀλίγων ἁμαρτανόντων, κοινῇ πᾶσι κεκέρασται τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τὸ ἀψίνθιον; Ἐχρῆν γὰρ μόνοις τοῖς κακοῖς ἐπενεχθῆναι τὴν κόλασιν. Ἀλλ' ὥσπερ ὑφ' ἑνὸς σώματος, εἴπερ ἐν ἑνὶ μορίῳ ῥεύματος ἐπείσφρησις γίνηται, τὸ πᾶν σῶμα δεῖται καθάρσεως, οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῖν· ἐπειδὴ ἓν σῶμά ἐσμεν, καὶ μέλη πάντες Χριστοῦ, ἑνὸς μέρους νενοσηκότος, κοινωνοὶ τῆς ἀλγηδόνος πάντες γινόμεθα. Οὕτω ποτὲ τοῦ παιδὸς Σαοὺλ ἁμαρτήσαντος, ἅπαν τὸ στρατόπεδον ἐμαστίζετο. Καὶ τοῦ Δαβὶδ παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ τὸν λαὸν ἀριθμήσαντος, κοινὸς ὄλεθρος ἐπεισέφρησε. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ ἔξωθεν παιδεία φησίν· ὅτι πολλάκις καὶ σύμπασα πόλις ἑνὸς ἀνδρὸς κακίας ἀπήλαυσε. Διὰ τοῦτο τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τὸ ποτήριον κεκέρασται ἡμῖν ἄκρατον· « Ποτήριον γάρ, φησὶν, ἐν C χειρὶ Κυρίου πλῆρες κεράσματος οἴνου ἀκράτου. Ὁρᾷς πῶς ἡ τοῦ ποτηρίου τούτου φύσις παρήλλακται; Εἰ γὰρ ἄκρατόν ἐστι, πῶς πλῆρες κεράσματος; Τὸ γὰρ κεκερασμένον οὐκ ἄκρατον. Ἐνταῦθα δὲ ἀμφότερα λέγεται. Καὶ ἄκρατον μὲν ὡς ἀμιγὲς θείων οἰκτιρμῶν τοῖς ἀδιόρθωτα πταίουσι διὰ τὴν κρίσεως δίκαιον· κεκερασμένον δὲ, ὡς ἐκ διαφόρων μαστίγων, αἷς οἶδε κολάζειν Θεὸς τοὺς ἀπεγνωσμένους γενομένους ἐν κακοῖς. Ὅνπερ γὰρ τρόπον οἱ τὰς σωμάτων ἀνακόπτοντες νόσους, καὶ τοῦ ζύνασθαι θεραπεύειν τὴν πεῖραν ἐξησκηκότες τὰ τῶν τραυμάτων δυσαισθητότερα θερμοῖς ὕδασι καὶ δριμέσι φαρμάκοις ἀποκαθαίρουσι, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀκαθαρσίας τὸ πάχος ἀπολεπτύνουσι ταῖς ἐκ τῆς τέχνης ἐπικουρήμασιν· οὕτω καὶ ὁ τὰ πάντα D γινώσκων Θεὸς τοὺς ἀναλγήτους ἔχοντας ἐπὶ τὰς μικρὰς κολάσεις χαλεπωτέραις ἐπιφορτίζει πληγαῖς, ὧν βέλτιον ἂν εἴη παραιτεῖσθαι πρὸ τῆς πείρας τὴν ἔφοδον. Τί οὖν εἴποιμεν πρὸς τὰ ἐπερχόμενα; δικαία ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ κατὰ πολὺ τῆς δικαίας ὀργῆς ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης τὴν τιμωρίαν ἐκούφισεν, οὐχ ὅσον ἐσμὲν ἄξιοι πεῖραν λαβεῖν παρασχών, ἀλλ' ὅσον αἴσθησιν λαβεῖν, ὧν ἡμάρτομεν. Σκόπει γὰρ τοῦ Θεοῦ τὸ μακρόθυμον· ἡμάρτομεν

[75] Mich. VI, 15. [76] I Reg. XXIV, 1 seqq. [77] II Reg. XXIV, 1 seqq. [78] Psal. LXXIV, 9.

Francisci Scorsi notæ.

(19) *Sacrum Evangelium.* Vide hom. 12, not. 20.

(20) *Nec jacta quidem semina.* Ὃ οὐδὲ καταβληθέντα παρέξει σπέρματα, ex Gall. restituta.

(21) *Peccante filio Saulis.* Historiam leges I Reg. c. XIV.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμεῖς, καὶ τὰ στοιχεῖα κολάζονται · πταίομεν, καὶ τιμωρεῖται ἡ γῆ · φαῦλον βίον ζῶμεν ἡμεῖς, καὶ μαστίζεται τὰ ἄψυχα · ὑβρίζομεν τὸν Πλάστην διὰ τῶν αἰσχρῶν ἡμῶν πράξεων, καὶ δέχεται τὴν ποινὴν τὰ μηδὲν ἁμαρτήσαντα · ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῦ παιδὸς σφαλέντος κατὰ τοῦ δούλου ἐκφέρει τὴν βάσανον. Τοιοῦτον ἔχομεν ἀγαθὸν Δεσπότην · οὕτως ἡμᾶς νουθετεῖ ἐπανάγων πρὸς τὴν διόρθωσιν. Καὶ τείνει μὲν τὸ τόξον τῆς ἀπειλῆς, ἐπέχει δὲ τὸ βέλος τῆς ὀργῆς. Οὐ γὰρ βούλεται τὸν ψυχικὸν ἡμῶν θάνατον, ἀλλὰ τὴν ἐπιστροφὴν ἀναμένει, καὶ τὴν μετάνοιαν. Γενώμεθα οὖν, ἀδελφοί, ἐν αἰσθήσει τοῦ πρέποντος · ἱλεωσώμεθα τὸν εὔσπλαγχνον Κύριον · μὴ χείρονες ὀφθῶμεν τῶν Νινευϊτῶν. Ἐκεῖνοι, ἐθνικοὶ ὄντες καὶ ἄπιστοι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ προφήτου τὴν καταστροφὴν τῆς πόλεως ἔμαθον, τοσαύτην ἐπεδείξαντο μετάνοιαν, ὡς καὶ τὰ νήπια καὶ τὰ κτήνη νηστεύειν ἠνάγκασαν, καὶ σποδὸν καὶ σάκκον περιεβάλλοντο, καὶ οὕτω τῆς δικαίας ὀργῆς τοῦ Θεοῦ ἀπηλλάγησαν.

Δακρύσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ἐξομολογησώμεθα ἕκαστος τὰ ἴδια πταίσματα · προσληψώμεθα πρὸς Θεὸν μεσίτους τοὺς ἁγίους, τούς τε ἄλλους καὶ κατεξαίρετον τὴν ὑπέραγνον Δέσποιναν, τὴν ταχεῖαν προστασίαν καὶ ἄμαχον · προσπέσωμεν αὐτῇ μετὰ δακρύων δεόμενοι.

Κυρία Δέσποινα, ἡ τὸν Θεὸν Λόγον ἐν γαστρί σου ὑπὲρ λόγον χωρήσασα, ἡ τὴν φύσιν ἡμῶν τῷ σῷ τόκῳ θεώσασα, ἡ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις τῷ τόκῳ σου μεσιτεύσασα, ἐλέησον τὸν λαόν σου, καὶ τὴν κληρονομίαν σου · σπλαγχνίσθητι ἐπὶ ταύτῃ τῇ πόλει σου, τῇ ἐν τῷ σῷ καυχωμένῃ ὀνόματι. Μεσίτευσον ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀναξίων δούλων σου, δυσώπησον τὸν μονογενῆ σου Υἱὸν ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις μακροθυμῆσαι πταίσμασι, καὶ λῦσαι τὴν καθ' ἡμῶν ταύτην δικαίαν ὀργήν, καὶ ταῖς νεφέλαις ἐπιτάξαι τὸν ὑετὸν ἐκομβρῆσαι συνήθως, καὶ τὸν αὐχμὸν διαλῦσαι, καὶ τῆς γῆς δροσίσαι τὸν καύσωνα. Ναί, Δέσποινα ἡ τοῦ κόσμου ἀνείληψις, ἐλέησον θηλάζοντα νήπια, γέροντας κεκμηκότας, πένητας πεφρυγμένους · μὴ ἐάσῃς ἡμᾶς ἀπολέσθαι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. Ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, τὸν καθαρὸν τοῦ βαπτίσματος χιτῶνα κατερρυπώσαμεν, τὰς Δεσποτικὰς ἐντολὰς ἠθετήσαμεν · ἀλλὰ κἂν ὀλισθαίνωμεν, οὐκ ἐπιστάμεθα Θεὸν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὸν μονογενῆ σου Υἱὸν, τὸν σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι δοξαζόμενον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

bamur. Considera enim patientiam Dei. Nos peccamus, et elementa multantur: nos offendimus, et terra punitur (22); malam nos **427** agimus vitam et inanima flagellantur; turpibus nostris facinoribus, injuriam Creatori facimus; et pœnam suscipiunt, quæ nihil peccaverunt: perinde ut si quis filio delinquente servum tormentis afficiat. Adeo bonum habemus Dominum, ita nos admonet, ut ad frugem bonam adducat; et arcum quidem minarum intendit, cohibet vero iracundiæ telum; non enim vult animæ nostræ mortem, sed conversionem, et pœnitentiam exspectat. Resipiscamus igitur, fratres, et quæ nos facere deceant, sentiamus, propitium nobis reddamus Dominum viscera misericordiæ habentem; ne pejores Ninivitis videamur. Illi enim gentiles, et infideles cum essent, simul ac a propheta de suæ civitatis eversione cognoverunt, talem pœnitentiæ suscepere modum, ut et infantes, et jumenta jejunare coegerint, et cinerem et saccum induerint, atque ita a justa Dei vindicta se liberarint.

Ploremus igitur et nos confiteamur propria unusquisque peccata; deprecatores ad Deum sanctos, conciliatoresque asciscamus, cum alios, tum vero præ cæteris sanctissimam Dominam eligamus; velox et inexpugnabile præsidium (23), provolvamur ejus genibus cum lacrymis deprecantes:

Domina nostra, quæ Verbum Deum in utero tuo supra naturæ rationem cepisti, quæ naturam nostram (24) tuo partu deificasti, quæ inter Deum et hominem tua prole sequestra es, miserere populo tuo, et hæreditati tuæ; flecte viscera misericordiæ tuæ erga hanc civitatem in tuo nomine gloriantem (25); intercede pro nobis indiguis servis tuis; pacem exposce, et exora unigenitum Filium tuum, ut toleret peccata nostra, et hanc contra nos juste concitatam iracundiam ponat: imperet nubibus ut consuetam nobis pluviam mittant, et squalorem hunc eximant, et irrigent terræ adustionem. Etiam Domina mundi recuperatio, miserere lactentes infantes, senes defatiscentes, pauperes tabescentes; ne sinas nos nostris criminibus interire. Peccavimus, injuste egimus, puram baptismi vestem commaculavimus, Domini præcepta contempsimus: verum et si prolapsi sumus, alium tamen non cognoscimus Deum, nisi Unigenitum tuum, qui cum Patre, et Spiritu sancto glorificatur in sæcula sæculorum. Amen.

Francisci Scorsi notæ.

(22) *Et terra punitur.* Καὶ τιμωρεῖται ἡ γῆ. Sequitur ad vocem πταίομεν in Gall. Et deinde alia sententia incipit: Φαῦλον βίον ζῶμεν ἡμεῖς καὶ μαστίζεται, etc. At in Panorm. ex his duabus una facta et permista erat Πταίομεν ἡμεῖς καὶ μαστίζεται τὰ ἄψυχα.

(23) *Velox et inexpugnabile præsidium.* Hoc vero elogium B. Virginis ipsa dignum episcopi pietate, non sine utriusque injuria omissum, in Panorm. restitui ex Gall. ubi Τὴν ταχεῖαν προστασίαν, καὶ ἄμαχον scriptum reperi.

(24) *Quæ naturam nostram.* Et hæc etiam ad majestatem B. Virg. pertinentia, Ἡ τὴν φύσιν ἡμῶν τῷ σῷ τόκῳ θεώσασα. *Quæ naturam nostram tuo partu sanctificasti*, restituta sunt ex eodem Gall.

(25) *Civitatem in tuo nomine gloriantem.* Ob imaginem B. Virginis ἀχειροποίητον non manufactam dictum potissimum arbitror a Theophane, Tauromenium in Virginis nomine gloriari: de quo vide not. 11, et Procem. 1, Isag., § 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ANNO DOMINI MCXLIII

NILUS DOXAPATRIUS

NOTITIA

(Cas. Oudin. De script. eccles. tom. II, p. 1180.)

—

Nilus seu Nicolaus cognomento Doxapatrius, Ecclesiæ Græcæ primum archimandrita, cujus locus natalium incertus atque ignotus est, factus postmodum notarius patriarchalis Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ et protoproedrus syncellorum, simul etiam nomophylax imperii Romanorum. Certe Panormi in Sicilia aliquandiu vixisse, ipse nobis testis est. Claruit anno 1144. Qui per epistolas a Rogerio Siciliæ rege monitus scripsit opusculum *De majorum patriarcharum sedibus*, quod postea, anno nempe prædicto, fusiori opere prosecutus est : in quo de quinque patriarchalibus thronis, iisque subjectis archiepiscopis, metropolitanis, episcopis, de patriarchalium sedium institutione, ordine et propriis nominibus luculenter agit. Ex hac patriarchatuum notitia, amplissima multa ac præclara sane fragmenta exhibet Leo Allatius *De concordia Ecclesiæ Orientalis et Occidentalis*, lib. I, capp. 2, 8, 9, 10, 12, 14, 16, 17, 24. Integrum autem librum ex codice Bonaventuræ Wulocanii recentiore manu anno 1631 descripto, Græce et Latine in lucem emisit Stephanus Le Moine tomo I *Variorum sacrorum*, pag. 211, Lugduni Batavorum anno 1685, in-4. Fallitur eximie Guillelmus Cavus dum annis centum hunc scriptorem antiquiorem quam fere fuerit, facit : asserens floruisse anno 1043 sæculi undecimi. Aliam habuisset mentem, si tantisper ad opus illius quod præ manibus habuit, attendisset. Illic enim ait diserte se hoc composuisse opusculum, ut ipse testatur, ἔτει, ,ςχνα', seu anno Græcorum Constantinopolitanorum 6651, id est anno Christi 1143. Sane Nilus Doxapatrius diserte ad annum 1143 relatus a Carolo du Fresne, domino du Cange, in *Indice auctorum* quem subjunxit ad calcem *Glossarii mediæ et infimæ Græcitatis*, col. 57 et 58, his verbis : *Nilus Doxapatrius archimandrita* de quinque patriarchalibus sedibus, *cujus libri excerpta varia describit Leo Allatius in libro* De consensu utriusque Ecclesiæ, pagg. 15, 160, 165, 167, 173, 195, 215, 239, 255, 409, 522, 532. *Vixit sub Rogerio rege in Sicilia anno* 1143. *Editus nuper a Stephano Le Moine* 1685. In editione omnium S. Athanasii Operum Parisiensi 1698, apud Anissonios, inter Vitas et Elogia S. Athanasii in Præludiis pag. ελχιν, Τοῦ Δοξαπάτρου qui manu codicem Basiliensem Operum Athanasii cujus meminimus scripsit, ἔπος in Arium *De laude Athanasii* in limine hujus codicis, editum a Petro Felckmanno Græce 1600 Heidelbergæ, et in editione Parisiensi 1698. Exstat etiam in ms. codice Græco historico bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, cod. 47, num. 2, ut habet Petrus Lambecius, tom. VIII Commentariorum hujus Bibliothecæ, pag. 457, his verbis : *Secundo* et quidem a fol. 125, pag. 1, usque ad fol. 153, pag. 1, *Nicolai notarii patriarchalis Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et protoproedri syncellorum, simul etiam nomophylacis imperii Romanorum, cognomine Doxapatri, Expositio in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha iambica, et alia ejus nonnulla carmina.* Inscribitur ea atque incipit hoc modo: Νικολάου τῆς Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας πατριαρχικοῦ νοταρίου, καὶ πρωτοπροέδρου Δόξα πατρὶ, ἐξήγησις τῶν τετραστίχων ἰαμβικῶν, παραινετικοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. Τὸ ἐπίγραμμα τῶν στίχων· Γρηγορίου πόνος εἰμὶ, τετραστιχίην δὲ φυλάσσων, etc. Quo finito Proœmio sequitur initium ipsorum *Tetrastichorum*. Γνώμη α'. Πρᾶξιν προτιμήσειας, ἢ θεωρίαν, etc. Expositio autem subjuncta incipit his verbis : Διττῆς οὔσης τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας, ἣν ὁ Χριστὸς καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν παραδεδώκασιν ἐν Εὐαγγελίοις, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἱεραῖς βίβλοις τῶν Πράξεων, καὶ τῶν Ἐπιστολῶν, καὶ τῆς μὲν πρακτικῆς οὔσης, τῆς δὲ θεωρητικῆς, etc. Plura de his *Tetrastichis* aliisque S. Gregorii Nazianzeni carminibus, vide tomo II. Operum illius, Parisiis a Frederico Morello 1611 Græce et Latine in-folio editorum : et quidem imprimis pag. 156, ubi ipsa illa *Tetrasticha* exstant. Et columna 1405, atque deinceps, ubi *Nicetæ Dadybrensis Commentarius in eadem Tetrasticha* Latine exhibetur, cum insertis Jacobi Billii scholiis. Sed de Nicolai istius Doxapatrii Expositione, quæ in præsenti ms. codice Cæsareo exstat, nulla prorsus ibi mentio fit, quia et Billio et Morello incognita fuit. » Bernardus de Montfaucon, monachus Benedictinus congregationis Sancti Mauri in Gallia, *Diarium Italicum* anno 1702 Parisiis apud Joannem Anisson in 4 edendum sategit, in quo plurima ad bibliothecas Italiæ spectantia continentur. Illic ergo capite 15 loquitur de monasterio et bibliotheca monachorum S. Basilii Græcorum Romæ. Quod quidem cœnobium perparvum, nulliusque antehac nominis, jam studio R. Patris Petri Mennitii, ordinis præfecti, festiva copia codicum Græcorum exornatur. Ille enim, quia in variis sibi subjectis monasteriis Calabriæ, codices istos, obsoleto pene Græce linguæ usu, jacere intactos neglectosque acceperat, imminenti jam exsilio subduxit, inque Urbem advehi in usum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

eruditorum curavit. Hæc cap. 15, pag. 210, enarrat, tum pag. 216, inter bibliothecæ hujus mss. codices, eminet unus de quo ita ille. « In codice XII sæculi membraneo Nomocanon Doxapatris, jussu Joannis Comneni imp. editus, ut ex titulo fides, nam sic habet : Νομοκάνονον σὺν Θεῷ περιέχον συνοπτικῶς ὅλους τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ ἑτέρων θεοφόρων Πατέρων, ἑρμηνευθὲν προτροπῇ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, παρὰ τοῦ λογιωτάτου διακόνου τῆς Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ νομοφύλακος τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας, πατριαρχικοῦ νοταρίου, καὶ πρωτοπροέδρου τῶν πρωτοσυγκέλων Δοξαπάτρη. Ibidem Νομοκάνονον bis occurrit descriptum, uti superius, ut nullum sit de lectione dubium. Præmissa sic verto : *Nomocanon, Deo favente, conscriptus, synopseos more complectens, canones omnes sanctarum et œcumenicarum septem synodorum, et sanctorum apostolorum atque magni Basilii, et aliorum deiferorum Patrum ; interpretatione donatus jussu piissimi imperatoris domini Joannis Comneni, opera eruditissimi diaconi Magnæ Dei Ecclesiæ, et nomophylacis (sive legum vindicis) imperii Romani, patriarchalis notarii, et protoproedri protosyncellorum, Doxapatris.* Deinde sequuntur canones cum explicationibus Doxapatris, videlicet.

1. Canones apostolorum numero 85.
2. Canones Nicæni numero 25.
3. Ancyranæ synodi canones 25.
4. Neocæsariensis canones 15.
5. Gangrensis 20.
6. Antiochenæ 25.
7. Laodicenæ 59.
8. Constantinopolitanæ 150. Patrum canones 8.
9. Ephesinæ synodi canones 9.
10. Chalcedonensis 30.
11. Sardicensis canones 21.
12. Carthaginensis 37.
13. Constantinopolitanæ de Agapio et Bagadio, canon 1.
14. Constantinopolitanæ in Trullo sextæ generalis, canones 102.
15. Nicænæ secundæ canones 22.
16. Constantinopolitanæ in templo Sanctorum Apostolorum πρώτης καὶ δευτέρας, primæ et secundæ, canones 17.
17. Constantinopolitanæ in templo Sanctæ Sophiæ, canones 3.
18. Sancti Basilii Magni, canones 91.
19. Tarasii Constantinopolitani Adriano papæ, canon 1.
20. Dionysii Alexandri canones 5.
21. Petri Alexandrini canones 14.
22. Gregorii Thaumaturgi canones 13.
23. Athanasii canones 5.
24. Gregorii Nysseni canones 8.
25. Timothei Alexandrini canones 15.
26. Theophili Alexandrini canones 14.
27. Cyrilli Alexandrini canones 7.
28. Ecclogii Alexandrini canon 1.
29. Gennadii Constantinopolitani canon 1.
30. Γραφὴ ἀπὸ ΚΠ. Μαρτυρίῳ ἐπ. Ἀντιοχείας. Rescriptum Constantinopoli ad Martyrium episcopum Antiochenum, canon 1.
31. Athanasii ad Rufinianum canon 1.
32. Sanctorum apostolorum canones 17
33. Sanctorum apostolorum Petri et Pauli canones 2.
34. Sanctorum apostolorum in communi, canones 2.
35. Τὰ κεφάλαια τοῦ χρυσοβούλλου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Ἰουστινιανοῦ · id est, capita sive canones bullæ Aureæ Justiniani, quæ est in Magna Ecclesia num. 6.
36. Τοῦ μεγάλου Βασιλείου περὶ τίτλου καὶ χρόνου ἁμαρτημάτων, Magni Basilii de titulo et tempore peccatorum, canones 27.
37. Cyrilli contra Nestorium canones 11.
38. Demetrii Cyziceni canones 3.
39. Petri Antiocheni canones 4. Primus canon Petri Antiocheni, qui num. 39 recensetur, sic habet : Πέτρου Ἀντιοχείας πρὸς τὸν Βενετίας. Γέγονε δὲ οὗτος ἐπὶ τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀλεξίου. Οὐδαμοῦ γέγραπται τὸν πρόεδρον Ἀκυληΐας, ἤτοι Βενετίας, πατριάρχην ὀνομάζεσθαι. ε' γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ πατριάρχας ἐγνώκαμεν, τὸν Ῥώμης, τὸν Κωνσταντινουπόλεως, τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων · ὡς γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον ε' αἰσθήσεσιν οἰκονομεῖται, οὕτω καὶ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, ὡς ὑπὸ πέντε αἰσθήσεων τῶν ε' θρόνων οἰκονομεῖται. Hoc est, *Petri Antiocheni contra Venetiarum episcopum, fuit autem (Petrus) tempore patriarchæ domini Alexii. Nusquam scriptum est Aquileiæ, sive Venetiarum, præsulem patriarcham esse vocandum. Nam quinque solum in orbe toto patriarchas novimus, Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Hierosolymitanum ; sicut enim corpus nostrum quinque sensibus regitur, eodem modo corpus Christi, sive Ecclesia fidelium, velut quinque sensibus, scilicet totidem thronis, dispensatur.*
40. Joannis monachi S. Basilii discipuli, canones 2.
41. Synodorum et Patrum canones 27.
42. Timothei Alexandrini.
43. Joannis Νηστευτοῦ seu Jejunatoris.
44. Septem synodorum œcumenicarum.
45. De nuptiis.

Deinde hæc sequuntur : *Erotemata Joannis monachi Sacri Montis. Euphemiani metropolitani Thessalonicensis solutiones capitibus* 12, *ad Gerasimum monachum Sacri Montis. Ejusdem, cui cognomen* Χοῦμνος, *Chumnus, ad eumdem Responsiones. Ex Novellis Justiniani quædam.* Reliqua mittimus codicis hujus ms. quæ recenset citatus Bernardus de Montfaucon pagg. 219 et 220, velut instituto nostro non convenientia. Sequitur in eodem codice *Theodori Studitæ encomium in sanctum Joannem evangelistam. Item quædam erotemata.* Agmen claudit *magni Basilii opus de sacra liturgia non contemnenda*, scripsit igitur hunc Nomocanonem Nilus Doxapatris seu Doxapatrius jussu Joannis Comneni imperatoris, atque eodem tempore scripserunt de eodem argumento alii duo ætatis ejusdem, Alexius Aristinus et Simeon Logotheta seu Metaphrastes dictus, de quibus nos hic eadem ætate agimus. Pluribus de hac quoque *Collectione canonum* agit idem Bernardus de Montfaucon libro I *Palæographiæ Græcæ*, c. 6, p. 62 et lib. IV, cap. 6, pag. 302, quam anno 1708 edendam curavit Parisiis in folio apud Ludovicum Guerin, viduam Joannis Boudot, et Carolum Robustel. Agunt de Nilo seu Nicolao Doxapatrio, præter Allatium locis citatis, Petrus Lambecius tomo VIII *Commentariorum Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis*, pag. 457, et in Catalogo scriptorum hujus tomi ; Guillelmus Cavus in *Historia scriptorum ecclesiasticorum*, sæculo XI

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad annum 1043, pag. 603, quem huc transtuli, errore excepto; Fredericus Spanhemius in Exercitatione historico theologica, *De perpetua in hunc diem dissensione Ecclesiæ Græcæ et Orientalis a Romana*, parte II, num. 22.

ΝΕΙΛΟΥ ΔΟΞΑΠΑΤΡΙΟΥ

ΤΑΞΙΣ

ΤΩΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΙΚΩΝ ΘΡΟΝΩΝ.

—

NILI DOXAPATRII

NOTITIA

THRONORUM PATRIARCHALIUM.

(Steph. Le Moine, *Varia sacra*, tom. I, p. 211. Lugd. Batav. 1685. 4.)

Commentarius concinnatus a Nilo Doxapatrio archimandrita, jussu nobilissimi magni regis Rogerii de quinque patriarchalibus thronis, et illis subjectis archiepiscopatibus, et metropolitatibus et qui metropolitatibus subduntur, episcopis, et diœcesibus uniuscujusque sedis patriarchalis. Et quomodo et quando patriarchici throni instituti sunt, et de eorum ordine, et propriis nominibus, et cujus locum teneant, concinnatus est anno 6651, indictione sexta.

A Σύγγραμμα γενόμενον παρὰ Νείλου ἀρχιμανδρίτου τοῦ Δοξαπατρίου κατὰ κέλευσιν τοῦ εὐγενεστάτου μεγάλου ῥηγὸς Ῥογερίου περὶ τῶν πέντε πατριαρχικῶν θρόνων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἀρχιεπισκοπῶν, καὶ μητροπόλεων, καὶ τῶν ὑπὸ τὰς μητροπόλεις ἐπισκοπῶν, καὶ τῶν ἐνορίων ἑκάστου πατριαρχικοῦ θρόνου, καὶ πῶς καὶ πότε συνέστη ἕκαστος πατριαρχικὸς θρόνος, καὶ περὶ τῆς τάξεως αὐτῶν, καὶ τῶν ἰδικῶν ἑκάστου ὀνομάτων, καὶ ποῦ λόγον ἐπέχουσι. Συνεγράφη δὲ ἔτει, ϛχνα', Ἰνδικτιῶνος ϛ'.

Perquam illustrissime domine mi, de eo quod ad me scripsisti argumento recordor me, cum in castro Panormo essem, ad tuam quæstionem rescripsisse, non ita tamen fuse, ut nunc postulasti. Nunc verò quæ a te poscuntur a pleraque sunt, indigentque scriptione exactiore et narratione. Propterea omni labore neglecto (hoc enim ex debito quod effugere nemo valet, tibi debetur, toto pectore ac animo explere, quidquid a tua præexcelsa eminentia mihi imponitur, et potissimum cum sancti Patris mei imperium accedat) conabor breviter uti potero, scriptione plana, atque aperta commissa mihi omnia complanare. Tale vero sit principium

Πανευγέστατε Αὐθέντα μου, περὶ ἧς μοι ἔγραψας ὑποθέσεως μέμνημαι, ὅτι ἐν τῷ καστελλίῳ Πανόρμῳ ὢν, ἔγραψα πρὸς τὴν σὴν ἀντίληψιν, πλὴν οὐχ οὕτω πλατύτερον, ὡς νῦν ἠρώτησας. Νῦν δὲ πάντα B εἰσι τὰ ἐρωτηθέντα καὶ χρεία λεπτοτέρας γραφῆς καὶ διηγήσεως. Διὰ τοῦτο καὶ παντὸς πόνου καταφρονήσας (τοῦτο γὰρ ἐκ χρέους ἐστὶν ἀπαραιτήτως ὀφειλόμενον, τὸ ὁλοψύχως ἐκπληροῦν τὸ παρὰ τῆς σῆς μεγαλυπερόχου ὑπεροχῆς ἐπιταττόμενόν μοι, μετὰ καὶ προτροπῆς τοῦ ἁγίου μου Πατρὸς), πειράσομαι διὰ βραχέων ὅσον τὸ κατὰ δύναμιν διὰ γραφῆς σαφοῦς παραστῆσαι πάντα τὰ ἐπιτεταγμένα μοι. Ἀρκτέον δὲ οὕτω.

Veteribus historicis et geographis sapientioribus in tres partes universus orbis divisus est, Asiam, Orientem nempe, Europam, Occidentem scilicet, et in Libyam. Quære autem unaquæque pars id sibi nomen asciverit, non est præsentis negotii dicere. Ex quatuor itaque ingentibus regnis, quæ prævaticinatus fuerat Daniel propheta duo in Asia fuerunt. Primum Babyloniorum et Assyriorum, et Medorum, et quod post hoc ultimum ortum habuit, Persarum:

Παρὰ τοῖς παλαιοῖς σοφοῖς ἱστορικοῖς τε καὶ γεωγράφοις εἰς τρία μέρη ἡ οἰκουμένη πᾶσα διῄρηται, εἰς Ἀσίαν, τὴν Ἀνατολὴν δηλαδὴ, εἰς Εὐρώπην, τὴν Δύσιν δηλονότι, καὶ εἰς τὴν Λιβύην. Δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ὠνομάσθη ἕκαστον μέρος, οὐ τοῦ παρόντος λέγειν καιροῦ. Αἱ οὖν τέσσαρες μεγάλαι βασιλεῖαι, ἃς προεῖρηκε προφήτης Δανιὴλ, αἱ μὲν δύο γεγόνασιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἡ πρώτη δηλαδὴ ἡ τῶν Βαβυλωνίων καὶ Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, καὶ ἡ μετ'

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτὴν δὲ ὑστέρα ἡ τῶν Περσῶν. Αἱ δὲ ἄλλαι δύο ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἡ τρίτη, δηλαδὴ ἡ τῶν Μακεδόνων, καὶ ἡ τετάρτη καὶ τελευταία, μείζων πάντων ἡ τῶν Ῥωμαίων. Γεγόνασι δὲ καὶ ἐν διαφόροις χώραις μέγισται βασιλεῖαι, καὶ τοπαρχίαι μερικαὶ, ὡς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις. Ἐπεὶ τοίνυν, τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννηθέντος ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Αὐγούστου Καίσαρος τοῦ πρώτου μοναρχήσαντος ἐν Ῥώμῃ, καὶ πᾶσαν ἀπογραψαμένου τὴν οἰκουμένην, καὶ μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν οἱ σοφώτατοι ἀπόστολοι ἅπασαν περιέδραμον τὴν οἰκουμένην, καὶ τὴν εὐσεβῆ καὶ ἀληθινὴν πίστιν εἰς ταύτην ἐκήρυξαν· ἔδει δὲ πάντως μὴ μέχρι τῆς αὐτῶν βιοτῆς τὰ τῆς πίστεως περιορισθῆναι, ἀλλὰ μέχρι συντελείας χρόνων αἰῶνος ταύτην ἀκλόνητον διαμεῖναι, καὶ συντηρῆσαι παρὰ τῶν τοὺς ἐκείνων διαδεξαμένων θρόνους· διὰ τοῦτο τὰς χώρας περιερχόμενοι ἐπισκόπους καθίστων ἐν ταύταις ἄνδρας ἱκανοὺς καὶ πιστοὺς, καὶ ἀξιοπίστους ἐπὶ πᾶσαν θεοπρεπῆ πολιτείαν. Τοίνυν καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Πέτρος, πρὸ τῶν ἄλλων ἐθνικῶν πόλεων πρώτων πιστευσάντων τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ τῆς Κοίλης Συρίας δηλαδὴ, προῆρχε δὲ αὕτη πασῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ Ἀνατολῇ πόλεων, Ἐκκλησίαν πηξάμενος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἐπίσκοπον ἐν αὐτῇ τὸν Εὔοδον χειροτονήσας ἀπεδήμησεν εἰς Ῥώμην τὴν βασιλίδα τότε πασῶν τῶν πόλεων, τὴν προκαθημένην πασῶν τῶν τῆς Εὐρώπης πόλεων, κἀκεῖ Ἐκκλησίαν πηξάμενος, καὶ τὸν Λίνον ἐν αὐτῇ ἐπίσκοπον καταστήσας· ὡς δέ τινές φασιν, ὅτι εὑρηκὼς τὸν Λίνον ἤδη προκαταστάντα παρὰ τοῦ ἁγίου Παύλου, καὶ τοῦτον ἀποδεξάμενος, μετὰ θάνατον τοῦ Λίνου, τὸν Ξίστον ἐπίσκοπον κατέστησεν, εἶτα μετ' ἐκεῖνον τὸν Κλήμεντα. Καὶ οὕτως ἐν τοῖς δυσὶ μέρεσι τοῦ κόσμου τῇ Ἀσίᾳ δηλαδὴ καὶ τῇ Εὐρώπῃ ἐν ταῖς προεχούσαις πόλεσι πρῶτος αὐτὸς ἐπισκοπήσας, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἄλλους καταστήσας, ἐφρόντισε καὶ τῷ ἑτέρῳ τρίτῳ μέρει τῆς οἰκουμένης τῇ Λιβύῃ ἐγκαταστῆσαι τινὰ ἐπίσκοπον. Καὶ δὴ ἐκ Ῥώμης στέλλει εἰς Αἴγυπτον, καὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν προκαθημένην πάσης Λιβύης, τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Μάρκον, ὅς, καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀφικόμενος, καὶ Ἐκκλησίαν πηξάμενος, πᾶσαν Λιβύην ἐφώτισεν. Ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι πανταχοῦ πορευόμενοι καὶ κηρύσσοντες ἐπισκόπους καθίστων ἐν ἑκάστῃ πόλει, εἰς ἣν περιήρχοντο. Τέως οὖν οἱ προέχοντες ἦσαν οἱ προειρημένοι τρεῖς, ὁ τῆς Ἀσίας, ἦγουν Ἀνατολῆς πάσης, ὁ Ἀντιοχείας, ὁ τῆς Εὐρώπης, ἦγουν τῆς Δύσεως, ὁ Ῥώμης, καὶ ὁ τῆς Λιβύης, ὁ Ἀλεξανδρείας, ὑφ' ἣν καὶ ἡ Παλαιστίνη πᾶσα, ἐν ᾗ τὰ Ἱεροσόλυμα· καὶ ἡ Παλαιστίνη γὰρ Λιβύη ἐστίν. Ἐν μέντοι τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπίσκοπος ἔμεινεν ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καταστὰς ἐκεῖσε, ὁ μακάριος ἀπόστολος Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος. Ἐτέλουν οὖν καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ὑπὸ τὴν Λιβύην.

A reliqua duo in Europa, tertium ordine Macedonum, quartum et ultimum et omnium quam maxime ingens Romanorum. Fuere etiam in aliis regionibus maxima regna et particularia dominia veluti in Ægypto, Hierosolymis, et aliis locis: verumtam en Domino et Salvatore nostro Jesu Christo nato anno quadragesimo secundo imperii Augusti Cæsaris, qui primus omnium et solus arbitrium orbis Romæ tenuit, et universum terrarum orbem descripsit, et post illius ascensionem in cœlos, cum apostoli sapientissimi totum orbem peragrassent, veram piamque fidem per eum divulgarunt; cum vero esset necesse eorum vitæ termino res fidei non circumscribi, sed ad consummationem usque sæculi eam inconcussam permanere et sic conservari ab eorum successoribus, propterea urbes circumeuntes, episcopos in illis creabant, viros sufficientes et fideles, et quos vitæ institutum divinum reliquis commendabant. Quapropter et magnus apostolus Petrus cum, ante alios gentiles, primi, qui Antiochiam tenebant quæ in Cœle-Syria est, credidissent, (præcellebat enim illa reliquis Asianis et Orientalibus urbibus) in ea Ecclesiam fundans, et loco sui in ipsa Evodo in episcopatum promoto, Romam eo tempore reliquarum urbium principem et præ aliis Europæ urbibus conspicuam, progreditur, ibique Ecclesiam erigens, Linum episcopum constituit. Alii narrant, ibidem Linum invenisse, antea a D. Paulo in episcopum promotum, eumque excepisse, post mortem Lini Xystum in episcopum promovisse, et post Syxtum Clementem. Et hac ratione in duabus partibus universi, Asia nempe et Europa, in primariis urbibus primus ipse episcopi munere functus, et sui loco alios instituens, in tertia quoque parte, Libya nempe, aliquem episcopum facere in animo fixit. Quare Roma mittit in Ægyptum et Alexandriam, universæ Libyæ civitatem primariam, Marcum apostolum et evangelistam, qui Alexandriam progressus, ibi fundata Ecclesia, omnem Libyam illuminavit. Sed et reliqui apostoli, quacunque gradientes et Evangelium annuntiantes, in singulis civitatibus, ad quas pervenire contigisset, episcopos creabant. Verum primas ante alios obtinebant tres prædicti; in Asia, Oriente nempe universo, Antiochenus; in Europa, Occidente scilicet, Romanus; et in Libya Alexandrinus, sub quo erat Palæstina omnis; in qua Hierosolyma locum habebat. Palæstina namque Libya est. Hierosolymis vero episcopus erat, qui a Domino ibi fuerat promotus, beatus Jacobus apostolus, frater Domini. Quare et Hierosolyma ipsa sub Libya erat.

Κατεῖχε μὲν οὖν ὁ Ῥώμης πᾶσαν τὴν Εὐρώπην μέχρι τῶν ὁρίων Μαζῶν, καὶ Γάλλων, Ἱσπανίας, Φραγγίας, καὶ τοῦ Ἰλλυρικοῦ μέχρι Γαδείρων καὶ Ἡρακλείων στηλῶν Ὠκεανοῦ ἔχων εἰς δυσμὰς ἡλίου,

Possidebat itaque Romanus Europam universam ad confinia usque Mazorum, et Gallorum, Hispaniæ, Franciæ, et Illyrici, usque ad Gadira et columnas Herculeas, Oceanum qui in occasum solis vergit,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in quo sunt demortuæ aquæ et paludosæ, et insula propre fines Oceani hominibus abundans, et est Christianorum uniuersa multitudo, usque ad Ravennam, Longobardos et Thessalonicam, et Sclavos, Abaros et Scythas ad Danubium fluvium ecclesiastica conflnia extendit, et Mancariam. Possidet et partem regionum occidentalium, partem Siciliæ et Calabriæ, in quibus perflant venti Septentrio, Paræas, Chobeus, Zephyrus, Occidentalis, et Libonotus, et totam plagam occidentalem usque ad Byzantium, et insulas omnes interjacentes, nempe Sardiniam, Siciliam, Cretam, Eubœam, et ipsam Majoricam, et Peloponesum, et Helladem universam et provincias ac civitates omnes Europæ, nec non Hispaniam et superiores Alpes, et quæ ultra has extenduntur, et insulas Britannicas usque ad occidentalem Oceanum et Gadira et columnas Herculeas; nec non inferiores Gallias, quæ Italiæ sunt, sive Lombardiam, quæ nunc dicitur Longibardia, et Apuliam, et Calabriam, et Campaniam omnem, item provinciam Byzaciæ, in qua est Carthago, et Mauritaniam, et Venetiam, et provincias, quæ ultra sinum Adriaticum sese effundunt nempe Pannoniam et totum Illyricum, Macedoniam et Thraciam, in qua est Byzantium, et quæ ultra sese extendunt regiones occidentales. Hæc omnia Romano subdebantur.

Antiochenus possidebat universam Asiam et Orientem, Indiamque ipsam, in quam ad hæc usque tempora catholicum ordinans mittit Romogyreos vocatum, et Persiam et Babylonem cui nunc nomen Bagda est, eo etiam mittebat Antiochenus catholicarum in urbem Irenupolim, Irenupoleos dictum, et Armenias, et Abasgiam et Iberiam, et Mediam, et Chaldæam, et Parthiam, et Elamitas, et Mesopotamiam. Habet itaque metropoles tredecim.

1. Tyri, quæ, sub se habet episcopatus 13.

2. Tarsis, quæ sub se habet episcop. 6.
3. Edesæ, quæ sub se habet episcop. 11.
4. Apameæ quæ sub habet episcop. 7.
5. Hierapoleos, quæ sub habet episcop. 9
6. Bostri, quæ sub se habet episcop. 20.
7. Azarbi quæ sub se habet episcop. 9.
8. Seleuciæ Isauriæ, quæ sub se habet episcop. 24.

9. Damasci, quæ sub se habet episcop. 11
10. Amidæ, quæ sub se habet episcop. 8.
11. Hagiopoleos, quæ sub se habet episcop. 5.

12. Daras, quæ sub se habet episcop. 10.
13. Emesæ, quæ sub se habet episcop. 4.

Habet præterea et alias metropoles, quæ sub se nullos habent episcopatus, aliis metropolitanis obnoxiæ, in dignitatem metropolitanam provectæ sunt, decretumque, ne aliis metropolitanis subderentur, sed tantum modo patriarchæ Antiocheno,

A ἐν ᾧ εἰσι νεκρὰ ὕδατα καὶ ἑλώδη, ἐν ᾧ νῆσος καὶ τὰ ἄκρα τῶν Ὠκεανοῦ πελαγῶν πολύανδρος Χριστιανῶν ἄπειρος πληθὺς ἄχρι Ῥαβέννης, Λαγγοβάρδων, καὶ Θεσσαλονίκης, Σκλάβων, καὶ Ἀβάρων, καὶ Σκυθῶν ἕως Δανουβίου ποταμοῦ τὰς ἐκκλησιαστικὰς ὁροθεσίας, καὶ Μαγκαρίας, καὶ μέρος τῶν ἑσπερίων, καὶ μέρος τῆς Σικελίας, καὶ Καλαβρίας, ἐν οἷς διαπλέουσιν οἱ ἄνεμοι Ἄρκτος, Παραίας, Χώβεως, Ζέφυρος, Δυτικὸς, καὶ Λιβόνοτος, καὶ ἅπαν τὸ δυτικὸν μέρος ἕως τοῦ Βυζαντίου, καὶ τὰς ἐν μέσῳ νήσους πάσας, οἷον Σαρδὼ, Σικελίαν, Κρήτην, Εὔβοιαν, καὶ αὐτὴν τὴν Μαϊόρικον. Καὶ ἡ Πελοπόννησος, καὶ ἡ Ἑλλὰς πᾶσα, καὶ αἱ ἐπαρχίαι καὶ χῶραι πᾶσαι τῆς Εὐρώπης, καὶ ἡ Ἱσπανία καὶ αἱ ἄνω Γαλλίαι, καὶ τὰ ἐπέκεινα Ἄλπεων, αἵ τε Βρεταννικαὶ νῆσοι
B ἕως τοῦ ἑσπερίου Ὠκεανοῦ, καὶ Γαδείρων, καὶ Ἡρακλείων στηλῶν, καὶ αἱ κάτω Γαλλίαι, αἵτινές εἰσιν αἱ Ἰταλίαι, ἤτοι ἡ Λομπαρδία, καὶ ἡ νῦν ἡ λεγομένη Λογγιβαρδία, καὶ Ἀπουλία, καὶ ἡ Καλαβρία, καὶ ἡ Καμπανία πᾶσα, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπαρχία Βυζακίας, ἐν ᾗ ἡ Καρθαγένα, καὶ ἡ Μαυριτανία, καὶ ἡ Βενετία, καὶ αἱ πέραν τοῦ Ἀδριατικοῦ κόλπου ἐπαρχίαι οἷον Παννονία, καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἅπαν, Μακεδονία καὶ Θρᾴκη, ὅπου τὸ Βυζάντιον, καὶ αἱ ἐπέκεινα Δυτικὰ ἅπαντα ὁμοίως ὑπὸ τῆς Ῥώμης ἐτύγχανον.

Πάλιν ὁ Ἀντιοχείας κατεῖχεν ἅπασαν τὴν Ἀσίαν καὶ Ἀνατολὴν, αὐτήν τε τὴν Ἰνδίαν, ὅπου καὶ ὡς
C τοῦ νῦν καθολικὸν χειροτονῶν στέλλει τὸν καλούμενον Ῥωμογύρεως, καὶ αὐτὴν τὴν Περσίαν, ἔτι καὶ αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα, τὴν νῦν καλουμένην Βαγδὰ, κἀκεῖ γὰρ ἔστελλεν ὁ Ἀντιοχείας καθολικὸν εἰς Εἰρηνούπολιν, τὸν λεγόμενον Εἰρηνουπόλεως, καὶ τὰς Ἀρμενίας, καὶ Ἀβασγίαν, καὶ Ἰβηρίαν, καὶ Μηδίαν, καὶ τὴν τῶν Χαλδαίων, καὶ Παρθίαν, καὶ Ἐλαμίτας, καὶ Μεσοποταμίαν. Ἐκεῖ οὖν μητροπόλεις σήμερον δεκατρεῖς.

α'. Τὴν Τύρου, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ἐπισκόπους ιγ'.

β'. Τὴν Ταρσοῦ, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ς'.
γ'. Τὴν Ἐδέσης, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ια'.
δ'. Τὴν Ἀπαμείαν, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ζ'.
ε'. Τὴν Ἱεραπόλεως, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν θ'.
D ς'. Τὴν Βόστριος, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν κ'.
ζ'. Τὴν Ἀζάρβου, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν θ'.
η'. Τὴν Σελευκίας Ἰσαυρίας, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν κδ'.
θ'. Τὴν Δαμασκοῦ, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ια'.
ι'. Τὴν Ἀμίδης, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν η'.
ια'. Τὴν Σεργίου πόλεως, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ε'.
ιβ'. Τὴν Δαρᾶς, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ι'.
ιγ'. Τὴν Ἐμέσης, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν δ'.

Ἔχει δὲ καὶ μητροπόλεις ἄλλας ἡ Ἀντιόχεια, μὴ ἐχούσας ὑφ' ἑαυτὰς ἐπισκόπους, αἵτινές εἰσι τὸν ἀριθμὸν ὀκτώ. Αὗται γὰρ ἐπισκοπαὶ ἦσαν πρότερον ὑποκείμεναι ἄλλαις μητροπόλεσιν, ἐτιμήθησαν εἶναι μητροπόλεις καὶ αὗται, καὶ ὑποκεῖσθαι οὐχὶ μητρο-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πολίταις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ πατριάρχῃ Ἀντιοχείας, καὶ εἶναι αὐτοκέφαλοι, ὡς αἱ λοιπαὶ μητροπόλεις. Διὸ καὶ διὰ τὸ εἶναι πρώην ἐπισκοπαὶ οὐκ ἔχουσιν ὑφ' ἑαυτὰς ἐπισκόπους, ὡς αἱ παλαιαὶ μητροπόλεις. Εἰσὶν οὖν αἱ ὀκτὼ αὗται μητροπόλεις· α'. Βηρυτοῦ· β'. Ἡλιουπόλεως, ἥτις ἀπεσπάσθη τοῦ θρόνου Δαμασκοῦ· γ'. Λαοδικείας· δ'. τῶν Σαμοσατῶν. ε'. Μαρτυροπόλεως· ς'. Μοψουεστίας· ζ'. Ἀδάνας· η'. Πομπηίου πόλεως. Ἔτι ἔχει ἡ Ἀντιόχεια καὶ ἀρχιεπισκοπὰς μεγάλας ὀκτώ· α'. τὴν Βέροιαν· β'. τὴν Χαλκηδόνα· γ'. τὴν Ἀγάβαλλα· δ'. τὴν Σελεύκειαν τῆς Πιερίας· ε'. τὴν Ἀνασάρθην, ἥτις καὶ Θεοδωρούπολις καλεῖται· ς'. τὴν Πάλτον· ζ'. τὴν Γαβολάν· η'. τὴν Βαλαάμαν. Ἔτι ἔχει καὶ ἀρχιεπισκοπὰς λιτὰς καὶ ἐλευθέρας πέντε· α'. τὴν Σαλαμίων· β'. τὴν Βέρκον· γ'. τὴν Ῥασᾶν· δ'. τὴν Ἀγάθην· ε'. τὴν Βαρκουσῶν. Αὗται μὲν πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι ὑπόκεινται τῷ θρόνῳ Ἀντιοχείας, διὰ τὸ καὶ πολλὰς ἐπαρχίας καὶ χώρας ἔχειν ὑφ' ἑαυτὴν, ὡς εἴπομεν. Πρὸς γὰρ τῇ Βαβυλῶνι καὶ τῇ Ἰνδίᾳ, καὶ τῇ Περσίᾳ, ἔχει τὴν ἐπαρχίαν τῆς Κοίλης Συρίας, τὴν πρώτην, ὅπου ἡ Ἀντιόχεια, καὶ τὴν δευτέραν, καὶ τὴν Κιλικίαν, καὶ τὴν Ἰσαυρίαν, τὴν καὶ ἐπαρχίαν Εὐφρατησίας, καὶ Ἁγιουπόλεως, καὶ τῆς Θεοδωριάδος τῆς Ὀσροηνῆς τῆς Μεσοποταμίας, ἤτοι τετάρτη Ἀρμενία, καὶ τὰ μεθόρια, καὶ τοὺς ὅρους Συρίας, καὶ Περσίας. Ἔτι δὲ καὶ ἑτέρας ἐπαρχίας διαφόρους, καὶ κλίματα οὐκ ὀλίγα. Κατεῖχε δὲ πρότερον ἕως τῆς Χαλκηδόνος τῆς ἀντίπερα τοῦ Βυζαντίου, τῆς νῦν Κωνσταντινουπόλεως, τῆς ἐν τῇ Προποντίδι, ὅπου καὶ τὸ λεγόμενον Δάμαλον. Ἵστατο γὰρ δαμαλὶς τις μαρμαρίνη ἐπάνω κίονος ἱδρυμένη. Κατεῖχεν οὖν καὶ ὁ Ἀντιοχείας ταῦτα πάντα.

et quemadmodum ubique metropoles, per se caput A essent, et quod ante erant episcopatus nullos sub se habent episcopos, quemadmodum antiquæ metropoles; et sunt numero octo: 1, Bariti; 2. Heliupoleos, quæ ex throno Damasci abscissa est; 3. Laodiceæ. 4. Samosatorum. 5. Martyropoleos; 6. Mopsuestæ; 7. Adanæ; 8. Pompeiupoleos. Adhuc etiam Antiochenus habet ingentes archiepiscopatus octo: 1. Berrœam; 2. Chalcedonem, 3. Agaballam; 4. Seleuciam Pieriæ; 5. Anasartham quæ et Theodorupolis dicitur; 6; Polton; 7. Gabulam; 8. Balaamam. Præter hos habet et alios archiepiscopatus tenues et liberos quinque: 1. Salamiani; 2. Bercum; 3. Rhason; 4. Agathem; 5. Barcusorum. Et hæ Ecclesiæ omnes throno Antiocheno subduntur, B quod plures provincias et civitates, ut jam diximus, sub se contineret. Namque præter Babylonem et Indiam et Persiam, habet etiam Cœlæ Syriæ provinciam primam, in qua Antiochia sita est, et secundam, et Ciliciam, et Isauriam, quæ est Euphratesiæ provincia est, et Hagiupoleos, et Theodoriadis Osroenæ Mesopotamiæ, sive quartam Armeniam et confinia loca et terminos Syriæ, et Persiæ, nec non et alias provincias et diversas, et regiones admodum multas: illiusque dominium diffundebatur usque ad Chalcedonem, quæ adversa est Byzantio, nunc Constantinopoli, in Propontide sitæ, in qua quod dicitur Damalium cernitur. Ibi enim Damalis bucula e marmore super columnam stabat. Hæc itaque omnia Antiochenus possidebat.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας κατεῖχεν ἅπασαν τὴν C Λιβύην, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, καὶ ἕως Μαρμαρικῆς, καὶ Ἀφρικῆς Τριπόλεως, καὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον καὶ αὐτὴν τὴν Παλαιστίνην, ἔνθα τὰ Ἱεροσόλυμα. Ἔχει οὖν καὶ οὗτος ἐπαρχίας διαφόρους, καὶ μητροπόλεις δεκατρεῖς· πρώτην ἐπαρχίαν, τὴν πρώτην Σταμνίκης, ἐν ᾗ πρώτη μητρόπλις τὸ Πηλούσιον ἔχουσα διαφόρους ἐπισκοπὰς, καὶ τὴν δευτέραν ἐπαρχίαν Σταμνίκης, ἐν ᾗ μητρόπολις δευτέρα ἡ Λεοντὼ, ἔχουσα διαφόρους ἐπισκοπὰς, καὶ τὴν πρώτην ἐπαρχίαν Αἰγύπτου, ἐν ᾗ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια, ἡ κεφαλὴ πασῶν, καὶ τὴν δευτέραν ἐπαρχίαν Αἰγύπτου, καὶ τὴν ἐπαρχίαν Ἀρκαδίας, ἐν ᾗ τρίτη μητρόπολις Ὀξύρυχος, ἔχουσα ἐπισκοπὰς διαφόρους, καὶ τὴν δευτέραν ἐπαρχίαν Θηβαΐδος, ἐν ᾗ πέμπτη μητρόπολις Πτολεμαΐς, ἔχουσα ὑφ' ἑαυτὴν ἐπισκοπὰς διαφόρους, καὶ τὴν ἐπαρχίαν Λιβύης, ἐν ᾗ αὕτη μητρόπολις Δαρικὼ, ἔχουσα ἐπισκοπάς τινας. Ἔτι ἔχει ἑτέραν μητρόπολιν ἡ Ἀλεξάνδρεια, καὶ ἑβδόμην τὴν Μάριαι, καὶ ὀγδόην τὴν Γονέσιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ στόματι τοῦ Νείλου. Ἑπτὰ γὰρ ἔχει στόματα ὁ Νεῖλος, ἐν οἷς πόλεις διάφοροι. Αὗται μὲν οὖν ὀκτὼ μητροπόλεις Ἀλεξανδρείας, ἔχουσαι καὶ ἐπισκοπὰς διαφόρους ὑφ' ἑαυτάς. Εἰσὶ δὲ λοιπαὶ πέντε μητροπόλεις αὐτῆς οὐκ ἔχουσαι ἐπισκοπὰς ὑφ' ἑαυτάς. Εἰσὶ δὲ αὗται ἡ Δαμιάτα, ἡ Σάτα, ἡ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, ἡ Φαρὰν, καὶ ἡ Ἄρη, ὁμοῦ

Alexandrinus etiam totam Libyam possidebat et Æthiopiam et Marmaricam, usque ad Tripolin Africanam, nec non universam Ægyptum et Palæstinam ipsam, in qua sunt Hierosolyma, habet itaque et ipse provincias varias et metropoles tredecim. Primam provinciam, primam Stamnicæ in qua prima metropolis est Pelusium, varios sub se habens episcopatus, et secundam provinciam Stamnicæ in qua est secunda metropolis Leonto, habens diversos episcopatus; et primam provinciam Ægypti, in qua Alexandria est, cæterarum caput; et secundam provinciam Ægypti, et provinciam Arcadiæ, in qua tertia est metropolis Oxyricus, habens sub se varios episcopatus, et secundam provinciam Thebaidis, in qua est quinta metropolis D Ptolemais, habens sub se episcopatus diversos, et provinciam Libyæ, in qua est metropolis Darinco, habens nonnullos episcopatus. Adhuc habet et aliam metropolin Alexandrinus, quæ fuerit septima Mariat et octavam Tonesim, in septimo Nili ostio sitam, septem enim ostiis Nilus in mare infunditur, in quibus variæ civitates jacent. Hæ itaque octo Alexandrini metropoles, quæ varios sub se episcopatus habent; quamvis sint et aliæ quinque nullis episcopatibus conspicuæ, nempe Damiata, Sata, maris Rubri, Pharan, Arc; omnes simul tredecim. Erant Alexandrino et alii throni diversi,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sed post Severi hæresim a Severianis subla i sunt, quemadmodum et ditio omnis Hierosolymitana ipsaque Hierosolyma, omnesque aliæ sedes quæ nunc sunt sub Hierosolymitano patriarcha; namque ut jam diximus universam Palæstinam possidebat, et alias provincias. Adhuc possidet provinciam Libyæ Pentapolitanam, et provinciam Tripolitanam Barbariæ. Ex quo lis, quæ inter Alexandrinum et Carthaginensem vertitur, dissolvitur. Binæ enim Tripoles sunt: una sub Oriente, et est decimus tertius episcopatus Tyri sub provincia Phœniciæ maritimæ; Tyrus vero est, ut antea scripsimus, prima Antiocheni metropolis, et hæc una Tripolis est. Altera est sub diœcesi Ægyptiaca, quæ et Libyca est, quæ dicitur Barbariæ, Alexandrino obnoxia, non ipsa primario, neque enim metropolis est, sed episcopatus uni Alexandriæ metropoli subjectus. Frustra itaque eam sibi vindicat Carthaginensis, qui præsidenti Europæ, Romano scilicet, subjicitur. Et hæc est Alexandrini, seu Libyæ throni diœcesis, et licet universus Oriens, Asia vocaretur, universus Occidens Europa, sunt nihilominus civitates proprium sibi nomen Asiæ vindicantes; veluti Ephesus, quæ in Thracesio est, et Smyrna, et reliquæ ibidem urbes, ut infra exponemus. Pari ratione etiam in occidente spectantur urbes, quæ proprie Europæ nomen sibi usurpant; ut Heraclea in Thracia, Constantinopoli proxima. Sic etiam et in Libya nonnullæ, proprie Libyæ nomen sibi adsciscunt, ut provincia Libyæ Pentapoleos, ut supra innuimus. Has autem generalia nomina proprie sibi usurpasse ob hanc causam existimo, quod inde unaquæque pars initium sibi sumat, Europæum ex Thracia, Asianum ex Thracesio et pari ratione Libycum ex Pentapoli.

Διὰ τοῦτο δὲ, ὡς οἶμαι, ἰδικῶς αὗται ἐχρήσαντο τοῖς γενικοῖς ὀνόμασι, διὰ τὸ ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι ἕκαστον μέρος, ἤγουν τὸ Εὐρωπαῖον ἐκ τῆς Θρᾴκης, καὶ τὸ Ἀσιανὸν ἐκ Θρᾳκησίου, ὁμοίως καὶ τὸ Λιβυκὸν ἐκ τῆς Πενταπόλεως.

Romanus vero, Alexandrinus, nec non Antiochenus, suas diœceses, modo quo diximus gubernabant, cum nullus auderet in alterius diœcesin pedem inferre, nec in ea ordinationes habere, nec quidquam aliud sacrum disponere, proprias diœceses unusquisque diviserunt in exarchos, metropolitanos, archiepiscopos et episcopos, cum haud fieri posset ut ipsi per se ipsos parochiis suis omnibus modum imponerent, et seligerent episcopos, et consecrarent, et res quærerent, jura dicerent, et pervestigarent propter itinerum longa intervalla. Propterea in eminentioribus provinciis et regionibus exarchos constituerunt, in aliis provinciis unum, in singulis metropolitanum; cum vero sub eadem provincia multæ civitates sint, unum quidem metropolitanum, ut jam diximus, in totius provinciæ spectabiliore urbe, quod illa veluti mater reliquarum urbium illius provinciæ esset, ideoque et præsulem in ea metropolitanum nuncupabant; in aliis vilioribus urbibus creabant episcopos. Si quæ vero essent urbes in eadem provincia, et magnitudine

δεκατρεῖς. Εἶχε δὲ καὶ Ἀλεξάνδρεια καὶ Ἄντιόχεια θρόνους πολλοὺς, ἀλλὰ μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν αἵρεσιν Σεβήρου καθηρπάγησαν ὑπὸ τῶν Σεβηριανῶν, ὥσπερ εἶχε καὶ τὴν διακράτησιν πᾶσαν Ἱεροσολύμων, καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ πάντες τοὺς θρόνους τοὺς νῦν τελοῦντας ὑπὸ τὴν ἐνορίαν τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων. Εἶχε γὰρ καὶ αὐτὴν τὴν Παλαιστίνην πᾶσαν τότε, ὡς προείπομεν καὶ ἄνω, ἐπαρχίας. Ἔτι κατέχει τὴν ἐπαρχίαν Λιβύης Πενταπόλεως, καὶ τὴν ἐπαρχίαν Τριπόλεως Βαρβαρίας, ὥστε ἐκ τούτου λύεται καὶ ἡ φιλονεικεία ἡ μέση τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ τοῦ Καρθαγένης. Δύο γὰρ Τριπόλεις εἰσὶν, ἡ μία ὑπὸ τὴν Ἀνατολὴν, ἥτις ἐστὶν τρισκαιδεκάτη ἐπισκοπὴ Τύρου ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν Φοινίκης παραλίας. Ἡ δὲ Τύρος, ὡς προεγράφη, πρώτη μητρόπολις Ἀντιοχείας. Αὕτη μὲν οὖν ἡ μία Τρίπολις. Ἄλλη Τρίπολις ὑπὸ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν τὴν καὶ Λιβυκὴν, ἡ λεγομένη τῆς Βαρβαρίας, ὑποκειμένη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ οὐκ αὐτὴ πρωτότυπος. Οὐ γάρ ἐστι μητρόπολις, ἀλλ' ἐπισκοπὴ ὑποκειμένη μιᾷ μητροπόλει ἐκ τῶν τοῦ Ἀλεξανδρείας. Μάτην οὖν ἐπιζητεῖ ταύτην ὁ Καρθαγένης, ὁ τῷ τῆς Εὐρώπης προκαθημένῳ ὑποκείμενος, οἷον τῷ Ῥώμης. Ἐν τούτοις καὶ τὰ τοῦ θρόνου Ἀλεξανδρείας, ἤτοι Λιβύης, πλὴν εἰ καὶ ἅπασα ἡ Ἀνατολὴ Ἀσία ἐκαλεῖτο, καὶ ἅπασα ἡ Δύσις Εὐρώπη. Ἀλλ' εἰσί τινες χῶραι τῆς Ἀνατολῆς, αἵτινες ἰδικῶς χρῶνται τῷ τῆς Ἀσίας ὀνόματι, ὡς ἡ Ἔφεσος ἡ ἐν τῷ Θρᾳκησίῳ, καὶ ἡ Σμύρνα, καὶ ἐκεῖναι πᾶσαι πόλεις ὡς ἐξῆς δηλώσομεν. Ὁμοίως εἰσὶ καὶ ἐν τῇ Δύσει χῶραι, αἵτινες χρῶνται τῷ τῆς Εὐρώπης ὀνόματι, ὡς Ἡράκλεια ἡ ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἡ πλησίον Κωνσταντίνου πόλεως. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς Λιβύης εἰσί τινες χῶραι ἰδικῶς τῆς Λιβύης καλούμεναι, ὡς ἡ ἐπαρχία Λιβύης Πενταπόλεως, ὡς προεγράψαμεν.

Διῴκει δὲ ἡ Ῥώμη, καὶ Ἀλεξάνδρεια, καὶ ἡ Ἀντιόχεια τὰς ὑφ' ἑαυτὰς ἐνορίας οὕτω· μηδενὸς τολμῶντος τῶν τριῶν ἐπεμβαίνειν εἰς τὰς ἀλλήλων ἐνορίας, μήτε χειροτονεῖν, μήθ' ὅλως διοικεῖν ἱερατικὸν διῃρέσαντο καθ' ἕνα τὰς ἐνορίας αὐτῶν εἰς ἐξάρχους, εἰς μητροπόλεις, εἰς ἀρχιεπισκόπους, καὶ εἰς ἐπισκόπους· ἐπεὶ γὰρ ἀδύνατον ἦν αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν τὰς πάσας ἐνορίας ἑαυτῶν διοικεῖν, καὶ ἡγρίζεσθαι τοὺς ἐπισκόπους, καὶ χειροτονεῖν, καὶ ἐξετάζειν, καὶ δικάζειν, καὶ ἐρευνᾶν διὰ τὸ τῆς ὁδοῦ πολὺ μῆκος· διὰ τοῦτο ἐν μὲν ταῖς προεχούσαις ἐπαρχίαις καὶ χώραις ἐποίησαν ἐξάρχους, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις ἐν μιᾷ ἑκάστῃ ἕνα μητροπολίτην· ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν πολλαὶ πόλεις εἰσὶν, ἕνα μὲν ἐποίουν μητροπολίτην, ὡς εἴρηται, τὸν ἐν τῇ κρείττονι πόλει τῆς ὅλης ἐπαρχίας, διὰ τὸ μητέρα ταύτην ὡσανεὶ εἶναι τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν πόλεων· διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ἀρχιερέα μητροπολίτην ἐκάλουν· ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ταῖς ἥττοσι πόλεσιν ἐποίουν ἐπισκόπους. Εἰ δέ τινες ἦσαν πόλεις ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ καὶ αὐταὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μέγισται, καὶ μικρὸν ἀποπίπτουσαι τῆς πρώτης, ἐποίουν ταύτας ἀρχιεπισκοπάς· αἵτινες οὐκ εἶχον ἐπισκοπὰς ὑφ' ἑαυτάς· δύο γὰρ μητροπόλεις γίνεσθαι ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ ἀδόκιμον ἐκρίθη, εἰ μή που ὕστερον εἰς βασιλικὴν φιλοτιμίαν ἀποσπασθῇ τις ἐπισκοπὴ ἀπό τινος μητροπόλεως, καὶ τιμηθῇ μητρόπολις παρὰ τοῦ βασιλέως, ἢ ἀρχιεπισκοπὴ διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐπισκόπου. Καὶ αὕτη γὰρ καλεῖται μητρόπολις, εἰ καὶ μὴ ἔχει πόλεις ἄλλας ὑφ' ἑαυτὴν καὶ ἐπισκοπὰς, ὧν ἔσται μητρόπολις. Οἱ μὲν οὖν ἔξαρχοι τῶν ἐπαρχιῶν εἶχον τάχα ὑφ' ἑαυτοὺς τοὺς μητροπολίτας, καὶ ἐχειροτόνουν τούτους, ὁμοίως καὶ τοὺς ἀρχιεπισκόπους, καὶ ἐδίκαζον αὐτούς. οἱ δὲ μητροπολῖται τοὺς ὑπὸ τὰς αὐτῶν ἐπαρχίας ἐπισκόπους. Οἱ δὲ ἔξαρχοι ὑπέκειντο ἕκαστος τῇ οἰκείᾳ κεφαλῇ, καὶ τῷ μείζονι θρόνῳ. Πάντες δὲ οὗτοι, οἵ τε ἔξαρχοι, οἵ τε μητροπολῖται, οἵ τε ἀρχιεπίσκοποι, καὶ οἱ ἐπίσκοποι ὑπέκειντο τῷ μείζονι ἕκαστος θρόνῳ· καὶ εἰ ἀπηρέσκοντο ταῖς κρίσεσι τῶν ἐξάρχων οἱ μητροπολῖται ἢ οἱ ἀρχιεπίσκοποι, καὶ τῶν μητροπολιτῶν οἱ ἐπίσκοποι, ἀνεκλήτευον οἱ μὲν εἰς τὰ μείζονα, οἱ δὲ ἐπίσκοποι εἰς τὸν ἔξαρχον, κἀκεῖθεν ὡς τὸν μείζονα καὶ εἰ τοῦτο ἤθελον. Τέως δὲ ὡς ἔξαρχοι ἐκαλοῦντο καὶ ἀρχιεπίσκοποι.

A praestantes, et a prima illa parum differentes, in illis archiepiscopos constituebant, qui nullos sub se episcopos habebant. Siquidem duos in eadem provincia metropolitanos esse haud probatum est; nisi postea imperatoria liberalitate episcopatus quispiam a sua metropoli excisus, in metropolis dignitatem assumptus fuerit; vel archiepiscopatus propter episcopi, qui tunc vivebat, praestantiam, et haec quidem metropolis dicitur, licet nullas alias urbes sub se habeat, aut episcopatus, quorum metropolis fuerit. Exarchi itaque provinciarum sub se, ut videtur, metropolitanos habebant, eosque ordinabant, similiter et archiepiscopos, quibus jura dicebant, metropolitani vero subditos sibi in ea provincia episcopos. Exarchi omnes proprio capiti, B et superiori throno obnoxii erant. Omnes itaque hi exarchi metropolitani, archiepiscopi et episcopi superiori throno subdebantur. Et si exarchorum judicia metropolitanis aut archiepiscopis, et metropolitanorum episcopis non probabantur, hi quidem ad suprema appellabant, episcopi ad exarchum, indeque, si id adlibuisset, ad majorem: nempe etiam exarchi vocabantur archiepiscopi.

Ῥητέον λοιπὸν πῶς αἱ τρεῖς αὗται μεγάλαι Ἐκκλησίαι διῴκουν τὰς ὑφ' ἑαυτὰς πάσας Ἐκκλησίας, ἤγουν ἡ Ῥώμη, ἡ Ἀλεξάνδρεια, καὶ ἡ Ἀντιόχεια, καὶ πῶς ἰσότιμοι αὐταῖς γεγόνασι καὶ αἱ λοιπαὶ δύο Ἐκκλησίαι, ἡ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως καὶ ἡ τῆς Αἰλίας, ἤτοι τῶν Ἱεροσολύμων. Αἰλίαι γὰρ ἐκλήθησαν ὕστερον τὰ Ἱεροσόλυμα ἐκ τοῦ Αἰλίου Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος Ῥώμης. Οὗτος γὰρ ὕστερον πάλιν μετ' Οὐεσπασιανὸν, καὶ Τίτον πορθήσας τὰ Ἱεροσόλυμα διὰ τὸ πάλιν στασιάσαι τοὺς Ἰουδαίους, θυμωθεὶς, αὐτούς τε διεσκόρπισεν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, εὐώνως πωλήσας αὐτοὺς, καὶ τὸν καθένα προστάξας πωλεῖσθαι ἐπ' ὀλίγῃ κριθῇ, καὶ τὴν πόλιν ἀνασκάψας, καὶ τὸν ναὸν, ἀνῳκοδόμησε τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, καὶ τὸν ναὸν, ὅπου καὶ τὸ οἰκεῖον εἴδωλον ἔστησεν εἰς προσκύνησιν, τὸ ὄντως βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, καὶ προσέταξε τοῦ λοιποῦ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὠνόματος τὴν πόλιν καλεῖσθαι Αἰλίαν.

Dicendum est praeterea quomodo hae tres magnae Ecclesiae, Romana nempe, Alexandrina, et Antiochena omnes quae sub se erant Ecclesias gubernabant, et quanam ratione pares in dignitate aliae duae ecclesiae Constantinopolitana et Æliana sive Hierosolymitana, factae sint. Ælia namque postmodum ex Ælio Adriano Romano Caesare dicta est. Hic enim post Vespasianum et Titum expugnatis Hierosolymis quod denuo Judaei rebellassent, ira percitus, eosdem per omnem terram dissipavit, vili pretio eos divendens cum singulis hordei parvam mensuram pretium statuisset, et eversa urbe ac templo, sub proprio nomine urbem ac templum reaedificavit. In templo proprium simulacrum, ut adoraretur, quod sane fuerat abominatio desorationis, apposuit, indeque institutum ut proprio nomine in posterum urbs Ælia nuncuparetur.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐτιμήθη καὶ ὁ θρόνος Ἱεροσολύμων ἀποσπασθεὶς τῆς ἐνορίας, καὶ ἐξουσίας Ἀλεξανδρέων, καὶ γέγονεν αὐτοκέφαλος, καὶ κεφαλὴ, καὶ ἰσότιμος τοῖς τρισὶ θρόνοις. Ἦλθεν ἐτάχθη μετὰ τὸν Ἀντιοχείας τιμᾶσθαι, καὶ ἀναφέρεσθαι, καὶ καθῆσθαι. Ἐκλήθη δὲ καὶ πατριάρχης καὶ αὐτὸς ὁ Ἱεροσολύμων, καίτοι πρότερον ἐπίσκοπος ὢν τοῦ Καισαρείας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ· ἡ γὰρ Παλαιστίνη εἶχε μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν, ὑφ' ᾗ ἐτέλει τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπισκοπὴ οὖσα αὐτῆς. Εἶχε δὲ καὶ ἑτέρας μητροπόλεις ἐχούσας ὑφ' ἑαυτὰς διαφόρους ἐπισκοπὰς, ἤγουν δευτέραν τὴν Σκυθόπολιν, ἤτοι Βασὰν, τρίτην τὴν Πέτραν, τετάρτην τὴν Βόστρην, ἤτοι Ἀραβίαν. Ἔχει δὲ καὶ αὐτοκεφάλους ἐπισκοπὰς εἰκοσιπέντε, μὴ ἐχούσας ὑφ' ἑαυτὰς ἐπισκοπὰς, ὑπόκεινται δὲ τῷ θρόνῳ τῶν Ἱεροσολύμων, α'. τὴν Διοσπόλεως, ἤτοι

Postea thronus Hierosolymitanus ex diœcesi ac potestate Alexandrini avulsus, in dignitatem elatus, per se caput aliarum Ecclesiarum exstitit et tribus aliis thronis facultate par sancitum nihilominus est post Antiochenum honore frui, et referri in diptychis, et sedem occupare. Nomenque sibi patriarchae Hierosolymitanus habuit, licet antea episcopus esset sub Caesariensi Palaestinae, cum illius metropolis Caesarea esset, et Caesarae Hierosolyma, tanquam quae Caesareae episcopatus erat, subderentur. Habuit vero et alias metropoles quae varios episcopatus sub se habebant, nempe secundam Scythopolim sive Basan, tertiam Petram, quartam Bostram, sive Arabiam. Habet praeterea et archiepiscopatus, nemini obnoxios, viginti quinque nullis episcopatibus nobiles, et qui subjacent throno Hierosolymitano.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

1. Diospolim, sive Georgiupolim, 2. Ascalonem, 3. Joppem; 4. Gazam; 5. Anthedonem; 6. Diocletianupolim, 7. Eleutheropolim, 8. Neapolim, 9. Sebastem, 10. Jordanem, 11. Tiberiadem, 12. Diocæsaream, 13. Maximianupolim, 14 Capetoliadem, 15. Myrum, 16. Gardarum, 17. Nazaret, 18. Thaborium montem, 19. Cyriacupolim, 20. Adriam, 21. Gabalam, 22. Æliam, 23. Pharas, 24. Helenupolim, 25. Montem Sina; et sic quatuor hæc ingentia capita permanserunt, Romanus, Alexandrinus, uterque papa vocatus, tum Antiochenus, tum Hierosolymitanus, uterque patriarcha nuncupatus. Communi utique nomine episcopi, et pontifices, Patres vocabantur, sive illi majores, sive minores. Sed adepti sunt tres primi patriarchæ dici papæ, patres scilicet. Papa enim notat Patrem. Sed et archiepiscopi dicuntur. Nihilominus ex usu antiquo id obtinuit, Romanum peculiariter dici Papam. Similiter et Alexandrinum papam. Antiochenum vero patriarcham, quapropter ad hunc diem Antiochenus patriarcha nuncupatur totius Orientis. Ita enim mos ex principio invaluit. Vocatus est etiam patriarcha et ipse Hierosolymitanus licet episcopus esset sub Cæsarea in Palæstina. Ait itaque sextus canon sanctæ et œcumenicæ primæ synodi Nicænæ: « Antiquæ consuetudines suum habeant robur, quæ sunt in Ægypto, Libya, et Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat facultatem, quandoquidem et Romanus episcopus id suevit. Similiter et in Antiochia et aliis provinciis privilegia conserventur Ecclesiis. » In universum vero illud patet omnibus, si quis renuente metropolita episcopus factus fuerit, hunc eumdem magna synodus decrevit non esse episcopum. Septimus autem ejusdem synodi canon de Æliæ Hierosolymorum episcopo hæc habet: « Cum consuetudo invaluerit, et traditio antiqua, Æliæ episcopum honore esse, habeat honoris ordinem, servata metropoli propria dignitate. » Quid porro hoc est? Cæsarea, ut præsignificatum est, erat Palæstinæ metropolis, et possidebat episcopatum Hierosolymorum. Hoc itaque ait canon: « Non propterea quod Hierosolyma in patriarchatum provecta sunt, illa proprio honore minuetur, et a metropoli in episcopatum decidet, sed hac etiam ratione manebit metropolis: verumtamen sub Hierosolymitano patriarcha. Consecrabit vero, ut antea Cæsariensis patriarcham Hierosolymitanum, et nulla re innovata, eadem metropolis sua potietur dignitate; cum et Constantinopolitanum Heracleensis in Thracia Europæ metropolita in patriarcham promoveat, quod Heracleæ episcopatus erat Byzantium, et ipse Heracleensis ordinabat Byzantinum episcopum, ubi postea Constantinopolis exædificata est. » Propter hunc igitur canonem Heraclensis consecrat. Sed de his infra statim dicemus, cum de throno Constantinopolitano sermo incidet, quando et ille in patriarchatum promotus sit, !

A Γεωργίου πόλεως · β'. τὴν Ἀσκάλωνος · γ. τὴν Ἰόππης · δ'. τὴν Γάζης · ε'. τὴν Ἀνθηδόνος · ς'. τὴν Διοκλητιανουπόλεως · ζ'. τὴν Ἐλευθεροπόλεως · η'. τὴν Νεαπόλεως · θ'. τὴν Σεβαστῆς · ι'. τὴν Ἰορδάνου · ια'. τὴν Τιβεριάδος · ιβ'. τὴν Διοκαισαρείας · ιγ'. τὴν Μαξιμιανουπόλεως · ιδ'. τὴν Καπετωλιάδος · ιε'. τὴν Μύρου · ις'. τὴν Γαδάρου · ιζ'. τὴν τῆς Ναζαρέτ · ιη'. τὴν Θαβωρίου ὄρους · ιθ'. τὴν Κυριακουπόλεως · κ'. τὴν Ἀδρίας · κα'. τὴν Γαβάλων · κβ'. τὴν Αἰλίας · κγ'. τὴν Φαρᾶς · κδ'. τὴν Ἑλενουπόλεως · κε'. τὴν τοῦ ὄρους Σινᾶ. Ἔμειναν οὖν αἱ τέσσαρες μεγάλαι αὗται κεφαλαί, ὁ Ῥώμης, ὁ Ἀλεξανδρείας, πάπας ἑκάτερος ὀνομασθείς, εἶτα ὁ Ἀντιοχείας, εἶτα ὁ Ἱεροσολύμων, πατριάρχαι ἑκάτεροι ὀνομαζόμενοι. Κοινῷ μὲν οὖν ὀνόματι πάντες ἐπίσκοποι καὶ ἀρχιερεῖς καὶ πατέρες καλοῦνται εἰ μείζους εἴτε ἥττους, ἀλλὰ ἐκληρώσαντο οἱ μὲν τρεῖς πρῶτοι πατριάρχαι λέγεσθαι πάπας, ἤγουν πατέρες· πάπας γὰρ ἑρμηνεύεται πατήρ· ἀλλὰ καὶ ἀρχιεπισκοποιλαχθήσονται· πλὴν ἔσχεν ἐξ ἔθος παλαιὸν ὁ μὲν Ῥώμης ἰδικῶς καλεῖσθαι πάπας, ὁμοίως καὶ Ἀλεξανδρείας πάπας· ὁ δὲ καὶ Ἀντιοχείας πατριάρχης ἀναγορεύεται πάσης τῆς Ἀνατολῆς, κατὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς κρατῆσαν ἔθος. Ἐκλήθη δὲ καὶ πατριάρχης ὁ τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τοῦ πρότερον ἐπίσκοπος ὢν τοῦ Καισαρείας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ. Φησὶν οὖν ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Νικαίᾳ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου, « Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπεὶ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις. » Καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ ἕβδομος κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου περὶ τοῦ Αἰλίας, ἤτοι Ἱεροσολύμων, φησίν· « Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε, καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν Αἰλίας ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ ἰδίου ἀξιώματος. » Τί δέ ἐστι τοῦτο; Ἡ Καισάρεια, ὡς δεδήλωται, μητρόπολις ἦν τῆς Παλαιστίνης. Εἶχε δὲ ἐπισκοπὴν τὰ Ἱεροσόλυμα. Τοῦτο οὖν φησιν ὁ κανών, ὅτι « Οὐ διὰ τὸ γενέσθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ πατριαρχεῖον, διὰ τοῦτο ἐλαττωθήσεται ἐκείνη τῆς οἰκείας τιμῆς, καὶ ἐπισκοπὴ γενήσεται ἀπὸ τοῦ εἶναι μητρόπολις ἐκπεσοῦσα, ἀλλὰ μένει καὶ οὕτω μητρόπολις, ἀλλ' ὑπὸ τῷ πατριάρχῃ τῶν Ἱεροσολύμων. Χειροτονήσει δὲ, ὡς καὶ πρότερον, αὐτὸς ὁ Καισαρείας τὸν πατριάρχην Ἱεροσολύμων, καὶ ἕξει τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα αὐτὴ ἡ μητρόπολις ἀκηνοτόμητος · ἐπεὶ καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὁ ἐν τῇ Θρᾳκικῇ Ἡρακλείᾳ τῆς Εὐρώπης μητροπολίτης χειροτονεῖ πατριάρχην. Διότι τὸ Βυζάντιον ἐπισκοπὴ ἦν τοῦ Ἡρακλείας, καὶ αὐτὸς ὁ Ἡράκλειας χειροτόνει τὸν Βυζαντίου ἐπίσκοπον ὅπου ἡ Κωνσταντινούπολις ἐκτίσθη ὕστερον. » Διὰ τὸν προγραφέντα οὖν κανόνα χειροτονεῖ πάλιν ὁ Ἡράκλειας τὸν Κωνσταντινουπόλεως. Ἀλλὰ περὶ τούτου ἐξῆς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὅσον οὔπω δηλωθήσεται ὅταν περὶ τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως; λέξωμεν, πῶς ἐτιμήθη καὶ αὐτὸς εἶναι πατριαρχεῖον.

Εἰσὶ δὲ ἐπαρχίαι τινὲς αἳ οὐ τελοῦσι ὑπὸ τῶν μεγίστων θρόνων, ὥσπερ καὶ ἡ νῆσος Κύπρος, ἡ ἔμεινεν αὐτοκέφαλος· παντελῶς, καὶ μηδενὶ θρόνῳ τῶν μεγίστων ὑποκειμένη, ἀλλ' αὐτεξούσιος οὖσα διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐν αὐτῇ τὸν ἀπόστολον Βαρνάβαν ἔχοντα ἐπιστήθιον τὸ κατὰ Μάρκον ἅγιον Εὐαγγέλιον. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ ἐπισκοπαὶ δεκατρεῖς, ὧν πρωτεύει ἡ λεγομένη Κωστάντα· αἱ δὲ λοιπαὶ Κίτιον, Ἀμαθοῦς, Κύριον, Πάφοι, Ἀρσενόη, Σόλοι, Λάπιθος, Κυρηνία, Ταμασός, Κύθρης, Τριμιθοῦς, Κάρπασος.

A Sunt vero quædam provinciæ quæ non pendent a majoribus thronis quemadmodum et insula Cyprus mansit sui juris nullique patriarcharum throno subjecta, sed libera: quod in ea repertus sit Barnabas apostolus in pectore habens Evangelium secundum Marcum. Sunt in ipsa episcopatus tredecim quorum primus est Constantia, reliqui, Citium, Amathus, Curium, Paphos, Arsenoe, Soli, Lapithus, Cyrenia, Tamasus, Cythris, Trimithus, Carpasus.

Ὁμοίως τῇ Κύπρῳ ἐστὶν αὐτοκέφαλος μὴ ὑποκειμένη τινὶ τῶν μεγίστων θρόνων, ἀλλ' αὐτεξούσιος ἀγομένη, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων χειροτονουμένη, καὶ ἡ Βουλγαρία, μὴ οὖσα ἐξ ἀρχῆς Βουλγαρία· ὕστερον δὲ διὰ τὸ αὐτὴν ὑπὸ τῶν Βουλγάρων κυριευθῆναι λέγεται Βουλγαρία. Ἔμεινεν οὖν καὶ αὐτὴ αὐτοκέφαλος διὰ τὸ ὑπὸ βασιλικῆς ἐξουσίας ἀποσπασθῆναι τῆς χειρὸς τῶν Βουλγάρων, ἤτοι τοῦ βασιλέως Κύρου βασιλείου τοῦ Πορφυρογενήτου, καὶ μὴ ἀνατεθῆναί ποτε τῇ Ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως. Διὸ καὶ ἕως τοῦ νῦν ἡ Κύπρος καὶ ἡ Βουλγαρία ὑπὸ μὲν τοῦ βασιλέως λαμβάνουσιν ἐπισκόπους. Χειροτονοῦνται δὲ οὗτοι ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, ὡς εἴρηται, καὶ καλοῦνται ἀρχιεπισκοπαί, ὡς αὐτοκέφαλοι. Ἔχει δὲ καὶ ἡ Βουλγαρία ἐπισκοπὰς πλείους τῶν τριάκοντα, ὧν ὑπερκάθηται καὶ πόλις Ἀχρὶς ἐν τούτοις. Καὶ τὰ περὶ τούτων.

B Æque ac Cyprus sui juris est, nulli ex maximis sedibus subjecta, sed libere se gubernans, et a propriis episcopis ordinationes accipiens Bulgaria, quæ a principio Bulgaria non erat; sed cum postea a Bulgaris fuisset occupata, Bulgaria nomen sibi ascivit. Remansit itaque et ipsa sui juris, quod ductu auspicioque imperatoris Basilii Porphyrogenetæ, a Bulgarorum manibus fuisset erepta, et nunquam Ecclesiæ Constantinopolitanæ supposita. Quapropter ad hæc usque tempora Cyprus et Bulgaria ab imperatore quidem accipiunt episcopos, ordinantur vero hi propriis episcopis, ut dictum est, vocanturque archiepiscopatus, tanquam qui sui juris sunt. Habet vero Episcopatus Bulgaria triginta et amplius, quorum primatum obtinet Achris. Et hæc quidem de his.

Joan. Bapt. Cotelerii notæ.

(13) *Κατὰ τὸν Θεοφόρον Ἰγνάτιον, ἀρκεῖ εἰς συγχώρησιν.* Nihil tale legitur in epistolis S. Ignatii. Sed a Chrysostomo hom. 11, *in Epist. ad Ephes.*, ubi contra schisma disserit, similia proferuntur tanquam viri cujusdam sancti, cujus nomen non apponitur. Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος, inquit beatus doctor, εἰπέ τι δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρτίαν; *Dixit autem vir quidam sanctus quiddam quod magnam præ se fert audaciam; sed tamen est elocutus. Quid hoc est autem? Dixit ne sanguinem quidem martyrii posse delere hoc peccatum.* Quibus satis respondent ista S. Cypriani, *De unitate Ecclesiæ: Tales* (qui extra Christi Ecclesiam colliguntur) *etiamsi occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis et gravis culpa discordiæ, nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est.*

Impia martyribus odia reputantur in ignem:
Distruitur martyr cujus est confessio talis:
Expiari malum nec sanguine fuso docetur.

Commodianus, instruct. 47: Loca S. Augustini missa facio.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Συσταθὲν δὲ καὶ ἀνακαινισθὲν παρὰ χαριστικαρίου (14) μοναστήριον, οὐκ ἴσμεν εἰ εὑρεθήσεται· ἀλλὰ καὶ εἰ εὑρεθήσεται, παρανομίας δῶρον Θεὸς οὐ προσίεται. Τέως σήμερον, τὰ ἐλεύθερα θάλλουσι καὶ ἐπιδιδόασι· τὰ δὲ δοῦλα, καταλύονται. Σὺ δὲ ὅμοιόν τι λέγεις, τῷ διατεινομένῳ τὴν διηνεκῆ δουλείαν κρείττονα εἶναι τῆς ἐλευθερίας. Ὅτι δὲ οὐκ ἐπὶ συστάσει καὶ διαμονῇ ταῦτα δωροῦνται, δῆλον ἐκεῖθεν. Οὐ γὰρ τὰ καταλελυμένα δωροῦνται· ἀλλὰ μᾶλλον τὰ συνιστάμενα, καὶ εὐθαλῆ τὴν πρόσοδον ἔχοντα. Καὶ ἡ ταῖς ἐνίαις δὲ τῶν δωρεῶν προσκειμένη [*al.* προκειμένη] χάρις δηλοῖ τοῦτο σαφέστερον, ἐν οἷς φησὶ τὰς μετὰ τὴν τυπικὴν τῆς μονῆς ἔξοδον περιττευούσας προσόδους, ἀποκερδαίνειν ἀλογοπραγήτως τὸν χαριστικάριον. Εἰ δὲ πάλιν λέγει [*al.* λέγοιεν], ὅτι διὰ τὸ ἐξκουσσεύεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπηρειῶν τοῦτο πράττουσιν, ἀκουέτωσαν· τὸ ἐπηρεάζειν ἢ μὴ ἐπηρεάζειν, τῆς ὑμῶν ἐξουσίας ἐστί· παύσατε τοὺς ἐπηρεαστὰς, καὶ ἐξκουσσάτων [*al.* ἐξκουσσάτορος] χρεία οὐκ ἔστιν. Ὁ γὰρ ταῦτα λέγων ἔοικεν ἄρχοντι, ἐλεύθερον πένητα διὰ τῶν αὐτοῦ ὑπηρετῶν ξενοπροσώπως ἐπηρεάζοντι, εἶτα εἰς ἔλεον δῆθεν τοῦ πένητος κινηθέντι, καὶ προστάξαντι, μετὰ πάντων τῶν προσόντων αὐτῷ, καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῦ ἀφελέσθαι, καὶ δοῦλον εἶναι ἀντ' ἐλευθέρου· ἵνα μὴ ἐπηρεάζηται, φησί. Σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις, καὶ τῆς αἰσχροκερδείας ἐπικαλύμματα. Ποία εὐαγγελικὴ καὶ θεία φωνὴ ἐνετείλατο, ποία ἀποστολικὴ παραίνεσις διετάξατο, ποία πατρικὴ καὶ κανονικὴ παράδοσις ὥρισε, ποία πολιτικὴ νομοθεσία ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἐθέσπισε, ναὸν ἅγιον, καὶ μοναστήριον δωρεῖσθαί τινι; οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ οἱ Ἕλληνες εὑρίσκονται εἰδωλικόν τινα ναόν ποτέ τινι δωρησάμενοι. Τὸ γοῦν παρὰ ταῦτα γινόμενον, τίς ἂν λογισμοῦ Κύριος, ἀγαθὸν καλέσῃ ἢ συμφέρον, ἢ οἰκονομίαν, ἢ προμήθειαν, ἢ ὠφέλειαν καὶ σύστασιν· ἀλλ' οὐχὶ μᾶλλον παράβασιν καὶ παρακοήν, καὶ παρανομίαν ἐσχάτην καὶ ὀλεθρίαν; Εἰπέ γάρ μοι, εἴ ὁ τῷ ἐπιγείῳ ἀντάρας βασιλεῖ, καὶ τὰ προσήκοντα αὐτῷ χρήματα καὶ κτήματα σφετερισάμενος, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτοῦ στρατοπέδου [στρατόπεδον] δυνηθεὶς ἀποστῆσαι, καὶ ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι, οὐκέτι ἐστὶ δοῦλος πάντως ἢ φίλος τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἐχθρὸς καὶ πολέμιος· ὁ τὰ τῷ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀνατεθειμένα θεῖα καὶ ἱερὰ πράγματα, οἷα δ' ἂν καὶ εἶεν, κοινῶν καὶ σφετεριζόμενος καὶ ἄλλοις δωρούμενος, ἔτι δὲ καὶ τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν αὐτοῦ στρατόπεδον· φημὶ δή, τὸ τῶν μοναχῶν καὶ μοναζουσῶν· οὐ μόνον διὰ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας πιέζων καὶ στενοχωρῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ δωρεᾶς ἀνθρώποις καταδουλῶν, καὶ ὅσον τὸ ἐπ' αὐτὸν ἀφιστάνων αὐτοὺς τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως, πῶς δύναται εἶναι ἢ λέγεσθαι

A mutata in suburbia. Constabilitum vero ac instauratum a charisticario monasterium, an inveniri queat ignoramus: sed licet inveniretur, iniquitatis donum non admittit Deus. Verum hodie, quæ libera sunt, ea florent, et capiunt incrementum; quæ serva, evertuntur. Tu vero simile quid profers ei, qui contenderet perpetuam servitutem libertate potiorem esse. Quod porro non ad stabilimentum et perseverantiam illa dentur, hinc constat. Non enim jam dissoluta donantur, sed potius stantia, atque reditum habentia uberem. Necnon quibusdam donationum addita gratia rem apertius declarat, cum dicitur, ut reditus post regularem monasterii expensam residuos, charisticarius obtineat absque rationum redditione. Si B vero rursus dixerint, se id agere, ut a vexationibus immunitas præstetur, audiant responsionem: Vexare aut non vexare, in vestra potestate est: comprimite vexatores, nec erit opus immunitatibus. Nam qui hæc loquitur, similis est præsidi, qui liberum pauperem per ministros suos quasi sub alia persona vexaret, deinde ad misericordiam, scilicet, pauperis motus esset, jussissetque cum omnibus ejus facultatibus, etiam libertatem auferri, et pro libero servum illum fieri; ne vexetur, diceret: Fictio ista sunt, et prætextus, turpisque lucri velamina. Quænam evangelica divinaque vox mandavit, quodnam apostolorum monitum constituit, qualisnam Patrum et canonum traditio definivit, quæ civilis lex a sæculo sanxit, ut templum C sanctum et monasterium cuipiam concedatur? Neque enim vel ipsi gentiles reperiuntur unquam idoli templum alicui tradidisse. Quod igitur contra hæc fit, quis mente præditus bonum appellaverit, aut commodum, dispensationem, providentiam, utilitatem, et commodationem; ac non potius transgressionem, inobedientiam, iniquitatem extremam ac perniciosissimam? Effare mihi: si is qui adversus terrenum imperatorem rebellavit, pecunias possessionesque ad eum pertinentes vindicavit sibi, deinde exercitum ejus potuit avertere sibique conciliare, non omnino amplius est imperatoris servus vel amicus, sed inimicus et hostis; qui cœlesti D imperatori Christo Deo nostro dedicatas divinas sacrasque res, qualescunque illæ sunt, profanat, intervertit, donat aliis, prætereaque divinum sacrumque ejus exercitum (monachos et moniales intelligo) non solum per rerum necessariarum indigentiam premit et angustat, sed etiam per donum hominibus in servitutem tradit, quantumque in se est avocat a cœlesti imperatore, qua ratione esse aut dici potest christianus? Sic ergo inimicus

Joan. Bapt. Cotelerii notæ.

(14) *Χαριστικαρίων*. Charisticarii, et charisticariæ, infra: quibus in beneficium et gratiam tradebantur ac præbebantur monasteria; laicis loca sacra; beneficiarii, præbendarii. Vide tum Glossarium Joannis Meursii, tum Balsamonem ad canonem 19 VII synodi, et Jus Græco-Romanum p. 142, 254. A Latinis abbacomites, abbicomites; abbates laici, abbates milites, et abbatiani appellantur. In concilio Meldensi, Antichristi et apocryphi rectores. Bedæ, *De laicis*, non monachi sed abbates. Egberto, abbates sine ordine. Aliis aliter.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

eos qui divinis citra timorem insultant, eaque non ut Dei, sed ut sua reputant, ac ideo quibus volunt largiuntur, veneno animarum infectos interimit, ut supra declaratum est. De quibus e pluribus pauca dicta sint.

XIV. De iis vero qui donationes has suscipiunt, quos consuetudo mala charisticarios nominavit, necesse est ut loquamur. Nam simul ac is sumpsit, heu! monasterium, confestim inexpletos avaritiæ sinus expandens, omnia illius eo recondit; non modo domos, suburbia, animalia, reditus omnis generis, sed et templa ipsa; ad hæc præpositum et monachos, servos censet; omnes omniaque, ut res juris sui habet; ac tanquam propria hæreditate abutitur absque timore prout vult; nec unquam ei in mentem venit, hæc Dei esse atque sacra. Divinis vero templis ac monachis minimam portionem e toto reditu attribuit; eam velut propriam eleemosynam, post multas petitiones iis præbens. Omitto dicere templorum ruinam, ædium et suburbiorum; cum ipse rescipiat semper ad inferendum duntaxat, non etiam ad expendendum: præcipue si in animæ exitiosa donatione ejus posita est immunitas a reddenda de imminutionibus ratione. Confestim ergo cessat ac exstinguitur, non tantum omnis qui a beatis possessoribus constitutus fuit pius erga Deum cultus, sive sacræ in sanctis festis gestationes luminum, odorum fragrantiæ, et laudum celebrationes; in nonnullis vero ipsæ etiam quotidianæ luminum accensiones; sed et eleemosynæ distributiones, cum in festis præscriptæ, tum quotidianæ januarum, tum illæ in commemorationibus fundatorum: ad hæc quæ monachis in anni festis, mortuorum commemorationibus, jejuniis, et paschalibus diebus præfinitæ sunt adhortationes et consolationes; ipsa adeo monachorum demensa maxime necessaria; atque ut uno verbo absolvam, perit universa pietatis ratio quæ a conditoribus excogitata fuerat in divinis templis, monachis et sanctimonialibus. Reditus autem qui antea in hæc insumebatur, translatus est ad fallacem mundum ac mundi principem. Ante hæc vero et cum his, illico vacavit omnis regula, forma, disciplina monachalis. Non enim amplius manet præpositi auctoritas, non metus, non humilitas, nec aliud e bonis. Cæterum hisce malis contenta non fuit charisticariorum improbitas; sed non tangenda etiam arripuit. Hei mihi! ipsam quoque adorta est sacram divinæ professionis initiationem. Scilicet sacra monachorum lex præcipit, ut qui mundo undique rebus jam renuntiat, a monasterii præposito ac fratribus recipiatur; per integrum vero

Χριστιανός; οὕτω μὲν οὖν ὁ ἐχθρὸς τοὺς τῶν θείων ἀδεῶς κατορχουμένους, καὶ ταῦτα οὐχ ὡς Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἴδια λογιζομένους, καὶ διὰ τοῦτο οἷς βούλονται χαριζομένους, ψυχικῶς φαρμακεύων, ἀναιρεῖ, ὡς προδεδήλωται. Περὶ ὧν ἐκ πολλῶν ὀλίγα εἰρήσθω.

ΙΔ'. Περὶ δὲ τῶν τὰς δωρεὰς ταύτας λαμβανόντων, οὓς ἡ πονηρὰ συνήθεια χαριστικαρίους ὠνόμασεν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἅμα γὰρ τῷ παραλαβεῖν, φεῦ, τὴν μονὴν, αὐτίκα τοὺς ἀπληρώτους τῆς πλεονεξίας κόλπους ὑφαπλώσας, πάντα ἐγκολποῦται τὰ αὐτῆς· οὐ μόνον οἰκήματα, προάστειά τε καὶ ζῶα καὶ παντοίας προσόδους, ἀλλὰ καὶ ναοὺς αὐτούς· καὶ καθηγούμενον καὶ μονάζοντας, δούλους ἡγεῖται, καὶ πάντας καὶ πάντα, ὡς ἰδιόκτητα πράγματα ἔχει, καὶ ὡς οἰκείᾳ κληρονομίᾳ καταχρᾶται ἀφόβως ὡς βούλεται· μηδέποτε ἐπὶ νοῦν λαμβάνων, τοῦ Θεοῦ ταῦτα καὶ θεῖα εἶναι. Τοῖς δὲ θείοις ναοῖς τε καὶ μοναχοῖς, ἀπόμοιράν τινα σμικροτάτην, ἐκ πάσης τῆς προσόδου ἀπένειμε· κἀκείνην ὡς ἴδιον ψυχικὸν (15), μετὰ πολλῶν αἰτήσεων αὐτοῖς παρεχόμενος. Ἐῶ γὰρ λέγειν τὴν κατάλυσιν τῶν ναῶν, οἰκημάτων τε καὶ προαστείων, ἀεὶ εἰς τὸ εἰσοδιάζειν αὐτοῦ βλέποντος μόνον, οὐχὶ καὶ εἰς τὸ ἐξοδιάζειν· καὶ μᾶλλον εἰ πρόκειται ἐν τῇ ψυχολέθρῳ δωρεᾷ αὐτοῦ, τὸ ἀνεύθυνον ἐπὶ ταῖς μειώσεσιν. Αὐτίκα γοῦν πέπαυται καὶ ἀπέσβη, οὐ μόνον πᾶσα ἡ ὑπὸ τῶν μακαρίων κτητόρων τυπωθεῖσα εἰς τὸ θεῖον εὐσεβὴς θεραπεία, ἤγουν αἱ ἱεραὶ τῶν ἁγίων ἑορτῶν λαμπροφορίαι, εὐωδίαι τε καὶ δοξολογίαι· ἐν τισὶ δὲ, καὶ αὐταὶ αἱ ἡμερήσιοι φωταψίαι· ἔτι δὲ καὶ αἱ τῆς ἐλεημοσύνης μεταδόσεις, αἵ τε εἰς τὰς ἑορτὰς τυπωθεῖσαι, καὶ αἱ ἡμερήσιοι τῶν πυλώνων, ἔτι δὲ καὶ αἱ τῶν μνημοσύνων τῶν κτητόρων· πρὸς δὲ καὶ αἱ ταῖς μοναχοῖς ἐπὶ ταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑορταῖς, καὶ μνημοσύνοις, καὶ ἀποκρέαις, καὶ πασχαλίαις τυπωθεῖσαι παρακλήσεις· ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ τῶν μοναχῶν σιτηρέσια τὰ ἀναγκαιότατα· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οἴχεται πᾶς εὐσεβείας τρόπος παρὰ τῶν κτητόρων ἐπινοηθεὶς ἐν τοῖς θείοις ναοῖς καὶ τοῖς μοναχοῖς καὶ ταῖς μοναστρίαις [*al.* τοῖς μοναστηρίοις]. Ἡ δὲ εἰς τὰ τοιαῦτα πρότερον ἐπιῤῥέουσα πρόσοδος, μετωχετεύθη ἐπὶ τὸν πλάνον κόσμον καὶ κοσμοκράτορα. Πρὸ δὲ τούτων καὶ μετὰ τούτων, ἐσχόλασεν εὐθέως πᾶς κανὼν, καὶ τύπος, καὶ τάξις μοναχική. Οὐκέτι γὰρ ἡγουμένου ἐξουσία, οὐ φόβος, οὐ ταπείνωσις, οὔτε τι ἄλλο τῶν ἀγαθῶν. Οὐκ ἠρκέσθη γὰρ τοῖς τοιούτοις κακοῖς ἡ τῶν χαριστικαρίων μοχθηρία· ἀλλ' ἐπεδράξατο καὶ τῶν ἀψαύστων. Κατετόλμησε γὰρ, οἴμοι, καὶ αὐτῆς τῆς ἱερᾶς τοῦ θείου ἐπαγγέλματος τελετῆς. Ὁ μὲν γὰρ ἱερὸς τῶν μοναχῶν θεσμὸς παρακελεύεται, τὸν ἄρτι τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ ἀποτασσόμενον, ὑποδέχεσθαι παρὰ τοῦ

Joan. Bapt. Cotelerii notæ.

(15) *Ψυχικόν*. Hoc nomine recentiores Græci eleemosynam donant. In Responsione Balsamonis ad interrogationem 57: Τὰ ὑπὲρ ψυχικῶν διαδόσεων ταῖς ἐκκλησίαις παρὰ τινῶν προσφερόμενα. Quem locum frustra tentat vir doctus notis ad Fulgentium Ferrandum, reponendo ψυχικῶν διαθέσεων. Cui Balsamon idem, exponens canonem Carthaginensem 84, ex Novella Constantini Porphyrogenitæ ψυχικὰς διαδόσεις agnoscat, *animæ salutares ac spirituales largitiones*. Vide sodes Georgium Cedrenum Reg. edit. p. 598 D., ibique Goari Notam. Fabrotum etiam consule.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς μονῆς προεστῶτος καὶ τῶν ἀδελφῶν, δοκιμάζεσθαι δὲ αὐτὸν ἐπὶ τριετίαν ὅλην, εἰ δύναται γενέσθαι μοναχός· καὶ εἰ μὲν φανῇ ἐπιτήδειος, ἀποκείρεσθαι, καὶ τῷ κλήρῳ τῶν μοναζόντων συγκαταλέγεσθαι· εἰ δ' οὔ, ἐπαναστρέφειν αὐτὸν ὅθεν ἐλήλυθε. Καὶ ἀποχαρέντα δὲ τοῦτον, ὁ προεστὼς παραδίδωσί τινι τῶν τὴν ἀσκητικὴν ζωὴν καὶ ἀρετὴν κατορθωκότων, ἐπὶ τῷ στοιχειωθῆναι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὴν τέχνην τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστήμην τῶν ἐπιστημῶν· φημὶ δὴ τὴν μοναχικὴν φιλοσοφίαν. Κελλίου δὲ ἰδιαζόντως τότε ἀξιοῦται, ὅτε δηλαδὴ ἀρκεῖν αὐτὸν ἑαυτῷ εἰς σωτηρίαν παρὰ τοῦ προεστῶτος κριθήσεται. Καὶ οὕτω μὲν ὁ ἱερὸς θεσμός τε καὶ θεμέλιος ἀρχή τε καὶ ῥίζα τῆς θείας εὐζωΐας. Ἡ δὲ ἄθεσμος πονηρία, τὸν θεσμὸν ἀναιροῦσα, πρόσταγμα ἔγγραφον καταπέμπει πρὸς τὸν ἡγούμενον, οὑτωσὶ περιέχον· τὸν δεῖνα ἐτάξαμεν ἀδελφὸν εἰς τὴν ὑφ' ἡμᾶς [*al.* κσθ' ὑμᾶς] μονήν, καὶ [*al.* τὴν] δεῖνα, καὶ παράλαβε αὐτὸν, καθηγούμενε, καὶ ἀπόχειρον, καὶ πάρασχε αὐτῷ κελλία εἰς οἰκείαν καταμονὴν καὶ ἀνάπαυσιν· λαμβανέτω δὲ καὶ αὐτὸς, εἴ τι καὶ οἱ λοιποὶ ἀδελφοὶ λαμβάνουσι· ποίησον δὲ καὶ τὸ ἴσον τῆς παρούσης ἡμῶν προστάξεως, καὶ ἐπίδος τῷ τοιούτῳ εἰς ἀσφάλειαν. Καὶ ταῦτα μὲν, ἐάν τις τῶν εὐλαβεστέρων εἴη χαριστικαρίων, εἰ δὲ τῶν ἄλλως ἐχόντων ἐστὶν, οὐδὲ ψιλῆς προσρήσεως τὸν ἡγούμενον ἀξιοῖ· ἀλλὰ πρὸς ὃν ἐπέστησε τὰ τῆς μονῆς προνοεῖσθαι ἄνθρωπον αὐτοῦ, τὸ ῥηθὲν ἀποστέλλει πρόσταγμα· οὐδὲ εἰ ἔστιν ἡγούμενος, καθηγούμενος. Διέφθειρε [*al.* διέφθορε] γοῦν παραυτίκα ἡ ἀρχὴ, καὶ ὑπεσύρη ὁ θεμέλιος τῆς θείας οἰκοδομῆς, καὶ ἡ ῥίζα ἐξήρανται. Τῆς ἀρχῆς δὲ διαφθαρείσης, ἀνάγκη συνδιαφθαρῆναι τὸ πᾶν· καὶ τοῦ θεμελίου ὑποσπασθέντος, ἀνάγκη καὶ τὴν οἰκοδομὴν συγκατενεχθῆναι· καὶ τῆς ῥίζης ξηρανθείσης, ἀνάγκη καὶ τὸ δένδρον· ἤργησε γὰρ αὐτίκα, πᾶσα θεόπνευστος διδασκαλία τῶν προειρημένων θεσπεσίων Πατέρων, περὶ ἀποταγῆς, καὶ ὑποταγῆς, καὶ εἰσαγωγικῆς στοιχειώσεως, καὶ ἐκκοπῆς θελήματος συντεθεῖσα. Τούτων δὲ μὴ προϋπαρξάντων τῷ μονάσαι θέλοντι, οὐδὲ ἄλλο τι πάντως ἕψεται τῶν θείων τοῦ πνευματικοῦ καὶ μοναχικοῦ νόμου παραγγελμάτων. Τῆς γὰρ τοῦ προεστῶτος ἐξουσίας ἀνῃρημένης ὑπὸ τῆς κοσμικῆς ἐξουσίας, ὡς εἴρηται, τῆς σωματικῆς τε χρείας τοῖς μοναχοῖς οὐχ ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ χαριστικαρίου παρεχομένης, τίς αὐτῶν τῷ προεστῶτι προσέξει; τίς φοβηθήσεται; τῆς ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ πειθαρχήσει; τίς πνευματικὸν καυτῆρα, ἢ τομὴν, ἢ μικρὰν γοῦν ἐπιτίμησιν καταδέξεται; τούτων δὲ καὶ τῶν τοιούτων ἀνῃρημένων, ἀνάγκη ἐστὶ λοιπὸν, πᾶσαν τὴν μοναχικὴν καὶ ἀσκητικὴν πολιτείαν καὶ κατάστασιν οἰχεσθαι πανωλεθρίᾳ· μόνην τὴν περιβολὴν ὡς προσωπεῖον περικειμένους κατὰ τὸν ἔξω ἄνθρωπον. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἔξωθεν μόρφωσις, ἀπήρξατο ἤδη ἀφανίζεσθαι· ὡς ἔστιν ὁρᾷν εἰς τὰ δεδουλωμένα κοσμικοῖς μοναστήρια. Ἰσαρίθμιοι γάρ εἰσι σχεδὸν τοῖς μοναχοῖς οἱ ἐνταττόμενοι παρὰ τῶν βασιλέων καὶ χαριστικαρίων κοσμικοὶ ἀδελφοὶ ἐσωμο-

triennium probetur, an fieri possit monachus; et si quidem visus fuerit idoneus, tondeatur, et cooptetur ad monachorum collegium; sin minus redeat unde profectus est. Jam vero tonsum illum præpositus tradit cuidam eorum qui in ascetica vita et virtute præceliunt, ut ab eo instituatur in arte artium ac scientia scientiarum; monastica, inquam, disciplina. Tunc vero seorsum cella donatur, quando nempe ipse sibi ad salutem sufficere a præfecto judicabitur. Atque ita quidem sacra lex, fundamentum, principium et radix divinæ beatæque vitæ. At exlex malitia legem evertens, mandatum scriptum ad hegumenum seu præpositum mittit, quod ita complectitur: illum constituimus fratrem in monasterio nostro illo; et suscipe eum, præposite, ac tonde, et trade ei cellas in mansionem suam et requiem: ipse etiam accipiat quidquid reliqui fratres accipiunt: facito quoque exemplum hujusce nostri mandati, ac præbeto tali ad securitatem. Atque hæc quidem, si ille inter religiosiores charisticarios locum tenet. Nam si inter aliter affectos censetur, neque simplici salutatione hegumenum dignatur; sed ad eum quem constituit ut rebus monasterii provideat, hominem suum, memoratum mittit mandatum; neque an sit præpositus cogitat. Labefactatum igitur illico est principium, subtractum fuit fundamentum divini ædificii, et radix exaruit. Labefactato autem principio, necesse est simul labefactari totum; subducto fundamento, etiam ædificium necessario corruit; et radice arefacta, idem necesse est contingat arbori. Mox enim cessavit omnis divinitus inspirata prædictorum sanctorum Patrum doctrina, quæ de renuntiatione, obedientia, introductoria institutione, ac excisione voluntatis agit. Hæc autem in eo qui monasticam vitam ducere vult si non præexstiterint, neque aliud omnino divinorum spiritalis et monasticæ legis præceptorum sequetur. Quippe superioris auctoritate per sæcularem potestatem sublata, sicut dictum est, et corporali necessitate non per ipsum, sed per charisticarium monachis præbita, quis eorum illi attendet? Quis eum timebit? Quis obtemperabit mandatis ejus? Quis spiritalem cauterem, vel sectionem, vel parvam sane reprehensionem admittet? His vero ac hujusmodi sublatis, inde necesse est, omnem monasticam asceticamque vitam et institutionem perire funditus; atque monachos solo circumdari amictu, instar larvæ, secundum exteriorem hominem. Sed et ipsa exterior formatura, cœpit jam evanescere: ut cernere datur in monasteriis quæ sæcularibus serviunt. Non totidem fere ac monachi sunt, qui ab imperatoribus et charisticariis collocantur sæculares fratres, intra monasterium habitantes et extra monasterium manentes. Atque intra sanctam mandram; o rem absurdam! sæculares mactant, carnem comedunt, tragœdias agunt, cunctaque sæcularia instituta persequuntur cum omni licentia. Et quis ambigit, quin procedente tempore ac malo

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

progressum faciente, monasteria penitus vertenda sint in sæcularia diversoria; quinque id quod exsequi non potuit miserrimus Copronymus (eo enim ille collimabat) per orthodoxos perficiatur? Ita ergo draco etiam eos qui donationes accipiunt, ipsis cupientibus interimit ac devorat. Atque hæ sunt illorum iniquitates, ne dicam impietates, de multis paucæ memoratæ, ne modum excederet conscriptio.

Οὕτως τοίνυν ὁ δράκων καὶ τοὺς τὰς δωρεὰς λαμβάνοντας, ἡδέως ἀναιρεῖ καὶ καταπίνει. Καὶ ταῦτα τὰ αὐτῶν ἀνομήματα, ἵνα μὴ λέγω ἀσεβήματα, ἐκ πολλῶν ὀλίγα, διὰ τὴν πολυγραφίαν.

XV. Cæterum necesse est ut loquamur de abjectis et miserabilibus monachis, de quibus ac propter quos omne studium intelligibili et spiritali leoni, et insatiabile obstinatumque eorum perditionis desiderium; ob quam et cunctæ ejus antea explicatæ machinationes excogitatæ fuerunt, cum sicut dictum fuit, videre non sustineret salutem quæ a Deo per ipsos mundo contingebat. Nam statim ac ipsos ipsorumque monasterium invasit charisticarius, omniaque ipsorum cum ipsis in sinum conjecit ac in servitutem redegit, intuiti monasterii suamque subactionem, succumbunt etiam inviti, heu! sæculari potentiæ; et inopia necessariorum pressi, vinctis, quod dici solet, manibus charisticario famulantur, ejus præceptis sæcularibusque voluntatibus obedientes instar mancipiorum; neque an ipsis sit præpositus animadvertentes. Ad hegumenus seu præses et ductor, si unus e vulgo est, ipse pariter charisticarii potestate abripitur, fitque ac dicitur pro ductore ductus. Quod si forsan e numero fuerit spiritalium et proborum, resistet quidem ac obluctabitur aliquatenus charisticarii temerariis insultibus, atque divini sermonis fistula, monitis pluribus, frequenteque adhortatione, attrahet ad se quosdam fratrum: sed et illi cernentes quod fratres qui charisticario adhærent, præpositumque monasterii contemnunt, nonnullum ex parte consequantur vitæ solatium, ipsi vero despiciantur, palinodia usi, charisticario etiam ipsi adjungunt se; a quo non admittuntur, donec ei exhibuerint odii adversus præpositum aliquod documentum. Quid ergo faciet humilis ille præfectus? quid excogitabit? Quænam oratio explicabit supremam ejus afflictionem et consilii inoplam, dum aspicit animarum quarum pastor est interitum, Numinis contemptum, omne sancti ordinis periculum, cunctaque jam dicta incommoda? Neque vero prolato solum modo pereunt humiles monachi, sed multiplex est eorum interitus. Namque in multa absurda per indigentiam devolvuntur; negotiationem exercent, artem cauponiam, omnemque sæculare institutum, propter miserabilem corpoream vitam. Ejusmodi est quæ in virorum monasteriis agit agiturque impietas. Eam autem quæ in mulierum monasteriis versatur, quis sermo assequetur, ob mali nimietatem? Quis non flebit cernens res horrore plenas? Nam cum prædictis virilium monasteriorum calamitatibus, alia molestiora in istis peraguntur. Deliora illorum primariis viris in

νῖται καὶ ἐξωμονῖται. Καὶ ἔσωθεν τῆς ἁγίας μάνδρας, ὢ τῆς ἀτοπίας, οἱ κοσμικοὶ σφάζουσι, κρεωφαγοῦσι, τραγῳδοῦσι, καὶ πάντα τὰ κοσμικὰ ἐπιτηδεύματα δρῶσι μετὰ πάσης ἐξουσίας. Καὶ τίς ἀμφιβάλλει, τοῦ χρόνου προϊόντος, καὶ τοῦ κακοῦ προκόπτοντος, μὴ τελείως γενέσθαι τὰ μοναστήρια, κοσμικὰ καταγώγια· καὶ ὅπερ οὐκ ἠδυνήθη ὁ τρισάθλιος Κοπρώνυμος κατορθῶσαι· τοῦτο γὰρ ἐκείνῳ σκοπός· ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων πληρωθῆναι:

ιε'. Περὶ δὲ τῶν ταπεινῶν καὶ ἐλεεινῶν μοναχῶν, περὶ ὧν καὶ δι' οὓς ἡ πᾶσα σπουδὴ τῷ νοητῷ λέοντι, καὶ ἡ ἀκόρεστος καὶ ἀνένδοτος ἔφεσις τῆς αὐτῶν ἀπωλείας, δι' ἣν καὶ πᾶσαι αἱ προειρημέναι αὐτοῦ μηχανουργίαι ἐπενοήθησαν, μὴ φέροντι καθορᾶν, ὡς προείρηται, τὴν δι' αὐτῶν προσγινόμενην τῷ κόσμῳ παρὰ Θεοῦ σωτηρίαν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἅμα γὰρ τῷ ἐπιβῆναι αὐτοῖς καὶ τῇ αὐτῶν μονῇ τὸν χαριστικάριον, καὶ πάντα τὰ αὐτῶν καὶ αὐτοὺς ἐγκολπώσασθαι καὶ κατακυριεῦσαι, ὡς δεδήλωται, ἐωρακότες τὴν τῆς μονῆς καὶ ἑαυτῶν καταδούλωσιν, ὑποκύπτουσι καὶ μὴ θέλοντες, φεῦ, τῇ κοσμικῇ δυναστείᾳ· καὶ ὑπὸ τῆς ἐνδείας τῶν ἀναγκαίων πιεζόμενοι δεδεμέναις, ὃ δὲ λέγεται, ταῖς χερσὶ, δουλοπρεπῶς τῷ χαριστικαρίῳ παρίστανται, πειταρχοῦντες δίκην ἀνδραπόδων τοῖς αὐτῶν διατάγμασι καὶ κοσμικοῖς θελήμασιν· οὐδὲ εἰ ἔστιν αὐτοῖς προεστὼς ἐπιστάμενοι. Ὁ δὲ ἡγούμενος, εἰ μὲν τῶν πολλῶν εἷς ἐστι, συναπάγεται καὶ αὐτὸς τῇ τοῦ χαριστικαρίου ἐξουσίᾳ, καὶ γίνεται καὶ λέγεται ἀντὶ ἡγουμένου ἀγόμενος. Εἰ δὲ τύχῃ εἶναί τις τοῦ πνευματικῶν καὶ λογίων, ἀντέχει μὲν ἄχρι τινὸς καὶ ἀνθίσταται ταῖς τοῦ χαριστικαρίου παραλόγοις ὁρμαῖς, καὶ ἐπισπᾶται πρὸς ἑαυτὸν τῇ τοῦ θείου λόγου σύριγγι, τῇ πολλῇ νουθεσίᾳ καὶ τῇ πυκνῇ παρακλήσει, ἑνίους τῶν ἀδελφῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὁρῶντες τοὺς τῷ χαριστικαρίῳ προσανέχοντας ἀδελφοὺς, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ ἡγουμένου περιφρονοῦντας, μερικῆς τινος προνοίας ἀξιουμένους, ἑαυτοὺς δὲ παραβλεπομένους, παλινῳδίᾳ χρησάμενοι, τῷ χαριστικαρίῳ καὶ αὐτοὶ προστίθενται, μὴ παραδεχόμενοι ὑπ' αὐτοῦ, ἄχρις οὗ δεῖγμά τι τῆς πρὸς τὸν καθηγούμενον ἀπεχθείας αὐτῷ παράσχωσι. Τί οὖν ποιήσει ὁ ταπεινὸς ἐκεῖνος ἡγούμενος; τί διανοηθήσεται; ποῖος παραστήσει λόγος τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ θλῖψιν, καὶ τὴν ἀμηχανίαν, ὁρῶντος τὴν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένων ψυχῶν ἀπώλειαν, καὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον καταφρόνησιν, τὸν τοῦ ἁγίου τάγματος πάντα κίνδυνον, καὶ πάντα τὰ εἰρημένα ἄτοπα; οὐ τῷ εἰρημένῳ δὲ τρόπῳ μόνον ἀπόλλυνται οἱ ταπεινοὶ μοναχοὶ, ἀλλὰ πολύτροπος ὑπάρχει ὁ ὄλεθρος αὐτῶν. Εἰς πολλὰ γὰρ ἄτοπα ὑπὸ τῆς ἐνδείας ἐκκυλίονται, ἐμπορείαν καὶ καπηλείαν καὶ πᾶν βιωτικὸν ἐπιτήδευμα μεταερχόμενοι, διὰ τὴν ἐλεεινὴν σωματικὴν ζωήν· ἡ μὲν οὖν εἰς τὰ ἀνδρῶα μοναστήρια ἐνεργοῦσα ἡ ἐνεργουμένη ἀσέβεια, τοιαύτη. Τῆς δὲ εἰς τὰ γυναικεῖα, τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κακοῦ; Τίς μὴ κλαύσει ὁρῶν τὰ φρίκης ἀνάπλεα;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Μετὰ γὰρ τῶν ἐπὶ τοῖς ἀνδρῴοις προειρημένων κακῶν, καὶ ἄλλα χαλεπώτερα ἐπὶ τούτοις ὁρῶνται. Τὰ μὲν γὰρ εὐπορώτερα τούτων, τοῖς ἄρχουσιν εἰς πρόσωπα τῶν οἰκείων γαμετῶν δωροῦνται, ἐπὶ δυσὶ προσώποις ἢ ἐπὶ τρισὶν, ὡς φασι· τὰ δὲ ἀπορώτερα, ἀπορωτέροις καὶ ἀπορωτέραις. Οἵ τινες ἅμα τῷ παραλαβεῖν αὐτὰ, οὐ μόνον πᾶσαν τὴν πρόσοδον αὐτῶν, ὡς ἰδίαν ἐγκολποῦνται κληρονομίαν, ὀλίγα τινὰ ἢ οὐδὲν ταῖς μοναζούσαις παρέχοντες· ἀλλὰ καὶ οἴκους ἔνιοι ἔσωθεν τῆς τῶν παρθένων αὐλῆς ἀνεγείρουσιν, αἰωνίαν τὴν τῶν μοναστηρίων κατάσχεσιν ἑαυτοῖς πραγματευόμενοι. Καὶ εἰσὶ λοιπὸν ἀναμὶξ, κοσμικοὶ καὶ κοσμικαὶ, δοῦλοι καὶ δουλίδες, μετὰ τῶν μοναζουσῶν συζῶντες καὶ συνεκκλησιαζόμενοι. Ἃ δὲ καὶ αἱ ταπειναὶ μονάζουσαι, ὑπὸ τῆς ἐνδείας τῶν ἀναγκαίων πιεζόμεναι ὁρῶσι, τίς ἰσχύει γραφῇ παραδοῦναι; οἴχεται κἀνταῦθα ἐξ αἰτίας τῶν χαριστικαρίων καὶ χαριστικαρῶν, πᾶσα μοναδικὴ [*al.* μοναγικὴ] καὶ παρθενικὴ κατάστασις· πᾶς κανὼν ὑποταγῆς καὶ ταπεινώσεως καὶ ἐκκοπῆς θελήματος ἀπελήλαται· πανταχοῦ τῶν χαριστικαρίων κατεξουσιαζόντων, καὶ τῶν προεστώτων καταφρονουμένων· καὶ τῶν μοναζουσῶν ταῖς χαριστικαρίαις προσκειμένων καὶ ὑπεικουσῶν, οὐ ταῖς προεστώσαις, καὶ χαιρουσῶν μᾶλλον ὡς τὰ πολλὰ, ταῖς διενέξεσι τῆς χαριστικαρίας καὶ τῆς καθηγουμένης, διηνεκῶν καὶ ἀδιαλείπτων οὐσῶν ἐν αὐταῖς διχοστασιῶν καὶ μνησικακιῶν. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ποῦ λοιπὸν σωτηρίας ἐλπίς; Ποῦ τὸ τῆς ἀρετῆς ἐργαστήριον; Ποῦ τὸ διδασκάλιον τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας, καὶ τέχνης τῶν τεχνῶν; οἴχεται καὶ ἀπώλωλεν. Οὕτως τοίνυν καὶ ὁ ἐχθρὸς ἡμᾶς τοὺς ἐλεεινοὺς μοναχοὺς, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ψυχικῶς φονεύων ἀπόλλυσιν.

personis propriarum uxorum donantur, super duabus personis, aut super tribus, ut aiunt: minoris vero reditus, minus divitibus cum viris tum feminis. Qui simul atque acceperunt, non modo cunctas eorum facultates, tanquam propriam hæreditatem in sinum cogerunt, pauca quædam aut nihil monialibus præbentes, verum etiam nonnulli domos exstruunt intra virginum septa, perpetuam sibi monasteriorum possessionem efficere conantes. Jamque permistim degunt mundani et mundanæ, servi et ancillæ, cum monialibus conviventes, conversántes et colloquentes. Quæ porro abjectæ moniales inopia rerum necessariarum oppressæ agant, quis valebit litteris tradere? Pessum it hic charisticariorum et charisticariarum causa, omnis monastica et virginalis constitutio; omnis regula obedientiæ, humilitatis, exscindendæ voluntatis propellitur; cum ubique charisticarii dominentur, et præpositi contemnantur; necnon sanctimoniales charisticariis mulieribus adhæreant et obsecundent, non autem iis quæ præpositæ earum sunt; imo ut plurimum lætentur in charisticariæ et præpositæ contentionibus, quas inter continuæ ac indesinentes habentur dissensiones et simultates. Quæ cum ita sint, ubinam de reliquo spes salutis? Ubinam virtutis officina? ubi schola veræ philosophiæ, artisque artium? Abiit atque periit. Ita ergo inimicus nos miserabiles vitam monasticam agentes viros et feminas, secundum animam interficit ac perdit.

ις'. Τοῦτο τὸ χαλεπώτατον καὶ ὑπέρογκον καὶ πολύτροπον καὶ ἀνυπέρβλητον κακὸν, τὸ πάσης ἀσεβείας ἐφάμιλλον, τὸ πάσης αἱρέσεως ἰσοστάσιον, οἱ κατὰ καιροὺς βασιλεῖς καὶ πατριάρχαι ἐνεργούμενον καθορῶντες, καὶ δυνάμενοι καὶ ἐξουσίαν ἔχοντες ἀναστεῖλαι καὶ παῦσαι αὐτὸ, οὐ μόνον τοῦτο οὐ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπιβεβαιοῦσι, δι' ὧν καὶ αὐτοὶ τὰ αὐτὰ τῶν πρὸ αὐτῶν ἐνεργοῦσιν· ἀεὶ τοῦ κακοῦ κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν προσθήκην ἐπιδεχομένου, καὶ ὅσον οὔπω ἀφανισμῷ τελείῳ τοῦ μοναχικοῦ τάγματος παραδοθησομένου. Οὐδὲ γὰρ ἡγοῦνται τὸ τοιοῦτον, ὅλως ἁμάρτημα εἶναι. Καὶ πῶς ἄρα διορθώσονται; Εἰ δὲ καί ποτε εἰς μικρὰν συναίσθησιν ἔλθωσιν, ὑπό τινος τῶν φιλαρέτων περὶ τούτου ὑπομιμνησκόμενοι, τοῖς πρωταιτίοις ἐκείνοις τὸ πᾶν ἐπιγράφουσι, καὶ ἑαυτοὺς ἀνευθύνους ὑπολαμβάνουσιν· ἀγνοοῦντες ὅτι τοσοῦτον μᾶλλον ἐκείνων κατακριθήσεσθαι μέλλουσιν, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν μὴ εἰδότες τὸ ἐξ ἀποτελέσματος τοῦ κακοῦ μέγεθος, ὡς ἀγαθόν τι δοκοῦντες ποιεῖν, τὸ πονηρὸν ἔδρασαν· οὗτοι δὲ τὸ θεοστυγέστατον ἀποτέλεσμα ὀφθαλμοῖς καθορῶντες, ἑκουσίως ἀνομοῦσι, τὴν οἰκείαν καταπατοῦντες συνείδησιν. Ἀλλὰ καὶ τίς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, ὑπὸ τῆς τῶν προλαβόντων κακίας ἐβοηθήθη, τοῦ μὴ τὰ ὅμοια καὶ χείρονα ἐκείνων κολασθῆναι; τί γὰρ ὠφελοῦνται οἱ φονεῖς ἀπὸ τοῦ εἶναι τοῦ φόνου πρωταίτιον τὸν Κάϊν, ἢ οἱ ἀρσενοκοῖται ἀπὸ τοῦ εἶναι πρωταιτίους

XVI. Hoc gravissimum, immensum, multiplex, ac intolerabile malum, omnis impietatis æmulum, omni hæresi æquale, qui per tempora exstitere imperatores et patriarchæ vigere conspicati, cum possent ex auctoritate comprimere et coercere, non modo non fecerunt, sed etiam confirmarunt, agendo eadem quæ prædecessores sui: adeo ut malum semper ab ætate in ætatem augmentum ceperit, et monachicus ordo tantum non tradendus sit integræ abolitioni. Neque enim hoc censent, ullatenus esse peccatum. Quomodo igitur emendabuntur? Si vero aliquando in modicum sensum venerint, ab aliquo e virtute præditis eam ob rem admoniti, primis illis auctoribus totum ascribunt, seque arbitrantur culpæ non affines: atque ignorant quod eo magis supra illos condemnandi sint, quo illi quidem nescientes mali inde provenientis magnitudinem, putando bonum quid se agere, malum perpetrarunt; ipsi vero Deo maxime invisum eventum oculis spectantes, sponte inique agunt, sua conculcata conscientia. Sed et quis ab omni tempore, per præcedentium malitiam adjutus est, ut non pari, imo graviori supplicio afficeretur? Quid enim prodest homicidis, Cainum primum esse homicidii auctorem; aut prædiconibus, inchoasse hoc scelus Sodomitas? Quin potius absque spe veniæ delinquunt; utpote qui post terribilem illorum condem-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nationem, in iisdem persistunt. Ita neque ipsi ullum excusationis locum ex eo habebunt quod non sint primi sontes.

XVII. Peccatum ad mortem, dixerunt Patres illud de quo pœnitentia non agitur. Et quis eorum qui monasteria tradunt aut accipiunt, pœnitentiam unquam egit de tali tantoque delicto; vel saltem peccasse se ea de causa existimavit aliquando, ut pœnitentia duceretur, ac vel in ipsis extremis halitibus, nudo duntaxat sermone diceret ad Dominum : Peccavi tibi, Domine, iis rebus quæ tibi tuisque dicatæ sunt, per totam vitam meam impudenter et intrepide abusus : sed tu, Domine, per immensam tuam et ineffabilem bonitatem, miserere, ac mihi ignosce. Absque pœnitentia vero in tali tantaque impietate moriens, quo pacto liberabitur miser, ab æterno supplicio? quanquam nullius peccati alterius sibi conscius sit; quod fieri non potest. Quodque magis inopinatum est; qui hæc audent delinquere, sicque Deum offendunt, monasteria de novo aggrediuntur construere; nec pudet eos, alia monasteria evertere, et alia reædificare; neque vel hoc intelligere valent, quod impia consuetudine obtinente, etiam quæ nunc ab ipsis eriguntur, licet non hodie, attamen cras necessario donabuntur, servituti tradentur, destruentur.

XVIII. Gloria tibi, Domine Jesu Christe Deus noster, gloria tibi, gloria lenitati tuæ, gloria patientiæ tuæ, gloria ineffabili tuæ clementiæ, quod cum tale tantumque malum a tanto tempore in imperio Romano Christianorumque republica dominetur, ac citra timorem, imo cum fiducia perpetretur coram oculis tuis non indignatus es, non es[illegible] iratus condigne, non plenæ abolitioni tradidisti nos; sed adhuc sustines lenique animo toleras. Et modo quidem adversus nos ad castigationem excitasti Turcarum feram impiissimamque gentem, quæ Orientis plagam prædatur; modo autem Patzinacorum, Comanorum, Francorumque nationes, quæ Occidentem diripiunt. Sed et tremendo terræmotu, gravibus casibus, mortibus inusitatis, incendiis terruisti nos : omnino per hæc et similia ad sensumque emendationem nos ducens. Nos vero nec intellexi-mus, nec intelligimus; sed adhuc qui rejiciebat

A τοὺς Σοδομίτας; εἰ μὴ μᾶλλον ἀσυγχώρητα πλημμελοῦσιν· ὡς μετὰ τὴν φοβερὰν ἐκείνων κατάκοισιν, τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοντες. Οὕτως οὐδὲ αὐτοὶ χώραν ἀπολογίας πάντως ἕξουσι, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι πρωταίτιοι.

ιζ'. Ἁμαρτίαν πρὸς θάνατον εἶπον οἱ Πατέρες τὴν ἀμετανόητον. Καὶ τίς τῶν μοναστήρια δωρουμένων ἢ τῶν λαμβανόντων μετενόησέ ποτε ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ καὶ τοσαύτῃ ἁμαρτίᾳ, ἢ κἂν ὅλως ἁμαρτῆσαί ποτε ᾠήθη τούτου ἕνεκεν, ἵνα μετανοήσῃ, καὶ κἂν εἰς αὐτὰς τὰς τελευταίας ἀναπνοάς, κἂν φλὶ λόγῳ εἴπῃ πρὸς Κύριον· Ἥμαρτόν σοι, Κύριε, σοὶ καὶ τοῖς σοῖς ἀνατεθειμένα πράγματα, ἀναιδῶς καὶ ἀδεῶς δι' ὅλης μου τῆς ζωῆς καταχρώμενος· ἀλλὰ σὺ, Κύριε, διὰ τὴν ἄπειρόν σου καὶ ἀνεκδιήγητον ἀγαθότητα, ἐλέησον καὶ συγχώρησόν μοι. Ἀμετανόητος δὲ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ ἀσεβείᾳ ἀποθανών, πῶς ῥυσθήσεται ὁ ἄθλιος τῆς αἰωνίου κολάσεως; εἰ καὶ μηδεμίαν ἄλλην ἁμαρτίαν ἑαυτῷ συνέγνωκεν· ὅπερ ἀμήχανον. Τὸ δὲ παραδοξότερον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα τολμῶντες πλημμελεῖν, καὶ οὕτως τῷ Θεῷ προσκρούοντες, τολμῶσι μοναστήρια ἐκ νέου ἀνοικοδομεῖν· καὶ οὐκ ἐρυθριῶσιν, ἄλλα μοναστήρια καταλύοντες, καὶ ἕτερα ἀνοικοδομοῦντες· μὴ δὲ τὸ τοῦτο συνιδεῖν δυνάμενοι, ὅτι τοῦ δυσσεβοῦς ἔθους κρατοῦντος, καὶ τὰ νῦν ὑπ' αὐτῶν ἀνεγειρόμενα, εἰ καὶ μὴ σήμερον, ἀλλ' αὔριον γοῦν, ἀνάγκη δωρηθῆναι καὶ δουλωθῆναι καὶ καταλυθῆναι.

ιη'. Δόξα σοι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι, δόξα τῇ μακροθυμίᾳ σου, δόξα τῇ ἀνεξικακίᾳ σου, δόξα τῇ ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ σου· ὅτι τοῦ τοιούτου καὶ τηλικούτου κακοῦ, ἐπὶ τοσούτους χρόνοις τῇ Ῥωμανίᾳ (16) καὶ τῇ τῶν Χριστιανῶν πολιτείᾳ ἐνδυναστεύοντος, καὶ τολμωμένου ἀφόβως καὶ πεπαῤῥησιασμένως ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν σου, οὐκ ἠγανάκτησας, οὐκ ὠργίσθης ἀξίως, καὶ ἀφανισμῷ τελείῳ ἡμᾶς παρέδωκας· ἀλλ' ἔτι ἀνέχῃ καὶ μακροθυμεῖς. Καὶ νῦν μὲν, τὸ τῶν Τούρκων ἄγριον καὶ ἀθεώτατον ἔθνος ἡμῖν εἰς παιδείαν ἤγειρας, τὴν τῆς Ἀνατολῆς χώραν λῃζόν· νῦν δὲ, τὰ τῶν Πατζινάκων (17) καὶ Κομάνων καὶ Φράγγων, τὰ τῆς Δύσεως λεηλατοῦντα. Ἀλλὰ μὴν καὶ σεισμῷ φοβερῷ, καὶ χαλεποῖς συμπτώμασι, καὶ θανάτοις ἐξαισίοις, καὶ ἐμπρησμοῖς ἡμᾶς ἐφόβησας· εἰς συναίσθησιν πάντως διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων, καὶ εἰς διόρθωσιν ἄγων. Ἡμεῖς δὲ οὐ συνήκαμεν, οὔτε συνίεμεν·

B

C

D

Joan. Bapt. Cotelerii notæ.

(16) *Τῇ Ῥωμανίᾳ.* Id est in hoc loco, imperio Romano Orientali. Romania enim aliquando totum imperium Romanum significat, aliquando imperium Romanum orientale. Quam ad rem confirmandam plurima exempla colligi possent, jamque collecta sunt a viris doctis. Sic (ut pauca ex innumeris proferam) in prima significatione Epiphanius, hæres. 69, n. 2, dicit Arianismum propagatum fuisse per universam Romaniam, maxime per orientales partes. Et in *Vita S. Augustini* a Possidio scripta cap. 30, Vandali et Gothi, Romaniæ eversores nuncupantur. De secundo autem significatu manifestum fit per hæc Balsamonis ad can. 14 Chalcedon.: Κατὰ τὸν παρόντα κανόνα, ὡς ἔοικεν, ἀναγκάζει τὸ μέρος τῆς Ἐκκλησίας τοὺς Λατίνους ἐξόμνυσθαι θέλοντας γυναῖκας λαβεῖν ἐκ τῆς Ῥωμανίας. Diserte Matthæus Paris anno 1245 : *Ad unitatem Romanæ Ecclesiæ totum Romaniæ, id est Græciæ imperium revocare.*

(17) *Πατζινάκων.* Patzinaci seu Patzinacæ et Patzinacitæ, cogniti satis populi, ex Suida voce Δάκες, Constantino Porphyrogenneta, Cedreno, aliisque rerum Constantinopolitanarum scriptoribus. Nec minus noti qui sequuntur Comani. Notissimi vero omnium Franci. At qui præcedunt Turci vel Turcæ, nimium heu! orbi innotuerunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλλ' ἔτι ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ, καὶ ὁ ἀνομῶν ἀνομεῖ. Σὺ δὲ, Κύριε, καὶ ἔτι φείδῃ ἡμῶν, καὶ προνοεῖς, καὶ διοικεῖς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς τὴν ζωὴν ἡμῶν. Ὄντως κατὰ τὴν μεγαλωσύνην σου, καὶ ἡ μακροθυμία σου. Ἀλλὰ φοβοῦσί με αἱ φοβεραὶ [*al.* φρικταὶ] καὶ ἀδέκαστοι κρίσεις σου, αἱ ἀπ' αἰῶνος ἐπενεχθεῖσαι τοῖς τὰ ἀδιόρθωτα πταίσασιν. Οὐ γὰρ πολλάκις φιλεῖς περιφρονούμενος, καὶ εἰ λίαν ὑπάρχεις φιλάνθρωπος. Φοβεῖ με ὁ ἀσυμπαθῶς κατακλυσθεὶς κόσμος. Φοβεῖ με ἡ τοῦ λαοῦ τῶν Σοδόμων σὺν τῇ γῇ καὶ τῷ ἀέρι ἀποτέφρωσις, ἡ τῶν Αἰγυπτίων εἰς τὸ Ἐρυθραῖον πέλαγος καταπόντωσις [*al.* καταπόντισις], καὶ ἡ τοῦ ἠγαπημένου Ἰσραὴλ διὰ τὴν εἰς σὲ παρανομίαν ἀποβολή τε καὶ ἔκπτωσις. Καὶ διὰ τοῦτο τολμῶν δέομαι· Κύριε, κλῖνον τὸ οὖς σου καὶ ἄκουσον· ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε ἱλέῳ σου ὄμματι ἐπὶ τὸν λαόν σου καὶ τὴν κληρονομίαν σου, ἣν ἐξηγοράσω τῷ τιμίῳ σου αἵματι· καὶ κλῖνον τὰς καρδίας ἡμῶν βασιλέων φημὶ καὶ ἀρχιερέων, ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, μοναστῶν καὶ μιγάδων, εἰς ὑπακοὴν τῶν θείων σου προσταγμάτων· καὶ τῷ θείῳ σου φόβῳ καθηλώσας τὰς σάρκας ἡμῶν, καταξίωσον ἡμᾶς τρέμειν καὶ φοβεῖσθαι τὸ φρικτὸν καὶ πάντιμον ὄνομά σου· τοῦ [*al.* καὶ] μὴ παρακούειν τὸν νόμον σου· ἀλλὰ ταῖς ἁγίαις ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασί σου πειθαρχοῦντας, ἐκφυγεῖν δι' αὐτῶν, οὐ μόνον τὴν προειρημένην ἀσέβειαν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἄλλην ἁμαρτίαν, πράξει καὶ λόγῳ καὶ διανοίᾳ ἐνεργουμένην· ἵνα εὑρεθῶμεν ἐνώπιόν σου εὐαρεστήσαντες, καὶ μὴ αἰσχυνόμενοι, ὅταν ἀποδίδως ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Σοὶ γὰρ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[26] Isa. xxi, 2. [27] Psal. cxviii, 120.

rejicit, et qui inique operabatur, inique agit [26]. Tu autem, Domine, etiam adhuc parcis nobis, ac provides, atque gubernas in misericordia et miserationibus vitam nostram. Vere secundum magnitudinem tuam, æquanimitas tua. Verum me terrent formidanda necnon integerrima judicia tua, a sæculo in eos illata qui absque correctione deliquerunt. Non enim pateris sæpe contemni, quamvis admodum sis clemens. Terret me qui immisericorditer diluvio obtectus fuit orbis. Me in timorem conjicit populi Sodomorum cum terra et aere conflagratio; item Ægyptiorum in mare Rubrum submersio; atque dilecti Israelis propter iniquitatem adversum te, abdicatio et ruina. Propterea precari audeo: Domine, inclina aurem tuam et audi; aperi oculos tuos, ac respice propitio oculo tuo super populum tuum et hæreditatem tuam, quam redemisti pretioso tuo sanguine: flecte corda nostra; imperatorum, inquam, et pontificum, regentium pariter ac rectorum, monachorum et promiscui populi, in obedientiam divinorum mandatorum tuorum; ac timore tuo divino configens carnes nostras [27] eo nos munere dignare, ut timeamus ac tremamus formidabile omnique veneratione dignum nomen tuum; ut non negligamus legem tuam; sed sanctis mandatis et justificationibus tuis obtemperantes, per ea effugiamus non solum prædictam impietatem, sed etiam omne aliud peccatum, quod opere, sermone, cogitatione committitur; quo inveniamur coram te accepti, nec pudore suffusi, quando reddes cuique secundum opera sua. Te enim decet omnis gloria, honor et adoratio, cum Patre sanctissimoque tuo Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ANNO DOMINI MCXLIII.

JOANNIS COMNENI

IMPERATORIS

NOVELLÆ CONSTITUTIONES.

I.

IMP. JOANNIS COMNENI AUREA BULLA PRO VENETIS (1)

(*Versio Latina hujus chrysobulli legitur inserta bullæ aureæ Manuelis Comneni pro iisdem Venetis. Vide ad an.* 1148.)

B'.

Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ (2) *χρυσόβουλλον, διοριζόμενον μηδὲν τι ἀπαιτεῖν τὸν πράκτορα ἀπὸ ἐκκλησίας χηρευούσης τοῦ ἐπισκόπου αὐτῆς* (3).

Καὶ τί δὲ ἄλλο τῇ βασιλείᾳ μου προυργιαίτερον ἢ περισπουδαστότερον, ἢ τὸ τὰς ἐκκλησίας ἀνωτέρας

II.

Joannis Comneni aurea bulla, quæ statuit, ne quid ab Ecclesia orbata episcopo suo quæstor exigat.

Quod facere majestas mea majus operæ pretium, quidve studio suo dignius possit; quam ut ecclesiæ ab

(1) Anno 1126.
(2) Hunc Calojoannem vocarunt.
(3) Anno 1124 vel 1139. Apud Leunclavium *Jus Græco Rom.* I, p. 147.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omni injuria et vexatione liberæ serventur, utque nihil eæ damni vel detrimenti sustineant? Propterea nec id, quod modo ad aures serenitatis nostræ pervenit, inemendatum relinqui voluit. Quippe relatum nobis est, quosdam provinciarum præsides simul atque pontifices rebus humanis excesserint, auferre omnia, quæ in episcopio reperiatur, sive species et res quædam, sive pecuniæ nonnunquam inventæ fuerint; morte pontificis lucrum se quoddam nactos existimantes, cum reapse non licita facere præsumant, et res alienas usurpent. Quidam vero per apparitores suos ecclesiarum res auferentes, a conatus absurdi culpa specie tenus immunes sese faciunt.

Quamobrem majestas mea facinus hoc improbum coercens, et hanc avaritiæ speciem compescens, per Novellam hanc sanctionem statuit, ne quis in posterum cujusvis provinciæ præses post obitum provincialis metropolitani vel archiepiscopi, vel episcopi, quidquam accipiat de rebus exstantibus in domo metropolitani vel archiepiscopi vel in suburbanis earum, vel prædiis, vel agellis, vel monasteriis; sive nummi sint sive species, sive res, sive animalia, vel alia, quæ ad eos pertinent: imo ne vel ipsi prorsus eas ingrediantur, vel ipsorum apparitores. Quippe provinciarum præsides, qui eo se conferunt, aut quosdam mittunt, et adimunt vel ex episcopali domo, vel ex suburbanis et monasteriis species quasdam, aut res, aut nummos, aut animalia; persolvent Ecclesiæ, cui subest damno affecta domus episcopalis, vel archiepiscopalis, vel metropolitana, nummorum libras XII, quæ citra recusationem Ecclesiæ detrimentum passæ numerari debent, hoc ipso facinore majestatis etiam nostræ indignationem suscitante. Quod si quis ex ministris eorum tale quid fecerit, licet in dignitate sit constitutus, primo quidem ceu violator edicti nostri flagris et tonsura castigabitur; deinde vero etiam multæ nomine nummorum libræ sex ab eo exigentur. Sin ejus episcopatus clericorum quispiam de rebus ecclesiæ nonnihil compilare deprehensus fuerit, quando majestati meæ significatum est, a clericis non pauca talia designari, statuit hos quoque post accuratam facti probationem, ac perceptionem veritatis, gradu suo spoliandos, veluti qui Deo consecrata rapiant, et palam sacrilegis habendi sint. Itaque non licebit ab hoc tempore nec judicibus, nec descriptoribus, nec quæstoribus, nec ducibus, nec prætoribus, nec provisoribus, nec aliis, quibus servitutes fiscales creditæ sunt, ut post obitum pontificum, omnino domos episcopales adeant, aut res earum immobiles aut monasteria, deque his quidquam prorsus auferant, nec fiscalium pensitationum prætextu subjecta juribus Ecclesiæ ingrediantur, et quæ volunt auferant. Quin etiam si quid archiepiscopatus fisco debeat, clerici arcessantur, ac siquidem liquidum minimeque con-

διατηρεῖσθαι πάσης ἐπηρείας τε καὶ κακώσεως, καὶ μηδὲ τὴν οἱανοῦν βλάβην ἢ ζημίαν ὑφίστασθαι; διὰ ταῦτα οὐδὲ τὸ νῦν εἰς ἀκοὰς τῆς ἡμῶν ἐλθὸν γαληνότητος ἀδιόρθωτον ἀπολειφθῆναι ἠθέλησεν. Ἀνηγγέλθη γὰρ ἡμῖν, ὡς τινες τῶν κατὰ χώρας ἀρχόντων ἅμα τῷ ἀποβιῶναι τοὺς ἀρχιερεῖς ἁφαιροῦνται πάντα τὰ εὑρισκόμενα ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ, εἴτε εἴδη εἰσί τινα καὶ πράγματα ἢ πολλάκις χρήματα εὑρεθεῖεν, ἑρμαίῳ ἐντετυχηκέναι οἰόμενοι τῇ τελευτῇ τοῦ ἀρχιερέως τῇ δὲ ἀληθείᾳ τῶν μὴ ἐφειμένων αὐτοῖς κατατολμῶντες καὶ ἐξιδιούμενοι τὰ ἀλλότρια· τινὲς δὲ διὰ τῶν ἐξυπηρετούντων αὐτοῖς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἀφαιρούμενοι ἐξάντεις ἑαυτοὺς τῷ δικεῖν καθιστῶσι τοῦ ἀτόπου τούτου ἐγχειρήματος.

Ἀναστέλλουσα γοῦν τὴν τοιαύτην παράλογον πρᾶξιν ἡ βασιλεία μου καὶ τὸ τοιοῦτον τῆς κλοπεξίας εἶδος ἀναχαιτίζουσα, διορίζεται διὰ τοῦ παρόντος· νεαροῦ θεσπίσματος, μηδένα τοῦ λοιποῦ τῶν ἀρχόντων ἑκάστης ἐπαρχίας μετὰ τελευτὴν τοῦ ἐπαρχεώτου μητροπολίτου ἢ ἀρχιεπισκόπου ἢ ἐπισκόπου ἀναλαμβάνεσθαι ἀπὸ τῶν ὄντων ἐν τῇ μητροπόλει ἢ ἐν τῇ ἀρχιεπισκοπῇ ἢ ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὰς προαστείοις ἢ χωρίοις ἢ ἀγριδίοις ἢ μοναστηρίοις ἢ νομίσματα ἢ εἴδη τινὰ ἢ πράγματα ἢ ζῶα ἢ ἕτερά τινα διαφέροντα αὐτοῖς, ἀλλὰ μηδὲ ὅλως ἐκεῖσε εἰσέρχεσθαι μήτε αὐτοὺς μήτε τοὺς ἐξυπηρετοῦντας αὐτοῖς. Αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ τῶν χωρῶν ἄρχοντες οἱ ἀπερχόμενοι ἢ ἀποστέλλοντές τινας, καὶ ἀναλαμβανόμενοι ἢ ἀπὸ τοῦ ἐπισκοπείου ἢ ἀπὸ τῶν προαστείων καὶ μοναστηρίων εἴδη τινὰ ἢ πράγματα ἢ νομίσματα ἢ ζῶα καταθήσουσι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ᾗ ὑπόκειται ἡ τοῦτο παθοῦσα ἐπισκοπὴ ἢ ἀρχιεπισκοπὴ ἢ μητρόπολις, νομισμάτων λίτρας ιβ', ὀφειλούσας ἀποδίδοσθαι ἀπροφασίστως πρὸς τὴν ζημιωθεῖσαν Ἐκκλησίαν, πρὸς τῷ καὶ τὴν ἐκ τῆς βασιλείας ἡμῶν ἐπισπάσασθαι ἀγανάκτησιν. Εἰ δέ τις τῶν ἐξυπηρετούντων αὐτοῖς τοιοῦτόν τι διαπράξεται, κἂν ἀξιωματικὸς εἴη, πρῶτον μὲν ὡς παραβάτης τοῦ ἡμετέρου προστάγματος διὰ δαρμοῦ σωφρονισθήσεται καὶ κουρᾶς, ἔπειτα δὲ καὶ λόγῳ ποινῆς ἀπαιτηθήσεται λίτρας νομισμάτων ξ (3). Εἰ δὲ καὶ τῶν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπισκοπῆς κληρικῶν τις ὡς ὑφελόμενός τινα τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων φωραθείη (τολμᾶσθαι γὰρ δὴ καὶ τοιαῦτα πολλὰ παρὰ τῶν κληρικῶν ἡ βασιλεία μου ἀνεδιδάχθη), διορίζεται καὶ τούτους μετὰ ἀκριβῆ ἔλεγχον καὶ τῆς ἀληθείας κατάληψιν τοῦ οἰκείου ἐκπίπτειν βαθμοῦ, ὡς τὰ τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένα ἁφαιρουμένους καὶ ἱεροσύλους ἀντικρυς λογιζομένους. Οὐκ ἐξέσται τοίνυν ἀπὸ τοῦ παρόντος οὔτε κριταῖς οὔτε ἀναγραφεῦσιν οὔτε πράκτορσιν οὔτε δουξὶν οὔτε στρατηγοῖς οὔτε προνοηταῖς οὔτε ἄλλοις τισὶ δημοσιακὰς δουλείας ἐγκεχειρισμένους, μετὰ τελευτὴν τῶν ἀρχιερέων παραβάλλειν ὅλως τοῖς ἐπισκοπείοις ἢ τοῖς διαφέρουσιν αὐτοῖς ἀκινήτοις ἢ μοναστηρίοις καὶ ἀφαιρεῖσθαί τι τὸ σύνολον ἐξ αὐτῶν, οὔτε μὴν προφάσει δημοσιακῶν τελεσμάτων εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ τῆς Ἐκκλησίας δίκαια

(3) Hæc corrupta sunt. Forte νομισμάτων delendum est.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ἀφαιρεῖσθαι ἃ βούλονται. Ἀλλὰ καὶ εἴ τι παρὰ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς χρεωστεῖται τῷ δημοσίῳ, μετακλήτους γίνεσθαι τοὺς κληρικούς, καὶ εἰ πρόδηλον καὶ ἀναμφίβολον, τὸ παρὰ τοῦ δημοσίου ἐπιζητούμενον ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς Ἐκκλησίας φανείη, τοὺς κληρικοὺς τοῦτο ἀπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας προσόδων διδόναι πρὸς τὸν δημόσιον· μὴ μέντοι ἐπ' ἀδείας ἔχειν τὸν πράκτορα διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν περιπολεύειν εἰς τὰ προάστεια, καὶ ἀφαιρεῖσθαι ἃ βούλονται (4). Ὁ δὲ προχειρισθησόμενος ἀρχιερεὺς τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀντιλήψεται δικαίων.

troversum esse parnerit, quod a parte ecclesiæ fiscus postulat : ut hoc ipsum clerici ex reditibus Ecclesiæ fisco præstent. Non tamen quæstori licitum esto, ut ob hujusmodi causam suburbana prædia pervagetur, et quæ velit auferat, qui vero designabitur pontifex Ecclesiæ jura tuebitur.

Εἶχε τὸ μηνὶ Ἀπριλλίῳ ἐπινεμήσεως β', δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως [τοῦ) Πορφυρογεννήτου Κυρίου Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ ἡ διὰ κηροῦ συνήθης σφραγίς.

Dat. mense Aprili, indictione secunda rubris litteris præpotentis et sacratissimi principis nostri in Porphyra nati, domini Joannis Comneni, cum usitato cereo sigillo.

(4) Aut βούλεται legendum, aut paulo ante τοὺς πράκτορας.

ANNO DOMINI MCXLV

ISAACUS

MAGNÆ ARMENIÆ CATHOLICUS.

—

NOTITIA.

(Galland. Veterum Patrum Biblioth., tom. XIV, Proleg. p. xv.)

Catholici nomen penes Armenios titulus est patriarchalis sive archiepiscopalis, idemque valet atque *œcumenicus* in CPtanis patriarchis. Sic porro appellari videntur ex eo quod reliquis suæ rationis episcopis immineant. Forte postquam tempore Pelagii et S. Gregorii M. Joannes Jejunator in sua synodo CPtana anni 589 hujusmodi titulum usurpare cœpit, innocenti fortasse de causa, sed magna illorum pontificum zelotypia, verentium ne aliquis subesset error: videntes Armeniorum patriarchæ in sua sententia perseveravisse CPtanos, quidquid in contrarium obstitissent Romani pontifices; ut non minoris dignitatis in sua gente haberentur, simulque minus odioso vocabulo uti viderentur, Catholici appellationem assumpserunt, nemine adversante quod sciam. Fuit igitur Isaacus de quo loquimur, magnæ Armeniæ Catholicus. Is inter Armenios hæreticos natus et educatus est, atque Catholicos orthodoxosque ab initio ludibrio habuit (*a*). Sacerdotio inter suos cumulatus est. Sed Dei aspirante gratia, disjecta erroris caligine, occepit deserere simul et confutare suorum errores. Ea re factum est, ut apud omnes illius fama vulgaretur, orthodoxos videlicet, dum interim apud Armenios suos usque adeo graviter offendit, ut non modo sacerdotalibus muniis interdiceretur, verum etiam, proposita interfectoribus ejus mercede, pluries quæreretur ad necem. Erat hæc merces venia peccatorum certissima. His agitatus turbis ad *sanctissimam* metropolim confugit (*b*). Eo nomine Romani intelligi facile suadebunt ea quæ passim docet et loquitur, conformia magis moribus Romanorum quam Græcorum. Memoratur Isaacus noster a Theoriano, qui circa A. C. 1170 scripsisse fertur, ut scite animadvertit Fabricius (*c*). Duas ejus invectivas quas primus extulit Combefisius in Auctarii sui tomo II. a nobis inde acceptas in penum nostrum transtulimus: habent enim argumentorum et eruditionis, haud alibi fortasse inveniendæ, segetem non exiguam. Quæ fuerit tandem hominis fortuna non constat. Illud animadverto ex Fabricio (*d*): apud Lambecium (*e*) recenseri inter scripta Euthymii Zigabeni epistolam quamdam invectivam adversus Armenios Theopaschitas, cujus initium est, Ἐπειδήπερ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος. Cum autem a verbis illis ordiatur invectiva prima ejusdem argumenti quæ Isaaco nostro tribuitur; quibus fas est codicem illum Lambecio memoratum inspicere, dijudicare potuerunt quis a quo acceperit.

(*a*) Infra in Invectiva II, num. 2 init.
(*b*) Ibid. Ibid.
(*c*) Bibl. Gr. tom. X, pag. 175, nota ".
(*d*) Ibid. tom. VII, pag. 473.
(*e*) Tom. V, pag. 127.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΣΑΑΚ

ΤΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΟΥ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΑΡΜΕΝΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΣΤΗΛΙΤΕΥΤΙΚΟΣ ΚΑΤΑ ΑΡΜΕΝΙΩΝ

ΤΩΝ ΟΜΟΦΡΟΝΩΝ ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣΚΟΡΟΥ· ΤΙΜΟΘΕΟΥ ΑΙΛΟΥΡΟΥ· ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΚΝΑΦΕΩΣ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΩΣ, ΚΑΙ ΑΦΘΑΡΤΟΔΟΚΗΤΩΝ, ΤΩΝ ΑΣΕΒΕΣΤΑΤΩΝ ΚΑΙ ΧΡΙΣΤΟΜΑΧΩΝ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI ISAACI

MAGNÆ ARMENIÆ CATHOLICI,

ORATIO INVECTIVA ADVERSUS ARMENIOS

IDEM SAPIENTES ATQUE EUTYCHES AC DIOSCORUS; TIMOTHEUS ITEM ÆLURUS; PETRUS FULLO; JULIANUS ALICARNASSEUS, ET APHTHARTODOCITÆ, IMPIISSIMI AC CHRISTI HOSTES HÆRETICI.

—

CAPUT I.

De duabus in Christo naturis.

